ANTONII
NIGRI
EX ARCE HANNONI
TRACTATVS
De postremis Rei iudicatæ solemnibus.

QVORVM PRIMVM CVM SIT IN BONIS, VEL DEBITORIS persona facienda exequutio.

REFERVNTVR, QVÆ IN ILLA PERFICIENDA debet aduertere bonus, & diligens Causarum patronus.

NE PERPERAM FACTA, AVT QVID DEINDE OMISSO vel commisso in subhastatione, & pignorum venditione vel addictione subsequenti; renouentur, quæ vnica exequibili sententia, vel tribus conformibus fuere facta, & decisa.

OPVS A NEMINE SIMVL HACTENVS TENTATVM; Cum duplici Indice, Capitum vno, & Materiarum altero.



ROMÆ, Per Franciscum Monetam. MDCXLV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. S. P. A. Mag.

A. Sacratus Episc. Comacl. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Serronius Mag. & Soc. Reuerendiss. P.Fr.Michaelis Mazarini S. P. A. Mag. Ord. Præd.

ILL.MO ET REV.MO COMITI

FRANCISCO BILIO

VTRIVSQVE SIGNATVRAE in Romana Curia Referendario, & ex ſacroſanctæ Inquiſitionis Conſultoribus.

DEBITA ILLIVS VIRTVTIBVS, ET PROBITATI PRAEMIA PRAECATVR ANTONIVS NIGER.

NOMINIBVS pluribus, &quæ me tibi obligant, ad omne genus obſequij, debebam, quæ mihi, & omnibus ſcripſi, *de Poſtremis tribus ſolemnibus rei iudicatæ*, tibi dicare; nam omiſſo, quod te auctore, annum agens ſexageſimum tertium, infauſtum perſonæ A. bonis, & iuribus hominum eius ætatis, ſi credere licet Iulio Firmico B. & illi aſſentientibus C. calamum ſumpſerim ad ſcribendum, quæ ſint obſeruanda ab honeſto cauſarum patrono, ne poſt litium anfractus, ambages, & diſpendia, aliquid admiſſo, vel commiſſo, vel omiſſo, in perficiendis, quæ vnica ſententia paratam habente executionem, vel tribus conformibus, fuere deciſa, beneficio interdicti; Vti poſſidetis, vel vtrobi, vel actione nullitatis, vel ſpolij, mota, cum pari expenſa, eiſdem diuerticulis, & meandris, renouentur iudicata, & executioni demandata; Et ideo opus à me in ſenectute confectum, tibi, & non alteri minime laborum, & vigiliarum mearum participi, quiuis debitorum iuſtus æſtimator iudicaſſet fuiſſe debitum.

Præcipua tamen (vt ingenuè, verèq; fatear) cauſa fuit, ne probè noſcens, quæ virtuti, & integritati tuæ ſunt debita obſequia, illuſtrando ſcripta mea præconio nominis alterius, ingrati animi vitio, quo nihil in humanis turpius, & peius D. notarer. Ingratum autem eum eſſe cenſeo, non ſolum qui acceptorum factus immemor, paria cum poteſt, minime refert; E ſed etiam eum, qui vbi ſe offert occaſio, apud probos, & improbos, notos, & ignotos, omni laudum genere non effert, & tanquam idolum (ſi liceret) donarijs non proſequitur, quem ſcit, & nouit Dignum, qui ob ingenitas ei animi dotes, ſuo labore præterea auctas, & excultas, ab omnibus ametur, colatur, & iuſtis præmijs, cum fœnore præmia diuidentis honeſtetur. F.

Stobeo enim teſte, Diuinum bonum honor eſt, multaque commoda in Repub. parit G. ſi cum iuſtitia, & iudicio fuerit collatum H. alloquin in honorantis, & honorati, vertitur dedecus, & infamiam I. non aliter, ac male collatum beneficium fit dantis, & recipientis maleficium K. certumq; ſit, diuinam potentiam grauiter ferre, indignariq. L. ſepè cum regnorum, & Imperiorum mutatione, ac etiam interitu M. vbi à principantibus videt coronari pedes, & calceari capita. N. Aequè enim in Deum, &

 homi-

homines peccat is, & in Ciuium perniciem molitur, cum obligatione relectionis damni publici, & singulorum Ciuium, qui spretis distributiuæ iustitiæ legibus, publica munera confert, O. vel conferri est auctor P. minimè idoneis, qui illa retinendo, excluso digniori, non sunt tuti in foro poli Q. Sicuti in vtroq; foro est restitutioni, vel refusioni eius, quod deest ad iustitiam prætij, qui emptorem læsit, etiam in obolo, vltra dimidium iustę æstimationis rei in contractum deductæ. R. Vel iniquo consilio, vel negligenti electione, damni causam dedit socio, vel alteri. S. Nec excusatur munerum collator à culpa, sibi persuadendo, quod menti ad gloriam bene compositæ, plus sit meruisse, quàm habuisse, T. & precipua dignitas sit, non fungi honoribus, sed ab alijs iudicari dignus honore V. Quia cùm non omnes homines sint eadem compositione compacti. X. sed à natura quisq; sit ad decus, & gloriam natus, Aa. nec credi possit virtus, quæ sequestretur à præmio. Bb. nullaq; humana voluptas ad diuinam propiùs accedat, quàm ea declaratio, quæ ex collato sibi honore percipitur, Cc. sæpe magni animi viri frustrati vberrimo virtutis præmio, quod ex collato munere capitur, depresso virtutis fastigio, & dignitatis gloria deturpata, ab honestę cœptis, vel desistunt, vel tanquam iusti, & honesti desertores, cum publico, & Principis incommodo, secedunt ad ea, quę non erant sui instituti, Dd. cum accusatione perpetua eius, qui in electione peccauit, non diuisis hostium spolijs iuxta militum merita, & passus fuit fucos intercipere, quod ab apibus capiendum erat. Ee.

Accedit, quòd si sequendo Antiquorum, & nostrorum temporum receptam consuetudinem, cogitassem de scriptorum meorum defensore, & ratione, qua omnium manibus terantur, quod vice miseri præmij solet esse scripturientibus in publica causa; tutius, & gratius præsidium illis minimè comparare poteram, quàm illa emittere sub clypeo eius, quem antiquum, & nobile Genus commendat, Atauorum egregia facta in sago, & toga illustrant, & parens natura, cum fortuna, suis donis amplè ditauit.

Si enim iuxta Iuris regulam, quòd nominis identitas, nominati arguat identitatem. Ff. cùm vigente Romano Imperio, Galiis multis prælijs victis, Mediolani Ciuitas, cum tota regione Transpadana regeretur à Proconsule, vel Propretore Roma misso. Gg. cogimur fateri familiam Biliam, à qua in dicta Ciuitate nomen sumpsit Via Bilia, originem duxisse à Publio Bilio Triumviro Romano Patritio. Hh in illiusq; tam maribus, quàm fęminis, perpetuò fuisse conseruatam, & auctam Romanam Maiestatem. Nam si Diuus Hieronymus, Ii, & qui post illum scripserunt, de pudicitia coniugali. KK nuncuparunt Biliam Vxorem Duellij Ciuis Romani, honestatis speculum, & maritalis Thori, ornamentum; illa non fuit inferior, si non superior.

Isabella soror Patris tui, quæ educata inter Ancillas destinatas seruitio Mariæ ab Austria vxoris Maximiliani Imperatoris eius nominis Secundi: procurante honestissimis intercessionibus Iodoc Zaratino Regulo Morauo, illam sibi matrimonio iungi, renuit illa semper, habere maritum non consentientem sibi in Catholica Religione, quamuis, & nobilitate, & opibus sponsi, & validitate matrimonij Ll. & alijs causis, quibus quieuisset quælibet honestissima virgo: donec remotis arbitris, hæresim, in qua fuerat educatus, abiurauit, & sequutis nuptijs, tota plaudente Imperiali Aula, cum ea Catholicè vixit, ita vt de illa dici possint, quæ D. Paulus scripsit ad Corinth. Mm. *Vir infidelis sanctificatur per Mulierem fidelem.*

Viuit Magdalena germana Soror tua, quæ cùm diù fuisset in delicijs Infantis Isabllæ Comitissæ Flandriæ, nupta Carolo de Longoual Comiti Buquoy, genito vnico filio, in cuius adolescentia, paterni, & materni generis militares erumpentes spiritus, promittunt cunctis, illum virilia Iuueniente ætate, bellica scientia (cùm imbelles non generet Aquila Columbas) longe futurum superiorem Patri, cuius consilio instituta, & renouata fuit superioribus annis Pragensis pugna, & parta victoria, toto terrarum orbe celebris, in rebellem Palatinum; & deinde prępositus toto Imperiali exercitui, donec vixit, fuit hostium Romani Imperij terror, horror, & victor; & omnes agnoscunt Nepotem tuum, dignum tanta Matre, quæ in vtraque Germania, sæpe electa fuit Consultrix, & Iudex, in dirimendis quęstionibus ortis inter nobiles mulieres, circa muliebria officia, dignitates & obsequia, inuicem, vel Maioribus suis præstanda.

Hæc de duabus fœminis Familiæ Biliæ dixi, omissis, quæ latius dicere poteram de Anastasia, quæ fuit nupta Christophoro Puchaim nobilissimo Heroi superioris Pannoniæ;

& Lauinia nupta Marchioni Octauio Pallauicino Equiti S.Iacobi de Spata Commendatario S.Clori in Sicilia, participi arcanorum Domus, & Imperij in Dominio Mediolani, & ibidē Senatori facto a Philippo II.Hispaniarum Rege, cum perpetuo gubernio Ciuitatis Nouocomen. Venio ad viros, & referam aliqua, quæ illi nostra, & parentum ætate, in pace illustres, in bello fortes pro totius Insubriæ, ac etiam Italiæ incolumitate gessere.

Quanto enim dignior est virilis sexus muliebri, tanto illi fęminas suas immortali memoria dignas, superarunt. Nec cùm possim referre, quibus muneribus præfuerint Bilij dum Mediolanum cum sua ditione Aristocratico regeretur imperio, quia bello, incendio, ruinis, periere scripta, & acta eorum temporum, vt conqueritur, qui nobis tradidit initia, & processus Senatus Mediolanensis Nn. cùm tamen in ea vrbe semper multum fuerit tributum nobilitati generis, tam in sacris, quàm in profanis; ita ut plebs exclusa Ecclesiasticis dignitatibus in Cathedrali, sæpe aduersus Patritios graues excitauerit turbas Oo. Reperio vigente apud Optimates Mediolanensi Imperio, ex familia Bilia prodijsse Anselmum, qui anno Christianæ salutis 828. Pp. puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, sincero omnium iudicio; sine ambitu, inuitus, & rogatus, vt inquit obseruandum in Præsulis electione Imperator Leo Qq. fuit à toto clero, & Mediolanensi populo conscio qualiter domum suam regeret, vt admonet D.Paulus Rr. in Antistitem suum electus, tanquam Mediolanensis Patritius, & à Papa confirmatus, cùm Modoëtiæ iuxta receptam Imperij consuetudinem, argentea Corona coronasset Ss. Lotarium Ludouici Regem Italiæ: in Iudicio iustus, in consilio prudens, in aduersis non demissus, in prosperis non elatus, nihil præter Deum timens, & ab alio nihil sperans, nihil industriæ suæ tribuens; sed omnia à diuino Numine accepta ferens, quinquennio opere, & sermone, cùm sibi commissum gregem pauisset, obdormiuit in Domino, exclamantibus cunctis Perijsse patrem pauperum, pietatis speculum defecisse, & delicias populi Mediolanensis concidisse.

Et cùm ex ijs, quæ probasti publicis documentis, dum viua voce, viuisque suffragijs fuisti cooptatus inter Mediolanensis Collegij I. C. qui deinde conscij probitatis, & acuminis ingenij tui in Iure dicendo, anno 1642. duobus alijs Collegis idem munus postulantibus, suffragijs septuaginta sex, ex octuaginta duobus, qui totum illud corpus constituebant, Te in Romana Curia versatum, post gesta ibidem honorifice plura munera, nominarunt, vt sederes in Sacro Rotæ Auditorio, postquam in fata concesserat R.P.D. Philippus Pirouanus Patritius Mediolanensis, reperiam successiua stipe, & renouata vice, fuisse familiare, & frequens nomen Iacobi: audeo asserere, cum Insubria fuerit sæpè subdita Tt. Gallorum Imperio, Iacobum Bilium, generis nobilitate, & insigni eruditione inter nobiles, & doctos viros Galliæ, vt testatur Typographus in renouata impressione illius Anthologiæ sacræ Vu. seù Monitorum, & cogitationum Christianæ vitæ instituendæ, & futuræ fælicitatis obtinendæ, in Gallia, parentibus Gallis natum, prodijsse ex familia Bilia Mediolanensi.

Redacta Mediolanensi Repub. ad nutum vnius, extinctoq; nomine, & munere Consulum, quorum consilio, & authoritate præcipuè regebatur, ne veteris dominationis renascerentur surculi, ex eisdem probationibus, quibus apertę tibi fuere fores, non autem fenestræ Collegij I.C. Mediolani, obseruaui, & notatu dignum, in Familia Bilia semper fuisse viros, armis decoratos, vel litteris armatos, vel sacris infulis cum iusto fœnore collatoris insignitos, ita vt nesciatur, quis illorum alteri in ea vocatione, qua vocatus fuerat præcelleret, palmamue eriperet in munere pacis, vel belli, sibi commisso. Ex quibus aliquos tantum referam: ne si omnes enumerare vellem, cogitandum mihi esset de conficiendo magno volumine; non autem de conscribenda epistola, seu verius syngrapha, quame conuenire posses ad reddendum paria, si de acceptis beneficijs Prætor edixisset, sicuti edixit de ijs, qui deiecerunt, vel effuderunt, vt conqueritur Seneca Xx.

Sedit multos annos in Augusto Mediolani Senatu Andreas Bilia Aaa. qui tribuendo cuique quod suum erat, omnibus gratus, consilio, & prudentia in publicis, & priuatis negocijs conspicuus, cum lacrymis omnium Ciuium in fata concessit. Fuere eodem ferè tempore, & post, tres Iacobi Bilij, qui præcipuis muneribus à Principantibus occupati fuere. Quęstore vno generali. cum amplissima authoritate; nemo de illo fuit conquestus. Alius Præpositus recuperatæ arci Cassiani, & totius regionis Glarę Abduæ, optimè satisfecit muneri suo. Tertius, domininantibus Ducibus Mediolani (iure an iniu-

ria, non est hic apta narratio) Bononiæ, Pisis, Senis, Perusij, factus perpetuus harum Ciuitatum administrator, neminem læsit, & administrationis suæ, cum laude rationem reddidit. Et tantum fuisse tributum reperio fidei, & prudentiæ Virorum familiæ Biliæ, qui semper fuere primiores in sua Patria, vt nihil factum, constitutumue circa quietem, regimen, & vtilitatem Ciuium Mediolanensium legatur publicis documentis, quin aliquis illorum solus, vel cum alijs, fuerit adhibitus, consulendo, & consulta exequendo; & præcipuè vbi de bello indicendo, gerendoque tractaretur, vel de dandis legibus pacis, vicinis suis, & alijs, qui Mediolanensi suberant imperio, vel illud minuere fuerant conati. Tales fuere Ambrosius, Defendinus, Dionysius, Christophorus, Ioseph, Luchinus, Ioannes, Bartholomeus, Gabriel, Franciscus, Marcus, Stefanus, Petrus, & alij ex familia Bilia, quos omnes referre si vellem Epistola exiret in librum.

Qui post illos in eadem Familia, nostra & patrum nostrorum ætate vixere, ne latum quidem vnguem à Maioribus suis discessere; ita vt si conferantur ab illis gesta, difficile sit iudicare, cui illorum sit debita palma. Quid enim non præstitit, quid non gessit, quid non est passus Eques Ioannes Antonius Bilius Abauus tuus, vbi de salute, & tutela Ducatus Mediolani agebatur? vt testatur Franciscus II. Sfortia in suo Diplomate, quod ne tibi grata mihi effinxisse dicatur, curaui annecti, Genitoris enim eiusdem Francisci iniquam sortem secutus, Nouariæ ab hostibus Gallis carcere mancipatus, tormentis quassatus, semper constans, tandem omnibus bonis exutus, extorris vixit, donec reflante Fortuna, quam fortes viri sæpe experiuntur Nouercam, suo sumptu, ingressus difficillimum iter ad Regem Brittanniæ, illum ad eiusdem Francisci defensionem, & ad res Italiæ nouandas induxit; & factus Legatus Inuictissimi Imperatoris Caroli V. contra omnium expectationē, fœdus inter Leonem X. Summum Pontif. & ipsum Imperatorem conclusit; & deinde Venetias concedens, ingressus venerabile Collegium Patrum eloquentiæ, & qui optimè norunt, quo iure, quauè iniuria regantur principatus, regna, & imperia, oratorio more, expressis quæ sibi fuerant ab Imperatore mandata, & præcipue, vt Italiæ Pax restitueretur, eisdem persuasit, iungi Venetas copias Imperialibus, dimicaturis vbi opus esset Bbb. Quare eodem Francisco Duce confitente, multum Equiti Bilio debere, plura Castra eidē in feudum cum mero, & mixto imperio concessit, vt patet ex eiusdem Francisci litteris, quas subdo, vt nota fiat cunctis tanti Viri virtus, satis honestis præmijs recognita, contra morem eorum, qui pinguiorem nacti fortunam, pro gratia odisse consueuerunt, vt loquitur Tacit. Ccc.

Equiti Ioanni Antonio successere Melchior, & Balthassar filij geniti ex Comitissa Laura Debolata, illius legitima Vxore; Animaduersione dignum, nullibi legi in familia Bilia fuisse mares, vel fœminas, quæ ex iustis nuptijs non fuerint geniti. Melchior enim ascriptus ecclesiasticæ Militiæ, & prouisus de Abbatia Sāctissimæ Trinitatis Capitis lagi cum diu versatus fuisset in Romana Curia, incolarum lapide lydio, Nuncius fuit Apost. ad Maximilianum Imperatorem germanum fratrem Caroli V. Pio V. Summo Pontif. approbante illius gesta pro dignitate Ecclesiæ, eidem Imperatori charus; dum prudentiæ, industriæ, integritatis suæ ab optimo Pontifice pararentur præmia dari solita viris pijs, & omnium virtutum genere excultis. in commune omnibus fatum concessit, Imperiali sumptu, pompa, & funere, sepultus Pragæ, multis cum lacrymis eorum, qui illius mores, & virtutes nouerant.

Ex Balthassare nati sunt Ludouicus, Ioānes Baptista, & Balthassar posthumus, qui Maiorū suorum sequendo vestigia, digni sunt immortali gloria, & nunquam peritura memoria. Ludouicus enim re ipsa probauit posteris veritatem recepti assumpti, quod Mediolanense cœlum faciat homines ad bellum promptissimos. Nam donatus à natura ea corporis constitutione, quam in Milite cupiebat Marius Ddd. & quæ est quodammodo hæreditaria Virorum familiæ Biliæ, profectus in Galliam Belgicam, non excedens minorem ætatem, balneorum nescius, delitiarum ignarus, neminem iniuria afficiens, pius, & in milites suos liberalis, solers, vigilans, paruo contentus stipite, sperans magna consequi, & conseruare, non pallidus, non trepidus, nec tremens, vel timidus, sed audax, animosus, & constans in vindicta vulnerum, quæ in pectore & facie receperat in pugna equestri, & pedestri, ita vt cùm non crederetur nihil vltra à forti, nobili, & generoso milite præstari, fieri ve posse, creatus Dux, & Imperator, vt vocant, Colonellus Germanicæ pedestris militiæ, animaduertens arcem Ostenden, lanienam fortissimorum militum & Ducum, trien-

nio

nio obsessam,posse deuinci,ex occupatione Villæ veteris,vnde obsessis certa erat spes auxilij, post durum, & acre certamen, successit euentus præuisus & optatus à solerti,& strenuo Duce: quo deinde cum Germanis suis militibus reprimente audacem eruptionem obsessorum, qui videbantur de salute sua omnem spem abiecisse, deuicta fuit arx, quam quisque militaris artis peritus iudicabat impossibilem, Eee, fatentibus cunctis primum locum victoriæ dandum Germanis militibus, & illorum prudenti, & vigilanti Duci Italo, & Mediolanensi Patritio familiæ Biliæ.

Ioannes autem Baptista,quem superioribus annis nouimus in Rom. Cur. vtriusque Signaturæ Referendarium,& vnum ex duodecim Prælatis, qui in Signatura coram Papa votum habent consultiuum,& coram Cardinale Præfecto Signaturæ Iustitiæ, decisiuum, post plura munia Romæ, & extra,honorifice gesta, electus Episcopus insignis Ecclesiæ Papiensis,cui primus omnium præfuit S.Syrus vnus ex septuaginta duobus Discipulis Saluatoris nostri Fff. vbi de illo maiora cogitabantur ab ijs, qui dignitates persona honorati decorare cupiebant, post quinquennium curæ pastoralis, effusis publicis precibus ad Deum, vt illum diutius sospitem conseruaret, vitam cum morte commutauit,dolente & flente illius obitum pauperam pia Ciuitate Papia.

Balthassar verò posthumus à fratribus præpositus curæ rei familiaris, & præcipue, vt Vasallis,in quos exercere poterant merum,& mixtum imperium,iusta lance,ab eo datis iudicibus tribueretur vnicuique quod suum erat,electus Decurio Mediolanensis Populi, cum nihil omisisset, quo publica læderetur vtilitas,ad omnes Principes Italiæ Legatus missus à Philippo II.Hispaniarum Rege,cùm fœliciter conclusisset quæ habebat in mandatis in sedandis cōtrouersijs exortis inter Ducē Mutinæ,& Remp.Lucensem,ortā inter eos de finibus imperij grauicōtrouersia,singulare specimen prudētiæ dedit Principi suo,vt maiora,& grauiora sibi mandarētur,vbi se offerret occasio;vt factū fuit in obsidione Vercellarū qua fuit totius Insubriæ Militiæ electus Dux,& Imperator.Notoria refero,testes subticeo.

De Te autem,& germano fratre tuo Comite Antonio,genitis ex Balthassare posthumo, & Iustina Vicecomite,plura mihi essent dicenda; sed illa aptiori loco relinquo: nec deerunt decora ingenia,quæ acta nostrorum temporum scripto referant, quæ ambo in toga, & sago gessistis, quæ maiora, & digniora iudicabuntur fuisse,ex ijs quæ breuiter de vobis referam. Comes enim Antonius,vt illius militaris virtutis aliquod extaret præmium,& monimentum factus à Ferdinādo eius nominis Secūdo Imperatore,cum sua vtriusq; sexus æterna serie nascitura sobole,Marchio sacri Romani Imperij,vt patet ex Diplomate Imperiali,quod subdo,rogatus ab Altobrādino Altobrandino Ierosolim militiæ S.Ioānis Priore in Vrbe,qui ictu scopleti fuerat equo deiectus,& factus impotēs ad regimen equestris militiæ Germanæ,cui erat præpositus,vt munus sufi assumeret,obsequēdo votis honestissimi Ducis,alacer,& forti animo positus in prima acie pugnantiū,hortādo,minādo, monendo, vrgendo & docendo milites vbi, & quomodo pugnandum esset, tantum audaciæ addidit militibus Germanis, qui percusso suo rectore videbantur facti trepidi, & timidi, vt post prælium nonnullarum horarum Gostauus Rex Suetiæ, cogitans de sua,& suorum salute,coactus fuerit, canendo recessum, se munire præsidio nemoris apud Norimbergam.Quare idem Rex, qui victoriam sibi promiserat, certior factus quòd ea pugna gesta fuisset Duce Comite Bilio, regio more, qui etiam contra se ipsum non consueuit mentiri, confessus fuit ab alio non potuisse illius vires reprimi, quàm à milite educato in militia Comitis Buquoy illius affine. Taceo quæ idem Frater tuus gessit aduersus oppugnantes arcem Derthonæ, dum præpositus equestri militiæ repressit Gallorum audaciam, ne vltra fortissima sua castra vim aliquam vicinis inferrent: & quod in Taurinensi obsidione præpositus pedestri militiæ Germanorum, notum sit, non victum, sed victorem semper discessisse à pugna.

Accedo ad ea,in quæ post excursum campum Virorum familiæ Biliæ, mea collimabat oratio, & quæ non à Maioribus tuis accepisti, sed tua fuere,& sunt propria. Bene enim velle, & melius sentire, optimeque præstare, quæ nobilem virum deceant, non hæredis titulo acquiritur: plerumque namque Heroum filij noxæ sunt Ggg. Tu enim perfectis humanioribus studijs, & cursu Philosophiæ, in Breidensi Collegio,adolescens positus in biuio, an Mineruæ, vel Martis ingredereris stadium, cùm à natura ad vtrunque videreris factus,amore scientiæ, quo,vt dicebat Federicus Imperator.Hhh.totus illuminatur mundus,& ad obediendum Deo, & Principibus vita subiectorum informatur, magnis itine-

rum

rum periculis, exul factus Italici Soli, multos annos versatus in exteris Academijs, redux in patriam, coronatus Laurea doctorali vtriusq; Iuris in celebri Papiensi Gymnasio Nobilium more, id est, aulis patentibus, & suffragijs publicis, Romam cõcedens, statim à Paulo V. Summo Pontif. electus fuisti vtriusque Signaturæ Referendarius, hoc est, vt inquit Cassiodorus lii. positus in magno Agone seruiendi principali prudentiæ, distinctè, & placabiliter referendo, quæ Princeps in tumultuosis processionibus, & clamoribus, confusa, minime audire, & componere potest; & ab Alexandro Peretto Cardinale Montalto, nuncupato, præpositus Sacrorum regimini Basilicæ SS. Laurētij, & Damasi, eam de te omnes conceperunt opinionem, vt tanquam ex agro bene culto, certa, & copiosa expectari posset messis. Propterea comperta fide, & peritia tua, vndique concurrebant litigantes, vt te Iudicem, vel Relatorem in vtraque Signatura haberent: & post aliquot tempora assumptus inter Prælatos, qui in Signatura Iustitiæ votum habent decisiuum, & in Signatura Gratiæ Consultiuum; notum est multum semper tributum fuisse opinioni tuæ, ita vt non semel traxeris omnes collegas in sententiam tuam: & sæpe Vrbanus nunc sospes Summus Pont. relictis quæ alij censebant, rescripserit iuxta formulam à te propositam, vel hærendo qualiter esset rescribendum, ob difficultates iuris à te excitatas, dilata conclusione, censuerit examinanda esse quæ tu censebas. Longe plura de te cumulare vellem, & possem, præsertim post collatum tibi munus Cõsultoris Sacrosanctæ Inquisitionis ab eodem Summo Pontif. Vrban. VIII. Portum tamen occupando, & vela contrahendo, esino, acclamando ex corde: Viuat, vigeatque diu Franciscus Bilia: Si t optatis gloriosus, & ingressus omnium virtutum sacrarium sit debitis honoribus locu ples, & felix.

Ex Ædibus meis in capite Agonis Calend. unij. MDCXLIV.

A. *Gellius. noct. Atticar. lib. 15. cap. 7. obseruatum.* B. *lib. 4. mathes.* C. *Ranzou. de ann. Clymatēric. fol. 227. & seq.*

D. *Seneca seu Mimus Publian. Vitia cuncta dixerit, cùm ingratum hominem dixeris.* Petr. *Crinit lib. 2. Poemat. inquit.*

Ingratus est vitandus, vt dirum scelus,
Nec esse portentosius quidquam puto.
Nam tellus ipsa fœdius nihil creat;
Ingratus homo, hoc vnum bene facit, cùm moritur.

Et omnium malorum auctor Satan. horret, & odit nuncupari ingratus, teste Celada *in Iudit, cap. 3. §. 11. num. 37. & seq.*

E. *Seneca. de Benefic. lib. 3. cap. 1. Mandos. in Procemio sui Tract. de ingratitudine.*

F. *Muretus. in Præfation. Emendation. Horat. Flac.*

G. *De. Repub. Sermon. 41. col. 32. Vers. Audiat. Gaspar Ens in sua Schola polit. Clas. 1. cap. 21. addit: Liberalitatis aliud munus est in ornandis bonorum virtutibus: illo enim præmio aluntur artes, florent scientiæ, gliscunt ingenia, illustratur religio, augentur, ornantur, firmantur Imperia, dulci, & amabili vinculo ligatur Princeps cum toto suo populo.*

H. *Honesta largitioni si absit iudicium, vel iustitia, neque sancte, neque ciuiliter honorem confert collator, vt voluit* Stobæus *dicto sermone. col. 39. Vers. Oportere. &* Lipsius de Constantia lib. 2. *cap. de præmijs, scripsit. Honorem communicandum esse prudenter & iuste, ab eo, qui potestatem habet publica munera conferendi, quoad salutem Reipub. promoueat.* Gaspar: *Ens dicto cap. 21. subdit* Beneficia *danda sunt dignis, nam male collata pereunt, & dignis fit iniuria. Michael.* Maculer. *in sua Monarchia, tertia par. lib. 4. cap. 5. num. 2. inquit; Iuxta mensuram virtutum fit honorum modus.*

I. *Celada in* Iudit. *cap. 1. §. 14. & seq. & cap. 5. §. 6. in fin.*

K. *Cicer. 2. Offic. ex Ennio inquit. Beneficia male collata, male facta sunt; & honesta largitioni, si iudicium detrahas, maleficium facis.*

L. *Isaias, cap. 5. num. 22 & seq. exclamat. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Et latius* Math. *Tymp. in Specul. Princip. parte posterior. Signo 33. & Muretus in dicta præfat.*

M. *Arist. de* Repub. *lib. 2. cap. 9. dicebat. Qua in Repub. non maximus virtuti honos non tribuitur, in ea optimus status stabilis, & firmus esse nullo modo potest, Cic. de Natur.* Deor. *lib. 3. Neque domus, neque respub. stare potest, si in ea recte factis præmia extent nulla. Inde Vuiel. ab Essenden. in suo Manual. politic. cap. 8. Vers.* De pœnis. *addebat. Si immeritis officia, & dignitates conferat, iusti Principis nomen amittit, & vniuersum statum suum in pericula ruinæ conijcit. Et Euripid. in Hecuba concludebat: In hoc pereunt plures Respub. quando vir fortis & strenuus, plus non aufert deterioribus. & latius Math. Tymp. ind. Specul. part. poster. signo 57. & Bartol.* Keicherman. *de* Repub. *Athenienf. cap. 19. Farnes. De optim. Princip. lib. 2. Elog. 21.*

N. Ec-

N *Ecclesiastes.cap.10.num.5.& seq.Celad.in Iudit.par.1.cap.5.§.6. Vilielm.ab Essenden.dicto cap.8. Vers. De pœnis Menoc. politic.lib.2.cap.11.num.2. Math.Timp.dicto signo 57.nu 6. Vers. caueant. Michael. Maucler. in sua Monarchia dicto cap.5. num. 3. & 4. Valde funestum est Principibus & reipub.spretis virtute dignis, ad publicos honores euehere indignos.*

O. Rebel. *de obligat. iust.p.1. lib.3.quaest.3 in prin.& quaest.4. num.13. & seq.& quaest. 5. num.5. eam afferens rationem: Quia Principes non sunt domini huiusmodi munerum, sed ea ex auctoritate reipub tamquam dispensatores conferunt, non secus ac Principes Ecclesiastici, quoad ecclesiastica munera, iuxta illud D. Pauli ad* Roman. *cap.13. Ministri enim sumus in hoc ipsum seruientes. Baiard. ad Clar. §.fin. quaest.94. num.12. in fin. Adamus Contzen. politic. lib.4.cap.16.§.10. Vers. Causa, & Vers. Quid si nullum. qui plura incommoda referunt ex indigni electione ad publica munera, seu vt ego addo, lapidibus coniectis ad statuam Mercurij.*

P.*l. liberorum. in fin ff. de ijs qui notant.infam.* Rebel.*de obligat.Iust.par.1.lib.3.quaest.7.l.fin. vbi Glos. C. de acq. possess.*

Q.*Rebel. de obligat. iust.d lib.3. quaest.3.4.5.& 6.*

R.*l.2.C. de rescind. vend, Alphons.à Cast. de lege pœnal lib.2.cap.10. Vers. Tertio.Rebel de obligat. iust. par.2. lib.9.quaest.3 sect.1. num.1. & seq. Matienz. lib.5. Recopil. de empt. & vendit l.1.glos.1. num.6. & seq.& dixi. de Laudemio, lib.4.quaest.7.art.4.num.29.*

S.*l nam & Seruius §. fin ff. de negot. gest. l. non ob eum ff. pro socio. l.cum in plures. n. seruum ff. locat l. item videndum ff. de pet.haered.l. videamus. ff.locat.*

T. *Torquatus Tassus.* Li primi honori
meritar più, che conseguir desio.

V.*Celada in Iudit cap.5.§.6.in prin.& fin.vbi reprobando responsum Theodorici, quòd pompa meritorum sit regale iudicium; quasi possit humanus Rex vna cum fastigio muneris, largiri sufficientiam, quam solus* Deus *donat; concludit studendum esse meritis, non Regum fauoribus: Nam si ob meritorum exiguitatem sis pes, si Regio fauore fias caput vrbis, aut prouinciae, ipsa corona coronaberis, & si nihil ambiens, & plura merens priuatae viues, & pes Reipub. sis, coronaberis capitis ritu. Auge merita, ne summus honor dedecus tibi sit, & infamia. Nihil gratia quaeras, sed merito, & in loco infimo sublimis eris, & geres priuatae conscientiae fasces. Idem censuit Math.Timp.d.signo 57. in prin. & in vtramque partem arguendo, An maiori laude digni sint, qui honores bene sentientium iudicio merentur, an qui tantummodo illos assequuntur; aduersus istos, multis concludit. Vincent. Turrettus in suis Collation. moral. Dissertatione octaua.*

Et negatos magnis viris honores, illorum gloriam augere, latè probat Scipio Amirat. Dissertat. politic.lib.4. Discurs.6. referens Catoni gratius fuisse à Ciuibus inquiri, cur statuam in Capitolio non haberet, quàm si habuisset. Picolomin. de morib. gradu 8 cap.21.post med. vers probitas.

X. Cap. *quia diuersitatem vbi glos. de concess.praebend.referens illud Persij.*

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Picolom. in sua mor.Philos De principijs virtutum c.5.& dixi de Laudemio lib. 1.quaest.28.n.1.& seq.

Aa. *l.isti quidem §. pœnul. in fin ff. eo quod metus caus. Bero cons.161.praesens. lib.3.nu.1.& seq*

Bb. Cassiodor. *Variorum lib.1. cap.3. quamuis proprio. in princ.*

Cc.Pericles *in oration funeb.apud Thucid.lib.11.dicebat: Honoris studium nunquam senescit, nunquam in ea aetatis infirmitate, quae hominem facit inutilem quaestus, vt nonnulli dicunt, magis delectat, quàm ipse honor, quo quis ornatur Nutriunt praemiorum exempla virtutes nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando incrementum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur. Cassiodor.Var.lib.2. epist.16.Arist.4. Ethic.cap.3.& 2. politic cap 7. Gaspar Ens in sua schola politic.Classe prima cap.14. seu verius Io.Boter de modo administrand.Imper. lib.1. cap. 14. vers. ad hanc. Farnesius de Sapien.Principis Elog.21.27.66.*

Dd. *Salust. orat.2. De repub. ordinand. Vir bonus deteriorem magis clarum, magisque acceptum vbi videt, primo aestuat, multaque in pectore voluit, gloria, industria alitur; vbi eam dempseris, ipsa per se virtus amara, atque aspera est. Gaspar Ens d.cap.14.vers.praeterquam. Virtuti fit iniuria, fortes & generosi viri nihil acerbius ferunt, quam indignos sibi praeferri, atque inde summam erga Principem concipiunt indignationem & non raro se ab obedientia subducunt. Nihil Principum rebus aeque officit, quàm si in praemijs, & muneribus tribuendis, non meritorum, sed fauoris, & gratiae habeatur ratio.*

Ee. *Matth.Timp.in Specul Princip.part. poster signo 57.num.3.5.& 6.vers.tamen.*

Aurum, & laurum spectat athleta.
Inuenies multis de millibus vnum
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si praemia desint,
Non mouet, & gratis, pœnitet esse probum.

Adam.Contzen; politic.lib.4.cap.16.in prin.& Septuaginta Interpretes Bibliorum.*respondendo quaestionibus sibi à Ptolemaeo Philadelph.propositis, dixere: Regij muneris esse vnicuique ordini suam dignitatem tribuere.Nam quando eodem bonore digni cum indignis afficiuntur, vel dignioribus indigni praeferuntur, inde odia, inde conspirationes, inde tumultus ciuiles erumpunt. &* Princeps *alioquin clarissimus*

vissimus, turba immeritorum septus, vilescit.

Ff. l. si idem. C. *de codicil. Crauet cens. 6. num. 1. & seq. Surd cons. 311. num. 8. & seq.*

Gg. Io. Anton. Castil. De *antiquitate Mediolan. Fascicul. 1. col. 2. in prin. Horat. Land.* **De Senat. Mediolan.** *lib. 1. col. 4. & seq.*

Hb. Valer. *Maxim. Dictor factor. memorabil. lib. 8. cap. 1.*

Ii. Epistol. aduer Iouiniam lib. 1.

Kk Licosten. apophtegm. Cap. de pudicitia coniungal.

Ll. Sanchez de matrimon. lib. 7. De *impediment. matrimon. Disput. l. 12. num. 2.*

Mm. ad Corinth. *cap. 7. num. 14.*

Nn. Horat. Landus de Senatu Mediol. lib. 1. col. 9. & 26.

Oo. Idem Land. eadem hist. lib. 2. col. 30. vers. maioris Ecclesiæ.

Pp. Francis. Besutius de Pontific. *Mediolan. vers. Anselmus.* Ioseph. *Ripa mond. histor. lib. 9.* **Cronica** Bossian. *anni* 824.

Qq l. Si quemquam C. *de Episcop. & Cleric.*

Rr. ad Thimot. Cap. III. num. 5.

Ss. Restaur. *Castal tract. de imperat. quæst. 33. num. 7. & 13.*

Tt. Landus d. histor. lib. 1. col. 15. vers. non ædificijs, & lib. 5. col. 2.

Vu. Iacob Chouet typographus Lugduni in sua epistol. ad lectorem anni 1591.

Xx. De benef. libro secundo cap. 6. & seq.

Aaa. Landus. d. historia Senatus. *lib. 5. col. 11.*

Bbb. *And. Morocen. histor.* Venet. *lib. 2. ann.* 1524.

Ccc. *Annal. lib. 1.*

Ddd. Plutarcus in Mario. Adam. Contzen. politic. lib. 10. cap. 21. num. 6. Georg: Seonborner **Politic.** *lib. 6. cap. 12. num. 5. vers. corpora.*

Eee. Pompe. Iustinian. delle guerre di Fiandra *lib. 3. figura* 13. *in fine,*

Fff. Spelta in histor. Episcoporum papien.

Ggg. Petr. Gregor. de Repub. lib. 4. cap. 2. num. 7. Patritius de regno lib. 9. tit. 22. & **latius cæteris** *Montecatin. in Politic. Arist. text 64. vers. non pitest.*

Hhh. In auth. habita. C. *ne filius pro patre.*

Iii. Varior. lib. 6. cap. 17.

RE-

REPERITVR IN LIBRO PRIVILEGIORVM ANNI MDXXV. fol. xxj. existen. penes me Balthassarem Gussonum Reg. Duc. Cam. rationatorem inter cœtera adesse infrascripti tenoris sequentis v.

FRANCISCVS II. Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, & Barij Papiæ Princeps, Angleriæ Comes, ac Genuæ, Cremonæ, & Astæ Dominus: Inter cœteros, qui Illustris. Genitoris nostri, & nostram fortunam secuti sunt, vnus fuit Mag. ***Eques Io. Antonius Bilia*** consiliarius noster dilectissimus, qui ab ineunte adolescentia, dum præfato Genitori nostro inseruiret, Nouariæ, particeps aduersæ fortunæ, vltra capturam, & grauia tormenta ab hostibus passus, exilio demùm, & bonis omnibus mulctatus, nunquam expauit rebus ferè omnibus desperatis; Et eo tempore, quo pleriquè conditiones hostium acceptauerunt pro familiæ nostræ commodo vitæ periculum facere, Illustris. verò Maximiliano fratre nostro charissimo rerum potiente restitutus, tanta virtutis, & fidei suæ erga ipsum, & nos pro Dominij defensione egregia facinora edidit, vt spem, quam de eo familia nostra conceperat, mirum imodum auxerit indefessa solicitudine, vbi Dominij salus, & conseruatio versebatur. Nouercante demùm fortuna, & à Francisco Gallorum Rege, occupato statu, nostri exilij Comes, cum percusso inter Reges Europæ fœdere nulla nostri ratio habita fuisset, nec aliqua spes restitutionis extaret, is diffi cillimum iter ad Serenis. Britaniæ Regem nostris auspitijs, proprio sumptu aggressus, tanta diligentia, & astu, & consilio, præfati Regis fœderati animum ad nostri deffensionem suscipiendam, & ad res Italiæ nouandas induxit, vt ex eo primùm dominij recuperandi spes concepta fuerit; Qua ob improuisam Serenissimi Maximiliani Cæsaris mortem sublata, in omnium rerum confusione, Cum ad eandem desperationem ventum esset, post electionem in Cæsarem Serenissimi, & Inuictissimi Caroli Domini Nostri supremi, per quem noua salus nobis effulsit, & de Italiæ expeditione ageretur, eaquè n Leonis X. Pontificis Maximi auspitijs fieret, Visa erat Impossibilis, munus legationis pro Cæsare præfatus Eques summis periculis diligentissimè susceptum, tanta solertia, & studio obiuit, vt contta omnium opinionem fœdere inter præfatos Pontificem, & Cæsarem percusso, nostra restitutio decreta fuerit, qua Dei Maximi beneficio secuta, In gruentibusque postea singulo anno attrocissimis bellis à Pontentissimo Rege, cùm sæpius res nostræ in maximum discrimen adductæ titubarent, is pari fide, & diligentia tanto nobis auxilio, tùm foris, tum domi fuit, vt pro tantis laboribus, & meritis sibi plurimum debere non ignoremus: Quare cùm ad Cameram nostram spectent loca, seu oppida ***Seroni Ducatus Mediolani, Glarolarum agri Papiensis, & Campalestri similiter agri Papiensis***, illa ipsi danda, & in feudum concedenda, existimauimus, vt videat meritorum suorum rationem haberi, & continuè benefaciendi voluntatem cum eius meritis crescere. Quamobrem in primis in Dei nomine, à quo bona cuncta procedunt, dictas terras, seu oppida ***Seroni, Glarolarum, & Campalestricum*** iurisdictione, territorijs, iuribus, & pertinentijs suis separamus, seiungimus, & segregamus a Ciuitatibus nostris Mediolani, & Papiæ, & a quacumque alia Ciuitare, Iurisdictione, & loco, Ita vt in omnibus, & per omnia sint separata, & pænitus diuisa ab omnibus Ciuitatibus, & locis, ac per .e sint Mox instituimus, ac creamus in verum Comitem, & ad veram Comitatus dignitatem erigimus, sublimamus, & decoramus, ita vt ipsa oppida, seu loca, & terræ Seroni, Glarolarum, & Campalestri cum territorijs, & pertinentijs suis de cœtero vsque in perpetuum, sint, & vocentur Comitatus, nomenque titulum, dignitatem, effectum, & preheminentiam veri, recti, legitimique Comitatus habeant. Prætereaque præfatum ***Dominum Io. Antonium*** coram nobis genibus flexis constitutum, per ensis euaginati traditionem cum infinitis gratiarum actionibus stipulantem, & recipientem pro se se, suisque filijs, & descendentibus, ac descendentium descendentibus masculis & legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque masculina rantum natis, & nascituris creamus, & iustituimus verum, rectum, legitimum, naturalem, solemnem, & indubitatum Comitem dictorum oppidorum, seu locorum, & terrarum, cum territorio, iuribus, & pertinentijs suis, vt supra: Dantes, & concedentes eas, seu eos in Comitatum erectum, & erectas in feudum honorificum, nobile, gentile, & antiquum; Ita quòd naturam sapiat honorifici nobilis, gentilis, & antiqui feudi, dicto ***D. Comiti Io. Antonio***, præsenti stipulanti, & recipienti pro se se, tuisque filijs, & descendentibus, vt supra, necnon cum mero, mixtoque Imperio, gladij potestate, ac omnimoda iurisdictione, datijs, gabellis, pedagijs, possessionibus, pratis, vineis, nemoribus, molendinis, aquis, aquarum decursibus, fictis, reedditibus, alijsq. iuribus, regalibus honorantijs, & pertinentijs quibuscumque, ac exemptionibus, libertatibus, prætheminentijsque, quas, & quæ talium feudorum, & Comitatus dignitas exigit, & requirit, & alij veri, honorabiles, & clari Comites, & feudatarij habent, potiuntur, & gaudent. Reseruato tamen pro nobis, & camera nostra iure superioritatis, & homagij, ac exceptis etiam & reseruatis allogiamentis stipendiatorum nostrorum, gabella salis, & taxis equorum, à quibus neminem exemptum esse volumus, & datijs mercaturæ, & ferraritiæ, ac tracta gualdorum, si quæ sunt, & reseruato etiam decreto de maiori Magistratu, exceptis etiam priuatorum bonis, & iuribus, quæ vel rebellionis, vel cuiusuis alterius criminis causa ad Fiscum nostrum deuoluta essent, Dantes, & transferentes in eundem D. Comitem præsentem, stipulantem, & recipientem pro se, suisque filijs, descendentibus vt supra, omnia iura, omnesque actiones vtiles, directas, reales, & personales, hypoothecarias, & mixtas in & super dictis opidis, seu terris, & locis, ac territorio, iuribus, & pertinentijs suis quomodolibet nobis spectantibus, & pertinentibus facientesque, ac constituentes præf. ***D. Comit. Io. Antonium*** in & super

per

per ipsis infeudatis vt supra procuratorem in rem nostram, Ponentes eum in locum, ius, & statum nostrum, & Cameræ nostræ, saluo semper iuresuperioritatis fidelitatisque præsentis; Dantes quoque, & concedentes eidem. Comiti, & descendentibus suis, vt supra licentiam ingrediendi, & propria authoritate apprehendendi per se, & quemlibet eius nuncium, & procuratorem possessionem, & tenutam prædictorum oppidorum, & seu locorum, & bonorum, ac iurium infeudatorum vt supra, & apprehensam retinendi, ac de, & eis disponendi, & exigendi, provt, & quemadmodum veri feudatarij faciunt, & facere consueuerunt, secundum naturam, & conditionem talis concessionis, & feudi; versaque vice dictus *D. Comes Io. Antonius* flexis genibus in manibus nostris, & coram nobis stipulantibus, & recipientibus pro nobis, filijs, & successoribus nostris, manibus corporaliter tactis scripturis super sancto Missali, specialiter, & expresè promisit, & iurauit, ac promittit, & iurat, quod ab hodierna die in perpetuum ipse, ac filij, & descendentes, vt supra continuè erunt fideles, obedientes Vasalli, & feudatarij nostri, ac filiorum, & hæredum nostrorum, vt supra, & quod dicta oppida, seu loca, ac bona, & iura in feudum concessa vt supra regent, & custodient ad honorem, & commodum status nostri, & filiorum, & successorum nostrorum vt supra, nec à nostro, & nostrorum vt supra fauore, vel præsidio vllo vnquam tempore se retrahent, vel abstinebunt ex aliqua causa noua, præsenti, vel futura, quæ dici, aut excogitari posset, etiamsi talis esset, quæ velut grauis nimis in generali sermone non veniret, Quinnimò omnia omni tempore, necessaria, & vtilia pro nobis, & successoribus nostris vt supra procurabunt: Et ad omnium prædictorum maiorem corroborationem, vllo vnquam tempore, verbo, consilio, facto, vel opere non agent, aut facient còntra honorem; & statum nostrum, & successorum nostrorum vt supra, etsi ad notitiam eorum peruenerit, quòd aliquis in aliquo ex prædictis contra nos, ac nostros, vt supra faceret, vel tentaret, aut facere, vel tentare vellet, toto eorum posse, omnique industria impedient, resistent, & prohibebunt, & si etiam prohibere non poterunt; illud tamen per se, vel nuntium suum, nobis aut nostris, vt supra quanto citius poterunt, propalabunt, & manifestabunt, statumque, & honorem nostrum, vt supra, ac dominium, honores, preheminentias nobis, & nostris vt supra, spectantes pro toto eorum posse, omnique industria, & ingenio conseruabunt, & augebunt, Et consilium quod ab eis petetur, secundum sibi datam ab æterno Deo prudentiam, immaculatum, & fidele præstabuot, sed putè, siocerè realiter, & personaliter, & sine vlla exceptione cauebunt, & seruient, nec ob aliquam temporum conditionem, siue diminutionem, aut status varietatem omni fauore, vel præsidio vllo vnquam tempore nobis, & nostris præstando se retrahent prout supra, & generaliter facient, & obseruabunt omnia, & singulaea, quæ facere, & seruare debent de iure, & secndum naturam talis feudi, & formam vtriusque fidelitatis, tam scilicet nouæ, quam veteris, prout in ea forma continetur. Iurans deniquè, ac promitteos præs. *D. Comes Io. Antonius* pro se se, & suis, vt supra in manibus nostris omnia, & singula suprascripta attendere, & obseruare, omni exceptione, aut excusatione cessantibus sub vinculo iuramenti, & perditionis feudi eius, & item sub pœna refectionis, & restitutionis omnium, & singularum damnorum, expensarum, & interesse per nos, & nostros, vt supra sustinendorum, & facieudarum pro prædictis, & eorum causa in lite, & extrà. Pro quibus omnibus, & ũngulis, vt præmittitur attendendis pręs. *Dom. Comes Io. Antonius* omnia bona sua præsentia, & futura nobis, ac nostris obligauit, & obligat. Renuntiaotes Vicissim exceptioni non factarum dictarum concessionis, & obligationis, & omnium, & singulorum prædictorum non sic, & taliter gestorum, & alijs exceptionibus, quæ in similibus apponi possent, Insuper cum agnoscamus feudorum prædictorum dignitatem ægrè sustineri posse, nisi maiori liberalitate nostra muniamus, In idque versetur animus noster, vtilitas (vt par est) dignitati correspoodeat, quo præs. *D. Com. Io. Antonius* honorificè se habere possit, omnibusque re ipsa nobis chatus esse videatur. Per has itaque nostras spontè, & ex certa scientia, & de nostræ potestatis plenitudine, etiam absolutè; omnibusque alijs melioribus vijs, modis, causis, & formis, quibus melius possumus, tituloq; puræ, meræ, remuneratoriæ, ac irreuocabilis inter viuos donationis, damus, & concedimus præs. *D. Com. Io. Antonio*, possessionem, & bona, quæ erant Iacobi, & Marci Antonij de Curte, & consortum Rebelium nostrorum posita in loco, & territorio plebis Cayri Comitatus Papiæ aliàs locata Pasquino de Varisio. Item omnia bona, quæ erant Octauiani de Ghilinis, ac Guarnerij Guaschi Rebellium nostrorum & aliorum Rebellium nostrorum posita in loco seu terra Castricirioli agri Alexandrini, & eius territorio. Item medietatem semidinis positi in Ciuitate Alexandriæ, quæ erat prædicti Octauiani. Item sedimen, domos, & omnia alia bona posita in loco, & territorio Glarolarum Comitatus Papiæ, quæ erant Hieronymi de Curte rebellis nostri locata Octauiano de Floramonte. Item omnia bona posita in locis, & territorijs Cinixelli Campi Fiorentij Montis, & Tregaxij Ducatus Mediolani, & alibi, quæ erant Hieronymi de Cusano rebellis nostri. Item omnia bona posita in dicto loco, seu oppido Campalestri, & eius territorio, quæ erant Io. Hieronymi de Castiliono rebellis nostri locata Io. Angelo de Ferrarijs; item omnia bona posita in loco, & territorio Operi plebis Locatæ, Ducatus Mediolani, & hospitium ipsius loci, quæ erat quon. Io. Triuultij, & eius filiorum rebellium nostrorum locata D. Præposito Stampæ, ob rebellionem Cameræ nostræ spectantia, pro se, suisque filijs, & descendentibus masculis, legitimis, & de legitamo matrimonio natis, & nasciturìs vsque in infinitum, cum omnibus, & singulis iuribus, & pertinentijs suis, & sub quibusuis confinibus, cohærentijs sint, & reperiantur, quæ hic pro expressis, & specificatis haberi volumus: Et cum plena Iurium cessione, translatione Dominij, & possessionis, positione in locum, ius, & statum nostrum, ac

Came-

Cameræ nostræ, Damusque & transferimus in eum, & suos vt supra omne ius, omnemque actionem, quam nos habemus, & Camera nostra habet super dictis bonis: Constituentes nos ea omnia tenere, & possidere, seu quasi nomine præf. D. Comitis Io. Antonij, & suorum vt supra, donec eorum effectualem possessionem acceperit, eius capiendæ liberam illi, & illis damus potestatum etiam sine authoritate alicuius iudicentis; Supplentes omni defectui quatumcumque solemnitatum, tàm iuris, quàm facti, & tàm iuris ciuilis, quàm municipalis, quæ in hoc euenisse, vel intercessisse posse dicerentur. Et hæc non obstantibus aliquibus legibus, statutis, decretis, prouisionibus, ordinibus, & iuribus quibuscunq; quæ prædictis, vel alicui prædictorum obstarent, vel impedimentum afferrent, seu aliter formā darent, & præsertim non obstantibus decretis in specie disponentibus donationes bonorum confiscatorum non tenere, nisi eorum exprimatur valor, qualitas, & redditus. Quibus omnibus, & singulis, si talia forent, de quibus in indiuiduo fienda esset mentio, & derrogatio specialis, ex certa scientia, motu proprio, & de nostræ potestatis plenitudine derrogamus, & derrogatum esse voluimus. Mandantes Reuerendis, & spectabilibus D. Vicepræsidi, & Senatoribus nostris, Magistris intratarum vtriusque Cameræ nostræ, ac omnibus, & singulis officialibus, Magistratibus, feudatarijs, & subditis nostris præsentibus, & futuris, ad quos spectare, quomodolibet poterit, quatenus præf. D. Com. Io. Antonium in possessionem dictorum Comitatus, oppidorum seu locorum ponant, & manuteneant, & de dictis datijs, intratis, & prouentibus respondeant, & responderi faciant, prædictāque inuestituram feudalem, ac omnia, & singula in ea contentā obseruent, & faciant inuiolabiliter obseruari. Nihil contra, eam attentantes, aut attentari quouis modo permittentes sub indignationis nostræ pœna. Communibus verò, ac hominibus, & incolis dictorum oppidorum, seu locorum Sironi. Glarolarum, & Campalestri habitantibus, & habitaturis in dictis oppidis, seu locis, ac iurisdictione, & pertinentijs, vt ipsi D. Comi Io. Antonio, eiusque filijs, & descendentibus vt supra, suorumque officialibus pareant, & obediant, non secus, ac nobis, & nostris facerent. Quoniam ista est nostræ inuiolabilis voluntatis mens: saluo semper iure tertij. In quorū fidem præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli munimini roborari. Dat. Med. die 17. Maij MDXXV. Signat. Franciscus cū ziffera. Visa Homoronus, & Bartholom. Rozonus fol. 104. cum sigillo, & cordula serici albi, viridique, & aureato mixto.

Franciscus II. Sfortia Vicecomes, Dux Med. & Barri, Papiæ Princeps, Angleriæq; Comes, ac Genuæ, Cræmonæ, & Hastæ D. Petita nuper à Senatu nostro approbatione literarum nostrarum datatū die decimo septimo præsentis Mensis, & anni; per quas in feudum concessimus Magnifico Equiti D. Io: Antonio Bigliæ consiliario nostro dilectissimo causis, & rationibus in ipsis literis expressis oppida Seroni Ducatus nostri Mediol. Glaralorum Agri Papienses, & Campalestri eiusdem Agri Papiensis cum eorum oppidorum separatione à Ciuitatibus nostris Mediolani, ac Papiæ, & à quacumque alia Ciuitate, & iurisdictione; cumque eorum oppidorum institutione, & erectione in verum Comitatū, & ad veram Comitatus dignitatem pro se, & filijs suis, ac descendentibus masculis, & legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaq; masculina natis, & nascituris, cum mero, & mixto imperio, ac alijs in ipsis litteris abunde expressis, & per quas quidem etiam literas titulo puræ, meræ remuneratoriæ, ac irrouocabilis inter viuos donationis dedimus, & concessimus ipsi Domino Io. Antonio possessionem, & bona, quæ erant Iacobi, & Marci Antonij de Curte, & Consortum rebellorum nostrorum, posita in loco, & Territorio Plebis Cayri Comitatus Papiæ, & omnia bona, quæ erant Octauiani de Ghilinis, ac Guarnery Guaschi rebellium nostrorum, ac aliorum rebellium nostrorum posita in loco, seu Terra Castri Cirioli, Agri Alexandrini, & eius Territorio, Medietatemque sediminis positi in Ciuitate Alexandriæ, quæ erant ipsius Octauiani, ac sedimen domos, & omnia alia bona posita in territorio Glarolarum prædictarum, quæ erant Hieronymi de Curte rebellis nostri, necnō omnia bona posita in locis, & Territorijs Cinixelli campi Fiorentij Montis Tregazij Ducatus Mediol. & alibi, quæ erant quondam Hieronymi de Cusano rebellis nostri, omniaque itidem bona posita in dicto loco, & territorio Operi plebis Locatæ Ducatūs Mediolani, cum Hospitio ipsius loci, quæ erant qu. Ioannis Triulzij, & eius filiorum rebellium nostrorum, & prout seriosius in ipsis litteris continetur ad quas digna habeatur relatio Præfatus Senatus noster visis, & lectis dictis litteris nostris quas hic annecti iussimus. Auditaq; relatione vnius ex Senatoribus nostris cui præcipua cura data fuerat ipsas litteras & in eis contenta diligentius examinandi, & omnia ad rem faciendi in Senatu, & ferendi Visisque oppositionibus Fisci nostri cui literæ ipsæ nostræ datæ fuerant, vt opponeret si quid vellet. Visisque & intellectis omnibus videndis, & intelligendis; iisdemquè, & alijs merito considerandis maturè consideratis. Censuit ipsas litteras fore aperobandas prout eas aporobauit in omnibus, & per omnia prout iacent, seruatis quoad bonorum donationes ordinibus circa liquidationes talium bonorum, sic enim fiscus noster in eius relatione meminit esse faciendum. Cuius quidem Senatus nostri iudiciū ratum, & gratum habentes, quippe quem non ignoramus omnia maturè, & cum diligenti circumspectione peragere, ac perspectum habere, quam maxima sint erga nos & statum nostrum ipsius D. Io. Antonij merita, & quæ de eo, & eius gestis in ipsis literis recitantur esse verissima. Per has nostras ex certa scientia iniungimus, & expresse præcipimus omnibus, & singulis Magistratibus, officialibus, & subditis nostris. vt prædictas litteras nostras sic vt supra per Senatum nostrum approbatas obseruent, & obseruare faciant. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri iussimus. Dat. Mediol.

b die

die decimo nono Maij M. D. XXV. fignat. in calce Iulius, & figill.

Idem Balthaffar Guffonus Rationator affirmat vt fupra.

Præses, & Magist. Reg. Duceq; Redd. Ord. Status Med.

Vniuersis, & singulis præsentes inspecturis fidem facimus, & attestamur suprascriptum Balthassarem Guffonum, qui se vt supra subscripsit fuisse, & esse Rationatorem Reg. Duc. Cam. Mediolani, & ideo scripturis ab eo quo ad dictum officium firmatis indubitatam fidem semper adhibitam fuisse, & adhiberi in iudicio, & extra. In quorum fidem præsentes fieri, & ab infrascripto Cancellario nostro subscribi nostrique sigilli impressione muniti iussimus. Dat. Mediolani die tertia mensis Septembris 1633.

Ambrosius Sonicus.

Locus O Sigilli.

FERDINANDVS II. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Selauoniæ, REX, Archidux Auftriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Morauiæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac fuperioris, & inferioris Silefiæ, Vvitembergiæ, & Techæ, Princeps Sueuiæ, Comes Habfpurghi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgrauius, Alfatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij Burgouiæ, ac fuperioris, & inferioris Lufatiæ, Dominus Marchiæ, Sclauonieæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. ILLVSTRI noftro, & Sacri Romani Imperij MARCHIONI fideli dilecto ANTONIO BILIA noftro Colonello, & Cubiculario, gratiam noftram Cæfaream, & omne bonum, ET SI nos pro innata nobis benignitate, Clementiaque fummi, & immortalis Dei, qui Cœleftis fuæ liberalitatis Thefauros in vniuerfum hominum genus largifsimè diffundit exemplo, poftquam ab ipfius Diuina Maieftate ad Maieftatem hanc humanam, & Excelfi Throni Imperialis folium euecti fumus, hoc imprimis curæ habemus, vt munificentia noftra in quocumque hominum ordines, quorum id virtus, & fides merentur, amplifsimè extendatur exerceaturque animo tamen decere exiftimamus, vt diligens, & accurata habeatur ratio, quo proemia vnicuique, & honores, dignitatefque pro cuiufque meritis debita difcrimine conferantur, vt fcilicet vnus ab altero quibufdam quafi gradibus diftinguatur, & qui clariore loco nati nobilitatem a maioribus acceptam, nobilibus, & præclaris actionibus, ac virtutum ftudijs, pro Patria, pro Principibus fuis pro Republica ftrenuè laborando magis magifque illuftrant amplioris honoris, & dignitatis præeminentia decorentur, fic enim ratio iuftitiæ, & æquitatis habetur, & reliqui mortales ad honeftiffimum virtutis, & gloriæ certamen pulcherrimis exemplis prouocantur, cum itaque fide dignorum relatione acceperimus COMES ANTONI BILIA, ijs te parentibus ac maioribus in Italia ortum, qui heroicis actionibus, & egregijs in Rempublicam, Regefque fuos, ac Principes meritis natalium fuorum fplendorem cum pace, tum bello apprimè cohoneftarinc, potifsimum verò quandocunque Sacri Romani Imperij, & Auguftæ domus noftræ Auftriacæ feruitia tractabantur, deuotionem, & obferuantiam fuam fingulari fempet zelo, & egregijs experimentis conteftati fuerint, teque illorum veftigijs nouiter infiftendo id vel maximè à primis ætatis fuæ temporibus curæ habuiffe, vt ab illis partum, & in te velut fuccefsionis iure deriuatum decus domefticum non modo conferuares, fed proprijs etiam meritis atq; virtutibus magis, magifque illuftratum ad pofteritatem tuam tráfmittere poffes, quod vfque adeò feliciter cefferit, & cum militia in Belgio ferutfcente per varios munerum Caftrenfium gradus prouectus præclarum animi valorem, multis periculofis occafionibus egregiè fpectandum præbuiffes, maioris gloriæ militaris acquirendæ ftudio excitus, vna cum Illuftre quo. & Magnif. fidele nobis dilecto Carolo de Logueual Comite de Bucquoy, libero Barone de Vaux, Auri Velleris Equite, Generale Exercitus noftri Locumtenente & Camerario, affine tuo ad Aulam noftram Cæfaream nobis militaturus adueneris, & ad funeftam rebellionem in Regnis, atque Prouincijs noftris hæreditarijs latè graffantem animo virili, fortique dextra reftringendam, tanquam vnius legionis Colonellus nofter in diuerfis Bohemiæ Arcibus, Oppidis, locifque munitis vi armata expugnandis, expugnatifque viriliter defendendis, fpeciatim verò in memorabili conflictu Pragenfi circa Albimontis iugum fecus viridarium Stellę nemorofum, qua die infignem per miracula victoriam Diuina nobis beneficentia tribuit, quemadmodum virum ftrenuum decebat egregia fortitudinis bellicæ fpecimina edideris; Quibus vfque adeò benigniorem tibi affectum Imperialem conciliaris vti dignum te cenfuerimus, quem clauis aureæ teffera ornatum in Camerarium noftrum clementer adfcifceremus, nobifque omninò perfuafum habentes te deinceps quoque vbi res, & occafio tulerit, nullum difcrimen, vel periculum fubterfugiturum, modo fidem, & obfequium augufto nomini, atque domui noftræ debitum fanguine etiam fparfo conteftari pofsis, prætermittere noluimus quin peculiari aliquo gratiæ noftræ Imperialis monumento, quod tibi totique pofteritati fuæ legitimæ perpetuo honori, atque ornamento fit benignè condecorandum te fufciperemus, MOTV itaque proprio

ex

ex certa nostra scientia, animo benè deliberato, sano accedente consilio, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine te sæpedictum COMITEM ANTONIVM BILIAM omnesq;,& singulos liberos,hæredes,posteros,ac descendentes tuos legitimos vtriusq; sexus natos æternaq;serie nascituros, veros Sacri Romani Imperij MARCHIONES , ET MARCHIONISSAS creauimus, fecimus, & nominauimus , tituloque , & honore MARCHIONATVS IMPERIALIS auximus,& insigniuimus , sicuti tenore præsentis nostri diplomatis creamus, facimus, nominamus, augemus, & insignimus . VOLENTES præsentique edicto nostro Cæsareo in perpetuum valituro firmiter, & expresse decernentes, quod tu supranominate ANTONI BILIA cum vniuersa prole, atque posteritate tua legitima vtriusque sexus in infinitum , nomen , titulum, & dignitatem Marchionum Imperij perpetuis deinceps temporibus habere, obtinere,& defferre, eo que tam in litteris, quam nũcupatione verbali in rebus spiritualibus ,& temporaliq; Ecclesiasticis, & profanis quibuscunque honorari, appellari, & reputari, ac denique omnibus, & singulis honoribus , ornamentis , dignitatibus , gratijs, libertatibus, priuilegijs, iuribus indultis , consuetudinibus , præemiuentijs , & prærogatiuis liberè, & citra cuiuslibet impedimentum vti frui, potiri, & gaudere possis, & valeas , quibus cæteri nostri, & Sacri Imperij Marchiones vtuntur , fruuntur , potiuntur, & gaudent consuetudine , vel de iure ; Non obstantibus incontrarium facientibus quibuscunque, etiam si talia forent , de quibus in præsentibus specialis , & expressa mentio fieri deberet, quibus per hasce scienter , & auctoritate nostra Cæsarea derogamus , & sufficienter derogatum esse volumus. QVOCIRCA SERIO, & expressè mandamus vniuersis, & singulis electoribus, alijsque Sacri Imperij Principibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, & ignobilibus , Clientibus , Capitaneis ,& Vicedominis , Præfectis , Magistratibus, Procuratoribus, Officialibus ,Quæstoribus, Ciuium Magistris ,Iudicibus , Consulibus , Hæroaldis, Caduceatoribus , Ciuibus, Municipibus, & omnibus deniq; nostris , & Sacri Romanij Imperij subditis, & fidelibus dilectis cuiuscunque status, gradus , ordinis , dignitatis , conditionis , aut præeminentiæ fuerint, vt te prænominatum ANTONIVM BILIAM dictosque suos hæredes, & descendendentes legitimos in infinitum ex hoc tempore in futurum, ac perpetuò Marchiones Imperij nominẽt, reputent, & honorent , teq; & illos dictis priuilegijs, iuribus , honoribus , dignitatibus, libertatibus, præeminentijs , prærogatiuis, gratijs , & indultis liberè, pacificè , & sine omni impedimento, ac molestatione gaudere vti frui , & potiri sinant , nec aliquo pacto in ijs impediant, seu perturbent, sed potius tueantur, manuteneant, & defendant , atque contrarium non faciant , nec fieri procurent , vel permittant quouis modo. Quatenus nostram , & Sacri Imperij indignationem grauissimam, ac pœnam quingentarum marcharum auri puri pro semisse Imperiali Fisco, seu Aerario nostro , pro reliquo verò semisse iniuriam passi , seu passorum vsibus toties quoties contrauentum fuerit omni spe veniæ sublata applicandam euitare voluerint . Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum , & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Dat' in Arce nostra Regia Pragæ die octaua mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio , Regnorum Nostrorum Romani quarto, Hungarici quinto , Bohemici verò sexto .

Subscript. Ferdinandus .

V. Petrus à Stalendorff. L. B.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium Henricus à Questenberg .

Lectori salutem, & consilium editionis operis.

S*Oluo ex meo aere quae alius ex mea area dependere spopondit. Antonius Franciscus meus ex fratre nepos cum me inscio sibi confecisset exemplum eorum quae* de Subhastatione, & Venditione iudicialis pignoris scripseram, *illudque aliquibus non contemnendis auxisset, & deinde, adiutus liberalitate Marci Antonij Asinarij Careti Marchionis Spigni, & Rom. Imperij Vicarij imprimendum destinasset; Spopondit praeterea emissurum reliqua quae* de Postremis rei iudicatae solemnibus *eram meditatus. Verum cum ille agens annum vigesimum secundum tabe correptus, in fata concesserit nolens, & volens soluo, qua ille promisit quae certo erant receptura non poenitendum incrementum si superuixisset.*

Typographus Typographis. S.

SCiant impressores cuncti, si infra triennium, quid fuerint moliti, quod noceat praesenti impressioni se oleum, & operam perdituros, quia viuente operis auctore. Ex pacto mecum inito facile illi erit addendo, & remissiue dicta explicite referendo, aliud opus illorum impressioni nociturum conficere. Monitio mea sit vobis grata, & emptitij prohibitiuique priuilegij vice. Valete.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. Mag. S. P. A.

I. B. A. Ep. Cam. Vicesg.

D*E mandato Reuerendiss. Patris, & Patroni mei Fratris Reginaldi Lucarini* S. *P. A. Mag. Ego infrascriptus accuratè, & diligenter perlegi tractatum D. Antonij Nigri I. C. ex Arce Hannoni, qui inscribitur* De postremis rei iudicatae solemnibus, *& quia nihil in toto opere notare potui, quid vel fidei Catholicae, vel bonis moribus reluctetur. Ideo in fidem adscriptionem meam apponendam duxi, cum praesertim opus luce dignissimum iudicauerim. Romae 7. Idus Iulij 1642.*

Stephanus Fabrettus I. V. D. Vrbinas.

Imprimatur

F. Reginaldus Lucarinus S. P. A. Mag. Ord. Praedic.

AD

AD ANTONIVM NIGRVM I.C. CLARISSIMVM.

BARTHOLOMÆI TORTOLETTI.

*Q*Visquis iura foro dicit, litesque resoluit
Implicitas, qua turba dolis agit improba testis,
Omnia ni videat meliùs, quam peruigil Argus,
Fallitur; afflictus mæret; frustraq; laborat
Sisyphium voluens lapidem iustissimus Actor;
Æsq; suum retur loculis cum tradere certum,
Tunc redit ad caput, & sinuosa volumina sentit:
Vxor eget, sicco & plorant super vbere nati.
Tu das Iudicibus formam, tu dirigis acta,
Vt bona conuicti veniant secura sub hastam,
Antoni, nec retrò abeant repetita per artes
Causidici vafras, viduum depascitur agmen
Qui nullam veritus legem. Sententia constat
Præceptis firmata tuis, nec causa labascit.
Propterea terris iandudum à tristibus exul
Cœlo Astrea tibi remeat, lauroque coronat
Tempora; quandoquidem dum stat mortalibus ægris
Nulla fides, & pulsa sonant subsellia fraude,
Iustitiam, & fas restitui te vindice cernit.
Macte, annos sic finge tuos; sic fata premuntur.

AD AVCTOREM ARCE HANNONI oriundum mœnium illius conditorem.

Ioannis Michaelis Muratorij à Sauigliano.

CONditor insignis Pœnus dat nomen, & omen
Hannono, Nigro fulget & indigena
Imperiosa Tyrus, non tam se iactat alumnis,
Docta Nigri in latio, quam monumenta vigent.
Ornat Sidonias Hanno, nouus Annibal vrbem
At Niger Astreæ lumina laude pari
Vrbis vterque suæ lux inclyta, fulmen vt Hanno
Est belli, fulmen sic Niger eloquij.

AD ANTONIVM NIGRVM. I.C.

Augustini Fauoriti Sarsanensis.

*Q*Va male vexatas reuolubilis orbita lites
Distrahit incertis non bene firma foris
Tandem qua dubijs se ambagibus implicat error
Explicet; Illustri sub Duce discat iter.
Scilicet anfractus legum, quibus incidit ager
Sæpe cliens clara detegit arte Niger.
Tu vere Antoni salue decus addite Cælo;
Æternum læta in Virgine sydus eris.

Aliud.

Quod Niger est, ne triste putes hoc nomine ferri
Augurium, non hæc omnia nomen habet.
Neu dubita; nam cana fides, quo tutior esset,
Esse Nigri dixit, Candide Lector, opus.

b 3 INDEX

INDEX CAPITVM OPERIS DE EXECVTIONE REI IVDICATÆ.

CAPVT PRIMVM.

CAPVT II.

§. xviiij.

CAPVT III.

Examinatur quod exequutio non debet esse excessiua, & §§. septem subduntur plures modi quibus dicitur fuisse excessum in exequutione. fol.105

CAPVT IIII.

Aduertendum esse probatur ne exequutiuo fiat dilatione pendente, & §§. 14 tota materia Dilationum examinatur. *fol.*116

§. v.

CAPVT V.

Substantiale quintum exequutionis faciendæ, ne illa fiat pro debito non liquido, & non probato probatione liquida & §§. duobus absoluitur. fol. 131

CAPVT VI.

Refertur quod exequutio fieri debet ex sententia valida, & quæ ex capite nullitatis infringi non possit, & §§. xv. referuntur plura nullitatum capita, & præcipuè quando non est certa. fol. 142

CAPVT VII.

Traditur exequutionem sententiæ petendam esse à procuratore, qui habeat speciale mandatum ad illam petendam, & subduntur §§. sequentes fol. 171

§. iij.

CAPVT VIII.

Octauum substantiale exequutionis esse traditur, vt illa fiat ex sententia quae probatur iusta ex Instrumento, vel alijs Iuribus quę sint in forma probanti, nec aliquo nullitatis vitio laborent, & subduntur quae requirantur vt Instrumentum dicatur esse in forma probanti, & testium examen sit validum, & §§. xxxxviij. examinantur omnia requisita Instrumenti, & examinis testium. fol. 217.

§. xij. *Exa-*

§. xxxxv. Exa-

CAPVT IX.

CAPVT X.

CAPVT XI.

§. vj. *An*

CAPVT XII.

Ad validitatem exequutionis concluditur aduertendum esse, vt illa fiat in bonis, & rebus, quæ in causam iudicati capi possunt; & referuntur quæ capi non possunt, & §§. XVI. examinatur. fol. 340.

CAPVT XIII.

Agitur quæ iura deficientibus mobilibus capi possint in executione rei iudicatæ, & §§. VII. absoluitur. fol. 364.

C A-

CAPVT XIV.

Quia deficientibus mobilibus, & immobilibus, & iuribus debitoris deueniendum est ad capturam, necnon ad censuras in debitorem istis examinatis, subduntur. §§. XIV. in quibus recensetur quæ personæ carcerari non possint. fol. 378.

CAPVT XV.

Cauendum pariter esse ne reuocetur sententiæ executio, vt illa fiat tempore, & loco congruo, & §. sex absoluitur. fol. 417.

CAPVT XVI.

Obseruandum est etiam, vt valida sit executio, quod fiat à legitimo exequutore, & §. XLI. absoluitur. fol. 428.

c §. iv. Re-

C A-

CAPVT XXIV.

Examinatur assumptum an executio recte, sed non rite facta sit reuocanda, & §§. absoluitur duobus. fol. 476.

CAPVT XXV.

Executionis effectus referuntur, & §§. Tribus absoluitur. fol. 485.

CAPVT XXVI.

Quod fiat ex mandato Iudicis in scriptis dato exequutori, & §. vnico addito referuntur quæ in proposito argumento dici possunt. fol. 492.

CAPVT XXVII.

Executio rei iudicatæ an spectet ad Iudicem à quo, vel an ad quem. fol. 494.

CAPVT XXVIII.

Qualiter succurratur passo vel passuro in iquem executionem, & §§. duobus additis examinatur. fol. 501.

TRA-

TRACTATVS
DE POSTREMIS
TRIBVS SOLEMNIBVS
REI IVDICATAE.

P R O OE M I V M.

S V M M A R I V M.

Creditor potest agere diuersis remedijs contra debitorem sibi reali, vel personali obligatione obligatum. 1. *& quod illi sit vtilius.* 2.

Exequutione in bonis debitoris facta creatur iudiciale pignus. 3. *finis litibus imponitur.* 8.

Nullitatis exceptio efficacior est exceptione iniustitia 5.

Operis diuisio. 4. 6. 7.

Executio est pars integralis iudicij, & finit lites. 9.

1 CVM creditori sint a Iure concessa plura remedia, † quibus
experiatur contra debitorem,
personali, vel reali obligatione sibi obligatum, vt referunt
*gloss. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudicata. vbi
Alex. n. 7. & seq. Soccin. Sen. cons. 37. lib. 4.
n. 9. & seq. Rebuff. de liter. obligat. artic. fin.
glos. fin. n. 15. & seq. Asinius in praxi §. 31. cap.
10. n. 4. Conrad. de off. Prator. lib. 1. cap. 9. de
execut sentent. n. 7. Muscatell. in praxi par. 3.
glos. verb. venduntur, n. 26. & seq. plurib. &
verb adiudicantur. n. 6. & seq. Surd. cons. 256.*
2 *n. 5.* vbi refert, quod sit † vtilius remedium.
*Coler. tract. de process. exequut. par. 3. cap. 9. nu.
65. & seq. plur.* si tamen idem eligat auctore
Prætore, in causam indicati capi, & distrahi bona
debitoris, quia antequam sequatur illorum distractio, tres actus successiue fieri est necesse, seruato tamen ordine in illis dato à Iure, vel Statuto, vel Consuetudine, vel Curiæ vsu, & stylo, vide-
3 licet, Exequutio † qua dicitur creari in bonis
ideo captis iudiciale pignus. *Alex. dicto §. in
venditione n. 37.* quod citta vitium litigiosi, deinde alienari minime potest. *l. 2. C. de litigios.*
Subhastatio pignoris capti in exequutione: & eiusdem pignoris Venditio, quàm Curialium
vulgus nuncupat Deliberationem.

Ideo Tractatum hunc *de Postremis tribus solemnibus rei indicatæ*, tribus libris diuidam,
4 † In primo, quia exceptio † Nullitatis est exce-
5 ptione Iniustitiæ efficacior. *Neuiz. cons. 2. n. 28.
in fin.* agam, quæ sint obseruanda, ne exequutio
redargui possit de nullitate, tam quoad ordinem
iudicij non seruatum, quàm quia facta fuerit incongruo tempore, vel loco, in rebus, vel persona,
quæ minimè in causam iudicati capi poterant.
6 In secundo † agam de *Subbastatione*, illiusque
7 solemnibus. In tertio † agam, quid obseruandũ,
vt canonica sit capti, & subhastati pignoris *Venditio*, & plus offerenti facta deliberatio; Diuisis
dicendis in vnoquoque libro, in sua Capita, &
membra, quæ I.C. nota signabo per §§. & ita
euitabo tædium, quod communiter affert prolixus numerus notabilium vniuscuiusque capitis
huius tractatus de Exequutione, quæ finem
8 † litibus imponit, teste *Boer. cons. 44. n. 4. & 6.*
Addendo, quod non sententia lites finiantur,
9 sed exequutione, † quia, vt inquit *Berretta cõs.
3. cum multa, n. 15.* illa est pars integralis, &
principalis iudicij.

CAP. I.

SVMMARIVM.

Citatio an requiratur in exequutione sententiæ latæ in criminali. 1.

Citatio requiritur in exequutione sententia lata in iudicio ciuili. 2.8. *Ampl. ibid.* & 3. & 4. & 5.6.7. & *quare*.9.10.11. *Contrarium* 12.13. 14.18. & *quare* 23.

Concorda 19. *Regula constituitur negatiua, quod non requiratur citatio.*23. *Ampl.*24.26.27.28. 29.30.31. 32.33.34.35.36.37.40.45.46.48. 51. 52. 56. 57. 58. 60. 61. 62. 64.65.66.67.68.69. 72. 73. 74.

Limit. 50.59.63.75.77.78.79.80. 81.82. 83. 84 85.86.87.88.89.90.91.92.93.94.95.96.97.98 99. 100.191.102.103.104.105.106.107.108.

Exceptiones retardantes exequutionem sententiæ, plures referuntur. 10. 11.

*Exequutor sententiæ debet audire excipientem de illius nullitate.*13. *Ampl. ibid.* & *quare. ibid.*

*Praxis est interpres legum.*15. *encomia.* 17.

*Experientia est rerum magistra.*15. *laudatur* . 16.

Cyn. declaratur. 20. & 64.

Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet. 21.

Regula potius est constituenda negatiuè, quam affirmatiuè, & quare 21.22.

L. quæ inuitis ff. de reg. iur. ampliatur. 24.

*L. de vnoquoque ff. de re iud. limitatur.*25.26.

Asinius in praxi declaratur. 30.

Rebuffus declaratur. 39.49.55.68.

Iudex potest eijcere possidentem, si sibi constat illum nullum habere ius possidendi. 38.

Instrumentum stipulari apud acta Curiæ, & extra acta, differt apud Neapolitanos. 41.

Contra obligationem Cameralem admittūtur plures exceptiones. 42.

Obligatio Cameralis, & obligatio facta apud acta differt. 43.

Obligatus in forma Cameræ, vel cum Guarantigia, est citandus ad dandum quod promisit, & quomodo. 43.44.

Guarantigiæ clausulæ, quæ sit vis, & effectus 47.

Acta iudicij faciunt notorium. 53.

In notorijs non opus est citatione, nec ordine iuris. 54.70.

Exequutor est solutus omni ordine iudiciario. 61.

Notorium quod dicatur. 71.

Afflictus declaratur. 76.

Exequutor merus, vel mixtus quis dicatur. 77.

Praxis Romanæ Curiæ, vbi agitur de exequutione sententiæ, quæ aliquo modo transiuit in iudicatum. 56.

INitium faciendo ab ijs, quę sunt Iuris diuini, & humani, ne de nullitate argui possit exequutio sententię, agendū est primo, An citandus sit reus ad videndum illā fieri; & quia articulus est satis controuersus, omisso quid di-
1 cendum sit, si agatur de exequutione † sententiæ latę in criminalibus, cum id præstiterit *Socin. in cap. qualiter. de accusat n.* 100. agendo tantū de sententia lata in negotio ciuili, si quis capi curat bona, vel personam condemnati, quoad illis distractis, vel carceribus detento debitore, tædio affecto, sit sibi satisfactum.

2 Quòd citandus † sit debitor ad videndum fieri exequutionem sententiæ in illum prolatæ, voluit *Cyn. in l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. n.* 15. addendo aliud seruari à Iudicibus, & illis de facto posse resisti, si qui pati debet exequutionem, non fuit citatus. & *in l.* 1. *C. quor. appell. non recip. n.* 1. concludit, quacumque via agatur pro executione sententiæ, condemnatum esse citādum, & posse opponere omnes exceptiones, quę opponi possunt post sententiam, & licere appellare, si à Iudice non exaudiatur. *Cynum sequitur, & defendit Io. Imol. in l. à. Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. n.* 23. & *post illum Castr. n.* 4. & in puncto Iuris Cyni opinionem esse veriorem testatur *Alex. ibidem nu.* 31. *vers. item quia, & in fine eiusdem n.* 31. idem sentit cum præceptore suo *Bart. in l. creditores. C. de pignor. vers. multæ enim exceptiones*: & declarando dicta *Iac. de Beluis.* concludit, quod licentia data à Iudice capiendi possessionem rei debitoris, nihil operatur, nec dandum mandatum sine partis citatione, nec Iudicem debere mandare exequi suam sententiam, nisi parte citata ad opponendum, quare fieri non debeat exe-
3 quutio, & inualidum † esse quicquid aliter fuerit factum, & perinde esse, ac si creditor propria auctoritate cepisset possessionem, & eundem incidere in pœnam *l. meminerint. C. unde vi.* idem repetens in *l. defendente.*21. *ff. de auctorit. tutor. n.* 2. *sequuntur Grat. cons.* 76. *lib.* 2. *nu.* 4. *Rip. in l.* 2. *ff. de re iud. nu.* 10. *Cyn. & Bart. sequuntur Lofred. cons.* 47. *quatuor. nu.* 13. am-
4 pliando etiam † si agatur de fauore publico, latius id prosequens *num.* 17. addendo concedi restitutionem exequuto, qui non fuit citatus. *Barbat. cons.* 31. *quia. lib.* 4. *n.* 1. *vsque ad* 7. repre-
5 hendens † exequutores litterarum Apostolicarum, qui illas exequuntur sine partis citatione, de facto illos procedere concludens, & exequutionem reuocandam: & *n.* 7. *sequendo Cynum*,
6 addit procedere † siue actum fuerit actione reali, siue personali, & exequutio fiat in re, quæ creditori fuit obligata. & pro regula id firmant *Iaf. in l.* 2. *C. de iur. emph. n.* 112. ex ratione, quia plura possunt excipi. *Bursat. cons.* 169. *num.* 16. *Asin. in praxi.* §. 31. *c.* 4. *Petr. Duen. regul.* 94. *relatus lib.* 1. *regul. iur.* §. *citatio partis requiritur, cum alij relatis ab Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *n.* 43. *Papien. in forma libell. exequut. sent.* §. *sapiens. n.* 4. *in fin.* quia condemnatus potest habere excusationem, quæ retardet exequutionem. *Afflict. ad Constit. Regn. cap. de dilation. & except. n.* 23. *Vinc. Hercul. in l. à Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. n.* 35. *in fin. & n.* 36. concludens *in fin.* quod ista opinio est sustentabilis, & quod illam teneret ante factam exequutionem: secus si illa esset facta: idem repetens. *n.* 38. *circa fin. relati à Gabriel. de citat. conclus.* 1.

*cluſ.*1.*num.*121.*Seraſin.deciſ.*1314. concludens condemnatum citandum eſſe ſaltem per proclama, ſi in illum fiat exequutio ſententiæ. *Conrad. de offic. Prætor. lib.*1.*cap.*9.*de exequut. ſent. n.*3.
7 ampliando † etiam ſi exequutio fiat in eadem re, de qua fuit iudicatum, licèt circa finem videatur recedere ab iſta extenſione; relati à *Saccia de appellat. quæſt.*11.*n.*186.*verſ. contrarium.* & *num.*188. concludit tutam eſſe praxim citare partem in exequutione, & talem eſſe ſtylum Curiæ Delphinatus, vbi petitur exequutio ſententię Iudicis Eccleſiaſtici, latæ in petitorio, teſtatur *Franc. Marc. deciſ.*269.*par.*1.*n.*2.*in fin. Natta conſ.*502.*ſuper. num.*23. & *ſeq.* addendo exequutionem factam non citata parte eſſe nullam, & reuocandam, quamuis ſit facta ex reſcripto ſupremi Principis. idem ſentit *Carpan. alijs conſentientibus relatis, ad Statut. Mediolan. cap.*158.*num.*36.
8 Iſtam qui tenent opinionem † volunt illam probari *l.*1. *verſ. cœperis exequutione ſententiæ conueniri, C. de Iur. & fact. ignor. l. meminer int. C. unde vi. l. à diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. verſ. interloqui ſolent*, & alijs Iuribus relaris *à Natt. conſ.*529.*n.*24. & *ſeq.* & *num.*20. & *ſeq.* & addunt rationes in illius confirmati-
9 uam † & præcipue, quia Iudex debet interloqui, antequam de vna ſpetie pignorum deueniat ad aliam, & ideo pars victa eſt citanda. *l. de*
10 *vnoquoque ff. de re. iud.* vel quia † paſſurus executionem poſſet lædi, non data ſibi facultate excipiendi, quæ de Iure ſunt permiſſa, veluti quod ſententia ſit lata ab incompetenti, vel non inſtante legitima perſona, vel ſine citatione, vel die feriata, vel Iuris, & Statuti ordine non ſeruato: vel quia victo ſuperuenerit ius ex pacto de non petendo, vel alio capite, vel tranſactione, vel ſolutione, vel prætendatur ſententiam nullam notorie, vel duret tempus ad appellandum, vel appellationem proſequendam, vel petita ſit in integrum reſtitutio ſententiæ. *Barbat. conſ.*35.*num.*7.*lib.*4.*in princ. Papien. in form. libel. exequut. ſent.* §. *ſapient. n.*4. & *ſeq. Natt. conſ.*529.*n.*14.*in fin.* vel quod ſententia lata fuerit pro excommunicato, vel quod condemnato danda ſit retentio, ratione meliorationum, vel alia ex cauſa, vel quod idem ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarij; vel obſtet beneficium Macedoniani, vel alia obſtet exceptio, quominus exequi poſſint iudicata, vt conſiderat *Rip. in l. qui pro tribunali, ff. de re. iud. n.*10.*circa princ. Vincent. Herculan. in l. à diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. num.*35.*in fin.* & *n.*36. & addit alias exceptiones, quę oppoſitæ retardant exequutionem ſententiæ, ſicuti & *Socin. de dilation. artic.*7.*n.*22. *verſ. ſed dicit.* & *latius Specul. de except. rei iud.* §. *poſtremo*, vbi decem & ſeptem refert. *Guid. Pap. deciſ.*419.*n.*2. & *ego dixi in tractatu de exception.* vbi quindecim hactenus latè examinaui, & ſi agenti mihi annũ ſexageſimum octauũ, quo hæc ſcribo, longior dabitur vita, alias referam, vel ſaltem indicatis ſedibus, vbi illæ examinantur, relinquam Antonio Franciſco nepoti meo ex germano fratre, vt ille id præſtet, & ſpero imitaturũ mores meos, qui neglecta cura lucri, ſtudui de Iuriſprudentia mereri, quaſi id datum
11 ſit familiæ Nigrorum: vel quia † vt aduertit *Afflict. ad Conſtitut. Regni. lib.*2. *de dilation.* & *except. num.*24. & *ſeq.* poſſet condemnatus deducere aliqua, quibus temperandus, ſi non penitus tollendus eſſet rigor ſententiæ prolatæ; vel quia fuiſſet poſt ſententiam nouatum, vel facta ſolutio debiti, vel conſtaret ex actis eſſe nullam, & ſimilia, quæ impediunt illius exequutionem, vel quod condemnatus non tenetur niſi in quantum facere poteſt. *Vicent. Herculan. in d.* §. *in venditione, l. à Diuo Pio, ff. de re. iud. n.*36. *verſ. præterea*, vt datum eſt marito, & alijs, relatis in meis Collectaneis *ad l. maritum, ff. ſolut. matr. Bald. in l. ab exequutione. C. quor. appell. non recip. n.*8. & 15. vbi plures exceptiones refert, quæ opponi poſſunt in exequutione ſententiæ.

Contrarium, ſeu quod in exequutione ſententię
12 non † ſit citandus is, in cuius bonis, vel perſona fieri debet executio, voluerunt *gloſ. fin. in fin. verſ. item accedit. in l.*1. *C. de iudic. Innoc. in cap. ex ratione de appell.* concludens exequutorem nec in citationibus, nec in alijs ſequi ordinem iudiciarium, licèt verum ſit, quod ſi
13 pars excipiat coram illo de nullitate † ſententiæ, ſit audienda, & ſi non audiatur, poſſit legitimè appellare, & non admiſſa appellatione, implorare officium Iudicis, quo reuocentur quæcumque fuerint facta. *Innoc. ſequitur Bald. in l. ab exequutione. C. quor. appel. non recip. n.*5. eam afferens rationem, quia exequutor licèt ſuã exequatur ſententiam, procedit tamen, vt actor, non vt cognitor, compellendo, non cognoſcendo. & *in l.*1. *C. de iur.* & *facti ignor. n.*13. *verſ. ſed de vno*, concludens in bonis debitoris fieri poſſe exequutionem ſine citatione, non tamen in perſona, poſt *Bald. idem firmauit Alex. in d.* §. *in venditione, num.*30. *in princ.* teſtans ita fuiſſe iudicatum à *Rota*, & in fine teſtatur de magis communi. *Aret. conſ.*75. *Diligenter n.*1. *verſ. tertia Afflict. deciſ.*157. *Latæ. num.*2. aſſerens ita fuiſſe iudicatum in caſu quo ſententia tranſierat in iudicatum. *Gomeſ. ad regul. de ſubrogand. collitigant. quæſt.*4. *in princ. verſ. ratio*, idem firmans, quod mox dixi firmatum ab Afflict. *Parlador. rerum quotidian. lib.*2. *cap. fin. part.*5. §. 2. *n.*14. *Aſinius de exequut.* §. 1. *cap.*29. *n.*16. *Guido Pap. deciſ.*329. *num.*1. & *ſeq.* aſſerens ita ſeruari in Delphinatu, & Sabaudia, relati *à Gabr. de citat. concluſ.*1. *num.*122. *Veſtr. in praxi cap. fin. num.*3. concludens petentem
14 exequutionem ſententiæ, non obligari † ad citandum condemnatum, niſi velit, & eam citationem, ſi fiat, eſſe ſuperabundantem, & ideo in tali citatione non eſſe inſerendum exemplũ delegationis, ſeu commiſſionis cauſæ directæ ipſi delegato. *Tuſcus*, & *ab eo relati, concl.*409. *poſſeſſio poteſt. num.*22. & *concl.*37. *pactum ingrediendi. num.*8.
15 Et cùm praxis † ſit vera legũ interpres. *Bald. in c.*1. *princ. de feud. ſine culpa non amittend.* & *in repet. l. Aemilius. ff. de minorib. num.*35. magiſtraque ſit rerum experientia. *c. quam ſit. de elect.*

elect.in sext. §. qua omnia, Instit. de satisdat.
sine qua scientia parui est momenti. Ioan. And.
in cap.post translationem de renūc. nam vt in-
16 quit Philosophus,expertus Artifex † certius ope-
ratur inexperto, quia natura potentem, ars
facilem, vsus promptum facit artificem, & cui-
libet arti, & scientiæ vsus multum tribuit nutri-
menti. l. legatis. §. cenatricibus. ff. de legat.3.
seu verius complementi, iuxta illud; Mater me
genuit, memoria, vsus me perfecit, vt alia omit-
17 tam † praxis encomia congesta à Pinel. in l.2.
C. de rescind. vendit.part.2.cap.4. circa num.2.
Roland.à Val.cons.2.lib.2.num.7. & seq. Asin.
in praxi. §.22. cap.16. limit.7.n.1.& seq. Gon-
zal.ad Regul.8.Cancel.glos.9. §.2.num.41.63.
& seq. Martin.Monter.decis.1.num.16.circa
med.& num.17. & seq.Papon. arrest.10. lib.6.
concludens Theoricum sine praxi sæpè decipi.
18 Hanc negantē opinionem † amplexi sunt plu-
res practici,videlicet Maranta in praxi part.6.
cap.fin.num.19.vers.nunc ad propositum. Ve-
strius in praxi cap.fin.n.3. & seq. concludens
in exequutione sententiæ non requiri cōdemna-
ti citationem, & si fiat,esse superabundantem,
& extraiudicialem. Salust.Tiber.in praxi A.C.
lib.1.cap.41. vbi præterea refert quid obserua-
tur, vbi fit exequutio in persona, vel bonis tam
mobilibus, quam immobilibus condēnati debi-
toris: & ita à triginta annis,& vltra,quibus sum
versatus in Rom.Curia vidi obseruari,& obserua-
ui:nec ex capite deficiētię citationis ad videndū
exequi sententiam, vel dicendum causam qua-
re exequi non debeat,vidi vel audiui reuocatam
fuisse exequutionem factam in condemnatum,
tam in actione reali, quam personali.
Contrarietatē relatā,an in exequutione sentē-
tiæ sit citandus is,in cuius bonis,vel persona pa-
19 ratur fieri, conciliare † sunt conati Bartol. in
l. defendente. 21.ff. de auctor. tutor.num.2.vbi
Addentes alios concordantes referunt, & in
Tract.ad reprimendum. §. exequutionem.n.1.
& in l. à diuo Pio. §.in venditione. ff. de re iud.
num.2. & in l. meminerint.C. vnde vi.num.5.
& 6.Bal.l.ab exequutione.C.quorum appell.non
recip.num.5. Cast.d.§. in venditione. num.4.
Augel.in repet.l.iudicio cœpto.C.de iudic. n.21.
vsq.ad 35.Marant.in praxi part.6.cap.fin.n.16.
& seq.plur. Honded.cons.20. lib.1.n.45. Iacob.
Cancerius var. resolut.tom.1. de exequut.sent.
n.354.& seq. Nicol.Caluol.in praxi.§.exequu-
tio sententiæ. num.15. Soccin. iun. de dilation.
artic.7.n.22. & seq. Vicent. Hercul.in l. à diuo
Pio. §. in venditione. ff. de re iud.n.37. & seq.
Afflict. ad Constit. Regni. rub. de dilation. &
exception. n.27. & seq. Franc. Curt. q.14.
n.3 Gabr. de citat. conclus.1. num. 123. Natta
cons.529.n.20.& seq.vers. redeundo.
20 Et dicta Cyni † supra in princ. sunt vera
iuxta distinctionem Bald. in l. ab exequutione.
C. quor.appell.non recip. n.11. Gul.Mayner.in
l.non videtur. §. qui iussu.ff. de reg.Iur.n.6.&
seq. Marsil.in praxi. §. attingam. n.38.& seq.
Franc. Marc.decis.666.num.3.
Sed quia ex his, quæ vnusquisque excogi-
tauit,pro concordia harum duarum pugnantium
opinionum, de directo se inuicem perimentiū,
penitus non tollitur contrarietas, & illatum
repugnantia, & vtraque simpliciter est falsa,
teste Angelo in repetit. l.1. C.de iudic. n.36.in
princ. & expensis illorum omnium dictis, sub-
lata est contrarietas: Ideo sequendo moderno-
rum commentum, & vsum,constituam regulam
negatiuam, vbi Petrus Duen. relatus lib. 3.
regul. Iur. §. citatio partis requiritur in exe-
quutione, & Asin. in praxi. §.31. cap.4. consti-
21 tuerunt affirmatiuā,seu quia † plus neget nega-
tiua, quam affirmatiua affirmet. glos. cap. cum
dilectus,verb. suspensis de consuetud. Dec. in
l.si Ruffinus.C.de testam.milit.num.7.& cons.3.
num.4.& in l.1.C.de pactis. n.13. in fin. Nat-
ta cons.66.n.18.& cons.397. n.6. & plures sint
casus, in quibus nō requiritur citatio in exequu-
tione sententiæ, quam in quibus illa sit necessa-
22 ria, & cum † negatiua habeat semper implici-
tam affirmatiuam. glos. fin. in l. hac codicillos.
C. de codicil. iustius firmaui, in hac contrarie-
tate opinionum, regulam negatiuam, quia
aliquibus casibus admittit affirmatiuam.
Regula itaque negatiua sit, quod in exequu-
23 tione sententiæ non sit condemnatus citandus,
argum.l. quæ in uitiis. ff. de reg. Iur. vbi Decius.
n.2.& Cagnol. num.1. concludunt non esse ci-
tandum eum, ad illius actus confectionem, qui
inuito, vel absente aliquo fieri potest: qui tex-
24 tus † licèt loquatur in alienatione, attamen ad
quemuis alium actum extendi volunt ibidem
Hieronym.Franc.num.4.& Gulielm. Dyemen.
n.10.& ante illos late Ias.in l.2. §. fin. ff. solut.
matr.n.19. & generalis regula l.de vnoquoque.
25 ff.de re iudic. † cessat, seu limitatur, vbi quis
actum fiendum minime impedire potest,vel cer-
tum est non posse impedire. Veral. decis.180.
part.3. n.3. Ioan. Andr. in cap.2.de noui oper.
nunciat.n.2.Natta cons.173.n.10. Menoch. de
arbitr. Iud.quæst.17.n.5.Cassad. decis.2.de Iu-
dic.n. 3. Vant. tract. de nullitat. ex defect. cita-
tion.n.20. Afflict cap.1. §. quid ergo, de Inue-
stit. de re alien.fact. num. 13.Mastril. decis.82.
num.17.Surd.cons.227.Castrum. num.17.con-
26 cludens illum non esse † citandum, qui nihil
potest deducere, quo moueatur Iudex ad iudi-
dicandum aliter, quam prius fuit iudicatum,
nec ideo ex defectu citationis corruere senten-
tiam. Seaccia de appellat. quæst.11. n.186. Asi-
nius in praxi. §.7.cap.5.limit.11.n.1.
27 Amplia primo,si lata † fuit sentētia in actio-
ne reali, & extet res, in qua exequutio sententiæ
fieri debet, Bart. in l.à diuo Pio.§.in venditio-
ne. ff.de re iud.num.2.vers.sed si executio fieret.
& in l.meminerint. C. vnde vi num.6.in fin. &
in tract.ad reprimendum. §. exequutionem n.1.
in princ.concludens, si condemnatio facta sit in
rem,& capiatur ipsa res, non requiri citationem:
idem alibi sæpè dixit Bart.teste Alex. quem ille
sequitur in d. §. in venditione num.31.in fin.
Barbat. sequendo Inn. & Bald.cons.77.lib.4.
num.6.in prin.vers.præterea. Franc.Marc. de-
cis.169 part.1.n.1.relati a Gabriel.de citat.con-
clus.1.num.123. Afflict. ad constit. Regni. ru-
bric.di dilation. & exception. num. 27. in fin.

licèt in principio asserat de stylo Consilij Neapolitani, vt præcedat præceptum de parendo sententiæ, tamen in fine concludit, si extet res de qua fuit cognitum in sententia, non requiri citationem in illius exequutione. *Abb. cap. ex ratione de appellat. quem sequitur ibidem Dec. n. 70. vers. secundo in exequutione Bart. in l. meminerint C. vnde vi n. 6. Asinius de execut. cap. 29. num. 16. Neuizan. cons. 20. num. 36. vers. secundo. Angel. in l. qui restituere. ff. de rei vend. n. 2. Natta cons. 350. Augustinus. num. 4. vers. & licèt. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 6. num. 2.* vbi
28 de magis communi, † etiam quod actum fuerit actione personali, addendo, & iudicando, & consulendo, esse iniquum aliud dicere *Marant. in praxi par. 6. cap. fin. num. 17. Asinius in praxi. §. 7. cap. 5. limit. 11. num. 1.* vbi quamplures consentientes refert. *Honded. cons. 20. lib. 1. n. 46.*
29 addendo, si fiat in personam nominatam † in sententia lata in reali Iudicio non requiri citationem, secus si contra non nominatam, licèt iniustè possideat & subdit, *num. 47. & seq. vbi hoc latè comprobat. & num. 52. & seq.* confutat pluribus tenentes contrarium.

Contrariũ voluere *Asinius, & ab illo relati in praxi §. 31. cap. 4. ampliat. 1. & 3.* qui licet referebentur, vt mox dixi, ab Hondedeo; concorda-
30 ri † tamen possunt, ex his quæ dixi in finalibus ampliationibus, necnon ex dictis *Vinc. de Herculan. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. n. 34. & seq.*

31 Amplia, præsertim vbi exequutio petitur † ex officio Iudicis nobili non deseruiente actioni. *Asinius in praxi §. 7. cap. 5. limit. 11. n. 4. Ludouis. decis. 445. n. 2.*

32 Amplia, præsertim si exequutio † fieri debet contra condemnatum tribus conformibus. *Scaccia, & ab illo relati de appellation. quæst. 11. num. 186.*

33 Amplia, præsertim vbi de † stylo, seu consuetudine Curiæ, vbi lata est sententia, non obseruatur, vt quis citetur in sententiæ exequutione. *Guidopap. decis. 329. De iure n. 2. testans de consuetudine Delfinatus. Rebuff. de sent. exequut. artic. 7. gloss. 11. limit. 2. num. 10. & 19. refert Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 187. in princ.*

34 Amplia etiam si exequutio fieri † debeat contra intrusum lite pendente. *Vestr. in prax. cap. fin. num. 4.*

35 Amplia præsertim, vbi in exequutione † non est opus nouo processu, sed implorato Iudicis officio, fit exequutio, quia tunc, cum Iudex sit merus exequutor, & procedat compellendo, non autem cognoscendo, vtendo sua iurisdictione, non est opus citatione. *Bald. in l. ab exequutione. C. quorum appell. non recip. n. 5. Asin. in praxi, §. 31. cap. 4. limit. 4. Vinc. Hercul. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. n. 35. in princ. Soccin. de dilation. art. 7. num. 22. vers. Baldus vero,* & comprobatur ex dictis infra *n. 46.*

Amplia præsertim, si Iudex, qui protulit sen-
36 tentiam, † & cum causæ cognitione, commisit exequutori exequutionem; nam cum lis de eadẽ re decisa, & remedio iuris non suspensa exequutione, quæ fit sine causæ cognitione, vt not. in *l. 1. C. de Iudic. & firmat Bald. in l. ab exequutore. C. quor. appell. n. 5. in fin.* nihil præterea restat faciendum, quam manu militari exequi, quæ Iudex præcepit: eo quia omnis cognitio præcessit, vt ex *Innoc. in cap. ex ratione, de appellat. Bart. in l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud.* voluit *Afflict. ad Constit. Regni, de dilation. & exception. n. 28. quem sequitur Petr. Duen. regul. 94. limit. 2. Barbat. cons. 47. Quia. lib. 4. n. 7. vers. aliud est. & n. 8. in princ. vers. nec debet pars citari,* eam afferens rationem, quia tunc Iudex exequitur tanquam notorium sibi ius in condemnatum. *Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 187.*

37 Amplia præsertim, vbi Iudex est certus † quod condemnato nulla competere potest defensio, seu releuans exceptio ad retardandam exequutionem sententiæ. *gloss. & communiter Doctores ibidem in cap. ad nostram, el 3. de iureiur. Innoc. in cap. tua de cohabit. cleric. & mulier. & in cap. nisi cum pridem, de renunc. quos refert, & illorum dictis nixus idem firmat Afflic. ad Constit. Regni, de dilat. & exception. num. 30.* addendo istam ampliationem probari *l. si cum seruum. §. si quis seruum. vers. si præsens esset. & §. ex iusta. vers. non est necesse vocari. ff. de fideicommiss. libert. l. recusare in princ. ad Trebell. Paris. cons. 1. lib. 1. n. 33. Vinc. de Hercul. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de iudic. n. 36. Petrus de Duen. regul. 94. limit. 1. Grat. consil. 76. In præsenti. lib. 2. n. 13. sequendo Roman. consil.*
38 *499. col. 2.* dum voluit iudicem posse † auferre possessionem ei, si sibi constat, illum nullum ius possidendi habere, & præterea addit *Grat. eodem*
39 *cons. 76. n. 13. 15 & seq.* quãdo † dicetur constare de non iure possessoris, seu illius, in quem fieri debet exequutio. *Asinius in praxi §. 31. cap. 4. limit. 1. Surd. cons. 39. n. 20. Neuizanus cons. 20. n. 36. vers. tertio. Scaccia de appellat. quæst. 91. n. 187. vers. extende quartò, declarando Rebuff. aliud sentientem.*

40 Amplia vbi exequutio fit virtute † obligationis factæ apud acta, & obligatio est de recenti. *Afflict. ad Constit. Regni, rubr. de dilation. & exception. num. 31. circa med.* addendo ita seruare Magnam Curiam Vicariæ. Quare scire debent, qui notum minime habent Ius Regni
41 Neapolis, quod differt, An † instrumentum sit stipulatum extra acta, vel apud acta Curiæ. Nam primo casu vltra solemnitates seruandas, vt Instrumentum dicatur in forma probanti, quas tetuli infra *cap. 8.* non habet paratam exequutionem. Secundò autem secus. *Afflict. decis. 387. Thesaur. decis. 26. n. 13. Vinc. de Franch. decis. 118. n. 7. addendo n. 8.* in exequutione talis obligationis nõ requiri citationem partis, adeo vt retulerint mihi aliqui, quod viso à Iudice Curiæ Instrumento apud illius acta rogato, absque alia citatione mandat fieri exequutionem pro contentis in Instrumento: & ratio potest esse, vt latè deducit *Thesaur. dicta decis. 26. n. 13.* quia talis confessio debiti apud acta, habet vim sententiæ; vel quia, vt inquit *Soccin. de dilation. artic. 7* Iudici constat Instrumentum mereri exequutio-

tionem, & interim nihil excipi posse; addendo id præsertim procedere, stante Statuto, vt viso Instrumento guarantigiato, præcipiatur debitori, vt soluat, vel ne recedat à palatio.

Quamuis ratione paratæ exequutionis idem esset dicendum contra obligatum in forma Cameræ, vel cum guarantigia, vel alio pacto dante viam exequutiuam instrumento, contra ius commune, quod dixi de obligato apud acta: attamen quia aduersus guarantigiatam, & Camera-
42 lem † obligationem admittuntur plures exceptiones relatæ à Galles. de obligat. quæst. 17. & huiusmodi obligationes differunt ab obliga-
43 tione apud † acta, vt latè probat Thesaur. decis. 26.n.13. non fit exequutio contra, modis relatis, obligatos, nisi præcedente citatione ad soluendū, vel præstandum promissa. Bald. l. ab exequutione, C. quor. appell. non recip. n.7. alias videndum decerni mandatum exequutiuum: quod regulariter decernitur, nisi infra tres dies continuos, quibus elapsis, nisi fit consensum in mandatum, vnica citatione præcedente, citatur iterum obligatus ad videndum relaxari mandatum decretum, quod relaxatur nisi ad primam diem cum intimatione, qua facta, & penes acta producta, conceditur mandatum, quod absque alia citatione exequutioni demandatur, vt docet Sallust. Tiberius in praxi. A.C. non citato Bal. in l. ab exequutione, C. quor. appel. non recip. Vinc. de Hercul. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. n.35. circa med.

44 Quod autem in casu † vbi agitur de exequutione Camerali, vel guarantigiata, sit citandus obligatus, voluit Bald. in l. ab exequutione. C. quor. appel. non recip. num.6. eam afferens rationem, quia nulla præcessit sententia, quem sequitur Salic. ibidem. Roderic. Suarez in repetit. l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata. limit. 12. in princ. Soccin. de dilation. art.7.n.21. concludens id esse regulare, quia ante citationem non potest constare Iudici, an tale sit instrumentum, quod mereatur exequutionem absque alia exceptione.

Ampliatur in sententia lata à Principe cum causæ cognitione, vel super restitutione possessionis. Aret. cons.19. videtur omnino. num.33. & seq. vers.2. & n.42. vers. quia respondeo. Tuscus concl.495. exequutio. num.10.

45 Ampliatur presertim vbi pro parte † iam esset facta exequutio, nam pro residuo absque alia citatione fieri potest. Fulg. cons.183. quem refert, & sequitur Dec. in cap. ex ratione de appel. n.72. vers.2. conclusio. Petr. Duen. regul. 94. limit.3. Asinius in praxi. §.31. cap.4. limit.111. Dec. cap. ex ratione de appel. n.12. vers.2. Scaccia de appel. quæst.11.n.187. vers. extende tertio.

Ampliatur, multò magis si à Statuto datus
46 esset terminus † ad parendum sententiæ latæ: nam illo elapso exequi potest sententia absque alia citatione, vt apud Hispanos, vbi tale extare Statutum refert Petr. Duen. regul.94. lim. quarta, & ante illū Roderic. Suarez in repetit. l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. limit. 12. num.2. asserens praxim Regni esse, vt statim atque producitur Instrumentum habēs paratam exequutionem, absque alia citatione Iudex viso Instrumento det præceptum Alguazilo, quòd faciat exequutionem in bonis debitoris; & si infra terminum exequutionis fiendę compareat debitor, & excipiat de solutione, vel simili, & legitima exceptione, & eam probet infra decem dies, absoluitur, & reuocatur exequutio cum præcepto, aliàs proceditur ad complementum exequutionis, comprobando eam praxim ex dictis Angeli, quia asserit fuisse iudicatum in l. si sic. §.1. ff. de legat.1. quod validum sit Statutum Florentinum, quod contra debitorem obligatum cum guarantigia, possit ad libitum creditoris deueniri ad capturam personæ, quia inde non tollitur, sed modificatur illius defensio, non denegata facultate excipiendi contra factam exequutionē; & cōprobatur ex dictis Rom. cons.133. in princ.
47 concludentis clausulam † guarantigiæ idem esse quod contra obligatum procedi possit sine strepitu, & figura Iudicij, & de facto, incipiendo etiam à captura personæ.

Ampliatur presertim vbi exequutio fit in eadē
48 re, † super qua lata est sententia, & illa extat penes condemnatum. Bald. cons.149. lib.3. num.1. vers. item dicit. Asin. in praxi §. 7. cap. 5. limitat. 9. Honded. consil. 20. lib. 1. num. 45. vbi plures congerit, addendo aliud dicendum, si exequudio fiat in alia re, vel eadem res, de qua fuit iudicatum extat penes noncondemnatum, præsertim titulo oneroso. Neuiz. cons.20. n.36. vers.2. Scaccia de appel. quæst.11. vers. extende
49 quarto. reprobato † Rebuffo aliud sentiente. Rota recent. part.1. decis.361. num.5. declarando
50 procedere si præcedat præcisa † condemnatio, & in specie, non autem in genere.

51 Ampliatur etiam vbi sententia † habet paratam exequutionem, & illa fuit parti intimata: nam in exequutione illius, alia non requiritur citatio, quia ex natura sententiæ huiusmodi sufficit condemnatum semel fuisse citatum. Grat. cons.66. in præsenti lib.2. num.7. & seq & n.17. & num.22. & hinc patet iustitia & ratio eorum quæ dicta sunt supra num.35. Nicol. Caluol. in praxi. §. exequutio sententiæ n.18.

52 Ampliatur presertim vbi exequutio † fit in ipsum condemnatum, vel re petita ex decreto, seu sententia Iudicis qui illam protulit, si causa non sit appellabilis, vel fuit coram eodem Iudice appellationi renunciatum. cap.1. de dol. & contum. in sext. Angel. per hunc textum in repetit. l.1. C. de Iudic. num.21. circa fin. eam afferens rationem, quia tunc Iudici constat ex actis sententiam esse exequendam, & procedit ad exequutionem tanquam ex quodam notorio, quia
53 † acta Iudicij, vt ego addo, faciunt notorium. c. fin. de cohab. cleric. & mulier. Alex. cons.195. Visis narratis lib.6. num. 12. Neuiz. cons.80.
54 n.3. circa fin. & cons. 81. n.31. & in † notorijs non requiritur citatio, nec ordo Iuris. l.1. C. qui & aduers. quos. cap. cum in tua, qui matrimon. accus. pos. Innoc. in cap. cum sit Romana, de appel. & in fin. Scaccia de appel. quæst. 11. n.187.
55 vers. extende quarto, reprobato † Rebuf. aliud volente. Asinius tamen in praxi. §.31. c.4. consulit tutum esse hoc casu citare condemnatum.

Am-

Ampliatur etiam vbi fit exequutio sententiæ
56 † ab eo Iudice, qui illam protulit, & cuius iurisdictio non fuit appellatione suspensa, si tamen exequutio fiat in re petita, & extante. *Angel. in repet. l. 1. C. de Iudic. num. 32.* eam afferens rationem, quia sibi constat notoriè sententiam esse exequendam. *cap. 2. de dol. & contum. in sext. Muranta in praxi part. 6. cap. fin. n. 17. Nicol. Caluol. in praxi. §. exequutio sententiæ. n. 18. circa med.* & conferunt dicta in prima ampliat. *Bursat. cons. 269. n. 17.* testans de magis communi, & ita fuisse à Rota iudicatum. *Afflict. decis. 177. num. 2.* concludens sine citatione exequi posse sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. *Scaccia de appel. quæst. 11. n. 187. vers. extende quarto, vbi reprobat Rebuffum aliud sentientem.*

Cum cautione tamen, quia si sententia fuit lata à Iudice ordinario, vt sunt in Vrbe Auditor Cameræ, Vicarius Papæ, Capitolini Iudices, & ex facultatibus sibi specialiter concessis, sunt etiã Rotæ Auditores, licèt ex rescriptis Papæ sint delegati, & sententia sit lata in Iudicio ordinario, quater est citandus reus ad docendum de appellatione, & illius legitima prosequutione, primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta superabundanti, ad primam diem in omnibus: & istis quatuor diebus vtilibus lapsis, si in sententia fuit relaxatum mandatum, illud mandabitur exequutioni, si certam contineat rem capiendam in exequutione, vel in sententia sit expressa quantitas, qua reus fuit damnatus. *Cassador. decis. 6. de caus. possess. num. 10.* & dixi *infra cap. 21.*

Si autem non fuit in sententia relaxatum mãdatum, citatur condemnatus ad videndum decerni, & relaxari mandatum pro re, vel quantitate contenta in sententia, & illo relaxato præuia citatione ad primam diem, quater, vt dixi, citato condemnato, fit in bonis debitoris exequutio seruato ordine dato in *l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & dixi latè infra cap. 11.*

Si autem actum fit, nec de certa re, nec de certa quantitate, sed de re in genere, vt pura ad dandum, vel restituendum centum cados vini, lancem, equum, & similia, vel ad dandum, faciendumuè aliquid, quæ omnia æstimari possunt pecunia. *l. si ita fideiussorem. ff. de fideiuss. Surd. decis. 35. Ciues. num. 17.* si in sententijs fit facta liquidatio pretij rei petitæ, vel interesse, quia non sit datum, præstitum, vel factum, quod dari, præstari, fieriuè fuit promissum, relaxatur mandatum pro quantitate liquidata, & fiet illius exequutio absque alio decreto, vel sententia: & vidi aliquos incautos procuratores, qui postea liquidationem non fecerunt in tribus sententijs prolatis, sed alijs tribus sententijs iura sui clientis liquidarunt, an malitia, vel imperitia id fecerint, videtint ipsi: mihi autem sat est admonere quid factu sit opus, ne de lite fiant lites.

Si autem quod dandum, vel præstandum est vi obligationis, pretio æstimari nõ potest, vel creditor, cui est dandũ, vel præstandum, nolit æstimationẽ præstare, & simus in casu quo cessat regula, quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. *l. si quis ab alio §. fin ff. de re iud.* vt dixi in meis collectaneis ad eundem textum, citato reo ad dandum, præstandum, vel faciendũ, quæ promisit, mandato relaxato, fit illius exequutio in persona debitoris, illeque carceri mancipatur, quoad tædio affectus suæ satisfaciat promissioni, nisi probetur superuenisse impotẽtiam adimplendi: & ita vidi practicatum, & practicari.

Hæc dicta sint, si agatur de sententia Iudicis ordinarij, vel delegati ad vniuersitatem causarũ, quales sunt omnes iudicãtes de certa specie causarum in facie Principis. Si autem agatur de sententia Iudicis delegati, quia post latam sententiam definit esse Iudex. *l. Iudex postea quam. ff. de re iud.* curandum est, vt eidem delegato, à Principe, vel alio delegante committatur exequutio suæ sententiæ; & cùm non eodem modo, seu eadem clausula à delegante rescribatur, sed vel constito de tribus, vel de re iudicata, adimpleta forma rescripti, causa cognita, citata parte ad illius iustificationem, per repetitionem actorum, fiet exequutio sententiæ, præuia citatione ad videndum illam exequutioni mandari. *Vestr. in praxi lib. 8. cap. fin. n. 12. & seq. Mandos. de commiss. exequutorial. vers. seruatis quatuor terminis. Marchesan. de commiss. restit. in integr. cap. 2. num. 45. Scaccia de appel. quæst. 11. num. 192.*

Controuersa tamen est quæstio, an Delegatus Principis ad vnã causam, possit absque alio rescripto suam sententiam exequi, vt dixi *infra c. 14. §. 1.* vbi etiam retuli, quid obseruet Romana Curia.

57 Ampliatur præsertim, vbi sententia † trahit secum exequutionem, & sententia fuit parti intimata. *Grat. cons. 76. lib. 2. num. 22.*

58 Ampliatur præsertim in mero exequutore, † qui cùm non habeat causæ cognitionem, non potest, nec debet in exequutione mandati sibi dati citare eum, in quem fieri debet exequutio. *l. exequutorem. l. si vt proponis. C. de exequut. rei iudic. Angel. in repet. l. 1. C. de iudic. nu. 33. Barbat. cons. 37. lib. 4. n. 5.* addendo cautionem, quam prius tradiderat *Angel. dicto numer. 33.* modò
59 † exequutio fiat in re, de qua fuit iudicatum. *l. si quis missum, ff. ne vis fiat, Lofred. consil. 47.*
60 *n. 13. in fin.* etiam quod excipiatur de illius † nullitate. *l. si prætor, ff. de iudic. Rota decis. 3. de except. in nou. Dec. cap. ex ratione, de appel. n. 70. vers. 2. Guidopap. decis. 329. de iure. num. 2.* testatur de stylo, nisi lapsum sit biennium, vel trien-
61 nium, quia exequutor † non alligatur ordini aliquo iudiciario. *Calcan. cons. 86. num. 1.*

Ampliatur etiam vbi tractatur de exequutio-
62 ne sententiæ latæ † in actione personali ad certam rem, modò exequutio fiat in eadem re, vel persona, de qua fuit lata sententia. *Innoc. & reliqui in cap. ex ratione, de appellat. Bart. tract. ad reprimendum. §. exequutionem. nu. 1. Mathesilan. singul. 86. nota quod. Barbat. cons. 37. quia. lib. 4. num. 6. in fin. vers. sed si exequutio*, addendo non requiri citationem, sed manu armata pos-

se au-

se auferri è manibus condemnati. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 6. num. 2. Bursat. cons. 269. n. 17. testans de communiori. Honded. consil. 20. lib. 1. num. 45.* addendo, modò exequutio fiat contra nominatum in sententia. *Conrad. de offic. prætor. lib. 1. cap. 9. de exequut. sent. num. 3. in fin.* Scaccia *de appellat. quæst. 11. num. 187. vers. extende quarto.*

Contrarium tenent *Asinius, & ab illo relati in praxi. §. 31. cap. 4. §. 31. ampliat. 1. & 2.* Concorda, vt dicam infra.

63 Secus autem † si actum fuisset actione personali ad quantitatem, vel aliud in genere, adeò quod exequutio fieri deberet iuxta ordinem datum in *l. à diuo Pio. §. in venditione, de re iudic. Afflict. ad constit. Regni, de dilation. & except. nu. 23.* addendo ita esse intelligenda dicta *Cyni in l. ab exequtore*, C. *quorum appel. non recip.* & eiusdem opinionis fuisse Bart. Bald. Innoc. Angel. & alios, quos non refero, ne de carta in papirum transferam, quæ alij suo labore cumulauerunt, & notarunt.

64 Amplia præsertim in contumaciam † rei condemnati. *Angel. in repet. l. Æmilius. ff. de minorib. num. 25.* concludens in casu, quo in exequutione sententiæ requiritur citatio, si ea fuit facta, & citatus fuerit contumax, posse procedi ad exequutionem sententiæ absque alio processu, quia causa exequutionis est summaria, & extraordinaria.

Amplia etiam in casu quo fuit appellatum
65 † sed deinde appellationi renuntiatum coram eodem Iudice. *Angel in repet. l. 1. C. de Iud. n. 30.*

Amplia præsertim vbi exequutio fit ad fa-
66 uorem eius † qui habet ex pacto facultatem ingrediendi possessionem, & illam retinendi propria auctoritate, cum clausula constituti, & imploratum fuit Iudicis officium. *Tuscus conclusione 409. possessio potest. num. 23. & conclus. 37. pactum ingrediendi. num. 8.*

67 Amplia etiam in casu † quo fuit appellatum, sed causa non erat appellabilis, saltem ad effectũ suspensiuum. *Ias. consil. 60. in quæst. quæ lib. 1. num. 14 Nicol. Caluol. in praxi. §. exequutio sententiæ. num. 21.*

Amplia præsertim vbi exequutio fit præcedẽ-
68 te † causæ cognitione. *l. qui restituere. ff. de rei vend.* Rebuff. *de sent. exequut. glos. 11. num. 19. Asin. in praxi. §. 31. cap. 4. limit. 11.* concludens tunc Iudicem absque partis citatione, nuncio, & alijs committere posse exequutionem sententiæ: & ita intelligitur idem, dum in antecedentibus retuli aduersari in multis ampliationibus. *Socin. de dilation. art. 7. n. 22. circa fin. vers. aut præcessit cognitio. Scaccia de appellat. quæst. 11. n. 189.*

Amplia præsertim, vbi notorium est, cita-
69 to nullam † competere defensionem. *Nicolaus Bellon. cons. 70. n. 15.* quem refert, & sequitur *Bursat. alijs additis idem sentientibus cons. 269.*
70 *n. 18.* vbi præterea declarat dici notoriũ † constare si adsint duæ conformes, quæ transierint in iudicatum. *Maur. Burg. de modo procedendi ex abrupt. quæst. 5. num. 168.* asserens in notorijs
71 non seruari ordinem Iuris, & dici notorium † si adsit publicum Instrumentum. *num. 167. Gabr. conf. 52. lib. 1. num. 10.* concludens contra intuitum fieri isto casu exequutionem, & conferunt dicta supra *vers. amplia præsertim vbi supra.*

72 Amplia præsertim vbi sententia † transiuit in iudicatum, seu vbi appellatio est deserta. *Afflict. decis. 157. lata. num. 2.* concludens sententiam, quæ transiuit in iudicatum, posse exequi absque alia partis, seu condemnati citatione. *Seraf. decis. 565. num. 5. addit*, si Iudex sit certus de re iudicata, & dixi late infra in limitationibus.

Amplia etiam vbi exequutio fit, non vi rei
73 iudicatæ † vel decreto iudicis, sed vi Statuti, vel stylo Curiæ, vt apud Gallos, vbi exhibito lictori, seu apparitori Instrumento, sigillo Regis munito, debet illud exequi quamprimum potuerit, etiam quod pars minime fuerit citata: *Rebuff. de litter. obligation. artic. 1. glos. 13. & artic. 65. glos. vnic. num. 83. & artic. 66. glos. 1. num. 2. & seq.*

Ampliatur etiam vbi exequutio fit in hære-
74 dem † condemnati, si tamen constet illum esse hæredem. *Neuizan. cons. 20. n. 36. vers. quartò extendendo*, etiam quod hæres sit minor, hæres enim cum sit eadem persona cum defuncto. *§. 1. vers. vnam, auth. de iureiur.* & defuncti, & hæredis vnum, & idem sit patrimonium. *l. 1. §. veteres. vbi gloss. ff. de acquir. possess.* in eum transeunt omnia defuncti Iura actiue, & passiue, *iuxta rubrum, & nigrum C. vt action. ab hæred. & cont. & dixi cap. seq. §. 1. & dixi late* infra in limitationibus regulæ nostræ.

75 Limita in exequutione sententiæ[1], † quæ lapsu fatalium asseritur transiisse in iudicatum: nam cum Iudici constare debeat, an fuerit appellatum, & legitimè; & appellatione interposita, reportatis reuerentialibus, lapsa fuerint fatalia ad committendam, & prosequendam causam appellationis, nec ex abrupto procedendum sit ad sententiæ exequutionem, citandus est condemnatus ad videndum fieri exequutionem. *Bart. in l. 1. ff. nil nouari appel. pend. num. 1. in fin. Bald. in l. 2.* C. de *temp. appell. num.* 5. concludens lapsis fatalibus non esse faciendam exequutionem sententiæ, sine causæ cognitione, parte citata, & audita. *Angel. in repet. l. 1.* C. de Iudic. *num. 23. vers. sed vbi. & num. 24. circa fin. & num.* 30. eadem motus ratione, qua dixi motum Bald. illius fratrem; sequuntur *Dec. in cap. ex ratione de appell. num. 69. vers. sexta, & cons. 97. num. 2. vers. vel quia lapsum esset tempus*, addendo reuocandam esse exequutionem, & reintegrandũ, qui illam est passus, si non fuit citatus. *Rip. in l. qui pro tribunali. ff. de re iud. num. 10. Grat. consil. 76. lib. 2. num. 3. & seq. Bellam. cap. an sit 42. de appel. nu. 5. Ioseph. Lud. decis. Perus. 6. num. 4. Asin. in praxi. §. 7. cap. 5. limit. 11. num. 1. vers. hæc autem, & num. 2. & 6. et §. 31. ampl. 5. cap. 4. relata ratione Baldi, vt mox dixi. et §. 31. cap. 4. ampl. 5. Vincent. Hercul. in l. à diuo Pio. §. in venditione ff. de re iud. num. 37.* vbi pluribus probat veritatem huius limitationis, ampliando etiam, si exequutio fieri debeat super eadem re, de qua lata est sententia, vel lapsum esset biennium, quia ex causa etiam leui potuit illud proroga-

rogari, vel longius concedi tempus. *Scaccia plures cumulans de appel. quaest.* 11. *num.* 192. idem repetit, *addentes ad Ludouis. decis.* 545. *num.* 11. asserunt hanc esse communiorem opinionem, sublimitando, vbi mandatum esset relaxatum in eadem sententia, & materia non esset appellabilis.

Contrarium tenet *Afflict. decis.* 157. *num.* 2. concludens, si sententia transiuit in iudicatum, posse exequi absque alia citatione. *relati ab Afinio in praxi.* §. 31. *cap.* 4. *ampl.* 5. *in fin.* Verum

76 quia *Afflict.* † loquitur in casu, quo constabat de re iudicata certò, quae certitudo non potuit haberi, nisi parte citata, & *Bellamera* ab eo relatus aliud sentit, videlicet requiri partis citationem, relata limitatione ita intellecta, cessat omnis contrarietas.

77 Limita vbi sententiae exequutio † committitur alicui simul cum causae cognitione, seu vbi exequutio fieri debet à mixto, non autem mero exequutore. *Gozadin. cons.* 2. *num.* 8. *& seq.* vbi praeterea docet, quomodo cognoscatur, quod quis sit merus, vel mixtus exequutor. *Guid. Pap. decis.* 70. *num.* 4.

78 Limita vbi tractatur de exequutione † sententiae contra aliquem, tanquam condemnati haeredem: nam cum praecedere debeat cognitio, an is sit haeres, est ille citandus ad videndum exequi sententiam latam contra illius auctorem in ipsū, vel eius bona. *Angel. in l. oratione, ff. de ferijs n.* 3. ampliando etiam si agetetur de exequutione facienda in re, de qua fuit iudicatum, *et in repet. l.* 1. *C. de iudic. num.* 23. *in fin. vers. idem. et n.* 24. *in princ. et num.* 29. *Barbat. cons.* 3. *concl.* 3. *in princ. et num.* 8. *vers. secus dicit. Alex. in l. à Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iudic. nu.* 34. *Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *nu.* 9. *in fin.* concludens exequutionem aliter factam esse nullam, & reuocādam. *Maranta in praxi par.* 6. *cap fin. num.* 18. *Asin. in praxi.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *num.* 6. *et* 31. *cap.* 4. *cap fin. nu* 18. *ampl.* 5. *Herculan. in l. à Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. num.* 38. qui remittit se ad dicta *Bald.* an idem sit dicendum in singulari successore. *Osasc. decis.* 34. *num.* 15. *Afinius de exequutione.* §. 1. *cap.* 29. *nu.* 15. *et* 16. *circa med. Conrad. de offic. praetor. cap.* 9. *de exequut. sent. num.* 3. *in fin.* & dixi etiam aliqua, quibus extendi, & restringi potest haec limitatio, supra *vers. secundò. Rol. à Val. et ab illo relati consil.* 20. *lib.* 1. *num.* 3. *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *nu.* 45. *circa fin. addentes ad Ludouis. decis.* 545. *num.* 11. *vers. aduersus. Vinc. de Franch. decis.* 405. *nu.* 8. addendo procedere, etiam si agatur de exequutione facienda in re petita, & *ibi addentes* plures consentientes congerunt. *Gabriel. de cit. concl.* 1. *num.* 59. *Scaccia de appellat quaest.* 11. *num.* 191. *Gramatic. cons. ciuil.* 49. ampliando etiam quod adesset Statutum, quod Instrumentum liquidum possit exequi contra haeredem.

79 Limita vbi exequutio petitur † à Iudice, implorato illius nobili officio. *Angel. in repet. l.* 1. *C. de iudic. num.* 26. *et seq. Vinc. Hercul. in l à Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. num.* 35. *Burg. tract. de mod. procedendi ex abrupto. q.* 5. *nu.* 163. *Natta* loquens quoties imploratur auxilium brachij secularis, *cons.* 529. *nu.* 14. *et seq.*

Contrarium firmant *Alex. in l. à Diuo Pio,* §. *in venditione ff de re iud. nu.* 33. *et Vinc. Herc. ibid. num.* 38. *vers. aut petitur officio Iudicis, ampliando,* siue exequutio fieri debeat super eadem re, de qua fuit iudicatum, siue super alia. *Asin. in praxi.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *num.* 4.

80 Limita, vbi exequutio † sententiae petitur, non ab eo, qui illam protulit, sed ab illius successore, *vt dixi infra.* §. 1.

Limita, vbi agitur de exequutione sententiae

81 † latae in actione mixta, quae pro tali illius complemēto requirit aliqualem causae cognitionem; veluti si sententia fuit lata in iudicio finium regundorum super limitibus apponendis; nam cū in plantatione illorum adhibendi sint agrimensores litigantibus non suspecti, cum iuramento in praesentia partium, inter quas fuit iudicatum, vel illis citatis ad videndum iurare peritos, de bene, & fideliter mensurando, *Barbat. cons.* 37. *lib.* 1. *num.* 10. nullatenus exequi potest sententia lata in tali mixto iudicio, sine partis aduersae citatione, vt iudicauit Senatus Delphinatus, *teste Franc. Marc. decis.* 169. *part.* 1. *n.* 2. *et seq.*

82 Limita, vbi exequutio sententiae fit de vna specie pignorum, in alia. *l. à Diuo Pio* §. *in venditione. ff. de re iud.* & ratio est, quia cum Iudex debeat interloqui, quod deficiente vna specie pignorum sit deueniendum ad aliam, necesse est ad huiusmodi interloquutoriam citare cōdemnatum in sententia. *l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* & ita firmant *Angel. in repet. l.* 1. *C. de iudic. num.* 4. *in princ. et num.* 25. addendo idem dicendum in quocunque casu, quo opus est processu nouo pro exequutione sententiae, vt puta etiam vbi de exequutione reali deueniendum est ad personalem. *Bart. tract. ad reprimendum.* §. *exequutionem in fin. Bald. l. ordo, de exequut. rei iud. nu.* 8. *vers. not. in hac. Bart. in l. meminerint,* C. *vnde vi. num.* 6. *Marant. in praxi par.* 5. *cap fin. n.* 19.

83 Limita, vbi petitur exequutio † sententiae iure actionis in factum, vel rei iudicatae. *Ang. in rep. l.* 1. *C. de iudic. n.* 26. *et seq. Alex. in l. a Diuo Pio.* §. *in venditione. ff. de re iud. num,* 33. *Vinc. Herc. ibid. num.* 38. *vers. et iterum, ampliando;* etiam si exequutio sententiae petatur coram eodem Iudice, qui sententiam tulit, & in eadem re, de qua fuit iudicatum, nam tam in procedendo, quàm in iudicando, seruandae sunt iudicij solemnitates. *Asin. in praxi.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *nu.* 4. *Ludouis. decis.* 545. *num.* 4. *et* 5. *et dixi infra. c.* 14. §. 2. *in princ.*

84 Limita, vbi exequutio sententiae petitur † quia sit appellationi renuntiatum: nam cum de viribus eius renuntiationis sit ante omnia agendum, citanda est pars condemnata in tali excussione. *Asin. in praxi.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 11. *num.* 2. *in fin.* quod tamen sublimita, si renunciatio facta fuit coram Iudice, qui sententiam exequendam protulit. *Angel. in repet. l.* 1. *C. de indic. n.* 30. *quem sequitur Asin. dicta limit.* 11. *num.* 3.

85 Limita, vbi lata sententia in actione reali † nō reperitur res, de qua fuit iudicatum, & exequutio petitur fieri in alia re, de qua non fuit actum. *Vincent. Hercul. in l. à Diuo Pio.* §. *in venditione.*

re. ff. de re iudicata, *num*. 34.

Limita, vbicumque in exequutione senten-
86 tiæ † opus est nouo processu, nam cum opus sit causæ cognitione in illius confectione, de necessitate citandus est is, qui inde lædi potest. *Vinc. Hercul. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. num.* 35. *Socin. relato Bald. in l. ab exequutione. C. quorum appel. non recip. in tractat. de dilat. art. 7. num. 22. circa med. vers. Bald. verò. Bald. l. ab exequutione. C. quor. appellat. non recip. num.* 3.

Limita, vbi Iudex pronuntiat sententiam
87 † exequendam. *Vinc. Hercul. in l. à Diuo Pio. §. in vendit. ff. de re iud. num.* 35. *circa med. Socin. de dilat. art. 7. num. 2. post med. vers. quod est verum. Bald. l. ab exequutione. C. quor. appell. non recip. num. 4. et 5. in fine. Afinius in praxi. §. 7. cap. 5. num.* 5.

88 Limita, vbi post sententiam † nouum interuenit factum, vel noua res, aut persona. *Socin. de dilat. art. 7. num. 22. vers. quod est verum, et vers. ego arbitror.*

Limita, vbi agitur de exequutione sententiæ
89 in qua non præcessit causæ cognitio. *Socin. de dilation. artic. 7. num. 22. in fin. vers. aut talis cognitio. Surd. consil. 268. num.* 17. concludens requiri citationem, quando fit in re, super qua non fuit iudicatum, *Vincent. de Franchis decis. 405. num.* 7.

Limita, vbi exequutio fit in re penes tertium
90 † existente, cum titulo oneroso, vel gratioso, in fraudem paratæ exequutionis, nam licèt contra possidentem sine nouo processu fieri possit exequutio, est tamen ille citandus, ad videndum fieri exequutionem, *vt ex Capic. et alijs voluit Surd. cons. 533. exequut. num. 4. circa med. Vestr. in praxi lib. 8. cap. fin. num.* 4. vbi concludit procedere etiam in intruso, addendo sat esse illi intimare exequutoriales, si ille nihil excipiat, aliàs cognoscendum esset de intrusione.

91 Limita, vbi quis † habet ius impediendæ exequutionis, *Gabr. consil. 52. nu. 11. et seq.* vbi exempla plura refert.

92 Limita, vbi exequutio † prætenditur fieri posse in alia re, vel persona non nominata in sententia, nam cum plura excipi possint, quibus retardatur exequutio, est reus citandus. *Ang. l. tale pactum. §. qui prouocauit, in prima lectura. nu. 3. ff. de pactis. Socin. de cit. artic. 7. quæst. 10. Gabr. decitat. concl. 1. n. 123. cum alijs congestis à Contard. de moment. possess. q. 24. num. 33. Tusc. conclus. 272. citatio. num.* 56.

93 Limita, vbi fit exequutio post duos † vel tres annos, à die, quo lata est sententia. *Guid. Pap. decis. 329. num. 2. in fin.* testans ita seruari de stylo in Delphinatu, immo si fiat post annum, *vt ex Bald. consil. 35. lib. 5. tradit Tuscus concl. 493. exequut. num.* 3. addendo ex lapsu annorum triginta, vel quadraginta præsumi sententiam habuisse effectum suum, & lapso nouennio impediri exequutionem decreti de immittendo, & processum de nouo inchoandum.

In Romana Curia obseruatum vidi, quod si quis obtinuit mandatum ab A.C. contra debitorem suum, & casu scripturam illius amiserit, quod non conceditur creditori illius duplicatum, nisi parte citata: & Statuto Vrbis, *lib. 1. cap. 87. de exequnt. sententia*, cautum est, vt iudicatis constituatur terminus octo dierum, ad parendum sententiæ, intra quos si non paruerint, vel rationabilem causam non afferant, ad nutum illius fit sententiæ exequutio: quod Statutum est conforme praxi. *Angel. Aret. in l. 4. §. ab exequutore. ff. de appel. num. 12. vers. quæro de forma, & Vestr. in praxi lib. 8. cap. fin. num.* 2.

94 Limita, vbi fuit facta contra † eum, qui nunquam fuit citatus, & possidebat. *Rot. diuers. recent. decis. 211. num. 1. par. 2. Serafinus dec. 1314. num. 1. & 2.*

95 Limita, vbi aliud † Statuto cauetur. *Aretin. cons. 55. diligenter. num. 1. vers. tertia.*

96 Limita, vbi per exequutionem † sententiæ, quis priuatur sua possessione. *Gratus consil. 76. in præsenti. lib. 2. num. 1. & seq.* addendo tenutam, parte non citata datam, esse nullam, & reuocandã, tanquam spoliatiuam, & puniendum capiendo possessionem, nec excusari mandato Iudicis.

97 Limita, vbi exequutio † fit in personam debitoris. *Vinc. Hercul. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. num.* 41.

98 Limita, vbi decreto † Iudicis decernitur, faciendam esse exequutionem. *Grat. discept. 333. num. 18. & seq.*

99 Limita, vbi sententia † lata esset in genere, *Bart. l. à Diuo Pio. §. in vend. ff. de re iud. num. 2. vers. ego dico. Rota recent. decis. 663. n. 5. p. 1.*

100 Limita, vbi agitur de exequutione in bonis pupilli, qui fuit indefensus. *Honded. consil. 82. lib. 1. num.* 15. vbi refert etiam qui dissentiant.

101 Limita, vbi sententia lata fuit † à duobus ex tribus Iudicibus datis, reclamante tertio. *glos. fin. in c. 2. de dol. et contum. in sexto*, quam sequuntur *ibidem Ioan. Andr. et Ioan. Monach.* licèt *Anchar. ibid.* dissentiat; sed illos ibidem concordant *Gemin. et Franc.* videlicet, quod aut exequutio exigit causæ cognitionem, & vera fit limitatio; aut verò non exigit causæ cognitionem, & recedendum à limitatione.

102 Limita, vbi quis non fuit in causa, † vel ad sententiam citatus. *Gabr. de cit. concl. 1. n.* 59.

103 Limita, vbi † extincta persona condemnati, exequutio est facienda contra eum, qui illum repræsentet actiuè, & passiuè, nam ille est citandus, quoad cognoscatur, an ille sit talis. *Gabr. decitat. concl. 1. n. 59. Ludouis. decis. 545. num.* 7. *vbi addentes. vers. aduersus tamen*, & deseruiunt dicta *cap. seq. §.* 1.

104 Limita, vbi agitur de exequutione † sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, & Iudex est certus appellationem esse desertam. *Seraf. decis. 565. num. 5. Natta cons. 529. num.* 17.

105 Limita, vbi citatio † fit saltem per proclama. *Seraf. decis. 1314 num.* 7.

107 Limita, vbi exequutio † petitur fieri contra subrogatum condemnati. *Stafil. de litter. gratia, cap. subrogatus. an teneatur iustificare ius illius, in cuius locum subrogatur. num.* 6.

107 Limita, vbi causa † non est appellabilis. *Nat. consil. 529. num.* 17.

108 Limita, vbi exequutio fit in alia re, quam † in

ea,

ea, de qua fuit iudicatum, seu in exequutione indirecta, veluti si quis condemnatus in quantitate pecuniarum, frumenti, & similium, & in defectum pecuniarum, vel vini fiat exequutio in alijs mobilibus, vel immobilibus condemnati. *l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iud. Angel. in l. 1. C. de iudic. num. 28. Dec. cap. ex ratione, de appel. num. 70. vers. secundo. Barbat per textum in dicto § si super, in cons. 37. lib. 4. num. 6. in princ. & circa med. vers. facit, quod voluit, & vers. si verò. & num.* 8. *& 9.* & eam afferens rationem, quia de ijs, de quorum exequutione agitur, nunquam fuit cognitum; addendo idem dici, si lata fuit sententia in actione personali, quæ exequutioni mittatur in bonis stabilibus debitoris, & reuocandam, si facta fuit non citato condemnato, & exequutionem passo. *Herculan. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re. iud. num. 38. in fin. vers. si verò Iudex. Mathesil. sing. 86. Nota quod, in fine. Socin. de dilation. artic. 7. num. 22. vers. ego arbitror. Hond. cons. 20. lib. 1. num. 45. circa fin. relati à Marant. in praxi part. 6. cap. fin. num. 19. & à Gabriel. de citation. concl. 1. num. 123.*

Declara, vt omnibus casibus, quibus citanda est pars condemnata, nõ sufficiat citasse procuratorem, sed necesse est citare ipsum condemnatum, quia cum sit finita instantia, desinit esse procurator. *Scaccia de appell. quæst. 11. n. 188. vers. declara secundo,* addendo aliud seruari in Curia Parisiensi.

§. I.

SVMMARIVM.

Exequutio sententiæ fit absque partis citatione, quoties patitur ab ordinario Iudice, qui illam protulit, & quare. 1. Limita, vbi causa erat appellabilis, & fuerat appellatum. 2.

Exequutio sententiæ fit parte citata, vbi petitur ab eo, qui non est idem ordinarius respectu personæ, & iurisdictionis. 3. Limit. 4.

Exequutio sententiæ non fit absque partis citatione, si petatur ab ordinario, qui iurisdictione est idem cum eo, qui illam protulit; licèt non sit eadem persona. 5. Contrarium. 7. Concorda. 8.

Exequutio sententiæ an fiat, absque partis citatione, si fiat in alia re, quam in ea, de qua est iudicatum. num. 6.

Praxis Rom. Cur. circa exequutionem sententiæ latæ à prædecessore. 9. 10. 11.

INter cæteras limitationes, quas constitui ad regulam firmatam hoc *cap. 1. de exequut.* cum esse dixi, vbi exequutio petitur à Iudice, qui sententiam non protulit. Sed quia illa est controuersa, vt certo sciatur, quid sit dicendum, & à practicis tenendum, sequentes constituo casus.

Primus est, vbi exequutio petitur à Iudice ordinario: & distinguendum, an is à quo petitur
1 exequutio † sententiæ, sit idem, qui illam protulit, & tunc non est opus citatione, *Alex. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. nu. 35.* & ratio est, quia ei constat de iustitia, vel validitate sententiæ, & non est opus nouo processu. *Fulgos. cons. 183. circa primum nu. 3. vers. hic igitur. Natta cons. 529. num. 17.* limitando ú
2 fuit appellatum † vbi causa est appellabilis. *Vinc. Hercul. in d. §. in venditione. n. 38. vers. aut petitur exequutio coram Iudice*, aliter distinguit.
3 Secundus casus est, vbi non est idem † iudex ordinarius tam respectu personæ, quàm iurisdictionis, & tunc citãdus est condẽnatus: cùm enim plures exceptiones habere possit, quare sententia non sit exequenda, & interloqui ille debeat, eas non obstare, opus est citatione. Ita colligo ex dictis *Bart. in l. à D. Pio. §. in venditione. ff. de re iudicat. Alex. n. 35. in fin. vers. vel alius. Natta*
4 *cons. 529. n. 18.* Nisi tamen † iudex, qui tulit sententiam per suas litteras, illum requirat ad exequendum, *Tuscus conclus. 494. & conclus. 495. exequutio. n. 5. in fin. & n. 12. et 16.*
5 Tertius casus est, vbi est idem Iudex ordinarius respectu † iurisdictionis in omnibus, & per omnia, quamuis non sit eadem persona; & tunc citandum esse condemnatum, voluit *Alex. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. nu. 35.* eam afferens rationem, quia sibi non liquet de iustitia, & validitate sententiæ, addendo id fuisse dictum sæpè *à Bal. & Angel. post Alex. idem dixere Dec. in cap. ex ratione, de appel. num. 71. vers. prædicta conclusio. & relato Alex. in d. §. in venditione. & cons. 30. col. fin. vers. quoad septimum. lib. 1. ita videtur sentire Ioseph. Ludou. decis. Perus. 5. n. 3. & Marant. in prax. part. 6. cap. fin. n. 18. Natta cons. 529. nu. 16. Afin. in prax. §. 7. cap. 5. lim. 9.*
6 *num. 7.* subdens *num. 8.* quid dicendum † si exequutio petatur in alia re, quam in ea, de qua lata est sententia. *Vinc. Hercul. d. §. in vend. n. 38. in princ. vers. si vero. Socin. de dilat. art. 7. nu. 22. vers. quod est verum. Lanc. de offic. prætor. lib. 1. cap. 9. §. 2. de exequut. sent. num. 3. in fin. vbi sequitur Marantã loco supra relato. Barbat. cons. 37. lib. 4. num. 7. circa fin. vers. facit. & num. 8. in princ. vers. secus, & num. 9. Angel. in l. 1. C. de iudic. num. 23. vers. aut non est ille. & num. 31. Natta cons. 529. num. 14. & seq. plurib. & nu 20.* declarat iura, quæ obstant. *Gail. obser. 115. lib. 1. num. 6. Franc. Marc. decis. 269. num. 2.*
7 Contrarium † firmauit *Fulgos. cons. 183. circa primum. num. 3. vers. hic igitur*, ea motus ratione, quia sit effectu idem Iudex. *l. proponebatur. ff. de iudic. & non relato Fulgos. idem firmauit Iacob. Cancer. var. resol. de exequut. sentent. num. 361.*
8 Concordari possunt hæ pugnantes Doctorum opiniones, † facta distinctione, an successor primi Iudicis viderit acta, & processũ, quibus iustificatur iustitia, & validitas sẽtẽtiæ exequẽdæ; & an ille sit ordinarius, vel delegatus: vt priori casu possit ille absque alia citatione exequi sententiam sui prædecessoris; secundo autem secus. *Dec. in cap. ex ratione, de appellat. num. 71. & seq.*
9 Hinc iustificatur praxis Aud. † Cam. Vrbis, quod promoto illo ad Cardinalatum, vel aliquo ex illius locum tenẽtibus in ciuilibus causis facto Episcopo, vel alia dignitate decorato, alio in eius locum

locum suffecto, eoque certiorato à notario causæ, qui est oculus Iudicis, de sententia prolata, vel mandato relaxato, causa cognita, secus si incognita, *vt dixi supra in regula firmata hoc cap. num. 39. & infra cap. 14. §. 7. limit. 1.* ille exequitur sententiam, & mandatum sui prædecessoris, absque alia citatione. Si verò est
10 † delegatus à principio, sed ex facultatibus sibi datis, factus est ordinarius in procedendo, & exequendo, quales sunt omnes Rotę Auditores; tunc quia reo constare debet de persona subrogati Iudicis delegati, & illum legitime subrogatum fuisse, coram illo citandus est reus, ad videndum exequi sententiam.
11 Amplia presertim, si idem † ordinarius Iudex exequitur sententiam sui delegati: *Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iud. Tusc. concl. 495. exequutio. num. 3.* Hinc practicamus in Rom. Cur. quod si Auditor Cam. vel alius ordinarius deleget causam aliquam alicui Prælato, si ille lata sententia in causa, vbi ordinariè est processum, vel relaxato mandato, vbi executiuè fuit actum, recedat ab Vrbe, quod Aud. Cam. procedit ad exequutionem sententiæ, vel mandati relaxati ab eius deputato Iudice.
12 Limita, vbi sunt duo † Iudices ordinarij in eodem loco, eandem habentes iurisdictionem, vt sunt in Vrbe duo Locumtenentes A.C. constituti temporibus Vrbani VIII. vbi prius vnus tantū erat, & duo Collaterales in Cur. Capitolij, qui non exequuntur, nec exequi possunt sententiam alterius, nisi infirmitate, vel alio casu impediatur, & parte citata, quoad reus sciat, cuius imperio sitab illo parendum. *l. 1. ff. de offic. consul. Bart. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iudic. num. 3. vers. quaero in vna. et Cast. nu. 3. vers. quinimò etiam.* Obseruaui etiā, quod ægrotante Cæsare Argelo de Paltronibus Ciue Bononiense nunc Locumtenente A.C. & tunc primo Collaterali Curiæ Capitolij, dum Zongus Hondedeus Pisaurensis, illius vices, seu munus suppleret, quòd cum in aula Capitolij sint duæ sedes, in quibus ipsi duo Collaterales ius dicunt, quod sedens in prima sede, finita audientia tanquam primus Collateralis, ascendebat secundam, & suam sedem iustitiam ministraturus, & hoc modo nulla vacabat sedes.

Quartus casus, vbi exequutio sententiæ petitur à Iudice alterius territorij, vbi reperiuntur bona, vel persona condemnati. *& dixi infra. cap. 14. §. 2. et seq. et §. 9.*

CAP. II.

SVMMARIVM.

Exequutio fieri debet cōtra personam, & rem nominatam in sententia. 1. & quare. 2. 3. Amplia. 4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.15.16.17.18.19. 20.21.22.23.24.25.26. 27.28.29.32.34. 35.36. 38.39.40.41.43.44.45.47.48.49.50.51. 52.53. 54.55.56.57.58.59.60.61.62.63.64.65.66.
Limita. 30.37.39.42.46,67.69, 70.71. 72.73.74. 75.76.77.78.79.81.83.84.86.87.88.89.90.91. 92.93.94.95.96.97.100.101.102.104.105.106. 107.108. *Sublimita.* 112.
Pignus possidens non possidet sibi, sed domino. 83. *in fin.*
Exequutio facta super re aliena, an sint valida si res fiat deinde debitoris 114.
Alienatio dolosa quomodo probetur. 11.
Clem. vt calumnijs. de re iud. cessat cōtra tertium; 13. *Contrarium.* 14. *Concordia ibid.*
Mantic. decis. declaratur. 33.
Alienatio quando dicatur facta in fraudem parata exequutionis. 68.
Cynus distinguitur. 80.
Bart. distinguitur. 80.
L. ob maritorum. C. ne vxor. pro marit. 82.
Hypotheca cum pacto de non alienando quos pariat effectus. 85.
Excussio debitoris condemnati quando necessaria, si contra tertium fieri potest exequutio. 99.
Litigiosa res quando dicatur. 103.
Causam à debitore condemnato quando quis dicatur habere. 109.
L. à Diuo Pio §. si super rebus. ff. de re iud. declaratur. 83.

Secundo obseruādum est, vt canonice fiat exequutio, quòd illa fiat in bonis, & persona, de quibus lata est sententia; & non
1 contra tertium possessorem, † vel rem minime nominatam in sententia. *l. 2. C. ne vxor pro marit. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. vbi Bart. n. 7. Cast. n. 8. vers. aut ille nō fuit citatus. Alex. n. 15. l. 1. & 2. C. quib. res iud. non noc. l. nam postea. §. fin. ff. de ureiur. l. si superstes. §. 1. ff. de pign. l. 1. §. 1. de pignor. act. Bart. l. 3. C. de pignor. n. 10. Duen. reg. 75. exequutio limit. 6. Gabr. cons. 52. puto. lib. 1. nu. 4. Bald. cons. 149. lib. 3. in fin. vers. solutio. Crau. cons. 235. Ad. n. 2. in fin. Peguer. decis. 205. crim. n. 1. Rebuff. de litter. oblig. gloss. 2. n. 23. et seq. Ioseph Lud. decis. Perus. 26. n. 16. Cencius de censib. q. 95. n. 22.*
2 Rationes plures † assumpti afferuntur *ab Alberic. in l. à diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iud.* videlicet, quia acta inter alios, sicut alteri non prosunt, nec contra illum probant, ita non debent alteri nocere, vel genus aliquod probationis facere. *l. sæpe de re iud. cap. inter dilectos de fid. instrum. cap. penult. de re iud. Nat. ta cons. 97. Nobilis. n. 7.* vbi ideo cum *Specul.* concludit, si quis diuisit paternam hæreditatem cum fratribus, si deinde contrahendo matrimonium, quod alias impediebatur contrahere, iurauit non esse filium illius, cuius putabatur, non possunt fratres, cum quibus paternam diuisit hæreditatem, portionem illi datam per indebiti conditionem, vel conditione sine causa, ideo
3 repetere, alio non probato. Aliam † & secundam affert rationem, quam magis concludentem censeo, quia cum sententiæ exequutio debeat fieri in bonis, vel persona condemnati. *l. à D. Pio. §. si super rebus. ff. de iud. c. cum super eod. tit.* non debet illa fieri in bonis, vel persona non victa, nec condemnata, aliàs diceretur

tur facta contra eum, qui nec vere, nec ficte, nec per se, nec per alium, qui illum aliquo modo repræsentaret, fuit in iudicio condemnatus, & de quo non cogitauit Iudex in sententia prolata; vt colligo *ex Bart. in l. à diuo Pio* 15. §. *si super rebus. ff. de re iud. n.* 3. *vers. opp. cxtra. Cou. pract. quæst. cap.* 16. *Agitur. n.* 3. *vers.* 3. *Bald. conf.* 149. *proponitur. lib.* 3. *circa fin.* concludens absurdū esse, quod exequatur sententia contra eum, qui numquā fuit in iudicio. *Rol. à Val. conf.* 5. *lib.* 2. *num.* 10. *in fin. Peguer. decis.* 205. *crim. num.* 2. *& seq.* vbi alias ratione s refert. *Crauet. conf.* 235. *in fin. Petrus Pechius de iure sistend. cap.* 4. *n.* 9. *in princ.* afferens hanc esse quotidianam, & omni in foro decantatā, & admissam exceptionem: Non sum nominatus in sententia, ergo contra me, & mea fieri non potest exequutio. *Honded. conf.* 20. *lib.* 1. *num.* 26. *& seq. Amatus decis. March.* 44. *num.* 7. *&* 8. *in fin.*

4 Amplia prefertim in sententia † lata intentata personali actione, *vt dixi infra* §. 6. *vers. prima.*

5 Amplia etiam † vbi sententia lata fuit intentata actione reali, *vt dixi infra* §. 6. *vers. quo ad secundam.*

6 Amplia etiam vbi agitur † de exequutione sententiæ contra fideiussorem contractus, quæ fuit lata contra principalem debitorem, vt dixi *infra* §. 4. vbi præterea egi quid dicendum de fideiussore iudicij.

7 Amplia etiam in exequutione † sententiæ, quæ fuit lata in vnum ex correis debendi, vt dixi §. 7. vbi etiam dixi quid si sententia est absolutoria vnius correi.

8 Amplia etiam si victor † qui curat exequi sententiam in bonis possessis à non nominato in sententia, velit probare, quod sint, & pertineant ad condemnatum, & in sententia nominatum, nisi iste tertius fuerit victus tribus sententijs, vel reuocatoria, *vt dixi infra* §. 19. *ampliat.* 8.

9 Amplia etiam vbi iste tertius iniuste † possideat, quoad alium, sed iuste, quoad volentem exequi sententiam, ex persona victi, & condemnati, *vt dixi infra* §. 19. *ampliat.* 7.

10 Amplia præsertim vbi sententia † exequuta, vel quæ paratur exequi, fuit lata ex præsumptionibus, seu priuilegiatis probationibus. *Bald. conf.* 149. *proponitur. lib.* 3. *vers. & ideo.*

11 Amplia etiam vbi debitor † condemnatus dolo desijt possidere. *Purpurat. conf.* 141. *num.* 1. *&* 2. *relati à Giurba decis.* 62. *num.* 3. *subdens num.* 5. quomodo probetur alienatio dolosa, & fraudulenta: & an prius sit agendum rescissoria, quam agendum de exequutione, examinat *n.* 6. *& seq.*

12 Amplia etiam si agetetur de † exequutione trium conformium; nam licèt magna sit vis rei iudicatæ. *l. res iudicata. ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.* referunt illius effectus, & priuilegia, *& post illos Surd. conf.* 61. *iusta. num.* 4. & de nullitate earum non excipere liceat, *Clem.*

13 † *vt calumnijs. l. de re iud.* nihil tamen operatur contra tertium. *l. sæpe. ff. de re iud.* nec minus illum excludit, quin de nullitate trium conformium excipiat. *Alex. conf.* 83. *Viso. lib.* 3. *n.* 12. *Ias. l. à Diuo. Pio.* §. *si super. ff.* de re iud. *num.* 16. *vers. addo.* qui loquitur in casu nostro. *Dec. cap. sua*, de appel. *col.* 3. *num.* 28. *Gail. obseruat.* 72. *Quoniam. lib.* 1. *num.* 4. *Marescot. resolut.* 121. *regulariter, num.* 2. *Zasius. in l. à diuo Pio,* §. *si super. ff. de re iud. n.* 15. *cum alijs cumulatis à Scacc. de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 4. *num.* 98. *Peguer. decis.* 205. *crim. n.* 13.

14 vbi refert † dissentientes, & concordat, *ex Couar. pract. quæst. cap.* 15. *num.* 9. *vers.* ego vero. *Rot. decis.* 13. *de re iud. in antiq. Caldas quæst.* 36. *lib.* 2. *n.* 17. *Fel. c. vehemens.* 38. *de testib. n.* 17. *addentes ad Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. ampl.* 8. *num.* 3.

15 Amplia etiam vbi non nominatus † in sententia, seu tertius, asserit retinere rem, in qua petitur fieri exequutio, ex causa meliorationum, quæ ille reus illius auctor fecit in eadē re, vt examinaui *infra lib.* 2. *cap.* 10.

16 Amplia præsertim si non fuit † citatus ad videndum fieri exequutionem. *Amatus decis. Marchiæ* 48. *num.* 8. referens *Cast.* asserentem fecisse remanere confusum magnum aduocatum, qui non considerabat virtutem talis citationis.

17 Amplia præsertim † vbi sententia lata fuit in contumaciam victi. *glos. fin. q. fin. inst. de noxal. Roman. conf.* 154. *iudicium n.* 5. *& conf.* 329. *præsens n.* 10. Sed an sufficiat reum conuentum esse contumacem in termino ad sententiam, vel in tota causa, videndi sunt *addentes ad Mathesil. singul.* 25. *& Pereg. de fideic. art.* 53. *num.* 58.

18 Amplia etiam si ageretur de † exequutione sententiæ supremi Magistratus, & extaret Statutum, quod inferior exequatur omni exceptione remota. *Felin. loquens de sententia lata Venetijs exequenda à Pratore Padua, in cap. qualiter, & quando, de accusat. n.* 13. *in fin.*

19 Amplia etiam si iste † tertius sit intrusus, *vt dixi infra* §. 8.

20 Amplia vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ contra vniuersitatem possidentem bona, nām non potest exequi contra bona particularium. *vt dixi infra* §. 10. vbi præterea addidi quid dicendum, si vniuersitas non habeat bona in communi, vel quæ non sint satis, vt sit satisfactum creditori illius.

21 Amplia præsertim † vbi agitur de exequutione facienda contra eum, qui fuit procurator damnati in sententia. *vt dixi infra* §. 11.

22 Amplia etiam vbi agitur † de exequenda in filium sententia, quæ fuit in patrem lata, *vt dixi infra* §. 16.

23 Amplia etiam vbi agitur † de exequutione sententiæ latæ in vxorem, si victor velit capi bona data marito in dotem, *vt dixi* §. 14. vbi præterea subdo, quid dicendum si sententia lata fuerit in maritum, an possint capi dotalia, & quid vtroque casu dicendum de fructibus bon orum dotalium.

24 Amplia etiam vbi agitur de † sententia lata in Prælatum, vel monachum, quæ non mittitur exequutioni contra bona Ecclesiæ, vel Monasterij, *vt dixi* §. 15.

25 Amplia etiam vbi agitur de sententia † lata

in filium, quæ non poteſt exequi contra patrem,
vt dixi §. 12.

26 Ampl. etiam ſi ad fauorem † victoris, victus
pactus fuiſſet, vt propria auctoritate poſſet illius
bona capere, nam ceſſat ea facultas, ſi illa ſint
penes tertium poſſeſſorem, *vt dixi* §. 17.
Conrrarium volunt relati infra *n*. 75.

27 Ampl. etiam ſi tertius poſſeſſor ſciuit † cauſam
agi cum victo, *vt dixi infra* §. 21.

28 Ampl. vt exequutio facta contra tertium †
poſſeſſorem, nullum ageret præiudicium illi,
nec quoad poſſeſſionem, nec quoad proprieta-
tem. *Scaccia de appellat. quaſt. 17. limit. 6.
memb. 4. num.* 57.

29 Ampl. etiam ſi actum fuiſſet ex obligatione †
Camerali, vel Guarantigiæ, vel alia ſimili for-
mula. *Contard. de moment. poſſeſ. quaſt.* 24.
num. 7. *Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap.
fin.* §. 5. *num.* 1. *Vant. de nullit. cap.* 4. *nu.* 17.
Guttierez in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. *n.* 32.
addendo num. 36. in contingentia facti fuiſſe
condemnatum in expenſis quendam procurato-
rem, qui exequutiue egerat, & obtinuerat con-
tra tertium poſſeſſorem fundi cenſuati, quia ma-
lè egerat. Quæ praxis ſi reciperetur contra male
iudicantes, facilè clauderentur fores Saturni, &
aperirentur valuæ Iani templi. *Caldas quaſt.* 36.
lib. 2. *nu.* 23. vbi extenſionem iſtam late com-
probat, addo *Zachiam ad Galleſ. de obligatione
Cam. quaſt.* 5. *num.* 10. & ratio eſt, quia con-
tra tertium non obligatum, non poteſt agi exe-
quutiue. *Alex. l.* 1. §. *ſi hæres precepto, ff. ad
Trebel. num.* 1. concludens fatuos eſſe credito-
res, qui petunt exequutionem inſtrumenti gua-
rantigiati contra poſſidentem bona ſui debitoris.
Sequuntur *addentes ad Suarez in l. poſt rem
iudicatam ampl.* 8. *n.* 1. & 3. *Milanenſ. deciſ.* 2.
lib. 2. *num.* 1. & *ita cenſuit Rota, vt refert Za-
chias de oblig. Cam. deciſ.* 47. *coram Mellino
Ludouiſ. deciſ.* 22. *num.* 1. & *deciſ.* 330. *nu.* 2.
& *deciſ.* 362. *num.* 6. & *ibi addentes*. Niſi ta-
30 men creditor pacto ſibi proſpexiſſet † quod res
non poſſet alienari. *Couar. var. reſol. lib.* 3.
cap. 7. *nu.* 6. *verſ. hinc etiam in fin. Solis de
cenſib. lib.* 1. *cap.* 10. *primum, nu.* 3. *Mauſon.
de cauſ. exequut. ampliat.* 6. *nu.* 25. modo do-
ceatur tertium habuiſſe cauſam a principali de-
bitore.

31 Ampl. preſertim ſi tertius † non habet cauſam
a condemnato, *vt dixi infra* §. 25.

32 Ampl. etiã ſi tertius † poſſeſſor habeat cauſã
a reo condẽnato, modo ille ingreſſus fuerit poſ-
ſeſſionẽ rei quæ prætenditur capi in exequutio-
ne rei iudicatæ, ante relaxationem mandati, ſeu
ante ſententiam in debitorem latam, a quo ter-
tius habet cauſam. *Burat. deciſ.* 627. *placuit*.
33 *num.* 5. *vbi deciſ. Mantic.* 7. *num.* 1. † declarat
procedere vbi tertius habet cauſam à debitore
poſtquam ille fuit condemnatus.

34 Ampl. etiam ſi iſte tertius † fuerit citatus,
modo ius illius non fuerit deductum in iudicio.
Alex. in l. ſæpe, ff. de re iudic. n. 6. addendo
procedere etiam ſi aliud ius ortũ habens ab eo-
dem fonte fuiſſet deductum, addendo *n.* 7. quali-
ter pronunciandum, ſi iſte tertius comparuit.
*Alex. ſequuta eſt Rota coram Mellino, teſte
Zachia de obligat. Cameral. deciſ.* 47. *n.* 2. *Go-
zadin. conſ.* 103. *Videtur n.* 12.

35 Ampl. vt de facto † reſiſti poſſit exequutori
volenti exequi ſententiam contra non nomina-
tum in ſententia. *Bald. l. ob maritorum C. ne
vxor pro marit. num.* 4. *Alex in l. a Diuo Pio* §.
ſi ſuper rebus, ff. de re iud. n. 14. & *ſeq. Luc. Pet.
in prax.* Capitol. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 22. *Scaccia
de appell. quaſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 57.
Cancer. var. reſol. lib. 1. *cap.* 17. *de ſentent.
exequut. n.* 548. *poſt med.* limitando ſi reſiſten-
tia daret cauſam tumultus, vel inde non ſeque-
retur præiudicium irreparabile, tacitè innuens
aliud dicendum, ſi non ſequatur tumultus, vel
præiudicium eſt reparabile.

36 Ampl. vt Iudex poſſit, & debeat talem † exe-
quutionem de facto reuocare. *Gabriel. conſ.* 52.
puta lib. 1. *num.* 5. Specul. *relatus a Caſt. in l.
a Diuo Pio* §. *ſi ſuper ff. de re iud. num.* 8. *in*
37 *fin.* Limitando ibidem *verſ. aut ille* † ſi is ter-
tius fuit in cauſa, & ad ſententiam citatus. *Pe-
guer. deciſ.* 205. *crim. n.* 7. *in fin. Tuſc. concluſ.*
492. *exequutio. n.* 4. *Bald. conſ.* 149 *lib.* 3. *in fin.*
Ampl. vt liceat appellare ad vtrumque effe-
38 ctum † ſi iudex mãdet exequi ſententiam con-
tra tertium, quæ fuit in alium prolata. *Contard.
de momentan. poſſeſ. quaſt.* 24. *num.* 5. & 6.
relatis Alex. in l. ſæpe ff. de re iud. num. 116.
& *in conſ.* 52. *n.* 3. *lib.* 7. *Rol. a Val. conſ.* 5.
lib. 2. *num.* 16. & 17. *Scaccia de appel. quaſt.* 17.
39 *limit.* 6. *memb.* 4. *n.* 55. Cum temperamento †
tamen, ſi iuſta vel legitima exprimatur cauſa.
Bero. conſ. 106. *lib.* 3. *in fin. Mandel. conſ.* 14.
num. 9. & *ibi addentes. Surd. conſ.* 334. *num.* 2.

39 Ampl. etiam ſi adeſſet † Statutum, quod ſen-
tentia mittatur exequutioni, omni exceptione
remota. *Fel. cap. qualiter de accuſ. num.* 13. &
comprobatur ſimili de obligatione Cam. vt dixi
ſupra. *Fel. in cap. veniens* 38. *de teſtib. n.* 16.
*verſ. ſecundo, addentes ad Suarez in repet. l poſt
rem iudicatam, ampl.* 8. *n.* 2. *verſ. hoc* dictum.

40 Ampl. prætertim † vbi tertius ignorauit cau-
ſam agi. *Abb. cap. cum ſuper.* 17. *de re iud. n.* 16.
& *Fel. num.* 12. *verſ. ſtat difficultas*, quos refert
& ſequitur Scaccia *de appel. quaſt.* 17. *limit.* 6.
memb. 4. *num.* 56. & comprobatur ex dictis ſu-
pra de ſcientia tertij, qui ſe opponit exequutio-
ni. *Bald. conſ.* 149. *proponitur lib.* 3. *num.* 1.
verſ. item eſt conſiderandum.

41 Ampl. præſertim ſi tertius † excipiat, & incon-
tinenti probet, eſſe dominum rei, quæ præten-
ditur capi in exequutione ſententiæ contra
alium prolatæ, mota actione perſonali contra
condemnatum. *l. a Diuo Pio* §. *ſi ſuper ff. de re
iud. Couar. pract. q. cap.* 16. *agitur, n.* 4. *verſ.
primũ. Scaccia de appell. q.* 17. *limit. mẽb.* 4. *n.* 58.
Cancer. var. reſol. lib. 2. *cap.* 16. *de tertijs op-
poſit. n.* 64. & *ſeq.* addendo procedere, ſi præ-
terea talis excipiens poſſideat, & actum fuiſſet
actione reali, vel ſpolio, nam impeditur reſtitu-
tio. *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.* 26. *num.* 22. &
42 *ſeq.* Si † tamen abſit dolus, vt idem ſubdit.
Giurba deciſ. 62. *num.* 2. *vbi infinitos refert, et*
limitat ſi concurrat fraus in excipiente, adden-
do *n.* 5.

do *num.* 5. quomodo probetur ista fraus.

Probatio autem quando dicatur facta incontinenti, *viden. Ioseph. Lud. decis. Perus. 26. num. 12. in fin.*

43 Ampl. præsertim vbi tertius† possessor, timens ne in re ab illo possessa, vel quam asserit esse suam, fiat sententiæ exequutio, protestatur apud acta, ne illa fiat *vt dixi* §. 19. *num.* 31. *et seq.*

44 Ampl. etiam si sententia lata esset generaliter † citatis quibuscumque interesse habentibus per edictum. *Paris. cons.* 25. *primo lib.* 1. *n.* 42. *Zabarel. cons.* 74. *num.* 4. ampliando etiam si iste tertius notitiam habuisset edicti ante sententiam,& illi licere expellere de facto rem captam in exequutione detinentem. *Sequitur Iac. Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *de sent. exequut. n.* 431. *et cap. de tertijs opposit. num.* 51. *Neuizan. cons.* 81. *princepi n.* 8. *in fin.*

Ampl. etiam si actum fuisset personali actio-
45 ne pro censu vel alia † responsione annua debita ex fundo, seu illius fructibus possesso a tertio per obligationem eius, a quo tertius habet causam. *l. fin.* §. 1. *ff. de cont. empt. l.* 1. §. *hæres. ff. ad Trebel. Guid. Pap. decis.* 42. *in prin. Guttierez in l. nemo potest ff. de legat.* 1. *num.* 33. *subdens num.* 24. *et seq.* tatuos esse creditores, qui peterent exequutionem instrumenti habentis paratam exequutionem, contra tertium possidentem bona sibi hypotechata, sed agere debere actione hypothecaria, & via ordinaria. *Mauson. plures referens de causis exequutiu. quæst.* 6.
46 *ampliat.* 6. *n.* 2. Limitando † tamen si ille se obligauit soluere census, vel illos sponte aliquando soluit. *num.* 24. *et seq. subdens num.* 12. Contrarium si agatur contra tertium possessorem rei censuatæ: non tamen in persona, vt idem subdit. *num.* 37.

47 Ampl. vt tertius, in quem † facta est exequutio sententiæ cum alio latæ, possit agere spolio, contra detinentem capta in exequutione, & id ratione nullitatis exequutionis, vt censuit *Rota in Perusina spolij* 4. *Aprilis* 1636. *coram Rojas vers. non obstat. et vers. nullitas.*

49 Ampl. presertim si is † tertius poterat præterea impedire iudicium, nam multo fortius impediet illius exequutionem, veluti si agatur de sententia exequenda contra bona possessa a patre, vel alio, cui debita sit reuerentia. *Scaccia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *n.* 73.

49 Ampl. etiam vbi tertius † non possidet, sed vacante possessione excipit sua multum interesse non exequi sententiam ad fauorem victoris, *vt dixi* §. 18.

50 Ampl. siue tertius cœperit possidere † ante litem contestatam, siue post, & quandocunque ante exequutionem. *Bar. in l. a diuo Pio* §. *si super rebus ff. de re iud. num.* 7. *vers. ego dico. Soccin. cons.* 13. *lib.* 4. *nu. Roland. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *num.* 9. *relato Ancar. cons.* 292. asserente exequutionem factam in bonis a tertio possessis, illo non citato, nullum iuris ordinem habere, & a iudice reuocandam summariè, & non ordinario iure. *Crauet. cons.* 235. *col.* 1. & 2. addendo procedere etiam si fiat in fraudem creditoris pendente iudicio personali, & isto casu opus esse reuocatoria probando fraudem: quod tamen examinat *Giurba decis.* 62. *num.* 6. & *seq. Intrigliol. decis.* 46. *n.* 59. *ampliando* præsertim si alienatio fiat in creditorem antiquiorē; & dixi infra *num.* 67. & § 6.

51 Ampl. etiam si condemnato † dolo desinente possidere, tertius possideat. *Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *num.* 9.

Contrarium tenent relati à *Giurba decis.* 62. *tertio nu.* 3. subdente *nu.* 5. quomodo probetur fraus, & dolus.

52 Ampl. siue bona spectent ad tertium † quoad proprietatem tantum, vel quoad possessionem ciuilem, vel naturalem tantum. *Bero. cons.* 47. *lib.* 1. *num.* 6.

53 Ampl. vt neque † conueniri possit via ordinaria, nisi prius excusso principali creditore condemnato. *auth. hoc si videbitur. C. de pignor.* quæ tamen ampliatio cessat, si tertius possessor conueniatur hypothecaria, vt late probat *Surd. cons.* 4. *plura, num.* 32. & alia non contemnenda addidi in meis Collectaneis *ad d. auth.*

Contrarium tamen, quod intentata hypothecaria, præcedere debeat excussio, firmat *Socin. cons.* 24. *visis lib.* 1. *n.* 19.

54 Ampl. etiam vbi lata † est sententia, & exequutio fiat in alia re penes tertium existente, *vt dixi infra cap.* 15.

55 Ampl. presertim si agatur de exequutione † sententiæ latæ super iure vassallatico, contra vassallos, nam non nocet domino, qui non interfuit causæ. *Cancer. var. resol. tom.* 2. *cap.* 17. *de sent. & earum exequut. num.* 427. & *seq.* addendo dominum posse propria auctoritate continuare suam possessionem, etiam post exequutam sententiam, etiam quod fuisset citatus per edictum.

56 Ampl. etiam si ageretur † de exequutione sententiæ Principis. *Peguer. decis.* 205. *crim. num.* 6. vel illius rescripto. *Cancer. var. resol. lib.* 2. *cap. de tertijs opposit. cap.* 16. *num.* 67. *circa fin.*

57 Ampl. presertim si tertius possessor † addat quod patiendo exequi sententiam, duriorem habebit aduersarium in iure suo. *Mysing obser.* 73. *in cent.* 3. *in fin.* & conferunt dicta infra §. 18. & quod esset dispositio *Canonis, redintegranda* 3. *q.* 1. vbi sententia deinde ferenda in petitorio est difficilis exequutionis. *glos. cap. ad petitionem verb. et si restituendus, de accus. Boer. decis.* 238. *col. antepen. vers.* 2. *fallit. Brun. cons.* 12. *patres, nu.* 54. *Menoc. cons.* 104. *n.* 68. *et* 73. *Giurba decis.* 4. *num.* 24. vel datur post exequutionem collitigans difficilis conuentionis. *Cast. cons.* 179. *n.* 9. *lib.* 1.

58 Ampl. etiam si ageretur † de exequutione sententiæ latæ super adiudicatione rei debitoris præcedente iudicio, intentata personali actione. *Mysinger. obser.* 73. *in eadem centur.* 3. *in fin. Zasius in l. à Diuo Pio* §. *si super ff. de re iud. n.* 10. *et Alex. n.* 31. admonendo neminem debere esse facilem ad emendum sub hasta.

59 Ampl. vt talis exequutio non priuet † possidentem sua ciuili possessione, nec acquiratur exequenti. *Imol. in l. à Diuo Pio* §. *si post additum.*

dictum. ff. de re iud. addendo posse auctoritate propria expellere immissum. sequitur *Peguer. aliis cumulatis decis.205. crim. num.8. Crauet. cons.* 235. *numer.2. in fine. Cancer. var. resol. tom.1.cap.17. de sent.exequut.num.*427. addendo, etiam si naturalis sit penes victorem. *Crauet. cons.*235. *num.* 2. *vbi alios consentientes refert. Rol.à Val.cons.5.lib.2.num.12.et seq. et dixi infra q.19.ampl.14. Bertrand. late cons.9. lib.1.*

60 Amplia etiam vbi ageretur de † exequutione sententiæ, quæ ali quale præiudiciū faceret non nominato in sententia. *Couar. pract. q. cap.15. in fin. Cancer. var.resol. lib.2.cap.16. de tertijs oppositor.num.56. Caldas.quæst.36.est & alia. lib.2.num.17.in princ.*

61 Amplia etiam vbi exequutio † prætenditur fieri contra non nominatum in iuribus, & monumentis, quorum virtute lata est sententia, de cuius exequutione tractatur. *Rebuf.de litter.obligat.artic.2 glos.vnic.num.63.& seq.& ante illum Alex.cons.83.lib.3.n.13. Tuscus conc.*492. *exequutio. num.4. Menoc. cons.746. num.8.*

62 Amplia, vt in tantum † exequutio facta contra non nominatum sit nulla, vt nec profit ad effectum manutentionis. *Asinius late comprobans in praxi. §.31.cap.2.limit.25.*

63 Amplia etiam vbi res est communis † tertio, & victo, & sententia prætenditur in illa exequi, veluti si vnus ex fratribus, vel socijs sit condemnatus. *Crass. cons.179. in causa.col.fin.vers.super quarto. lib.1.* exemplum referens in filio, qui recusat habere nouercam sociā. *Tusc.concl.*488. *exequutio. num.27. &* 28. addendo procedere etiam quod communio sit temporalis. *Duran.* loquens de sententia lata in vnum ex fratribus, qui simul possideant totum prædium captum in exequutione, vt illa sit nulla, etiam quoad partem fratris condemnati, *decis.37.n.9.*

64 Amplia presertim vbi sententia † lata est per collusionem cum condemnato. *Cast.cons.179. in causa.lib.1.vers.super vltimo. Tusc.concl.*488. *exequutio. n.32. Cancer. var. resol. tom.1.c.16. de tertijs opposit. num.* 24. addendo idem dicendum, si dolo, fraude, vel negligētia fuerit prolata, subdens quomodo id probetur.

65 Amplia, vt Iudex secularis † possit denegare brachium suum ecclesiastico petenti exequi sententiā contra tertium in illa non nominatum, & illam factam reuocare. *Tusc.concl.*492.*exequutio. num.7. &* 8.

66 Amplia presertim si tentatur fieri † exequutio in re non nominata in sententia, nec de illius iure fuit cognitum, nec iudicatum. *Ioseph. Lud decis.Perus.26.num.16.Petr.Anton.Angusol.cōs.15.quamuis, lib.3.n.6.vers.tertius.Caldas, quæst. 36. lib.2. n. 20. vers. tertium. Mysinger. obseruat.73. centur.3.num.3.*

67 Limita vbi tertius in fraudem paratæ exequutionis cœpit possidere. *Bart. & Angel.in l.3.C.de pignor. Curt.sen. cons.72. num.9. vers. ad aliud el 1. Burat.decis.166. recessum. num.1. addendo n.10.* exequutiue reuocari exequutionem citato possessore, *& dixi infra §.6. n.61.& seq.*

Contrarium probatur *supra nu.50. ex Bart. & alijs & præcipue Rol.à Val.cons.5. lib.2.n.9.*

68 Quando autē a ienatio dicatur facta † in fraudem paratæ exequutionis, late tractant *Giurba decis.62.n.5.et post eum Burat.decis.166.n.3. et 4. et 7.* ex cuius dictis tollitur contrarium allatum supra, sicuti ex dictis *apostil. ad eundem ibidem. num.10.vers. item non,* & ego latius dixi *infra §.6.vers.in fraudē. Carpan. ad Statut. Mediol.cap.162. et ad rub.ibid.* & dixi *infra §.6. num.62.*

69 Limit.vbi extaret † Statutū, quod lata sentētia in actione personali fiat missio in bonis cōdemnati, etiam quod possideantur à tertio. *Gozad. cons.103.videtur.n.12.vers.tertio,* addendo cessare dispositionem eius Statuti, si imploretur Iudicis officium, relata ratione differentiæ. *Surd. cons.334.n.4. vers.rursus.* Vel tertius cœpisset possidere ante latam sententiam, de cuius exequutione agitur, vt dixi supra *num.50. ex decis. Burat.* Vel tertius esset clericus, *vt dixi infra §.17.vers.singulare.*

70 Limita vbi agitur † de exequutione sententię latæ contra institutum, nam fieri potest contra substitutum, *vt dixi infra §.3.*

71 Limita vbi agitur † de exequenda sententia contra fideiussorem iudicij, nam contra illum fit exequutio absque nouo processu, *vt dixi infra §.5.*

72 Limita vbi agitur † de exequenda sententia contra singularem successorem condemnati in actione reali, *vt dixi §.6. vers. dicendum primo: & vers.dicendum secuno.*

73 Limita vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ contra emphyteotam pro solutione laudemij, vel canonis: nam fieri potest contra tertium possidentē fundum emphyteoticum, cuius causa debitum est laudemium, vel canon. *vt dixi infra §.9.*

74 Limita vbi sententia lata † esset occasione tributi debiti Principi, vel decimarum, oblationum, vel anniuersariarum præstarionum, & similium causarum priuilegiatarum, debitarum ob fundum possessum à tertio, & captum in exequutione. *Guid. Pap. decis.9. et 42. Bald auth. sed et periculum, C.sine cons. vel reliq. in princ.* concludens quod si emptor rei tributariæ non sit idoneus, vel facilis conuentionis, exequutio fit contra venditorem. *Guttier.in l nemo potest. ff.de legat.3. num.33.* Secus si creditum non sit priuilegiatum, vt dixi.

75 Limita vbi agitur de exequutione † in bonis penes tertium existentibus, quæ ex pacto inito cum illorum domino, & possessore, quis de facto capere, & ingredi potest, vt ex *Aret.cons.21. col.pen.et fin.Soc.cōs.81.et col.3.vol.3.Marant. in praxi par.6. de exequut sentent num.33.Negusant de pignor. part.4. num.21.* voluit *Guttierez in l. nemo potest. ff. de legat.3. num 39. et de iuram. confirm.1.part.cap.23.num.33. Felician Solis.de censib.lib.1. cap.10. num.3. in fin.Farinac. de furtis quæst.175.num.273.*

76 Limita, si agatur de exequutione † sententiæ, quæ tertio noceret, etiamsi non fuit vocatus, vel in qua ferenda non est aliquis citandus, veluti si agatur cū legitimo contraditore de causa

status,

statns. *l. ingenuum. ff. de stat. homin.* & de alia simili, vt dixi in meis collectaneis ad dictam *l. ingenuum*. *Peguer. decis. 205. crim. num. 13. in fin. Couar. pract. quaest. cap. 16. in princ.* addendo procedere quouis modo sententia noceat nō citato, vel si ab illa nō potest appellare. *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 16. de tert. oppositor. num. 4. vbi plura exempla. & num. 54 Scaccia de appellat. quaest. 17 limit. 6. memb. 4. n. 72. vers. restringe.* vbi exempla plura refert, *& n. 112. & seq.*

77 Limita vbi tertius † excipit de possessione cum titulo reprobato, vel inualido, vt potest si directus velit pro canone non soluto facere exequutionem in re emphyteotica alicui alienata sine illius consensu, *vt ex Bart. & alijs voluit Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5 num. 4. & seq.* addendo esse frequentem quaestionem fideli memoria tenendam. *Angel. l. creditores. C. de pignor. ante fin. vers. quod dixi. Giurba decis. 62. num. 4. Caualer. decis 62. n. 6. post med. & dixi infra. §. 9. vers. quartus.*

78 Limita vbi tertius possessor est adeptus † possessionem vi, vel clam, vel simulato aliquo contractu. *Cast. in l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iud. num. 8. in fin. Contard. de moment possess. q. 24. n. 12. & seq Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num.* 10. addendo, isto casu, non esse opus reuocatoria. *Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 70. & 90. Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 16. de tert. opposit. n. 68.* addendo, procedere in quouis possessore vitioso. *Giurba decis. 62. num. 3.* concludens contra tertium possessorem iniquum, & dolosum fieri posse executionem.

79 Limita vbi tertius ingressus † est possessionem fraudulenter, seu dolose, nam praecedente reuocatoria, fieri potest exequutio in re à tertio fraudulenter possessa. *Cast. in l. à Diuo Pio. §. si super ff. de re iud. num. 8. vers. si autem*, relatis *Cyn. & Bart.* dissentientibus, volente illo posse fieri exequutionem, absque reuocatoria, isto affirmante ea opus esse, addendo concilatio-
80 nem † quod Cynus dixerit verum, si tertius coeperit possidere in fraudem paratae exequutionis, subdens quo modo talis fraus probetur. *Bart. vero* intelligatur si tertius coeperit possidere ante motam litem. sequitur *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. cap. 4. §. 5. num. 14.* relatis, qui Bart. & Cyno assentiuntur, & distinctionem *Cast.* asserit esse Baldi. *Giurba*, relatis Cyn. Bart. & Bal. dissentientibus, an opus sit reuocatoria, *decis. 62. num. 6. & seq.*

81 Limita vbi iste tertius possessor † non nominatus in sententia, fuit citatus in processu, & specialiter ad sententiam, nam victore probante summarie quod res ab illo possessa, & in qua paratur exequutio, spectet ad condemnatum, capi illa poterit pro exequutione rei iudicatae. *l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito*,
82 † quem ita intelligendum concludit *Castr. in l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. n. 8. vers. dic pro concordia. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 17. de sent. exequat. num. 546. & seq.* qui agit vbi iste tertius fuit citatus, vel egit alieno nomine ad rem tanquam ad alium spectantem, vbi erat ipsius tertij, qui modo pretendit remorari exequutionem sententiae.

83 Limita vbi penes tertiū res quae capitur † in causam iudicati, reperiretur titulo commodati, depositi, vel alio simili, quo possessor dicitur sibi non possidere: nam cum potentia iuris fingatur esse penes debitorem, in illa fieri potest exequutio. *l. à Diuo Pio. §. sed & illud, alias incipit, quod si res pignorata, vbi glos. in verb. distractio & Bart. in princ. vers. item si mouetur. ff. de re. iudic. & ibi etiam Cuman. num. 1. & 2. Ias. in princ. vers. item quaestio pignoris. n. 3. & Castren. sub. n. 1. vers. secunda limitatio, & Alex. num. 3. vers. 2. limita & num. 4. vers. 2. limitatio*, qui reddunt rationem, quare ex dispositione §. *si super rebus*, alias, *si rerum* immediate superioris, tertius mouens quaestionem de dominio, vel possessione, impedit exequutionem; possidens autem iure pignoris, non potest impedire: & dicunt quod §. *si super rebus*, procedit quando tertius negat dominium, vel possessionem spectare ad debitorem. *Sed §. quod si res*, procedere quando tertius non negat proprietatem ad debitorem spectare, sed dicit rem sibi esse pignoratam, & eam se habere iure pignoris, & sic cum confiteatur spectare ad debitorem, & non ad se ipsum, qui tanquam tertius se opponit executioni, non retardatur executio, quia vti possessor, & creditor posterior, habet solum ius offerendi, vt in prioris locum succedat. *l. Paulus. §. fin ff. quib. mod. pig. solu. Negusant. de pignor. 3. memb. 5. part. sub. num. 18. vers. postea subdit.* non autem impediendi exequutionem, post cognitionem summarie factam, vel confessionem ab aduersario emanatam, se possidere iure pignoris, vt vltra praedictos firmauit etiam *Rot. coram Caualerio decis. 62. num. 4. & 7. Buratt. decis. 574. n. 7. & decis. 627. num. 2. & 4. glos. sed neque debitorem. auth. de fideiuss. Couar. pract. q. cap. 16. n. 4. vers. 8. Peguer decis. 205. n. 23. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. n. 12.* subdens idem dicendum, si res fuerit penes colonum, vel conductorem, quia isti non possident sibi, sed domino. *l. officium. ff. de rei iudic. l. certe. de precar.* quod tamen intellige saluis iuribus coloniae, & conductionis, de quibus dixi in meis collectaneis ad. *l. emptorem. C. locati. vbi Bald.* inquit quod si in fundo capto in exequtione à creditore sunt fructus pendentes, illi sunt conductoris, & coloni pro sua rata colonica; pensio autem illorum conductionis causa debita, erit creditoris, quia iustum est, vt qui suo periculo, labore, & expensis, coluit, & fundum seminauit, deinde mereat. Si autē fundus sit penes immissum ex primo decreto, an capi, & distrahi possit ex causa iudicati, habetur in. *l. in venditione. §. §. si quis fructus. ff. de bon. auctor. iud. possiden. & ibi Bart.* & quod recipiens pignus non possideat sibi, sed domino, late *Surd. cons. 166. Alia. n. 21.* idem in possidente iure pignoris, quia non possidet sibi, sed domino, vel habenti causam ab eo. *l. pignus. C. de pignor. vbi glos. verb. in bonis. alios textus cōcordantes allegat. Surd. cons. 166. num. 1*

84 Limit. vbi condemnatus † debitor creditori petenti exequutionem hypothecauit bona quæ capiuntur in causam iudicati, cum pacto de illis non alienandis inuito creditore, qui instat pro exequutione. *Bart. in repet. l. 3. C. de pignor. num. 25. & Salic. n. 23.* vbi inter alias rationes, illam referunt, quia talis alienatio est nulla, & potentia iuris fingitur extare penes debitorem victum, qui non alienare promisit, vt tradit *Gratian. discept. 16. num. 13. addendo nu. 14.* procedere etiam si principalis debitor non sit excussus, *& late Guttierez in l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 28. & seq. & 38. addentes ad Suarez in repet. l. post rem iudicatam ampl. 8. numer. 5.*

An autem talis hypotheca debeat esse generalis, vel sufficiat specialis, controuersa est quæstio, vt patet ex dictis *Ias. in l. fin. §. ea lege,*

85 *ff. de verb. obligat. n. 1. & seq.* vbi plures † effectus refert pacti prohibitæ alienationis, *& Couar. var. resol. lib. 2. cap. 15. iure, num 3. in princ. vers. quæritur Gabriel. de pignor. conclus. 1. num. 3. & seq.*

86 Limit. vbi iste tertius fatetur victum † esse dominum rei, quā asserit possidere iusta ex causa, nam fiet exequutio sine præiudicio possessionis ipsius tertij. *Couar. pract. quæst. cap. 16. Agitur. n. 4. vers. quartum, & vers. quintum, sequitur Peguer. decis. 205. crim. num. 77. vers. nam ex eo,* subdens quæ sit iusta causa possessionis, ex *Cancer. var. resol. cap. 16. num. 77. & sequen.*

87 Limita, vbi iste tertius † opponens se exequutioni, fatetur victum esse dominum rei, sed excipit se possidere, & vere possidet, non tamen exprimit suæ possessionis causam, nam cum iniusta præsumatur illius possessio, sine reseruatione aliqua fiet exequutio. *Couar. pract. quæst. cap. 16. Agitur. num. 4. vers. sextum. Peguer. decis. 205. crim. n. 7. vers. quod forte, & n. 20. Cancer. var. resol. lib. 2. de tertij oppositor. n. 79.* cum tamen *num. 77.* dixisset aliud si is tertius excepisset iusta ex causa possidere, concludens, quod tunc fiet exequutio sine præiudicio possessionis.

88 Limit. vbi iste tertius † qui excipit possidere, lata sententia in actione reali, vel relaxato mandato in actione personali, cœpit possidere, vt censuit *Rota teste Burat. decis. 727. placuit. num. 5.* addendo nec opus esse reuocatoria, & dixi infra limit. penult.

89 Limit. vbi iste tertius † qui prætendit impedire exequutionē sententiæ, non possidet, sed prætendit habere ius ad possessionem euincendam, *Io. Fab. in l. 1. C. de priuileg. fiscis Couar. pract. quæst. c. 16. Agitur. n. 4. vers. decimò. Peguer. decis. 205. crim. n. 21. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. num. 8. & seq.* referens quo modo consulatur huic prætendenti interesse.

90 Limit. vbi concurrit † præsumptio contra volentem impedire sententiæ exequutionem, *cap. sciscitata, de rest. in integrum, vbi Abb. & reliqui. Ias. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. n. 11. Abb. Felin. & reliqui in cap. super eo, de offic. deleg. vbi Abb.* prætetea subdit cessare calumniæ suspicionem, si is tertius offerat, & plene, vel saltem semiplene probet suum præiudicium exequuta sententia. *Peguer. decis. 205. crim. num. 22.* vbi alijs cumulatis *in fin.* addit multum tribui arbitrio iudicis, circa qualitatem probationis, & tempus quo illa fiat. *Couar. pract. q. cap. 16. agitur n. 2.* vbi præterea subdit quibus ex causis cesset suspicio calumniæ.

91 Limit. vbi de iuribus tertij se † opponentis exequutioni sententiæ fuit discussum, & succubuit. *Ioseph. Lud. decis. Lucens. 56. n. 2. & 3. congestti a Borgn. in. decis. 45. part. 1. num. 70.* immo non posse deinde agere ordinario iudicio dixi in fin. *vers. si autem.*

92 Limit. vbi tertius qui excipit † retardandam esse exequutionē, asserit, bona quæ curantur capi in exequutione, & existentia penes condemnatum, esse sua, & illa commodasse, vel deposuisse penes debitorem, nam minime retardatur exequutio, & excipiens grauatur onere probandi intentionem suam. *Couar. pract. quæst. cap. 16. n. 4. vers. octauò. Peguer. decis. 215. num. 23. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. de tertijs opposit. num. 81.*

93 Limit. vbi exequutio fit † contra hæredem condemnati, vt dicam infra §. 1.

94 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ, intentata hypothecaria actione, citato tamen tertio possessore. *Angel. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. quem sequitur Alex ibidem, Ias. in l. quadam §. nihil interest, ff. de edend. num. 7. vbi alios refert, Gutturez in l. nemo potest ff. de legat. 1. num. 34.* vbi plures cumulat. *Tuscus relato Boer. decis. 282. n. 48.* qui id non dicit in meo codice, *conclus. 488. exequutio. num. 22.*

95 Limit. vbi contra tertium † actum fuit reuocatoria, & ille fuit victus. *Tuscus conclus. 488. exequutio num. 1. & seq. Rol. à Val. cons. 5. vol. 2. num. 9.* cum alijs cumulatis *à Nicolao Intrigliol. decis. 46. nu. 59.* Cessat tamen reuocatoria, si probetur condemnatum habere alia bona, quæ sufficiant pro satisfactione victoris. *Crauet. cons. 235. ad num. 2. in fine.*

96 Limit. vbi tertius, † contra quem paratur exequutio, fuit citatus in toto processu, & ad sententiam, licet ille non comparuerit, sed fuit illius ius discussum. *Alex. in l. sæpe, ff. de re iud. num. 6. cum alijs cumulatis à Cancer. var. resol. lib. 2. de tertijs opposit. num. 59. & seq. Surd. cons. 334. num. 11.* vbi alios refert, addendo procedere, etiā si fuit citatus cum clausula, si sua putauerit interesse, *n. 12.* & multo magis procedit limitatio si tertius suscitauit litē. *Cast. l. à Diuo Pio §. si super, ff. de re iud. num. 8. vers. dic pro concordia, & ibi Zasius num. 10. & Alex. n. 24. & 27. Seraph. decis. 891 nu. 10. Ludouic. decis. Perus. 26. num. 4.*

97 Limit. in sententia, † quæ faceret ius quoad omnes. *l. ingenuum, ff. de stat. homin.*

98 Ampl. relatas omnes limitationes, † vt in casibus illarum non sit necessaria excussio debitoris condemnati. *Menoc. de acquir. possess. remed. 5. quæst. 19. num. 143. & seq.* dum prius retulisset qui contrariū sentiant, quibus addo *Socin. cons.*

ein. conf. 24. *visif. lib.* 4. *num.* 19.

99 Ampl. præterea, vt nec † principalis debitor sit vocandus, etiam quod aliquid sit in exequutione liquidandum, nam sufficiet liquidatio facta cum ipso tertio possessore. *Alex. conf.* 86 *ponderatis lib.* 6. *num.* 6. & 7.

100 Limit. vbi tertius excipit † de possessione, quæ non probatur iusta. *Giurba decis.* 62. *num.* 3. *& conferunt dicta supra num.* 87.

101 Limit. vbi tertius qui † excipit non esse exequendam sententiam in alia re, illam non possidet. *Serafin. decis.* 314. *n.* 2.

102 Limit. vbi agitur de executione † sententiæ in re litigiosa, *vt dixi infra* §. 6. *num.* 83. & *seq. plurib. Menoc. præsumpt. fin. lib.* 2. *n.* 39. *Ioseph. Lud. decis. Perus.* 26. *num.* 9.

103 Litigiosa res quando dicatur † tam quoad reũ quàm actorem, viden. *Couar. pract. quæst. cap.* 15. *n.* 6. *vers. quemadmodum. Farinac. de furt. quæst.* 175. *num.* 265. *et seq. Gomes. in compend. Signat. n.* 65 *Lancell de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 44. *et seq. et* 104. *et seq. cũ alijs cumulatis in meis Collectaneis ad auth. litigiosa. C. de litigiosis.*

104 Limit. vbi exequutio fieret in † bonis actori hypothecatis, & extaret Statutum, quod liceret illa capere in causam iudicati. *Milanens. decis.* 2. *lib.* 2. *n.* 3. *Hieronym. Leo decis.* 1. *num.* 11. *et seq. late id probantes. Guid. pap. decis.* 42.

105 Limit. vbi tertius † seu non nominatus in sententia, fuit citatus, & nihil releuans deduxit, & contra illum fuit decreta exequutio, vt pluribus probat *Surd. conf.* 334. *n.* 9.

106 Limit. vbi extaret stylus, quod † pro pensione rei à tertio possessæ, exequi posset sententia lata contra debitorem, vel quod possessor rei grauatæ debeat soluere pensionem. *Guid. Papa decis.* 42. *licet.*

107 Limit. contra tertium † qui nomine condemnati possidet, *l. à Diuo Pio* §. *si post*, *ff. de re iud. num.* 2.

108 Intelligas tamen limitationes † mox relatas, vbi tertius, contra quem petitur exequutio, causam habet à debitore condemnato, secus si ab alio, *l. sæpe in fin. ff. de re iud. Bart. tamen in repet l.* 3. *C. de pignor. n.* 23. *vers. secundo casu distinguit.* Causam autem habere à prin-

109 cipali dicitur quis, † vbi non solum rem est adeptus ab ipso debitore immediate, sed etiam mediate per successiuam, & continuatam successionem, & stirpem. *l. hæredis, ff. de verb. signif. l. qui per successionem, ff. de reg. iur.* Si tamen in processu causæ iste tertius fuit citatus, saltem per proclama, cessat hic intellectus. *Marescot. pluribus cumulatis, resol.* 121. *regulariter, lib.* 2. *num.* 5. *et seq. et dixi infra* §. 19. *ampl.* 11.

Limit. contra eum qui plene habuit scientiã litis, *Tuscus conclus.* 86. *tertius veniens, num.* 9. 10. *et* 22.

110 Si autem succumbat iste tertius † opponens se exequutioni, an possit ordinario iudicio experiri de iuribus suis. *Vinc. de Franc. decis.* 289. *tenet affirmatiuam, quam limitat Castr & reliqui in l. qui Romæ* §. *duo fratres, ff. de verb. obligat. num.* 7. & *sequitur Cancer. var. resol. tom.* 1. *cap.* 16. *de tertijs opposit. num.* 81. *in fin.* si fuerint illa plene discussa, dum de illis fuit exceptum.

111 Limit. vbi iste tertius † lite pendente rem controuersam acquisiuit, vt pluribus probat *Surd. conf.* 334. *num.* 13. *relatis Bald. in l. fin. C. de litig. n.* 1. *et in l. creditoris.* C. *de pign. n.* 23. *Ias. in* §. *omnium. Inst. de action. n.* 84. *Dec. conf.* 187. *col. pen. vers. non obst. Ruin. conf.* 34. *num.* 12. *vol.* 5. *Franc. Marc. decis.* 538. *nu.* 4. *Cõtard. de moment. possess. limit.* 24. *n* 14. *Burat. decis.* 166. *num.* 1. & *num.* 2. addit, modò citetur ad videndum exequi, & *ibid. addentes*, vbi sublimat si certum sit nullam defensionem illi competere. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 6. *num.* 40.

112 Sublimita si alienatio † facta sit creditori anteriori. *Intrigliol. decis.* 46. *num.* 59. *post med. addentes ad Burat. decis.* 166. *recessum n.* 10.

113 Limita vbi exequutio fit contra debitorem debitoris, vt dixi infra §. 13.

114 Si res aliena capta in exequutione, fiat deinde debitoris, an confirmetur facta exequutio. *Petrus Pecchius de iure sistendi cap.* 11. *num.* 4. *in fine.*

Limita contra intrusum, *vt dixi infra* §. 8.

§. I.

SVMMARIVM.

Heres, et defunctus quando eadem persona. 1. 3. *ampl.* 4. 5. 6. 13. 14.

Sententia non habet ita promptã exequutionẽ cõtra heredem, sicuti contra defunctum 2.

Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere, et se obligasse ad ea, ad quæ erat defunctus obligatus. 7.

Sententia lata contra eum, qui moriens reliquit hæredem potest in illum exequi 8. *ampl.* 9. 10 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32. 33. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 62. *An contra patrem hæredem.* 61.

Inuentarij confectio quãdo non impediat exequutionem sententiæ. 27. 28. 29.

Legatum relictum pro male ablatis, statim est soluendum, etiam pendente confectione inuentarij. 28. 29.

Paulus V. vigil custos gregis sibi commissi. 34.

Pactum, quod quis possit carcerari, si sua die deficiat in promissa solutione, an validum. 35. 36.

Hæres defuncti obligati in forma Cameræ non potest carcerari, si non soluit quæ defunctus promisit. 36. *Contrarium.* 37. *ampl.* 38.

Pactum quod quis possit excommunicari, si fuerit morosus in solutione, non valet, et quare. 39. *Contrarium.* 41.

Abb. declaratur. 40.

Glos. declaratur. 40.

Hæres excommunicari potest, si deficiat in solutione promissa ab illius auctore cum obligatione Came-

Camerali.24. contrarium 43. 45. *limit.*44. 46. 47.48. *hæres qualiter quis probatur.*46.*quando conueniatur vltra ſuam ratam*. 49.

PRima, & præcipua limitatio regulæ firmatæ hoe eapite ſecundo, eſt illa, quoties agitur de exequutione ſententiæ, eontra hæ-
1 redem eondemnati: nam quamuis † alia ſit perſona hæredis ex teſtamento, vel ab inteſtato, alia deſuncti, & ſæpe differant, non in perſona tantum, ſed etiam in genere, numero, ſed & ſexu, quoties maſeulo ſueeedit fœmina, vel è contra, vel plures inſtituuntur, vel ſuccedunt in capita, vel in ſtirpes, ſui, vel neeeſſarij, vel extranei, defecturi quandoque, vel nunquam, ex renouata, & perpetua ſueeeſſiua ſtirpe. *§.* 1. *inſt. de hæred.qualit.& different.l.*1. *& toto titulo. ff. de ſuis,& legit l.*1.*& ſeq ff.&* C.*vnde legit.vnde cognati, vnde vir, & vxor. et reliq. titulis iuris noſtri*, quibus defertur moriẽris hęreditas. & hac ratione forſan dixit *Imola in l.ex contractu ff.de*
2 *re iud num.*4. quod † ſententia non habet ita promptam exequutionem eontra ſueeeſſorem, ſicuti habet contra debitorem defunctum.
3 Attamen, quia potentia iuris, deſunctus † cõdemnatus, & illius hæres, habentur pro vna, & eadem perſona actiue, & paſſiue. *l. hæredem. ff.de reg iur.*§. 1.*verſ. vnam quodammodo auth. de iur.iur. à morient.præſtit. rub.* C. *vt action. ab hæred.et cont. Iaſ l diuortio. §.interdum. ff. ſolut.matr.num.*6.*Capic.deciſ.*4.*num.*12. *Socin. iun. conſ.*8.*lib.*5.*num* 5.*et ſeq.Surd. deciſ.*310.
4 *num.*2. *et ſeq* & ex perſona † hęredis non mutatur, vel in aliquo alteratur qualitas, quantitas, ſubſtantia, vel natura debiti. *▶2.§.ex his. ff de verb. obligat.* etiam quoad iudicialia. *Alex. in l. pœnales ff. ad leg.falcid. num.*4. *Iaſ. in l. ſi cum.*§. *qui iniuriarum. ff ſi quis caut.* Ideo di-
5 eimus quod inſtantia † eępta eum deſuncto cõtinuatur in illius hæredem. *gloſ. l. ſi ad exhibendum ff.ad exhibendi Gail.obſeruat.*37 *lib* 1.*n* 8. quamuis diuerſi fori. *Surd. deciſ.* 10.*incboato. num.*2.*et ſeq.Caſtil deciſ.*2 *n.*2. *Surd.conſ.*222. *quamuis. num.* 10. *et ſeq. Gratian.diſcept.*16.*retractanda.n.*31.*et ſeq.Barboſ. in l. ſi conſtante.*
6 §.*fin.ff.ſol.mat.num.*27.*et ſeq.* propterea † hæres eogitur præſtare ea omnia, quæ erant debita à deſuncto.*l.poſtulante. ff. ad Trebel. Iaſ. l. diuortio.* §.*interdum.ff.ſolut mat.* & adeundo hæ-
7 reditatem † dicitur ex quaſi contractu, *§. hæres, inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract.* ſe eiſdem vinculis, & obligationibus aſtrinxiſſe, quibus obligatus erat deſunctus. *Rebuff. de litter obligat.artic.*66.*gloſ.*2. *num.*2. *vſque ad* 16, *et num.*20.*et ſeq.et art.*71.*gloſ.*1.*et* 2. & in obligatiõne defuncti virtualiter ineſt obligatio hæredis. *Alex.conſ.*18.*Attentis.lib.*5.*num.*16.

Propterea quamuis hæres non ſit nominatus
8 in ſententia lata contra defunctũ, tamen † cõtra illum, abſque nouo proceſſu fieri poteſt exequutio ſententiæ. *l.ex contractu.ff.de re iud l. vnic, C.vt action.ab hæred.vbi Bart.et Angel Papiẽſ. in form.lib.exequut. ſent.*§. *ſapiens. num.*2.*vbi addentes alios referunt. Socin.regul.*135. *§. exequutio.Capic. deciſ.*1. *num.*14. *Vantius de nullitat.cap.*4. *num.*17. *in fin. Rol. à Val. conſ.*20 *in præſenti.l.*1.*nu.* 1. *& ſeq.* vbi de communi, & plures conſentientes refert *Felin. in cap. quia. de iudic.n.*4. *Rebuf. de litter. oblig. art.*66. *gloſ.*2.*iſta. num.*1.*& ſeq.Mauſon. de cauſ. exequut. ampliat.*35. *num* 55. *Neguſ. de pignor. part.*4.*num.*27.*Neuiz.conſ.*20.*num.*29.*& ſeq. Rim.iun.conſ.*445.*in num.*17. *Aſin.de exequut.* §.2.*cap.*6.*num.*1.
9 Ampl. etiam quod quis † ſit hæres intruſ. vt relatis *Cyno.in l.*1.*C.de alien.iud.mutand. cauſ. fact. quaſt.*7.*Bart.in l fin.*C. *de litigioſ. num.*1. *& in repet. l. creditores*. C. *de pignor. num.*23. *verſ videamus. Dec. conſ.*187. *col. fin.verſ.non obſt.quod iſta.Afflict.deciſ.*296.*num.*9. eoncludit *Mantic.deciſ.*218. *concluſum.num.*8.
10 Ampl. etiam contra † hæredem hæredis. *Mãtic. deciſ.*218. *concluſum. num.*8. *in fin.Rebuff. de litter obligat.artic.*66.*gloſ.*2.*num.*2. *& ſeq.* eam afferens rationem, quia virtualiter obligationi defuncti ineſt obligatio hæredis. *Craſ. de ſucceſſ.* §. *hæreditas. quaſt.*12.*num.*6. *Ripa. l. Centurio.ff de vulgar.num.*23.*Iaſ. l.qui liberis.* §. *hæc verba. ff de vulgar. n.*5. *Ruin. conſ.*29. *lib.*2.*num.*5.*Surd.conſ.*123.*num.*12.*& ſeq.*
11 Ampl. etiam ſi hæres † ſit pupillus, vel minor. *l. pupillus. § ſed & ſi creditor ff. de autor. tut.vbi gloſ.& in l.*1.*C. quando decret. opus non eſt. Petr. Pechius de iure ſiſtend. c.*4.*nu.*9.*verſ. quin immo Rebuf de litt.oblig. ar.*66.*gloſ.*2.*iſta. n.*9. eam afferens rationem, quia priuilegium hæredis non impedit ius exequutiuum, nec ius actoris mutatur ex perſona hæredis. *Neguſ. de pignorib. part.*4. *num.* 27. *Neuizan. conſ.*20. *num.*24 *& ſeq.*
12 Ampl. etiam † quod fiſcus ſit hæres, vel fiſci ſucceſſor. *l.*1.*C.de hæred. vel action. vend. l.eum cui bona ff. de iur fiſci.Cyn. in l.*2.*C.ad.leg.Iul. de vi pub.Rebuff. de litter.oblig. artic.*66. *gloſ.*2. *iſta.num.*19.*Aſin.in prax.§.*31.*cap.*2.*ampl.*16. *verſ.*3.*ampliatur*.
13 Ampl. etiam ſi de hærede † non ſit facta mẽtio in obligatione defuncti. *l.ex contractu. ff. de art.& obligat.l.ſi pactũ ff.de probat.ideo Iaſ.in. l.*2. §. *item ſi in facto. ff.de verb. oblig. num.*1. dicebat expreſſionem hæredis eſſe ſuperfluam, & membranas tantum occupare. *Coler. de proceſ.part.*1.*cap.*10. *num.*26. *& latius n.* 272. *& ſeq. Mat. Berlic. loquens de hærede fideiuſ. concl.*28.*part.*2.*n.*18. *Alex.conſ.*18. *lib.*5.*n.*16. *Aſinius in l.* 1. *ff. de relig. et ſump. funer. num.*164.
14 Ampl. quod ſi adſit Statutum † vt exequutio ſententiæ poſſit fieri in perſona condemnati, poſſit etiam fieri in perſona hæredis illius. *Bart. l.poſtulante ff.ad Trebel num.*1. *et Alex.n.*2. *et conſ.*18. *attentis. lib.*5.*num.*16. addendo etiam ſi in diſpoſitione deſuncti non ſit facta mentio hæredis, quia in illa virtualiter ineſt obligatio hæredis, qui non per extenſionem, ſed comprehenſionem continetur ſub perſona deſuncti. *Aſinius late in l* 1.*ff de relig.et ſumpt fun.n.*164. *et ſeq.Mauſon. de cauſ.exequut. ampl.*14. *n.*17. *vbi infinitos congerit. cum Bart. ſentiunt. Gomeſ. et ab eo relati in.* §. *fuerat. inſt. de action. n.*35.

num 35. *Dec. conf.* 526. *in cauf. num.* 2. *in princ. Rebuf. de litter. oblig. artic.* 66. *glof.* 2. *iſta n.* 8. 10. *et* 13. addendo etiam quod Statutum taxatiue loqueretur. *Barzia de guarantig. part.* 1. *q.* 9. *col.* 1. *verſ. ſed in contrarium*. *Craſ. de ſucceſſ. ab inteſt. §. hareditas. quaſt.* 12. *num.* 3. *Brun.* relatis diſſentientibus. *tract. de interit. concl.* 11. *verſ. item fallit in pacto de retinendo*.

15 Ampl. vbi agitur † de exequutione inſtrumẽti cum guarantigia. *Caſar Barzia tract. de guarantigia. part.* 1. *q.* 9. *col.* 1. *&* 2. *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl.* 14. *n.* 18.

16 Amplia etiam vbi agitur de † exequutione inſtrumenti habentis paratam exequutionem ex *Alex. teſtans de communi in l. poſtulante ff. ad Trebel. num.* 6. *Vaſq. tract. de ſucceſ. lib.* 1. §. 6. *num.* 40. *Craſ. de ſucceſ. §. hareditas q.* 12. *n.* 4. addendo procedere etiam ſi Statutum diſponeret inſtrumentum habere paratam exequutionẽ contra debitorem ſcriptum inſtrumento. *Vaſq. teſtans de communi. d. §.* 6. *n.* 42. Nam licet ex propria ſignificatione verborum hæres debitoris non comprehendatur, aut re vera ſcriptus non ſit in teſtamento, tamen ex mente, & ſententia Statuti venit, quia cum eadem eius ſit perſona cum defuncto, non videtur fieri extenſio. *Petr. Peccbius tract. de iur. ſiſtend. c.* 4. *num.* 9. eam afferens rationem, quia in obligatione defuncti ineſt virtualiter obligatio hæredis, licet de illo non ſit facta mentio, vt dixerat *Alex. conſ.* 18. *lib.* 5. *n.* 16. *Viuius opin.* 380. *Inſtrumentum n.* 1. limitando de iure Regni *n.* 2.

17 Amplia idem dicendum † contra eum, qui pro poſſeſſore hæreditatis poſſidet, ſeu vices hæredis ſuſtinet, *l. regulariter, ff. de pet. hared. l. fin.* C. *eodem. l. controuerſia, ff. de tranſact. Caſt. in l. cum debitoris*. C. *de iud.* concludens creditores hæreditarios poſſe dirigere actiones ſuas contra poſſeſſorẽ hæreditatis, licet non ſit verus hæres; quia ſufficit quod poſſideat hæreditaria, & aſſerit ſe hæredem, vel talis eſſe poteſt. Ideo fiet

18 exequutio contra † fidei commiſſariũ vniuerſalem, *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Trebel. vt dixi infra* §. 3.

19 Contra legatarium omnium † bonorum, *l. nam*

20 *quod §. fin. & l. ſeq. ff. eod.* Contra Fiſcum, † qui delinquentis bona occupauit, *l. ſi marito, ff. ſol.*

21 *mat.* Contra monaſterium, † quod profeſsi bona poſsidet. *Bart. & reliqui in auth. ingreſſi*, C.

22 *de ſacroſ. Eccleſ.* Contra † exequutores teſtamenti, vbi hæreditas tota eſt diſtribuenda pauperibus. *Bart. l. hareditas* 65. *ff. de hared. inſtit. Bart. in l. Firmio* 26. *§.* 1. *ff. quand. dies legat.*

23 *cedat.* Contra emptorem hæreditatis, † vbi venditor non eſt ſoluendo, *l.* 2. *C. de hared. vel act. vend. l. plane* 97. *§. ſi quis rogatus, ff. de legat.* 1. Contra donatarium, *vt dixi infra* §. 2. Contra vſufructuarium omnium bonorum, *vt dixi infra §.* 23.

24 Amplia preſertim ſtante † conſuetudine notariorum apponendi inſtrumentis clauſulam, obligando ſe, hæredes, & bona. *Alex. in l. poſtulante, ff. ad Trebel. n.* 6. *in prin.*

25 Amplia etiam ſi fuerit lata † contra defunctum in interdicto vti poſsidetis, vel quouis alio acquirendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ interdicto, niſi ex facto hæredis impediri poſſet exequutio. *Afflic. ſequendo Innoc. decif.* 145. *num.* 2. vbi refert ita deciſum, exemplum referens, ſi hæres excipiat quod ipſe quiete poſſider poſt mortem defuncti condemnati. *Vrſil. ibidem alios conſentientes refert*. *Craſ. de ſucceſ. §. Hareditas, q.* 12. *nu.* 7. *& late Aſinius prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 28. *n.* 3.

26 Amplia præſertim † vbi cum defuncto actum fuit actione reali, vt puta vendicando rem aliquam, quæ penes hæredem reperitur. *Caſt. in l. fin. §. donec. C. de iur. deliberand. in princ.* addendo fieri poſſe exequutionem iſto caſu etiã

27 pendente † termino ad conficiendum inuentarium, preſertim ſi fuerat eum defuncto conuentum de illa non alienando. *Gratian. diſcept* 16. *retractanda, n.* 9. *et ſeq. verſ. contrarium*.

28 Amplia preſertim ſi retardata † exequutione, ſequatur irreparabile præiudicium defuncti, vt puta ſi ille fuit condemnatus ad reſtitutionem vſurarum, nam fiet exequutio etiam pendente termino ad conficiendum inuentarium, nam donec differtur exequutio, cruciatur anima defuncti. *Caſt. in l fin. §. donec. C. de iur. delib.*

29 Hinc dicendum, quod ſi defunctus faciat † legatum pro malè ablatis, quod ſtatim eonueniri poteſt hæres ad illius ſolutionem, nec hæredi danda anni dilatio, *iuxta textum in authent. Hoc amplius*, *C. de fideicom.*

30 Amplia ſi ageretur † de exequutione facultatiui pacti de ingrediendo, capienda, & retinenda poſſeſsione bonorum debitoris, ſi fuerit in ſolutione moroſus. *Angel. in l.* 3. *C. de pignor n.* 7. eum temperamento, ſi ille eiicitur

31 Amplia, quòd ſi agatur de exequutione † ſententiæ latæ in actione hypothecaria, vel alia, quæ in ſolidum competat contra ſingulos hæredes. *l.* 2. *C. de hared. action. Craſ. de ſucceſſion. §. Hareditas num.* 13. addendo id eſſe notandum, tenendum menti, multoties ita obtinuiſſe, & feciſſe ſibi honorem, ex ſententia *Roderic. Suarez ſubdens num.* 15. plures idem ſentientes, in quibuſcunque obligationibus indiuiduis, qualis eſt rem tradi, præſertim ſi cum defuncto fuit pactum, de non alienando rem, in qua fit exequutio. *Gratian. diſcep.* 16. *retractanda nu.* 9. *& ſeq. verſ. contrarium*, vbi rationem refert, addendo procedere etiam non facta exeuſione principalis debitoris.

32 Ampl. præſertim in ſententia lata † ex cauſa euictionis. *Craſ. de ſucceſſion. §. Hareditas q.* 12. *num.* 11. addẽndo, procedere etiam in caſu quo euictio ſequatur facto hære dis, & defunctus ſe obligaſſet de illa præſtanda, pro dato, & facto ſuo tantum, quia per eam clauſulam non eſt excluſa perſona hæredis. *Marſil. ſingul.* 475. *non eſt num.* 1. *&* 2. *Fab. de Mont. de empt. & vendit. q.* 6. *num.* 76. *Alex. conſ.* 18. *attentis lib.* 5. *numer.* 15. addendo procedere in facto hæredis, & auctoris ipſius promittentis de euictione: & de virtute dictæ Clauſulæ dixi in meo *tract. de Clauſulis* §. *pro rato, & facto ſuo tantum*. *Aſin. in l.* 1. *ff. de relig. & ſumpt. funer. num.* 159. *in fin. relato Bald. & alijs idem ſentienti-*

tientibus. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 14. *num.* 49. addendo etiam, quod fit hæres cum beneficio legis, & inuentarij.

33 Ampl. etiam si ageretur † de exequutione instrumenti cum obligatione in forma Cameræ Apostolicæ. *Galles. de obligat. Cameral. q.* 4. *hinc aggrediendo num.* 4. vbi Zachias ex Rota firmat obligationem Cameralem actiuè, & passiuè transire ad hæredes, quoad omnes effectus, vt subdit *num.* 13. dum prius *num.* 7. firmasset, etiam quoad bona ipsorum hæredum, nisi ex circumstantijs aliud suadeatur, vt in Decis. Rotæ ab eo relata: & ad tollendam omnem difficultatem ex his, quæ dicuntur de iuramento. *Cassad. decis.* 2. *de iureiurand. n.* 7. *& seq. Mancin. de iuram. part.* 4. *effect.* 4. an illud obliget

34 hæredes. Paulus Papa V. † vigil, & vtilis custos gregis sibi commissi, in sua Bulla *reformat. Tribunal. Vrb. capit. de Auditor. Cam. in princ.* renouando antiquam formulam obligationis Cam. voluit addi obligationem hæredum.

Ex proxima ampliatione duæ prodeunt difficultates: An sicuti in vim obligationis Cameralis arrestari, & in iuris subsidium excommunicari poterat defunctus, an pariter capi, & excommunicari possit illius hæres, quoad iudicatis sit paritum.

Quoad primam, omissis, quæ dici possent de

35 inualiditate † dicti pacti, vt late prosequuntur Ruginel. *pract. q. cap.* 23. *Mat. Berlich. pract. q. part.* 2. *conclus.* 28. *Coler. de process. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. *& seq. Brun. tract. de cession. bo nor. quæst.* 20. *num.* 14. *& dixi infra cap.* 11. §. 5. Negatiuam firmarunt *Bart. & Ias. in l.* 1. *ff. qui satisd. cogant. ille, num.* 1. *iste num.* 13. Limit. aliud dicendum esse si à Statuto dicatur,

36 quod † carceretur debitor, qui non soluit promissa die, subdendo limitationes, & rationes, diuersitatis, quare carcerari possit in casu Statuti, secus in casu pacti; cum tamen, vt ego addo, validum sit argumentum à Statuto ad pactum, & e contra post *Bart. & Ias.* idem censuit. *Rebuff. de litter. oblig. artic.* 66. *alias* 2. *glos.* 2. *iste num.* 12. *& seq.* vbi pariter refert rationes diuersitatis dictorum casuum, ampliando præsertim, si à Statuto dicatur posse fieri exequutionē in bonis debitoris. *Valentin. Franc. tract. de fideius. cap.* 5. *tractationis, num.* 102. *& seq. vers. octauò excipimus. Plotus loquens de hærede fideiussoris, in tract. de in litem iurand. n.* 769. *& comprobatur ex relatis à Barzia tract. de guarantigia quæst. nona in princ. Rebuff. de litter. obligat. artic.* 66. *glos.* 2. *ista n.* 12.

37 Affirmatiuam † firmauit *Bald. in cap.* 1. §. *si quis, de pace iuramen. firmand. n.* 7. *in fin. quem sequitur Coler. de process. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 28. *&* 272. *& seq. Galles. de obligat. Cam. q.* 4. *hinc aggredior. num.* 14. concludens obligationem Cam. transire actiuè, & passiue in hæredem, excepta pœna periurij, & excommunicationis, vt dicam *infra, vers. quoad secundam*, & alijs, de quibus dicam in limitationibus nostri assumpti. *Cas. Barzia tract. de guarentigia, quæst.* 9. *vers. sed contrarium col.* 1. *Panlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* §. 1. *n.* 7. Zachias ad Galles. d. q. 4. *num.* 13. *idem repetijs Mauson. tract. de caus. exequut. ampl.* 14. *n.* 20. *vbi infinitos refert. Afinius in l.* 1. *ff. de relig. & sumptibus funer. num.* 164. *Matthias Berlich. conclus. practic. part.* 2. *conclus.* 27.

38 *num.* 15. *et seq. plurib.* addendo † dari victori electionē, an velit potius vi pacti carceri mancipare debitorem condemnatum, vel capere illius bona; nec electione vnius alteri renunciasse; & debitorem carceratum non relaxandum, etiam si cauere velit de iudicatum soluendo, vel de iudicio sisti, & si soluere promisit, neque relaxandum etiam si offerat bona, quæ sufficiant extinctioni debiti, quia oblata bona facile emptorem inuenire possint; subdens, si debitor captus fiat ægrotus, an sit relaxandus, & qua cautione. Si autem hæres condemnati sit carceratus ex alia causa sua, vel hæreditaria, an possit ex noua detineri, videndus *Tuscus conclus.* 83. *carceratus quando ex alia causa.*

Et ita practicaui, & practicatum vidi in Vrbe, vt carceretur hæres debitoris obligati in forma Cam. nisi obstet aliqua ex limitationibus, quas infra referam.

Quo vero ad secundam difficultatem, posito pro constanti, quod quis possit se obligare in

39 casu moræ, ad pœnas censurarum, licet aliud † senserint *Abb. in cap. P. & G.* 40. *de offic. deleg. relata glos. idem sentiente, quem sequitur Gail. de pace pub. lib.* 2. *cap* 2. *magnum. num* 5. *ex rationibus cumulatis à Matthia Berlich conclus. pract. par.* 2. *conclus.* 27. *num.* 34. *vers. quia pactum turpe, desumptis à Felin. illo non relato in cap. P. & G.* 40. *de offic. deleg. num.* 2. *circa med. vt volunt Innoc. in d. c. P. & G.* 40. *de offic. deleg. vbi Felin. n.* 2. *vers. quintò*, licet subdendo argumenta videatur dilentire, & vt inquit *Abb. d. n.* 6. Innocentius in hac difficultate vacillet. Cōcordari tamen potest, vt *glos. & Abb.* opinio sit vera, si pactum fiat, vt quis possit excommunicari monitione, & mora non præcedente: *Innoc.* vero, & *Felini* opinio sit vera, vbi morosus fuit monitus, vt ex *Host.* colligo *à Felino in c. ex rescripto*, §. *de iureiuran. num.* 13. *in fin. Mat. Brun. tract. de cession. bonorum, q.* 20. *n.* 18.

41 Valido itaque † existente pacto, quod in casu contumaciæ, potuerit excommunicari defunctus debitoris si viueret, dicendum videtur pa-

42 riter excommunicari posse contumacem † illius hæredem, qui eadem hæreditatem dicitur in se ipso renouasse, & continuare velle auctoris sui obligationes, & vincula, vt expresse & sine distinctione aliqua concludit *Scacciat de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 105. *vers. comprobatur.*

43 Contrarium tamen † voluit *Galles. de obligat. Cameral. quæst.* 4. *hinc aggredior, n.* 1. *in prin. & num.* 14. nisi hæres deinde fuerit monitus sub pœna mandati exequutiui, & in subsidium

44 † excommunicationis ad parendum seu præstandum, quæ debebat defunctus, vel quæ sunt originata in persona hæredis, vt puta ad præstandum legata, vel adimplendum votum defuncti, vt concludit idem *Galles. ibidem, & num.* 11. Ab annis tamē triginta quinque, & citra, quibus

versor

vcisor in Romana Curia, vbi frequentes sunt fortasse nimium sententiæ censurarum cum publicis edictis, etiam pro summis, quæ in minimo
45 excedat viginti, nunquam † vidi excommunicari hæredem pro debito defuncti, & ita obseruarum fuisse ab antiquioribus notarijs A. C. qui solus in Romana Curia profert in contumaces reos censuras, fuit mihi affirmatum; & hæredem non ligari ex contractu, seu facto defuncti, quoad censuras, & pœnas animæ, concludit *Cassador. decis. 2. de iureiurān. num.* 11.

Intelligas tamen omnes relatas extensiones, vbi citato eo, qui asserirur hæres, fuit probatum
46 illum esse hæredem † vel aliter probatur illum esse talem, vt puta quia adiuit hæreditatem, vel gessit se pro hærede. *l.* 1. *& toto tit. ff. de acquir. hæred. vt volunt Angel. in l. oratione. ff. de ferijs. n.* 3. *& in l. creditoris. C. de pignor. num.* 7. *Dec. conf.* 440. *visis. num.* 8. *in fin. Socin. regul.* 135. *exequutio. Gallef. de oblig. cameral. quæst.* 4. *n.* 18. *relati à Mauson. de caus. exequut. ampliat.* 14. *num.* 21. *& seq.* vbi præterea refert praxim probandi, quod quis sit hæres. *Alex. in l. postulante. ff. ad Trebel. num.* 5. ampliat, etiam quod adesset Statutum, vt exequutio fieri possit absque citatione, quia intelligitur de debitore defuncto, non autem de illius hærede. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 66. *glos.* 2. *ista. num.* 20. *Asin. tract. de exequution. §.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. *Gabriel. de acq. possess. conclus.* 7. *n.* 33. *Cencius de censibus. quæst.* 95. *num.* 13. *Corn. conf.* 31. *lib.* 3. *num.* 4.

47 Intelligas secundo, † modò citetur hæres ad videndum exequi sententiam latam contra defunctum illius auctorem, quamuis constaret illum esse hæredem. *Asin. in l.* 1. *ff. de relig. & sumpt. funer. num.* 166. *Alex. quem prius referre debebam, in l. postulante. ff. ad Trebel. num.* 5. *addentes ad Ludouis. decis.* 545. *num.* 11. *& dixi supra cap.* 1. *limit.* 3. *num.* 78. *Viuius opin.* 389. *instrumentum. num.* 2. *& opin.* 381. *n.* 4.

Intelligas relatas extensiones pro ea quota,
48 † qua quis est hæres. *l.* 1. *C. si cert. pet. Ripa in l.* 4. *§. Cato. ff. de verb. oblig. num.* 28. *C. osta. & ab illo relati de portion. & rata quæst.* 23. *actiones. num* 1. *& seq. relati à Mauson. de caus. exequut. ampl.* 14. *num.* 42. *Gratian. discept.* 16. *retractanda. num.* 7. *& seq.* addendo procedere etiam si defunctus se obligasset vna solutione soluere, & ex instrumento habente paratam exequutionē. Nisi sententia sit lata in actione indiuidua, vel actum fuerit ad rem, quā hæres conuentus possidebat, & conuentum fuerat de illa non alienanda. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 14. *n.* 42. *Rebuf. de litter. obligat. artic.* 66. *glos.* 2. *ista. num.* 20.

49 Nisi sententia lata sit in hypothecaria † vel Saluiano, vel alia actione indiuisibili, quia insolidum contra vnum agi posset; & exequi. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 14. *n.* 42. *circa med.* Qui autem sint casus, quibus singuli hæredes cōueniuntur insolidum, dixi in meis collectaneis *ad l.* 1. *C. si cert. petat.*

50 Limita in hærede † conuentionali, seu ex contractu, nam cum non dicatur adire hæreditatem defuncti, sed potius mortis causa capere, *Cyn. in l.* 2. *C. ad leg. Iul. de vi pub. in fin. vers. Petrus vero dicit. Dec. conf.* 237. *num.* 6. *vers. sexto. Masuer. in prax. cap. de exequut. & subhast. vers. item qua dicta, quæ sequuntur. Rebuf. de litter. obligat. artic.* 66. *num.* 27. *& seq. Giurba decis.* 62. *num.* 33. *in fin. Petr. Duen. regul.* 277. *limit.* 6. *lib.* 5. *regul. iur. §. exequutio. fieri potest in hæredem*, in eum nullatenus fieri potest exequutio. Et alia reddi potest ratio, quia is proprie non est hæres, nec iure hæreditario succedit, nam hæreditas non datur contractu. *l. hæreditas*, *C. de pact. conuent.* sed testamento, vel ab intestato. *§.* 1. *inst. de hæred. qualit. & diff. l.* 2. *C. de codicil.* & consistit in ijs quæ defunctus habet tempore mortis. *l. hæreditas. ff. de regul. iur.* propterea cum per contractum res non esset in bonis defuncti tempore obitus illius, nullatenus dici potest, qui capit ex contractu, dici, vel esse hæredem. *Rebuf. de litter. obligat. art.* 66. *glos.* 2. *ista. num.* 27. *& seq.* vbi pluribus probat.

Contrarium tenet *Petr. Pecchius tract. de iure sistendi, cap.* 4. *num.* 9. *in fin.* concludens antecedentem limitationem reprobandam esse, & tanquam fraudulentam, & viam fraudandi creditores aperientem e foribus, & Iuris officina eliminandam esse, & ita fuisse iudicatum: idem dixit *Abb. conf.* 18. *casus. lib.* 1.

51 Limita in hærede iuris, qualis † est successor in Regno, vel alio Principatu. *Cyn. in l.* 2. *C. ad leg. Iul. de vi public. vers. et ideo. Adam Blancard. in sua Apologia aduersus Bucanan. cap.* 7. *n.* 30. *et seq.*

52 Limita, vbi petitur † seu tentatur exequutio contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarij: nam quoad personam, cessat omnis creditoris, seu victoris actio: quo vero ad bona non potest fieri vltra vires hæreditaris. *l. fin. §. & si præfactam. et §. fin. autem. C. de iur. delib. vbi Bart. et reliqui communiter. Ias. in l. postulante. ff. ad Trebel. num.* 4. *vers. tertio. Asinius in l.* 1. *ff. de relig. et sumpt. funer. num.* 371. *et seq.* etiam quod adesset Statutum, quod exequutio fieri possit in hæredem, vt *ex Cyno in d. l. fin. §. si vero*, concludit *Gizarel. decis.* 7. *hæres, n.* 51. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 66. *glos.* 2. *Ista. n.* 32. *subdens num.* 33. *et seq.* casum huius limitarionis non posse practicari in Francia, vbi sublatum est hoc beneficium, referens praxim illud impetrandi à Rege. *Cencius. de censib. quæst.* 95 *num.* 16.

Proxima, & præcedens limitatio sublimitatur multis modis, quos retuli in meis collectaneis *ad d. l. fin. §. et si præfatam, et §. si autem.* C. de iur. deliberand.

53 Limita, vbi sententia † condemnatoria est lata respectu personæ condemnatæ. *Barzia tract. de guarantig. quæst.* 9. *col.* 2. *vers si ergo. Alex. l. postulante. ff. ad Trebel. n.* 2. *et* 7. vel respectu obligationis personalis. *Rebuf. de litter. obligat. artic.* 66. *glos. num.* 11. *et* 25.

54 Limita in successore singulari, † id est, qui vnam ex rebus hæreditarijs possideat etiam titulo hæredis instituti. *l. quoties. C. de hæred. instit. Rebuf. de litter. obligat. articul.* 66. *glos.* 2. *ista num.* 22.

Limi-

54 Limit. in successore singulari, † id est qui vnà ex rebus hæreditarijs possideat etiam titulo hæredis instituti. *l. quoties*. C. *de hæred. instit. Rebuff. de litter. oblig. artic. 66. glos.* 2. *ista n.* 2.

55 Limit. vbi sententiæ exequutio † concerneret pœnam delicti. *l. vnic. C. ne ex delict. defunct. l. sancimus*. C. *de pœnis. Rebuff. de litter. obligat. art. 66. glos. 2. n. 26.*

Limit. vbi sententia est prolata † de his, quæ personalia sunt, & hærent personæ eius, pro quo fuit iudicatum, vt puta ex causa vsus, vel habitationis, vel vsusfructus, vel alimentorum, vel seruitutis personalis, vel concessionis facultatis, quæ sonet in factum indeterminatum, vel de quibuscunq; pactis personalibus. *§. finitur, inst. de vsufruct. §.* 1. *& seq. inst. de vsu, & habit. l. cum bi §. constat. ff. de trans. l. in singulis, ff. de alim. & cibar. legat. l. iuris gentium §. pactorum, ff. de pact. l. penul. ff. de seruit. legat. l. apud Iulianum §. si quis alicui, ff. de legat.* 1. *l. vt pomum, ff. de seruitut. §. sed cum factum, inst. de stipul. seruor. & pluribus probat Brunus in tract. de interitu, & perempt. conclus.* 11. *vers. fallit in his. Ias. l. si sic stipulatus* 2. *ff. de verb. oblig. n.* 9. *& seq.* vbi declarat quando concessio dicatur realis, vel personalis.

57 Limit. vbi sententia prolata fuit in casu † quo persona condemnati, specialiter in obligatione fuit considerata. *l. inter artifices, ff. de solut. Bart. in l. veteris. C. de contrahend. & commit. stipul. Ias. in l. si sic stipulatus* 2. *ff. de verb. obligat. n.* 9. *& seq.* vbi præterea declarat quomodo cognoscatur electa industria personæ.

58 Limit. vbi agitur de exequutione sententiæ † latæ in vim iurium, cum clausula taxatiua respectu condemnati. *l. si sic stipulatus, ff. de verb. oblig. vbi Bart. n.* 2. *et Ias. n.* 3. *et seq. et in l. mora ff. sol. mat. n.* 5. *et seq.* ex quibus cessant, quæ videntur obstare supra, *ampl.* 6. *et latius Brunus, tract. de interit. et perempt. conclus.* 10. *vers. ista fallit in pacto.*

59 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ super facto inhærente personæ affirmatiuè. *Ias. in l. centesimus, ff. de ve verb. oblig. in quarto notab. et in l. si sic stipulatus, ff. eod. col.* 4. concludens factum dici cohærere personæ, si fuerit incertum, & indeterminatum, tam ratione qualitatis, quam temporis, vt puta si concedatur facultas cædendi lapides. *Bart. Angel. et Ias. num.* 13. *in l. si decesserit, ff. qui satisdar. cogant.*

60 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ in vim pacti ad certum tempus, certamue personam restrictum. *l. epistola §. de inofficioso, ff. de pact. vbi Ias. l. qui in futurum §. si ex altera. l. nisi. l. si tibi, ff. de pact. vbi Ias.* concludit pactum dici personale vbi additum est verbo exequutiuo: latius tamen hoc explicat *Corn. conf.* 30. *in præsenti. lib.* 1.

61 Quid autem sit dicendum si hæres debitoris sit pater, vel alius, cui defunctus debebat reuerentiam. *Afinius de exequution. §.* 2. *capit.* 2. *numer.* 4.

62 Limit. vbi successoris causa † est mutata. *Angle. in l. creditores. C. de pignorib. num.* 6. *in fin.* exemplum referens; si successor sit Ecclesia, vel pupillus. *Gabriel. de acquir. poss. conclus.* 7. *num.* 31.

§. II.

SVMMARIVM.

Succes-

Successores ex iuris dispositione qui sint. 64.
Creditor qui cœpit agere contra donatarium, an possit pœnitere, & agere contra hæredem. 66.

Secundus casus est in donatario: sed quia donatio, vel est causa mortis, vel inter viuos, vel partis tantum, vel omnium bonorum, ideo de singulis seorsum disquirendo,

Dicendum primo, si mortis causa facta fuerit donatio omnium bonorum, vel partis illorum,
1 † id est dimidium. *l. nomen filiarum*. §. *portionis. ff. de verb. sig. Alex. cons.* 19. *viso. lib.* 2. *n.* 4.
2 vel maioris, vel melioris portionis, † quod exequutio fieri potest in donatariũ, cui mortis causa sit facta donatio, quia illa sub qualitate mortis facta nunquam habet effectũ, nec dicitur facta nisi morte donatoris sequuta, nec est proprie donatio. *l.* 1. *ff. de donat.* & ideo capi, & distrahi possunt taliter donata pro ære alieno contracto à donatore, vsque ad extremum vitæ spiritum. *l.* 1. §. 1. *ff. si quid in fraud. patron. Bal l. si vniuersæ. C. de legat. Mandel. cognomento Alba. cons.* 233. *in præsenti. num.* 1. *Costa tract. de subsidiar. remed. cap.* 108. *diximus. num.* 7.

Si autem inter viuos facta sit donatio, quia multum differt, an illa sit facta de certa parte, vel maiori, seu meliori portione, vel omnium bonorum, & an agatur de solutione æris alieni contracti ante factam donationem, vel post, & an donator habeat, vel non habeat hæredem, qui sit soluendo, vel non, & an actum fuerit actione personali, vel reali;

Dicendum secundo, si donatio facta fuerit inter viuos partis, vel certi corporis, vel speciei bonorum, vt puta vineæ, palatij, vel mobilium, vel immobilium tantum, pro regula constituen-
3 dum esse, quod contra donatarium † nulla actio dirigi possit. *l. æris alien. C. de donat. l.* 1. § *si hæres. ff. ad Trebell. l.* 2. *C. de hæred. vel action. vend. Bal. & Angel. in d. l. æris*, vbi pro summario notant quod donatarius certæ rei non tenetur ad onera debitorum, quæ sequuntur fundum, sed conueniendus est vniuersalis hæres donatoris, eam reddente *Angelo* rationem, quia æs alienum non sequitur fundum, vt ego addo, liberum ab hypotheca, quæ sicut canis leporem semper concomitatur fundum hypothecatum. *l.* 1. § *fin. ff. si seruit. vendic. l via cõstitui. §. quacũq. ff. de seruit. urban. præd. Franc. Bec. cons.* 24. *num.* 24. *Dec. cons.* 237. *num.* 4. *in fin. & num* 5.
4 *circa med.* nec minus † sententiæ latæ in donatarium exequutio fieri potest. *Dec. consil.* 237. *num.* 7. *Bolognin. cons.* 18. *num.* 3. *& seq.* addendo potius factam esse reuocandam, quam faciẽdam. *Cels. Vgo cons.* 96. *num.* 1. *vers. quidquid*, quia vt inquit *Dec. d. cons.* 237. *num.* 4. talis donatio partis bonorum, æquiparatur donationi certi corporis bonorũ, quæ non trahit secũ iura, nec actiue, nec passiue. *Capel. Tholos. decis.* 387.

Nec obstat, quod facta fuerit mentio bono-
5 rum † & consequenter deducto ære alieno. *l. fin. C. de bonis quæ liber l subsignatum.* § *bona. ff. de de verb. signif. Osas. decis.* 56. *n.* 22. *Dec. cons.* 237. *num* 3. *Natt. cons.* 605. *num.* 10. *Surd. cons.* 112. *num.* 24. *& cons.* 216. *num.* 120. qui notabiles quæstiones decidunt, ponderata significatione
6 huius verbi *bonorum*, quæ † idem est, quod hæreditas. *l. bonorum appellatio. ff. de verb. signif.* quia cum donatio partis bonorum non recipiat augmentum, nec diminutionem, idem
7 fit, quod si fuisset donatum certum corpus, suis limitibus conclusum. *Bart. & Cast. in l. si quis seruum.* § *fin. ff. de legat.* 2. quos refert, & pluribus comprobat *Dec. cons.* 237. *n.* 5. *& cons.* 387. *num.* 2. addendo, donata dimidia parte bono-
8 rum, non transire in donatarium † iura aliqua actiue, vel passiue, vltra donata; propterea non esse cum tali donatario agendum de ære alieno soluendo. *& text. in l. subsignatum, & in l. bonorum appellatio. ff.* de *verb. signif.* intelligi, quando de bonis vniuersaliter est actum, interpretatur *Dec. cons.* 237. *num.* 7.
9 Contrarium reprobando *Dec. d. cons.* 237. † defendit *Guttier. practic. q. lib.* 2. *quæst.* 58. *nu.* 5.

Amplia, etiam vbi donatio certi corporis
10 † bonorum facta fuit sub nomine designante illorum vniuersitatem, vt puta si quis donet bona quæ possidet in agro Tusculano. *Bolog. cons.* 18. *n.* 6. *& seq. Dec. cons.* 237. *num.* 3. nam idem ac si dictum fuisset donari certum fundum, quia genus, quod non potest verificari nisi in vna specie, habetur pro specie. *l.* 2. *ff. de lib. & posth. cap. ex parte, de offic. deleg. Marsil. in l.* 1. §. *si seruus. el* 1. *ff. de quæst. n.* 5. *Ias. cons.* 56. *n.* 18. *Veral. decis.* 257. *part.* 2. *n.* 4. *Bellamer. decis.* 31. *in fin.*
11 Ampl. etiam si donatio sit facta in fraudẽ creditoris. nam non potest fieri, nisi prius agatur reuocatoria. §. *item si quis in fraudem. inst. de action. Mantic. decis.* 218. *n.* 11. *Bellam. decis.* 31. *circa fin. Roman. cons.* 246. *n.* 6. *Purpur. cons.* 141 *num.* 1. *&* 2. addendo etiam si dolo desijsset possidere, & hac ratione dictam fuisse iniquam sententiam latam in vna Placentina euictionis, quæ fuerat exequuta contra bona donata Marchioni Pallauicino ante cœptam litem.

Amplia præsertim si ageretur de solutione
12 † æris alieni contracti post donationem, vt dicam infra.

Amplia præsertim, vbi res donata fuit donata-
13 rio † tradita. *Bertrand. Argent. ad Consuet. Briton artic.* 219. *glos.* 7. *num.* 16. addendo hanc esse casum *l. æris alieni. C. de donat.* secus autẽ esset, si donatio robur sumeret a morte donatoris.
14 Limita, vbi donatarius † non possidet naturaliter donata, sed donans est in possessione, quãuis per clausulam constituti, vel precarij possideat nomine donatoris. *Roman.* declarando dicta *Bart.* quæ videbantur obstare, *cons.* 246. *clarissime. num.* 6.
15 Limita, vbi donatio fuit facta † in fraudem paratæ exequutionis. *l. chirographis.* § *fin. ff. de admin. tutor. Bal. per eum textũ in l.* 2. *C. ne vxor pro marit. num.* 4. *Ripa in l.* 1. §. *hæres. ff. ad Trebel. num.* 21. *Vincent. Herculan. in l. à Diuo Pio.* §. *si super rebus. ff. de re iud. num.* 45. *cum quatuor seq. Surd. cons.* 405. *longa. num.* 10. 14. *Mantic. decis.* 218. *num.* 11. *Giurba decis.* 62. *n.* 9.
16 *& seq.* qui omnes addunt præterea † quomodo probetur talis actus factus in fraudẽ paratæ exequutio-

quutionis. *Purpurat. conſ.* 141. *num.* 2. *in fin.*

Contrarium, quod etiam iſto caſu agendum ſit reuocatoria antequam fiat exequutio contra donatarium, & alium ſingularem ſucceſſorem, tenent relati à *Ripa in l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebel. n.* 21. *verſ. contrarium*, ſed idem ibidem conciliat. *Purpur. conſ.* 141. *num.* 4. ſi de dominio rei non agebat actor.

Quæ dixi ſupra proxime, & dicam ſequenti
17 capite, videntur in iure ſuperflua, & eſſe de † apicibus iuris, quos iura noſtra abhorrent. *l. veteris. C. de contr. & commit. ſtipul. l. eum antiquitas. C. de vſufruct. & habit. Clem. diſpendioſam, de iudic.* nam cum non referat, an in caſu particularis, vel vniuerſalis donationis, creditores ſint ſatisfacti à donatore in reſiduo bonorum, quæ retinuit, vel ab illius hærede, ſi fuerit ſoluendo, vel reuocatoria intentata ex bonis ipſis donatis, cum bona dicantur quæ ſuperſunt deducto ære alieno, vt dicebam ſupra, effectu non differt, ſiue donator, ſiue illius hæres, ſiue donatarius ſoluat debita donatoris, quia omni caſu illi minus dicitur donatum, vt con-
18 ſiderat *Guttierez* † *reprobato Dec. conſ.* 237. *cum Capel. Tholoſ. deciſ.* 386. *practic. q. lib.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 5. *cum tribus ſeq.* nec eſt contemnenda conſideratio, excepto caſu quo certum corpus bonorum fuiſſet donatum: videndus tamen *Bertrand. Argent. ad conſuetud. Briton. artic.* 219. *gloſ.* 8. *n.* 13. *& ſeq.*

Dicendum tertio, ſi agatur de exequutione ſententiæ latæ contra donatorem conuentum actione perſonali, vbi ille vniuerſaliter donaue-
19 rat omnia bona ſua & tunc, quamuis: † ratione vniuerſalitatis bonorum dicatur hæres donatis. *l. hæreditas, ff. de reg. iur. l. omnes §. Lutius ff. quæ in fraud. credit.* per quem textum ita concludit *Mathæ. addendo ad Guid. Pap. deciſ.* 105.
20 Attamen quia perſonalis actio † non egreditur perſonam obligatã. *l. idem Iulianus §.* 1. *ff. de pact. l. ſi quis ita §. pen. ff. de teſtam. tut.* Et bona dicuntur, quæ ſuperſunt ære alieno deducto. *l. fin. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber. Dec. in caſu noſtro conſ.* 237. *num.* 6. *verſ. primò*; nul-
21 latenus ſententia lata † contra donatorem in actione perſonali mota exequi poteſt contra donatarium ſeu bona illi donata. *Abb. conſ.* 102. *circa part.* 2. *nu.* 2. *verſ. aut illi creditores habebant ſolam perſonalem. Gul. Bened. in cap. Raynutius §. cetera. num.* 46. vbi teſtatur ita iudicatum fuiſſe. *Peregrin. de fideicommiſ. artic.* 53. *de iudicialibus num.* 24. *Capel. Tholoſ. deciſ.* 387. concludens donatarium omnium bonorum
22 † non eſſe obligatum reſpondere creditoribus donatoris, ſi ille poſſideat ex contractu, vel partium conuentione, ſecus ſi ex iuris diſpoſitione. *Mantic. deciſ.* 218. *concluſum num.* 13. *& ſeq. vbi ex Sal. in l. properandum, §. ſin autem. C. de iud. num.* 20. *verſ. ſi vero ſit penes ipſum tertium, & Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper, ff. de re iud. num.* 15. *Dec. conſ.* 198. *num.* 5. firmat, quod commiſſa exequutione ſententiæ latæ cõtra Titium, exequutor non poteſt exequi contra Caium, ſed cum illo agendum eſſe reuo-
23 catoria. Quia perſonalis † obligatio quantumuis priuilegiata, & exequutiua, non exercetur contra perſonam non obligatam: & ante Manticam idem latius tradiderant *Ripa in l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebel. nu.* 2. *& ſeq. Purpur. conſ.* 141. *nu.* 1. *&* 2. *Franc. Vegius conſ.* 65. *quæritur in effectu n.* 1. *& ſeq. & num.* 21. *& ſeq.*
24 † Limitat quando perſonale pactum eſt in rem ſcriptum: quod prius dixerat *Ripa in l.* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebel. num.* 9. vbi plura exempla refert. *Peregrin. de fideicom. artic. final. n.* 13. *in fin. eodem Vegio ibidem* latiſſime proſequen-
25 te † materiam tranſitus huius pacti in alium actiue, & paſſiue. *Bertrand. Argentre ad conſuet. Briton. artic.* 219. *gloſ.* 7. *n.* 7. *&* 13. concludens donatarium omnium bonorum non
26 habere † vniuerſalem titulum, exemplo emptoris, & ceſſionarij hæreditatis, qui habet titulũ par-
27 ticularem, ideo paſſiuæ † actiones in illum minime exerceri poſſunt, etiam ſi, vt idem ſubdit *num.* 7. facta eſſet donatio omnium bonorum ea lege, vt donatarius obligatus eſſet ſoluere æs alienum donatoris. *Guid. Pap. deciſ.* 105. *an*
28 *poſſit nu.* 1. concludens perſonali actione † non poſſe agi contra donatarium omnium bonorum, niſi prius actum fuerit reuocatoria, etiam quod
29 donatio facta fuerit in † fraudem creditorum, ſecus ſi Iudicis, ſeu exequutionis. *Mantic. deciſ.* 218. *num.* 13. qui præterea declarat hos terminos. *Rol. à Val. conſ.* 92. *nu.* 8. *&* 9. *lib.* 4. concludens ex *Socin. iun.* ſententiam latam contra donantem non nocere donatario.

Cõprobantur præmiſſa ex communi intellectu, qui datur regulæ *l.* 2. *C. ne vxor pro marit.* vt illa procedat quoties actũ fuit actione perſonali. *Affiic. ad conſtit. Regni lib.* 2. *rub.* 14. *nu.* 10. *& ſeq. Rol. à Val. conſ.* 5. *lib.* 2. *num.* 9. *& ſeq. Honded. conſ.* 20. *lib.* 1. *num.* 24. *circa med. Giurb. deciſ.* 62. *nu.* 23. *Capic. deciſ.* 128. *n.* 12. *circa med. verſ. & Herculan.*

31 Ampl. præſertim vbi ſententia lata † eſſet occaſione æris alieni ſoluendi, quod donans contraxit poſt donationem. *Abb. conſ.* 102. *circa part.* 2. *num.* 2. *poſt med. verſ. hoc ergo caſu*, & ratio eſt, ne detur aditus reuocandi donationem irreuocabilem ex capite à iure non adinuento, nec lege aliqua *in titulo C. de reuocand. donat. Cardin. Tuſcus concluſ.* 651. *donatarius num.* 2. & *ſeq.* vel quia, vt inquit *Mandel. conſ.* 333. *n.* 2. cum tempore æris alieni contracti dominium bonorum eſſet in alium tranſlatum, donantis obligatio non poteſt extendi ad bona prius facta aliena. Obſtant tamen dicta *Carot. deciſ.* 125. *num.* 9. *verſ. aut debitum.*

32 Ampl. præſertim vbi adeſt hæres † donatoris, qui ſit ſoluendo, nam is exequendus eſt: ſecus ſi non adſit hæres, vel adſit, & non ſit ſoluendo, vt dicam *infra in limitationibus.*

33 Ampl. præſertim ſi donatio fuit ex cauſa † ſeu remuneratoria meritorum donatarij, nam cum illa non ſit proprie donatio ſed eius, quod erat debitum ſolutio vel compenſatio. *l. Aquilius, ff. de donat. Tiraq. l. ſi vnquam §. donatione. C. de donat. n.* 6. *& ſeq. Pariſ. conſ.* 11. *Caſtrum. vol.* 1. *num.* 44. *et ſeq. Rol. à Val. conſ.* 13. *et ſi apud, lib.* 3. *num.* 27. qui referunt plura ſpecialia

dona-

donationis remuneratoriæ, vt latius dixi in meis
34 collectaneis *ad d. l. Aquilius*: nec etiam † in subsidiũ potest fieri exequutio cõtra donatariũ. *Io. Bap. Costa de subsidiar. remed.* 108. *nu.* 8. *motus dictis Rip. in l.* 1. §. *si hæres, ff. ad Trebel. nu.* 13. *Magon. decis. Florent.* 102. *in fin.* cum temperamento tamen, si de æquiualentia meritorum constet. *Clar. §. donatio quasi.* 3. *n.* 3. nisi tamen meritorum assertio fieret in instrumento guarantigiato. *Mascard. de probation. conclus.* 391. *num.* 3. *& seq.* & ante Costam dixerat *Abb. cõs.* 102. *circa, part.* 2. *n.* 2. *circa in fin.*
35 *vers. an autem teneatur*, quod si donatarius † non fuit particeps fraudis, quod in dubio non præsumitur, quod neque agi potest reuocatoria contra donatarium, & ideo tantò minus subsidiario remedio.
36 Ampl. etiam si donator sibi reseruasset † donec viueret, vsufructum omnium bonorum donatorum; nam pro debitis deinde contractis non potest fieri exequutio in bonis donatis. *Mandel. cons.* 333. *num.* 2. *sequendo Abb. cons.* 102. *part.* 2. eam afferens rationem, quia illorum dominium prius erat in alium translatum, nec vllũ ius reale remanserat penes donantem, & generalis obligatio bonorum non complectitur bona iam facta aliena, nec ea possunt obligari. *l.* 2. *ff. de pignor. Tiraquel. de iure. constit. part.* 1. *ampl.* 31. *num.* 1. *Tuscus conclus.* 651. *donatarius num.* 8. eam afferens rationem, quia in donatarium transiuit dominium, & rerum donatarum ciuilis possessio. *l. quisquis, l. si quis argentum, § sed quidem*, C. *de donat.*
37 Ampl. etiam si donatio facta fuisset † in fraudem creditorum, nisi præcedat reuocatoria. *Purpurat. cons.* 141. *dimittendo, num.* 10. *& seq.*
38 Ampl. etiam si donatarius † promisisset soluere æs alienum donatoris, nam donanti non autem creditoribus illius competit actio ad obseruantiam. *l. cum res* C. *de donat. Costa de subsid. remed.* 108. *num.* 6. *circa med. Bertrand. Argent. ad consuetud. Briton. artic.* 219. *n.* 9. *motus l.* 2. C. *de pact. l.* 2. C. *de hæred. vend. glos. l. si pater.* §. *si filia.* C. *famil. hercisc.* & ratio esse potest, quam refert *Rebuff. in l. bonorum* 49. *ff. de verb. signif. col.* 2. *vers. & infer-*
39 *tur.* Quæ tamen extensio cessaret, † si donatarius se obligasset in forma Cam. de soluendis debitis donatoris, quia cum illa contineat stipulationem pro omnibus, quorum interest, recta via conueniri posset ille ad solutionem. *Zachias de oblig. Cam. decis.* 97. *num.* 1. *& decis.* 96. *num.* 7. seruato tamen ordine dato *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud.* vt censuit *Rot. recent. decis.* 552. *part.* 2. *nu.* 3. & facta excussione bonorum donatarij, vt subdit d. decis.
40 Ampl. præsertim si non † fuit actum ad rem donatam, sed ad aliud veluti ad quantitatem pecuniarum. *Purpurat. cons.* 14. *num.* 2.
41 Ampl. vt nec actio † realis intentari possit cõtra donatarium omnium bonorum, si hæres donatoris sit soluendo, & actor habebat solam personalem obligationem donantis. *Dec. cons.* 237. *num.* 7. *in prin.*
42 Ampl. præsertim vbi donatio † robur sumit viuente donatore, hoc est si omnia bona donata sint donatario tradita, & donator est soluendo, nam nullo modo conueniri potest donatarius etiam stante Statuto derogante iuri Romano. *Bertrad. Argent. ad consuetud. Briton. art.* 219. *glos.* 7. *num.* 16.
43 Limit. vbi donator decessit sine hærede, nã † eo casu donatarius omnium bonorum, tanquam vniuersalis illius successor conueniri, & in illum exequi potest sententia lata contra donatorem, etiam non præcedente reuocatoria, vt euitentur circuitus illius. *Guid. Pap. decis.* 105. *vers. vel nullus hæres, quem sequuntur Dec. cons.* 237. *num.* 6. *circa fin. Cels. Vgo cons.* 13. *si recte n.* 22. *Costa de portio. & rata quæst.* 90. *num.* 9. *& de subsidiar. remed.* 108. *num.* 12. *& seq.* cum temperamento tamen, quod idem donator teneatur eatenus quatenus bona donata sufficiant, non autem quod sit obligatus de suo, *vt Costa subdit d. remed.* 108. *num.* 14. & idem prius dixerat *Tuscus conclus.* 651. *donatarius num.* 9. *&* 12. & approbando *Guid. Pap. d. decis.* 105. distinguit *num.* 13. quid dicendum sit si talis donatio sit facta Ecclesiæ, vel pio loco *Bertrand. Argent. ad Consuetud. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *vers. ad hoc duos. Dec. cons.* 237. *n.* 6. *in fin. Peregrin. de fideicommis. artic.* 53. *de num.* 14. *Giurba decis.* 62. *num.* 33. vbi alios refert, & ita iudicatum testatur *Guid. Papa d. decis.* 105. condemnato donatorio, etiam in expensis, etiam quod viuat donator, vt subdit *Ranchin. ad eamdem decis. Guidonis. Gul. Bened. cap. Raynutius. §. cætera n.* 46. *circa med.* ampliando, nulla intentata reuocatoria; & ita seruari apud Gallos subdit *num.* 47. *Betrand. Argent. ad consuet. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *n.* 9. *circa fin. Giurba decis.* 62. *n.* 33.
44 Limit. vbi donator decessit relicto † herede, qui non sit soluendo. *Guid. Pap. decis.* 105. qui testatur, dum de ista materia altercaretur inter iudicantes, ex sententia eximij I.C. ita fuisse iudicatum. *Sequuntur Dec. cons.* 237. *num.* 6. *circa fin. Cels. Vgo cons.* 13. *num.* 22. *Costa de portion. & rata q.* 90 *num.* 11. *Bertrand. Argent. ad consuetud. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *num.* 9. *vers. ad hoc. Giurba decis.* 62. *num.* 33. *vbi alios cumulat. Gul. Bened. cap. Raynutius, §. cætera num.* 46. *circa med.* ampliando etiam nulla intentata reuocatoria, & ita seruari apud Gallos subdit *nu.* 47. *Bertrand. Argent. ad consuet. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *num.* 9. *vers. ad hoc. Giurba decis.* 62. *num.* 33.
Limita vbi donando sibi reseruauit quantitatẽ
45 † aliquam ad effectum testandi, nam si ille fiat debitor eius quantitatis, vel maioris, conueniri potest donatarius, pro ea quãtitate absque nouo processu. *l. fin.* C. *de legat. vbi Sal. Costa de remed. subsid. d. c.* 108. *n.* 11. *Tuscus cõclus.* 651. *donatarius. num.* 10. quia non est valida donatio, nisi donans aliquid sibi reseruet ad effectum testandi. *Dec. cons.* 30. *pro tenui. n.* 2. *vers. secundo.*
46 Vt cesset talis † nullitas, quam quantitatem donans debeat sibi reseruare, videndi sunt *Dec. in l. fin.* C. *de pact. num.* 32. *Petr. Gilchen. tract. de vsucap part.* 3. *cap.* 3. *n.* 121. *& seq. Clar. §. do-*

C 2 natio.

natio. quaest. 19. *vers. secundo*. *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 3.

47 Limita in subsidium, praecedente tamen † excussione donatoris, vel haeredis illius, & reuocatoria donationis, & si agatur de aere alieno contracto ante donationem. *l. aris alieni, vbi glos. C. de donat. Alex. cons.* 7, *viso lib.* 6. *num.* 4. *Guid. Pap. decis.* 105. *vers. nisi prius. & vers. dixit pramissa*; vbi *Ranchin. Costa de remed. subsid. c.* 108. *num.* 6. *Aufrer. ad Capel. Tholos. decis.* 387. *circa med. Carocius decis.* 125. *num.* 9. *vers. aut igitur, & vers. aut debitum*, vbi firmat procedere etiã in aere alieno contracto post donationem, si praecedat reuocatoria. *Dec. cons.* 237. *in casu. nu.* 6. *vers. item fuit quaesitum, vsque in fin. & ibi addentes, vers. limitat. Peregrin. Ianin. tract. de citation. reali lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. *&* 25. *Ripa in l.* 1. §. *si hares. ff. ad Trebell. num.* 15. *Tuscus conclus.* 488. *exequutio. num.* 20.

48 Limita, vbi donatio est fraudulenta, † veluti si post contractum grande aes alienum, quis donet omnia bona sua. *l. omnes*. §. *Lutius. ff. de ijs qua in fraud. credit.* per quem textum *Bal. cum fratre Angelo in l. aris alieni, C. de donat.* concludit quod quoties donat quis omnia bona sua, eo ipso censetur donasse in fraudem, & idem firmarunt *Decian. cons.* 37. *& primo. vol.* 2. *n.* 38. vbi alios consentientes refert. *Lanar. cons.* 90.

49 *num.* 2. concludens inde † probari donationem factam in fraudem, vbi donator non est soluendo, etiam si non probetur donatarium fuisse fraudis conscium, vel fraudandi dedisse consiliũ. *Guid. Pap. decis.* 105. *an possit*. concludens si donator sit mortuus, & nullus velit illius haereditatem acceptare, & non reliquit bona quae sint

50 satis creditoribus, agi posse † contra donatarium recta via, & non praecedente reuocatoria, actione personali, licet de iure praecedere debeat reuocatoria. *sequit. Peregrin. Ianin. tract. de citat. real. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. *asserens idem dici à Gul. Bened. in cap. Raynutius*. §. *catera. n.* 30. *de testam.*

51 Hinc apud plures extat Statutum, † vt ad euitandos circuitus reuocatoriae, creditores donatoris, recta via eadem actione experiantur contra donatarium, qua experiri poterant contra donatorem, *vt apud Siculos constituit Marcus Antonius Columna*, dum illis praeesset cum supremo imperio, quo erat dignus propter Romanos spiritus in eo erumpentes belli pacisque temporibus, vt de tali lege testantur *Giurba decis.* 62. *tertio. num.* 33. *in princ. & Amatus resol.* 45. *n.* 19. *circa med. & apud Gallos, teste Gul. Bened. in cap. Raynutius*. §. *catera bona num.* 47. *apud Britanos, vt refert Bertrand. Argent. ad consuet. eius regionis. artic.* 219 *glos.* 7 *num.* 13. *in fin. & num.* 14. Ideo *Ripa in l.* 1. §. *si hares, ff. ad Trebel. num.* 12. inter caeteros casus, quibus limitatur regula constituta supra, illum esse asserit, quoties adest Statutum, vel consuetudo in contrarium.

52 Limita, vbi donatur † res litigiosa. *Purpur. cons.* 141. *num.* 1. *in fin. & num.* 4. *circa fin. & dixi infra*. §. 16. *vers. dicendum si quis emat. Roman. cons.* 246. *num.* 2. exemplum referens si donatio esset facta lite pendente, & praesertim paulo ante sententiam.

53 Limita, vbi actum fuit † reuocatoria donationis fraudulentae, nam tunc agi potest contra donatarium. *Gul. Bened. in cap. Raynutius*. §. *catera bona, de testam.* sublimitando si non adsit haeres donatoris, vel adsit, sed non est soluendo, nam absque reuocatoria agi potest contra donatarium. idem voluit *Dec. cons.* 237.

54 *num.* 6. *vers. Guido Papa*.

Limita, vbi bona donata † possidentur à donatore, nam in illis fieri potest exequutio sententiae latae contra donatorem. *l. sicut*. §. *superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Roman. per hunc text. cons.* 636. *clarissim. num.* 1. addendo etiam si instrumento donationis addita esset clausula constituti, vel precarij, *& num.* 7. *Tusc. conc.* 482. *fraudulenter facta valent. n.* 13.

55 Limita, vbi creditores donatoris † agunt contra bona donata vocato donatario, sibi obligata actione hypothecaria, vel Seruiana, seu quasi, Saluiano vtili, vel directo, & similibus alijs actionibus possessorijs. *Abbas cons.* 102. *col.* 3. *vers. autem enim erant bona illa*.

56 Limito ijs omnibus † casibus, in quibus non est opus reuocatoria. *Tuscus concl.* 482. *Fraudulenter facta valent. n.* 14. *& concl. seq.* vbi refert qui sint isti casus.

57 Limita, vbi donator non † est soluendo summam in qua est condemnatus, nam experietur creditor contra donatarium absque reuocatoria. *Lanar. cons.* 90. *num.* 1. *in princ.* licet deinde subdat, ad euitandum circuitum, vtile esse cumulare reuocatoriam donationis. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 387. *vers. item fallit. motus l. plane si filium*. §. 1. *ff. de legat.* 1.

58 Limita de aequitate † seu in subsidium. *Ias. l.* 1. §. *si hares, num.* 8. *&* §. *si qui. ff. ad Trebel. num.* 4. *Menoc. cons.* 63. *num.* 22. *Boer. decis.* 204. *num.* 43.

59 Limita, vbi donatio † facta fuit in fraudem paratae exequutionis, vt dixi *supra. vers. dicendum secundo. limit.* 2. *Cancer. var. resol. de senten. & earum exequution. num.* 461. *& seq. plurib.*

60 Limit. vbi nullus adest † donantis haeres. *Guid. Pap. decis.* 105. quem sequitur *Dec. cons.* 237. *nu.* 7. *circa fin. Tuscus conclus.* 482. *fraudulenter facta valent. num.* 11. *Boer. decis.* 204. *num.* 34.

61 Intelligas tamen omnes relatas † limitationes, vt donatarius partis vel omnium bonorum teneatur ad aes alienum donantis, catenus, & quatenus sufficiunt bona donata, & non vltra.

62 Limita, vbi fuit donata † res specialiter hypothecata, cum prohibitione alienationis, sub poena nullitatis. *Gratian. disceptat.* 16. *num.* 12. *& seq. vers. amplius*, idem repetens *num.* 26.

Ex his quae sunt dicta de haerede, & donatario, insurgit difficultas, quid sit dicendum de ijs, quibus bona alicuius deferuntur ex dispositione

63 iuris † vel lege municipali, qui nec sunt haeredes vniuersales, vel particulares, nec donatarij, & tamen capiunt omnia bona defuncti naturaliter, vel ciuiliter, quales sunt fiscus, qui capit bona

bona delinquentis. *l. inter eos. §. fideiussor. ff. de fideius.l.2. C.ad l Iul de vi pub.l. si vt proponit.* C.de bon.proscript.l.penult.C.de sent.pass.

64 Monasterium † succedit illud ingredienti, *auth. ingressi.C.de sacros.Eccles.* Dominus capit peculium seruorum. *l. 1. & 2. ff.de pecul.castr.* Collegium, vel vniuersitas succedit personæ ex vniuersitate, deficiente legitimo hærede, & excluso fisco iure communi, ex Statuto Prouinciæ, vel priuilegio dato vniuersitati, vt vidi concessum in Vrbe pluribus vniuersitatibus artium, vt puta coquorum, fabrorum lignariorum, mercatorum, & similium, *toto titulo C. de hared. decur. glos. l.* 1.C.de bon.vacant. *Loseus tractat.de iur. vniuersit. part.* 5. *capit.* 1. *num.* 38.41.43. *& seq.* & illos conueniri posse ad solutionem æris alieni contracti a defuncto, concludit & decidit *Capel.*

65 *Tholos.decis.*387.*in fin.* † eatenus tamen, quatenus bona illius sufficiunt, & non vltra vires patrimonij relicti. *Bertrand. Argent. ad consuetud. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *num.* 10. *& 17. in fin. & num.* 15. tanquam essent hæredes cum beneficio legis, & inueni. licet hæredes non sint proprie. *glos. Bart. & reliqui in l. inter eos. § fin. ff. de fideiuss. Ias. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga.num.3.glos. l. non intelligitur. §. cum ex ea, & ibidem Bart. ff. de l. cur. fisc. eum fis.o. ff. ad Syllan. Roman. cons.*93. *visis. num.*2. licet *n.*6. subdat casum, quo fiscus proprie est hæres. *Oliuer. Textor. tract. de success. ab intestat. n.*123. *& seq.* vbi refert collegium artis mercaturæ, socium liberalitatis Imperialis, hospitale expositorum, dementium, peregrinorum excludere fiscum.

An autem vbi creditores, qui agere cœperunt

66 ex facultate data à Statuto † contra donatariũ, possit pœnitere, & agere contra hæredem, vel hæredes, & pro qua quota, quia id referre excedit fines nostræ difficultatis, videndus *Bertrand. Argent. ad consuetud. Briton. artic.* 219. *glos.* 7. *num.* 22. *& seq. vsque in fin. vers. quid agitur.*

---

§. III.

SVMMARIVM.

TErtius casus fingi potest, si agatur de exequutione sententiæ latæ contra hæredem grauatum fideicommisso, & dubitetur an possit exequi contra substitutum sine nouo pro-

1 cessu, & supposito, quod talis sententia † sit valida, quamuis ad eam audiendam, & in reliquis substantialibus iudicij non fuerit citatus fideicõmissarius, *iuxta opinionem glos. in l. de vnoquoque, verb. quos causa. ff. de re iud. quam sequitur Aret. §. minorem. inst. de adopt. num.* 6. *Ias. l. nequicquam. ff. de offic. procons. num.* 32. *vers. nono facit. & 33. & seq. Rol. à Val. cons.* 2. *n.* 2. *lib.* 2. *cum alijs congestis à Tiraquel. in tract. res inter alios acta, limit. prima, & ab Osasc. decis.* 157. *Dominus. num.* 3. vbi refert *Alex. cons.* 86. *num.* 3. *& cons.* 156. *col.* 1. *lib.* 1. *pluribus exornãtem relatam glos. in d. l. de vnoquoq.*

2 concludendo, vt valida † sit sententia, sat esse citare eum, qui tempore iudicij ius habet, nec citandum, qui deinde ius habere sperat, seu, vt inquit *Couar. pract. quæst. cap.* 13. *num.* 6. *in princ. vers. hoc ipsum,* ad iudicium, & litis exa-

3 minationem † tantum, vocandus est ille, quem negotium tangit principaliter, non autem quoa in consequentiam, vel quibus nocere, vel prodesse possit. *Honded. cons.* 28. *quæstio, lib.* 1. *num.* 22. plures refert, & eandem *glossam* comprobat.

Valida itaque existente sententia lata contra institutum, sicuti si viueret, non posset retarda-

4 re exequutionem † & eidem noceret, pariter nocere debet substituto, & contra eum exequi potest sententia, argumento eorum quæ tradunt *Angel. Rapha. Imol. Alex. Ias. & alij in l. filius*

C 3 *fam.*

fam.§. Diui, ff. de legat. 1. concludentes sententiam latam super re prohibita alienari, præiudicare substitutis, etiam non citatis, qui ad illam erant vocati defuncto instituto: & istam esse cōmunem opinionem aduersus *Bart. in d. §. Diui num. 9.* testatur *Ripa ibid. n. 61. in fin. Loazes num. 308. Couar. pract. quæst. cap. 13. num. 6. circa med. vers. quam ob rem*, addendo hanc opinionem sibi magis placere, & esse magis cōmunem, illam deinde late comprobando, sicut & *Honded. et ab illo relati cons. 28. lib. 1. n. 24. late Fel. in cap. quamuis, de re iud. num. 16. comprobat dicta Bart. in d. §. Diui*. His conueniunt *dicta Bart. et Baldi, quos ibidem sequuntur Angel. et Rom. in l. in diem, ff. de aqua plur. arcend.*
5 *num.* 1. dum voluit, agentem † contra habentem substitutum, non debere citare substitutum, quamuis agatur de re illi debita mortuo instituto; & latius alijs additis sequuti sunt *Ias. in l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. nu. 7. et in l. decem, ff. de verb. oblig. n. 38. Fel. in cap. exhibita de iud. n. 1. & seq. Alex. cons. 123. lib. 1. num. 3. & cons. 156. lib. 2. in fin. et n. 3. et seq. Honded. examinata quæstione cons. 28. quæstio, lib. 1. vers. his tamen non obst. et seq. plurib.* de-
6 clarando † *decisiones Putei, et Achillis de Gras.* quas referam infra *Rimin. iun. cons. 140. n. 10. et seq. Surd. cons. 359. num. 19. et 20. Thesaur. decis. 194. num. 2. et 5.*

7 Opinio ista † pluribus probatur. Primo per textum *in l. si patroni §. final. ff. ad Trebel.* vbi in iudicio agitato contra hæredem institutum, non esse citandus substitutus, quamuis ex sententia ferenda posset lædi: & eum textum ita esse intelligendum affirmat *Bero. cons. 102. lib. 2. n. 45. in fin. & n. 46. vers. idem si contra.*

8 Secundo per textum *in l. 1. §. denuntiari, ff. de vent. inspic.* vbi I. C. pro regula firmat, pactum his tantum denunciandum, qui primum locum successionis occupant, id est primo gradu qui sunt hæredes, non autem qui sunt in
9 secundo, seu substituti. Et ratio † est, quam idem I. C. considerat *in l. filiusfam. §. Diui, ff. de legat.* 1. quia instituti, & substituti eadem, communis est fortuna, & vt est in prouerbio, versante eorum sorte in vasto litium mari, in eadem versantur naui.

10 Tertio probatur † *l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. l. Papinianus, §. si ex causa ff. de inoff. testam.* in quibus iuribus disponitur, cessante hæredis collusione, ex sententia contra hæredem lata, fieri præiudicium legatarijs, & fidei commissarijs: nec differt textus *in l. si superatus, ff. pignor.* vbi sententia lata contra hæredem, nocet legatarijs, & alijs ex eodem testamento ius habentibus.

11 Quarto eadem † opinio probatur *l. ex contractu, ff. de re iud.* vbi I. C. respondet sententiam latam contra institutum nocere substituto, etiam si is ad iudicium vocatus non fuerit: cuius textus dispositionem extendit ad sententiam latam contra vassallum, vt noceat domino, *Afflict. in cap. si vassallus. 2. si de feud. defunct. cōtr. fuer. int. domin. & agnat. nu. 8. vers. secundo.* Com-
12 probat *l. ingenuum, ff. de stat. homin.* † vbi sententia lata cum legitimo contradictore, seu qui primas, & potiores partes in iudicio sustinet, nocet omnibus, etiam non vocatis, & nescientibus causam agi, qui deinde ius suum deducere vellent. *Tiraquel. de nobilit. cap. 37. n. 4. & seq. Peregrin. cons. 83. circa lib. 3. num. 13. & seq. Mantic. decis. 350. num. 5. cum alijs cumulatis a Surd. cons. 186. nu. 7. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. num. 50. in princ.* Ideo durum, nec iniquum est, vt sententia lata contra institutum citatum, & sustinentem partes actoris, vel rei, exequutioni demandetur contra substitutum. *Ioseph. de Sesse tract. de inhibition. part. 1. §. 2. num. 28. in fin.* concludens
13 † dispositionem *d. l. ingenuum* procedere etiam in sententia iniusta; vt litium, vt ego addo, aliquando detur finis, nec vna finita, alia inchoetur cum publico incommodo, quod augetur aliis singulorum incommodis, grauitasque supplicij breuitate compensetur, vt considerat *Honded. cons. 28. lib. 1. num. 13. in fin.* Ac etiā
14 quia tempore † pendentis, & finiti iudicij, substitutus non habebat considerabile, & certum ius, cui fieret præiudicium, & exequutio non accidit, seu sequitur propter causam, sed ex illius vatura, quæ in finem faciendæ exequutionis, ab exordio iudicij collimabat, & sine qua frustra victor, & Iudex laborassent.

15 Contrarium tamen quod sententia lata † cōtra institutum, non citato vel ignorante substituto, illi minime noceat, voluit *Bart. in l. filius fam. §. Diui, ff. de legat. 1. n. 9. Ang. in l. si perlusorio, ff. de appellat. num. 2. vers. requiritur*, concludens ad effectum, vt sententia noceat alteri, saltem per edictum, seu generale proclama esse citandum, si illius persona ignorabatur, *vt post Angel. expressius voluit Alex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 17. Bald. l. 3. C. quomod. & quand. iud. num. 17. vbi ex Inn. in cap. humilis, de maior. & obed.* concludit quod licet de substantia iudicij non sit citandus nisi is, contra quem dirigitur petitio, tamen extensione præiudicij, citandi sunt omnes, quorum interest, nisi vt idem subdit *num. 18.* sint conscij litis. *Innoc. & Bald. sequuntur Roman. in l. peregre. §. quibus, ff. de acquir. poss. num. 4. & ita fuisse iudicatum à Rota refert Puteus decis. 91. vigesima tertia lib. 3. num. 2.* concludendo, ad effectum faciendæ exequutionis, & præiudicij, quod sequatur ex sententia, citandum saltem esse fideicōmissarium per proclama. *Dec. cons. 445. num. 32. & seq. relati ab Honded. cons. 28. num. 1. & à Gabriel. cons. 42. laudum, lib. 2. nu. 4. & 5.* addendo *num. 12. & 20. & seq.* ita fuisse decisum à Rota, quæ sola facit communem opinionem, & ab ista opinione non recedendum tanquam æquiore subdit *n. 22. Capic. decis. 107. num. 4.* concludens ex *Cast. in l. à Diuo Pio §. si super rebus, ff. de re iud.* exequutionem non fieri contra tertium non citatum, etiam si victor vellet probare rem spectare ad victum. *Bursat. & ab illo relati cons. 203. num. 17. & seq. sequendo Put. in relata decis. relati à Couar. pract. quæst. cap. 13. num. 6. in prin. vers. dubia tamen. Osasc. decis. 157. n. 13. in fin.*

in fin. & num. 14. Rol. à Val. conf. 92. lib. 4.
num. 15. & seq. vbi concordantes, & rationes
plures refert.

Comprobatur hæc opinio ex dictis Isern. in
cap. si vassallus in l. 2. si de feud. defunct. con-
trou. fuer. inter. domin. & agnat. num. 11. Af-
flict. num. 9. vers. sed in contrarium dum cen-
16 tuerunt † sententiam latam contra vassallum de-
functum nõ nocere agnato vocato ad feudum,
nisi sciuisset causam agitati, & admitti ignoran-
tes litem defuncto habente scientiam litis. Isern.
et Afflic. sequitur Curt. de feud. part. 7. nu. 29.
circa med. vers. ego tamen, & ita fuisse decisum
refert Osac. decis. 157. Dominus n. 6. vsq. in fin.
vers. quibus, qui vna cum Curtio respõdet obie-
ctis, relati à Conar. pract. quæst. cap. 13. n. 6.
in princ. & à Pinell. in l. 1. C. de bon. matern.
part. 3. nu. 48. in prin. et à Rol. à Val. conf. 92.
lib. 4. n. 6. 11. & seq.

Simili relato additur ratio, quod ideo talis sen-
17 tentia non debet † præiudicare substituto, quia
mortuo instituto, non capit ille prohibita alie-
nari, tanquam illius hæres, vel aliter habens
causam ab illo, sed potius à communi auctore,
cui dicitur succedere, ipseque institutus nul-
lum præbet ministerium, nisi quod illo deficien-
te, aperitur substituto succedendi aditus, qui
sibi erat præclusus, donec viuebat vel durabant
iure instituti: hinc natum axioma, quod in fidei-
18 commissis † succeditur fideicõmittenti, non autẽ
instituto, vel fideicõmisso grauato. Bart. l. si co-
gnatis 20. ff. de reb. dub. n. 3. vers. qui proximiores.
Cels. Vgo conf. 49. num. 15. & conf. 60. nu. 27.
Dec. l. si qua. C. de secund. nupt. num. 19. in
fin. Rol. à Val. conf. 100. num. 2. lib. 9. Decian.
conf. 9. vol. 2. num. 48. circa fin. & num. 66.
& conf. 28. lib. 1. num. 18. Menoc. conf. 124.
num. 1. & seq.

19 Relatã contrarietatem † conciliare sunt cona-
ti plures ex nostris, distinguendo, quod aut aga-
tur de validitate sententiæ latæ cum instituto,
aut præiudicio alterius, quod ex illa consequa-
tur; vt priori casu verum dixerint, qui tenent af-
firmatiuam, secundo autem casu vera sit nega-
tiua. Ias. in l. nequicquam. ff. de offic. proconf.
num. 36. & conf. 3. circa lib. 1. nu. 20. & ibi
addentes. Curt. iun. conf. 23. num. 8. in prin.
relati à Rolan. à Val. conf. 92. lib. 4. n. 7. Dec.
in l. in iure ciuili, ff. de reg. iur. n. 4. vers. in
quo tamen. Curt. de feud. part. 7. num. 29. vers.
ego tamen, concludendo ita esse intelligendam
regulam firmatam à glos. in l. de vnoquoque,
supra relatam. Felin. in cap. fin. de maiorit. &
obed. num. 5. sequendo Isern. Alex. & alios su-
pra relatos, tacite asserens illorum dicta ita esse
intelligenda. Capic. decis. 157. num. 9. nu. 13.
in fin. Alex. in l. sæpe 43. ff. de re iudic. in fin.
nu. 27. vers. nec huic. Relati ab Honded. conf. 28.
lib. 1. num. 35. in fin. & num. 36. aliam conci-
20 liationem † referunt, quam idem Honded. asse-
rit non esse veram, & risu dignam. Tertia desumi
potest consideratis dictis Burs. conf. 203. n. 17. an
fideicommissarius habeat ius de præsenti, vel non.

Verum quia relata concordia turbatur, si
non subuertitur, ex dictis Angel. in l. cum fi-
lius 49. ff. de verb. obligat. num. 6. in fin. dum
21 voluit † quod si actum fuit personali actione
contra Titium, quia actori obligauerit omnia
bona sua, sentẽtia declaratoria hypothecæ, & debi-
ti præiudicet possessoribus quorũcunque bono-
rum, licet non fuerint vocati; quæ comprobantur
singulari textu in l. auctore laudato. C. de eui-
ction. vbi si emptor conuentus pro re empta,
laudet auctorem, & illi intimata lite solemniter
sequatur euictio, potest emptor agere contra
fideiussorem venditoris, licèt in iudicio eui-
ctionis non fuerit citatus, vt alia omittam, quæ
referre possem ex Capic. decis. 107. num. 6. &
seq. Alex. conf. 156. stantibus lib. 1. nu. 1. &
in indiuiduo dictam distinctionem seu concor-
22 diam † reprobant Pinel. in l. 1. C. de bon. ma-
tern. part. 3. num. 49. vers. nec valet. Rimin.
iun. conf. 140. Dominus n. 13. & 14. Honded.
conf. 28. lib. 1. num. 29. & seq. & n. 36. circa
fin. eandem distinctionem limitat, & declarat
23 † dicta Innoc. relata à Bald. & glos. in dicta l.
de vnoquoque, vt dixi supra vers. contrarium.

Rigore plenam esse eam opinionem, vt saltem
fiat citatio per edictum, vt sententia noceat ha-
benti interesse post eum qui primas partes iudi-
cij sustinet, affirmauit Rota, vt refert Achil. de
Grass. decis. 8. de dolo, & contum. num. 4.
teste Puteo decis. 91. lib. 3. num. 4. Et l. ex
24 contractu † ff. de re iud. in quo præcipue fun-
datur opinio, plures habet intellectus, quos ta-
men ille non refert. Nec est verum, quod idem
subdit, vt nemo contradicat, quin saltem sit ne-
cessaria citatio per edictum: quia vt supra retuli,
plures tenent sententiam nocere non citato ha-
bente interesse, post eum qui facit partem iudi-
cij principaliter, seu vt idem Put. ibidem. nu. 3.
25 loquitur, habenti interesse secundarium. † & d.
l. ex contractu, cum reliquis supra citatis iuri-
bus pro prima opinione, declarant; & non pos-
se applicari casui nostro, & singularum legum
proprium sensum, & intellectum referendo fir-
mant Osasc. decis. 157. Dominus, num. 14. vsq.
in fin. Dec. conf. 445. n. 30. Gabriel. conf. 42.
lib. 2. num. 14. & seq. Honded. conf. 28. lib. 1.
nu. 18. & seq. & opinio Isern. & Afflic. & alio-
rum, quos supra retuli, plures habet contradi-
centes, & declarationes. Dec. conf. 445. n. 34.
Couar. pract. quæst. cap. 13. nu. 6. vers. sunt
vero: relati a Pinell. in l. 1. C de bon. mater. part. 3
num. 48. vers. sed contraria, vbi de communi,
& veriori contra Isern. Rol. à Val conf. 92. lib. 4
26 n. 19. vers. similiter, qui ideo declarat † decis.
Osasc. sequentis Iserniam, & probatur ab Hon-
ded. conf. 28. quæstio. lib. 1. n. 34. addendo n. 37.
quomodo intelligãtur decis. Achil & Putei su-
pra relatæ. Bartolus auctor secundæ opinionis
redarguitur de contrarietate, teste Ripa in l. fi-
lius fam. §. Diui ff. de legat. 1. num. 61. circa
med. quem tamen excusare conatur Rol. à Val.
conf. 92. lib. 4. n. 19. & relata distinctio, quoad
validitatem, & præiudicium substituti, deride-
tur à Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3.
n. 49. vers. id enim ridiculum, quem sequitur
Bursat. conf. 203. n. 2. circa fin. addendo n. 19.
id minime dici à glossa, relatis alijs idem sentien-
tibus,

tibus, & errasse qui aliud dixere.

Quia vtraque opinio absolute non est vera, nec penitus falsa, seu omnino reijcienda, vt omnis tollatur amaritudo, & sciatur quando adhærendum potius vni quam alteri, constituam affirmatiuam

27 regulam, † sententiam contra institutum latam nocere substituto, & contra illum exequi posse, quamuis non fuerit in forma præsentium, vel absentium citatus. *l. ex contractu, ff. de re iud. l. si patroni, § fin. ff. ad Trebel. l. 1. §. denuntiari, ff. de vent. inspic. Rimin. iun. conf.* 140. *Dominus num.* 10. *& seq. & n.* 13. *Ruin. conf.* 202. *viso lib.* 2. *n.* 15. *Pinel. in l.* 1. *C. de bonis matern. part.* 3. *num.* 49. *&* 50. *Thesaurus decis.* 194. *n.* 2. *Rol. à Val. conf.* 92. *lib.* 4. *n.* 15. *& seq. Alex. conf.* 156. *lib.* 2. *n.* 3. *Carroc. decis. penul. num.* 9. *& seq. tribus*,

28 Ampl. præsertim † vbi actum cum instituto ex cõtractu communis auctoris instituti, & substituti, iuxta singularem textum *l. ex contractu, ff. de re iud.* qui cum in indiuiduo decidat, si actũ fuit ex paterno contractu contra pupillum, substitutos illius conueniri, ex causa iudicati cum pupillo; & loquatur si actum fuit ex contractu communis auctoris instituti, misere nimis se torsere interpretes nostri, vt dixi, circa intellectum eiusdem textus, qui inductione non eget,

29 & sequendo litteram illius † plures non patitur intellectus, vt tacite innuit *Zas. singul. intellect. lib.* 2. *cap.* 16. *Glossa tenet opin. num.* 1. *in fin. & n.* 3. afferens verba dicti textus esse rotunda, id est cuicumque parum in iure versato clara, & intelligibilia, sicuti facile est cuicunque quantumuis infirmo, mouere loco, quæ sunt in orbem composita; post *Zasium* idem clarius dixit *Bero. conf.* 30. *visis, n.* 19. *& seq. & conf.* 102. *in casu lib.* 2. *num.* 46. *&* 47. *in fin.* eam afferens rationem, quia testatoris dispositio non potest tollere, vel vulnerare ius sui creditoris. *Thesaurus decis.* 194. *num. in princ.* cum *n.* 1. ampliasset etiam si distincta essent bona fideicommissi vi Statuti minori pretio. *Rol. à Val. conf.* 92. *lib.* 4. *num.* 17. *in prin. et* 20. *Hond. conf.* 28. *lib.* 1. qui late cõprobat relatum intellectum *d. l. ex contractu, n.* 19. *et* 20. *et* 25.

30 Amplia etiam vbi cum instituto actum fuit † vniuersali iudicio, vt puta super nullitate, falsitate, vel rescissione testamenti, nam cum ex sententia lata fiat seu formetur ius quoad omnes. *l. ingenuum ff. de stat. homin.* ratione indiuiduitatis, seu connexitatis iuris causati ex sententia lata super nullitate testamenti, perpetuum generatur præiudicium in substitutum etiam non citatum, *Imol. in l. sæpe ff. de iud. num.* 11. *vers. si vero. Tiraquel. tract. res inter alios acta, limit.* 8. *et limit.* 23. & in terminis nostris concludit *Honded. conf.* 28. *quæstio, lib.* 1. *num.* 14. *et* 15. motus dictis Doctorum aduersus *Bart. in l. filius familias §. Diui ff. de legat.* 1. dum volunt sententiam latam contra hæredem, tam super re prohibita alienari, quam super rescissione testamenti, nocere substituto; & clarius *Alex. in l. sæpe* 43. *ff. de re iud. nu.* 24. *et seq. et num.* 30. *vers. et idem videtur*, vbi relatis dissentientibus concludit sententiam latam super nullitate, vel falsitate testamenti, nocere legatarijs fideicommissarij, & cæteris habentibus secundarium interesse, quamuis ad illam audiendam non fuerint citati: & ante *Alex.* idem dixerant *Imol. et ab illo relati in eadem l. sæpe num.* 15. *in fin. Bald. conf.* 265. *super eo quod lib.* 5. *n.* 1. concludens sententiam latam super nullitate testamenti præiudicare fideicommissario, & substituto non citatis, quem sequitur *Tusc. conclus.* 174. *senten-*

31 *tia, n.* 21. 25. & ratio est, quia † sententia lata super declaratione actus inualidi, seu non iuris alterius, facit ius quoad omnes. *Rom. conf.* 437. *quoad articulum num.* 11. *in fin. Bero conf.* 102. *in casu lib.* 2. *num.* 46. *vers. aut agitur, et vers. idem si contra, et num.* 47. *Gabriel. conf.* 42. *laudum, vol.* 2. *num.* 6. concludens si actum fuit cum instituto, vt testamentum rescindatur, vel inualidum, vel falsum declaretur, & tota hæreditas auoceıur, sententiam nocere fideicommissario, legatarijs etiam non citatis.

32 Ampl. etiam vbi cum † instituto actum fuit rei vendicatione, aduersus aliqua bona relicta à testatore cõmuni auctore instituti, & substituti. *Honded. conf.* 28. *quæst. lib.* 1. *num.* 4. *circa fin. et num.* 17. *in fin.* concludens quod quia principaliter agitur de interesse instituti, & minus læditur substitutus, quam institutus, sententia lata cum instituto super aliquibus rebus, quæ asserebantur subiecta fideicommisso, præiudicat substituto, & contra illum exequi potest, quamuis non fuerit ad sententiam citatus, quia id accidit, seu consequitur ex natura causæ.

33 Ampl. etiam vbi cum † instituto actum fuit possessorio remedio recuperandæ, quia communis auctor instituti, & substituti actorem illum spoliasset. *Honded. conf.* 28. *quæst. lib.* 1. *nu.* 37. *in fin.*

34 Ampl. non solum vbi sententia lata fuit † super fideicommisso subiectis, sed etiam vbi cum hærede actum fuit super onere aliquo hæreditario, seu praestando ab hærede. *Honded. conf.* 28. *quæst. lib.* 1. *n.* 25.

35 Ampl. etiam in sententia arbitri iuris, † id est qui vi Statuti fuit electus, vt post *Angel. Imol. Bart. et alios firmat Angel. Aret. in §. restituta, inst. de fideicom. hæred. num.* 2. *et seq. quem refert, et sequitur Honded. conf.* 28. *quæst. lib.* 1. *nu.* 6. *et seq. vers. his tamen, et n.* 26. & ratio est, vt dixi *de differentijs verb. iuris, §. arbiter iuris*, quia genus istud arbitrij nõ differt à sententia Iudicis: nam coram arbitro iuris eodem modo procedendum, quo coram Iudice, & dicitur potius Iudex quam arbiter. *Menoc. de arbitr. Iud. quæst.* 2. *n.* 18. *et seq.*

36 Ampl. etiam in substituto, † in Principatu seu Regno vi consilij *Oldrad. conf.* 44. *vel final. quem sequuntur Rol. à Val. et ab illo relati conf.* 92. *lib.* 4. *n.* 18.

37 Ampl. præsertim vbi substitutus, † & quiuis alius qui habeat ius in spe, fuit citatus per proclama, *Puteus decis.* 91. *lib.* 3. *n.* 2. *et seq.*

38 Ampl. etiam si substitutus non habuit scientiam † litis agitatæ cum hærede, *l. si superatus, ff. de pignorib. per quem textũ ita firmat Alex. in l. sæpe ff. de re iud. n.* 82. *vers. Bene tene.* quẽ sequuti

secuti sunt *Bero. conf.* 102. *lib.*2.*n.*43.*circa med. Honded. conf.*28. *quaest. lib.*1.*n.*27.*&* 28, vbi alios consentientes refert, limitando vbi sen-
39 tentia † esset prolata cum alio non successore vniuersali, referente *Bero. d.conf.*102.*num.*41. *& seq. & num.*46. *vers. ratio diuersitatis*, rationem diuersitatis, quare potius in vno quam alio requiratur scientia, quae, qualis, & quo tempore esse debeat tradunt *Alex.d.l.saepe.num.*82. *et seq. et Bero.d.conf.*102.*nu.*49.*et seq.*

40 Amplia, vt lata contra primum † substitutum noceat secundo, & vlteriori substituto. *Rolan. a Val. conf.*92.*lib.*4. *num.*19.*vbi reprobat Soc iun.tenentem contrarium.*

41 Amplia, siue quis sit substitutus † pupillariter, siue vulgariter, siue per fideicommissum: *l.ex contractu.ff.de re iud.Gabriel.conf.*42.*lib.*2.*n.*16. *& seq. et* 20.

42 Amplia praesertim, vbi sententia lata † contra institutum, fuit ipsi substituto intimata, nam & exequi potest: & contra illum transit in iudicatum, si non appellat. *Curt. iun. conf.*23.*n.*8. *vers. et ideo.*

43 Ampl. etiam si substitutus non esset natus † tempore sententiae, *Pincll. in l.*1.*C. de bon. matern.part.*3.*n.* 49. *vers.ex quibus.*

44 Ampl. praesertim vbi factus conscius † sententiae latae, non appellauit infra legitimum tépus, *Roland.à Val.conf.*92. *sententiam.lib.*4. *n.* 21. vbi plures concordantes refert, *Bero. conf.* 30.*n.*21. *et* 63. *lib.*1.

45 Limit. vbi sententia lata fuit † in contumaciã haeredis instituti.*Bart.in l.cum filius ff. de verb. obligat. in fin. vers. quarto contingit. Corn. conf.*147. *num.*8. *lib.*2.*Butr.in cap.penul. de re iudic. in fin.et conf.*5. *n.*2.*Rom. conf.*329. *praesens,num* 10.*et seq.* vbi ampliat etiam quod producta essent iura. *Alex. conf.*84.*lib.*3.*n.*4. *vers. tamen in. Bart. quaest.*3.*in fin. vers.circa quartum. Imol. in l.sape. ff.de re iud.num.*15.*in fin. et Alex.num.*78. *et seq. Tiraquel. tract. de No-*
46 *bilit. cap.*37.*num.*12.ampliando † etiam vbi lata fuit in absentem, eam afferens rationem, quia isto casu sententia potius praesumitur lata in contumaciam victi, quam ex defectu iuris illius:
47 † & pro regula constitui, vt sententia lata in contumaciam citati, alteri non noceat, vbi cessante contumacia noceret, vt late prosequutus est *Tuscus conclus.* 124. *sententia. tom.*7.*Honded. conf.*28.*lib.*1. *num.*45. sublimitat, si contumax fuit haeres in faciendis probationibus, vel allegatione iurium.

Sublimita, vbi sententia lata fuit in contuma-
48 ciam † ob impotentiam instituti, iuxta notabilem dict. *Thesaur.* 194. *Martinus*, vbi facta satisfactio legatario pecuniarũ ex bonis stabilibus, cum tertia parte pluris ob impotentiam haeredis non soluentis in pecunia, substitutus non repetit illud tertium datum in stabilibus legatario non satisfacto in pecunia.

Limit. vbi sententia lata fuit de consensu,
49 † seu confessione haeredis, vel illo renunciante defensionibus. *l.si te.C.de ingen.manumis.l.diui fratres. §.*1.*ff.de liberal.caus. Bal.l.*2. *C. quib. res iud. non noceat. num.*6. afferens textum *d. l.*2. esse notandum: & rationé esse, quia talis re-
50 nunciatio aequiparatur transactioni † quae facta ab haerede non nocet substituto. *Dec.conf.*445. *in casu, num.*37. *Pinel. in l.*1. *C. de bon. mat. part.*3.*num.*49. *vers.videtur igitur, & vers.infertur*, quod primogenitus renuntians tertio-
51 genito †, vocato post mortem primogeniti non nocet secundo genito, idem confirmans *n.*50. *in princ. vers. tunc enim sententia, & vers. nona.*

Obstant tamen dicta *Afflicti in cap si vassallus.*3.*si de feud.fuer.controuers. int. domin. n.*9.
52 *in princ.* dum voluit vassallum † litigantem posse confiteri bonum ius aduersarij, expresse, vel tacite non appellando.

53 Limita, vbi sententia † lata fuit per collusioné factam cum haerede instituto. *Imol. in l. saepe. ff. de re iud.num.*15.*in fin.l.*1. *& toto fere titulo. ff.de collusion. detegend. l.*1.*C.eod.l.*3. *ff. de praeuaric l.si periusorio. in fin. ff. de appellat. Tiraquel.de nobilit.cap.*37.*num.*3.*Bart.l.filiusfam.§. diui ff. de legat.*1. *num.*9. *& Ripa.n.*59. *circa med. Honded. consil.*28. *lib.*1. *num.* 45. *in princ.*

54 Limita, vbi tempore iudicij † vel sententiae, latae ius quaesitum erat in re ipsi substituto, vel legatario, *argum.* eorum, quę à cõtrario sensu eliciuntur ex dictis *Alex.in l.saepe.ff.de re iud.n.*27. *circa med.* & hoc sensu procedunt *decisiones Putei et Achil.de Graf.* quas aduersus nostrã regulam afferebam, sicuti & caetera Doctorum dicta ibidem relata, & idem etiam videtur dixisse *Honded.conf.*28.*num.*37.*lib.*1. dum easdem decisiones declarando, vult illas esse veras, & intelligi vbi tempore exequutionis faciendae, substitutus, vel legatarius erat in possessione rei sibi legatae, vel per fideicommissum relictae, quia ex possessione arguitur dominium, seu ius reale possidentis, quo ad rem possessam. *Bart.& reliqui in l.à Diuo Pio. §.si super rebus. ff. de re iud.*

Limita, vbi sententia lata fuit transactione
55 † contendentium. *Pincl. in l.*1. *part.*3. *C. de bonis matern. num.*50. *vers. octaua limitatio.* sublimitando, si transactio fuerit à Principe confirmata.

56 Limita, vbi sententia lata fuit † in haeredem, ipsius culpa, seu negligentia, quia non se defendit, vel non fuit a procuratore defensus, vel male tutatus est iura sua. *Cuman. in l. ex contractu. ff. de re iudic.in fin. Zas. singul. intellect. lib.*2. *cap.* 16. *glosa tenet. numer.* 1. *in fin. & num.*5. eam afferens rationem, quia paria sunt non se defendere, & male se defendere, sicuti non differunt male, & perperam face-
57 re † & non facere, l. *quamuis. §. si conuenerit. ff. ad Vellcian. l. si quis mihi bona. §.iussum, & ibi Ias. ff. de acquirend. haered. Pincl.in l.*1.*C.de bon.mater.par.*3.*num.*49.*vers.videtur igitur, & num.*50.*vers. limit tertio*, concludendo idem dici si haeres non appellasit, *& limita quarto. Tuscus conclus.* 174. *sententia. num.*34. *tom*7. *Gabriel.conf.* 42. *lib.*2. *n.*5. *&* 41, idem repetens vbi haeres fuit negligens in defensa, non faciendo quidquid poterat, & nihil omis-

omisit, quo posset se defendere. & faciunt, quæ dicuntur ad excusandum venditorem ab euictione *a Surd.consl.359.num.23*.

58 Limita e contra, † videlicet, vt sententia lata cum fideicommissario non noceat, seu minime exequi possit contra institutum hæredem non citatum. *Bald.cons.334.præmittendum. lib.2.num.4. et cons.265. num.1.vers.secus autem.lib.5.refert, et sequitur Tuscus concl.174. sententia. num.29.*

59 Limita, vbi sententia † est erronea. *Gabriel. cons.42.lib.2.num.37.39. et seq.*

60 Limita, vbi sententia continet † præiudiciū, quod non potest reparari per appellationē, quā non prohibetur substitutus interponere, etiam quod transisset in iudicatum, *Ripa in l.filiusfam. §.diui. ff. de legat.1.num.62. et seq. Gabriel. cons.42.lib.2.num.23. et seq. et 32.* vbi declarat

61 dicta † *Ripa*, cuius opinionem deinde *n.42. approbat. Fel. in cap. exhibita. de iudic. num.1, vers. limita. Honded. cons.28. lib.1. num.39. et seq. & num.44.et 46.* declarat dicta *Ripa* supra relata.

Limita, vbi sententia lata in hæredem est in-

62 iusta, † & illius iniquitas detegitur exactis, vel in continenti probari potest, vt concludit *Gabriel. cons.42.lib.2.n.37. et seq. relato Dec. cons.445. num.31.et in l.2. C.de edend.num.47. et in cap. ex parte, de offic. delegat. n.6.Honded. cons.28. lib.1.num.45. circa fin. et num.48.* ampliando præsertim si de iniustitia constet ex eisdem actis, dum prius *num.47.* sublimitasset, si substitutus non appellauit a die habitæ notitiæ sententiæ, quæ esset appellabilis. idem dixerat *Rol. à Vall.*

63 *cons.92. lib.4.num.21.* addendo etiam † quod latæ essent tres conformes, & appellari tanquam in prima à die habitæ notitiæ, & quod caute ageret substitutus, si iuraret prius non habuisse notitiam sententiæ, a qua appellat.

Limita, vbi sententia lata est cum vno ex hæ-

64 redibus, † alijs non citatis ad causam. *Bal. in l.2. C.quib. res iud. non nocet.num.6.* quem refert, & sequitur alijs additis idem sentientibus, *Tiraquel. de Nobilit.cap.37. num.7.* licet secus dicendū esset quoad præiudicium cohæredum. *Cefal.cons.317. num.61.& seq.*

65 Limita, vbi sententia † lata fuit dolo. *Pinel. in l.1. C. de bonis matern.num.50. vers. limita quarto.*

66 Limita quoad fideicommissarios † habentes ius de præsenti, nisi fuerint citati, saltem generaliter per proclama. *Bursat.cons.203. num.17.* addendo idem dici de sententia lata contra proprietarium, quæ non nocet vsufructuario non citato.

67 Limita, vbi non impugnatur † testamentum tanquam inualidum, quia saltem per edictum erat citandus substitutus. *Gabriel.cons.42.lib.2. num.11.*

68 Limita, vbi sententia est aliquo modo † nulla, & inualida. *Pinel. in l.1. C.de bonis mtern. part.2.num.50.vers.limit.sexto.*

69 Limita, vbi sententia lata fuit † ex probationibus priuilegiatis, vt puta per iuramentum litis decisiuum, vel suppletorium. *Pinel. in l.1, C.de bon.matern. part.3. num.50. vers.septima limitatio*, vbi late prosequitur, & comprobat.

§. IV.

SVMMARIVM.

Fideiussor nō conuenitur nisi excusso principali. 1. *Limit.* 2.

Clausula principaliter, & in solidum posita in obligatione fideiussoris facit illum reum debendi. 2.

Debitor principalis quomodo probetur non soluendo. 3.

Substantia contractus non mutatur ex accidente illi addito. 4.

Sententia lata contra principalem debitorem non nocet fideiussori contractus non citato. 5. *amp.*7.

Contrarium. 8.9. *Concorda.* 10.11.12.14.

Angel
Socin.) *declarantur.* 13.

Sententia lata contra principalem debitorem non potest exequi sine nouo processu, contra fideiussorem contractus. 15.21. *& quare.* 20. *ampl.*16.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.

*Limit.*34.35.36.37.38.

Exequutione facta contra principalem, an fieri possit contra fideiussorem. 39.

Sententia lata contra principalem an exequi possit contra fideiussorem iudicio sisti. 40.

Oldrad.
Guid. Pap.) *reprobantur.* 17.18.

Doctori sibi contrario non standum. 18. *Limit.* 19.

Oldradi scripta plura iuste periere. 18.

Fideiussor contractus quis dicatur. 21.

Contra fideiussorem an exequutio fieri possit etiam vbi facta fuit contra principalem. 29.

Fideiussor iudicio sisti an conueniatur ex sententia lata contra principalem. 40.

QVartus dari potest casus in fideiussore: & dubitando an sententia lata contra principalem debitorem, possit exequi contra illius fideiussorem; licet inspecto nouissimo iure, quæstio videatur de indubitabili, & frustra in illius discussione occupari membranas, cum fuerit à Iustiniano sancitum, fideiussorem non conueniendum, nisi excusso priùs debitore, cu-

1 ius causa præstita fuit fideiussio, † *auth.præsente. C. de fideius.* Attamen quia is textus plures patitur limitationes, vt retuli *in meis Collectaneis ad d.auth.præsente*, & formula notariorum obligandi fideiussores principaliter, & in solidum,

2 † per quam debitor, & fideiussor constituuntur duo rei debendi seu soluendi, iuxta *glos. in §.1. verb. fideiussorem, auth. de fideius. Imol. in cap.2.de fideius.n.10.& seq. Thesaur.decis.166. Auffrer.ad Capel.Tholos.decis.80.Fanut.tract. de moment temporis. cap.21. num.18.* effecit dispositionem dicti textus inutilem, cum pauci sint fideiussores, qui sæpe cum notario ignoran-

tes

tes vim dictæ formulæ, non capiantur, tanquam pisces hamo, vt est in prouerbio, clausula, obligantes se principaliter, & in solidum.

Quia tamen idem Imperator in *d. auth.* non expressit, an in conueniendo fideiussore, postquam excussus fuit debitor, cuius causa fideiussor se obligauerat, opus sit nouo processu, vel sat sit docuisse debitorem excussum non esse sol-
3 uendo: quod quomodo † probetur, videndi sunt *Io. Imol. in l. decem. ff. de verb. oblig. n.* 4. *Alex. num.* 16. *Marsil. in rub. de fideiuss. n.* 22. *& 26. Ias.* §. *item si quis in fraudem, Instit. de action. num.* 86. *Mascard. de probation. conclus.* 521. remittendo me ad *Ant. Hering. in suo eleganti, & methodico tract. de fideiussor. cap.* 4. *num.* 8. *& seq.* an iure nostro dentur plures fideiussorum species, vel an vna sit tantum, quæ ex accidente illi addito, qualificatum nomen sumat, remanente tamen eadem fideiussionis substantia, &
4 identitate actus fideiubendi, quæ † ex circumstantijs nullatenus mutari possunt. *l. naturale.* §. *apum. ff. de rerum diuis. l. fin. ff. de fund. instruct. Ioan. Bapt. Aym. tract. de alluuion. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 41.

Ideo consideratis accidentibus, & circumstantijs, quarum causa quis accedit alterius obligationi, seu facit se expromissorem alieni facti, indagabo primum, quid dicendum de fideiussore contractus: secundo, quid de fideiussore iudicij, *in* §. *seq.*

Quoad primum resolutionem illius facit difficilem Doctorum contrarietas, an sententia lata contra principalem debitorem noceat fideiussori
5 non citato † Negatiuam namque tenent *glos. in l. eum miles,* §. 1. *ff. ex quib. caus. maior.* quam glossam videtur sequi *Bart.* dum dixit illam tenendam menti, *in l. decem.* 116. *ff. de verb. oblig. num.* 4. *circa med.* addendo, *Iacobum de Arena idem censuisse, arg. l.* 2. *C. si propt. pub. & l. magis puto.* §. *nec passim. ff. de reb. eorum.* idem alijs in locis voluit *Bart. teste Alex. in l. sæpe. ff. de re iudicat. num.* 17. *in fin.* & *in l. decem.* 116. *ff. de verb. obligat. num.* 20. dum numero antecedenti retulisset contrarium tenentes, concludit
6 requiri citationem, non obstante † distinctione *Angeli,* & aliorum, qua cócordari videtur hæc opinio cum subsequenti. *Gabriel. consil.* 43. *eiusdem, lib.* 1. *num.* 34. vbi de communi, quod non noceat nisi quoad quale quale præiudicium. *Gerard. Mazol. consil.* 51. *num.* 1. *et seq.* ampliando
7 præsertim † si sententia fuit lata in contumaciã principalis debitoris. post *glos. supra relatam idem censuit Spec. de exequut. sentent.* §. *sequitur. num.* 10. *in fin.* concludens non praiudicare, & nouo opus esse processu, si ille conueniatur, tacite innuens nec acta cum principali probare conta fideiussoré, vt late tradit *Siluan. consil.* 84. *num.* 2.

8 Affirmatiuam vero amplexus † est *Angel. sequendo glos. ibidem in l. in cognitione ff. ad Sylanian. num.* 2. concludendo sententiam latam contra vnum, quem negocium principaliter tãgit, in necessariam consequentiam præiudicare ei, quem negocium tangit accessorie, quamuis non fuerit citatus, nec requisitus in processu, & ideo nocere fideiussoribus, & mandatoribus, excepto quod via exequutiua eum illis minime agi possit, nisi essent fideiussores iudicatum solui. Ab *Angelo* nõ dissentit illius frater *Baldus in l. C. de conueniend. fisci debit. num.* 13. *& in l. is apud quem. C. de edend. col. fin.* dum voluit ex processu inquisitionis probari damnum, seu interesse partis, quæ non interfuit causæ, vt alia omittam quæ ad probandam hanc opinionem refert *Marsil. de fideiussorib. n.* 348. *in fin. relati à Roncbegal. in l. ex duobus reis stipulandi. ff. de duob. reis, num.* 30. qui præterea addit ar-
9 gumenta, † quibus illi suam tueantur opinionem *Alex. cons.* 156. *lib.* 2. *num.* 6. addendo nocere fideiussori, & cuicunque mandatori non citato, *& in l. cum filius.* 49. *ff. de verb. oblig n.* 9. vbi limitando regulam in contrarium firmatam, concludit nocere sententiam fideiussori iudicatum solui, *Socin. consil.* 283. *lib.* 2. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. *Fel. cap. quamuis, de re iud. num.* 15. *in fin.*

10 Contrarietas relata cessat facta distinctione, † an sententia lata cótra principalem debitorem tendat ad canonizandam illius obligationem, quam ille pretendebat exceptione aliqua elidere: & tunc vera prior opinio, quod licet citatus non fuerit fideiussor, illi noceat sententia lata contra principalem. Et ratio est, quia isto casu sententia principaliter tendit in præiudicium eius, in quem fuit prolata, licet in consequentiam quandam, & necessariam, præparetur exceptio contra tertium, non ideo est ille citandus; cum ad illum non spectet defensio causæ, & tamen nocebit illi sententia. Exemplum etiam esse posset, si agam contra Titium, quia mihi obligauerit omnia bona sua, & sim victor, sententia lata in hypothecaria, nocebit
11 possessoribus, quamuis non citatis. † Si vero sententia principaliter tendit in præiudicium tertij, tunc non nocet, si is tertius non fuit citatus: & ita procedet secunda opinio. Exẽplum esse posset in iudicio excussionis, quo finito deuenitur ad capturam possessores pignorum, vel conuenitur fideiussor, iuxta *d. auth. præsente* vt distinguit *Angel. in leg. cum filius* 49. *ff. de verb. obligat. num.* 6. reprobato *Bartolo*, qui ibidem vult primam opinionem esse veram, si agatur de publica vtilitate, vel Bursa fiscali seu
12 Principis, vt pariter † distinxere *Socin. consil.* 283. *lib.* 2. *num.* 14. *Natta cons.* 540. *ex pluribus num.* 28. *Rolan. à Val. consil.* 29. *Quia decreto. lib.* 3. *num.* 22. limitando, si sententia lata fuisset in contumaciam, sicuti dixerat *Gozad. consil.* 31. *num.* 10. distinctionem tamen *Angel.*
13 *&* † *Socin.* declarat *Bursat. consil.* 303. *nu.* 27. *Angel.* distinctionem sequitur *ibidem Io. Imol. num.* 6. relatis de verbo ad verbum illius dictis, licet conetur probare dicta Innocentij officere opinioni *Bartoli, vt idem Angel.* voluit, idem repetendo *in lege decem ff. eod. num.* 6. *post med.*
14 *Ruin cons.* 140. *lib.* 1. *num.* 9. Aliam † conciliationem excogitarunt *Bald. in l.* 1. *C. de conuenien. fisci debit lib.* 7. *numer.* 12. *& in* §. *fin. Instit. de fideiuss. num.* 4. *& tribus seq. Natta consil.* 345. *num. num.* 2. *vers. contraria. Surd.*

cons.

14 cons.405. num.4. Siluan.cons.84.n.2. Aliter †
conciliari potest, videlicet, An fideiussor sci-
uerit, vel ignorauerit sententiam latam in prin-
cipalem, vt priori casu noceat, secundo secus.
Card. Tuscus concl. 174. sententia. nu.27.

Dato itaque casu, quo sententia noceat fide-
iussori contractus, an sententia lata contra de-
bitorem principalem, possit exequi contra il-
lius expromissorem, quamuis inhærendo gene-
ralibus verbis glos. in l. fin. verb. personaue, C.
de vsur. rei iudicat. dicendum videatur, id li-
cere, & sine nouo processu; communis tamen
15 † & recepta est opinio negatiua, quæ probatur
lege, & authoritate interpretum, qui illam sunt
amplexi. Ad probandam itaque hanc senten-
tiam afferuntur plura iura; nempe l. grege. §. si cũ
defendere. ff. de pignor. vbi Bald in fin. per eum
textum ita notat. l. à sententia in prin ff de ap-
pellat. l. præsenti. §. adijcientes, C. de ijs qui ad
Eccles. confug. l. duobus. §. igitur si quis iu-
rauerit. ff. de iureiuran. vbi Bald. notat.

Per quæ iura ita firmant Old. Spec. Ioan. And.
Cyn. Gul. de Cun. & alij relati à Bart. in l. 1. ff. iud.
sol. n. 1. vers. hoc tenet. vbi illos sequendo con-
cludit, sine nouo processu non fieri exequutio-
nem contra fideiussorem contractus. Angel. in
l. in cognitione. ff ad Syllanian. Cast. in d. l. 1.
num.3. Bald. in §. fin inst. de satisdat. num.3. &
in l. fin. § fin. C. de vsur. rei iud num.1. in fin.
Alberic. in l. 2. §. fin. ff. qui satisdar. cogant. n.6.
Imol. testans de communi in cap. peruenit. de
fideius. col.3. Aretin. cons.78. num.1. Ancaran.
consil.35. apud, numer. 2. Angel. in l. cum fi-
lius 49. numer. 6. & in l. decem. 116. ff. de verb.
oblig. num.6. post med. & ibi Ioan. Imol. num.6.
But. in cap.2. de fideius. num.15. vers. an autem
sententia. Dec. cons.400. num.10. Ioan. Imol.
cap.2. de fideius. num.22. circa med vers. sed vbi
Angel. in l. 1. ff iud. solui. num.20. Alex. cons.131.
in causa. num.7. & cons. 156. stantibus, n.6.
lib.2. Natta cons. 345. Constantinus, num.1.
concludens, cum fideiussore contractus agendũ
esse iudicio ordinario, & opus esse nouo processu.
Fran. Marc. decis.1057. n.7. & 10. addendo ta-
16 lem fideiussorem † conueniendum esse in suo
foro. Mysing. obser.96. elegans. cent.4. vbi de
communi. Guid. Pap. decis.26. fuit in princ. re-
lato Bart. & illius auctoribus, in l 1. ff. iudic. sol.
cum Oldrad. quem refert aliud voluisse. Ronche-
gal. in l. ex duobus reis stipulandi, ff. de duob. reis,
n.3. vers. cæterum. Ripa in l.2. C. de edend. n.34.
vbi de communi. Siluan. cons.84. nu.1. Bertazol.
de clausulis. glos. final. num.1. Gabriel. cons.43.
eiusdem, lib.1. num.33. in fin. Baiardus ad Clar.
in praxi. crimin. §. fin. quæst.95. num.4. Marsil.
rub. de fideius. num.349. Surd. consil.396. occa-
sione, num.38. in fin. & num.39. vbi plures ad-
dit. Ruin. cons.140. num.9. vel. 1. Surd. cons.271.
num.39. in princ. Cardin. Tuscus conclus. 174.
num.81. & conclus.176. num.36. & seq. senten-
tia. Ioan. Bapt. Asin. in prax. §.31. cap 2. am-
pliat.22. num.2. vbi plures ex supra relatis con-
gerit, sicuti & Anton. Hering. tract. de fideius.
cap.27 part.5. num.35. & præcipue plures deci-
siones supremorum tribunalium Italiæ, & Ger-
maniæ. Surd. cons.405. num.5. Ancar. Regiens.
quæst 19. lib.2. num.1. Socin. sen. cons.183. lib.2.
num.14. circa fin. vers. item nec simus. Caroc.
decis penul num.12. testans de communi. Carpan.
ad Stat Mediolan. cap 72. num. 12. Papiens. in
form. libel exequut. sentent. §. sapiens. nu. 27.
& ibi addentes. Tiraquel. tract. res inter alios
acta. vers. & id quidem el 2. in fin. Coler. de pro-
ces part.2. cap.2. n.7. vbi de communi omnium
Doctorum sententia testatur, sequendo Rebuf.
de litter. oblig. artic.6. glos.3. num.7 Viuius de-
cis.210. nu 7. Trentacinq. var. resol lib.2. de ex-
pens. resolut.3. num.2. Serafin. decis.1477. n.4.
& seq.

Rationes præterea ad probandam hanc opi-
nionem referri possunt; sed quia id esset longum,
& superfluum, vbi habemus textum comproba-
tum auctoritate tot interpretum, qui non inci-
denter, sed ex professo illam sunt amplexi, &
testantur illam esse communem, & vt ego addo,
17 sit communissima, habeatque tantum † contra-
dicentes Odradum. in l fin. §. adijcientes, C. de
ijs qui ad Eccles. confug. & Guid. Pap. cons.212.
num.4. quia tamen idem Guid. Papa aliud iudi-
cando censuit, vt retulit decis. 26. & innititur
auctoritati Oldradi, non est curandum, quid il-
li dixerint, cum vna hirundo non faciat ver; Ol-
18 dradique † scripta plura, iusta de causa perie-
runt, vel neglecta fuere, teste Ioan. Ficard. in
vitis Iurisconsultorum: & Doctori in eidem
sibi contrario non sit adhærendum. Surd. cons.
173. causa, num.90. vel adhærendum ijs, quæ
dixit examinando controuersum articulum.
Paris. cons.91. num. lib.3. Gomes. §. omnium,
inst. de action. num.29. vel vbi fuit contrarius le-
gendo, consulendo, vel iudicando, omisso quid
19 lucri, † vel amici causa scripsit, sequi debemus
quæ scholaribus tradidit, & ante omnia quæ iu-
dicauit. Purpurat cons.1. lib.1. num.6. Decian.
cons.5. lib.1. num.89. Cardin. Mantic. decis.1.
num.22. & seq. Qui tamen scire vellet rationes,
20 quibus ista firmetur † opinio, videat Bursat.
cons.203. num.8. & seq. plurib. & præcipue n.2.
refert, rationem differentiæ, quia aliud dicitur
in fideiussore iudicij. Surd. cons.271. num.38.
& seq. & cons.396. num.38. & seq. Viuius
decis.210. num.3.

Interim tamen, ne laboremus in æquiuoco,
vel procedamus per ignota, notandum est illum
21 dici fideiussorem † contractus, qui extra iudiciũ
se obligauit. Specul. de exequut. sent. §. sequitur.
n.10. in fin Bal. in l.3. §. fin. C. de vsur. rei iud.
num.1. in fin. Bart. l. si sue. §.1. ff. rem. rat. haber.
num 15. Bero. cons.206. lib.3. num.30. conclu-
dens fideiussorem obligatum per instrumentum
de soluendo iudicatum occasione pacis ruptæ, nõ
pati exequutionem sententiæ latæ in eum, qui
pacem fregit, sine nouo processu, etiam quod
notarius rogatus de fideiussione esset actuarius
causæ fractæ pacis, quia est fideiussor contractus.
Surd. cons.271. n.36. et seq. plurib. vers. secun-
do, et præcipue num.43. et seq. idem repetens,
cons.396. num.39. concludendo, si quis fideius-
sit extra iudicium, quod sententia non mittitur
exequutioni contra fideiussorem, sine nouo pro-
cessu,

cessu, & omnes ita tenere: quia est fideiussor contractus. *Imol. in cap. 2. de fideius. nu. 22. vers. sed vbi esset fideiussor.* addendo id firmari *a gloss. in cap. 1. de iniur. in sext.* quam probat *Butr. d. cap. 1. num. 15. vers. an autem sententia. Baiard. ad Clar. in prax. §. fin. quaest. 95. n. 4. Gabriel. cons. 43. lib. 1. n. 32.* concludens promittentem soluere iudicatum, dici fideiussorem contractus, quamuis se obligauerit in forma depositi, si tamen obligatio fiat extra iudicium; idem repetens *num. 35. in fin. Ancar. cons. 35. n. 1. in fin. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de expens. resolut. 3. n. 2.*

22 Regula itaque sit, quod minime † exequi possit sententia lata contra principalem debitorem sine nouo processu contra fideiussorem contractus. *Cancer. var. resolut. lib. 1. de sentent. & earum exequut. numer. 301. Bart. l. 1. ff. iud. sol. Serafin. decis. 1477. numer. 4. Alberic. l. fin. C. de vsur. rei iudic. n. 3. in prin. Scaccia de appell. quaest. 17. limit. 6. memb. 6. n. 113.*

23 Ampl. etiam in fideiussore rem † ratam haberi. *Bart. in l. si sine 22. §. 1. ff. rem ratam haber. numer. 15.*

24 Ampl. etiam in fideiussore de iudicatum soluendo † *Angel. in l. 1. ff. iudic. sol. numer. 4. Ruin. cons. 98. quaeritur vtrum lib. 5. num. 4. vers. secundo*, vbi addit procedere etiam si fideiussio sit facta coram Iudice, sed extra iudicium. *Bero. cons. 206. lib. 3. n. 30.* vbi refert id fuisse dictum *à Baldo ad Specul. Baiard. ad Clar. §. fin. quaest. 95. num. 4. sequendo Beroii d. cons. 206. n. 30. relati à Bart. in l. 1. ff. iud. solui num. 2. relati à Bald. in §. fin. inst. de satisdat. num. 5. Angel. in l. 1. ff. iud. solui n. 4. Gabriel. cons. 43. vol. 1. n. 32. & seq.* concludens quod promittens soluere iudicatum sit fideiussor contractus; nec exequutiue eum illo agi posse, sed ordinarie, & opus esse noua sententia.

Contrarium tenent *Alberic. in l. 2. ff. qui satisdar. cogant. n. 5. vers. aut loquimur. Angel. in l. in cognitione ff. ad Syllanian. nu. 2. in fin. quem sequitur Alex. in cons. 156. instantibus lib. 2. n. 6.* asserens de ista opinione esse textum *in l. auctore laudato, C. de euiction. Clar. in prax. §. fin. quaest. 95. vers. & sciat. Marant. in prax. part. 6. §. recte concipiatur citatio nu. 32. relati à Bart. in l. 1. ff. iud. solui num. 2. relati ab Angel. in l. 1. ff. iud. solui n. 3. Alex. cons. 156. lib. 2. n. 6. Cagnol. in l. nullum crimen, §. nem?, ff. de reg. iur. n. 2. Cartar. decis. 119. n. 2.*

25 Verum à relatis pro extensione † regulae non est recedendu, quia qui contrariu, volunt, intelligendi sunt de fideiussore iudicij, & obligato penes acta, vt loquuntur Doctores Regnicolae, vt conciliando hanc contrarietatem voluere *Trentacinq. variat. resolut. lib. 2. de expensis resolut. 3. num. 2. Viuius decis. 210. n. 3. Marsil. de fideius. n. 348. & 349. & idem dixerat Baiard ad Clar. §. fin. quaest. 95. num. 4.* & ante illos idem dixerat *Bart. in l. 1. ff. iudic. solui n. 2. vers. quid dicemus, & Bald. in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. num. 1. circa fin. & nu. 5. circa med. vers. nimirum, & in §. fin. inst. de satisdat. num. 4. vers. Odofred. aliam refert conciliationem, & num. 7. in fin.* aliam refert considerando verba, quibus est obligatus fideiussor, quam latius prosequitur *Aret. §. fin. inst. de satisdat. n. 2. & 3.* quam impugnat *Angel. in l. 1. ff. iud. solui nu. 5. & Socin. cons. 283. num. 13. in fin. & n. 14.*

26 Amplia etiam in sententia † lata ab arbitro, electo praesente fideiussore. *Dec. cons. 400. viso eleganti nu. 10. addentes ad Guid. Pap. decis. 26.*

27 Ampl. etiam si fideiussio esset † praestita ad fauorem pupilli, vt puta pro tutore. *Natt. cons. 345. n. 1. Siluan. cons. 84. num. 1.*

28 Ampl. in quocunque † qui fecit se consortem litis, etiam si promitteret tanquam principalis correus debendi iudicatum solui. *Bald. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. n. 2. vers. quod dixi.*

29 Ampl. etiam in fideiussore † rem ratam haberi. *Bart. l. si sine §. 1. ff. rem ratam haber n. 15. Asinius in prax. n. 31. ampliat. 22. vers. ampliatur etiam, & n. 11.*

30 Ampl. praesertim opponendo † vt prius excutiatur principalis debitor, nam ante factam excussionem, nullatenus conueniri potest, vt pluribus congestis concludit *Bursat. cons. 203. num. 26. vers. namque fateor. & nu. 30.* addit etiam quod fideiussio esset praestita ad fauorem Principis, quae tamen exceptio cessat multis casibus relatis *à Grato cons. 87. lib. 1. nu. 22. & seq. Asin. in prax. §. 31. cap. 2 ampl. 22. vers. ampliatur etiam, & alijs congestis in meis Collectaneis ad auth. praesente, C. de fideiussorib.*

31 Ampl. etiam si fideiussio † esset facta de soluendo iudicatum, vt pluribus probat *Bursat. cons. 203. n. 26. vers. minus perspicio.*

32 Ampl. etiam si obligatus esset in forma † Camerae. *Gabriel. cons. 43. lib. 1 Serafin. decis. 1477. num. 5.* ampliando *num. 6.* etiam quod ille haberet scientiam litis eum principali, sed opus esse nouo processu.

33 Ampl. etiam si conscius † fuerit litis, & potuerit appellare. *Serafin. decis. 1477. n. 6.*

34 Limit. vbi simul & semel † fuit conuentus fideiussor, & principalis debitor. *Bald. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. num. 5. circa med. vers. nam qui simul.*

35 Limit. vbi principalis debitor † impedit de facto, ne contra illum fiat exequutio, facta per nuntium fide de tali impedimento. *Boer. decis. 277. num. 2.*

36 Limit. vbi principaliter † se obligauit cum debitore in eodem instrumento, secus si in alio, & separatim. *Siluan. cons. 84. n. 3.*

37 Limit. vbi fideiussor fuit † praesens liti. *Socin. sen. cons. 283. lib. 2. num. 14. circa fin. vers. vnde Barth. de Salic.*

38 Limit. vbi fideiussor litem † seu principalem defendit. *l. Plautius, ff. de procur. Io. Fab. §. fin. inst. de satisdat. n. 9. & seq. Spec. de exequut. sent. §. sequitur n. 10.* concludens contra defensorem, qui se obtulit defensioni litis, fieri exequutionem sine nouo processu, licet *in fin.* videatur recedere à limitatione in fideiussore contractus.

39 An autem exequutio facta † contra principalem possit etiam fieri contra fideiussorem, videndus *Duen. regul. 276. exequutio potest fieri.*

40 Quid autem sit dicendum de fideiussore† iudicio sisti, *videndus Scaccia de appell. quaest. 17. limit. 6. memb. 4. n. 113. vers. de fideiussore.*

§. V.

SVMMARIVM.

Fideiussor iudicij quis dicatur. 1. 23. *contra illum exequi potest sententia lata contra principalem debitorem absque alio processu.* 5. 7. *& qualiter.* 8. *&* 9. *ampl.* 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Limit. 28. 29. 30. 31. 32. 34. 35. 36. 36. 37. 28. 39. 53.

Fideiussor iudicij non potest appellare. 4. *datus in prima instantia nõ obligatur ad ea quae fuerint iudicata in tertia.* 4.

Statim habet vim decreti, & nullam recipit dilationem. 6.

Fideiussori de repraesentando plura singularia concessa. 16.

Renunciatio specialis requiritur, vt iuri de futuro sit renunciatum in praetorijs, vel iudicialibus stipulationibus. 33.

Fideiussor iudicij datus in prima instantia, in qua sit absolutus is pro quo fideiussit, an teneatur ad ea quae in secunda fuerint iudicata. 41.

Fideiussor iudicij, vt sit obligatus pro iudicatis in quacumque instantia, qualiter concipiatur illius obligatio, 41.

Clericus fideiubens soluere iudicatum an coram layco, vel iudice ecclesiastico conueniatur ad soluendum. 42.

Fideiussores plures de iudicatum soluendo qualiter conueniantur ad solutionem. 43.

Fideiussor iudicij coactus soluere, an sine nouo processu exequatur sententiam contra illum latam, contra principalem debitorem. 44.

Fideiussor iudicio sisti, seu de stando iuri, an patiatur exequutionem sententiae latae contra principalem debitorem absque nouo processu. 45.

Fideiussor an liberetur si principalis mutet forum. 46.

Fideiussor de iudicio sisti qualiter cõueniatur. 47. *ad quid obligetur. ibid.*

Fideiussor constitutus à lege qualiter, & ad quae sit obligatus. 48.

Fideiussor soluens an exequutiue agat contra debitorem. 49.

Exequutione facta contra debitorem, an possit illa fieri contra fideiussorem. 50.

Exequutione facta in bonis an possit etiam fieri in persona debitoris. 51.

Fideiussor nominare potest bona debitoris quae capiantur in exequutione. 52.

Sententia lata contra Clericum a Iudice Ecclesiastico an possit exequi contra Laycum illius fideiussorem. 53.

QVoad secundum casum propositum supra §. praecedenti, praesuposito quod fi-
1 deiussor † iudicij sit is, qui coram Iudice sedente pro tribunali in loco iudicij, seu iudicialiter, & penes acta sponendit iudicatum contra aliquem soluere. *Bart. in l. 1. ff. iud. sol. num. 2. vers. praeterea. Bal l. fin. § fin. ff. de vsur. rei iudic. num. 1. vers respond. Surd. cons. 271. n. 39. 4. & seq & cons. 396. num. 39.* vbi reprobat An-
2 gel † volentem idem dici, si obligatio fideiussoris fiat de actis, *Vinc. de Franc. decis. 400. num. 1.*
3 tacite innuens, idem dici si quis fideiubeat † in exequutionem antecedentis decreti Iudicis de cauendo. *Lanfranc. Balb. decis. 136. Gul. Mayner. in l. res iudicata ff. de reg. iur. num. 11. vers. simile dici. Boer. decis. 277. num. 3. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de expens. resol. 3. num. 2. Cancer. var. resol tom. 2. cap. 17. de sent. & earum exequut. num. 307, in fin. Ruin. cons. 98. lib. 5. n. 4. vers. secund. Hering. de fideius. cap. 27. part. 5. num. 54. Marcscot. var. resol. cap. 121. Regulariter. lib. 2. num. 8. Castil. decis. 108. in causa,*
4 *num. 4.* addendo † non licere huic fideiussori appellare: non tamen datus in prima instantia, est obligatus soluere, quae erunt iudicata in secunda, vt idem subdit *num. 6.*

5 Affirmatiua est constituẽda regula, † vt sententia lata contra principalem debitorem, possit exequi, sine alio processu, contra fideiussorem Iudicij. *Specul de exequut sentent. §. sequitur, num. 10. in fin. Cyn in l fin. C. de vsur. rei iud. num. 3.* assereus idem dixisse *Odofred.* prout dixerat *ibid col. penul. vers. vnde dicendum*, addendo ita fuisse iudicatum Bononiae, inter duos scholares. *Alberic. ibidem, num. 3. Bart. in l. 1. ff iud. solui. num. 2. vers. quid dicemus*, quem sequitur *Ruin. cons. 98. quaeritur. lib. 5. num. 1.* motus eodem textu, quo mouetur *Bart.* videlicet *l. fin. C. de vsur. rei iudic.* poderando vim,
6 & naturam † aduerbij *Statim*, quo Imperator vtitur in dicto textu, habẽtis vim decreti, & nullam recipiendo dilationem, nec expectando sententiam aliam, *Bal. in §. fin. Inst. de satisdat. num. 7. in fin. & num. 8. & seq.* rationem refert. *Rip. l. 2. C. de edend. n. 34. Surd. cons. 437. n. 31. 33. & decis 57. num. 9. Siluan. cons. 44. num. 11. post Bart, idem dixit Bal. in l. fin. §. fin. C. de vsur rei iud. num. 1.* concludens speciale esse
7 † vt fideiussor iudicatum solui obligatus apud acta patiatur exequutionem eorum, quae fuerint iudicata contra principalem. *Butr. in cap. 2. de fideius. num. 15. circa fin. Bal. in §. fin. Inst. de satisdat. num. 3. in fin. Imol in cap. 2. de fideius. num. 22 circa med. Alex. cons. 156. lib. 2. num. 6. Ancar. Regiens. quaest. 19. lib. 2. num. 3. & 4.* vbi de communi. *Carroc. decis. penul. num. 12.* testans de communi. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 72. num. 12. Papiens. in form. libel. exequut sent. §. sapiens. num. 27.* & ibi addentes alios congerunt. *Viuius. decis. 210. num. 2. Mysinger. obseruat. 96. centur. 4. Lanfranc. Balb. decis. 136. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. de expens. resolut. 3. num. 2. & 4. Natt. cons. 345. num. 2. in fin. Gul. Mayner. in l. res iudicata. ff. de reg. iuris, num. 11. vers. simile dici. Guid. Pap. decis. 26. Surd. cons. 271. n. 36. & seq. vers. secundo. Boer. decis. 277. num. 3. Siluan cons. 84. n. 2. in fin. Muscatel. in praxi part. 3. §. expẽsis, n. 32. & in prax. fideius. modo 5, num. 3. & seq. plurib.*

plurib. & modo duodecimo, num. 33. *& seq.* vbi
8 refert præterea † praxim exequendæ sententiæ contra hunc fideiussorem. *Roncbegal. in l. ex duobus* 16. *ff. de duob. reis n.* 33. *in prin. Guid. Papa consf.* 212. *num.* 4. *Cancer. var. resolut. tom.* 1. *de fideiuss. n.* 95. *& de sentent. & earum exequut. n.* 304. vbi plures refert, *& n.* 305. *et seq.* vbi dicit ita practicasse, & Senatum Cataloniæ ita iudicasse.

Contrarium, scilicet quod saltem sit citandus ad videndum exequi sententiam contra ipsum, tenent *Ias. Ruin. Gabriel. Cancer. & alij relati ad eodem Cancer. var. resolut. tom.* 1. *de sent. et eorum exequut. n.* 302. *et seq.*

9 Rationes plures dictæ regulę afferuntur, † quas si referrem, in longum exiret relatio. Ideo sufficiat dixisse fuisse excogitatas *à Bart. in l.* 1. *ff. iud. solui, n.* 2. *Cyn. in l. fin. C. de vsur. rei iud. nu.* 3. *in fin. & ab Odofred. ibid. col. penul. vers. sed hac, et Bal n.* 2. *in prin. idem Bald. in §. fin. inst. de satisdat. n.* 8. *et seq. et in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. Bart. in l. si fine* §. 1. *ff. rem rat. hab. n.* 15. *Ruin. consf.* 89. *lib.* 5. *n.* 3. *et seq. Hering. de fideiuss cap.* 27. *part.* 5. *n.* 54. *in prin. Capic. decis. penul. nu.* 13. *Surd. consf.* 271. *n.* 36. *et seq. Bursat. consf.* 203. *n.* 11.

10 Ampl. etiam contra Clericum, † qui apud acta Iudicis layci fideiussit, & auctoritate Iudicis layci. *Blanc. de compromis. q. tertia n.* 32. *in fin. vers. et facit*, vbi pluribus comprobat, & illum sequitur *Cancer. variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 17. *de sent. et eorum exequut. num.* 304. vbi alios consentientes refert.

11 Ampl. etiam si ad causam † non fuit citatus. *Alex. consf.* 156. *lib.* 2. *n.* 3. *in fin. et n.* 6. *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 22. *vers. ampliatur autem, nu.* 10. *Fontanel. de pact. nuptial. tom.* 1. *clausul.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *n.* 46. vbi refert etiam tenentes contrarium.

12 Ampl. etiam absq; alio processu † & citatione *Ancar. Regiens. quaest.* 19. *lib.* 1. *n.* 5. *relato Bald. in l. duobus, §. qui iurauit. ff. de iureiurand.* quem etiam sequutus est *Socin. consf.* 283. *lib.* 2. *n.* 13. *Cartar. decis.* 119. *n.* 1. *Boer. decis.* 277. *n.* 3. *et seq. Cancer. var. resolut. tom.* 1. *cap. de fideiuss. num.* 95. *et seq.* vbi examinata quæstione refert *n.* 306. ita fuisse iudicatum, & ita practicasse, audito tamen fideiussore in suis exceptionibus, si quas habet releuantes, donec durat tempus complendæ exequutionis.

13 Ampl. etiam si principalis debitor † fuerit absens, & contumax *Ant. Hering. de fideiussor. cap.* 27. *part.* 5. *num.* 54. vbi pluribus comprobat, & consentientes multos refert. *Caroc. decis. penul. n.* 13. *Cartar. decis.* 119. *n.* 2.

14 Contrarium † tenent *Alex. in l. eum filius* 49. *ff. de verb. oblig. num.* 10. *Vrsil. ad Afflic. decis.* 182. *n.* 1. qui loquitur de fideiussore iudicio sisti, & iudicatum soluendo, *relati à Tusc. conclus.* 124. *sententia n.* 3. *et* 4.

15 Ampl. etiam vbi Iudex suo decreto † mandat solui. *l. in summa ff. iudic. solui.* per quem textum cum *Rimin. seniore* concludit *Cartar. decis. Ianuens.* 119. *num.* 8. *et seq.* vbi ita decisum refert.

16 Ampl. etiam in fideiussore de † repræsentando aliquem in iudicio. *Canc. var. resolut. lib.* 1. *capit. de fideiuss. n.* 99. addendo *n.* 100. id esse verum, si agatur de repræsentando in eodem tribunali, sequendo *Rol. à Val. consf.* 58. *lib.* 1. *n.* 11. *& seq. Eugenius consf.* 68. *tom.* 1. *num.* addendo plura singularia circa hoc genus fideiussionis.

17 Ampl. etiam quoad † expensas, ad quas fuit condemnatus principalis debitor. *l. iudicatum solui,* 2. *ff. iud. solui. Crau. consf.* 45. *n.* 6. *Muscatel. in prax. fideiuss. modo duodecimo num.* 13. *Viuius decis.* 210. *fideiussor, n.* 1.

18 Ampl. præsertim si talis fideiussio † sit de iudicatum soluendo. *Bart. l.* 1. *ff. iud. sol. nu.* 3. *vers. quid dicemus, Guid. Pap. decis.* 26. *addentes ad Vinc. de Franc. decis.* 208. *n.* 18. reprobato eodem *Franco* aliud sentiente. *Hering. de fideiuss. cap.* 27. *part.* 5. *n.* 54.

19 Ampl. præsertim † si liti se obtulit, & illam defendit. *Spec. de exequut. sent. §. sequitur, numer.* 10.

20 Ampl. etiam si iniuste † coactus soluit. *Viuius decis.* 210. *n.* 5.

21 Ampl. vt nec habeat † beneficium excussionis. *Boer. decis.* 277. *num.* 3.

22 Ampl. quod si personalis sit facta † exequutio contra principalem, possit etiam fieri contra fideiussorem, & illum carceri manicipare, simul cum debitore, vt ex *Rebuf.* volunt addentes *ad Guid. Pap. decis.* 26. *incip. exequutio. Afin. in prax.* §. 31. *ampliat. vers. ampliatur etiam n.* 13. *Petr. Pecchius de iure sistendi, cas.* 4. *n.* 22. *Marsil. de fideiuss. n.* 280. *& singul.* 398.

23 Ampl. etiam in fideiussore † indemnitatis pro quantitate liquida. *Muscatel. in prax. fideiuss. modo final. num.* 30. *& seq plurib.*

24 Ampl. etiam in fideiussore † rem ratam habere. *Bart. l. si fine,* 22. *§.* 1. *ff. rem rat. haber. n.* 15. *Afin. in prax. §.* 31. *cap.* 2. *ampliat.* 22. *vers. ampliatur etiam n.* 11.

25 Ampl. etiam in fideiussore † obligato coram arbitris electis de soluendo quidquid illi iudicauerint. *Ancar. consf.* 35. *n.* 1. *in fin. & n.* 2.

26 Ampl. etiam † vbi à sententia licebat appellare, & non fuit appellatum. *Muscatel. in praxi §. expensis n.* 33.

27 Ampl. etiam † quoad damna. *Viuius decis.* 210. *num.* 1.

28 Limit. vbi sententia lata fuit † in vim confessionis debitoris principalis. *Muscatel. in prax. part.* 3. *§. expensis n.* 3. *circa fin.* quæ ratione crederem idem dicendum, si sententia feratur ex probationibus priuilegiatis, vt dixi *supra* §. 3. *in penul. limit.*

29 Limit. si à fideiussore excipiatur exeutiendũ † esse principalem debitorem. *Bald. l. fin.* §. *fin. C. de vsuris rei iud. n.* 2. *vers. sed nunquid*; quem sequuti sunt *Ruin. consf.* 98. *lib.* 5. *n.* 3. *Vinc. de Franc. decis.* 208. *n.* 4. *Trentacinq. var. resolut. lib.* 2. *de expensis resol.* 3. *n.* 4. nisi tamen principaliter se obligauerit in eodẽ instrumento cum principali. *Siluan. consf.* 84. *n.* 3. *Baldo assentitur Muscatel. in prax. part.* 3. *modo* 12. *num.* 36. addendo, summarie de ista, & simili exceptione esse cognoscendum.

30 Limit. vbi debitor principalis † aliquo modo satisfecit creditori, nam licet id quod datum fuit deinde recipiatur à creditore, non potest ille agere contra fideiussorem ex sententia lata contra debitorem. *Marsil. de fideiuss. num.* 372. exemplum referens, si debitor obtulit, consignauit, & deposuit quantitatem debitam, quam deinde ille iterum recipit; licet deinde subdat aliqua quæ videntur obstare.

31 Limit. vbi principalis debitor † non fuit defensus ab eo, qui illum, vel ratione officij, vel oneris suscepti, seu mandati debebat defendere: *Vrsil. ad Afflic. decis.* 182. *n.* 1.

32 Limit. vbi fideiussori superueniret † exceptio retardandæ exequutionis, nam de illa summarie cognito, euitatur exequutio. *Ruin. cons.* 98. *lib.* 5. *num.* 6. eam afferens rationem, quia in iudicialibus, & prætorijs stipulationibus, qualis est iudicio sisti, vel iudicatum soluendi, non

33 † valet generalis renunciatio exceptionum orientium ex causa de futuro, sed est necesse, quod specialiter illi renuncietur; exemplum referens, si principalis debitor fiat non soluendo post cœptum iudicium. *Caroc. decis. penul. n.* 14.

34 Limit. vbi principalis debitor † fuit tacite cõdemnatus. *Bald. in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. n.* 5. *in fin.*

35 Limit. vbi fideiussor comparuit † & constituit se defensorem causæ, nam si fertur sententia illo non citato, ea erit nulla, & contra ipsum non meretur exequutionem. *Alex. cons.* 156. *Instantibus, lib.* 2. *n.* 4. *per textum in l. si per lusorio, ff. de appell.* quem sequitur *Bursat.* addendo id fuisse dictum *à Bald. in l. duobus, §. qui iurauit, ff. de iureiurand. consil.* 203. *num.* 16. *in fin. Vrsil. ad Afflic. decis.* 182. *n.* 3. vbi concludit hunc esse vnum ex modis extinguendæ fideiussionis. *Felin. cap. quamuis, de re iud. n.* 15. *in fin. Muscatel. in prax. fideiuss. modo* 12. *numer.* 37.

36 Limit. vbi sententia est aliquo modo nulla † & inualida. *l.* 2. *§. fin. ff. de pign. vbi glos. Vincent. de Franc. decis.* 400. *facta, n.* 5. *& trib. seq.* quia tali casu non dicitur iudicatum, præsertim si nullitas sit ex defectu iurisdictionis, vt puta lata à Layco contra Clericum, qui nec tacite, nec expresse potest se submittere Iudici seculari, & ita fuisse decisum vbi quis fideiusserat pro Clerico, qui se obligauerat ex decreto Iudicis layci, testatur *Franc. d. decis.* 400. *in fin. Marsil. de fideiuss. n.* 350. *& seq. vbi late comprobat. Muscatel. in prax. part.* 3. *§. expensis n.* 33. *addentes ad Vinc. de Franc. decis.* 208. *num.* 21.

37 Limit. vbi mutata est persona † eius, qui fideiussit, vel eius, qui ex fideiussione agit, nam summaria cognitio præcedere debet, an actor legitime agat, vel reus conueniatur. *Guid. Pap. decis.* 26. *in fin. Mysinger. obseruat.* 96. *centur.* 4. *in fin. Afin. in prax. §.* 31. *cap.* 2. *ampliat.* 22. *in fin.* & adstipulantur quæ dixi supra de hærede. *vers. primus itaque casus. Caneer. var. resolut. tom.* 1. *de fideiuss. n.* 304.

38 Limit. vbi appellauit † *glos. & Cast. in l. fin. C. de vsur. rei iud. Ancar. Regiens. quæst.* 19. *lib.* 2. *n.* 6. *& seq. Surd. cons.* 271. *n.* 49. *& seq.* Contrarium voluit, & ita decisum à Cam. Imperij, testatur *Hering. de fideiuss. c.* 27. *part.* 5. *n.* 58. *& seq. plurib.*

39 Limit. vbi is, ad cuius fauorem facta est † iudicialis fideiussio, agit coram alio Iudice contra principalem debitorem, nam iudicata non exequentur contra fideiussorem. *l.* 3. *in prin. l. cum quærebatur § fin. l. cum apud, ff. iud. solui, vbi Bart. notat. Io. Imol. cons.* 47. *in casu præmisso, quem sequitur Marsil. de fideiuss. num.* 90. exemplum referens, si quis promisit soluere Titio, quidquid fuerit ab Antianis iudicatum, & deinde actum fuit coram Prætore. *Muscatel. in prax. fideiuss. modo* 1. *nu.* 19. *&* 20. Idem etiam censeo dicendum si talis Iudicis mutatio fiat per mutationem fori debitoris, vt puta si ille post fideiussionem efficiatur Clericus. *Marsil. de fideiuss. n.* 110.

40 An autem idem sit dicendum si dato fideiussore † in prima instantia, reus fuit absolutus, sed in secunda condemnatus: videndus est *Vincent. de Franc. decis.* 208. & ibi addentes, qui afferens articulum esse controuersum, refert fuisse ex circumstantijs, facti, non autem stricto iure decisum, & post illum reperi *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de expensis resolut.* 3. *n.* 7. *vsq. in fin.* per ampliationes, & limitationes examinasse. *Vrsil. ad Afflic. decis.* 182. *num.* 4. *& seq. Ancar. cons.* 35. *n.* 3. *Muscatel. in prax. part.* 3. *§. expensis nu.* 34. *& seq.* & *in prax. fideiuss. modo* 12. *nu.* 5. *& seq.*

41 ponit formulam † obligationis fideiussoris, qua tenentur de iudicatis in quauis instantia. *Marta voto* 2. *n.* 10.

Si autem fideiussio præstita fuerit à Clerico corã Iudice layco, an sententia Iudicis layci † exequutioni demandabitur contra Clericũ

42 fideiussorem iudicij auctoritate Iudicis layci, vel requirendus potius Iudex ecclesiasticus, videndus *Surd. cons.* 396. *occasione.*

43 Si plures sint dati fideiussores, † an quisque possit excipere de diuisione, siue æquis, siue non æquis partibus, siue omnes fuerint soluendo, siue non, videndus *Bald. in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. n.* 6. *& seq.*

44 An autem sicuti recta via lata † sententia agitur contra fideiussorẽ iudicij, & sine nouo processu contra illum fit exequutio, idem fiat instante fideiussore cõtra debitorem principalem, videndi sunt *Bald. in cap. præsentia, de renunciat. n.* 12. *& in l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. nu.* 3. *Imol. in cap.* 2. *de fideiuss. num* 22. *Coler. tract. de process. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. *& seq. Marsil. de fideiussorib. num.* 362. *Boer. decis.* 277. *num.* 4. *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de expens. resol.* 3. *num.* 4. *addentes ad Vincent. de Franc. decis.* 208. *n.* 8. *Bertazol. glos. fin. clausul.* 43. *Bal. l. cum virum. C. de sent. Muscatel. in prax. fideiuss. modo final. nu.* 33. *in fin. & n.* 34. *Viuius decis.* 210. *n.* 4. vbi limitat quando cesset repetitio solutionis factæ: & *n.* 5. ampliat etiã si iniuste coactus soluit.

45 Quid autem † dicendum de fideiussore iudicio sisti, seu de stando iuri, *Spec. de dolo & contum. § restat, n.* 23. *Alberic. l.* 2. *ff. qui satisdare cogant num.* 5. *&* 7. *Bal. l. fin. C. de vsur. rei iud. num.* 2.

num.2.post med. Butr.cap.2.de fideiuss. num.15.
in fin. vbi Imol.num.22. Marsil.de fideiuss.n.90.
46 *&* 110. vbi agit etiam si principalis † mutet
forum, an liberetur fideiussor. *Asin. in prax.*
§.31.cap.2. ampliat.22.vers.ampliatur etiam,
num.9. Hering. de fideiuss.cap.27. cap.5.n.27.
Ruin.cons.98.lib.5. num.6. Bursat. cons 203.
num.1. Ancar.Regiens.quaest.19.part.1.num.1.
& de fideiussore de reficiendis expensis late
Muscatel.in prax.fideiuss.modo 11. & modo 12.
num. 16. & seq. & num.26. & seq. & 23. do-
47 cet praxim † procedendi contra fideiussorem
iudicio sisti, & ad quid teneatur, praecipue, vbi
cum fideiussione iudicio sisti, iungitur fideiussio
iudicatum soluendi.

Post fideiussores, qui ab homine constituun-
48 tur, si quis † scire vellet, an idem de fideiusso-
re, qui datur a lege, vt dicitur de patre in mul-
tis pro filio, videndi sunt *Specul. de exequut.*
sentent.§ sequitur, num.11. Bal.l.fin.§.fin. C.de
vsur.reiiud. num.4.5.7. & in §. fin.49. ff. de
verb.oblig.num. 1. *&* 5. vbi refert in quibus dif-
ferat, & conueniat pater, & fideiussor filij, *&*
Alex. ibid.n.2. & seq. pluribus. Ruin. cons.98.
lib.1.n.1. & 4. in fin. & n.5. Bursat.cons.203.
num.20. in fin. Carroc. decis.penul. num.16. &
late Hering. de fideiuss.cap.7. num. 379. & seq.
pllurib.

49 An fideiussor soluens pro principali † habeat
cotra illum paratam exequutionem, videndus
Marsil. de fideiuss.num.363.

50 An autem facta exequutione † contra prin-
cipalem, possit etiam fieri contra fideiussorem,
videndus *Duen. regul. 276. exequutio potest*
51 *fieri* & an facta † exequutione in persona pos-
sit fieri in bonis. *Marsil. de fideiuss. num.378.*
& seq.

Addam vnum vtrique capiti fideiussionis cō-
52 mune, † quod fideiussor, in quem petitur exe-
quutio, potest nominare bona principalis in quae
fiat exequutio. *Marsil. de fideiuss.num.362. Pa-*
ris.cons.104.lib.3.num.8. Parlador. rer. quoti-
dian.lib.2.cap fin. 5.part.§.3.num.59.

53 An lata ab Episcopo † sententia contra Cleri-
cum possit exequi contra fideiussorem laycum,
negatiuam tenet *Alberic. in l.fin.* C.de *vsur.rei*
iud.num 4.circa med.

---

§. VI.

SVMMARIVM.

Senteutia praesertim condemnatoria est stricti iuris. 1. ampl ibid. & 2.3.4 limit.8.10.11.

Sententia absolutoria debitoris nou prodest fideiussori. 6.

Senteutia lata contra vnum nou potest exequi coutra alium. 5.7.

Sententia extenditur ad res, & personas quae necessario consequuntur. 8.

Prodigus vbi quis declaratur, in consequentiam illi est interdicta bonorum administratio. 9.

Sententia extenditur ad ea, ad quae si non extenderetur, illa fieret inanis, vel sine fructu, vel claudicaret. 10. Item ratione subiectae materiae extenditur ad casum verbis uou expressum. 11.

Rei vendicatio praesuponit dominium rei venditae in veudicante. 12.

Senteutia lata contra venditorem an exequi possit contra secundum emptorem, est articulus perplexus. 14.

Sententia lata contra venditorem mixta actione persouali non potest exequi contra emptorem, nisi praecedat reuocatoria venditionis, 15. & quare, ibid. & 16. *ampl.* 17.20.22.23.24.26.27. 28.29.30.31.32.36.37.38.39.41.42.43.45.46 47.

Limit. 22. *vers. Coutrarium.* 25.33.33.35.48.49. 50.51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.64.65. 67.68.69.70.71.72.74.75.76.

Sublimita. 73.

Seutentia lata contra venditorem non potest exequi contra emptorem, uisi praecedat reuocatoria. & emptor sibi possideat vere. 19.

Bart. &) concordantur.
Cyn.)

Exequutione creatur hypotecha in re capta in exequutione. 29. *ampl. ibid.*

Cast.) coucordautur. 40.
Neuiz.)

Reuocatoria contractus cessat, vbi principalis debitor est solucudo. 44.

Tuscus reprobatur. 50. *declaratur.* 66.

Surd. declaratur. 58.

Venditit quando dicatur facta in fraudem parata exequutiouis. 62.

Bald. declaratur. 63.

Mauson reprobatur. 77.

Seutentia lata contra venditorem non potest exequi contra emptorem, vel alium singularem successorem, qui emit, vel successit ante motum reale iudicium. 78. *ampl.* 79. 80. *limit.* 81.

Sententia lata contra venditorem exequi potest contra emptorem. 83. *ampl.* 85.87.90.92.93.94. 96.97.98.100.102.103.104.105.106.108.109. 110.111.112.113.114.115.116.117.118.119. 120.121.122.123.138.145.147.

Limit. 86. 89. 91.99. 101.113. 123.124.126.127. 128.129.130.131.132.133.134.135.136.137.138. 139. 140. 141. 142. 144. 145. 146. 147. 149. 150.

Cyuus declaratur. 84.

Iuuoc.) reprobatur. 85.
Angel.)

Iudex Laycus defendit suam iurisdictiouem contra Clericum illam turbantem. 88.

Litigiosi vitium non coutrahitur mota lite coram incompetenti Iudice. 89.

Litigosa res quando vere dicatur. 95.

Coutractus, & quasi transeunt ad haeredes. 107.

Litigiosi vitium an duret perempta instantia. 125.

Sententia lata coutra testatorem, vel donatorem, an exequi possit coutra legatarium, vel douatarium. 148.

Quintus casus esse poterit in emptore, seu singulari successore: & dubitando, an contra illum exequi possit sententia lata contra venditorem, negatiua videtur probabilis, inspecta natura sententiæ, præsertim condemnatoriæ, quæ tantum † valet, & meretur
1 exequutionem, quantum sonat, nec quoad rem, nec quoad personam extendi debet, *l. 1. C. si plures vna sent. l. Paulus respondit eos, ff. de re iud.* per quę iura firmat *Alex. cons. 174. opportune lib. 2. num. 2. vbi Rouescal.* alios congerit consentientes, *& cons. 108. viso processu, lib. 5. n. 2. Angel. in l. ereditores. C. de pignoribus, num. 6. Dec. cons. 33. pro tenui, num. 4. & cons. 322. visis, num. 1. Curt. iun. cons. 153. circa, num. 19.*
2 concludens verba † sententiæ stricte intelligi, nec comprehendere quæ ex lata significatione vocabuli alias complecti possent, sed ad limites, & fines verborum illius coarctari, ita vt quidquid in illa non est expressum, vel fuit omissum, habeatur pro non sententiato, omisso, & non expresso, etiam quod intrepretatione iuris
3 aliud esset dicendum, iuxta congesta a *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 184. Thesaur. quæst. 13. immunitas, num. 1. Surd. cos. 200. n. 4. Mantic. decis. 48 num. 1. et decis. 333. num. 3.* addendo id procedere præsertim si † extensio fieret in præiudicium, & damnum tertij non nominati in sententia. *Crauet. cons. 10. Antonia, num. 3. et cons. 79. n. 4. et de antiq. temp. part. 4. §. transeo, num. 64.* concludens in sententia lata contra vnum, non includi iura alterius per-
4 sone in illa non expressæ à Iudice; & ideo † in ea
5 non habet locum fictio translatiua, de re, ad rem, nec de persona, ad personam, & intelligendam prout iacet, cessante verborum lata significatione, nec iuris interpretationem teci-
6 pere, & sententiam absolutoriam † debitoris principalis, non prodesse fideiussori. Ideo cum emptor nō sit nominatus in sententia lata contra venditorem, nullatenus inspectis verbis sententiæ, quæ de vno loquens, non extenditur ad alium, & considerata mente Iudicis, qui condē-
7 nando † Titium nō cogitauit nec voluit condēnare Sempronium. *l. si ex testamento, in fin. l. si eum argentum, ff. de except. rei iud. l. qualem in prin. l. quia arbiter, ff. de arbitr. Ancar. cōs. 292. videretur, num. 1. vers. secundo quia facta. Rol. a Val. cons. 5. lib. 2. num. 10. in fin. & num. 11. Gabriel. cons. 52. lib. 1. num. 4. in fin. Honded. cons. 20. lib. 1. num. 25. & seq.* dicendum est sententiam latam contra venditorem, exequi non posse contra emptorem: & facit regula, acta inter alios, & id quod nostrum, vt in proposito considerat *Neuiz. consil. 20. num. 4. & 5.*

8 Attamen quia † sententia extenditur ad eas personas, & res, quæ necessario consequuntur ex actis, *Bart. l. Iulianus ff. de cond. indeb. n. 4. vers. prædicta. Felin. cap. significauerunt de except. num. 7. in princ.* concludens verba sententiæ ampliari, & restringi ex actis. *Crauet. de antiq. tem. part. 4. §. transeo, num. 66.* concludens sententiam extendi ad ea, quæ comprehenduntur, per modum antecedentis, vel consequen-
9 tis necessarij; ideo si Iudex declarat † quem prodigum, per necesse interdicit illi administrationem bonorum. *Bal. l. 1. ff. de curat. furios. Imol. & Aret. in l. is. cui bonis, ff. de verb. oblig. Capel. Tholos. decis. 362. vbi Auffrer.* &
10 sententia lata super vno † extenditur ad aliud, sine quo sententia fieret inanis, sine fructu, vel claudicaret. *l. aduersus l. si duo. ff. de arbitr. l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig.* per quæ iura ita firmat *Angel. cons. 257. col. pen. in fin. vers. superest autē videre. Osasc. decis. 64. venditor, num. 3.* & ratione subiectæ materiæ
11 † sententia extenditur ad casum verbis illius nō expressum, *Bart. in l. & ex diuerso. 36. §. 1. ff. de rei vendic. num. 2. in fin.* concludens si in iudicio rei venditionis pronunciatum fuerit rem actori esse restituendam, tacite fuisse etiam pronunciatum, illum esse dominum, & sibi deberi fructus a reo perceptos. *Aret. cons. 155. num. 16.*
12 quia rei † vendicatio, per necesse, præsupponit dominiū vendicatæ rei in vindicante. *l. officium, ff. de rei vendicat. l. 1. C. de alien. iud. mutand. caus. fact. l. & ex diuerso, §. 1. ff. de rei vend. Cyn. in l. 1. C. de alien. iud. mutand. caus. num. 6. in princ. vers. e contra,* & ideo *Osasc. decis. 64.* refert Senatum Pedemontanum censuisse senten-
13 tiam † latam contra vēditorem afficere emptorèm, qui post latam sententiam emerat: ex quibus cum pateat quæstionem esse brocardicā, nec opinionem affirmatiuam, vel negatiuam absolute esse veram, vel falsam.

Ne aliqua remaneat difficultas circa resolutionem propositi casus, qui teste *Neuiz. cons. 20. in princ. auctore Socin. in cap. quoniam frequenter, §. quod si super. in fin. vt lite non contest.* est satis intricatus, & prolixus, considerando,
14 quod multum † differt an sententia lata fuerit in actione personali mota, vel an prolata fuerit in reali; & vtroque aliud dicendum in emptore, qui emit ante motum iudicium, & aliud in emptore post motam litem; propterea primo constituam conclusionem cum suis, vt vocant, ampliationibus, & limitarionibus, vbi sententia lata fuit in iudicio actione personali mota: deinde subdam, quid dicendum vbi reali actione fuit actum.

Prima itaque regula est, quod si actum fuit
15 actione personali, vt sententia † lata contra vēditorem non possit exequi contra emptorem, nisi præcedat reuocatoria venditionis. *Bart. in l. à Diuo Pio §. super rebus, ff. de re iud. num. 3. in fin.* cam afferens rationem, quia de iuribus illius nunquam fuit cognitum *Cyn. in l. 1. C. de alienat. iud. mut. n. 8. in prin. Bal. cons. 149. proponitur lib. 3. num. 1. vers. in contrarium. Ancar. cons. 292. videretur num. 1. vers. sed his non obstant.* quorum dicta late prosequitur *Rol. à Val. cons. 5. videtur lib. 2. n. 8. & seq. Honded. cons. 20. contenditur lib. 1. num. 42. vers. sed si lit. Capie. decis. 128. num. 12. vers. secus quādo ageretur actione personali. Osac. decis. 65. num. 4. in prin. & circa med. vers. & opinionem Bart.* vbi plures idem sentientes refert, *& n. 5. Socin. cons. 13. insignis, lib. 4. num. 1. circa fin. Purpur. cons. 141. num. 1. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 566. relati à Giurb. decis.*

decis. 62. num. 7. & 8. in fin. testans de communi.

16 Ratio est,† quia per actionem personalem res non fit litigiosa, sed tantum actio ipsa, quæ rem non afficit *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. n. 566. & 567.*

17 Ampl. etiam si venditio facta † fuerit in fraudem creditorum. §. *item si quis in fraudem, inst. de action.* per quem textum ita firmat *Bald. in l. 2. C. ne vxor pro marit. n. 8. in fin. Cast. in l. à Diuo Pio §. si super rebus, ff. de re iud. n. 8. circa med. vers. Bal. notabilius,* dum prius retulisset Cyn. aliud sentientem reprobari ibidem à *Bart. Roland. à Val. conf. 5. videtur lib. 2. n. 5. Bart. in l. à Diuo §. si super, ff. de re iud. num. 7. & in l. creditores, C. de pign. num. 23. Crauet. conf. 235. num. 2.* qui præterea reprobat

18 *Bart.* † distinctionem. *Card. Tusc. conclus. 488. exequutio n. 4. Purpurat. conf. 141. n. 2. Capic. 128. n. decis. 12. in princ.* Nam prius agendum est reuocatoria. *Rom. conf. 246. Clariss. num. 6. Crauet. conf. 245. ad explic. n. 2. vers. & hoc. Socin. conf. 13. lib. 4. n. 1. Cast. d. §. si super n. 8. vers. debet antem,* addendo ad istum effectum requiri, vt emptor, & venditor participes sint fraudis, alias agendum est reuocatoria, relatis alijs modis probãdę fraudis. *Asin. in prax. §. 31. cap. 2. limit. 1. num. 30. in fin. Giurba decis. 62. num. 8.* dum prius *num. 5.* retulisset modum fraudis probandæ.

19 Declara hanc extensionem, si is † cui facta est alienatio, possideat alienata sibi, secus si alienans etiam quod constituisset nomine acquirentis possideret. *Rom conf. 249. Clariss. n. 6.*

20 Ampl. etiam si conuentus actione † personali dolo desijt possidere id quod possidetur à tertio, qui excipit de sua possessione ad effectum impediendi exequutionem. *Bart. l. à Diuo. §. si super, ff. de re iud. n. 7. in fin. per l. fin. ff. si mul. ventr. nom.* relato Cyn. qui sentit contrariũ, & illum reprobat. *Rol. à Val. conf. 5. videretur lib. 2. & seq.* concludens cum *Bart. & alijs* prius agendum esse actione reuocatoria. *Bart. in l. creditores, C. de pignor. n. 23.* vers. primo casu. *Purpurat. conf. 141. n. 2. Asin. in prax. §. 31. cap. 2. limit. 30.* vbi distinctione conciliat *Cyn.*

21 † *& Bart.* in ista extensione discordes. *Surd. conf. 405. num. 1. in fin.*

22 Ampl. etiam si emerit† lite pendente, & ante sententiam. *Bart. l. creditores. C. de pignor. num. 23. vers. videamus, & in l. à Diuo §. si super rebus, ff. de re iud. num. 7. Rol. à Val. conf. 5. lib. 2. n. 9. & 10. Osasc. decis. 65. n. 4. in fin. Capic. decis. 128. n. 12. Crauet. conf. 235. n. 2. vers. & hoc,* addendo prius agendum esse reuocatoria. *Socin. conf. 13. lib. 1. n. 1. in fin.* addendo ita intelligendos esse Bart. & Bald. qui videntur discordes, *Surd. decis. 256. n. 7.*

Contrariũ tenent relati à *Tusc. conclus. 488. exequutio n. 1:* quos tamen non sequitur *nu. 6.* Et concordari possunt ex dictis *infra limit. 6.* vel etiam, quod isti intelligantur ad effectum agendi reuocatoria. *Cast. in d. §. si super nu. 8.* in fin. aliter etiam conciliat *Giurba decis. 62. n. 6. & seq. plurib.*

23 Ampl. præsertim si litis pendentia ignota † erat emptori. *Purpur. conf. 441. nu. 5. Tuscus conclus. 488. exequutio. Anton. Monac. decis. Bononiens. 14. num. 1. & seq.*

24 Amplia etiam si actum † fuerit ex obligatione Camerali, vel alio pacto exequutiuo. *Marc. Ant. de Amatis, decis. March. 48. Iulia, nu. 7.* vbi refert consentientes, & dissentientes. *Mantic. decis. 218. nu. 13. Guttierez in l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 33. & seq. plurib. & numer. 38.*

25 Limita, si in † instrumento factum est pactũ de non alienando, cum hypotheca, vel facultate capiendi possessionem propria auctoritate, vel ageretur de fũdo cẽsuato, vt dixi *infra §. 17.*

26 Ampl. etiam si emptor emerit † post latam sententiam contra venditorem, modo sententia non tangat aliquo modo id quod fuit venditum, nel non sit facta exequutio in re empta. *Osasc. decis. 65. num. 4. Rol. à Val. conf. 5. lib. 2. num. 9. Ranchin. ad Guid. Pap. decis. 26.* ea ratione motus, quia per exequutionem creatur

26 † hypotheca in re capta in exequutione ad fauorem creditoris, quæ non creatur per sententiam. *l. non est mirum, ff. de pignor. act. Mantic. decis. 218. num. 10.* ampliando etiam si exequutio facta sit in re empta, facta ideo prætoriũ pignus etiam ad fauorem fisci. *Bart. Alex. & reliqui in l. rescriptum, ff. de pact.* & ex sententia lata victor, & condemnatus dicuntur quasi contrahere. *Ias. l. 4. ff. de re iud. n. 4.*

27 Ampl. præsertim † vbi res, in quam tentatur exequutio sententiæ latæ in actione personali, fuit empta ante motam litem. *Rol. à Val. conf. 5. lib. 2. num. 9. Osasc. decis. 65. num. 4. vers. Ias. vero. Tuscus conclus. 488. exequutio num. 16.* & dixi etiam *n. 29.*

28 Ampl. quod si facta † fuerit, non ideo amittatur possessio, nec prætendi potest ab exequente retentio, iure pignoris vel hypothecæ. *Rol. à Val. conf. 5. lib. 2. num. 21. & 22. Rot. recent. decis. 211. part. 2. n. 1.*

29 Ampl. præsertim † si emit ante motam litẽ. *l. si superatur, ff. de pignor. vbi Bart. & Angel. l. si mater, §. fin. ff. de except. rei iud. Surd. decis. 256. n. 6.* & dixi *supra n. 27.*

30 Ampl. etiam si sit lata † ex cõfessione auctoris singularis successoris. *Cuman. conf. 155. n. 4. vers. ad id. Surd. plures cumulans decis. 256. num. 8. & 9.*

31 Ampl. præsertim vbi venditor † seu singularis successor habet alia bona, ex quibus potest esse satisfactum creditori. *Crauet. conf. 235. ad, num. 2. in fin.* addendo tali casu nec posse agi reuocatoria.

32 Ampl. etiam si emptor sciebat † litem motã venditori. *Io. And. & Zabarel. in cap. fin. de alienat. iudic. mut.* quos refert *Osasc. decis. 65. n. 7. versiculo secundo Neuiz. conf. 26. num. 1. Cast.* relatus à *Card. Tusc. conclus. 488. exequutio num. 2.*

33 Contrarium tenent *Osasc.* testando † de cõmuni in contrarium, *decis. 65. num. 13. in fin. Neuiz. conf. 20. n. 14. in fin.* addendo id procedere si non contradixit & passus est discuti iura præ-

præſertim in poſſeſſorio, *& num* 25. *verſ. non obſtat. Couar. pract. quaſt. capit.* 15. *num.*7. *verſ. erit igitur ſatis*, addendo an idem dicendum, ſi emptor erat conſcius inopiæ debitoris qui aliud non haberet vnde ſatisfaceret, ſi condemnabitur, & ſuccumbet in lite ſibi perſonali iudicio mota. *Tuſcus conclus.* 488. *exequtio, num.*3. *vbi alios refert.*

34 Ampl. ſi cum venditore † fuiſſet conuentũ, vt creditor poſſet capere poſſeſſionem propria auctoritate, *vt ex Bart. Ang. l. & alijs concludit Gabriel. de acquir. poſſeſſ. concl.*7. *num.*2. *& ſeq.* vbi etiam limitat, *Grat. conſ.* 37. *lib.* 1. *num.* 12.

35 Ampl. etiam † ſi facta fuerit exequtio ſententiæ latæ in actione perſonali ſuper re empta, & facta prætorium pignus, nam eum ideo non effecta fuerit res litigioſa, potuit illa vẽdi & diſtrahi. *Cardin. Mantic. deciſ.* 218. *numer.* 10. *& ſeq.*

Obſtat tamen quæ dixi *infra verſ. in fraudem autem parata.*

36 Ampl. præſertim vbi actor † agẽdo perſonali actione non agebat ad rem alienatam, & venditam, ſed ad pecuniam, *Capic. deciſ.* 128. *n.*8.

Ampl. præſertim ſi actum fuit ad quantitatẽ, nam pro illa non poteſt fieri exequtio contra bona diſtracta in tertium. *Purpur. conſ.* 141. *num.*2.

37 Ampl. etiam vbi contra venditorem † agebatur ad retractum ex iure congrui. *Honded. conſ.* 20. *lib.*1. *num.* 29. *in fin.* 30. *& ſeq.* eam afferens rationem, quia illo iudicio res non fuit facta litigioſa, vt late probat *Thob. Nonius conſ.* 84. *cum rei, num.* 3. *et ſeq.*

38 Ampl. ſiue venditor † deſierit dolo poſſidere, ſiue non. *Rolan. à Val. conſ.* 9. *lib.* 2. *num.* 9.

39 Ampl. etiam ſi agatur actione † perſonali ad rem conſequendam. *Honded. conſ.* 20. *lib.* 1. *numer.*30. *et* 42. *verſ. ſed quando lis.* vbi de communi, quod non poſſit exequi, ſed agendum reuocatoria, qui concordari poteſt cum

40 † *Caſtr. & Neuiz.* qui aliud cenſent, vt dicam *infra limit.* 5. *Gabriel. conſ.* 66. *lib.* 1. *n.* 21. *et ſeq.* vbi concludit ſententiam latam contra emptorem cum pacto de retrouendendo, non exequi contra eum qui ab iſto emptore emit.

41 Ampl etiam vbi agitur † ſimul hypothecaria. *Oſaſc. deciſ.* 65. *ſupereſt num.* 4. *verſ. aut non erat quaſtio. Neuiz. conſ.* 20. *num.*13. *verſ. & ita intellige. Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 557.

42 Ampl. etiam ſi actũ fuit pro ſolutione † canonis emphitheotici, eiuſdẽ rei emptæ, *vt ex Iaſ. in l.*2. *num.*150. *&* 154. *& in l.*3. *C. de iur emphit. num.*116. *& pluribus alijs voluit Giurb. deciſ.* 62. *num.*23. *et ſeq. relato Parlatoro*, aliud ſentiente, cui addo *Ranchin. ad Guid. Papæ deciſ.* 26. *verſ. prima* referentẽ ita fuiſſe iudicatum teſte *Bocr. deciſ.* 132. *num.*48. *et dixi infra* §.9.

43 Ampl. nec etiam cõtra emptorem † hæreditatis, niſi venditor non ſit ſoluendo *l.*2. *de hered. vel action. vend. l.*2. *C. de pact. vbi Iaſ.*

44 Notandum præterea ſemper ceſſare † reuocatoriam, vbi debitor conuentus eſt ſoluendo, *Crauett. conſ.*245. *num.* 2. *in fin.* & non probaretur emptorem participẽ fuiſſe fraudis, *Capic. deciſ.* 138. *num.*9.

45 Ampl. ſi ſententia † lata fuerit ad fauorem pupilli, vel minoris, & fuerit pronunciatum contra tutorem, vel curatorem, & exequtio fiat ſuper re alienata à tutore, *Bald. ad partes examinata difficultate conſ.* 249. *proponitur lib.*1. *num.*1. *verſ. in contrarium.*

46 Ampl. etiam ſi victor † velit probare victũ eſſe dominum rei, quam tertius aſſerit eſſe ſuã, & poſſidet, *Alex. in l. à Diuo Pio* §. *ſi ſuper. ff. de re iudic. num.*14. *in princ. verſ. ad prædicta, Iaſ. num.*8.

48 Limit. vbi ſingularis ſucceſſor † ſeu emptor, emit poſt latam ſententiam cõtra venditorem. *Alex. in l. ſæpe ff. de re iudic. nu.*69. *verſ. vna, Tuſcus concl.* 488. *exequutio nu.* 5. *&* 10. *ex Alex. d. l. ſæpe*, referens rationem, quia ſingularis ſucceſſor non eſt alius, ſed idem cum condemnato; etiam ſi ſententia eſſet arbitri, *vt ſubdit Alex. ibid. num.*12.

49 Limit. vbi venditio eſt nulla † & inualida, *l. ſi creditor*, §. *fin. ff. de diſtr. pignor.* per quem textum ita firmat *Caual. in ſpecul. commun. opin. quaſt.* 36. *num.*14. *& ſeq.* ampliando etiã ſi emptor eſſet clericus, & ſententia lata fuiſſet à iudice layco, *Surd. conſ.* 405. *num.*8. *poſt med.*

50 Limit. in emptore, qui emit † in præiudiciũ exequutionis ſententiæ latæ contra venditorem. *Cardin. Tuſc. concluſ.* 488. *exequutio, nu.* 5. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet ſi emptor emiſſet in fraudem paratæ exequtionis, vt dixi infra, *num.*61. licet ille ſimpliciter dicat limitari ſi alienatio fiat in præiudicium ſententiæ, quod non eſt verum, vt dixi *ſupra ampliat.* 5. ſeu, vt inquit *Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap. fin. num.* 4. ſi emptor poſt tres ſententias conformes emiſſet. *Ant. Monac. deciſ. Bononienſ.* 14. *num.*4.

51 Limit. contra emptorem † vniuerſalis iuris. *Neuiz. conſ.* 29. *num.*7.

52 Limit. vbi à lege † vel ab homine, prohibita fuit alienatio rei captæ in exequutione, quæ à tertio poſſideretur. *Surd. conſ.*405. *num.* 8. vbi exempla refert, idem comprobans *num.* 9. *Guttier. in l. nemo poteſt ff. de legat.*1. *num.*38. addendo, modo adſit hypotheca.

53 Limit vbi in iudicio perſonali † diſputatum fuit de dominio rei captæ in exequtione, & ſuper illo etiam pronunciatum. *Bald. conſ.* 149. *proponitur lib.* 3. *num.*1. *verſ. & licet.*

54 Limit. in omnibus caſibus † quibus acta iudicij, vel ſententia lata contra venditorem, præiudicaret, vel noceret emptori, nam contra eum mittetur exequtioni, æque ac mitteretur contra venditorem *Neuiz. conſ.* 20. *num.* 24. *quem ſequitur Oſaſc. deciſ.* 61. *nu.*13. *in fin.*

Limit. contra hæredem, & quemcumque

55 alium † qui lucratiuo titulo acquiſiuit bona debitoris. *Tuſc. concluſ.* 488. *exequtio n.* 20. *in fin.*

56 Limit. vbi venditor reperitur † in poſſeſſione rei, quam aſſerit vendidiſſe, etiam quod aſſerat

tas nomine emptoris possidere. *Rom. conf. 246. Clarissime n. 7. Cast. in l. à Diuo Pio §. si super rebus, ff. de re iud. n. 8.*

57 Limit. vbi venditio facta † fuit pendente lite, & venditor nihil aliud habebat, præter rem venditam, & emptor erat conscius litis, & paupertatis venditoris. *Peguer. decis.* 205. *crim. n.* 11. *in fin. & n.* 19. *Burat. decis.* 166. *num.* 4. *Cancer. var. resolut. de sent. & earum exequut. n.* 461. *& seq. plurib.* eam afferens rationem, quia venditio est fraudulenta, *ex Zuccard. conf.* 2. *n.* 112. *Surd. conf.* 405. *num.* 10. *post med. vers. secun-*

58 *dum, & num.* 20. *circa med.* licet idem † prius in principio fine distinctione aliqua firmasset limitari regulam nostram, vbi alienatio facta fuit lite pendente, quia præsumitur facta in fraudem creditoris, & Iudicis: quare credo illum intelligendum vt deinde se declarat, si talis alienatio, sit in fraudem. An autem sufficiat litem esse tantum contestatam, late *Cancer. var. resol. tom.* 2. *de sentent. exequut. n.* 461. 464. *& & dub. seq.*

59 Limit. vbi actione personali † agitur ad ipsã rem. *Osascus decis.* 65. *num.* 13. *in princ.* exemplum referens, si agatur remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* & pendente iudicio, reus alienauit rem emptam, nam sententia deinde lata mittetur exequutioni contra emptorem: addendo idem dici si agebatur ad vendendum fundũ, quem dominus vendere promiserat, & pendente iudicio, fuit alteri venditus. *Bald. conf.* 149. *lib.* 3. *num.* 1. *vide supra ampliat.* 11. *Rota recent. decis.* 609. *num.* 1. *part.* 2.

60 Limit. vbi lis fuit ipsi emptori † intimata, & ad omnes actus, & præcipuè ad sententiam citatus, *Cast. in l. eum filius* 48. *n.* 2. *vers. ex quibus, ff. de verb. obligat.* afferens fecisse remanere confusum quendam Aduocatum, qui diffidebat. Hanc cautelam citandi tertium habentem causam à principali debitore sequitur *Neuiz. conf.* 20. *n.* 2. 3. 15. 25. *in fin. & n.* 26. *vbi* alios refert, addendo secus dicendum si præsens fuisset sententiæ, *& n.* 17. vel an sufficiat citare emptorem, si sua putauerit interesse *nu.* 2. 19. 25. *vers. non obstat dictum Cyni;* agendo etiã eodem *n.* 25. *& 26.* An sit necessaria citatio ad sententiam. *Crauet conf.* 12. *n.* 8. *§.* Amplia præsertim si comparuit etiam citatus, si sua putauerit interesse, Idem voluit *Gabriel. conf.* 66. *lib.* 1. *n.* 2. *in fin.* si emptor suscepit iudicium; secus si cum venditore tantum citatus fuit.

61 Limit. vbi venditio facta fuisset † in fraudem paratæ exequutionis. *Bald. l.* 2. *C. ne vxor pro marit. n.* 8, *vers. breuiter*, quem sequuntur in *l. à Diuo Pio §. super rebus, ff. de re iud. Cast. n.* 8. *circa med. Ias. & Alex vterque num.* 10. *Ripa in l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebell. num.* 21. *in prin. n.* 22. *relati à Surdo conf.* 533. *num.* 4. *Osasc. decis.* 65. *n.* 4. *in fin. & n.* 5. *Card. Tusc. conclus.* 488. *exequutio n.* 5. plures concordantes refert. *Capic. decis.* 128. *nu.* 10. *circa med. & t.* 2. *in prin. Giurb. decis.* 62. *n.* 11, reprobando qui volunt *Baldum dicta in l.* 2. *C. ne vxor pro marito*, intelligi tantũ vbi actum fuit actione reali. *Mantic. decis.* 218. *num.* 11. *Rot. recent. decis.* 609. *n.* 2. *part.* 2. addendo magis procedere si exequutio fuit cœpta. *Gabr. de acquir. poss. conclus.* 8. *nu.* 3. *Cumia ritu* 90. *nu.* 37. *vbi alios refert.*

Contrarium tenent relati *à Ripa in d. §. si hæres, num.* 21. *vers. contrarium.* volentes quod non possit fieri exequutio, nisi præcedat reuocatoria: illos tamen reprobat, si factum sit prætorium pignus, & subsequuta sit subhastatio, *relati ab Intrigliolo decis.* 46. *n.* 59.

62 In fraudem autem † paratæ exequutionis dicitur venditio, vbi est facta post latam sententiam contra debitorem, & creatum prætorium pignus, seu post factam exequutionem in re, quæ deinde fuit vendita *Ripa in l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebel. num.* 21. *vers. videtur autem, & n.* 22. *Capic. decis.* 128. *num.* 10. 11. 12. *in prin. Mantic. decis.* 166. *nu.* 3. *&* 4. concludens dici factam in fraudem, si facta fuit lite pendente, vel lata sententia, vel facta illius exequutione, si tamen acquirens ista sciebat *Surd. conf.* 633. *exequutio, n.* 1. 3. *in fin. &* 4. *Osasc. decis.* 65.

63 *n.* 4. *in fin.* ita declarando † dicta *Baldi in l.* 2. *C. ne vxor pro marito n.* 8. quæ aliam cum supradictis patiuntur declarationem, si de dominio rei captæ in exequutione agebatur. *Cardin. Mantic. decis.* 218. *num.* 12. *Cast. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. n.* 8. *vers. debet tamen actor*, dicit alienationem factam in fraudem, si fuit facta post litem motam, quam emptor sciuit: & idem *ibidem* firmat *Alex. n.* 10. *circa med.* nihil tamen dicit de scientia litis, sicuti *& Ias. n.* 10. *circa fin. Herculan. nu.* 45. vbi *cum Giurba decis.* 62. *nu.* 5. plures modos probandi hanc fraudem refert, *& nu.* 11. concludit sufficere factam fuisse exequutione, pluribus relatis, inquirendo *n.* 12. 15. *& seq.* an necessaria sit scientia, & participatio fraudis in emente. Item si venditio sit facta coniuncto, seu affini. *Surd. conf.* 405. *num.* 14. Item si quis emat post sententiam. *Osasc. decis.* 65. *num.* 4. *in fin. Tuscus conclus.* 488. *exequutio, num.* 4. *&* 5. vel sciat debitorem nihil aliud habere in bonis præter alienata. *Burat. decis.* 166. *nu.* 4. *vers. vel inopia*, subdens idem dici si alienatio fiat titulo lucratiuo, licet acquirens nesciat litem, & dixi supra *hoc cap.* 2. *num.* 68.

64 Limit. vbi emptor † emit post sententiam rescissoriam contractus rei vẽditæ. *Surd. conf.* 405. *n.* 8. *&* 9. addendo procedere etiam si nulla præcesserit excussio condemnati.

65 Limita contra emptorem † emptoris, qui condemnatus vendidit, *Osascus decis.* 65. *n.* 4. *vers. Ias. vero, & n.* 14. *in fin.* licet *Tuscus, conclus.* 1488. *exequutio*, generaliter velit posse exequi contra quemuis emptorẽ, qui emerit post sententiam latam contra venditorem:

66 qui † dixit verum si sententia lata contra venditorem in personali tangebat rem emptam, vt in casu *Osasci*, quem ille refert, vbi condemnatus ad retrouendendum vendiderat alteri post sententiam: & viget ratio, quam ille refert ex *Alex.* quia singularis successor non dicitur alius, sed idem cum eo qui fuit condemnatus: & ita intelligendum esse *Tuscum* colligo ex *Osasco* dicta

dicta decis.65. n.4.circa finem,& Rolan.à Val. conf. 5.lib.2.num.9.

67 Limit. vbi emptor † citatus ad videndum exequi sententiam, nihil releuans opposuit, & contra illum relaxata fuit exequutio, ex congestis à *Surd. conf.334. n.8. & seq. & conf.405. Longa,num. 14.vers. portio,& numer. 30.circa fin.*

68 Limit. vbi aderat pactum † ne res in qua fit exequutio, alienari posset. *Surd. conf. 405.nu. 8. & seq. vbi late.Couar.Var. resol. lib.3. c. 7. num.6 circa princ.vers. illud tamen erit obseruandum*, *Caual. in specul. commun. opinin. quast. 36. num.14. & seq.* addendo procedere etiam contra Clericum.

69 Limit. vbi agitur † actione personali ex vltima voluntate. *Bart. l. creditores,C. de pignor. num.23.vers.aut in vltimis.Tuscus concl.488. exequutio num.7*

70 Limit. vbi actū. fuit personali actione † mixtam causam habente. *Bald. conf. 249. proponitur, lib. 3.num. 1.vers. & licet.*

71 Limit.in sententia lata † contra emphitheotam, nam potest exequi contra emptorem emphiteusis, qui lite pendente, vel alias orta, erat causa ferendæ sententiæ, vt puta ex canone non soluto, vel simili, vt colligo *ex Boer. decis.282. num.48.*

72 Limita vbi ad fauorem † actoris in actione personali aderat clausula constituti in bonis rei conuenti, & re vera possidebat tempore constituti, & id fuit probatum. *Cartar. decis. Ianuen.12. num. 7. Amatus decis. Marcb. 48. num. 1. & seq. Tuscus conclus. 488. exequutio, num.21. et 26.*

Intellige tamen, vt contra tertium agi pos-
73 sit, non tamen exequi † sententia in alium prolata. *Rolan. à Val.conf. 9. num. 19.lib. 1. Thesaur. decis. 215.num. 1. et seq.Tiraquel. de iur. Constit. part.1. num.43.* addendo idem dici si adsit clausula precarij, *& num.44.et seq.* late prosequitur declarando eam clausulam: idem subobscure contra morem suum dixit *Surd.decis.137. cum,num. 28. et seq. vers. sed quia. Mangil. de euict. quast.140. num.12. et seq. Gratian. discept. 150. num. 11. Tuscus concl.488.exequutio ,num.21. in fin.*

Limita vbi testis possessio non est iusta, quia clandestina, vel violenta. *Castr. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.num.8. in fin.*

74 Limita vbi emptor sciuit † & non contradixit liti motæ eius auctori de re capta, & illius dominio. *Bald. conf.149.proponitur lib.2. n. 1. in princ. et vers. item est considerandum*, declarando de quo tempore requiratur talis sciētia, addendo idem dici isto casu, quod dicitur de realiiudicio.

75 Limit. vbi ad fauorē creditoris † vēditor vltra clausulam constituti, vlterius creditori dederat facultatem capiēdi possessionem propria auctoritate. *Surd. decis.173. Cum domus, num 26. et seq. Cartar decis.12.fuit n.7.Cas.Barg.decis. 14.pro vera,num.13. Menoc. de adipiscen poss. remed. 5. num. 3. et seq. Gratian. discept. 16. num. 26.*

76 Limit. in emente † pignus iudiciale, seu prætorium. *Surd.conf. 533. exequutio num.1.* addendo posse fieri isto casu exequutionē, etiā quod non sit actum rescissoria, vel probetur alienationem fuisse factam in fraudem exequu-
77 tionis, licet † *Mauson. tract. de caus. exequut. ampliat. 7. nu. 40.* velit isto casu exequutiuè conueniri posse emptorem: sed credo illum decipi.

Quoad secundā partem, in quam diuisi propositam difficultatem, quia multum differt, An emptor emerit ante intentatam actionem realem, vel post, seu lite pendente ante sententiam, vel post sententiam, vel de dominio, vel non agatur;

78 Dicendum primo, si quis emat † ante motum reale iudicium, quod nullatenus sententia lata contra venditorem, exequi possit contra emptorem, nec alium singularem successorem, *l. si mater, §.fin. l. indicata, §.fin. de re iudic. Neuiz. conf. 20.num.13. vers. 3.Soccin.conf. 13.lib. 4.sub vers. postremo, Ossasc. decis. 65. superest, num.4. vers. tertio*, asserens fuisse obscurè id dictum à *Bart. in l.creditores, C. de pignor.num.23.vers. 3. & in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff.de re iudic. quast.penult.& in l. quanquam, §. 1. ff. de aqua pluu. arcen. Neuiz.conf. 20.num 13.vers. tertius casus.Alex. dicto §. si super, num.10.circa med.vers.secus si ante litem, Asinius in praxi, §.41.cap.2.limit. 30.num.1. in fin. vers.aut vero debitor.*

79 Ampl. vt non differat,† an in realti iudicio moto agatur de dominio, vel non. *Cardin.Tuscus conclus. 488. exequtio, num.16.*

80 Ampl. etiā si contra † venditorē actum fuerit iudicio possessorio, *Soccin. conf. 13. insignis. lib. 4.num.1.*

81 Limit. vbi interdicta esset alienatio † fundi, quod capi vult creditor in causa rei iudicatæ. *Caual. in specul. cōmun. opinion. quast. 36. nu.14. & seq.* addendo procedere etiam si possessor esset clericus, & addita esset clausula, quod propria auctoritate capi posset possessio, absque auctoritate, vel decreto Iudicis, & cōcludit *Gratian. discept. 15. num. 26. & dixi infra, §.29. vers. Ampl. prasertim si tale pactum.*

82 Limit. vbi actum † fuit hypothecaria. *Tuscus conclus. 488. exequutio num. 22. in fin.* addendo procedere, etiam tertio non citato.

Limit. vbi alienatio facta fuit in fraudem, nam intentata rescissoria, probata fraude, fiet exequutio. *Castr.in l. à diuo Pio,§. si super rebus, ff. de re iud. num.8.ante fin.vers.sed si alienatio.*

Dicendum secundo, si quis emat post motum reale iudicium, in quo agatur de dominio rei,
83 quod sententia † lata contra venditorem exequi potest contra emptorem, *Bart. in l. creditores, C.de pignor.nu.23.vers.secundo casu, quem sequuntur Neuiz.conf. 20.nu.13. vers. secundus casus,per d.l. 2. C. de litig. & Ossasc. decis.65.n.4. vers. aut alienatio est facta,Boer. decis. 182.num.51. & 52.* addendo exemplum de iure retractus, quod potest intentari a consanguineo, etiam si res retrahenda euadat ad

mille

mille manus, si modo duret tempus concessum ad retractum, *Cesar Vrsil. ad Afflict. decis.* 331. *num.* 2. *Neuizan. consil.* 20. *num.* 13. *vers. secundus*, *Afflict. decis.* 396. *num.* 9. *& seq. Couar. pract. quaest. capit.* 15. *num.* 7. qui late
84 prosequitur, & ita esse intelligendum † *Cynum in l.* 1. *C. de alienat. Iud. mut. caus. quaest.* 9. dum voluit generaliter posse exequi sententiam in eum, cui dolo, & fraude alienata est res aliqua debitoris, non praecedente reuocatoria, iuxta commmunem aduersus *Cynum*, qui hoc modo declaratus concordatur cum communi. *Soccin. cons.* 13. *insignis, lib.* 4. *n.* 1. *vers. praeterea*, *& n.* 4. *circa med. Surd. cons.* 334. *n.* 13. vbi plures refert concordantes, *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *n.* 7. vbi plures idem sentientes congerit, *& n.* 42. *Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap* 4. *in praefat. num.* 531. *Asin. in praxi*, *§.* 30. *limit.* 38. *num.* 1. *vers. voluit enim Cynus Vinc. de Franc. decis.* 545. *de iure n.* 2. *& seq.*
85 Ampl. siue emptor sciuerit † siue ignorauerit, pendere litem super re empta, *Couar. pract. quaest. cap.* 15. *nu.* 7. *vbi late probat reprobato Angel. Ofast. decis.* 65. *num.* 13. *in fin. testans* communem esse Legistarū contra Innoc. aliud sententiam, *Neuiz. cons.* 20. *nu.* 1. 21. 26. *in fin. & num.* 34. *Caual. commun. cent. Com. quaest.* 820. *num.* 33. *&* 34. *Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 5. *n.* 6. *in fin. Peguer. late decis.* 205. *n.* 14. *Tusc. conclus.* 488. *exequutio n.* 9.
86 Contrarium si emptor ignorauit † rem esse litigiosam voluit *Natta*, *cons.* 530. *nu.* 4. *vers. praeterea*, quem sequitur *Lancell. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in praefat. n.* 527. *circa med.*
87 Ampl. etiam si emptor esset clericus † & sententia lata esset à Iudice layco. *Giurb. decis.* 62. *num.* 2. *in fin. Ancar. cons.* 333. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap* 4. *in praefation. n.* 537. *circa med. Vrsill. ad afflict. decis.* 333. *num.* 3. eam afferens rationem, quia clericus emendo lite
88 pendente, turbat iudicium laycum † in sua iurisdictione, quam ille potest defendere iuris, & facti remedijs, aduersus turbantem de facto, *Caual. in specul. commun. opinion. quaest.* 36. *n.* 14. *& seq.* & adiuuatur illius opinio ex dictis *Chassan. ad consuetud. Burg. rub.* 1. *§.* 5. *glos. penult. n.* 81. 83. *& seq.* eam afferens rationem quia agitur de re subdita dominio laycorum, alias layci Iudicis iurisdictio fieret illusoria, motus dictis *Bart. Bald. in l.* 1. *ff. si quis iurisdic. non obtemp.*, alijs etiam pluribus consentientibus relatis, quibus addo congestos à *Giurba decis.* 62. *n.* 2. *in fin.*
89 Contrarium consuluit † *Socin. cons.* 13. *insignis, lib.* 4. *num.* 3. *&* 30. *& seq.* & comprobari potest ex dictis *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in praefat. n.* 560. & 622. vbi firmat non contrahi vitium litigiosi coram incompetenti Iudice. *Vinc. de Franc. decis* 545. & opinionem *Socini* esse veriorem, & *n.* 7. *circa fin.* & *n.* 13. refert ita iudicatum.
90 Ampl. etiam absque alia citatione †, *Abb. & alij relati ab Afflict. decis.* 545. *num.* 3. *Afflict. decis.* 396. *in causa*, *nu.* 9. *sequitur Vrsil. ad* eundem *Afflict. decis.* 331. *n.* 2. *sequendo Cyn. in l.* 1. *C. de alien. iud. mutand. caus. fact. nu.* 12. *& seq.* dum voluit posse exequi sententiam in possessorem rei, quam quis possidet, dolo, vel culpa prioris possessoris, *Mantic. decis.* 218. *num.* 8. *relati ab Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *nu.* 41. *in fin. & nu.* 50. declarando vbi ex actis constaret emptori nullam competere defensionem, & procedere hoc contra quemcunque fiat exequutio, si notorium sit, non habere causam defensionis. *Neuiz. cons.* 20. *n.* 36. *vers. secundo*, concludens non requiri, si fiat in eadem re etiam contra haeredem, concurrentibus quae subdit *num.* 37. *Vinc. de Franc. decis.* 545. *de iure n.* 3. vbi relato *Abb. in cap. Ecclesia S. Mariae, vt lite pend.* testatur ita seruari, & practicari, *& Roizius ibidem* plures cogerit.
91 Contrarium quod sit citandus † iste secundus possessor, late conatur defendere *Socin. cons.* 13. *insignis*, *lib.* 4. *n.* 3. 5. *& seq.* verum concordari potest ex dictis *Couar. pract. quaest. cap.* 15. *num.* 7. *& Vrsill. ad Afflict. decis.* 331. *nu.* 2. *vers. sed in illis. Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *n.* 18. *in fin. Amatis decis. Marchia* 48. *n.* 8. *Natta cons.* 350. *num* 4. *circa med*, & quod opus sit processu, vbi venditio rei litigiosae facta fuit in casibus à iure permissis, *Capic. decis.* 128. *nu.* 7. *& num.* 12. *vers. quod in realibus*, vbi refert ita iudicatum in casu quo res fuerat in dotem data. *Gabr. cons.* 52. *lib.* 1. *num.* 5. *vers. ex his*, *& num.* 15. ampliando etiam si emptor fuisset constitutus in male fide, *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 4. *praefat. n.* 524. concludens, licet non requiratur nouus processus, requiri tamen citationem ad videndum exequi. Conciliari item potest ex dictis *Caual. Specul. commun. opin. quaest.* 820. *num.* 41. *& seq. plurib. & Giurba decis.* 62. *num.* 17. *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *n.* 43. *& seq. plurib.* late hanc opinionem defendat, ampliando etiam si ageretur de exequutione in eadem re, super qua lata est sententia; *& n.* 48. alios consentientes refert; *& num.* 40. ampliat etiam si post latam sententiam facta fuisset alienatio; *et num.* 25. respondet dictis *Cyni*, & alijs exaduerso allegatis, Concordari item possunt ex *Baldo cons.* 149. *proponitur n.* 1. *vers. item dicit Innoc. et vers. solutio*.
92 Ampl. non obstante quod emptor † interim sibi dandum mandatum de manutenendo, exciperet. *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *numer.* 3. *& sequen.* eam afferens rationem, quia emptio facta lite pendente est nulla, & fieri non potest in praeiudicium litigantium, etiam si addita fuisset constituti vel precarij clausula.
93 Ampl. praesertim vbi ista difficultas † esset Statuto decisa, vt Perusij teste *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *n.* 8. *vers. et praedicta*, *et num.* 56. *et seq. Vinc. de Franc. decis.* 545. *de iure, num.* 2. *et* 3. vbi refert ita cautum esse Neapoli.
94 Ampl. quocunque modo res fuit effecta † vere litigiosa ante alienationem. *Capic. decis.* 128. *num.* 6. *et seq. Purpurat. cons.* 141. *num.* 2. *in fin. et* 4. *in fin. Neuiz. cons.* 22. *num.* 13. *in princ. & vers. secundus, nu.* 14. etiam vbi possessio tantum est litigiosa. *Socin. cons.* 13. *lib.* 4. *num.* 1.

numer.1. *verf. preterea*. Boer. *decif*. 182. *Dico. num*.51. *Alex. in l. à diuo Pio*, *§. fi fuper ff. de re iud. num*. 11. *Parlador . rerum quotidianarum lib*.2.*cap. fin. part*. 4.§.5.*num*.6. vbi plures confentientes refert, & *num*.9. addit, procedere, fiue agatur actione in rem, fiue in perfonam, fiue de re ipfa, fiue de quouis iure litigiofo. *Lancellott. de attent. par*.2. *in præfat. cap*. 4. *num*. 537. *in fin. & num*. 538. vbi de-
95 clarat † quando res dicatur vere litigiofa.
96 Ampl. præfertim vbi emptor emit † poft latam fententiam contra venditorem. *Ofafc. decif*. 65. *fupereft num*, 4. *verf. aut quarimus*, *et num*. 9. *et feq. &* 14. *in fin*. vbi refert, ita fuiffe iudicatum, in cafu quo emptor emerat, cum pacto de retrouendendo, & lata fententia, quod deberet retrouendere, idem emptor alteri vendiderat. *Neuiz. conf*.20. *num*.13.*verf. primus*. *Surd. conf*. 405. *longe, numer*.9. 8. *et* 10. *Veftr. in praxi lib*.8.*cap. fin. num*.4.*vbi refert ftylum Rom. Cur*.
97 Ampl. etiam contra emptorem † qui emit lite mota, contra venditorem beneficio *leg*.2. C. *de refcind vendit*. *Ofafc. decif*. 65. *fupereft num*.13. *verf. nec obftat*, *Surd. conf*. 405. *numer*. 10.
Ampl. præfertim, vbi emptor emit poft fa-
98 ctam † exequutionem in re capta. *Surd. conf*. 533. *exequutio, numer*.1. *& fequen*. *Caual. in fpecul. commun. opin. quæft*. 280. *numer*. 89.
99 limitando † vbi quis neceffario emit. *Maufon. tract. de cauf. exequut. ampliat*.6. *numer*.40. *Crauett. conf*.12. *num*. 8. *Giurba decif*.62.*n*.18.
100 Ampl. etiam vbi emit † fciens litem pendentem fuper rei emptæ dominio. *Ofafc. decif*. 65. *fupereft*, *num*.4.*verf. aut alienatio*, afferens id fuiffe dictum à *Dec. conf*.187.*col. fin. Iaf. in §. omnium*, *inftit. de action. num*.48. *& Afflict. decif*. 396. *num*. 9. male dixiffe communem effe in contrarium, *Lancellott. de attent. par*.2. *in præfat. cap*.4. *num*.531. *& feq*. addendo poffe exequi abfque nouo proceffu, & ita fuit decifum a *Rota*. *Caual. fpecul. commun. opinion. quæft*. 280. *num*. 32. *& feq*. *Surd. conf*. 554. *num*.13. *& conf*. 405. *num*. 18. *& feq. &* 29. *Mantic. decif*. 218. *num*. 8. *& feq*. *Veftr. in praxi cap. fin. num*.4. *Natta conf*. 350. *num*.3. ea ratione, quia vēditio eft nulla, relati à *Giurb. decif*.62. *num*.6. *& à Farinac. de furtis q*. 175. *num*.262. *& feq*.
101 Quam tamen ampliationem intelligas, † fi venditio fuit voluntaria, fecus fi neceffaria cogente Iudice, etiam pro folutione æris alieni. *Caual. fpecul. commun. opin. quæft*. 280. *n*.49. *& feq*. vbi refert ita fuiffe iudicatum. *Giurb. decif*. 62. *num*.18.
102 Ampl. præfertim vbi emptor † eft potentior venditore. *Neuiz. conf*.20. *num*.10. vbi plura congerit contra hoc genus venditionis. *Lancellott. de attent. par*. 2. *in præfat. cap*.4. *numer*. 523.
103 Ampl. etiam fi emptor † emiffet de licentia Principis, vel alterius cuiufuis auctoritate effugiffet pœnas vitij litigiofi. *Neuizan. conf*. 20. *num*.12. *verf. tamen*, eam afferens rationem, quia Princeps non cenfetur derogaffe iuri alterius, & voluiffe, vt mutee aduerfarium præfertim potentiorem, vel duriorem.
104 Ampl. præfertim fi exequutio fiat † in vim Inftrumenti habentis paratam exequutionem, vt ex *Alex. & alijs* voluit *Tufcus conclus*.488. *exequutio num*, 19.
105 Ampl. vt exequi poffit talis fententia † etiam contra hæredem venditoris, etiam quod effet pupillus. *Neuizan. conf*. 20. *num*. 12. *in fin. & num*. 23. *& feq. pluribus &* 36.
106 Ampl. contra heredē † minore etiam non citatum, concurrentibus quæ ille fubdit *num*.37. Vel citatum, vt fubdit *ibidem numer*. 20.36. *Mantic. decif*. 218. *numer*. 9. eam affetens rationem quia mutatione perfonæ, non mutatur ius actoris. *l*. 2.*§. ex bis*, *ff. de verb oblig*. Verior tamen eft ratio, quia per fententiam di-
107 cimur quafi contrahere, & quafi † contractus, ficuti & contractus, tranfeunt in hæredes, & contrà. *Iaf. l*. 4. *ff. de re iudic. num*. 4.
108 Ampl. præfertim fi emptor pēdente iudicio cum venditore fuit citatus, vt pluribus probat *Neuiz. conf*. 20 *numer*.15. *et* 19. *verf. tertio*, *et n*. 25. *et illam verf. Nat. conf*. 350. *num*.4.
109 Ampl. etiam vbi emptor † emit poft latum laudum fuper re vendita, & fententia fecerat tranfitum in iudicatum. *Bart. l. creditores*, *C. de pignor. num*.23. *verf. circa hac igitur*. *Papienfis in pract. action. real. §. tenet, et poffidet*, *num*.5. *Tufcus conclus*. 486. *exequutio n*. 12.
110 Ampl. præfertim vbi emit † poft litem, etiam quod non ageretur de illius dominio. *Ofafc. decif*. 56. *num*. 4. *Tufcus concl*. 488. *exequutio numer*. 10. extendens *num*. 12. etiam poft fententiam laudi, quæ tranfiuit in iudicatum.
111 Ampl. etiam fi ageretur † de mandato de euacuando. *Rom. conf*.246. *clariffime, num*. 2. *in fin*.
112 Ampl. vbi petitur exequutio † contra poffidentem rem hypothecatam, de qua lata eft fētentia exequenda, & pactum fuerat, ne alienari poffet. *Gratian. difcept*. 17. *retractanda*, *num*. 13. *et difcept*. 150. *non. num*.19. *et* 13.
113 Si autem venditor haber aliunde † vbi fatisfaciat actori, an retardetur exequutio contra tertium, videndi funt *Ofafc. decif*.65. *num*. 6. *Crauett. conf*.235. *num*.2. *in fin*. *Caftr. in l. à diuo Pio*, *§. illud*, *ff. de re iud. num*. 2. *et feq*.
114 Ampl. præfertim fi nulliter † fuit res vendita. *Caual. fpecul. commun. opinion. quæft*. 36. *fatis anceps nu*. 14. *et feq*. exemplum referens, fi ex conuentione res effet prohibita alienari, & ideo fpecialiter hypothecata; addendo quod fieri poffit exequutio ifto cafu, etiam quod emptor effet clericus, & fententia fuiffet prolata à Iudice layco, idem repetens *quæft*.820.*et feq*. *& num*.37. addit exequutionem poffe fieri fine citatione, licet *nu*.38. *et feq*. referat diffentientes, quos reprobat, *et num*. 40. *et feq*. conciliet, vt dixi *infra §*. 17. *limitat*. 4.
115 Ampl. etiam † fi quis emat à fifco. *Lancellot. de attent. part*.2. *in præfat. cap*.4. *num*.533.
116 Ampl. etiam †, fi emptori fuperueniffet ius aliquod, poft motum reale iudicium, *Lancellot. de*

de attent. part. 2. *cap.* 4. *in præfat. n.*536.

117 Ampl. præsertim † si ad sententiam fuit citatus, si sua putauerit interesse, *Lancellot. part.*2. *cap.* 4. *in præfat. num.*535.

118 Ampl. etiam si emptor † esset Ecclesia, vel alia pia causa, *Lancellot. de attent.part.*2.*cap.*4. *in præfat. n.* 524.

119 Ampl. etiam si emptor emisset lata † sententia ab obseruatione iudicij moti in venditorem, *Lancellot. de attentat. part.*2.*cap.*4.*in præfat. n.*529.*et sequen.*

120 Ampl. etiam contra emptorem † emptoris, *Lancellot. de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. numer.* 545.

121 Ampl. etiam vbi emptor emisset † vigore iuris congrui, vt in Vrbe, vbi ex bulla Gregorij XIII. causa ædificij quis cogitur vendere, *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfation. n.*540.

122 Ampl. etiam † si res esset mobilis, *Lancellot. de attentat. part.*2.*cap.*4. *in præfat. n.* 543.

123 An ei saltem sit præstanda cautio ab exequēte de restituendo in casu succumbentiæ. *Ioseph Lud. decis. Perus.* 26. *Aemilianus num.* 9. *& sequen.*

124 Limit. vbi emptor emit † post peremptam instantiam. *Cas. Vrsil. ad Afflict. decis.* 331. *num.* 2. *circa med.*vbi testatur ita decisum, qui licet neminem referat, qui id dicat, addo id fuisse prius dictum à *Natta consil.* 2. *num.* 2. *& cons.*350.*num.*5. *Ofasc.decis.*65.*nu.*14. *Honded. cons.*20.*contenditur num.* 31. *in fin.* 36. *& seq.*

Quia controuersus est articulus, an vitium
125 † litigiosi duret perempta instantia; ideo circa præcedentē limitationem videndus *Lancellot. de attentat. par.*2.*cap.*4. *in præfat. num.*596. *& seq. pluribus.*

126 Limit. vbi emptor emit perempta † instantia de consensu partium, quia tunc cessat vitium litigiosi. *Natt.cons.* 350. *Augustinus num.* 4. *in fin. Vrsil. ad Afflict. decis.* 331. *numer.* 2. vbi testatur ita fuisse iudicatum. *Gabriel. cons.* 52. *lib.*1.*num.*8.

127 Limit. vbi emptor emit durante † instantia, quæ fuit reuocata ex gratia Principis, vbi illa erat perempta. *Cas.Vrsil. ad Afflict. decis.*331. *num.*2. *circa fin.*

128 Limit. vbi iudicium intentatum † super dominio fuit aliquo modo nullum; vt ex *Innocen. Rom. & Felin. voluit Purpurat.cons.*141.*n.*3. & comprobatur ex dictis in meis Collectaneis *ad l non putauit*, §.*non quauis, ff. de bon. poss. contr.tabul. Gabriel. cons.* 52. *lib.* 1. *nu.*6. *in fin.* ampliando etiam si nullitas fuit à Principe sanata. *Lancellott. de atttent. part.*2. *c.* 4. *in præfat. num.* 557.

129 Limit.vbi sententia lata fuit† in venditorem ex illius confessione. *Tuscus conclus.* 488.*exequut. numer.* 32.

130 Limit. vbi sententia † lata fuit in venditoris contumaciam. *vt dixi supra* 15. *limit.* 4.

131 Limit. vbi sententia lata † fuit ex probationibus priuilegiatis. *Soccin. cons.* 13. *lib.*4.*numer.* 32. *vers. secunda.*

132 Limit. vbi sententia lata fuit † ex præsumptionibus, *Bald. cons.*149. *proponitur. lib.*3. *n.*1 *vers.nec sententia lata ex præsumptionibus.*

133 Limit. in emptore qui emit † rem tempore perituram. *l.alienationes ff. famil.bercisc, vbi Alex.not.l si bonæ fidei, l. si quis libertatem, ff. de pet. hared. Lancellot. de attentat. par.* 2. *cap.* 4.*in præfat. nu.* 575. *& seq.* addendo talem venditionem fieri debere decreto iudicis, quod ille non potest denegare nolle interponere.

134 Limit. vbi † calumniose & iniuste actum fuit. *Cassad. decis.* 7. *de dolo, & contum.* quī præterea refert coniecturas calumniæ, & sequitur *Lancellot. de attent.part.* 2. *cap.*4.*in præfat. num.*556.

135 Limit. vbi iudicium † motum fuisset coram incompetenti iudice, vt volunt *relati supra ampliat. secunda.*

136 Limit. vbi iudicium mouetur † criminaliter occasione rei, nam eum per illud non censentur attentata, quia potius persona, quam res est litigiosa, si interim vendatur res cuius causa criminaliter agitur, non fiet exequūtio contra emptorem sine nouo processu. *Lancellott. de attentat. part.*2.*cap.*4. *in præfat.num.*564.*& sequent.*

137 Limit. vbi lis fuisset mota † à procuratore, non habente mandatum, vel non sufficiens. *Ofasc. decis.* 144. *ex actis num.* 8. *Lancellott. de attentat. part.* 2.*cap.*4. *in præfat. num.*578.

138 Quid autem dicendum † si vendita fuerit tātum possessio, viden. *Lancellott. de attentat. part.*2.*cap.* 4. *in præfat.num.*579. *& seq.*

139 Limit. vbi sententia lata est † per collusionē cum victo. *Castr. cons.*179. *in causa. lib.* 1. *vers. super vltimo. Tusc. conclus.*488. *exequutio num.*32.

140 Limit. vbi emptor emit in vim † pacti de emendo, quod fuerat conuentum ante motam litem, *Prosper. Paset. cons.*197. *res adeo, n.*4. quem sequitur relatis *Odofred. Bald. Alberic. & alijs ab illo congestis, Lancellot. de attent.par.*2. *cap.*4. *in præfat. n.* 592. & est textus *in l. alienationes* 13. *ff. famil. bercis. Giurba decis.* 62. *numer.* 18.

141 Limit. vbi quis emit † dotis causa, *Capic. decis.* 128. *nu.* 7. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 548. *et seq.* ampliando siue agatur de dote constituenda, siue restituenda, *Giurba, decis.* 62. *num.*18. *circa med,*

142 Limit. in emptore † necessario, *Giurba, decis.* 62. *num.* 19. *et* 19. exemplum referens, si venditio fuit facta ex Iudicis decreto habente causam ante alienandi prohibitionem.

143 Limit. in eo qui emit † ante motum iudiciū à vetustiori creditore causam habente, *Giurb. decis.* 60. *num.*18. *et* 20.

144 Limita vbi principaliter, & directe † alienatio non dirigitur in fraudem, licet ex illa sequatur fraus, *Giurba decis.*62. *num.* 18. *circa med. vers. quo etiam*

Limit. vbi venditio fuit necessaria, *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 2.*limit.*8.*nu.* 7. *et seq.* vbi declarat quando venditio dicitur neces-

saria, *Giurba decis. 62. num. 19.*

An autem quæ sunt dicta hoc §. sint repetenda in emptorem bonorum emphiteoticorum, si agatur de exequutione sententiæ latæ, quia fuerit solutum laudemium, vel canones decursi tempore venditoris, dixi *infra* §. 9.

145 Si autem venditor assumpserit † in se litem, viden. *Marant. in prax. cap. fin. num.*40. *in fin. et num.*41. *Mangil. de euiction. quæst.*177.

146 Limit vbi quis † emit ante litem motam, *Tusc. conclus.*488.*exequutio, nu.*16. vbi sublimitat dupliciter.

Si emptor sit clericus, coram quo Iudice renouanda sententia, dixi *infra* §. 17. *vers. singulare*.

147 Quid si venditor conuenerat cum † suo creditore, vt in casu moræ posset propria auctoritate ingredi, & capere possessionem suorum bonorum. *Rofred. de libel. rub. de edict. diui Marci num.* 8. *Gabriel. de acquir. possess. concl.* 8. *num.*1. *& seq. & dixi infra* §. 17.

Quid autem sit dicendum contra emptorem 148 † vel legatarium, vel donatarium hæreditatis, videndi sunt. *Gul. Bened. cap. Raynutius*, §. *cætera bona, num.*47. *& seq. Dec. consi.*237. *num.*6. *vers. quanto*. *Bertrand. Argent. ad cōsuetud. Briton. artic.* 219. *num.*5. *cum quatuor seq. Achil. de Graf. decis.*8. *de dolo, & contum. Alex. consi.* 156. *lib.*2. *num.*2. *& seq.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Rei plures debendi vt fiant, quæ requirantur 1. 2. 3. 4. 5. 6. *De Iure Digestorū absque alia formula dicebantur constituti.* 7

Digestorum ius circa obligationem plurium reorum, an sit correctum à iure Codicis. 7

Correorum omnium vna est conditio. 8. *Ampl.* 9. 10.

Solutione vnius ex correis omnium soluitur obligatio. 9. *ampl. ibid. &* 10.

Sententia lata ad fauorem vnius correi prodest alteri. 10. *contrarium.* 11.

Sententia lata contra vnum ex correis exequi non potest contra alium sine nouo processu. 12. *& quare.* 14. 15. 16. 17. 18. *ampl.* 19. 20. *limit.* 22. 23. 28.

Correi inuicem dicuntur fideiubere. 15. *æquiparantur fideiussoribus contractus, non autem iudicij.*

Ronchegal. Pisis legit cum Asinio. 17.

Solidi obligatio, quando censeatur extincta per perceptionem partis. 24.

Correorū vnus si fiat non soluendo, si vnus illorum soluat cum cessione iurium, quomodo fiat reliqui solutio. 25.

Correi debendi, qualiter omnes simul, vel diuisim conueniantur. 26.

Sententia lata contra vnum ex correis, quando noceat alijs. 27.

Correi qualiter obligentur ad expensas litis. 29

Sextus esse potest casus in duobus, vel alijs pluribus correis debendi, seu promittendi, vel soluendi, qui sponte ex eodem contractu, eademque causa, insolidum fuerint obligati. Verum antequā ad illius resolutionem deueniam, ne procedamus per ignota, & quæ paucis verbis prædixi, declaremus, notandum erit, quod plu-

1 ra † coniungi debent ad effectum, vt plures fiant rei debendi.

Primò, vt illi obligentur occasione eiusdem rei, quæ sit eadem, vere, vel saltem interpretatiue, *l.* 2. *&* 3. *l. nemo est, ff. de duob. reis, Bart. l. fin. ff. eod. n.* 6. quare si plures faciant pactem cum reciproca obligatione, & pœna de non offendendo, quia factum vnius non est factum alterius, vere, nec interpretatiue, non sunt illi plures obligati, correi debendi, vel credendi, *Cast. in l. si quis id quod, ff. de duob. reis n.*4. *Papiens. in form. libel. contra plures reos*, §. 1. *n.*3. *Bart. in l. fin.*, *ff. eod. num.* 2.

2 Secundò, vt obligatio plurium † sit ex eadem causa, *l.* 2. *ff. de duob. reis*: quare si vnus ex mutuo, alius ex deposito, alius ex commodato, alius sit debitor equi, alius pecuniarum, non sunt illi correi debendi, *l. si id quod, ff. de duob. reis*, sed generali nomine sunt eiusdem personæ seu creditoris debitores, *l. creditores, & l. seq. ff. de verb. signif. Papiens. in prax. in form. libel. contra plures reos*, §. 1. *numer.* 1. *in fin.*

3 Tertiò, quod obligatio † plurium, sit par, aut saltem facile reducibilis ad paritatem, *l. ex duobus* 7. *l. eandem*, §. *fin. ff. de duob. reis*, *Bart. in l. fin. ff. eod num.*1. *circa fin. vers. aut potest reduci*, qui tamen late distinguit quando fiant, vel non plures correi, data diuersitate aliqua in forma, tempore, modo, substantia, qualitate obligationis factæ à pluribus.

4 Quartò, vt plurium obligatio sit voluntaria † non autem ex necessitate legali, vel iuris rigore, vt dicunt *Bart. in l. fin. ff. de duob. reis, n.*4. *circa med. & Curtius in l.* 1. *C. de transact.* Ideo quamuis plures tutores sint in solidum obligati pupillo, *l. tres tutores, ff. de admin. tut.* proprie tamen non sunt correi, quia conuenti habent beneficium diuisionis, ordinis, cessionis, & vtilis actionis sine cessione, *l.* 1. §. *nunc tractemus, ff. de tutel. & ration. distrah. Surd. consi.* 170. *num.* 10.

5 Quintò, vt principaliter † sint obligati, nam si accessoria sit illorum obligatio, non sunt illi correi debendi, sed vnus dicetur principalis debitor, & qui accessorie est obligatus, dicetur fideiussor, nec obligatur ad solidum, nisi expresse fuerit actum, *Bart. in l. eandem*, §. *ff. de duob. reis, num.* 5. *&* 6.

6 Sextò, quod quisque ipsorum † in solidum obligetur expresse, *l. reos*, §. *cum tabulis, ff. de duobus reis, vbi Ronchegal. n.*65. *& sequen. auth. hoc ita, C. eod.* Vel tacite, vbi ex conceptione, & natura verborum importatur solidi obligatio, veluti si disiunctiue, vel alternatiue testator iusserit duos, vel plures ex institutis hæredibus, Titio centum date, *l. si ex tanto* §. 1. *ff. de legat.* 1. *Ronchegal. d.* §. *cum in tabulis n.*6. *vers.*

verf. reos; & n.64. Vel etiam vbi per dictionem distributiuam, quæ pariter solidum signat, quis fuerit quid stipulatum, vt puta, & Titius, & quilibet vestrum, mihi eadem decem præstabunt. *§. fin. inst. de duob. reis*. Si autem copulatiue fuerit eadem quantitas p omissa a pluribus, an sint illi correi, nisi addita fuerit clausula in solidum, qua communiter tabelliones, vt inquit *Balduin. in §. ex huiusmodi inst. de duob. reis n.5. & seq.* cum magno errore vtūtur, illius vim nec ipsi, nec qui se obligant, intelligendo, videndi sunt *Bart. in l. 2. ff. de duob. reis n.2. Io. Oinot. §. 1. inst. de duob. reis n.12. verf. 5. per dictionem. Vesembec. in suis paratitl de duob. reis n.5.*

7 An autem Ius Digestorum, † quo plures rei censebantur obligati in solidum, sine alia formula verborum, *l. 2. ff. de duob. reis*, sit per ius nouissimum correctum, grauis est controuersia, & illam adhuc sub iudice esse asserit *Papiens. in forma libell. contra plures §. quilibet n. 1. & seq.*

8 His suppositis, cum ratione solidi omnium † correorum vna sit conditio, quia idem præstare singuli cogi possunt, & tanquam communis fortunæ facti socij, mutuo gaudent commodo, &

9 incommodo, quare solutione vnius † omnium perimitur obligatio, *l. 3. in fin. ff. de duob. reis*, etiā quod soluens protestetur noluisse, nec velle liberasse correos solutione facta *Benintend. decis. 81. num. 9. & 15. Prosper Paset. conf. 125. num. 1. 13. & seq. & conf. 126. num. 1. &*

10 *seq.* Sententia † absolutoria ratione debiti lata ad fauorem vnius ex correis, prodest alteri, quamuis iudicio non adfuerit, *l. 1. C. si plures vna sent. Bart. l. ex duobus, ff. de duob. reis n.17. verf. secundo & in auth. hoc ita C. eod. n.44. & in l. penut in fin ff. eod. Guid. Pap conf. 212. n.3. & 4.* considerando quod contrariorum eadem sit doctrina, secundum naturam sit, vt quis ex eadem persona sentiat incommodum, ex qua apta est recipere commodum, *l 1. ff. quod iussu. l. ex qua persona l. secundum naturam ff. de reg. iur. Roncbegal.* tamen, vt idem inquit,

11 fuit in noua contra *Bart.* opinione, † vt sententia absolutoria vnius correi, nullo casu prosit alteri, *in l. ex duobus 16. ff. de duob. reis n.37. verf. verum; & n.36.* cuius dicta quia prolixa, & cōsideratione egent, non refero, *dum n.33.* prius late defendisset contrarium; dicendum videtur, sententiam latam contra vnum ex correis, posse exequi contra alterum.

12 Attamen contrarium † voluit *Bart. in l. ex duobus, ff. 10. de duob. reis n.17. verf. secundo videndum, & in auth. hoc ita C. de duob. reis n.44.* concludens fine distinctione aliqua, quod sententia lata contra vnum ex correis, alteri non noceat, nec contra illum exequi possit, sine no-

13 uo processu, licet secus quandoque sit † in absolutoria sententia, vt idem *Bart. distinguit in d. auth. n.43. Bart sequitur Asin. in prax par. 1. §. 31. c. 2. limit. 26. Maldonat. in silua respons. lib. 1. respons. 1. n.5. Roncbegal. l. ex duobus ff. de duob. reis n.29. & seq. Milanens. decis. 15. n.84.* vbi alijs relatis testatur de communi.

Sequendo itaque opinionem *Bart.* & illi con-

14 sentientium, † pbari potest illa ex ijs, quę de stricta interpretatione sententiæ considerabam supra in antecedēti *§. in prin. Cast. conf 246. visis supra dictis lib. 1. n. 1.* concludens plures tutores, qui non facta diuisione administrationis, ex decreto iudicis, vel testatoris, æquiparantur pluribus reis debendi, si vnus illorum fuerit condemnatus, sententia contra illum tantum exequi potest. Nec non considerata natura, & qua-

15 litate † correorum, qui inuicem fideiubere videntur, *l. reos ff. de duob. reis. Vesembec. in paratitlis eiusdem titul. n.8.* Correique æquiparentur fideiussoribus contractus, non autē iudicij, *Asin. in prax. §. 31. cap. 2. ampliat. 26. n. 1. circa med.* si-

16 cuti pactum † vel aliud factum fideiussoris, non nocet reo principali, nec confideiussori, *l. fideiussoris 24. ff. de pact. Vesembec. loco mox citato, l. si duo ff. de duobus reis, l. mora §. penul. ff. de vsuris.* Iniquum est enim etiam in coniunctis obligationibus, vnius factum, vel culpam, alteri nocere, *l. non debet ff. de regul. iur.* Ita & sententia lata in vnum ex correis, non nocet, vel apta esse potest ad nocendum alteri correo, cum nec acta facta cum vno illorum, genus aliquod probationis faciant contra aliū, *l. sæ. ff. dere iudic. Roncbegal. in l. ex duobus ff. de duob. reis n 4.* vbi late probat tantum facere aliqualem præsumptionem, quæ iudicis animum minime mouere debent. *Asin. in prax. §. 31. c. 2. limit. 26. n. 3. & 4.* qui de verbo ad verbum re-

17 fert dicta Ronchegal. † quem ibidem testatur eodem tempore fuisse illius concurrentem Pisis, & interpretatos fuisse materiam correorum: pro quibus facit concludens ratio, quod si sententia

18 lata contra † vnum ipsorum posset exequi cōtra alium, sine nouo processu, sequeretur grande inconueniens & maxima iniquitas, quia sublata esset exceptio, si quam habet correus patiens executionem, ad suam defensionem, vt considerat *Rōchegal. in l. ex duobus 16. ff. de duobus reis n.30. circa med.*

19 Ampl. præsertim † vbi sententia lata fuit in contumacia correi, quia cum præsumatur potius lata in pœnam contumaciæ, quam defectu boni iuris condemnati, vbi illa alias posset exequi si comparuisset, & se defendisset reus, retardatur illius executio, data illius contumacia, vt in terminis correorum firmat *Roncbegal. in l. ex duobus 16. ff. de duob. reis n.32.* quem refert & sequitur *Asin. in prax §. 31. c. 2. limit. 26. n.5. circa med.* & comprobari potest ex cumulatis à *Tusco conclus. 124. Sententia*, vbi refert specialia multa a iure concessa aduersus sententiam latam in contumaciam reorum.

20 Ampl. etiam si fictione iuris † plures correi habeantur pro vna, & eadem persona, qualis sunt pater, & filius, *l. fin. C. de impub. §. ei vero, instit. de inutil. stipul.* Vel vir, & vxor, iuxta illud, Erunt duo in carne vna, *cap. de nuptis, 31. quæst. 2. rub. & toto titul. C. ne filius pro patr. & rubric. ne vxor pro marit. Asin. in prax. §. 30. cap. 2. limit. 43.*

21 Ampl. præsertim † si agatur de exequutione faciēda in persona alterius correi, *Maldonat. in sua silua respons. lib. 1. resp. 1. n. 7.* eam afferēs rationem, quia iudicium non inchoatur à captu-

12, *l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib.* 10. *l.* 1. *C. de exequut. rei iudicat.*

22 Limit. vbi correi renunciarunt † beneficio diuisionis, *auth. hoc ita, C. de duob. reis*, per quem textum ita firmat *Rebuff. de litter. obligat. artic.* 2. *gl os. vnic. n.* 33.

23 Limit. vbi plures correi sunt socij † & agitur de exequutione sententiæ latæ in causa sociali, vt declarando dicta *Bart.* & consequenter etiam aliorum, quos retuli, dum firmaui negatiuam regulam, concludit *Maldonat. subtilis I C. Hispanus in sua silua responsor. lib.* 1. *respons.* 1. *num.* 16. *& 17. sequendo Bart. in l. ex duobus* 16. *ff. de duob. reis*, *num.* 34. *vers. aut non sunt socij, & ibi Cast. n.* 3. *& in l. penul. ff. eod. in princ. Bald. in l fin. C. de duob. reis*, *nu.* 4. qui loquitur de pluribus socijs mercaturæ, & ante *Maldonatũ* tradiderat late *Roncbegal*, cuius ille non meminit, *in l. ex duobus* 16. *ff. de duob. reis, nu.* 36. Quid autem operetur pactum factum ad fauorem vnius ex correis debendi, si fiat à correo credendi, videndus *Vesembec. in paratil. de duob. reis, n.* 9. *vers. quare vt ad rem. Papiens. in form. libel. contra plures*, §. *quilibet n.* 7. *& seq. vsq. in fin.*

Quando autem per receptionem, vel petitio-
24 nem † partis debiti censeatur recessum ab obligatione solidi, & cum reis debendi facta diuisio, videndi sunt *Papiens. in prax. in form. libel. contra plures*, §. *quilibet num.* 12. *& §. beneficionum.* 4. *Ias. Cast & Purpur. in l. si creditores*, C. *de pact. Bellacolumb. relatus lib.* 2. *com. opin. de duobus reis stipul. n.* 5. *Mantic. de tacit. lib.* 15. *titul.* 5.

25 Si vnus correorum fiat non soluendo, † notandum est, quod qui soluit cum cessione iuriũ non repetit à correis portionem correi facti nõ soluendo, sed inter omnes correos fit talis iacturæ pro rata diuisio, *l. verum*, §. *cum in tres, ff. pro socio l si plures ff. de fideiuss. tut. per quæ iura ita firmat Bart. sequendo Iac. de Aren. in l. Modestinus* 76. *ff. de fideius.*

26 Correos debendi, posse quandoque † eodem vel diuerso libello conueniri, late distinguendo concludit *Papiens. in forma libell. contra plures reos*, §. *contra num.* 1. *& seq.* Caute tamen agat actor; ne dicatur, idem sæpius, & per calumniam petere, si in limine iudicij declaret, vnicam tantum velle sibi fieri solutionem a conuentis reis, nec velle à singulis solidum consequi; vt monet *Bart. in l.* 3. §. 1. *ff. de duob. reis, num.* 4. *Gomes. var. resolut. tom.* 2. *cap.* 7. *de duob. reis, num.* 1. *circa fin. vers. imo quod magis est*,

27 Quando autem sententia lata contra vnum † ex correis noceat alteri, viden. *Thesaur. decis.* 203. *Fontanel. de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 18. *part* 1. *num.* 47. *& seq.* & quando exe-
28 quenda † contra alios. *Milanens. decis.* 15. *p.* 1. *num.* 83. *& seq.* tenet affirmatiuam, quam limitat respectu expensarum,

29 Quoad expensas, an in solidum, † si nomine omnium fiat lis, vel an vbi vnus tantus litigat, videndus *Milanens. decis.* 15. *lib.* 1. *num.* 85. *& seq.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Intrusus quis dicatur. 1. *Contra illum exequi nõ potest sententia contra alium lata, nisi fuerit citatus.* 2. *Ampl.* 2. 3. 2. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *Limit.* 12. 15. 16. 18. 18. 10. 20. 22.

Intrusio à quo sit probanda, & quomodo probetur. 21 *In possessionem immissus non citato possessore, qui de facto possideat, nulliter immitti. tur.* 6

Prædo eiectus possessione si non fuit citatus, est restituendus. 7

Excipiens de nullitate tituli eius qui sententiam obtinuit, an audiatur. 23

1 Septimus fingi potest casus, in eo, qui se in re controuersa intrusit: † sed quia id potest multis modis accidere, vt latissime refert *Hieron. Gigas in tractat. de intrus.* vbi vndecim modos refert, quibus quis dici potest intrusus in beneficio ecclesiastico; capiendo hic nomen intrusi, pro quocunque non le-
2 gitimo possessore, dicendum videtur † contra illum non posse exequi sententiam, contra alium latã, nisi fuerit citatus *l. fin. C. si per vim vel alio modo*, vbi Imperator constituit, nec rescripto Principis, nec Iudicis sententia, quẽquam turbari, nisi fuerit citatus. *cap. licet de præben. in sexto*, per quæ iura in terminis intrusi in beneficio ecclesiastico ita *respondit Ruin. cons.* 128, *quantum lib.* 5. *num.* 1. *& seq.* ad-
3 dendo † id procedere etiam si concessæ essent exequutoriales contra quoscunque intrusos, inuehens in exequutores, qui nolunt audire possessores volentes docere in continenti de iure suo, cum tertius possessor, sine distinctione aliqua, possit impedire, vel saltem differre exequutionem sententiæ in alium latæ, *& num.* 4.
4 *in fin.* addit intrusum † eiectum a sua possessione non seruato iuris ordine, agere posse contra eijcientem pœna *l. meminerit, C. unde vi. Giurb. decis.* 62. *num.* 2. *vers. quod verum*, ampliando siue tertius, qui asserit se dominum, & possessorem, sit citatus in exequutione sententiæ, siue non citatus, liti se opposuerit, & illius possessio esset minus iusta; & si tertius iste sit clericus, & sententia fuerit lata à Iudice laico, clericum debere excipere, & experiri coram iudice layco.

5 Dictis *Ruini* conueniunt quæ voluit *Cardin. cons.* 77. *Reuerende Pater*, concludendo † iudicem qui expulit possessorem intrusum, non citatum, debere reuocare traditam tenutam, quia vt inquit *Rota decis.* 5. *de restitut. spoliat. in antiquis*, qui perdidit titulum, sed non possessionem, non est sine iuris ordine spolian-
6 dus, nec valida est missio † in possessionem, quæ fiet contra eum, qui de facto etiam possideat, si non fuit citatus. *Roman. cons.* 79 *in fin. Hondcd. cons.* 20. *lib.* 1. *num.* 46. *& seq.* late

late probans, neminem sine citatione eijciendum à sua possessione. *Natta conf. 350. n. 1.*

7 *&* 2. concludens etiam † prædoni non citato competere restitutionem, si fuit possessione spoliatus, etiam quod longe prius spoliatorem suum spoliasset.

Contrarium probatur ex dictis *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 20. ampl. 26.*

8 Ampl. præsertim † vbi ius intrusi est dubium. *cap. ordinarij, de offic. ordin. vbi Archid.* ita hunc textum intelligit, & sequitur. *Roman. conf. 483. dubitatur. num. 18.*

9 Ampl. etiam si intrusus † esset ipso iure priuatus re, quam detinet. *Barbat. conf. 37. vol. 4. num. 3. Honded. conf. 20. lib. 1. num. 46. Socein.* loquens si agatur de eijciendo prædone, *conf. 13. lib. 4. num. 28. circa med.*

10 Ampl. etiam si agatur † de exequutione sententiæ latæ ad fauorem Fisci, *Bursat. conf. 203. num. 30. circa fin.*

11 Ampl. etiam si notorium † esset, quem esse intrusum, vt ad partes examinata quæstione concludit *Innoc. in cap. eum sit Romana, de appellat. in fin.*

12 Contrarium † tamen tenent *Felin. in cap. cum olim, de re iud. num. 11. Grat. conf. 76. lib. 2. num. 15.* dum *nu. 14. cum tribus sequen.* declarasset quando dicatur esse notorium, nullũ ius intruso competere.

13 Ampl. præsertim si quis se intrusit † post peremptam instantiam inter litigantes, etiam quod illa fuisset restaurata ex gratia Principis, *vt dixi infra, §. 16. limit. prima, & seq.*

14 Ampl. etiam si quis se intrusit † lite pendente, vel lata sententia in actione personali. *Mantic. decis. 218. n. 8. & seq.*

Ampl. præsertim si opponat exceptionem, qua non impugnetur sententia, de cuius executione agitur, *Gabriel. conf. 31. puto lib. 2. n. 22. & seq.* vbi exempla plura refert.

15 Limit. in intruso notorie †, & inexcusabiliter, *Innoc. & Host. in cap. accepta de restit. spol.* quos referunt, & sequuntur *Roman. conf. 483. dubitatur n. 17. & 18. Fel. in cap. eum. olim de re iud. num. 11. in prin.*

16 Limit. vbi intrusus ipso iure † vel per sententiam, quæ transiuit in iudicatum, perdidit ius quod habebat in re, in quam se intruserat. *Roman. conf. 483. dubitatur. n. 17. & conf. 499. in præmissa num. 5.* vbi relatis *Inn. & Host. in cap. accepta de restit. spol.* eam afferens rationem in Episcopo conferente alteri beneficiũ intrusi, illo non vocato, quia fungitur officio suo, & facit quod facere debet, ne, vt ego addo, Ecclesia destituatur legitimo pastore, & viduata iusto marito.

17 Limit. omni casu quo † non requiritur citatio. Qui autem sint isti casus, late retuli *in meis Collectaneis ad l. de vnoquoque, ff. de re iud.*

18 Limit. in intruso † qui te intrusit post latam sententiam, qua illius immediatus prædecessor priuatus fuit re controuersa in quam se intrusit. *Fel. cap. eum olim de re iud. num. 11. in prin. vers. confirmatur. Ferret. conf. 12. nu. 11.* concludens succesorem intrusi posse amoueri de facto. *Tuscus conclus. 342. intrusus nu. 8. 10. 12. & 18. Gabriel. conf. 52. lib. 1. num. 5. circa med. Scaccia de appel. quæst. 17. limit. 6. mẽb. 4. num. 95.* addendo aliud dicendum, si actum fuit actione personali: & ita practicaui in vna *Pampilonen. Prioratus de Arghedas* dum lata sententia pro Celidonio Ximenes, & relaxatis exequutorialibus, quidam Mugnatones, facta dimissione à victo, se in eundem Prioratum intruserat: & mouebat, quia non est citandus, qui non potest exequutioni contradicere, vel contradicendi non habet causam, quæ releuet, seu consideratione dignam, nec citatus potuisset exceptionem aliquam obijcere, quæ potuisset iudicantis animum remorari in exequutione. *Fel. cap. eum olim, de re iud. nu. 11. vers. ergo si non poterat contradicere. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 20. Afflit. in cap. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. fact. n. 13. Dec. conf. 24 num. 95. & conf. 55. numer. 35. lib. 3. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 556. Surd conf. 227. Castrum n. 17. Cassad. decis. 2. de iudic. num. 3. Mastril. decis. 82. nu. 17. Rol. à Val. conf. 2. vol. 2. num. 13.*

19 Limit. vbi ex actis constat † quem esse intrusum, & habere causam ab eo, in quem lata est sententia, nec alias habere exceptiones retardandæ execu utionis, præter eas, quæ competebant victo, *Gabriel. conf. 52. puto lib. 1. num. 8. circa med. 10. et 13.* quod est repetitũ *conf. 31. puto lib. 2. num. 20. Ferret. conf. 12. num. 11. et seq.* concludens successorem intrusi posse amoueri de facto, *Giurba decis. 62. nu. 17.* relatis *Gabriel conf. 12. vol. 1. n. 11. et conf. 31. vol. 2. num. 20. Honded. conf. 20. num. 49. et seq. vol. 1. Rot. recent. decis. 211. n. 1.* addendo præsertim si lite pendente se intrusit, & id ex actis constat, & nullam habere defensionem.

Limit. in intruso, qui emit rem litigiosam,

20 † *vt dixi §. 6. vers. dicendum num. 83. 90. 94. Tuscus conclus. 342. intrusus num. 8. 10. 12. Vestr. in praxi lib. 8. cap. fin. nu. 4.* vbi refert praxim Romanæ Curiæ.

21 Intrusionis probatio cui incumbat, † & quomodo probetur ad effectum, vt contra intrusũ fiat exequutio sententiæ in alium latæ, videndi sunt *Cast. in l. a Diuo Pio, § si super, ff. de re iud. n. 8. Vestr. in prax. lib. 8. cap. final. n. 4. Mantic. decis. 310. Crescent. decis. 16. de sent. et re iud.*

22 Limit. vbi intrusus petit dilationem † ad probandum, se possidere, & titulum suæ possessionis, *Giurba decis. 62. nu. 1.* secus si in promptu habeat probationem suæ exceptionis dominij, & possessionis, *Giurba decis. 62. n. 2.*

23 An autem audiatur qui obtinuit sententiam, volens probare nullitatem tituli, eius qui de dominio excipit, videndus *Giurba cum relatis ab illo decis. 62. num. 21.* distinguendo an allegata tituli nullitas sit colorata, vel euidens, & notoria; vt priori casu nõ liceat, posteriori secus.

§. IX.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra emphiteotam super solutione canonis, vel laudemij exequi. potest contra possidentem emphiteotica obnoxia canoni, vel laudemio. 1. 6. ampl. 2. contrarium. 4

Parlador. declaratur. 5

Exequutiue agi non potest etiã ex pacto quod ita agatur. 7. ampl. 9. & 9. limit. 10.

Instrumenta pub. non habent paratam exequutionem, & vbi statuto aliud cauetur, satis est illa turbare. 9. limit. 13.

Fiscus actiuè, & passiue, agit & conuenitur exequutiue 11. ampl. 12.

Sententia lata cõtra debitorẽ census exequi potest contra possidentem fundum censu grauatum. 3

Directus dominus habet prælationem, vbi venduntur fructus fundi emphiteotici. 15. ciuiliter possidet emphiteotica. 18.

Sententia lata contea emphiteotam quando possit exequi super fructibus fundi emphiteotici, contradicente directo domino. 1. 2. & 3.

ruitus imponi potest fundo emphitheotico donec durat emphiteusis, etiam contradicente domino 17. impediri quando possit exequutio sentẽtia lata super seruitute à directo domino 19.

Directus dominus quãdo impediat exequutionem sententia latæ super seruitute rei emphiteotica. 19. 20. 21. 22.

Sententia lata ad fauorem directi super solutione canonum exequi potest contra rem emphiteoticam alienatam sine consensu domini. 23.

OCtauus casus erit, si pro directo domino lata sit sententia condemnatoria emphiteotæ ad solutionem laudemij, vel canonis decursi, an illa exequi possit contra tertium fundi emphiteotici possessorem:
1 & affirmatiuam † reperio amplexũ fuisse *Parlador. rerum quotidian. lib. 2. part. 4. cap. fin. §. 1. num. 18. & duob. seqq. & §. 5. num. 5. motus l. fin C. sine cens. vel reliq. l. imperatores, ff. de publican. & vectigal. l. hactenus, ff. de vsufruct.* & auctoritate *Specul. de emphit. §. 1. num. 109. Castr. in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. pet. numer. 18. Ias. in l. 2. C. de iur. emph. num. 45.* addendo id tanquam singulare, & in foro frequens, memoriæ esse commen-
2 dandum: & si fundus † emphiteoticus, qui origine erat vnicus, fuerit à successoribus primi acquirentis, in partes diuisus, & facti fuerint plures fundi, in solidum fieri posse exequutionem, testans de veriori, quamuis plures dissentiant. *& dixi lib. 1. quæst. 7. artic. 7. de laudemio. Guttierez in l. nemo potest, ff. de legat. 1. nu. 31.*
3 *& 39. in fin.* extendens ad casum solutionis census, si agatur contra fundum censuatum. *Guido Papa decis. 42.*
4 Negatiuam tamen tenet † & defendit *Giurba decis. 62. num. 23. & seq.* concludendo, quatenus velit *Parlador.* agi posse personali actione contra tertium rei emphiteoticæ possessorem, id esse contra omnium Doctorum opinionem, relatis quampluribus id volentibus; & præsertim si exequutiuè cum isto tertio agere velit, tam pro canone, quam pro laudemio.
Sed quia idem *Giurba* egreditur fines resolutionis *Parlador.* & vbi ille concludit sententiam latam ad fauorem domini pro censu, vel canone, aut vectigali, quo nomine includitur laudemium, cũ illo designetur quidquid penditur domino in recognitionem dominij, *l. 1. ff. si ager vectigal. vel emph petat. Io. Goedd. in 5. ager. 27. ff. de verb. signif. num. 9.* posse exequi aduersus tertium possessorem fundi emphiteotici, transit ad aliam inspectionem, videlicet, an exequutiuè cum eodem agi possit; quod est quid diuersum, cum in vno agatur de fine actionis, in alio de illius initio, & exercitio; censeo vtriusque dicta absolutè non esse vera, & plura dicta à *Giurba* esse de indubitabili, præsupposita existẽtia instrumẽti, seu obligationis emphiteotæ, vt dixi *de laudemio lib. 1. q. 7. artic. 4. n. 9. & art. 6. num. 110. cum trib.*
5 *seq* & resolutio † *Parladorij* est restringenda ad terminos eorum, quæ dixi *supra §. 6.* concludendum est, sententiam latam contra em-
6 phiteotam † posse exequi contra tertium possessorem vi emphiteoticæ, ijs omnibus casibus, quibus exequi potest sententia contra emptorem, quæ fuit lata contra venditorem, *vt retuli d. §. 6. in prima, & secunda regula.*
7 Et quod cum nullum genus † pacti det agenti viam exequutiuam. *Roman. in l. 1. ff. de re, iud. num. 23. Coler. de proces. exequut p. 1. cap. 5. num. 39. referens Angel. in l. tale pactũ, §. qui prouocauit, nu. 3. & Ias. num. 9. ff de pact.* exclamantem, conuentiones, & stipulationes extraiudiciales, non prætorias, habere paratã exequutionem, esse contra omnia iura
8 mundi. Immo nec instrumenta † confecta à notario publico, habent priuilegium, vt exequutioni mittantur, sine ordinario processu. *l. minor ff. de minorib. Cefal. cons. 507. nu. 4. Thesaur. decis. 26. num. 1. Franc. Bec cons. 17. num. 1. Surd. cons. 173. nu. 14. & cons. 263.*
9 *num.* 14. & vbi Statuto † vel pacto, aliud est constitutum, vel conuentum, cessat exequutiua actio, qualitercunque offuscatur instrumẽtum, vel pactum. *Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iud. Lancellot.* loquens de instrumento guarentigiano, *de attentat. part. 2. cap. 12. limit. 9. num. 7. Blanc. de compromis. quæst. 4. Lanfr. de arbitr. part. fin. quæst. 50.* censeo male fuisse reprehensum *Parladorium à Giurba*, & illum dixisse verum. exequutiuè agi posse cum tertio
10 possessore † fundi emphiteotici, in casu ab eo relato *eadem decis. 62. num. 31.* vel vbi res esset emphiteotica reipub. seu Fisci, cum quo
11 † actiue & passiue proceditur summariè, & sola facti veritate inspecta. *Bart. l. res quæ autem, ff de iur. fisci. Castr. in l. si marito, ff. solut. matr. in princ Franc. Marc. decis. 200.*
12 *part. 2.* præsertim si agatur † contra debitorem descriptum inter redditus Fiscales. *Guttier.*

tier.

tieres. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. n.um.33. Gail. obseruat. 20. lib. 1. num. 5. circa med. Colér. de proces. part. 1. cap. 3. num. 85. & sequen. Mauson. de caus. exequut. ampli. 38. num. 12. & sequen. alijs autem casibus cessare exequutiuam viam, vt concludit Costa de iur. & fact. ignor. cent. 2. dist. 33. n. 2.

Quibus autem casibus de iure communi agi
13 possit exequutiue, vel instrumentum † habeat paratam exequutionem, dixi in meis Collectaneis ad l. minor. ff. de minorib. et in meis singularibus, §. exequutiue agi potest: ac videndi Colerus, et Mauson. in relatis tractatibus de caus. exequut. et processib.

An autem lata sententia contra emphitheotam, sit illius exequutio retardanda, comparente directo domino, & excipiente supersedendū esse, quia ipse non fuerit citatus, & sententia illi est preiudicialis; casus constituendi infrascripti.

14 Primus est vbi lata fuit sententia † contra emphiteotam, quæ sit exequenda in solis fructibus emphiteoticis fundi: & tunc excluso casu quo directus excipiat de credito suo, quia sibi non fuerit solutum laudemium, vel canon, vel
15 vellet eodem precio illos sibi vendi, cùm † omnibus istis casibus ratione hypothecæ, vel affectionis habeat prælationem, vt dixi de laudem. lib. 1. quæst. Bart. l. 1. C. de metal. lib. 10. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 2. Surd. cons. 215. Franciscus, nu. 1. & seq. Amad. de laudem. quæst. 13. an in num. 13. Philip. Testa, allegat. 17. num. 29. & tunc † con-
16 tradicente directo non impedietur sententiæ exequutio, quia cessat omne interesse illius, nisi talis & tanta summa exigenda esset ex fructibus, vt cessaret omnis spes, quod emphiteota posset restitui, quia tunc diceretur alienatus fundus emphiteoticus, vt in simili dixi de pignore, de laudemio lib. 2. quæst. 34.

17 Secundus casus, quoties lata fuit sententia † qua dictū fuerit fundū emphiteoticum debere seruitutem aliquam vicino, vel alteri: nam quāuis donec viuit emphiteota, vel durat ius emphiteoticū, possit emphiteotico imponi seruitus absq; consensu domini, & illo etiam contradicēte. Bald. in l. 3. post Gul. de Cun. quem ille allegat, C. de seruit. & aqua, vbi Castr. idem firmat. Rip. in cap. ecclesia S. Mariæ de caus. poss. num. 122. Franc. Marc. decis. 477. part. 1. num. 1. Petr. Iacob. in prax. rub. 4. num. 24. Boer. decis. 181. num. 1. & seq. Gabriel. cons. 162. lib. 2. num. 55. Molin. de iur. primogen. lib. 1. cap. 20. num. 2. cum alijs cumulatis ab Afflict. decis. 380. Vincentius num. 2. & 3. Atta-
18 men quia directus dominus † ciuiliter possidet emphiteotica, quæ naturaliter possidentur ab emphiteota. glos. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. & ibidem Doctores communiter, & in l. si vt certo, §. si duobus, ff. commod. Af-
19 flict. d. decis. 380. n. 4. † si dominus directus nō fuit citatus, nec habuit notitiam litis, illo excipiente de suo præiudicio ex expulsione naturalis possessoris rei, quam ipse ciuiliter possidet retardanda est exequutio sententiæ, iuxta ea quæ dixi infra §. 18. num. 4. & seq. & ita fuisse iudicatum a Cōsilio Neapolitano inter emphiteotam Hospitalis S. Ioannis, condemnatum ad claudendum fœnestras domus emphiteoticæ, & Canonicos regulares testatur idem Afflict. ibidem num. 6. dum Prior dicti Hospitalis comparuisset, & excepisset de suo præiudicio, addendo eodem Afflict. num. 7. & seq. quod volentibus Canonicis ad vlteriora procedi à Consilio, Prior excepit de declinatoria fori, & illo dissentiente reiectam declinatoriam. Afflicto assentitur Vrsil. ibidem num. 5.

20 Tertius casus est, † vbi sententia lata est contra emphiteotam, ratione possessionis ipsius emphiteotæ tantum, id est vbi actor egit contra emphiteotam pro illius iure tantum, & donec illud durabit, ex contractu vel quasi, cum illo inito: & tunc quia cessat interesse directi, cū illo inscio, & inuito, possit fundo emphiteoti-
21 co imponi seruitus duratura † donec durat ius emphiteotæ, seruitutem imponentis, vt ex Gul. de Cun. Bald. & alijs dicebam in antecedenti casu in prin. cum alijs cumulatis à Pacifico de Saluiano, inspect. 3. cap. 2. numer. 40. nullatenus isto casu impedietur sententiæ exequutio, vt concludit Afflict. decis. 380. Vincentius numer. 6. in fin. vers. secus. sequendo Bart. in l sæpe, & in l. à diuo Pio, § si super, ff. de re iudic. & in l. si finita, § si de vectigalibus,
22 ff. de dam. infect. & tanto minus † posset impedire, quoties idem directus emisset iura emphiteotæ, quia licet vnita fuissent vtilia iura directis, non tamen extingueretur seruitus imposita ab emphiteota, vt concludit Vrsil. ad Afflict. decis. 380. num. 1. relatis Guid. Papa decis. 575. emphiteota potest. Boer. decis. 181. & videtur dicendum.

23 Quartus casus est, vbi directus dominus † creditor canonum decursorum, curat exequi sententiam ideo latam contra eandem rem emphiteoticam alienatam sine illius consensu, nam tunc acquirens, non potest tanquam tertius impedire exequutionē sententiæ ad fauorē domini prolatæ, vt ex Bart. et alijs concludit Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 4. et seq. addendo hanc esse frequentem quæstionem fideli memoria commendatam, Angel. in l. creditores, C. de pignor. ante fin. vers. quod dixi: Giurba decis. 92. num. 4. Caualer. decis. 62. num. 6. post med. Guid. Papa decis. 42. addendo ita esse cautum apud Sabaudos, de iur. emphit. §. rempublicam: & idem fiagatur de solutione, vel censu debito Principi.

§. X.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra vniuersitatem, non potest exequi contra vnum vel plures ex vniuersitate. 1. 15. & quare. 2. 5. Contrarium. 20. 33. & quare. 21. 32. 34. ampl. 33. qualiter fiat illius exequutio. 16. 17. 19.

Vniuersitas quid sit. 3. 4. 22.

Vni-

Vniuersitatis quæ sunt, non singulorum . 6. ius procurator non est procurator singulorũ, 7. vassallus illius non est vassallus singulorum, nec singulis ex vniuersitate præstat iuramentum, nec feudo priuatur offendens aliquem ex vniuersitate . 8. si habet feudum qualiter iuret fidelitatem, vel seruitium præstet . 9. est incapax spiritualium actiue, & passiue. 10. excommunicata qui intelligantur excommunicati. 11. quomodo leuet infantem à baptismo . 12.

Romanus Populus per specialem procuratorem leuauit à sacro Fonte Cosmum filium Ferdinandi Tertij Ducis Etruriæ . 13.

Compaternitas seu spiritualis affinitas non contrahitur cum vniuersitate leuante infantem e sacro Fonte . 14.

Plures habentur loco vnius, vbi simul habitant, & collecta imponitur fumantibus, 18.

Vniuersitas agit actione iniuriarum ob illatam iniuriam vni ex vniuersitate . 33. quare ibid. ampl. 24. qualiter puniatur ob commissum homicidium . 25.

Collecta si imponatur ab vniuersitate, collectatur creditor qui sit ex vniuersitate . 25.

Legatum factum ciuibus dicitur factum vniuersitati . 26.

Monasterio, vel Collegio suppresso, qualiter diuidantur bona illius vniuersalis corporis . 27.

Possessio acquiritur, & conseruatur vniuersitati per homines vniuersitatis . 28.

Fides mala singulorum ex vniuersitate, nocet vniuersitati . 29.

Vniuersitatis lis non est lis singulorum . 30.

Vniuersitas potest assumere litem motam alicui ex vniuersitate, & quando . 31.

Sententia lata contra vniuersitatem, quæ possideat bona iure vniuersitatis, contra ea bona est exequenda . 35. ampl. 36. 38. 39. 42.

Testes ex vniuersitate quando recipiantur in causa vniuersitatis . 37. 40.

Ad vniuersitatem quando dicatur spectare causa . 41.

Collecta antequam imponatur ciuibus singulis, excutienda sunt prius bona vniuersitatis . 44. non potest imponi à Principe, nisi prius excussa illius crumena. 45. qualiter imponatur. 54. 55.

Sententia lata contra vniuersitatem quæ non habeat bona in communi, exequutioni demandatur per impositionem collectæ singulis ciuibus . 46. ampl. 47. 48. 49. limit. 50. 51. 52. & quomodo, si vniuersitas nollet imponere Collectam . 55.

Clerici sunt ciues ciuitatis vbi morantur . 53. ampl ibid. non collectantur vbi collecta imponitur ciuibus . ibid.

Vniuersitas si non habet bona in communi, & nolit collectam imponere, exequutio sententiæ in illam prolata fit in singulos ex vniuersitate pro rata. 55. ampl. 56. limit. 60. 61. 62. 63. distingue . 57. 58. 59.

Sententia lata in vniuersitatem ex obligatione vniuersitatis simul congregatæ, nisi dictum fuit quemlibet in solidum obligari, exequutioni mandatur in singulos pro rata . 64. quid si fuit lata ex obligatione procuratoris illius . 76.

Obligatio solidi non contrahitur inter plures se obligantes, nisi id expresse dicatur . 65.

Decuriones repræsentant totam vniuersitatem, & quæ illi faciunt dicuntur facta ab vniuersitate . 66. an habeant eandem auctoritatem quam habet vniuersitas . 67. non possunt obligare in solidum singulos ex vniuersitate . 68. limit. 69.

Vniuersitatis quæ sunt qualiter dicuntur esse singulorum . 64. in fin.

1 Nonus casus erit in sententia lata con-
tra † vniuersitatem, quæ si dubitetur,
an possit exequutioni demandari, con-
tra vnum, vel plures ex ipsa vniuersitate; Nega-
tiua probatur, quia cum aliud sit vniuersitas,
2 aliud sint singuli † homines ex vniuersitate, bo-
naque vniuersitatis non sint eadem cum bo-
nis singulorum, *glos in l. sicut, §. si quid, ff. quod
cuiusq. vniuers. nomin. Roman. cons. 400. n. 5.
Bero. cons. 92. circa lib. 1. n. 16. & cons. 8. lib. 3.*
3 *n. 22. Crot. cons. 145. n. 9.* Nam vniuersitas † nil
aliud est, quam persona intellectu repræsentata,
& abstracta ab omni singulari corpore. *§. vni-
uersitatis, Inst. de rer. diuis. l. in tantum §. vni-*
4 *uersitatis ff eod.* seu vniuersitas † nihil aliud est,
quam plures homines, & multa corpora distan-
tia, & distincta, in vnum iuncta, ficte tamen,
& in abstracto, potentia iuris, omni veritate fa-
cti remota *Rofred. Beneuentan. quest. 27. n. 6. in
fin. Ancar. cons. 159. ex narratis n. 17. Fed. de Se-
nis cons. 15. quæstio talis. Oldrad. cons. 65. cos
num 7. in fin. Rom. cons. 400. n. 4. & cons. 436.*
5 *quod, n. 3.* Ideo de vniuersitate † & illius bonis
aliud fertur iudicium, quod profertur de vno-
quoque corpore vniuersitatem constituente,
quia iura vniuersitatis sunt distincta a iure sin-
gulorum, *l. si grege ff. de legat. 1. l. 1. in prin ff.
de dote prælegat. l. quod dicitur ff. de impens. in*
6 *reb. dotal. fact.* quare † quæ sunt vniuersitatis,
non sunt singulorum ex vniuersitate, & e contra,
*l. in tantum §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis.
l. sicut § si quid ff quod. cuiusq. vniuers. Bald. l.
etiam C. de execut. rei iud. n. 16. in fin. Aegid.
tract. de æstim. & collect. §. exposuimus n. 2. in
prin. Cancer. var resol. tom. 2. de execut. sent. n.
179. & seq.* vbi exempla plura refert. Nec quod
vniuersitati est debitum, vel illa debet, est debi-
tum singulis ex vniuersitate, nec singuli ex vni-
uersitate debent, *l. sicut. vers. si quid vniuersi-
tati ff. quod cuiusq. vniuers. vbi Bald. & Cast.
glos in l. 1. ff. eod. Rofred. Beneuen. quest. 27. n. 7.
Fel c. ante, de rescript. n. 13. vers aliud. Rol Val.
cons. 53. inspectis lib. 4. n. 8. & seq. plurib.* Qua-
7 propter procurator vniuersitatis † non est procu-
rator singulorum, nec contra. *Rofred. 6. quest. 22.*
8 *n. 17. in fin.* nec vassallus vniuersitatis † præstat
singulis ex vniuersitate seruitium, nec fidelita-
tem, nec priuatur feudo, delinquendo in vnum
ex vniuersitate, sicuti priuaretur, si deliquisset
in vnum, quem solum in dominum cognosceret;
sed tantum præstat seruitium & fidelitatem illis
qui vniuersitatem repræsentant, vt puta syndi-
9 cis, vel consulibus. Et vniuersitas † si est vasalla,
non singuli ex vniuersitate, cogi possunt ad seruië-
dum

dum, vel iurandum fidelitatem, sed illi tantum qui vniuersitatem referunt *Anton. Bartinus tract. de caualcata et seruitijs vassallor. cap. 16. et seq. Nicol. Losæus tract. de iur. vniuers. part. 1. cap. 1. n. 17. et seq.* addendo idem dici de seruo libero, de clerico iurante obsequium Capitulo, &
10 similibus: & vniuersitas † tamquam corpus anima carens incapax est exercitij spiritualium, tam actiue quam passiue: ideo si fuerit excommu-
11 nicata, censentur † excommunicati tantum culpabiles in causa latæ excommunicationis, non autem omnes vniuersitatem ipsam constituentes,
12 *Fed. de Senis cons. 15.* & requisita † ad leuandum aliquem ex sacro fonte, non tota vniuersitas leuat, sed eligit vnum, qui solus nomine omnium id munus obeat; vt factum fuit à Populo Rom. dum requisitus à Ferdinando Magno Etruriæ
13 Duce III. vt è sacro Fonte † leuaret Cosmum illius filium, qui fuit Magnus & pius Dux Quar-
14 tus, cum quo tamen † nec cum populo Rom. cōtracta fuit compaternitas, seu spiritualis affinitas, *Fed. de Senis cons. 15. Cardin. Tusc. conclus. 411. cognatio. et conclus. 486. compaternitas.*

Ex quibus omnibus necessario dicendum vi-
15 detur † sententiam latam in vniuersitatem, non posse de iure executioni mandari, nec in bonis, nec in persona singulorū ex vniuersitate, *l. vnic. C. sumpt. iniunct. mun lib. 10.* per quem textum ita firmat *Cast. in l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq. vniuers. num. 3.* vbi *Alberic. num. 15. et ibi glos. verb. proconsul, in princ. Bald. in l. etiam C. de exequut. rei iudic. num. 12.* concludens pro
16 ære alieno ab vniuersitate contracto † capi in causam iudicati molendina, furnos & similia, quæ sint vniuersitatis, vt sæpe vidi factum in patria mea ab exequtoribus onerum cameralium, addente eodem *Baldo*, non posse fieri executio-
17 nem in muris † vel turribus in eisdem muris constructis ad defensionem ciuitatis vel oppidi, vt in oppido Arcis Hannoni septo muris, vallo, & turribus, quæ cessante suspicione belli locantur, & de tali locatione, & illius forma extat speciale Statutum eiusdem oppidi *sub rubrica de Turricellis affictandis.* post *Bald.* idem voluit *Franc. Marc. decis. 490. quæritur an maior par. 1. n. 6. 7. et 10.* addēdo neminem ex vniuersitate in solidum esse obligatum, pro debitis ab vniuersitate, sed tantum pro sua rata, & parte iuxta qualitatem debiti, quandoque per es & libram, quandoque iuxta numerum personatum, vel fumantium, seu familiarum, cum plures personæ
18 eodem fumantes camino † pro vna censeantur. *Bald. in l. etiam C. de exequut. rei iud. n. 17. Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iudicat. n. 3. Duen. regul. 75. exequutio. limit. 9. Asin. in pax §. 31. cap. 2. limit. 44. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 3. n. 35. Rol. a Val cons. 84. lib. 2. n. 20.* conclu-
19 dens non † posse fieri exequutionem in muris, oppidi, quia sunt sancti, & extra hominum commercium.

20 Contrarium tamen, seu quod saltem detur † victori electio exequendi sententiam, contra vniuersitatem, vel bona, & personas vniuersitatis, voluit *Ias. in l. 4. ff. de re iud. num. 18. in fin.* Cuius opinio probari potest *l. fin. C. de naufrag. l. iure, C. de fabricens. lib. 11.* vbi pro dato, & facto nauicularij, vel fabricensis, cæteri conueniuntur, & concludenti ratione,
21 † quia vniuersitas, & singuli homines illius, idem sunt. Nam vniuersitas ipsa, tanquam
22 corpus conflatum ex distantibus corporibus, † nihil aliud est, quam plures homines simul iuncti in vnum velle, & vnum posse, *glos. l. sicut verb. non debetur in fin. ff. quod cuiusq. vniuers.*
23 Ideo vniuersitas † agit pro iniuria illata vni, qui sit ex vniuersitate, vel collegio, eo quia qui offendit partem, dicitur totum offendere, vniuersale. *Rofred. Beneu. quæst. 27. n. 6. circa med.*
24 *Oldrad. cons. 66.* addendo posse etiam † agere nomine proprio, si iniuria lædat omnium famā; potest & illa accusari, & puniri temporalibus, & spiritualibus pœnis, vt puta priuationis priuilegiorum, suspēsionis, & interdicti, *Oldrad. cons. 65. col. final. numer. 7. vers. circa pœnam, Corn. cons. 224. considerata lib. 4. Angel. cons. 165. cum multitudo, Cardin. Tusc. conclus. 271.*
25 *& 274. vniuersitas*, referendo † quas pœnas patiatur ex homicidio: & si vniuersitas imponit collectam, vt sit satisfactum suo creditori, si ille sit ex vniuersitate, collectatur & idem pro rata sua. *Bart. Ang. Cast. & reliqui in l. ab omnibus §. si Titio ff. de legat. 1.* Quod est singulorum ex vniuersitate, est & ipsius vniuersitatis, sicuti &
26 legatum factum † ciuibus, dicitur relictum vniuersitati *l. ciuibus ff. de reb. dub. Rofred. Beneuent. quæst. 27. n. 6.* & si vniuersitas nihil in commune habeat, aliquidque soluere debeat, solutio fit a singulis, non vt a singulis, sed vt ab vni-
27 uersis. Monasterio, † collegio, & alio vniuersali corpore suppresso, monachus, collegialis, & quiuis alius ex vniuersitate suppressa, petit & habet ratam & partem bonorum collegij, & monasterij, non tanquam monachus, vel persona ex vniuersitate, sed tanquam pars conuentus, vel collegij, & vniuersitatis. *glos. cap. dilecta verb. restitutis de rescript. Spec. de exequut. sentent. §. sequitur n. 5. in fin. motus l. 1. & duab. seq. ff. de colleg. illicit. Costa tract. de portion. & rata*
28 *quæst. 186. Quæritur nu. 1. & seq.* Possessio † vniuersitati acquiritur, & conseruatur vniuersitati, per homines ex ipsa vniuersitate. *glos. l. sicut. §. si quid, ff. quod cuiusq. vniuers. vbi Bald. Alberic. & Cast. Corn. cons. 299. vol. 1. vers. ita etiam dicendum. & cons. 46. vol. 3. Gabriel. conclus. 1. quod cuiusq. vniuers. num. 3.* Mala
29 fides † singulorum ex vniuersitate, nocet ipsi vniuersitati, quia per illos tota vniuersitas dicitur esse in mala fide, donec illis defunctis, succedant, qui bonam fidem habeant, quamuis non desint, qui velint malam fidem continuati in successores, vt refert *Gabriel. d. conclus. 1. n. 14.*
30 *& seq.* & quamuis vniuersitatis † compromissum, vel lis non dicatur, nec sit lis vel compromissum singulorum ex vniuersitate, *Roland. a Val. cons. 53. inspectis lib. 4. n. 10. & seq.* potest tamen vniuersitas assumere in se litem motam
31 in aliquem ex vniuersitate, si illo victo † contingat ceteros ex vniuersitate vinci, quia communis est omnium causa. *Io. And. ad Specul. de dictim. §. 1. n. 6. vers. specie. Cancer. var. resolut. tom. 2.*

*tom.2.de execut.fent n.*185.*referens ex Io.Andr.* obtinuisse & fuisse iudicatum cõtra aliquos habentes furnos, quibus minuebantur emolumenta domini inuestiti de castro, cum furnis, & eius generis regalijs: addendo *n.*190. *& seq.* idem dici de sententia lata in aliquem ex notarijs super facultate conficiendi instrumenta: de mercatore circa immunitatem gabellarum, vel facultatem habendi, vel exponendi certum genus mercium, vt puta piper bene pistum & contusum, ad æmulationem aromatariorum. Et po-
32 stremò probari potest opinio hæc affirmans,† quia si negaretur executio sententiæ latæ in vniuersitatem, vt fiat in bona singulorum ex vniuersitate, inanis fieret sententia, & frustra victor vicisset, saltem in casu quo vniuersitas nihil habet in vniuersum; quia quisque posset excipere quod nihil debet, licet sit debitum ab vniuersitate, *l. sicut* §.1. *ff. quod cuiusq. vniuers. nomin.* per quem textum ita arguit *Rofred. Beneuentan.*
33 *quæst.*27.*n.*14.*in fin.* adeo vt non† esset absurdum, vel iniquum affirmare, quod exequi possit contra vnum in solidum, tum ne creditor exequendo in singulos cogatur recipere particularem solutionem multum incommodam recipienti, *l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. pet. l. plane ff famil. hercisc. glos. in l.*3.*verb. in solidum C. locat. Surd. cons.*319.*n.*4. tum etiam quia ius crediti, sicuti sunt omnia iura, est indiuisibile. *l.*1. §. *si vsus fructus, ff. ad leg. falcid.* & considerat *Rofred Beneu.quæst.*27.*num.*4.*&*
34 13.*&* 15. & exigendo à singulis † de lite fierent lites, ex obligationibus prodirent obligationes, & loco vnius aduersarij cum impensis multiplicaret sibi aduersarios; quod ius nostrum abhorret, nec concedit, vt considerat idem *Rofred.d. num.*16.*et num.*18.*vers. solutio.*

Vt tamen in proposito themate cesset omnis difficultas, in quo posset latius brocardicari, vt loquar cum *Cyno & alijs antiquis nostri Iuris interpretibus*, qui ancipitem quæstionem vocauere materiam brocardicam, vt sæpe dixi, & hac forsan ratione *Baldus*, qui omnia sciuit, teste *Rom. sing.*350. illam indecisam reliquit; Animaduerto multum differre, an vniuersitas habeat bona, quæ capi possint & sufficiant, vt fit satisfactum victori; vel non habeat, vel non sufficiant. Et an agatur de sententia lata vi obligationis factæ scripto ab vniuersitate, quæ sit valida, vel ex legis dispositione, ob factum, vel obligationem in iure scriptam, vel consuetudine receptam contra vniuersitatem; & an agatur de executione facienda in solidum vel pro rata tantum contra singulos ex vniuersitate, vel vniuersitatis actorem.

35 Dicendum primò, si vniuersitas † habeat bona, quod rectà via exequutio fieri debet in illius bonis, nec aliquis ex vniuersitate molestãdus. *l. ciuitatis, l. sicut municipij ff. quod cuiusque vniuers. nom. Rofred. Beneuentan. q.*27. *n.*7.*&* 18.*vers. solutio*, testãs ita illo patrocinante fuisse iudicatum, *Iaf. l.*4.*ff. de re iud. n.*19. *in fin.* cum alijs relatis supra *vers. ex pluribus: glos. in l.*1.*§ quod si nemo verb. proconsul. in prin. ff. quod cuiusq. vniuersit. Afflict. in prax.*§.31.*c.*2. *limit.*44. *Parlad. rerum quotid. lib.*2. *ca. fin. part.*5.§.3.*num.*35.*Bobadil. in sua politic. lib.*3. *cap.*8.*n.*77. *vers. regulariter, vbi plures refert.*

36 Ampl. præsertim vbi vniuersitas habet bona † ex quibus singuli ex vniuersitate percipiunt vtilitatẽ, æque in cõmuni, adeo vt nullus ex vniuersitate excipere possit, quin eandem, & parem reliquis vtilitatem percipiat, vel percipere possit: & huius generis bona sunt campanæ in turribus positæ ad vocandum populum ad concionem, vel deliberandum de regimine ciuitatis, vel oppidi, vel excitandum, perquirendum vigilias custodientium mœnia: molendina, furni, ius hospitandi, vel vendendi certum genus mercium, vt puta si locetur ius hospitãdi, exercendi lanienam salsamẽtariam: domus & palatia in quæ conuenit vniuersitas, vel dat vtenda Consulibus, & regentibus populũ: fontes, theatra, decursus aquarum, viæ vicinales, & similia destinata in causam, & vtilitatem communem omnium ex vniuersitate, quæ illorum dicitur domina in vniuersum, licet singuli pari fruantur illorum vtilitate, & commodo. *Rofred. Beneuent. q.*27.*n.*18.*& q.*28.*col.*1.*et n* 9.*vers. solutio Io. And. ad Specul. de execut. sent.* §.3.*n.*5. *Alberic. in l. sicut.* §. *si quid ff. quod cuiusq. vniuers. num.*5. *quem refert et sequitur Aegid. Thomat. tract. de collectis* §. *expofuimus nu.*1. *in prin. et circa fin. Marant. in prax. cap. fin. n.*51. Ista enim cum spectent ad vniuersitatem, & non ad singulos, quia illorum emolumenta conferuntur in vniuersum, non in singulos,
37 testes † ex vniuersitate sunt idonei, & probant in lite mota super illis contra vniuersitatem, *Farinac. de testib. q.*60. *n.*450. *et seq. et n.*500. *Alberic. in l. in tantum* §. *vniuersitatis, ff. de rerum diuis. n.*6. *vers. aut est causa.*

38 Contrarium tamen,† quod in vijs, theatris & similibus, non possit fieri executio, tenent *Afflictus et ab illo relati in prax.* §.31. *cap.*2. *limit.*45. *Parlad. rer. quotid. lib.*2. *cap fin. par.*5.§.3.*n.*38. vbi refert, idem dicendum de silua cædua, frumẽto condito in horreo publico. Dissentiunt, & consentiunt relati *à Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. num.*57. *vers. an autem*, declarando capi posse in subsidium.

39 Ampl. præsertim,† si vniuersitas habeat bona in quibus singuli ex vniuersitate sentiunt commodum, seu vtilitatem in particulari, vt puta ex vsu nemoris, vel pascui, in quo liceat cuicunque ex vniuersitate ligna excidere, pecus immittere, *l.*1. §. *fin. in prin. ff. quod cuiusque vniuers. Rofred. Beneuentan. quæst.*27. *num.*17. *in fin. Bald. l. etiam*, C. *de exequut. rei iud. num.*12. *Aegid. Thomat. tract. de Collectis*, §. *expofuimus, num.*1. *col.*1. *&* 2. *vers. quadam sunt bona, Alberic. l. in tantum*, §. *vniuersitas, ff. de rerum diuis. n.*2.

Ista enim licet dicantur esse vniuersitatis, sunt tamen singulorũ, ex vtilitate quam quisque percipit ex illorum fructu: quare si de illis acci-
40 dat moueri quæstionem, vel litem, testes † ex vniuersitate non sunt idonei, *Capol. tract. de seruit. rust. præd. cap. de seruit. iur. pascend. num.*28. *Couar. practic. quæst. cap.*18. *num.*4.

Menoc.

Menoc. de arbitr. iud. casu 106. *agitur n.* 13.
& seq. vbi late comprobat. *Farinac. de testib.*
quæst. 60. *n.* 496. & *num.* 499. *& seq.* decla-
41 ret quando † causa seu bona dicantur spectare
ad vniuersitatem, vel vtilitatem singulorum.

42 Ampl. vt isto casu prius sint † excutienda
bona vniuersitatis, antequam deueniatur ad
collectæ impositionem, vel exequutionem con-
tra singulos ex vniuersitate, *Lesæus tract. de*
iur. vniuersit. part. 3. *cap.* 9. *num.* 9. & dixi la-
tius *sequenti ampliatione ex Natta, & Rebuffo.*

43 Ampl. vt si vniuersitas habeat in communi †
immobilia, mobilia, vel nomina debitorum,
seruandus sit ordo in exequutione contra illam
facienda, qui seruaretur siue fieret contra singu-
larem personam *Alex. in l. à Diuo Pio, §. in*
venditione, ff. de re iud. nu. 27. *Losæus tract.*
de iure vniuersit. part. 2. *cap. fin. num* 92. *&*
part. 3. *cap.* 9. *num.* 9. Qui autem sit iste ordo
videndus *Vlpianus in l. à Diuo Pio, §. in ven-*
ditione. ff. de re iud. & ibi communiter Docto-
res; dixique aliqua supra. Comprobatur hæc ex-
tensio ex dictis *Rebuf. in l.* 2. *C. de præd. decur.*
fin. decret. non alien. in fin. & in l. ad repara-
tionem, C. de aquæduct lib. 10. concludens ciues
44 † antequam collectentur, posse excipere, vt
prius excutiantur bona communia, antequam
deueniatur ad collectam in singulos: quo non
relato, late idem probat *Natt. cons.* 150. *n.* 1.
& cons. 408. *in distributione num.* 1. subdens
num. 2. auctoritate *Cyn. Bald. Fulgos. & Isern.*
45 † nec Principes posse collectam, belli vel alia
necessaria causa imponere, nisi prius euacuaue-
rint illorum crumenam. Sed ipse loquitur iux-
ta consuetudinem suorum temporum, & pa-
triæ, vbi tunc nulla vectigalia, nulla tributa
exigebantur à subditis; & eam laudem dari Prin-
cipibus in ea regione quandoq. legi in Panegy-
ricis recitatis in auguratione illorum. Verum
si nunc viueret, videret aliud practicari: quod
an acciderit vitio temporum, quæ semper fue-
re eadem, an hominum nequitia, vel negligen-
tia, non disquiro.

46 Dicendum secundo, quod si vniuersitas † nõ
habeat bona in communi, ex quibus non possit
esse satisfactum in parte. vel in totum victori,
quod omnes ex vniuersitate cogantur contri-
buere per impositionem collectæ, *Spec. de exe-*
cut. sentent. §. sequitur. 3. *num.* 5. *glos. in l.* 1.
§. quod si nemo, verb. proconsul. in fin. ff. quod
cuiusque vniuersit vbi Alberic. n. 14. *& in l.* 4.
§. actor ff. de re iudicat. num. 1. concludens
singulos ex vniuersitate compelli facere colle-
ctam, & ponere in communi vnde sit satisfactũ
creditori vniuersitatis. *Ripa in l.* 4. *ff. de re*
iudic. num. 24. *&* 26. *Ias. numer.* 20. *Lesæus*
tract. de iur. vniuersit. part. 3. *cap.* 9. *num.* 6. *&*
8. *& part.* 2. *cap. final. num.* 94. *Cuman. d. l.* 4.
num. 4. *circa med. Afin. in prax. §.* 31. *cap.* 2. *li-*
mit. 45. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 2. *quæst. vni-*
ca num. 78. *Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap.*
fin. part 5. *§.* 3. *num.* 35.

47 Ampl. vt ad collectæ inpositionem † cogi pos-
sint singuli ex vniuersitate, iuris & facti reme-
dijs per mulctas, vel capturam personæ, vel rerũ
singulorum. *Alberic. in l.* 1. *ff. quod cuiusque*
vniuers. nu. 15. *in prin.* vbi refert ita obtinuis-
se & vidisse factum. *Aegid. Thomat. tract. de*
Collectis, §. exposuimus. numer. 2. *circa fin.*
Rebuf. de litter. oblig. artic. 2. *glos. vnica nu-*
mer. 78.

48 Ampl. vt reluctante vniuersitate imponere †
collectam, vel facere bursam communem, pos-
sit iudex vniuersitatis illam indicere. *l. fin. C.*
de mun. patrim. lib. 10. *per quem textum ita fir-*
mat Bart. in l. 4. *§. actor, ff. de re iudic. Aegid.*
Thomat. tract. de collect. §. exposuimus nu. 2.
circa med. Ias. l. 4. *ff. de re iudic. nu.* 20. adden-
do id iudici licere citata vniuersitate: idem fir-
mat, nemine ex prætatis relato, *Lesæus tract.*
de iur. vniuersit. part. 3. *cap.* 9. *num.* 6. *et par.* 2.
cap. fin. num. 95.

49 Ampl. vt nec capi possit † aliquis ex vniuer-
sitate. *l. nullam, C. de exequut. et exact. lib.* 12.
Laudens. tract. de fisco quæst. 79. *Iacob. à Canib.*
tract. de repræsal. vt refert Parlador. rerum
quotid. lib. 2. *cap fin. part.* 5. *§.* 3. *nu.* 40.

Ampl. quod si in aliquem fiat exequutio, vni-
uersitas debeat illum indemnem reddere, exce-
pta rata, qua, facta diuisione, est obligatus. *Bo-*
badil. in sua politic. lib. 3. *cap.* 8. *n.* 77. *vers. regu-*
lariter, relato Bal. in l. stipendia, C. de exequut.
rei iud. num. 77. *vers. regulariter, et alijs.*

50 Limit. quoad illos † qui venerant habitare
in loco collectando post debitum contractum,
Rebuf. de litter. oblig. art. 2. *glos. vnic. n.* 79.

51 Limita tamen, vt singuli ex vniuersitate † nõ
sint obligati in solidum, sed pro rata tantum
patrimonij, si onus sit reale, vel pro rata, & nu-
mero personarũ, si onus sit personale, vt dicam
infra vers. dicendum tertio:

52 Limit. quoad clericos & illorum bona. † *Bald.*
in l. etiam, C. de exequut. rei iudic. num. 15. *in*
fin. & ratio est quia licet clerici sint ciues ciui-
tatis, vbi morantur, *Bart. in l.* 1. *ff ad munici-*
pal. num. 11. *Bald. in cap.* 1. *de vassal. qui arm.*
bellic. depos. concludens, quod ecclesia dicitur
53 de corpore † ciuitatis, siue sint originarij, siue
alienigenæ. *Bocr. decis.* 260. *nu.* 20. *et seq.* non
tamen in obligatione bonorum, vel personarũ
vniuersitatis complectuntur bona clericorum,
ex defectu potestatis facientis talem obligatio-
nem.

An fieri possit exequutio in vijs publicis, &
similibus quæ habet vniuersitas, dixi *infra*
capit. 12. *§.* 16. *vers. decimosexto.*

Collecta autem qualiter, & quomodo im-
54 ponenda, † isto casu videndi sunt *Bal. in l. etiã.*
C. de exequut. rei iud nu. 17. *& seq. Rip. in*
l. 4. *ff. de re iud. n.* 30. *& seq. Ias. n.* 20. *in fin.*
Bart. d. l. 4. *§. actor, ff. de re iud. nu.* 2. *Natta*
cons. 408. *num.* 3. *& seq. Lesæus tract. de iur.*
vniuersit. par. 3. *cap.* 9. *nu.* 11. *& seq. Cuman.*
d. l. 4. *num.* 5. *in princ.*

55 Dicendum tertio, quod vbi vniuersitas † non
habet bona in communi, & non imponit col-
lectam, quod volente creditore, in singulos ex
vniuersitate fieri possit exequutio, non tamen
in solidum, sed tantum pro sua rata. *Bart. in*
l. 4. *§. actor, ff. de re iud. n.* 7. 10. *Ripa, n.* 34.

eam afferens rationem, quia agitur de soluendo ære alieno contracto ab vniuersitate in vniuersum. *Aegid. Thomat. tract. de collectis*, §. *retenta proxima*, *num.* 13. *Bal. in l. etiam. C. de exequut. rei. iud. num.* 16. *vers. rursus dicere. Lesæus tract. de iur. vniuers. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 7. *in fin. & n.* 8. Obstant tamen dicta *Rip. in l.* 4. *ff. de re iud. n.* 24. *&* 27. dum vult in singulos ex vniuersitate, collectiue, non autem distributiue, fieri exequutionem, & creditorem vniuersitatis non cogi recipere particularem solutionem.

56 Ampl. præsertim contra sindicum † vel actorem vniuersitatis, *l.* 4. *§. actor. ff. de re iudic.* vbi cum Vlpianus dixisset, actorem municipum posse rem iudicatam recusare, Accursius interpretatur, ex sua bursa cogi soluere. *Iaf. d. l.* 4. *num.* 18. concludens actorem municipij, seu sindicum vniuersitatis, non pati exequutionem sententiæ latæ in vniuersitatem: idem repetit *Ripa ibidem n.* 23. *Odofred. num.* 1. *in fin.*

57 limitando tamen † si sindicus sit constitutus in rem suam, vel nisi obtulerit se liti, vel asseruerit se sindicum, cum non esset; licet *Albericus in d. l.* 4. §. *actor num.* 2. velit postremo casu teneri tantum ad damna, & expensas. *Ripam*, & illius dicta sequitur *Conrad. de offic. prator. lib.* 1. *de exequut. sent. n.* 14. *vers. sexto. Asinius in praxi §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 23. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 2. *glos. vnic. numer.* 77. concludendo, contra illum fieri in solidum, cessa actione ad recuperandum ab vniuersitate, & ita iudicatum fuisse.

58 Limita † contra pauperes ex vniuersitate, qui proprio labore victum sibi quærant: nam illi sunt penitus exempti, & vniuersitas cogitur soluere illorum ratam. *Bart. in l.* 4. §. *actor, ff. de re iud. num.* 8. *& Iaf. num.* 21. idem repetit *Bald. in l. etiam, C. de exequut. rei iud. num.* 17. *vers. vt Astenses*: *Ripa tamen in dicta l.* 4. *nu.* 35. *ex Bart. in l.* 2. *C. de apoc. public.*

59 distinguit an † exequutio fieri debeat pro oneribus realibus, vel personalibus, vel mixtis, subdens *num.* 36. *& seq.* quid dicendum pro rata eorum, qui sint exempti, in quibus *Bald. d. l. etiam num.* 17. *in fin.* distinguit. *Rebuf. de litteris obligat. artic.* 2. *glos. vnic. n.* 77. *in fin.*

60 Limit. vbi vniuersitas † elegit aliquem, qui impositam collectam exigat, & intra statutum tempus non exegit, seu fuit negligens in exigendo, *Bart. l.* 4. *§. actor ff. de re iud. nu.* 7. *vbi Angel. num.* 2. *& Cuman. num.* 5. addendo lapso termino posse realiter, & personaliter capi, & exequutari: & id vidi sæpe fieri in patria mea, vbi electo exactore onerum Cameralium, qui Clauarius nuncupatur, vidi illum capi, & carcerari ab exequutoribus Cameralibus, nec relaxari nisi soluta certa summa pro quolibet scuto, quam vocant Capsoldo: & ita etiam seruari in Tuscia, testatur *Angel. d. §. actor in fine*, *Iason in l.* 4. *ff. de re iud. num.* 22. concludens posse carcerari, & cogi ad soluendum cum facultate repetendi ab vniuersitate per solidum, & libram, & de hoc esse textum *in l. nisi opinatores*, *C. de exactor. lib.* 10. *Conrad. de offic. prator. lib.* 1. *de exequut. sentent. numer.* 14. *vers. sexto.*

61 Limit. vbi aliquis ex vniuersitate † cum fraude fecisset, ne vniuersitas haberet bona in communi, ex quibus posset satisfieri creditori vniuersitatis, *Alberic. l.* 1. *ff. quod cuiusque vniuersit. num.* 15. *in princ.*

62 Limit. vbi aliquis † ex vniuersitate, vel qui non sit ex vniuersitate, assumit onus exigêdi collectam; nam contra illum insolidum exequutio fieri potest. *Rip. in l.* 4. *ff. de re iudic. num.* 34. *vers. secundo.*

63 Limit. vbi consuetudine, vel Statuto aliud disponitur. *Rip. in l.* 4. *ff. de re iudic numer.* 34. *vers. intellige, & ante Ripam Bald.* de quo ille non meminit, *in l. etiam C. de exequut. rei iud. num.* 15. eam afferens rationem, quia in exequutione faciêda est seruanda consuetudo, nam ab illa datur alta bassa, mixta, mera, vel imperiosa iurisdictio.

64 Quarto restat indagare, quid dicendum † si agatur de exequutione sententiæ in vniuersitatem latæ ex illius obligatione; quo casu cum verba instrumenti desuper confecti sint diligenter consideranda, vt notat *Bart. in l.* 4. *ff. de re iudic. num.* 9. distinguendum est, an obligatio facta fuerit ab vniuersitate simul legitime congregata, vel à ministris, & officialibus vniuersitatem repræsentantibus. Nam si primum, nisi specialiter dictum fuerit quemlibet in solidum obligari, exequutio minimè fieri potest in singulos in solidum, sed tantum pro rata, quia tam actiuè, quam passiuè, quod est vniuersitatis non est singulorum, nisi pro rata. *glos. cap. dilecta, verb. restitutis, de rescript. Spec. de exequut. sent. §. sequitur, num.* 5. *in fin. Costa de portion. & rata quaest.* 186. *quaeritur num.* 1. *& seq. Cuman. l.* 4. *ff. de re iudic. num.* 4 nec obligatio so-

65 lidi † censetur contracta, nisi exprimatur. *l. si fundus*. §. *si duo, ff. de pignorib. l. quidquid adstringenda, ff. de verb. oblig. Surd. cons.* 271. *num.* 63.

Si autem secundo casu obligatio facta fuerit

66 à ministris seu decurionibus † totam vniuersitatem repræsentantibus, *l. aliud*, §. *refertur*, *vbi glos. ff. de reg. iur. & Cagnol. num.* 18. *& seq.* quamuis, quod illi faciunt, dicatur factum à toto populo, seu vniuersitate, *glos. in rub. C. quae sit longa consuet. Bart. in rub. ff. de decurion. & in l. ciuitas, ff. si cert pet. num.* 2. *& in l.* 2. *C. de decurion. lib.* 10. *nu.* 8. *Alex. cons.* 17. *col.* 6. *nu.* 1. *Rolan. à Val. cons.* 90. *lib.* 1. *num.* 1. Attamen

67 quia illi non † habent eandem auctoritatem, quam habet vniuersitas, nisi Statuto, vel consuetudine aliud sit receptum, *Alex. in l. stipulationum*, 5. *ff. de verb. oblig. numer.* 15 *Ant. Sola in proœm. Decret. Sabaud. glos.* 3. *nu.* 3. *et seq. Lesæus tract. de iur. vniuersit. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 49. *in fin.* Nullatenus ex obligatione de-

68 curionum † sunt obligati singuli ex vniuersitate in solidum, etiã quod ita illos obligare sint professi, quia in illis deficit potestas faciendi talem obligationem. *Cuman. d. l.* 4. *num.* 4. *in princ.*

69 Limitando tamen vnico † casu, si obligatio decurionum facta fuisset vtilitatis publicæ cau-

sa

sa, quia in istis, decuriones, vt syndici ciuitatum,& oppidorum,generale habent mandatum, cum libera, & possunt facere ea omnia, quæ requirunt speciale mandatum. *Natt. cons.*45.*n*.4. *& cons.*51.*num* 24.

70 Si autem sententia lata fuisset† ex obligatione procuratoris, quia mandatarius repræsentat mandantem, & nihil vlterius potest, quam id quod habet in mandatis, considerato tenore mandati sibi dati, repetenda sunt in obligatione facta à procuratore vniuersitatis, quæ sunt dicta de vniuersitate, & decurione.

---

§. XI.

SVMMARIVM.

Sententia non potest exequi contra procuratorē. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. *Limit.* 6. 9. 10. 19.21.22, 23.24.25.26.27. *Sublimita.* 11. 18.28.

Cessionarius est procurator in rem propriam. 7. *Procurator in rem suam quis dicatur.* 7. *non continetur nomine procuratoris in Statutis.* 8.

Sententiæ lata contra procuratorem qui liti se obtulit,an exequi possit contra dominum. 12.

Liti se offerre quis dicitur pluribus modis. 13. 14. 15.16.17.

Procurator falsus quis dicatur. 27.

Mutuum alieno nomine accipiens an contra illum fieri possit exequutio sententiæ latæ super restitutione mutui. 29.

Sententia lata contra pupillum vel minorem an exequi possit contra tutorem, vel curatorē. 30.

DEcimus casus erit in quocunque, qui aliena negotia gerit. Sed quia huiusgeneris plures sunt personæ, primo videndum quid de procuratore:& in illum non † posse exequi sententiam latā contra eum, qui illū constituit, firmāt *Papiens. in form. libel. exequut. sent. §.* 1. *num.*29. *quem sequitur Guid. Pap. decis.*86. *num.*3. *Asinius in prax. §.* 31. *cap.*2. *limit.* 21. *Guid. Papa cons.* 24.*num.* 1. *Afflic. decis.* 64. *quidam n.*3. *Corn. in l.* 1. C. *de sent. & interlocut. omn. iudic. nu.*8. *Ias. in l.* 4.*ff. de re iud. nu.* 1. *Gemin. cons.* 150. *Bero. cons.*199. *in prin. lib.* 2.

2 Ampl. etiam si sententia † lata fuisset in ipsū procuratorem, tanquam procuratorem, *Angel. in l.Plautius,ff. de procur. quem refert Afflic. decis* 64. *num.* 3. *testans* ita fuisse decisum, *addentes ad Guid. decis.* 86. *vers. dic quòd non. Spec. de execut. sent.* §.3 *n.*4. *Signorol. cons.*15. *Alex. cons.*95.*n.*12.*lib.* 2.

3 Ampl. præsertim in sententia † lata in iudicio criminali. *Afflic. decis.*64. *quidam n.*1. *&* 2.

4 Ampl. etiam in procuratore † municipij, seu vniuersitatis, *Bart. in l.* 4.*ff. de re iud. in prin. Bal. cons.* 2. *lib.*5.*num.* 4. *Dec. cons.*510. *n.* 4. *Ias. l. post dotem, ff. sol. mat. n.*72.

5 Ampl. etiam si procurator† fuerit negligens in appellando, vel in dolo. *Alex.cons.*95.*lib.*2. *num.*2. *vers. item posita.*

6 Limit. in procuratore constituto † tanquam in rem suam, *l. Plautius, ff qui satisdar.cogant. l.*4.*ff. de re iud.* vbi communiter omnes notant, & præcipue *Cuman. n.* 2. *Odofred. nu.*1. *&* 2. *in fin. Ripa nu.* 8. referens exemplum cessionarij,

7 † qui respectu directarum actionum, quas alieno nomine exercet, dicitur procurator proprie; sed quia tale exercitium ab eodem fit ad vtilitatem exercentis, improprie dicitur procu-

8 rator in rem suam: ideo in † Statutis talis procurator non comprehenditur nomine procuratoris, vt subdit *Ripa ibidem num.* 9. *subdendo num.*13.quid sit dicendum de emptore hæreditatis,qui etiam dicitur procurator in rem suam. *Corn. in l.*1. *C.de sent. & interloq omn. iudic. n.*8.*vers.quartus casus.Ias.in l.*4.*ff de reiud.*repetens quæ dixit *Ripa de impropríetate & statuto,* addendo *num.*7. prohibitum non esse suscipere mandatum in rem propriā;quia vt idem subdit *num.* 8. idem procurator potius dicitur cessionarius. *Marant.in prax.c.fin.n.*41.*in fin.*

9 Limit. vbi procurator† obligauit se de stando iuri, & iudicatum soluendo. *Corn. in l.*1.C. *de sentent. & interl.omn iudic. num.* 8. *vers. tertius casus. Castr. in l.*4.*ff. de re iudic. num.*5. *Spec. de exequut. sentent. §.*3. *num.*10.

10 Limit.in procuratore†qui liti se obtulit.*l.Plautius ff. qui satisd. cog. l si se non obtulit* 4.*ff. de re iud.* vbi communiter Doctores. *Corn. in l.*1. *C.de sentent. & interlocut omn. indic.num.*8. *vers primus casus. Ripa in l.*4.*ff. de re iudic.*

11 *num.*5.*vbi num.*6.*&* 7. sublimitat † in procuratore, qui iusto errore ductus credit habere mandatum, vel aduersarius sciuisset illum non habere mandatum. & idem *ex Roman.* dixerat *Ias.ibid.nu.*5. *Asin. in prax.* §.31 .*cap.* 2. *limit.* 21. *num.*3. *Guid.Pap. cons.*24. *numer.* 2. *vers. qui dominus. Capic. decis.* 128. *num.* 2. *&seq. Serafin. decis.*891.*num.* 10. *Cartar. decis.* 34. *num.* 1. *& seq.*

12 Sed an sententia lata comparente procuratore † qui liti se obtulit,possit exequi contra dominum, videndus *Asinius in prax. §.* 3. *cap.* 2. *ampliat.* 27.

13 Offerre autem se † liti quis dicitur pluribus modis. Primo vbi asserit habere mandatum, sed re vera non habet. *Castr. in l.*4.*ff. de re iudic. num.*2. *vers. in text. & Ripa num.*1. *Specul.de exequut.sent.* §.3.*num.* 4. *Angel.d.l.*4. *num.*2. *Alberic. n.*1. *Ias.num.*5

14 Secundo vbi quis non † habet mandatum, nec asserit se habere, sed tanquam defensor,cum satisdatione iudicatum soluendi venit ad causam. *Castr. in l.* 4. *ff. de re iudic. num.* 2. *vers. in text.Papiens. in form. libel. exequut.sent.§. sapiens, num.*29. *Angel. d.l.* 4. *num.* 2. *& Odofred. num.*1. *&* 2. *circa med.*

15 Tertio, vbi quis obligat se † de stando iuri, & iudicatum soluendo pro principali, quamuis re vera sit procurator. *Alberic. & Angel. in l.*4. *ff. de re iudic.*quamuis *Ripa ibid.num.*5. discutiat & velit illum non liti se obtulisse, & non soluere tanquam procurator, sed tanquam spōsor, & ex stipulatu. *Angel. d. l.*4. *num.* 2. *Alberic.num.* 1.

16 Quarto vbi quis † sponte defensionem causæ suscepit, cum satisdatione. *l. Plautius, ff. de re iudic. num.* 5. *vers. tertio*.

17 Quinto vbi habet mandatum † sine clausula releuationis, & illud acceptando suscipit causæ defensionem. *Cuman. l. 4. ff. de re iudic. nu.* 1. *Odofred. num.* 2. *vers. si cum mandato. Alberic. num.* 1.

18 Sublimita vbi is, qui liti se obtulit, † non est soluendo. *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 27. Latiorem tamen requirit discussionem hæc sublimitatio.

19 Limit. quoad expensas litis, † quæ culpa procuratoris factæ fuerint inutiliter. *Castr. in l.* 4. *ff. de re iud. nu.* 2. conquerendo, quod hoc male seruatur, quia vt plurimum causæ perduntur culpa procuratorum, qui tamen nullum sentiunt damnum, sed totum recidit in caput eorum, qui illos constituerunt. *Rip. eadem l.* 4. *num.* 9. *in fin.* qui id præsertim vult procedere in expensis factis in illius contumaciam: latius tamen ad partes examinat hanc limitationem idem *Ripa ibidem nu.* 14. *& seq.* sicut *& Bart. ibidem num.* 2. cuius distinctione colligitur procuratorem condemnandum in expensis, si fuerit negligens in non faciendo, vel fecit quæ non debebat; & ita intelligendam sententiam *Clementis Papæ*, qui absolutè censuit procuratorem condemnandum in expensis: verum idem *Clemens* id dixit vbi malitia erat procuratoris, vt refert *Spec. mox citãdus* in alio casu. *Spec.* loquens de procuratore ecclesiæ contumaci, *de exequut. sentent.* §. 3. *num.* 6. *& num.* 7. addit idem dici si malitiose quid idem procurator fecerit, vt puta appellando ante tempus. *Cuman. d. l. 4. nu.* 3. concludens procuratorem condemnandum semper in expensis, si iniustè litigauit, nisi ad talem litem speciale habeat mandatum, vel generale ad omnes lites. *Ias. num.* 13. *& seq. Marant. in prax. cap. fin. nu.* 40. limitat. in expensis factis ob delictum procuratoris.

Angel tamen in d. l. num. 5. reprehendendo *Bart.* quod non bene esset recordatus dictorum *Papæ Clementis*, qui fuit lumen iuris, teste *Spec. de exequut. sentent.* §. 3. *nu.* 7. distinguit, quod

20 aut † procurator fecit quod dominus non fecisset in lite necessario, aut non fecit; vel fecit quod dominus necessariò fecisset in causa: vt primo casu procurator sit condemnandus in expensis, secundo autem secus: sequitur *Cuman. ibidem n.* 2. *in fin.* asserens relatis dictis *Bart.* 1. *ibidem* hanc opin. esse tutiorem.

21 Limit. † vbi quis defensionis iure defendit causam. *l. Plautius ff. de procur.*

22 Limit. vbi procurator † fuit negligens non faciendo, quæ facere debebat, veluti si non substituit alium, qui causam defenderet illo infirmo. *Angel. in l. 4. ff. de re iudic. num.* 5. *in fin. vbi Bart. num.* 2.

23 Limit. vbi procurator acceptauit † mandatum animo nouandi. *l. Plautius ff. de procurat.* per quem textum ita firmat *Odofred. in l. 4. ff. de re iudic. num.* 2. *in fin.*

24 Limit. in procuratore † falso, seu qui non habebat mandatum. *Bero. conf.* 199. *nu.* 6. *lib.* 1. *Marant. in prax. cap. fin. num.* 40. *circa med. & nu.* 41. limitat si dominus sciuit illam causam agere, & procurator non est soluendo.

25 Limit. in procuratore † qui coactus ex sua obligatione aliquem defendit, veluti si emptor defendatur à venditore, *Marant. in prax. cap. fin. num.* 40. *in fin.*

26 Limit. in procuratore † qui excedit fines mãdati. *Soccin. conf.* 134. *col.* 1. *in fin lib.* 2.

27 Limit. in falso † procuratore. *Tuscus conclus.* 830. *procurator*, concludens eum esse falsum procuratorem qui non habet mandatum, vel gerit se pro procuratore, antequam mãdatum habeat, vel qui constitutus fuit à Titio, suo, & aliorum nomine, & antequam absentes ratum habeant, gerat se pro procuratore.

28 Intelligas tamen omnes relatas limitationes, vt sententia sit ferenda contra principalem, seu quod is condemnetur, non autem, quod feratur contra procuratorem, seu quod ille condẽnetur. *Alberic. l. 4. ff. de re iudic. nu.* 2. *vers. an autem, Guid. Papa consil.* 24. *num.* 9. *vers. et ideo*.

29 Quid de eo, qui nomine † alieno accepit mutuum. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 2. *glos. vnic. num* 126. *& seq.*

30 Secundo videndum, quid de curore, † vel curatore, & alio legitimo administratore negotiorum alterius. Verum quia communiter tradunt Doctores, quod quæ sunt dicta de procuratore, sint dicenda de tutore, curatore, & alio legitimo administratore, & exequutionem esse faciendam contra bona pupilli, firmat ex *Angel. Sicard. in l.* 1. *C. quando fiscus, vel priuatus, num.* 2. addendo id notandum, quia aliquando imperiti iudices aliud faciunt: *& nu.* 3. limitat si tutor dolo differret solutionem; ne sæpius idẽ repetam, & cartas impleam, tempusque conteram sine fructu, me remitto ad ea, quę proxime dixere addentes ad *Bart. in l. in d. l.* 4. *et idem Bart. ibid. in prin. Spec. de exequut. senten.* §. 3. *num.* 4. 7. *circa med. &* 8. loquens de tutore contumace, vel malitioso, *et num.* 9. de curatore dato hæreditati iacenti. *Cuman. d. l.* 4. *num.* 4. *Odofred. num.* 1. *circa fin. Ias. num.* 10. *et seq. Curt. num.* 1. *Papiens. in form. libel. exequut. sent.* §. *sapiens, num.* 29. *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 22. *et* 23. *Bero. conf.* 103. *in causa lib.* 3. *num.* 4. *et* 5. ampliando faciendam exequutionem contra bona pupilli, etiam quod culpa, vel mora tutoris lata fuisset sententia in pupillum, vel tutorem; sed dari actionem pupillo aduersus tutorem finita tutela. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 2. *glos. vnic. num.* 96. *&* 97. aliter distinguit. *Marant. in prax. cap. final. nu.* 38. *& seq.* aliter distinguit.

§. XII.

SVMMARIVM.

Sententia lata in filium exequi non potest in patrem. 1. *Ampl.* 2. 4. *Limit.* 3. *vide infra* §. 16. *num.* 22. *& seq.*

Vnde-

VNdecimus casus esse posset in sententia lata in filium, quæ ratione identitatis personarum, *l.fin.C. de impub.* videtur
1 posse † exequi contra patrem, saltem ratione legitimæ, & alimentorum, quæ illi a patre sunt debita. Verum aliud ad partes examinata quæstione voluit *Spec.de exequt.sentent.* §.3.*nu.*11. *Asin.in prax.*§.31.*cap.*2. *limit.*31. *Marant. in*
2 *prax.cap fin.nu.*34.*& seq.*† & in bonis peculij aduentitij vel profectitij. *Clar.* §. *fin. q.* 78. *num.*11.*& seq.*

3 Limit.quoad bona † filij,in quibus pater habet vsumfructum,nam in illis fieri potest exequutio in præiudicium patris. *Cast.in l.cum & filiysami. C.qui bonis cedere poss.num.*2.

Contrarium firmat *Guid. Papa decis.* 526. *exequutio*, cum temperamento tamen, si pater se exequutioni opponat.

§. XIII

SVMMARIVM.

Sententia lata contra debitorem, exequi potest contra illius debitorem. 1. *Ampl.* 2.3.4.5.6.7. *Limit.*8.9.10 11.12.

Malitia debitoris quando dicatur patere. 3.

1 DVodecimus casus esse potest in debitore debitoris, contra † quem exequi posse sententiam latam ad fauorem creditoris, est textus *in l.* 2. *C. quando fiscus vel priuat.* per quem ita firmat *Guid.Pap. decis.*20. *num.*2. addentes ad eundem *decis.* 568. vbi prætere referunt praxim Gallicanam, vbi fit exequutio contra debitorem debitoris. *Peguer.decis.*205. *crim. num.* 5. *in fin.vers.ex quibus. Asin. in praxi* §.31.*cap.*2.*ampliat.*20. addendo *num.*2. modo tria concurrant, videlicet condemnatio debitoris principalis, eiusdem excussio, & debitoris excutiendi confessio debiti, quæ tria subdo in ampliat. & limit.

2 Ampl. præsertim ad instantiam fisci †, si debitor non inficiatur debitum *l.si debitum, C. quando fiscus, vel priuat. vbi Cyn.* notat in *princ.* seu vt inquit *Bald.ibid.nu.*6.debitum sit liquidum. *Salic.num.*1. *ampliando* etiam quod debitoris debitor non sit condemnatus.

Ampl.etiam vbi debitor negat malitiosè de-
3 bitum, † & statim, seu absque altiori indagine conuincitur illius malitia. *Cyn.in l.si in causa C.quando fisc. vel priuat vers. iuxta hoc, & Bald.num.*5.*in fin. Salic. num.*2. vbi declarant dicatur apparere de malitia debitoris. *Bero. cons.*106 *lib.*3.*num.*1.*vers. item fallit. Parlad. rerum quotid. lib.*2. *cap.fin. part.*5. §.3. exemplum referens, si per rem iudicatam, vel instrumento quarantigiato constet de debito *Ias. l. a Diuo Pio in fin. ff. de re iud. in princ. vers. limit.* idem prius dixerat *ibidem Angel. nu.* 1. *& Hercul.num.*10.*& Io.Imol.num.*22.

Ampl.etiam si tale nomen esset a debitore debitoris alienatum, & non exactum. *Alberic.* ad partes examinata quæstione, *in Rub.C.quando fisc vel priuat.num.*5.

Ampl.præsertim si exequutiue conueniri potest. *Angel.in l.a Diuo Pio.*§.*sic quoque, ff. de re iud. num.*1.*in fin. & num.*2.

4 Ampl.præsertim contra debitorem † confitentem debitum. *Cyn.in l.*2. *C.quando fiscus vel priuat, vers. secundo, & ibidem Odofred. in princ. & Bald. num.* 5. *Salic. num.*5. addendo sufficere confessionem expressam, vel tacitam, vel implicitam. *Asinius in praxi* §. 31. *ampliat* 20.*in fin. Bero. cons.* 106. *lib.*3.*in princ. Guid.Pap.decis.*568.

Ampl.præsertim in subsidium, seu deficien-
5 tibus † bonis mobilibus, & immobilibus debitoris. *l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iudic.Bald.l.*2 *C.quando fiscus vel priuat. in princ. & num.*5. *circa med. & Salicet.num.*1. *Guid.Pap.decis.*568 *de iure.l. a Diuo Pio* §. *sic quoque, ff. de re iud.*

6 Ampl.præsertim contra debitorem † debitoris, qui perpetuo esset obligatus ad annuam pensionem, vel aliud simile, vt dicitur de emphiteota: nam contra illum, quamuis neget, fieri potest exequutio sententiæ latæ contra debitorem. *Bero.cons.*106.*quatuor lib.*3.*num.*1. testans de communi,auctoritate *Bald.in l.etiam C.de exequut.rei iudic. & Alex.in l. a diuo Pio* §.*sic quoque, ff. de re iud.num.*4.*vbi rationem etiam refert.et Ias.num.*1. *in fin. Parlador rerum quotid.lib.*2.*cap fin.part.*5.§.3.*num.*44.& dixi *supra hoc cap.*2.*limit.*8.

Ampl.præsertim si concurrat causa vbertatis
7 † conseruandæ, vel augendæ, vt puta quia creditor ex causa frumenti, & similium ad annonam spectantium. *Rip.tract. de remed.ad conseruand.vbert.num.*36.*vers & contra.*

8 Limit.vbi debitor negat debitum,†nam tunc non potest fieri exequutio, nisi ordine iuris seruato. *l.a diuo Pio* §.*sed vtrum, ff. de re iudic.* per quem textum ita concludit *Cynus in l.* 2. *C.quando fiscus vel priuat.vers.sed vbi diffitetur. Bald. ibidem, num.* 2. *in fin.* ampliando etiam si exequutio petatur fieri a fisco. *Parlador. rer.quotid.lib.*2. *cap fin.part.*5. §.3. *n.*43. *circa fin.*

9 Limit vbi non præcessit sententia† condemnatoria debitoris, & agitur inter priuatas, seu singulares personas, in quibus licet debitum sit liquidum, desideratur sententia condemnatoria debitoris.*Bald.l.*2.*C.quãdo fiscus vel priuat. num.*3.*Salic.num.*1.*circa med. Asin. in praxi* §.31. *cap.*2.*ampliat.*20.*in fin.*

10 Limit.vbi non præcessit † excussio debitoris principalis. *Bald. in l.* 2.*C. quando fiscus vel priuat. num.*4.*& Salicet. num.* 1. *circa med.& num.*5.*& seq. vers. quæro*, docet quomodo fiet hæc excussio. *Asin in prax.*§.31.*cap.*2.*ampl.*20. *num.*2.*& alia addidi infra cap.*11.§.8.

11 Limit.vbi debitum non est † explicitum, seu formatum. *l.cum cum in plures*, §.*messem,ff. locat.l.Iulianus*, §.*penult. ff. de act. empt.* per quæ iura ita firmat *Mandel.conf.* 333. *in præsenti, num* 7.

12 Limit.vbi debitor† non est obligatus ex formula,

mula, quæ est obligatus debiror debitoris, vt late prosequitur *Barzia tract. de guarantigia quæst. 9. col. 2. vers. hoc modo, Imol. l. à Diuo Pio, §. fin. ff. de re iud. num. 22.*

Qui alia scire velit circa istam conclusionem, consulat *Tuscum conclus. 45. Debitor debitoris, & Mauson. de caus. exequut. quæst. 6. ampliat. 9.* qui postquam præfata scripsi, ad manus meas deuenit, & dixi etiam aliqua *infra capit. 11. §. 8.*

Modus autem faciendi exequutionem isto casu refertur *infra cap. 11, §. 8.*

Quæ autem requirantur vt exequutio possit fieri contra debitorem debitoris, videndi sunt *Bal. in l. 2. C. quand. fiscus, vel priuat. n. 5. 11. & seq. & Salic. nu. 1. 4. & 5. Trentacinq. resolut. 16. & 29. lib. 3. de solut. Bal. l. etiam, C. de exequut. rei iud. num. 26.* An autem fieri possit executio contra debitorem tertio debitorem, *Negul. de pignor. 3. membr. 2. part. n. 20.*

§. XIV.

SVMMARIVM.

Maritus, & vxor sunt socij omnium bonorũ. 1.
Negatiua firmius negat quam affirmatiua affirmet. 2.
Sententia lata in vxorem non potest exequi in bonis datis in dotem marito. 3. *Ampl.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 14. 16. 17. *Limit.* 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 33. 34. *An contra fructus rerum dotalium.* 43.
Litigiosi vitium non contrahitur fauore dotis. 10.
Glossa l. quinque legibus declaratur. 12.
Creditori vxoris quomodo consulatur vt sit satisfactus de credito contracto cum vxore. 13. 19.
Bellamera reprobatur. 15.
Carta dotalis vsus in Rom. Cur. vnde prodijt. 18.
Glossa l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. declaratur. 26.
Litis se offerre quando quis dicatur. 31.
Sententia lata in maritum non potest exequutioni demandari in bonis dotalibus 35. *Ampl.* 36. 37. 38. *Limit.* 39. 40. 41. 42. *An contra fructus rei dotalis.* 43.

Decimustertius fingi potest casus in sententia lata contra maritum, vel vxorem, quam victor velit exequi facere in bonis datis marito in dotem, ab vxore: & omissis quæ dici possent pro affirmatiua, vel negatiua, considerata † vniuersali societate, quæ matrimonij sacro vinculo contrahitur inter virum, & mulierem, vt dixerat *Modestinus lib. 1. regul. relatus à Triboniano, & socijs in l. 1. ff. de ritu nupt.* & considerat *Gama decis. 366. n. 5.*

Duas in proposita hypothesi constituam regulas, & ambas negatiuas † tanquam firmiores affirmatiuis, *l. hoc genus, ff. de cond. & demonst. Dec. cons. 3. numer. 4.* & viso quid dicendum de corporibus rerum datarum à marito, vel receptarum ab vxore ex substantia mariti, causa dotis; agam postremo quid dicendum de fructibus ipsarum rerum dotalium.

3 Prima itaque regula sit, quod sententia † lata in vxorem, non possit exequi in bonis datis marito in dotem, *l. fin. §. si à socero, ff. quæ in fraud. credit. l. Titia, ff. de iure dot. vbi Bald. notat. glos. final in l. quinque legibus, ff. de bonis damnat. vbi Bart. num. 2. Bal. l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. n. 10. Alberic. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud n. 3. Angel. in l. tale pactum, §. qui precariauit, ff. de pactis, n. 32. Sal. d. l. ob maritorum, num. 5. Alex. d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, n. 27. in fin. & Angel. num. 3. in fin. & Imol. nu. 12. & Ias. num. 10. & cons. 44. ad dubia lib. 1. n. 8, Bal. ad Spec. de exequut. sent. §. 3. nu. 11. vers. primum verius. Bald. Nouel. tract. de Dote, par. 7. priuileg. 18, Afin. in praxi §, 31. cap. 2. limit. 43. nu. 1. vers. præterea. Gama decis. 366. num. 1.* vbi addentes *& decis. 186.* late comprobant Bertrand. *cons. 9. lib. 1. nu. 1. Capic. decis. 128. n. 2. Ladereh. cons. 180. nu. 1.* qui sæpius ita à *Rota* fuisse decisum refert *Vinc. de Franc. decis. 636. Amatus resol. 45. n. 1. & seq.* vbi infinitos refert. *Gallia cons. 29. nu. 22. in fin. Borel. cons. 54. num. 1 & seq. Amatus decis. Marchiæ 48. num. 7.*

4 Ampl. præsertim si agatur de exequutione sententiæ latæ, intentata † actione personali. *Salic. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. nu. 5. in fin. Ias. l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. n. 19. in fin. Cast. num. 4. Alex. num. 7. Ias. cons. 44. ad dubia lib. 1. n. 8, & 9.* eam afferens rationem, quia sicuti dotalia non possunt alienari, ita nec capi in causam iudicati. *Gama decis. 200. num. 1. Vinc. de Franc. decis. 366. Hieronym. Leo decis. 50. nu. 1. & 5.*

5 Ampl. etiam si sententia lata esset † ex debito contracto, constante matrimonio, & causa matrimonij, *glos. l. sed & alia, verb. actione, ff. de bonis damnat. quam sequuntur in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. Bal. n. 10. & Sal. num. 5. Ias. cons. 44. ad lib. 1. nu. 8. in pi in, Bal. Nouel. de Dote part. 7. priuileg. 18. in prin. Gama decis. 200. num. 1. in prin. Rebuf. de litter. obligat. artic. 11. glos. vnic. n. 99. Capic. decis. 128, num. 3, Gallia cons. 29. nu. 0.* qui loquitur de debito contracto mariti, & vxoris causa; indecisam tamen relinquit *Amatus resol. 45. n. 25. n. 5.*

6 Ampl. præsertim si bona data † sint marito tanquam fiança, & libera ab omni onere, & hypotheca, *Amatus resol. 45. num 23. Castil. decis. 97. n. 7. & seq. & 10. & seq.*

7 Ampl. præsertim in vestibus destinatis † ad vxoris vsum. *Bero. cons. 47. lib. 1. & seq.*

8 Ampl. vt si fiat exequutio, de facto † sit reuocanda *Bero. cons. 47. lib. 1. num. 3.*

9 Ampl. præsertim si agatur de re data † marito in dotem pendente lite super eadem re, *Capic. decis. 128. num. 7. Natta cons. 401. num. 1. Decian. cons. 109. lib. 3. num. 10. Lancel. de attent. cap. 4. in præfat. num. 448. 465. 549. & seq.* cum alijs plurib. cumulatis ab *Amat. resolut. 45. num. 17. & seq.* & id priuilegio dotis, cuius

10 cuius causa non contrahitur vitium † litigiosi, vt inquit *Natta d. conf.* 401. *num.* 1. *Amatus decis. Marchia* 48. *n.* 6.

11 Ampl. etiam si mulier † fuisset simul cum viro condemnata, *Ias. conf.* 44. *ad dubia lib.* 1. *num.* 9. *in prin.*

12 Ampl. præsertim pro debito contracto † post matrimonium. *Guid. Pap decis.* 447. *pone*, asserens ita intelligendã esse *glos. in l. quinque legibus. ff. de bonis damnat. Capic. decis.* 128. *n.* 5. *& ibidem addentes*, relata concludenti ratione, *num.* 4. *Cartar. decis.* 34. *cum tractaretur, num* 9. concludens *Baldum in l. Titia, ff. de iur. dot. glos. in l. quinque legibus, ff. de bon. damnat.* & reliqua quæ obijci possent, intelligi de ære alieno cõtracto ab vxore post contractũ matrimonium, *Vinc. de Franc. decis.* 636. *Cõtracto, num.* 3. *Amatus, plures referens, resol.* 45. *nu.* 24. *Gallia conf.* 25. *n.* 26. *Borel. conf.* 54.

13 *n.* 7. *& seq. vers. in debito*, vbi præterea † refert quomodo isto casu consulatur creditori.

14 Ampl. etiam si maritus † habuit scientiam litis motæ vxori, *Bertrand. conf.* 129. *lib.* 6. *nu.* 4. *quem refert et sequitur Serafin. decis.* 891. *proposui num.* 10. *Laderch. conf.* 180. *num.* 1.

15 plures congerens, vbi refert reprobari *decis.* † *Bellam.* 611. *Amatus resol.* 45. *num.* 15. dum *num.* 14. retulisset dissentieutes.

16 Ampl. etiam si sententia lata † esset in vxorẽ occasione dotis promissæ filiæ suæ, *Lupus in rubric. de donat. inter virum, §.* 66. *num.* 13. *circa fin ex Spec. de empt. & vend. §.* 3. *n.* 11.

Contrarium firmat *Ruin. conf.* 19. *lib.* 1. *numer.* 6.

17 Ampl. etiam vbi bona † non essent dotalia, sed vice pecuniarum dotalium consignata vxori pro dote. *Bald. Nouel. de Dote part.* 8. *priuileg* 18. *num.* 2. addendo hanc esse cautelam impediendæ exequutionis: secus si non facta fuisset consignatio, vel vxor non exciperet de vergentia mariti ad inopiam, quam probare offerat incontinenti, *& priuileg.* 22. *num.* 2. Hinc for-

18 san † in Rom. Cur. prodijt vsus cartæ dotalis, quæ docto de dote conceditur à quouis ordinario Iudice contra quoscunq. creditores mariti, dilata interim excussione bonorum illius.

19 Quomodo consulatur creditoribus vxoris † retardata exequutione in bonis datis marito in dotem, *Guid. Pap. decis.* 447. *Gallia conf.* 29. *n.* 19. *vers. His tamen Vinc. de Franc. decis.* 636. *Castil decis.* 97. *num.* 10.

20 Limit. vbi mulier † rea maiestatis, vel vis publicæ, vel parricidij, vel beneficij, vel tanquam sicaria fuit condemnata *l. quinque legibus ff. de bonis damnat. vbi glos. & Bart. Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num.* 27. *in fin. Gallia conf.* 29. *num.* 5.

21 Limit. vbi agitur de ære alieno soluendo † cõtracto, antequam mulier nupsisset. *l. mulier bona ff. de iure dot.* per quem textum ita concludit *Capic. decis.* 128. *num.* 4. *&* 5. *Guid. Papa, decis.* 447. asserens posse exequi lata sententia in actione personali, si illa dedit marito omnia bona sua, quia bona dicuntur quæ supersunt soluto ære alieno; subdens quomodo consulatur indẽnitati mariti. *Serafin. decis.* 891. *proposui nu.* 1 *& seq.* qui loquitur de expensis litis factis antequam fundus datus esset in dotem. *Cartar. decis.* 34. *crimin. num.* 8. *& seq. Ripol. var. resol. capi. de exequut. censual. num.* 182. *relati ab Amat resol.* 45. *num.* 1. *& seq.* vbi infinitos refert. *Gallia conf.* 29. *num.* 27.

Contrarium defendit respondendo obiectis. *Amat. resol.* 45. *num.* 8. *vsq. in fin. Borel. conf.* 54. *n.* 5. *& seq. Amatus decis. Marchia* 48. *numer.* 4. *&* 5.

22 Limit. si debitum vxoris sit tutelæ filiorum † suorum causa contractum, veluti si transeunte vxore ad secundas nuptias, redditis rationibus pro reliquatu fiet exequutio in bonis datis marito secundo, vel vxor transiuit ad secunda vota non redditis rationibus, & soluto reliquatu, nam fiet etiam in bonis mariti. *l. penult. l. si mater, C. ex quibus caus. pignus, vel hypot. tacit. cont. Asinius per hunc textum in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limitat* 43. *in fin. Dueña regul.* 75. *excequut. limit.* 14. *Marant. in praxi* §. *fin. nu.* 35.

23 Limit. in subsidium, † si agatur de debito contracto ante matrimonium. *glos. fin in l. Titia. ff. de iure dotium. Costa de subsid. remed.* 44. *Castil. decis.* 97. *Vidi, nu.* 8. *in fin subdens n.* 10. quomodo consulatur indemnitati mariti. *Amatus resolut.* 45. *num.* 5. *vbi plures refert, & n.* 6. *& seq. Vincent. de Franc. decis.* 636. idem tenet facta excussione bonorum vxoris, *sequitur Castil. decis.* 97. *num.* 7. *& seq.*

24 Limit. vbi lege prouinciæ, vel pacto † nuptiali fuit conuentum, vt maritus, & vxor sint socij omnium bonorum, & agatur de soluendo debito matrimonij causa cõtracto, vt puta causa alimentorum coniugum, vel familiæ. *Lupus in repetit. rub. de donat. int. vir. & vxor. §.* 66. *n.* 2. *& seq. Rebuf. de litter. oblig. art.* 2. *glos.* 1. *num.* 100. *Gama decis.* 186. *num.* 2. *vers. & licet, & decis.* 366. *num.* 5. *Barbos. in l.* 1. *ff. solut. matrt. part.* 5. *numer.* 48. *in prin. &* 49. *circa med. &*

25 *num.* 51. cum limitatione † tamen iuxta ratam lucri, vel pro medietate tantum.

26 Limit. in sententia lata in actione reali † *l.* 1. *ff. de fund. dotal. glos. in l à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. verb. exequuntur*, quam sic intelligendam vult *Bart. ibidem cum Salicet.* quos refert *Ias. conf.* 44. *ad dubia. lib.* 1. *num.* 8. *in fin. & numer.* 9. addendo ita intelligendam esse *d l.* 1. *Barbos. in l.* 1. *part.* 5. *ff solut. matr. numer.* 12. exemplum referens, si actum fuit rei vendicatione. *Guid. Papa decis.* 447. *pone, in princ.*

27 Limita vbi mulier obligauit † omnia bona sua in forma Cam. & deinde illa dedit in dotem: nam cum illa contineat pactum de non alienando, & alienatio facta, fit nulla, fieri in illis potest exequutio, vt dixi *infra* §. 18. *limit.* 5. & in casu nostro voluit *Amatus decis. Marchia* 48. *num.* 20. *&* 21.

28 Limit. vbi maritus non contradicit. † *Ias. conf.* 44. *ad dubia. lib.* 1. *num.* 6. *Barbos. in l.* 1. *ff. solut. matr. part.* 5. *num.* 10. *relati ab Amato resol.* 45. *num.* 14. licet *ipse num.* 15. deinde dissentiat.

29 Limit. vbi maritus passus † est, vxorem litem sustinere, & ei auxilium præstitit. *Serafin. decis.* 891. *proposui, num.* 10. *relati ab Amato resol* 45. *num.* 14. licet ipse *num.* 15. aliud sentiat.

30 Limit. vbi maritus † liti vxori suæ motæ, se obtulit. *l. si se non obtulit, ff. de re iudic. vbi Alex. numer.* 4. *Serafin. decis.* 891. *proposui,*

31 *num.* 10. vbi præterea declarat quando † quis dicatur liti offerre, vel auctorizauit. *Amatus resolut.* 45. *num.* 16.

32 Limit. vbi agitur de debito † communi vxoris, & mariti, contracto ex societate inter illos initæ tacite, vel expresse. *Barbos. in l.* 1. *part.* 5. *ff. solut. matr. num.* 50. *vers. neque obst.* indecisam tamen reliquit. *Amatus resolut.* 45. *num.* 25.

33 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ causa soluendi debitum contractum occasione alimentorum præstitorum à marito familiæ suæ, & debitum fuit contractum à marito paupere, qui aliter familiam alere non poterat, *Io. de Plat. l. vxorem C. de decur. lib.* 10. *in fin. Bart. l. bis solis.* 49. *ff. de cond indeb. in fin. Rom. sing.* 213. *Lup. in rub. de donat. int. vir. et vxor. §.* 66. *num.* 6. *Capol. eautel.* 243. admonendo quod expresse fiat mentio, fieri mutuum alimentorum causa. *Surd. tract. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 48. *filius*, concludens bona filiorum, & vxoris capi posse isto casu in causam iudicati, probato quod debitum fuerit cotractum à patre inope, causa alimentorum; & probari, si debitum sit factum tempore penuriæ, vel vt ego addo, si esset ex rebus ad victum, vel vestitum necessarijs.

Contrarium tenent relati ab *addentibus ad Gamam decis.* 186. *subdendo ex Alciat. in l. si eum seruum, ff. si cert. petat.* quæ reprobari potest ex eodem *Gama decis.* 366. *num.* 6. *et* 7. *vers. fructus.*

34 Limit. vt possit fieri † in ius dotis, quod habet vxor in casu diuortij, vel solutionis matrimonij, & illud vendi pretio reperibili. *addentes ad Spec. de exequut. sent. §.* 3. *numer.* 11. *vers. primum verius.*

Secunda regula est, vt sententia lata in ma-

35 ritum † non possit exequutioni demandari in bonis dotalibus. *Angel in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num.* 3. *Imol. nu.* 12. *Alex. num.* 26. *Salic. in l. ob maritorum. l. ne vxor pro marit. num.* 1. *&* 5. *Marant. in prax. cap. fin. num.* 35.

36 Ampl. præsertim si sententia lata fuerit † cōtra maritum in actione personali. *Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. n.* 26. *in princ.* vbi de communi, *& num.* 27. *vers. vbi autem.*

37 Ampl. præsertim in vestibus † & alijs rebus muliebribus, quas mulieres solent habere tanquam paraphernales. *Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. num.* 7. *in fin. Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. *§.* 3. *num.* 42. *Bero. cons.* 47 *lib* 1. *num.* 1. *& seq.*

38 Ampl. vt nec etiā exequi possit contra bona † mariti, quæ vxor possidet pro sua dote, præsertim si fuerit anterior creditore, qui obtinuit cōdemnati maritum, & capi illius bona in causam iudicati. *l.* 2. *l. si fundum l. assiduis, §. & ideo, vers. exceptis C. qui potior. in pign. hab.* per quę iura ita firmat *Marescot. resolut. lib* 2. *cap.* 121. *num.* 22. 23. addendo *num.* 25. procedere etiam si vxor sit hæres mariti cum beneficio leg. & inuent. *& numer.* 67. etiam quod administrauerit bona mariti defuncti, nisi probetur ad manus illius deuenisse quantitatē pecuniarum, ex qua poruit esse satisfacta de dote.

39 Limit. in sententia lata † contra maritum in actione reali. *Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num.* 2. *&* 27. exemplum referens in causa damni infecti. *Salic. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. num.* 5. *Ias. d. §. in venditione, num.* 19. *in fin.*

40 Limit. in subsidium † in causa primipilari, id est administrationis bonorum Principis. *l.* 1. *C. de primipil. l. satis. C. in quib. eaus. pign. tacit. cont.* per quæ iura ita firmat *Angel. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. num.* 3. *Alex. n.* 27. *Castr. num.* 3.

41 Limit. in sententia lata † contra maritum in actione mixta, vt in causa damni infecti. *Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num.* 26. *& seq. Salic. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. num.* 5. *Ias. d. §. in venditione, numer.* 19. *in fin. Barbos. in l.* 1. *ff. solut. matr. part.* 5. *num.* 11. concludens aduersus *Pandul. Prat.* vicinum, cui non fuit cautum de damno infecto, & ideo immissum in possessione rei minantis ruinam, post secundum decretum fieri dominum rei absque alio onere dotali, & periculo euictionis, vt volebat *idem Pandulf.*

42 Limit. vbi sententia † lata in maritum, est ex causa alimentorum præstitorum vxori, vel filijs. *Cremens. singul.* 37. *tu mutuasti*, vbi *addentes* plures congerunt. *Gaspar. Barzia tract. de inop. debit. cap.* 1. *num.* 53. *&* 54.

43 An autem fructus rei dotalis capi † possint in exequutione sententiæ latæ contra maritum, vel vxorem; distinguendum est, an illi sufficiant pro oneribus matrimonij, vel superabundent: nam primo casu nullatenus capi possunt, exceptis casibus relatis in regulis firmatis circa res dotales. Secundo autem casu secus, quoad eam ratam, qua illi excedunt onera matrimonij. *Barbos. in l.* 1. *part.* 5. *ff. solut. matr. num.* 47. *circa fin. vers. vnde quoad fructus.* Vel etiam distinguendum est, an illi separati sint à solo, vel non; vt priori casu tanquam quælibet res mariti, capi possint: secundo autem casu secus, quia illi sunt tanquam pars fundi dotalis. *Barbos. d. l.* 1. *& part.* 5. *num.* 49. Vel etiam aliter distinguendum, an maritus esset facultatibus idoneus, vel pauper, vel vergeret ad inopiam: vt priori casu capi possint, secundo autem, & tertio nequaquam, *Gama decis.* 200. *num.* 1. *in fin.* Vel etiam aduertendum, an agatur de debito communi coniugum, vel proprio alterius; vt priori casu fieri possit exequutio, *Gama d. decis.* 200. *num.* 2. *&* 3. vbi testatur ita fuisse iudicatum: Secundo autem seruanda quæ dixi in antecedentibus regulis.

SVM-

§. XV.

SVMMARIVM.

Sententia lata in clericum, vel Prælatum, quando exequutioni demandetur contra bona ecclesiæ 1.
Quando lata in monachum sit exequenda contra monasterium. 2

1 DEcimusquartus fingi potest casus in Prælato, † vel corpore ecclesiastico, in quod si lata fuerit sententia, & dubitetur an illa exequi possit in bonis ecclesiæ, quæ non fuit condemnata, nec in sententia nominata: & distinguendum est, an illa fuerit prolata ex causa recipiente, & tangente ecclesiam, vel illius Capitulum, & corpus, & tunc capi possunt in exequutione bona ecclesiæ. An vero sententia lata fuerit contra Prælatum nomine illius, & tūc exequutio fiet in fructibus bonorum ecclesiæ, quæ possidet. *Ias. in l. à D. Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num.* 21. *Specul. de exequut. sent.* §. 3 *num.* 15. *Rebuf. de litter. obligat. artic.* 2. *glos. vnic. num.* 12, *et seq. et num.* 106, *et seq.* vbi præterea refert, quid seruetur in Gallia, circa bona clericorum, & plura addit notatu digna, circa negatam exequutionem in mobilibus clericorum. *Asinius in prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 42. *Ant. Fab. in suo C. de Episc. et cleric. def.* 54.

Quid autem dicendum de exequutione
2 sententiæ † latæ in monachum, vel alium professum regularem religionem, an fiat in illum, vel Monasterium, videndus *Specul. de stat. monach.* §. 1. *nu.* 4. *et seq. Marant. in prax. part.* 6. *§. tertius, et vltimus, num.* 43. *Asinius in prax. §.* 31. *capit.* 2. *limit.* 42. *Duen. regul.* 75. *exequutio. limitatione decima.*

§. XVI.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra patrem non mandatur exequutioni contra bona filij. 1. 8. *Ampl.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Limit.* 16. 17. 18. 19. 20. *An contra bona aduentitia filij.* 21.
Pater & filius est vna, & eadem persona. 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. *Limit.* 7.
Primipili qui essent. 18.
Sententia lata in filium non potest exequi in bonis, vel persona patris. 23. *Ampl.* 24. 26. 27. 28. 29.
Legitima est debita filijs, iure naturæ, est et alienum patris, cuius bona ideo sunt hypothecata. 25.

1 DEcimusquintus fingi potest casus, in sententia lata contra patrem, quæ non potest exequutioni mandati contra † bona vel personam filij. *Rub. & toto titul. C. ne filius pro patre.* Nā licet potentia iuris, pater & filius
2 † sint vna & eadem persona. *l. fin. C. de impub.* præsertim dum est in paternis sacris. *Dec. l. fin. C. vnd. liber. n.* 2. *in fin.* ideo inter ipsos contrahi nō potest emptio, & vēditio, quia alia est persona vēditoris, alia emptoris. *l.* 2. *ff. de cont. empt.* &
3 emphiteusis † etiam ecclesiæ concessa patri, censetur concessa etiam filio, licet de illo non sit facta mentio. *Veral. decis.* 302. *emphiteusis. part.* 1. & inimicus patri, est etiam inimicus filij, & e cōtra. *Mantic decis.* 211. *n.* 10. & pater & fi-
4 lius faciunt † vnum tantum gradum agnationis, & parentelæ. *Bal auth. quas ruinas*, *C. de sacrosanct. eccles. nu.* 4. *in fin.* Nec ratione identita-
5 tis personæ contrahentium, debita † est gabella vbi pater contrahit cum filio. *Petrus Rebuf. in l.* 1. *C. de impen. lucrat. descript. lib.* 10. *num.* 7. & filius iurare potest super eo, quod prætenditur factum a patre. *Surd. decis.* 172. *pendente, num.* 4.
6 & quod vnus ipsorum possidet, † alter censeatur possidere; & æstimum patris sit æstimum filij, adeo quod pater & filius habeantur pro vno, non autem duplici sumante. *Bal. in l.* 2. *C. de legitim. hæred. in fin. Boer. decis.* 213. *num.* 15. *vers. vnde dicit.*

Attamen quia vt inquit Imp. Zeno *in l. vnic. C. vt nemo ex vicarijs pro alien. lib.* 11. graue nimis est non solum legibus, sed etiam æquitati naturæ contrarium, pro alienis debitis aliquem
7 molestari: & filius & pater sunt † vna persona fictione iuris & quoad quid, non autem quoad omnia. *Marsil. de fideius. num.* 308. *Gul. Bened. in cap. Raynutius §. mortuo el* 2. *de testam. num.* 31. *vers. vnde restat*; nullatenus exequutio
8 sententiæ latæ in patrem † potest fieri in bonis filij, *vt ex Bart. & Bald. in l.* 3. §. *sed vtrum ff. de minor. Marant. in praxi. cap. final. num.* 34. *et Asinius in prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 40. *Serafin. decis.* 1152. *num.* 1.
9 Ampl. vt neque possit exequi in † bonis peculij profectitij, vt pluribus probat *Petr. Duen. regul.* 75. *relatus, lib.* 5. *regul. iuris,* §. *exequutio, limit.* 7. *Marant. in prax. cap fin. num.* 34. *Asinius in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 40. *num.* 1.
10 Ampl. nec etiam in bonis peculij † aduentitij, præsertim super illius proprietate, quæ est tota filij. *Marant. in prax. cap. fin. nu.* 35. *Asin. in prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 40. *num.* 1. & 5. *relatis Bart. in l. si finita, § si de vectigalibus, ff. de damn. infect. num.* 12. *Imol. & Alex. nu.* 44. testatur de communi. *Grammat. decis.* 6. *nu.* 14. qui loquitur vbi publicantur bona ob patris delictum.
11 Amplia, etiam si per delictum † patris purificato fideicommisso, bona sint deuoluta filio: *Alex. cons.* 23. *lib.* 1. *Farinac. plures referens, q. crimin. tom.* 1. *quæst.* 25. *num.* 22. *et seq. et num* 34. *et seq.* vbi *cum Thesaur. decis.* 167. agit an saltem fructus donec pater viuit.
12 Amplia præsertim si filius sit † emancipatus, & agatur de bonis illi donatis, antequam pater deliquisset. *Paschal. de patr. potest. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 17.
13 Ampl. præsertim in bonis peculij castrensis † seu quasi: nam cum illa sint propria filijsfamil. non

non possunt capi in exequutione sententiæ latæ in patrem. *Marant. in praxi cap.fin.n.36. Asinius in prax.§.31.cap.2.limit. 40. numer.3. vterque motus l.1.C.de bon.proscript.*

Ampliа,etiam si fuerint empta à Patre nomine filij, & de pecunia filij. *Mandel.consf.* 570. *proponitur num.*7. vbi præterea docet cautelam, ne filius in illis molestetur.

14 Ampl.e contra, † vt sententia lata in filium, non possit exequi in bonis, vel iuribus paternis. *vt dixi infra verf.cum pater, & filius.*

15 Ampl.etiam si filius sensisset † commodum aliquod ex pecunia credita patri, si tamen ille sit soluendo. *Iacob. Cancer.quæst.8. lib.2.n.25.* & id ex æquitate regulæ *ca. locupletari de regul. iur.* & exemplo mutui facti filio famil. quod est versum in causam ad quam obligatus est pater, vt late probat *Guttierez in auth. sacramenta,C.si aduerf.vend. num.83.& seq.*

16 Limit. vbi filius † est hæres patris, nam cũ illius personam repræsentet, & in eum transeant paterna iura actiue,& passiue, *Rub.C.vt action. ab hæred. & cont.*fieri potest exequutio sententiæ in filium, quæ fuit lata in patrem. *Serafin. decif.*1152.*l.final. C.de primipil. lib.*12. *Iacob. Cancer. quæst.*20.*lib.* 2.*num.*22.

17 Limit. in sententia lata contra patrem, † qui diuinam, vel humanam læserit maiestatem: nam puniuntur etiam filij temporaliter, non tamen spiritualiter. *cap. vergentis de hæretic.l. quisquis,§.filij vero,C. ad leg. Iul. maiest. Couar. late var. resolut.lib.2.cap.8 num.1.et seq.* vbi constituit quinque conclusiones, circa hoc assumptum: & inter cætera, quod ratione publicæ vtilitatis, quis pro alio puniri potest. *Iacob. Cancer. quæst.8. lib.2. numer.1. & seq. et præcipue num.3.*

18 Limit. ex causa † primipilari. *l.fin. C.de primipil. lib.*12.Verum cum non conueniant Doctores, qui essent primipilares, & alij velint esse expertæ fidei homines, penes quos reponebantur aquilæ, signa belli: alij velint, qui quatuor centum milites gubernabant. Alij fuisse tradunt, penes quos deponebatur dimidia pars doni dati militibus,quoad illi starent in castris; sortiter dimicando, scientes fortunarum suarum partem apud signa conseruari.Alij primipilum esse malunt penes quem militum annona custodiebatur, & quia militum opera defenditur respub. & sine annona, seu victu nequeunt milites pugnare, & reipub salus videtur posita in fide primipili, factum est, vt fraudatio primipilaris seuerius fuerit castigata, & illius capi bona vxoris, & filiorum, quamuis non sint illius hæredes. Sed cùm nostris temporibus euanuerit vsus primipili, censerem in exercitu Pontificio esse Commissarium, qui est custos crumenæ pecuniæ Pontificiæ destinatæ pro stipendio militum in exercitu autem Principum sæcularium, qui habet similem curam pecuniæ, vel annonæ, cui anno 1638. audiui fuisse præpositos Senatores duos, vigente bello apud Insubres.

19 Limit. vbi pater damnatus † fuit de crimine barattariæ, quia dum esset Iudex aliquid accepit, vt non facienda faceret, & facienda non faceret, nam exclusis penitus filijs, bona illius publicantur.*glof & Bal. nu.* 2. *in auth. nouo iure, C. de pœn. iud. qui male iudic. Farinac. de varijs & diuerf. crimin. quæst.*111, *artic.*1. *num.*3. *&* 34. *circa fin. quæst.* 73. *verf. Iudex committens barattariam.*

20 Limit. vbi pater est pauper,† & contraxit debita, vt aleret familiam: nam creditor agit contra † filios diuites, vel bona materna possidentes *Bart. Ang. & Iaf. in l.* 5. *lijs folis, ff. de condict. indeb. Roman. fing.* 213. *pafer. Cremenf. fing.* 37. *tu mutuafti. Capol. cautel.* 246.*quid si pater.*

21 An autem vsusfructus aduentitiorum † filij possit capi in exequutione sententiæ latæ contra patrem, *Alex. in l.si finita, §.si de vectigalibus, ff de damn. infect.cum alijs cumulatis à Marant. in prax.cap.fin.n.37. Asin. in prax, §.* 31. *cap.*2. *limit.* 40.*n.*4.

Cum pater, & filius sint correlatiua, quia ad positionem vnius sequitur positio alterius, 22 correlatiuorumque eadem sit regula † & dispositio, vt de vno ad alterum extendatur,ne iudicetur ad imparia *glof. clem. vnic. verb. æternaliter,de fum. trinit.& fid.cat.l.fin. C. de indict. viduit. tollend.Euerard. in fuis locis legal cap. à correlatiu.* propterea sicuti sententia lata in patrem, non potest exequutioni demandari in bonis, vel iuribus, vel persona filij, pariter

23 sententia lata in filium † non potest exequi in bonis, vel iuribus, vel persona patris. *Rubric. & toto titul. C. ne filius pro patre.*

24 Ampl. nec etiam fieri posse † exequutionẽ in bonis patris pro rata debita filio iure legitimæ. *Specul. de exequut.sentent. §.* 3. *nu.* 11. *verf. fed dic contra*: eam afferens rationem, quia legitima non est debita filio ante mortem patris, qui potest abutendo filium fraudare in ea quota, licet alias dicatur quod † legitima sit debita filijs iure naturæ, sit quasi æs alienum eisdem debitum à patre cuius bona ideo illis dicuntur hypothecata. *l. Papinianus, §. si quis impubes, ff. de inof teftam, l. quanquam, C. ad leg. Falcid. l. si quis legatum, ff. de falf. Bal. l.* 2. *in fin. C.de lib. præterit. glof.l.* 3.*verb. auferri, C. de iur. & fact. ignor. Natta conf.*155. *num.*22. *vbi plura congerit, Surd. conf.*77. *num.* 1.*circa princ. & conf.*215. *num.*2. *& conf.* 388.*nu.*7. *& conf.* 401.*n.*9.

(25 appears in the left margin at "ta, licet alias")

26 Ampl. nec etiam pro ea quota † quæ est debita filio pro alimentis.*Specul. de exequut. fentent. §.* 3. *num.*11. *verf. alimentis*,testans hanc opinionem esse veriorem contraria.

27 Ampl. nec etiam in bonis † aduentitij peculij, quorum proprietas est tota filij, *Bart in l. si finita, §. si de vectigalibus ff.de damn.infect. n.*12. quem ibidem sequuntur *Imol. & Alex.* & communiter cæteri teste *Marant. in prax: cap.fin.num.* 35. *Afin.in prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 40. *num.* 2. *&* 5. *Clar. in prax, §. fin. quæst.* 78. *numer.* 12. quod assumptum late examinat, & latius *Guazin. tract. de confifcat. conclus.*13. *limit.* 22. *Franc.Bec. conf.* 57. *Baptifta,n.*17.

Ampl.

28 Ampl. præsertim in bonis, & iuribus peculij profectitij. *Clar. in prax. §. fin. quæst.* 78. *n.* 11. vbi inter cæteros refert *Ruini conf.* 74. *lib.* 5. *num.* 5. asserentem neminem de hoc assumpto dubitare. *Marant. in prax. cap. fin. numer.* 34 *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 40. *num.* 1. *& late examinat Guazin. tract. de confisc. concl.* 13. *limit.* 29.

29 Ampl. nec etiam in peculio † castrensi. *l.* 3. *C. de bonis proscript* & quamuis plures ex nostris inhærendo regulæ *d. l.* 3. absolute concludant, in solatium patris, non auferri bona castrensia, vel quasi filio ob debitum condemnato, quę tamen sunt propria ipsius, & testentur de communi, & æquiori opin. etiam si ille habeat filios, quibus paterna bona sunt debita, *l. scripto hærede, ff. unde liberi*, non desunt tamen, qui aliud sentiunt: ideo pro concordia videndus *Guazin. tract. de confisc. concl.* 13. *limit.* 27.

§. XVII.

SVMMARIVM.

Pactum, vt in casu moræ debitoris liceat creditori ingredi possessionem bonorum illius, quos effectus pariat. 1. *an sit reale, vel personale & an validũ.* 2. 7. *an possit reuocari à promittente.* 3

Sententia exequi non potest contra tertium, etiã quod auctor illius pactus fuisset, vt in casu moræ capi possint illius bona 4. *Contrarium.* 7

Concorda. 10. *ampl. primam opin.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *limit.* 16. *in fin.* 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. *Sublimita omnes relatas limitationes*. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66.

L. titius ff. de seru. exportand. declaratur. 5. 9

Signorol reprobatur. 6

Farinacius laudatur. 11

Socin. reprehensus, quia in suis regulis vsus sit verbo fallit. 12

L. meminerint, C. vnd. vi, an limitetur ex pacto de capienda possessione propria auctoritate. 30. 31. 32.

Sententia vbi exequi potest contra tertium, si ille sit clericus, cuius Iudicis imperio fiet exequutio. 57

OMissis reliquis effectibus, quos parit ea partium conuentio, vt in casu moræ,
1 liceat creditori propria auctoritate † ingredi possessionem bonorum debitoris, qui plures sunt, vt ex dictis *Bart. in l.* 3. *C. de pignor. & ibidem* reliqui, & latius cæteris *Menoc. de adipiscend. possess. remed.* 5. & post *Menoc. Farinac. de furtis quæst.* 175. *part.* 3. *Regula n.* 174. *& sequen.* & ego aliquos congessi *de Laudemio lib.* 4. *quæst.* 8. *artic.* 17. *& supra hoc lib.* 1. *de tribus solemnibus cap.* 14. §. 12. *& in tractat. clausularum*, §. *auctoritate propria possessionẽ*
2 *apprehendendi.* Quod pactũ an sit reale † vel personale, & an validum, an apponi possit quibuscunque contractibus, & dispositionibus etiam Principum, examinant *Bal. conf.* 345. *ad, lib.* 1. *Signorol. conf.* 4. *& dixi infra cap.* 14. §. 12. *Cartar. decis. Ianuens.* 12. *fuit, num.* 2. *& seq. Rofred. de libellis rub. de edict. D. Marci. n.* 11. *versic. oppositio. Coler. de process. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 14. *vsque ad* 43. *Menoc. de adipiscend. possess. remed.* 5. *num.* 34. 112. *& seq. Tuscus*
3 *conclus.* 37. *pactum num.* 1. *& seq.* & an † reuocabile à promittente, *Coler. de process. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 47. *& seq. Folker. de censib.* §. *Huiusmodi num.* 3. *& seq.*

Stricte procedendo ad examen difficilis, & perplexæ difficultatis, quam excitaui hoc secundo capite, ampliando regulam ibi constitutam
4 *nu.* 26. Quod exequutio fieri non possit † contra tertium, etiam quod ad fauorem victoris, auctor istius tertij pactus fuisset, quod in casu moræ posset ille possessionem bonorum, quæ tunc possidebat ingredi, & apprehendere, iuxta opinionem *Martini antiqui glossatoris*, quã post alias refert *Accurs. in l.* 3. *verb. non videtur in fin. C. de pignor. & sequitur Spec. eodem Martino relato post alios de pignor.* §. 1. *n.* 20. *Rofred. de libellis rub. de edict. D. Marci nu.* 8. *vers. puto tamen & pluribus comprobat Alberic. in l. creditores, C. de pignor. num.* 5. *in fin. et nu.* 6. *& seq. Alex. conf.* 10. *lib.* 1. *n.* 3. *circa prin. vbi refert Bart. & Bal. dicentes hanc esse regulam, & conf.* 153. *circa, lib.* 6. *num.* 5. vbi addentes testantur hanc opinionem esse veriorem. *Corn. conf.* 218. *videtur in hac, lib.* 3. *n.* 4. vbi alijs antiquis relatis respondet, & declarat
5 *l. Titius* 9. † *ff. de seru. exportand.* quæ videbatur obstare, concludens *num.* 5. hanc opinionẽ esse in iure veriorem, *Negus. de pignor. part.* 4. *n.* 21. *vers. vndecimo, relati à Gabriel. de acq. possess. conclus.* 8. *num.* 1. *vers. contrarium, & à Farinac. de furtis quæst.* 175. *n.* 251. addendo *Menoc.* respondete argumentis quæ pro ista opinione afferuntur, *et à Tusco conclus.* 37. *pactum n.* 22. *et* 51. *& à Cartar. decis. Ianuens.* 12. *num.* 2. *et ab Amato resolut.* 45. *nu.* 10. *Signorol. de Homodeis conf.* 4. *num.* 2. *vsque in fin*, vbi late probat tale pactum respicere personam paciscentis, & non extendi ad alium, *et à Menoc. de adipisc. possess. remed.* 5. *num.* 114. *et seq.*
6 *vers. secunda*, vbi relatis † argumentis, quibus *Signorol.* suam defendit opinionem, illis respondet. *Suarez in l. post rem iudicatam*, declarando legem Regiam *vers. que las compledet n.* 1. *& seq.* late comprobat, *Afflic. et ab illo relati ad constit. Regni, de cultu pacis numer.* 18. *et num.* 19. late comprobat.

7 Contrarium † tenet *Bald. l. creditores,* 3. *C. de pignor. et hypoth. numer.* 1. *et ibid. Cyn. vers. secundo, Cast. conf.* 10. *lib.* 1. *numer.* 6. *vers. et hic bene dico, Odofred. in d. l.* 3. *C. de pignor. numer.* 1. *in fin. vers. sed denuo quæro*, asserens *Petrum de Bellapertica, et Rofredum* tenere contrarium, *et Salic. et hu.* 15. *vers. sed*
8 *primam partem*, ea motus ratione, † quia tale pactum afficit rem non autem personam, vt volunt tenentes præcedentem opinionem, & per

eandem rationem idem tenet *Neguf.de pignor. part.4.num. 20. Signorol. de Homodeis conf.4. num.1. verf. & primo,relata gloſ. in d.l. 3.* ea ratione,quia tale pactum eſt in rem, & exequutiuum hypothecæ, & de natura realis actionis eſt, ſequi rem, & non perſonam. *Gabriel. de acq. poſſeſ. concluſ.8. in prin. relati à Menoc. de adipiſcend. poſſeſ. remed. 5.* eadem ratione

9 moti, & reſpondendo † *l. Titius, ff. de ſeruis exportand.* quæ videbatur obſtare, *num. 113. quæſt. 18. verſ. prima, et nu. 114. et ſeq.* alias rationes ſubdit, quas aſſerit improbari *à Salic. et Alberico.* addentes *ad Suarez in repet. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iud. num. 6. Cartar. deciſ. Ianuenſ. deciſ.12. fuit,num.3. Paciſic. de Saluian. interdict. inſpect. 3. part.4. num.196. relati à Farinac. de furtis num. 249. ſubdens n.250. Menoc. reſpondere omnibus argumentis quæ pro illa afferuntur. Mauſon. de cauſ. exequut. ampl.6. num.26. in prin. relati ſupra hoc cap.2. num. 75.*

10 Contrarietatem iſtam conati ſunt † conciliare Doctores noſtri, & præcipue *Signorol. & Corn.* in locis relatis, dum ſuam aſtruentes opinionem declarant qualiter intelligenda ſit opinio contraria, *Grat. conſ.37. viſis lib. 1. n. 12. et ſeq.* & latius cæteris, duo noſtrorum temporum lucis lumina, nempe præceptor *meus Menoc. de adipiſc. poſſeſ. remed. 5. quæſt. 18. n. 3.*

11 *vſque ad 143. et Farinac.* † inſignis practicus, & theoricus reru criminal. *tract. de furtis q.175. part.7. nu.249. et ſeq. Card. Tuſc. concluſ. 37. pactum n.21. et ſeq.* & nouiſſime *Pacificus in ſuo tract. de Saluian. interdict. inſpectione 3. capit. 4. quæſt.24. num. 686. vſque ad 723.*

Sed quia illi diuertunt ad plura,quæ caſui noſtro non conueniunt, conſtituta negatiua regula, iuxta opinionem *Martini*, & illi conſentientium, relatis ampliationibus, & limitationibus,

12 non autem fallentijs, vt loquitur † *Socinus*, qui ideo fuit notatus *à Vigellio in ſua epiſtola dedicatoria methodo practicarum obſeruat. Camer. Imperial.* qui iuri attribuetit fallentias, cum iura nihil magis execrentur, quam dolum, & fallaciam, quaſi iura nos fallant, cum potius noſtra fallamur ignorantia, ſi iuris exceptiones ignoremus. *Farinac. de furt. quæſt. 175. n.253.* facta diſtinctione, an agatur de exequutione actionis realis, vel perſonalis, concludit vtramque opinionem eſſe veram cum aliquibus declarationibus, quas ſubdit, & illam remitti Iudicis arbitrio concludit *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 6. num. 29.*

13 Ampl. itaque regulã † iuxta opinionem *Martini* firmatam, præſertim, ſi tertius in quem tentatur exequutio dicti pacti, reſiſtit ſeu impedit ingreſſum, *vt dixi infra §. 22.*

14 Ampl. præſertim vbi creditum † cuius cauſa quæritur ingreſſus, non eſt liquidum, *vt dixi infra §.24.*

15 Ampl. præſertim † ſi agatur de exequutione ſententiæ latæ mota actione perſonali, *vt dixi ſupra §. 6. n.15.*

16 Ampl. etiam vbi iſte tertius fuit † citatus, ſed non comparuit, & ſummarie non fuit cognitũ de illius iuribus, *Ancar. conſ. 133. ſatis, n. 3.*

Contrarium, quod ſufficiat citaſſe, etiam cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, *vt ex Bald. et alijs firmat Gabriel. concluſ. 8. num. 24. de acquir. poſſeſ.*

17 Ampl. vbi ſucceſſor † vniuerſalis, vel particularis eius, ad cuius fauorem eſt conceptum tale pactum, vult illo vti, & tertio citato, non probauit ſe talem. *Alex. conſ. 96. viſis narratis, lib.4. num.3. & 4. Neguſ. de pignor. part.4. num.21. in fin. verſ. remanet. Farinac. de furtis, quæſt. 175. num.282. Tuſcus concluſ. 37. pactum nu. 49.* qui loquitur de hærede, & ceſſionario.

18 Ampl. præſertim vbi iſte tertius † diu quiete poſſedit fundum, quem creditor vult ingredi. *Ancar. conſ.133. nu.3. in princ. Caſtr. conſ.10. num.8. verſ. ex prædictis, lib.1. relatus à Tuſc. concluſ. 37. pactum ingrediendi num. 42. & ſeq.* addendo præſertim, ſi poſſeſſio ſit adeo longa, vt ſit extincta ciuilis, acquiſita per iſtud pactum, ſit à iudice inhibendum, ne illum moleſtet. *Affict. deciſ. 139. magna, num. 1. & ſeq. Corn. conſ.27. lib.4. num.12. in fin. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. part.4. num. 697.*

19 Ampl. præſertim vbi iſte tertius † habet hypothecam anteriorem in te, quæ tentatur capi in exequutione facienda ad fauorem eius, qui habet facultatiuum pactum ingreſſus propria auctoritate. *Angel. Aret. con.28. num.27. & ſeq. & conſ. 55. Nulli in princ.* etiam quod iſte haberet ſpecialem in re, de cuius ingreſſu agitur. *l. qui generaliter, ff. qui potior. in pignor. Tuſc. concluſ.37. pactum num.54. Tiraquel. de iure conſtit. part.1. num. 47.*

20 Ampl. vbi qui ingredi vult, ſemel poſſeſſionẽ apprehendit, † & deinde illam amiſit, ſeu rediẽs repellitur, nam ceſſat virtus huius pacti. *Alex. conſ. 133. ſtantibus, num. 8. lib. 7.* & locus eſt regulæ. *l. Boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. Tiraquell. de iur. Conſtit. part. 1. num.45.* addendo præſertim contra reſiſtentem. *Tuſc. concluſ. 37. pactum, num.50. Bart. in l. 3. C. de pignor. num 4.*

21 Ampl. præſertim ſi ſententia fuerit † prolata per colluſionem rei, & actoris. *Caſtr. conſ.179. lib.1. in fine.*

22 Ampl. etiam vbi tale pactum † fuit factum ab eo, qui ſolus non poteſt alienare fundum, de cuius ingreſſu factum eſt tale pactum, vt puta ſi fiat ab emphiteota, vel feudatario. *Tuſcus concluſ. 37. pactum num.3. & 6. relatis Angel. Aret. conſ.28. & Alex. conſ.2. ex narratis n.13. verſ. vlt. quia lib.4.* cã afferens rationem, quia talis licentia eſt ſpecies alienationis, quę non poteſt fieri à ſolo emphiteota, vel vaſſallo.

Ampl. præſertim vbi creditor adiuit iudicem

23 † & ab illo petit licentiam ingrediendi, nam electa iudiciali via, ſine reſeruatione facultatiui pacti, non poteſt creditor redire ad viam facti. *vt dixi §.27.*

Ampl. præſertim vbi bona, de quorum ingreſſu agitur, nõ ſunt hypothecata creditori volenti ingredi. *Alberic. l. creditores, C. de pignor. n.8.* eam afferens rationem, quia tale pactum nullum

lum ius præbet in re, quæ non afficitur nisi pignore. *Salic. d. l. creditores, numer.* 20. *& seq* addit causare tantum obligationem personalem paciscentis.

Ampl. præsertim vbi ingrediendo, illius possessio interuertitur. *Bal. in l.* 3. *C. de pignorib. num.*4. *Iaf in l.*2. *C.de iur. emphit. num.* 100. declarando quando possessio dicatur controuerti, sicuti & *Bossius de Principe nu.*298. *Borgnin. decis.*36. *part.*2. *num.*151. limit. si dominus in continenti resistat.

24 Ampl. præsertim, vbi tale pactum † esset generaliter factum de capiendis bonis debitoris, vbi ille esset morosus, & interim aliquem fundum alienasset, nam tale pactum non potest exerceri in fundũ alienatum, vt ex *Cor. cons.*217. *vol.*3. concludũt *Gabriel de acquir. poss. concl.*8. *num.*15. *Farinac. de furtis, regul.*175. *nu.*260. *Tiraq. de iur. constit. par.* 1. *num.*47.

25 Ampl. siue tertius habeat causam † mediate, siue immediate a paciscente. *Grat. cons.*37. *n.*1.

Contrarium, quod non sufficiat habuisse causam mediate, firmat *Signorol. cons.*200. *num.*5. & comprobatur ex dictis a me *de Laudemio. lib.*1. *quæst.*10. *art.*2.

26 Ampl. præsertim, vbi non esset † certum, tertium habuisse causam ab eo, qui tale fecit pactum ad fauorem sui creditoris: *vt ex Bart. et Butrio, et Afflict. concludit Gabr. de acquir. poss. conclus.* *nu.*13. *Cartar. decis. Ianuen.*12. *num.*5. *Mantic. de tacit. lib.*11. *tit.*5. *n.*13. *in fin.*

27 Ampl. etiam † si ageretur de solutione fructuum Census, *vt dixi infra* §. 29.

28 Ampl. præsertim. vbi agitur de bonis Ecclesiæ, *vt dixi infra* §. 26. *num.*7. sed distingue *per Menoch. de adipis. poss. remed.*5. *num.*22. *et seq.*

29 Ampl. si agatur de rebus Pupilli, *vt dixi infra* §. 22. *num.* 20. & distinguit *Menoch. de adipiscend. poss. remed.*5. *num.*12. *et seq.*

30 Ampl. vt ingrediens possessionem † rei a tertio possessæ, non excusetur à pœna *l. meminerint*, C. *vnde vi*, vt firmat *Ancar. cons.*133. *num.*3. *vers. sed bis.*

Contrarium tenent relati à *Gabr. de acquir. poss. conclus.*1. *num.*87. *et à Farinac. de furt. quæst.*175. *num* 174. *Neguſ. de pignor part.*4.

31 *num.* 9. *et* 15. Et credo illos verum † dixisse, si possessio istius tertij sit diutina, nam si recens fuerit, aliud dicendum censeo, *glossa magna quæst.*7. *vers. idem dico, in l. si quis in tantum*, C. *vnde vi*: *vbi Cyn. nu.*5. *Bart. n.*24. cum alijs cumulatis à *Farinac. de furt. quæst.*175. *num.*174.

32 *et* 189. Vel aliter dicas † quod tale pactum non excusat, vbi creditor post ingressum vellet possessionem captã retinere, nisi addita fuerit clausula, facultatis retinendæ possessionis, vt communiter solent scribere notarij. *Neguſ. de pign. par.*4. *num.*9. *et seq.* Sed hæc conciliatio est inanis ex dictis *Alex. cons.*35. *lib.*6. *in princ.* Reliqua autem quæ dici possent circa hoc assumptũ, quia illa latè tradit *Farinac. dict. tract. de furtis quæst.*175. *num.*174. *et seq.* ne de carta in papirum transferam aliorum dicta, quibus nihil addi posse credo, ad ea, quæ ille tradit, me remitto.

33 Ampl. præsertim vbi † ius illius, ad cuius fauorem est factum pactum, non est liquidum, *vt dixi infra* §. 24.

34 Ampl. præsertim vbi agitur de exequutione † iuris personalis, *vt dixi supra* §. 6. *nu.*15. *et* §. 8. *num.* 2. *Pacific. de Saluian. inspect.*3. *part.* 4. *num.*705. *et dixerat Grat. cons.*37. *lib.*1. *nu.*12. *Neguf. de pignor. part.*4. *num.*26. *vers.*3. limitando, data fraude tertij.

35 Ampl. etiam vbi ius exequendi † non erat actu productum, nec in actu producendi, nam in singularem successorẽ exerceri non potest tale pactum, nec fieri exequutio. *Bart. in repet. l.*3. *C. de pignor. vers. tertio casu, et vers. si vero habet causam et ibi Angel. vers. pro exequutione autem. Corn. cons.*218. *vol.*3. *n.*4. *Alex. cons.*136. *lib.*6. quos refert *Gabr. de acquir. possess.*8. *num.* 16. *Monac. de adipisc. possess. remed.* 5. *num.*139. *Farinac. de furtis quæst* 175. *nu.*259. exemplum referens, si lis non erat cœpta tempore, quo tertius cœpit habere causam à paciscente.

36 Ampl. præsertim vbi tale pactum † non habet clausulam constituti, vel precarij; *vt ex Bart. Butr. Imol. et alijs concludit Cartar. decis. Ianuen.* 12. *nu.*7. addendo idem dici à *Soccin. cons.*82. *lib.*3. *col. penult. Pacific. de Saluiano. inspect.*3. *part.*4. *num.*710. *et seq.* vbi in multis casibus dicit hoc esse verum.

37 Ampl. præsertim vbi † iste tertius ne à creditore sui auctoris molestaretur in sua possessione, obtinuit generalem inhibitionem, nam tunc non posset creditor ingredi possessionem, nisi illo citato, & eius iuribus excussis; & hæc

38 † est cautela, quam docet *Galleſ. de obligat. Camer. quæst. fin. n.*41. dum prius aliam docuisset creditorem, qua vti possit contra istum tertium possessorem, quas cautelas desumpsit ex cautela *Angeli*, quam examinaui late *infra* §. 19. *nu.*31. *et seq Tuscus conclus.*37. *pactum nu.*45. eandem cautelam docuit *Bal. ad fauorem emphiteuta in rubr. de allodijs num.* 26. *in vsibus feud.*

39 Ampl. præsertim, si ageretur † de credito, cui obstaret præscriptio, quia præscripto principali, præscriptum est accessorium. *Cast. cons.*10. *lib.*1. *nu.*8. *vers. ex prædictis*, quem refert & sequitur *Tuscus conclus.*37. *pactum num.*42.

40 Ampl. præsertim † ex vrbanitate. *Mantic. de tacit. lib.*11. *tit.*5. *nu.*15. vbi eum *glos & Bart.* concludit ita intelligi *l.* 3. *C. de pignor.* subdens talem vrbanitatem non prodesse, si non fuit tertius citatus. *num.*16.

41 Limit. si ex dispositione legis † res non poterat transire in tertium, in quem paratur exequutio, vt puta quia res esset facta litigiosa, & nõ alienabilis. *Bart. in l. creditores.* C. *de pignor. in secunda lectura num.*23. *vers. secundo casu, aut per talem actum. Alex. in l. diuo Pio.* §. *si super, ff. de re iud. col* 4. *vers. prædicta intellige. Purpurat. cons.*141. *dimittendo, num.*2. declarando *num.*3. dummodo lis esset valide mota, & esset nota reo. *Menoc. de adipis. possess. remed.*5. *num.*137. *&* 138. *Gabr. de acquir. poss. conclus.*8. *num.*8. *&* 10. exemplum referens si

iur

ius exequendi esset in actu productum, quia lata esset sententia contra eum, qui tale fecit pactum. Farinac. de furtis quæst. 175. num. 262. & seq. Mauson. de caus. execut. ampl. 6. num. 40. Vinc. de Franc. decis. 545. num. 1. & seq. vbi relatis, qui velint prius agendum reuocatoria, concludit ita seruari in praxi.

42 Limit. vbi parte citata † fuit probatum, tertium in quem paratur exequutio, habere causam ab eo, qui fecit tale pactum. Cartar. dec. 12. num. 5. & 6. addentes ad Suarez in repet. l. post rem iudicatam ff. de re iudic. num. 6. Farinac. de furtis quæst. 175. num. 282. Aretin. cons. 32. num. 2.

43 Limit. vbi tale pactum fuit † appositum, dum quis rem suam traderet, nam ad quemcunque illa deueniat, potest illa capi, & in ea exequi sententia eum alio lata. Corn. cons. 218. vt in hac lib. 3. num. 4. vers. vel dic. Gabr. de acquir. poss. conclus. 8. num. 12. & 22. & comprobatur ex ijs, quæ dicuntur de potioritate, vbi quis vendendo expressè reseruauit ius pignoris in re vendita, donec integrè fuerit de pretio satisfactus. l. licet, C. qui pot. in pign. hab. vbi in meis collectaneis plura congessi, ex quibus cõprobari potest hæc limitatio.

44 Limita, vbi tertius sciuit † causam agi super re in eum translata. Bart. in repet. l. 3. C. de pignor. vers. hoc verum, quem refert Gabr. de adipiscen. poss. conclus. 8. num. 23. subdens id præsertim procedere, si ille fuit citatus, cum clausula, si sua putauerit interesse: latius tamen fuit prosequutus infra §. 21.

45 Limit. si iste tertius † possessor conuentus interdicto vtilis Saluiani, succubuit, vt latè examinat Pacific. de Salu. interdict. inspect. 3. p. 4. num. 686. & seq. vel hypothecaria. Mauson. de caus. execut. ampliat. 6. num. 4. & seq. & 65. & seq.

46 Limit. si creditor † vltra pactum ingrediendi propria auctoritate, vlterius sibi prospexit, quod res in quam paratur executio, non posset alienari vllo modo, vel sine licentia Iudicis, vel alterius personæ, & si fiat, illam esse nullam. l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pignor. per quem textum ita firmat Bart. in repet. l. 3. C. de pign. num. 25. & Angel. num. 6. vers. & ideo. Salicet. num. 23. & Bal. num. 9. in fin. sequuntur Gabr. de acquir. poss. conclus. 8. num. 12. Guttierez in l. nemo potest. ff. de legat. 1. num. 28. & 39. Gomes. ad leg. 80. Taur. num. 18. Suarez in repet. l. post rem iudicatam, de re iudic. ampl. 8. num. 7. & limit. 1. nu. 11. & seq. Neguf. de pignor. par. 4. num. 21. in fin. Cartar. decis. 12. num. 1. Farinac. de furtis, quæst. 175. num. 268. et seq. Afflict. ad constit. Regni. de cultu pacis. num. 20. vers. tertio fallit. Cencius de censib. quæst. 95. Sextus, num. 21. circa med. vers. licet enim. Felician. Solis de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 6. circa med. Mauson. de caus. exequut. ampl. 6. nu. 25. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 6. vers. hinc etiam, in fin.

47 Limit. vbi huic pacto † addita est clausula constituti, vel precarij, vel constituti & precarij simul, vt dicam infra §. 26.

48 Limit. vbi eadem † res reperitur translata penes tertium, cum eodem pacto. Corn. cons. 218. videtur in, lib. 3. num. 4. in prin. vers. vel dic. Gabriel. de acq. poss. conclus. 8. nu. 22. Farin. de furt. quæst. 175. num. 280.

49 Limit. vbi iste tertius est † suspectus de fuga, etiam quod debitor non sit in mora, nam cum satius sit agere in rem, quam in personam, §. fin. inst. quib. mod. re cont. oblig. fieri potest exequutio contra tertium. Neguf. de pignor. par. 4. num. 15. Farinac. de furtis quæst. 175. part. 6. nu. 206. qui cum loquantur de re mobili, idem censeo dicendum de immobili si debitor erat in actu illam distrahendi duro aduersatio, vt dixi ampliando regulam constitutam supra hoc cap. 11.

50 Limit. vbi exequutio sit contra hæredem † eius, qui fecit tale pactum, & fuit ille citatus. Bal. in l. 3. C. de pignor. n. 11. & 12. admonendo Florentinos, qui petunt exequutionem instrumenti guarentigiati contra hæredem non citatum. Alex. cons. 51. videretur pro decis. nu. 14. & seq. cum alijs relatis a Tusco conclus. 37. pactum, nu. 23. et seq. extendendo ad donatarium, quamuis esset ecclesia. et num. 33. addit etiam si ille resisteret. Gabriel. de acquir. poss. concl. 8. num. 29. 31. et 32. Farinac. de furt. quæst. 175. num. 192. concludentes posse exequi, siue sit hæres vniuersalis, siue singularis, vel minor, modo capiantur bona hæreditaria. Afflic. ad const. Regni, de pacis cultu num. 23. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 5. num. 9. & 10. Salic. in l. creditores, C. de pignor. nu. 22. sublimitando in bonis non hæreditarijs seu proprijs, licet non acceptauerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quia illa non sunt hypothecata. Menoc. de adip. poss. remed. 5. num. 106. & seq. declarat si ille sit eiusdem conditionis, qua defunctus, secus si diuersæ, quia sit pupillus vel ecclesia.

51 Limit. vbi iudicialiter fuit probatum † istum tertium habere causam ab eo, qui fecit tale pactum, & petitur associatio ad rem translatam in tertium. Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iud. num. 6. Cartar. decis. 12. n. 3. 5. & 6. Bal. l. 3. C. de pignor. num. 9. in fin.

52 Limit. vbi inter † creditorem, & debitorem fuit conuentum, vt pactum capiendi possessionem, exerceri etiam posset contra singularem successorem, præsertim cum conuentione, quod res capienda non posset alienari, vel nisi cum licentia creditoris, vel iudicis, vel alterius personæ, cui esset data facultas arbitrandi adesse iustam causam alienationis, & vel illã esse factam iusto precio, vel legitimis, & tutis pactis, & quod alienatio aliter facta esset nulla, Bart. in repet. l. 3. C. de pignor. num. 25. Socin. cons. 82. num. 6. lib. 3. cum alijs cumulatis à Farinac. de furtis quæst. 175. num. 267. vsque ad 271. addentes ad Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. ampl. 8. num. 7. & 13.

53 Limit. vbi quis ad euitandum tumultus † & scandala, petit a iudice associari ad fundum, de quo fuit conuentum eum debitore, vt dixi infra §. 28.

55 Limit. vbi conductor sublocauit, † vel emphi-

phiteota ad tempus subemphiteoticauit, nam vtraque finita, potest dominus capere possessionem rei locatæ, vel datæ in emphiteusim. *Bal. cons.117.num.3.vers.2.lib.3.* quem refert & sequitur *Tuscus conclus.37. pactum num. 14. & seq.* & late dixi *infra §. 30.*

56 Limita, vbi notorium † est, vel instrumento patet tertium habere causam a debitore, qui tale fecit pactum, nam etiam illo non citato datur a iudice familia ad ingrediendum. *Farinac. de furt.quæst.175.n.282. Mantic.de tacit. lib.11. tit.5.num.12.& 13.* vbi etiam sublimitat si iste tertius diu possedit sciente creditore, vel creditum non sit liquidum.

57 Limit. vbi penderet lis inter † creditorem & debitorem super dominio rei, & debitor qui fecit pactum, illam alienauit. *Afflic. ad const it. Regni de cultu pacis, nu.19.vers. fallit primo,* subdens quid dicendum si agebatur hypothecaria.

58 Limit. si debitum † instrumentarium sit omnino liquidum, & debitor promisit res obligatas non vendere, nam rescissa alienatione facta a debitore, exerceri poterit pactum. *Afflic. ad const.Regni de cultu pacis, num.20. vers. tertio fallit.*

59 Limit. vbi tale pactum † fuit appositum ad fauorem concedentis feudum vel emphiteusim, vbi illa apetiatur domino, vt dixi *infra §.30. & seq.*

60 Limit. vbi a iudice fuit declaratum † citato possessore instrumentum esse liquidum penitus, & tertium habere causam a debitore. *Afflic.ad constit Regni de cultu pacis, num.20. vers. tertiò fallit.*

61 Limit. vbi non patet aditus † ad superiorem. *Afflic.ad constit. Regni, de cultu pacis, nu.24.*

62 Limit. vbi adest † Statutum vel consuetudo contraria. *Albecie. in l. creditores C.de pignor.* vbi refert, qui velint Statutum vel consuetudinem huiusmodi non valere, *num.1. in princ. & fin.*

63 Limit. vbi bona, ad quæ patebat † ingressus, sunt tertio alienata in fraudem creditoris. *Bal. in l.3.C.de pignor.num.10.*

Singulare vnum non omittendum, quod si
64 accidat casus, † quo contra tertium fieri possit exequutio sententiæ contra alium latæ à layco iudice, & is tertius sit clericus, quod illius exequutio fieri debet ab ecclesiastico iudice. *Soccin. cons. 13.num.30. Vincent. de Franc.decis.645. de iure.num.6.& 8. Franc.Marc. decis.72.p.1. num.9. Tusc.conclus.452. Iudex. Caual. in specul.quæst.36. num.22.* Limit. si agatur de tributo, & contra bona tribut.obnoxia.

Contrarium tenent *Vrsil. ad Afflict. decis. 331. qualam num.3. quem sequitur Carpan. ad Statut. Mediolan cap. 58. num. 114.* sequitur, & comprobat *Bimius cons. 187. num.10.* quorum opinio non habet contradictorem, si agatur de bonis feudalibus, quia de illis cognoscit laycus contra clericum. *Vincent. de Franc. decis. 545. de iu e, num.6. circa med. motus per cap.cæterum de iudic.*

Concorda per *Clar.§.fin. quæst. 36. num.5. Tuscum conclus.452. Iudex secularis, nu. 38. & seq. Lapum allegat.119. num. 4. vers. item si clericus.*

65 Intellige omnes relatas † limitationes, vbi creditor statim tradita possessione rei affectæ huic pacto, illud contra tertium possessorem exercet: secus si ex interuallo, contradicente præsertim tertio possessore. *Castr. cons.10. lib.1. num.4. vers. sed ex alio, cum alijs cumulatis à Tiraquell.de iur. constit. part.1.nu. 45. Ruin. cons.27. lib.5. num. 7. & seq.* vbi rationes plures refert. *Corbul de caus. priuat. ob non solut. canon. quæst. 13. num.1. in fin.* & hoc duobus modis. *Menoc.de acipiscend. remed.5. num.84. Farinac.de furtis quæst. 175.n.278.& sequen.*

66 Intellige secundo easdem † limitationes, præcedente probatione, quod debitor tempore, quo fecit tale pactum, possidebat fundum, de cuius ingressu agitur, vel quod post pactum illum possederit, si pactum sit factum de acquisitis, & acquirendis, exemplo constituti. *Ancar. cons.133. Neguſ. de pignor. part.4. num.21. vers. remanet. Tuscus conclus 37.pactum n.35.*

67 Intellige tertio si præcedat † excussio debitoris, qui tale fecit pactum, *Cuman. cons.155. Antognolus, num. 4. vers. ad secundum, motus auth. Hoc ita, C. de pignor.* & ratione, quia sicuti hypotheca non exercetur nisi facta excussione, pariter nisi illa præcedat, nec exercebitur pactum executionis, *Tuscus conclus.37. pactum num.34.* Sed an hoc procedat, vbi ageretur de solutione fructuum census, dicam *infra §. 29.*

Contrarium tenet *Menoc.de adipiscend. poss. remed. 5. num.143. et seq. vers. cæterum* asserens hanc esse suam opinionem, & non inuenisse dissentientem, *sicut inquit Guttierez in in l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 39. vers. ompes,* si adsit cum eo pacto clausula constituti, vel precarij, *Viuius opin.188.debitor,* vbi alios refert, & testatur de communi.

68 Intellige quarto easdem limitationes, † vbi creditor, qui habet talem facultatem ex pacto declarat ingredi vtēdo facultate sibi data ex pacto sui debitoris. *Menoc. de acquir. poss. remed. 5.num.269. relato Socin. cons.131. lib.1. Mantic. de tacit. lib.11. titul 5. num.9.* subdens talem declarationem posse fieri post adeptam possessionem: *sequitur Pacific. de Saluian. interd. inspect. 3. cap.4. num. 721. & seq.* addendo ita factum fuisse præsumendum esse in dubio: & licet asserat *Neguſ.* ita sentire, non aduertit eundem in sequentibus valde dubitare de opinione *Socini*, qua nititur intellectus supra relatus, & plura refert, quæ dant causam dubitandi, quæ cum fuerint relata à *Menoch. d. remed.5.n.269.circa med.& nu.170.et seq.* & addat rationes *Neguſ.* esse satis solidas, subdo ego isto casu, militare regulam *cap.cum super, de offic. delegat.* & assumptum, quod vbi alicui specialis mandatur iurisdictio, illa sit eo nomine exercenda, postquam de illa factus est certus, *cap.pastoralis, §.fin.de rescript.* & dicitur de facultate data Conclauistis, vel alteri transferendi pensionem, vt illa fiat à transferente, expresse declarando translationem fieri ex facultate sibi, vel alteri exequutori data, tenendo

præ manibus litteras Apost. facultatis translationis factæ, vt censuit *Rota teste Cavaler. decis.634.et 644.*

69 Intelligas quinto, si ingrediens † possessionẽ declaret ingredi iure pignoris, non autem fortis principalis, *vt ex Bart. in repet. l.3. C. de pignor.* concludit *Cuman.cons.* 755. *Antognol. num.4. in fin. Neguſ. de pignor. part.4.nu.* 27. *et ſeq.* vbi agit quid dicendum in dubio, concludens optimum esse facere solemniter talem declarationem.

70 Intelligas sexto, si coram iudice † fuit probatum, hunc tertium habuisse causam à debitore paciscente. *Neguſ. de pignor. part.4. num.* 21. *verſ. vndecima,* subdens idem dicendum si manifestum esset, tertium habere causam ab eodem debitore; *idem repetens ibidem verſ. remanet, Menoch. de acquir.poſſeſſ. remed.5. n.*104. qui loquitur de cessionario huius pacti, vt cõstare debeat de cessione. *& num.*135. loquitur de casu nostro, addendo sufficere si id sit notorium. *Angel.* qui loquitur de hærede, *in l.3. C. de pignor. num.*7.

71 Intellige septimo, † si creditum sit liquidum, *vt dixi infra §.*24.

72 Intellige octauo, † modo constituens tempore pacti possideat, vel deinde possederit bona, quæ quis virtute dicti pacti ingredi intendit. *Dec.conſ.*247. *num.4. & in l. contractus, ff. de regul.iur. num.*17 *verſ. sexto, quem cum alijs refert Pacific. de Saluian. inſpect.3.cap.4. num.* 723.

73 Intellige nono, modo ingrediens † tẽpore ingressus, vel petit mãdatum a Iudice de allociando, sit creditor alicuius quantitatis, nam pro futuro debito exerceri non potest tale pactum: veluti si in instrumento census fuerit appositum tale pactum. *Cencius de cenſib. quæſt.*59. *explicauimus num.*26. *in fin. Salic. in l.3.C.de pact. num.* 28.

Quid dicendum si vltra tale pactum sit etiam conuentum, quod creditor post ingressum possit bona vendere, vel illa sibi empta habere, vel tẽpore ingressus detineãtur à pupillo, vel minore, *Salic. in l. creditores,C.de pignor.n.*24.*et* 30. *in fin.* refert praxim exequutionis; & anpost ingresũ bona dicãtur pignus iudiciale, vel conuẽtionale, dũ prius *n.*26. firmasset pactũ istud posse apponi a tutore contrahendo nomine pupilli, si contractus sit validus. *Menoch.* late *de adipiſc. remed.* 5.*num.*160. *et ſeq. plurib.*

An per datam licentiam ingrediendi possessionem, sequuto ingressu, ingrediens possidere possit, *Bald. l.3. C. de pignor. num.3. verſ. additio.*

Quia in isto §.& alibi sæpe dixi possessionem interuerti, notandum tunc dici id fieri, quando post ingressum seu adeptam possessionem repelleretur à debitore. *l.cum fundus, l.colonus, ff. de vi & vi armat. Spec. de locat. §.nunc aliqua, num.*56. *Iaſ. l.2.C.de iur.emph.num.*100. *verſ.tertia, & nu.*101. *in fin.* exemplum referens, si aliquis dicat possidere iure suo quæ prætenduntur emphiteotica, vel resistat domino.

An creditor ingrediendo virtute pacti acquirat possessionem: *Bald. in l.3. C.de pignor. n.3. in princ.* tenet affirmatiuam, reprobato *Bart. Serafin. decis.* 492. *num.5. Pacif. de Saluian. inſpect.3. cap.4. num.*709.

Ius ingrediendi ex hoc pacto potest cedi. *Bal. in l.3. C. de pignor. nu.*14. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 5.*num.*100. *& ſeq.* examinat.

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Sententia non mittitur exequutioni, si res à nemine possideatur, & tertius excipit summariè docto de suo interesse, superſederi. 1.2. 3. *Exemplum huius assumpti.* 4. *An vbi quis excepit retardari executionem, quia sit creditor.* 20.

Sententia lata super immissione hæredis non mittitur exequutioni, si tertius apparenter docendo de suo interesse excipiat esse superſedendum. 4. *Ampl.* 12.13.14. *Limit.* 15.18. 19.

Interesse quando dicatur apparenter constare si excipiatur superſedendum in exequutione lata in possessorio. 5.6.8. *an probãdum sit illud testibus, vel scripturis plene vel semiplene.* 9. 11.

Litigandum non est cum potente. 7.

Tertius qui scit causam agi, appellando, non ideo retardatur exequutio, nisi concurrat fauor minoris, vel reipub. 16.

Boer. declaratur. 17.

Sententiæ exequutio non impediantur excipiente tertio bona in qua illa paratur exequi esse sibi hypothecata data cautione indemnitatis excipientis. 20. *Limit.* 21. 22. 23. 24.

Cap. redintegrandæ. 3.*q.*1. *limitatur* 24. *sublimit.* 25.

Tertium Iuris præceptum esse, ius suum vnicuique tribuere, dixit Tribonianus *§. iuris præcepta, inſt. de iur.natural.gent. & ciuil.* propterea cum Iurisprudentia præcipue occupetur vt iusta lance quisque habeat quod suũ est, ideo non mirum si lata sententia contra

1 vnum, † illius retardetur exequutio, excipiente tertio quod sua intersit vacante possessione supersederi. *cap. veniens* 38. *de teſtib. vbi Innoc. num.*1. *Abb. num.*6. *in fin. Fel.n.* 9.*idem Fel. in cap. cum super, de ſent. & re iud.nu.*11. *verſ. limita quarto*, vbi rationem refert, quare aliud

2 dicatur † si res ab aliquo possideatur, seu nõ vacet, *iuxta l. is à quo, & l.ſeq. ff. de rei vendicat. Myſing. obſer.* 73. *in eadem, centur.3. in prin. & verſ. ratio, Lancel. de attent. part.2. cap.*12. *ampl.* 14. *teſtans de commun. Petr. Ant. Anguiſ. conſ.*15. *quamuis lib.3.n.6.verſ. ſecundus. Bart. l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper, ff. de re iud. n.* 3. *et Caſt. nu.*2. *qui ſequuntur Innoc. in d. cap. veniens, Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.* 26. *num.*14. *verſ. aut ſecundo. Peguer. deciſ.*205. *n.*21. *verſ. ex quibus. Couar. pract. quæſt. cap.*16. *agitur n.3. verſ. ſecundus caſus. Cancer. var. reſol. tom.1.cap.*16. *de tertijs oppoſit. num.*70. *et ſeq. Rol. à Val. conſ.*5. *lib.*2. *num.*2. *Rimin. iun. conſ.*

*conf.*445. *n.*7. *Rota decif.*2.*de refcript. in nou. n.* 48. *relati à Scaccia de appellat. quaſt.* 17. *limit.*6. *memb.* 4. *n.*74. *Milanenſ. decif.*12.*alias,*
3 *lib.*2. *num.*1. declarando, modò † ſaltem ſummarie doceat de ſuo intereſſe.

Quia exemplis res fit clarior, *l. bona fides, ff.*
4 *depoſit.* exemplum erit, ſi lata ſententia † ad fauorem hæredis ſuper immiſſione, compareret tertius, qui in iudicio commiſſionis non fuit citatus, & docendo de ſuo intereſſe ſaltem apparenter, excipit retardandam eſſe immiſſionem: nam cum facilius conſequi quis poſſit poſſeſſionem vacantem, quam plenam, retardati debet exequutio, alias licet appellare ad vtrunque effectum. *Achil. Perſonal. de adipiſc. poſſeſ. nu.* 340. *verſ. vel et quoque. Scaccia de appellat. quaſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 74. *circa fin. Zaſcus in l. à Diuo Pio, § ſi ſuper, ff. de re iud. num.* 13. *verſ. ſecundus caſus. Peguer. decif.* 205. *crim. nu.*12. *Tuſc. concluſ.*488. *exequutio num.* 29. *et* 30. *Milanenſ. decif.* 2. *lib.*2. *numer.* 1.

Intereſſe autem ſaltem apparenter dicitur pro-
5 batum,† ſi ſententia fuerit lata ſuper reſtitutione, vel reintegratione, vel immiſſione alicuius arcis difficilis recuperationis, lata deinde ſententia in petitorio. *Boer. decif.* 238. *et videtur col antepen. verſ. ſecundo fallit. Brun. conſ.* 12. *patres n.*54. *Contard. de momentan. poſſeſ. limit* 1. *n.*79. *et ſeq.* qui præterea limitant, ſi arx ſit ſub Principe qui facile poſſit exequi ſententiã in petitorio. *Menoc. conſ.* 104. *num.*68. *et* 75. *Giurba decif.* 4. *num.* 24. Et hac ratione vtebatur Carolus Emmanuel Dux Sabaudię, dũ Henricus IV. Galliarũ Rex, electo Clemente VIII. Summo Pontifice arbitro in cõtrouerſia reſtitutionis, ſeu Spolij Marchiæ Salutiarum, inſtabat ante omnia reſtitui, prætendebatq. bonum, & optimum ius fouere in proprietate. Verum cùm Henricus replicaret, iſta deſumi ex cauſidicorum officina, fuit poſtremo cauſa tranſactione finita, & Italiæ reddita pax.

6 Vel qui petit exequutionem † ſententiæ ſit potens, excipiens autem ſit impotens: vrget enim ratio damni irreparabilis, dum cum potente agendum eſt, iuxta illud *Eccleſiaſtic. cap.*8. *Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum*
7 *viro locuplete, ne forte contra te † conſtituat litem tibi; multos enim perdidit aurum, & argentum*, & ſæpe minus potentes opprimuntur a potentioribus. *l.* 1. *& toto titul. C. ne liceat potent. l. illicitas*, §. *ne potentiores, ff. de offic. præſid.* & ita poſt plures effectus, qui aduerſus iuris regulas conſequuntur ex actu geſto, vel gerendo cum potentiori, concludit *Contard. de moment. poſſeſ. limit.* 1. *num.* 93. *ſubdens n.*94. *et ſeq.* qui dicantur potentiores, *Tuſcus concluſ.* 488. *exequutio num.* 30.

8 Vel eſſet rixoſus,† lites qui quærat, & ſimiles patiatur defectus. *Abb. cap veniens de teſtibus n.*6. *in fin. Petr. Anton. Anguiſol. conſ.* 15. *lib.* 3. *n.* 6. *verſ. tertius*, & conferunt dicta in meis collectaneis ad *l. nemo*, C. *locat.* quod ſublocatio conceditur fieri perſonis eiuſdem conditionis, & ad eundem vſum.

9 Probatio autem huius intereſſe, † qualis eſſe debeat, an teſtibus vel ſcripto, & an plena, vel ſemiplena ſufficiat, videndi ſunt *Ioſeph. Ludouic. decif. Peruſ.* 26. *Aemilianus, num.*2. *& ſeq. Scaccia de appellat. quaſt.* 17. *limit.*6. *memb.*4. *num.*88. *& ſeq.* concludens, multum tribui Iudicis arbitrio, *Felin. in cap. veniens* 38. *de teſtib. num.* 13. *Menoc. conſ.* 746. *de, num.* 14. *Rimin. iun. conſ.* 445. *nu.*1. *Cartar. decif.*47. *num.* 4. 7. *&* 8.

10 Vel ageretur de re† quam quis conuenit cum debitore, non diuidere niſi ad certus tempus. *Caſt. conſ.* 179. *col. fin. lib.* 1. *num.* 8. *Tuſcus concluſ.* 498. *exequutio n.* 28.

11 Vel cum quis intentaret exequutionem† ſui crediti in aliqua re, quam tertius exciperet ſibi eſſe hypothecatam: nam ſi de illa doceat intra tempus arbitrio iudicis conſtitutum, differtur exequutio, *l. a Diuo Pio, § ſi res pignorata ſit, ff. de re iud.* donec iudicatum fuerit quis ſit præferẽdus. *Papienſ.* §. 1. *in form. libel. exequut. ſent. num.*7. *in fin Gozadin. conſ.* 130. *num.* 10.

12 Ampl. præſertim, ſi ſuum intereſſe † aſſerat pendere, quia ſententia quæ petitur exequi, ſit nulla. *Alex. in l. a Diuo Pio*, §. *ſi ſuper, ff. de re iud. num.* 30.

13 Ampl. preſertim intentata† actione perſonali. *Papienſ. in form. libel. execut. ſentent.* §. 1. *num.* 16. *circa fin. verſ. ſed vbi.*

14 Ampl. etiamſi volens exequi † ſententiam offerat cautionem. *Natta conſ.*427. *Replicata, num.*1.

15 Limit. vbi iſte tertius ſciuit † litem fuiſſe motam, & potuit aſſumere illius defenſionem. *Abb. c. cũ ſuper*, 17. *de ſent. & re iud. n.* 17. *circa fin. Felin cap. veniens, de teſtib. num.* 10. *concl.* 3. *ſellen.*2. *vbi Myſinger. n.*9. *et idem obſeruat.*73. *centur.* 3. *verſ. aut enim & verſ. deinde.* & conferunt quæ dicuntur de exequutione ſen-
16 tentiæ non retardanda † ob appellationem interpoſitam a tertio, qui ſciuit cauſam agi. *Ioſeph. Ludouic. decif.*26. *num.* 5. *et* 6. vbi ſublimitat fauore minoris, & reipub. *Couar. practic. quaſt. cap.*16. *agitur. nu.*2. *verſ. ſed & ſi tertius. Fel. cap. veniens*, 38. *de teſtib. nu.* 10. *verſ. ſecundo Scaccia de appel. q.*17. *limit.*6. *membr.*4. *nu.*76.

17 addendo ita intelligendum † eſſe *Boer. dec.*79. *num.*3 *fallent.*2. *& Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.*14. *num.* 13. *verſ. tertio.*

18 Limit. vbi contra tertium † volentem impedire exequutionem ſententiæ, concurrit ſuſpicio calumniæ, nam tunc ſufficit victoris cautio, de re reſtituenda, vel de indemnitate. *cap. ſciſcitata, de reſtit. in integr. vbi Abb. Felin. cap. veniens* 38. *de teſtib. num.*10. *Myſing. obſeru.* 73. *centur.*3. *verſ. fallit tamen*, ſublimitans, ſi calumniæ ſuſpicionem purget, offerendo in continenti probationem iuris ſui.

19 Limit. vbi iſte tertius † deducit ſuum intereſſe, quia ſit obligatus defendere victum, vt puta ex cauſa euictionis. *Ioſeph. Ludouic. decif.* 26. *num.*25. *vſque in fin.*

20 Limit. vbi excipit retardari exequutionem ratione ſui crediti. *Cancer. variar. reſolut.*

cap. 17. de sentent. exequut. num. 436. & seq.

Si autem possessio sit plena, an retardetur excipiente tertio de suo interesse differri exequutionem, dixi *infra* §. 21.

Plura huc referre possem, quæ dixi *sequentibus tribus* §. §.

Secundum exemplum est, vbi tertius se op-
20 ponit † ad impediendam exequutionem sententiæ, quia ille prætendit hypothecam in re exequenda, *iuxta l. à diuo Pio, §. si super, vers. quod res fuerit pignorata, ff. de re iudic. Natta cons. 552. num. 1.* exemplum referens in muliere excipiente de hypotheca in bonis mariti, dotis, vel alia causa: & tunc si agatur de exequutione sententiæ super re de qua lata est sententia, non impeditur illius exequutio, data tamen cautione indemnitatis ad fauorem excipientis. *l. Sticho, ff. de rei vendic. Bart. l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. num. 2. & Ias. num. 17.*

21 Quæ tamen cautio cessat primo, † si iste contradictor emisset rem litigiosam, vel euidenter appareret de illius non iure, & ita arbitraretur iudex, vt late prosequitur *Ioseph. Lud. decis. Perus. 26. num. 9.*

22 Secundo si contradictor † in continenti vellet docere de suo interesse, nisi ille habuerit scientiam litis, quæ illi obesset: nam tunc non retardatur exequutio, nec præstabitur cautio, quæ esset præstanda, vbi talis non adesset scientia, vt probat *Ioseph. Lud. decis. Perus. 26. num. 10. circa fin. & num. 11. ex Abb. in cap. veniens, il. 2. de testib. num. 11. & Felin. n. 15. Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 2. & seq.*

23 Tertium exemplum erit, † si duo contendãt differendam esse sententiæ exequutionem, ratione sui interesse, & vnus fuit altero diligentior in probatione suæ exceptionis: & tunc non differetur exequutio sententiæ latæ ad fauorem eius, qui alium diligentia vicit, data cautione, *l. is à quo, & l. seq. ff. de rei vendicat. vt late examinaui infra §. 21. vers. Dicendum tertio.*

24 Quartum exemplum erit, † quando tertius contra agentem spolio, excipit, bona ad quæ actor petit restitui, esse sua, & impeditur exequutio sententiæ *Abb. in cap litteris de restit. spol. num. 7. & 32. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. numer. 33. Ripa 75. Rub. 155. Ias. num 60. Menoch. de recup. possessione remed. 1. numer 372. Claud. Seisel, in l. Celsus. ff. de vsucap. num. 29. Nouel. in prax. crimin. §. spoliatur de facto, nu. 38. quos omnes refert Ludouic. decis. Perus. n. 26.*

25 Ampl. etiam si ius tertij † esset adeo coniunctum iuri rei conuenti spolio, vt ab eo separari non posset. *Abb. in cap. veniens, el 2. de testibus Felin. cap. super eo, de offic. delegat. num. 2. Ioseph. Lud. decis. 26. n. 23.* concludens, ampliationem esse veram, modo tertius in continenti doceat de iure suo, ius tertij respiciat in consequentiam, non autem principaliter commodum spoliatoris; & quod tertius non sit in dolo,

§. XIX.

SVMMARIVM.

Possessor nemo priuatur possessione, nisi causâ cognita, & seruatis seruandis. 1

Sententiæ exequutio retardatur, vbi tertius coram Iudice docet, vel docere est paratus, quod possidet bona in quæ exequutio paratur. 2. *& quare* 3. *Ampl.* 5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15. 16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29. 30.31.39.40.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50. 51.52.53.54.55.56.47.58.59.60. *Limit.* 61.69. 70.72.74.75.77.78.79. 80.81.92.83.84.85.66. 87.88.

Possessio quando dicatur in continenti probata. L. is à quo, ff. de rei vendicat. declaratur. 10

Bald. lectura emendatur. 14

Clausula, appellatione remota, non extenditur ad tertium. 49.

Exequutio impeditur, si quis protestetur apud acta, quod possideat bona in quæ illa paratur. 31. *ampl.* 32.33.34. *intellige.* 35. *Protestatio ista coram quo Iudice facienda.* 36. *eadem protestatio valet si fiat victori extra iudicium.* 37. *Quomodo succurratur passo exequutionem non obstante protestatione.*

Iurisdictio probatur multis modis. 47

Possessio est iniusta multis modis. 62.63.65. 66.67.

Litigiosa quando alienari possint. 64

Cyn. & Bart. concordantur. 68

Calumniæ odio multa negantur, quæ alias sunt concessa. 71

L. ob maritorum, C. ne vxor pro marit. declaratur. 76

Officium Iudicis, & actio differt 77

INter cætera possessionis commoda, quæ plura sunt, vt dixi *in meis collectaneis ad §. commodum. inst. de interdict.* illud est præ-
1 cipuum, vt nemo sit illa priuandus † nisi causa cognita, & seruatis seruandis, & qui secus fecerit priuatur omni iure, etiam quod habeat sententiam, vel rescriptum Principis nullum ex aliquo capite, *l. meminerint, C. vnd. vi.* Ideo si quis timeat, ne sententia in alium lata, exequutioni mandetur contra bona, vel iura sua, si coram Iudice comparear, & asserat, esse in
2 illorum possessione, retardanda est † sententiæ exequutio in bonis, & iuribus, quæ asserit possidere, si de sua possessione doceat, vel paratus sit in continẽti docere. *Contard. de moment. posses. quæst. 24. num. 11. Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 3. vers. tertio, & nu. 4. vers sed huic, vbi alios refert. Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super, de re iud. num. 27. vers. tamen potestis. Peguer. decis. 205. num. 7. Rimin. iun. cons. 445. numer. 5. & 16. Serafin. decis. 314. nu. 2. Cancer. var. resolut. lib. 1. de tertijs opposit. n. 29. & seq. Scaccia de appel quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 52. Marescot. var. resol. lib. 2.*

lib. 2. *cap.* 121.*n.*1.*Ioseph.Lud.decis. Perus.*26. *n.*15. *Veral. decis.*327.*part.*1. *num.*4. *Cartar. decis. Ianuen.*52. *nu.*2. *et* 7. *Milanens.decis.*12. *lib.* 1. *num.* 65. *Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.*68.

3 Ratio huius conclusionis est,† quia alias exequutio sententiæ non fieret contra victum, sed contra eum, qui nunquam fuit ad iudicium vocatus, vt considerat *Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num.*5.*vers. opp. extra in fin. et post Bart. Couar. pract. quaest.cap.*16. *nu.*3. *vers. tertio*, *Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.*6. *memb.*4. *num.*52. *vers. ratio*, *Cartar. decis.*52. *num.*2.

In continenti autem quando dicatur proba-
4 ta † possessio, videndus *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 18. *limit.* 6. *memb.* 4. *nu.*90. *in fin.*

5 Ampl. etiam si non doceat de† titulo suæ possessionis, nam cum nemo cogatur docere, quo iure possideat. *l. cogi*, C. *de pet. hæred. cap. in litteris, de restit. spol.*& is sit optimus possidendi titulus, quia possideat. *l.* 1. *§. interdictum, vers. quippe, ff. vti possidet is*; nullatenus eum possessione est probandus titulus, licet bonum sit illum allegare, *vt ex Bart. Bald. Salic. Alex. et alijs concludit Couar. practic. quaest. cap.*16. *agitur num.*4. *in prin.* consentit *Parlador. rerū quotid. lib.*2. *cap. fin.* §. 5. *n.*3. *Peguer. decis.*205. *num.*5. *Zasius in l. à Diuo Pio*, §. *si super, ff. de re iud. n.*4. *in fin. Cancer. var. resol. tom.*2. *cap.* 16. *de tert. opposit. nu.* 65. *et seq.* addendo præsertim procedere alio non comparente, qui de dominio moueat quæstionem.

6 Ampl. vt iste tertius possessor † possit propria auctoritate capere possessionem rei suæ interuersam, vel captam ab isto, qui sententiam fauorabilem reportauit, alio in illa nominato. *Imol. in l. à Diuo Pio, §. si post edictum, ff. de re iud.* quem sequitur *Alex ibidem col.* 5. *in fin. vers. extra glos.* cum alijs cumulatis *à Rol. à Val. cons.* 5. *videtur lib.* 2. *numer.* 12. *et* 13. *Cancer. var. resol tom.* 2. *de sentent. exequut. num.*433. *Rol. à Val. cons.* 5. *lib.*2. *num.*13.

7 Ampl. quod si post oppositam † possessionis exceptionem fiat in non nominatum sententiæ exequutio, possit possessor excipiens possessionem suam recuperare remedio Vnde vi, vel spolio. *Crauet. cons.* 235. *numer.* 2. *vers. et si dicatur. Contard. de momētan. possis. quaest.*24. *num.* 32. addendo posse etiam agere via nullitatis. *Scaccia de appellat. quaest.* 17. *memb.* 4. *numer.* 72.

8 Ampl. etiam si sententia, in qua † non est nominatus is, in quem victor prætendit exequi, fuerit lata in possessorio. *Peguer. decis.*205. *crim num.*4. *&* 5. conferunt quæ dicuntur de appellatione concessa tertio, vbi illa negatur ei, in quem lata est sententia, vt late tradit *Contard. de momentan. possess. limit.* 13.

9 Ampl. in tantum abstinendum † esse ab exequutione contra non nominatum in sententia, vt non sufficiat generalis, vel vniuersalis nominatio: veluti si condemnetur vniuersitas, nā licet in ea singuli ex vniuersitate contineantur, non tamen contra singulos fieri potest sententiæ exequutio, *vt dixi supra* §. 10.

10 Ampl. etiam si victor † qui instat pro exequutione, vellet quouis modo cauere de restituenda possessione ipsi tertio, iuxta *l. is, à quo ff. de rei vend.* quia is textus procedit quoties condemnatus possidet, non autem quando possessio est penes tertium, qui non fuit in lite. *Alex in l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re iud. num.*9. sequitur, & refert *Veral. decis.*327. *exequutio num.* 3. *Gozadin. cons.* 103. *videtur num.*10. *Natta cons.* 327. *n.*1.

11 Ampl. etiam si iste † non nominatus, iniuste possideat, quoad alium, sed iuste quoad valentem exequi sententiam pro se latam, *Natta cons.* 535. *Quoniam num.* 1. cum alijs cumulatis *à Contard. de momentan. possess. quaest.* 24. *num.*15. Peguer. *decis.* 205. *crim. n.* 9. *Giurba decis.*62.*nu.*2. *in fin. Scaccia de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *num.*63.

12 Ampl. etiam si victor qui vult exequi † sententiam contra tertium non nominatum, & possessorem, velit probare summarie, quod bona capienda in exequutione pertineant ad victum nominatum, secus si ordinario iudicio agat. *Alex. l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. n.* 14. *circa prin. Couar. pract. quaest.*16. *agitur num.* 4. *vers. sed huic*, eam afferens rationem, quia iniquum sit aliquem priuare sua possessione summariè, de facto, & non seruato iuris ordine: sequitur *Scaccia de appellat. q.*17. *limit.*6. *memb.* 4. *num.* 59. *Capic. decis.* 104. *num.* 7. *Cast. in l. à Dio Pio, §. si super, ff. de re iud. num.*8. *in prin. vers. sed vnum*, addendo procedere præsertim si iste tertius non fuit citatus in causa. *Peguer. decis.*205. *crim. n.*6.

13 Ampl. siue bona possessa à tertio † quæ quis capi tentat in exequutione, sint eius, qui excipit illa possidere, quoad proprietatem, & possessionem, siue quoad proprietatem tantum, siue quoad possessionem ciuilem, vel naturalem tantum, *Bald. l. ob maritorum*, C. *ne vxor*
14 *pro marit. num.* 1. vbi † notabis lecturam *Bald.* iuxta impressionem *Ilictarum anni* 1572. esse corruptam, & deficere negatiuam, *sequitur Bero cons.* 47. *videndum lib.* 1. *num.* 6. *Peguer. decis.*235. *crim. n.*6.

15 Ampl. etiam vbi tertius non possidet † sed vacante possessione, excipit non exequendam esse sententiam, quia sua interfit illam non exequi, *vt dixi proximo, & antecedenti §.* Si autem possessio non sit vacans, & plures eundem reum conueniant, & feratur sententia ad fauorem vnius, qui promptiores habebat probationes, an retardetur exequutio, *dixi* §. 21. *vers. dicendum tertio*, *& §.* 18.

Ampl. præsertim vbi tertius possidet ex causa
16 † seu titulo aliunde habito, quam à condemnato, seu victo in sententia, de cuius exequutione agitur. *Cast. in l. à Diuo Pio*, §. *si super, ff. de re iud. num.*8. *vers. prædicta vera*, *Bald. cons.*349. *proponitur lib.*3. *num.* 1. *vers. in contrarium*, & dixi *infra vers intelligas*. *Marescot. resol.* 121. *Regulariter*, *lib.* 2. *num.* 4. *& dixi supra hoc cap.*2. *vers. intelligas*.

17 Ampl. etiam si iste tertius † possessor non doceat

doceat de aliquo suo interesse. *Rolan. à Val. cons.* 5. *videtur lib.* 2. *num.* 15. Nec de iustitia possessionis, *Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 64.

18 Ampl. etiam si actum fuit † actione personali, & exequutio praetendatur fieri in re quam tertius asserit possidere. *Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *num.* 8. *& seq. Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.* 5. *memb.* 4. *num.* 53. *&* 85.

19 Ampl. quod si post oppositam † à tertio exceptionem de sua possessione, fiat sententiae exequutio, is tertius non priuetur sua possessione, nec illa acquiratur exequenti, *Imol. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. Crauet. cons.* 235. *ad num.* 2. *in fin.* Peguer. *decis.* 205. *crim. n.* 8. *Cancer. var. resol. tom.* 1. *cap. de sent. exequut. num.* 427. *& seq.* addendo procedere etiam si naturalis possessio sit penes victorem, *Rol. à Val. cons.* 5. *num.* 12.

20 Ampl. etiam si ageretur de solutione † censu impositi super fundo, quem tertius non nominatus in sententia possidet, vel de alio simili onere, *Guttierez l. nemo potest, ff. de legat.* 1. *num.* 33. *& seq. pluribus. Milanens. decis.* 12. *lib.* 2. *n.* 70. *et seq.*

21 Ampl. praesertim vbi iste † excipiens probat possidere ex sententia lata in possessorio ad illius fauorem, *glos. l. a Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. verb. controuersia.*

22 Ampl. quod si Iudex, post oppositam † à nō nominato in sententia exceptionem possessionis, mandet procedi ad vlteriora, detur appellatio ad vtrunque effectum, *addentes ad Mandel. cons.* 14. *Bero. cons.* 166. *quatuor lib.* 3. *num.* 10. *et seq.* addendo cautelam esse, ne detur appellatio isto casu, quod non fiat decretum de exequendo, *Contard. de momentan. possess. quaest.* 24. *num.* 5. 6. *et* 10. *Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *n.* 16. 17. & dixi *supra hoc cap.* 4. *in ampliation. Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *nu.* 55. addendo appellari tanquam ab excessu.

23 Ampl. etiam vbi iste tertius † non in solidum, sed pro parte indiuisa possideret, *Cast. cons.* 179. *in causa col. fin vers super quarto, lib.* 1. exemplum referens filij, qui recusat habere nouercā sociam *Tusc. conclus.* 488. *exequutio num.* 27. 28. addendo etiam si communio sit temporalis.

24 Ampl. vt exequutio sit nulla † si fiat tertio excipiente de sua possessione, *Rolan. à Valle cons.* 5. *lib.* 2. *nu.* 15. *& seq. Milanens. decis.* 12. *lib.* 2. *num.* 68 *Cartar. decis.* 52. *num.* 3. *circa fin.* addendo *num.* 6. procedere etiam si exequutio facta fuisset ex decreto Iudicis praeseruatiuo iurium tertij asserti possessoris.

25 Ampl. etiam si ciuiliter tantum † possideat iste tertius, qui se opponit exequutioni. *Zasius in l. à Diuo Pio §. si super, ff. de re iud. num.* 4. *Cancer. var. resolut. tom.* 2. *de sentent. exequut. num.* 427. *& seq.* exemplum esse potest, vt refert *Zasius d. num.* 4. si res reperiatur penes tertium titulo commodati, vel depositi, & excipiens dicat, illam deposuisse, vel cōmodasse ei, penes quem reperitur, nisi tamen res reperiretur penes victum, vt dicam in limitationibus. *Achil. decis.* 8. *de sentent. & re iud.*

26 Ampl. etiam si actum fuisset actione reali † nam tertio comparente, & excipiente, ac probante se possidere, impedit ille exequutionem, quia ille non est victus, nec condemnatus instante eo, qui exequutionem petit *l. fin. C. si per vim vel alio modo. Cancer. var. resolut. tom.* 1. *de tertijs opposit. num.* 67. addendo procedere etiam concurrente Principis rescripto, nisi possessio sit vitiosa. *Scaccia de appel. quaest.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 53. *circa med. & nu.* 57. aduersus communem vult procedere etiam quod tertius notam haberet litem.

27 Ampl. praesertim vbi agitur de iurisdictione † *Canc. var. resol. tom.* 2. *de sent. et earū exequut. num.* 427. *& seq.* exemplum referens si domino absente lata sit sententia contra vassallos; addendo dominum posse de facto cōtinuare suam possessionem expulso victore, etiam quod fuerit citatus per edictum, nec sufficere scientiam praesumptam, *late Abb. cons.* 89. *par.* 1. *nu.* 5. *in fin. & num.* 6.

28 Ampl. etiam si victor probet † quod victus desijt dolo possidere, & deinde possidens sit ingressus possessionem. *Alex. in l. a diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. nu.* 10. vbi relatis dissentientibus illo concordat. *Rol. a Val. consil.* 5. *lib.* 2. *num.* 9. *Ranchin. ad Guid. Pap. decis.* 216.

29 Quid autem sit dicendum † si quis possideat ciuiliter, & alius naturaliter, vel e contra. *Alex. in l. a Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. numer.* 16.

30 Ampl. siue iste tertius cœperit † possidere post intentatam litem in actione personali, siue ante. *Rol. a Val. cons.* 5. *videtur, lib.* 2. *num.* 9.

31 Ampl. praesertim vbi tertius possessor † timēs ne in re ab illo possessa, vel quam asserit esse suam, fiat exequutio sententiae, protestatur apud acta ne in illa fiat exequutio. *Angel. in l. a Diuo Pio, § si super rebus, ff. de re iud. num.* 1. *Io. Imola num.* 15. *Castr. num.* 2. *Alex. & Ias. num.* 9. addendo exequutionem esse nullam, si fiat pendente tali protestatione facta coram iudice, & parte: idem sentit *Zasius ibidem nu.* 6. *Gozad. cons.* 103. *num.* 10. *Natta cons.* 552. *mouetur, nu.* 1. *Rol. a Val. cons.* 5. *videtur l.* 2. *nu.* 15. *post med. Bald. in l. maritorum C. ne vxor pro marit. num.* 1. *circa fin.* addendo *num.* 5. quod si

32 spreta † protestatione, de qua *Angel. & reliqui* supra relati, fiat missio, illam esse nullam & locum esse *l. meminerint, C. vnd. vi* contra immissum in possessionem, vel aliud facientem non citato protestante, vt ex *Sal. in l fin. C. de edict. Diui Adrian. toll.* vult *Ias. in l. non solum §. morte, ff. de nou. oper. nunc num.* 28. *circa prin. Peguer. decis.* 205. *crim. nu.* 7. *post med.* addendo

33 † eiectum posse in continenti propria auctoritate recuperare possessionem suam naturalem, ac etiam ex interuallo, si animo retinuit ciuilem, relato *Rol a Val. cons.* 5. *lib.* 2. *num.* 12. idem repetens *nu.* 8. *in fin. relati ab Intrigliol. decis.* 46. *n.* 49. *& seq.* addēdo exequutionem de-

34 inde factam † esse nullam, *num.* 52. & tertium protestari debere de dominio, & possessione, idem dixit *Cartar. decis. Ianuen.* 52. *num.* 3. *in fin. & num.* 4. & possessionem in continenti probat

bat *Scaccia de appel. cap.2. quaest.17. limitat.6. memb.4.num.68.*

Notandum tamen quod ad effectum vt dicta
35 protestatio relatos operetur effectus † est necesse vt in illa exprimatur iusta causa, quae sit exclusiua iuris agentis, vt ex *Bald. Specul & alijs tradit Ias. in l. non solum §. morte ff. de nou. oper.nunc. num.28. in princ. & latius alij relatis in l. de pupillo §. si quis ipsi praetori nu.15. ff.eod.* motus singulari textu in *l.1.C. de praedijs decur.lib.10.* concludendo pro regula, quod in protestatione sit exponenda causa, excepto casu, vbi agitur de noui operis nunciatione. *Giurba decis. 62. num.3.*

36 Coram quo Iudice † facienda sit talis protestatio, vel exceptio iuris competentis tertio ad impediendam exequutionem sententiae in alium latae, videndi sunt *Vantius de nullit. c.3. Peguer.decis.206. Couar.pract. quaest. cap. 16. agitur num.5. Cancer var. resolut.lib.2.cap.16. de tert. opposit.n.82.& seq. Purpurat. cons.26. lib.1.* vbi agit si iste tertius sit clericus, & ad quem iudicem sit remittenda cognitio oppositae exceptionis. *Peguer.decis.206.*

37 Fieri etiam potest eadem † protestatio cum pari effectu, victori, extraiudicialiter *l. a Diuo Pio, §. si super vbi Alex.num.9. vers. protestari debet victori, Imola num.15. vers. protestatur creditori Ias. num. 9. vers. protestari debet victori Gozad.cons.103.num 10. Rolan.cons.5. num.16.vers. quod protestetur victori, lib. 2. Felin.in C.quamuis num.5. de re iud. Couaruias pract.quaest.cap.15.num.3.*

38 Quomodo autem † succurratur expulso, si non obstante protestatione fuit facta exequutio, videndus *Rol. a Val.cons.5.lib.2.num.17.*

39 An sit locus ampliationi supra † relatae si opponatur de nullitate possessionis, & dominij, *Giurba decis.62. num. 21.23. Intrigiol. decis.46. num.58.*

40 Ampl. siue iste tertius † sciens de sua disputari possessione sponte, vel citatus venit ad iudicium *Bal.l.ob maritorum, C. ne vxor pro marit.nu.1.& 4.in fin. Menoc. cons.746.n.12. Giurba decis.62. num. vers. quod verum, & dixi §.21.vers. dicendum secundo, Alex.l.saepe ff.de re iud.num.16.in fin.*

41 Ampl.praesertim vbi ignorauit causam † agi, & ante factam exequutionem venit ad causam. *Abb.cap.cum super.17.de sent. & re iud. n.16. vbi Fel. num. 22. Scaccia de appel. quaest. 17. limit.6.memb.4.num.56.*

42 Ampl. vt satis sit summariè, & apparenter † docere de sua possessione, quia cum haec probatio sit praeambula, & praeparatoria, non autem decisoria litis, & causae, non est opus exacta probatione, sed sufficit semiplena, vt pluribus cumulatis considerat *Gail. obseruat. 69. lib.1. num.4. Peguer. decis.205. crim. num.7. Osasc. decis.38. obtenta, num.4. in fin. & num.5. Ioseph. Ludou.decis. Perus.26. num.1. & 10.* subdens num.20. quomodo fiat talis probatio.

43 Ampl. etiam si iste tertius simplicem † alleget possessionem, nec aliquid deducat de Dominio, vt pluribus probat *Ioseph. Ludouic.decis.26.num.15. Osasc. decis.38. obtenta, nu.1. & 2.* seu de iustitia possessionis, vt probat *Scacc. de appellat. quaest. 17. limit. 6. membr. 4. num. 54.*

44 Ampl. praesertim si exequutio sententiae † trahit secum damnum non separabile, & adest Statutum negans audientiam tertio, aduersus exequutionem sententiae. *Felin. cum super, de sentent.& re iudic.num.17. Milanens. decis.12. lib.2. num.127.*

45 Ampl. etiam si ageretur de iure vniuersali † & probaretur de possessione speciei contentae sub vniuerso, veluti si ageretur de iurisdictione, & exciperetur de aliquo actu iurisdictionali, nam sententiae exequutio retardabitur etiam quoad reliquos, & vniuersaliter. *Crauet.cons. 52. reuocatur num. 1. vers. sed respondeo,* vbi plures congerit. *Brun. cons 34. in causa n. 14. Surd. cons. 390. Ne, num.37.* Multis autem

46 † modis probari iurisdictionem dixi *in meis Collectaneis, ad rub. digest. de iurisdict. omn. iud. cap. probatur iurisdictio.*

47 Ampl. etiam si sententia † lata esset intentata actione spolij. *Milanens. decis.12. lib.2. numer.3.& 5.*

48 Ampl. etiam si ageretur de exequutione † trium conformium, exemplo eorum quae dicuntur de nullitate, de qua excipit tertius aduersus tres conformes. *glos.in Clem. 1.verb. contra se, de re iudic.* & in casu nostro tradit *Milanens. decis. 12.lib.2. num.7.* subdens aliud exemplum rescripti cum clausula, Appellatione remota,

49 cuius virtus † non extenditur ad tertium. *Scaccia de appellat. quaest. 17. limit. 6. membr. 4. num.51. & 66.*

50 Ampl. etiam si extaret Statutum, † quod lata sententia, illa exequutioni demandetur, quacunque exceptione non obstante: nam comparente tertio, docto de sua possessione, retardabitur exequutio, exemplo eorum quae dicuntur de Statuto mandante exequi instrumentum, nisi opponatur exceptio solutionis, vel falsitatis. *Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact n.4.* cuius dicta trahit ad casum nostrum. *Milanens. decis. 12. lib. 2. numer. 16. Scaccia de appellat. quaest. 17. limit. 6. membr.4. num.67.*

51 Ampl. praesertim si tertius † cum hypotheca, haberet vlterius clausulam constituti, vt ex *Gramat. decis.92. num.21. & seq. Natta cons. 300. num.2.* concludit *Milanens. decis.12.lib.2. num.13.*

52 Ampl. etiam si exequutio esset facta † in vim instrumenti habentis paratam exequutionem, vt ex *Alex. cons. 101. num.2. lib.2. Rol. à Val. cons.5. lib.2. num.10.* concludit *Milanens. decis. 12. lib. 2. num. 67.*

53 Ampl. vt exceptio † sit admittenda, etiam quod opponatur coram mero exequutore, *l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. vbi Bart. num. 6.* qui communiter approbatur, teste *Couar. pract. quaest. cap. 16. num. 5.* & ita decisum, & iudicium refert *Cartar. decis. Ianuens. 52. num. 9. in fin.*

54 Ampl. vt exequutio facta † sit reuocanda. *Cartar. decis. Ianuens. 52. num. 9. in fin.*

Ampl.

55 Ampl. præsertim si tertius † afferat possidere, & esse dominum rei possessæ, vt ex *Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 4. vers. sed huic. distinctioni*, concludit *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 4. num. 58.*

56 Ampl. etiam si tertius † possessor sit prædo, *vt dixi infra §. sequenti*.

57 Ampl. etiam si tertius iste † possessor sciuisset litem fuisse motam, & habuisset notitiam sententiæ prolatæ, *vt dixi §. 21. vers. dicendum secundo*.

58 Ampl. etiam si iste tertius † esset nudus detentor, seu haberet meram insistentiam facti, quam asininam vacamus, vt pluribus probat *Neuizan. consi. 81. Princeps num. 10. Zasius in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iudicat. n. 5. Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 3. vers. tertio. Ioseph. Lud. decis. Perus. 29. nu. 15. Papiens. in libel. exequut. sent. §. 1. num. 17.*

59 Ampliari potest hæc conclusio † in multis casibus, quos prudens lector colliget ex dictis *supra hoc secundo capite in princ.* & ideo non repeto.

60 Ampl. præsertim † si possessor præterea excipiat, se dominum, & in continenti vult probare suum dominium, *vt dixi de exception. lib. 2.* vbi egi de dominij exceptione.

61 Limit. vbi tertij possessio est iniusta † *Alex. in l. à Diuo Pio; §. si super, ff. de re iud. n. 12. vers. vult ergo. Giurba, decis. 62. num. 3.*

62 Possessio autem dicitur iniusta † multis modis.

63 Primo si quis possideat † rem litigiosam, etiam quod illam sit consequutus titulo oneroso, nam cum is titulus sit reprobatus, *l. fin. C. de litigios.* capi potest illa in causam iudicati, si possessor fuerit citatus ad videndum exequi, & fuerit de illa cognitum, & pronuntiatum. *Neuizan. consi. 20. num. 13. Osasc. decis. 65. n. 12. & seq. Benintend. decis. 48. plures nu. 20. Alex. in l. à D. Pio, §. si super, ff. de re iud. num. 11. Nattacon. 350. Augustinus num. 3. & 4. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. num. 9. Contard. de moment. poss. quæst. 24. num. 14. Peguer. decis. 205. crim nu. 14.* vbi late, addendo siue quis sciat, siue ignoret rem litigiosam, li-

64 mitando † nisi licite potuerit alienari, vt in casibus quos cõgessi in meis collectaneis *ad l. 2. C. de litigios.*

65 Secundo si quis possideat ex titulo † reprobato, vel nullo, vt puta si pro canone non soluto velit dominus capere fundum emphiteoticum alicui venditum, absque illius consensu, *vt ex Bart. & alijs* voluit *Parlador. rerũ quotidian. lib. 2. cap. final. part. 4. §. 5. n. 4. & seq.* addendo hanc esse frequentem quæstionem, & fideli memoria tenendam. *Giurba decis. 62. num. 4.*

66 Tertio si iste tertius † adeptus est possessionem de qua excipit, clam, vel vi, vel simulato aliquo contractu, vt late probat *Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num. 8. in Contard. de moment. poss. quæst. 24. nu. 12. & seq. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 10.* addendo, isto casu non esse opus reuocatoria. *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 70.* Et ratio est, quia simulatus actus non est actus, quia nullus *l. nuda, ff. de contempt. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 16. de tert. opposit. num. 68. Contard. de moment. poss. quæst 24. num. 12.*

67 Quarto, vbi fraude † & dolo quis sit possessor, nam præcedente reuocatoria fiet in illum exequutio. *Cast. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. n. 8. vers. si autem relatis Cyn. & Bart. dissentientibus*, volentibus posse fieri exequutio-

68 nem absque reuocatoria: † concordando quod *Cynus* dixerit, si tertius cœperit possidere in fraudem paratæ exequutionis, subdendo quomodo id probetur: *Bartolus* autem intelligatur si tertius cœperit possidere ante motam litẽ. *Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. final. part. 4. §. 5. numer. 14.* qui refert assentientes *Cyno, & Bart.* tribuendo distinctionem mox relatam *Baldo. Papiens. in prax. in form. libel. exequut. sentent. §. 1. num. 18*

Contrarium scilicet, quod retardetur exequutio donec fuerit actum, & victum actione reuocatoria, concludit *Zas. in l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. & seq.*

69 Limit. vbi iste † tertius opponens se exequutioni, fatetur victum esse dominum rei, sed excipit se illam possidere, & re vera possidet, sed non exprimit possessionis suæ causam, seu titulum: nam cùm iniusta præsumatur illius possessio, sine reseruatione, vel cautione aliqua fiet exequutio. *Couar. pract. quæst. cap. 16. agitur num. 4. vers. sextum, Peguer. decis. 205. crim. num. 7. vers. quod forte, & num. 20. Cancer. var. resolut. lib. 2. de tentit. opposit. nu. 79.* cum tamen *num. 77.* dixisset aliud, si is tertius excepisset iusta ex causa possidere, concludendo, quod tunc fiet exequutio, sine præiudicio possessionis. *Alexan. in l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num. 12. in fin. vers. sed Raphael.* Si autem exprimat iustã causam, fiet exequutio sine præiudicio possessionis. *Couar. pract. quæst. cap. 16. agitur num. 4. vers. quartum, Peguer. decis. 205. crim. num. 77. vers. nam ex eo*; subdens quæ sit iusta causa possessionis.

70 Limit. vbi in isto tertio subesset † suspicio calumniæ, arbitrio Iudicis. *Felin. in cap. de cætero. de re iud. num. 11. cum alijs congestis à Contard. in casu quo non licet appellare, in l. vnic. C. si de moment. possess. & limit. 7. n. 41. & seq. & limit. 23. num. 18. Couar. pract. quæst. cap. 16. num. 2. vers. verum quoties*: calumniæ

71 enim vitio multa aliàs concedenda † negantur, quæ refert *Dec. in cap. licet causam de probat. num. 6. 41. & seq. Marsil. in prax. §. opportune, num. 75. & seq. plurib.*

72 Limit. vbi existeret Statutum, † quod lata sententia in actione personali, fiat missio, seu exequutio in bonis condemnati, quamuis reperiantur penes tertium possessorem. *Gozadin. consi. 193. videtur, num. 12. vers. tertio.* addendo cessare tale Statutum quoties imploratur iudicis officium contra condemnatum, eam

73 afferens rationem, quia aliud est † actio, aliud officium iudicis; & plures qui non possunt agere, possunt tamen iudicis officium implorare, & ex-

& exclusus ab actione non est exclusus ab officio iudicis. *l. fin ff de pet. hæred. l. seruus, ff. de annuis legat. Bart. in l. Quintus, ff. de aur. & argent. legat.*

74 Limit. vbi tertius possessor † non nominatus in sententia fuit legitime citatus in processu, & ad sententiam: nam licet ille non comparuerit, & ius illius fuerit deductum, & cognitum, non retardabitur exequutio *Alex. l. sæpe, ff. de re iudic. numer. 6. cum alijs cumulatis. Cancer. var. resolut lib 2. de tertijs opposit. num.* 59. *& seq.* modo ius tertij fuerit in iudicio deductum; subdens Doctores non conuenire, si ille fuerit contumax, *& de sentent. exequut. num.* 431. addendo non sufficere citationem per edictum. *Neuizan. conf.* 20. *num.* 15. vbi agit etiam an sufficiat citatio per proclama, *& num.* 23. *& sequen.*

75 Limit. vbi legitime citato tertio † possessore, summarie fuit probatum, quod res penes illum existens, & possessa, spectat ad condemnatum, nam minime retardabitur exequutio. *l. ob maritorum*, C. *ne vxor pro marit.* quam ita †

76 intelligendam esse tradit *Castr in l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. numer.* 8. *vers. Dic pro concordia, & Zasius num.* 10. *Cancer. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *de sentent. exequut. num.* 546. *& seq.* qui loquitur, vbi tertius fuit citatus, vel egit alieno nomine ad rem tanquam spectantem ad alium, vbi erat ipsius tertij, qui modo prætendit retardare sententiæ exequutionem. *Neuizan. conf* 20. *num.* 15. Præterea agit an sufficiat citatio per proclama. *& nu.* 19. *& seq.* an cum clausula, si sua putauerit interesse.

77 Limit. vbi excipiens de possessione † esset incapax ad possidendum, seu ius illi resistit. *Serafin. decis.* 1163. *num.* 2. vel aliter illius possessio esset reprobata, vt puta si laycus exciperet possidere beneficium, de quo lata est sententia, vel exercere spiritualia, vel alias excipientis possessio esset incompatibilis.

78 Limit. vt non sit sublatum † ius excipientis quominus in plenario iudicio possit rem à possessore vendicare, etiam quod emerit sub hasta. *Zasius in l. à D. Pio, §. si super, ff. de re iudicat. num.* 10. addendo idem dici si non reperto emptore res fuit illi adiudicata; idem repetens *num.* 16.

79 Limit. vbi is qui instat † pro exequutione sententiæ, habet cum clausula constituti obligatum fundum, qui à tertio possidetur, & actum fuit hypothecaria, *vt ex Socin. regul.* 26. *exequutio, Boer decis.* 282. *num.* 48. *voluit Tuscus conclus.* 488. *exequution.* 21 *& seq.*

80 Limit. vbi res quæ prætenditur capi † in exequutione rei iudicatæ, reperitur penes condemnatum, sed tertius excipit illam possidere, asserendo penes victum illam deposuisse, vel illi locasse; nam non probato deposito, vel locatione, non retardabitur exequutio. *Cancer. var. resolut. tom.* 1. *de tertijs opposit. num.* 81. *Conar. pract. quæst. cap.* 16. *num.* 4. *vers.* 8. *Scaccia de appel. quæst.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 81.

81 Limit. vbi tertius nudam † habet possessionem, & victus habet dominium rei, quæ prætenditur capi in exequutione. *Alex. in l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num.* 12.

82 Limit vbi agitur de exequutione † facienda in re, quam citatus dolo desijt possidere, *Papiens. in form exequut. sentent. §.* 1. *num.* 18. Contrarium tenent relati *supra in ampliat.*

83 Limit. vbi quis dolose possidet. † *Giurba decis.* 62. *num.* 3. subdens *num.* 4. idem dicendum, si doceat de possessione ex inualido titulo, & reprobato euidenter: secus si colorata tantum, *vt idem subdit n.* 21.

84 Limit. vbi tertius † excipiens de dilatione exequutionis, pariter probat quod exequuta sententia ad fauorem victoris, duriorem habebit aduersarium, *arg. cap. Pisanis, de restitut. spoliat.* per quem testem ita firmat *Mysinger. obser.* 73. *centur.* 3. *num.* 2. *vers primus.*

Si autem tertius non excipiat de possessione,
85 † sed de proprietate pignoris quod prætenditur capi in exequutione rei iudicatæ, an retardetur exequutio, *Zasius in l. à diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. num.* 17. *Papiens in forma libel. exequut. sentent. diffinit. §. Sapiens, n.* 15.

86 Limit. vbi possessio tertij † est infecta. *Angel. l. creditores. C. de pignor. vers quod autem dixi. Parlador. rer. quotid. cap. fin part.* 4. *§.* 5. *num.* 4.

87 Limita, vbi extaret Statutum † amplissimis verbis conceptum, quod sententia lata demandetur exequutioni, quauis exceptione non obstante, vt concludit, & exemplum refert *Milanens. decis.* 12. *lib.* 2. *num.* 19. *& seq.* 37. *& seq.* 46. *et seq.*

§. XX.

SVMMARIVM.

Exequutio sententiæ non fit contra personam, vel rem non nominatam in sententia, licet possessor sit prædo, seu iniustus possessor. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. *limit.* 5. 6.

SEquitur aliud possessionis commodum, vt contra non nominatum in sententia, remque ab illo possessam, non fiat exequu-
1 tio, quantuis † sit prædo, seu iniustus possessor. *capit. in litteris, de restit. spol. Neuiz. conf.* 81. *Princeps nu.* 10. qui loquitur in casu, quo quis rescripto Principis esset attendus à sua possessione, eam afferens rationem, quia nullus absque citatione, causæ cognitione, & iuris ordinis seruato, molestandus, nedum priuandus sua possessione, vt late prosequitur *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. n.* 37. *& seq. plurib. Peguer. decis.* 205. *crim. num.* 9. *Giurba decis.* 62. *num.* 2. *in fin.*

2 Ampl. præsertim vbi talis † esset, quoad alios non autem quoad petentem exequutionem, *vt dixi proximo, & antecedent §. ampliat.* 7. *num.* 11.

3 Ampl. quod si in illum fieret exequutio,† esset tanquam spoliatus, ante omnia restituendus. *l. colonus. l. cum fundũ ff. de vi & vi armat*, & clarius probat *text. in l. 1. §. cum qui neque, iu fin. ff. eodem* . dicente ibidem *Vlpiano*, *Quidquid damni senserit, quòd vi eiectus est, recuperare debet. Peguer. decis.* 205. *crimin. num. 9. in princ.*

4 Ampl. etiam quod exequutio † sententiæ committatur mero exequutori. *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. nu.* 38. *circa fin.*

5 Limit. vbi fuit citatus expresse, † & causa cognita pronunciatum in illum esse exequendam sententiam, argumento à contrario sensu ducto ex dictis *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. num.* 38. *Peguer. decis.* 205. *crim. nu.* 9. nam citatio generalis non sufficeret, vt dixi supra *cap.* 2. in finalibus ampliationibus, & voluit *Neuiz. cons.* 81. *Principes, num.* 8. *in fin.*

6 Limit. vbi notorie constaret illum † iniustũ esse possessorem, seu prædonem, vt relatis dissentientibus pluribus, concludit *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 1. *num.* 113. *& seq.*

§. XXI.

SVMMARIVM.

Scienti non infertur dolus nec iniuria 1.

Scientia sine contradictione idem operatur quod consensus & iussio . 2.

Sententiæ exequutio retardatur, si fuit prolata de re ab aliquo possessa, quamuis sciat litem de illa pendere, excipiente possessore de sua possessione, 3. *& quare*, 5.7.8.9.10.11.12. *Limit.* 13. 14.

Sententia inter alias lata, vt præiudicet cæteris, quæ requirantur, 4.

L. sæpe, ff. de re iud. declaratur, 5.

Sententiæ exequutio fit contra eum qui passus est comparere procuratorem sine mandato, 6.

Mandati defectus cessat vbi quis scit ab aliquo illius nomine tractari, quamuis non habeat mandatum . 6.

Sententiæ exequutio non retardatur, vbi ad fauorem vnius ex pluribus agentibus ad eandem lata fuit, si cauat victor de indemnitate, vel de consignando ei qui excipit esse differendam exequutionem. 15. *Ampl.* 16.17.18.19. 20.22. 23.24.25.26.27.28. *Limita.* 21.33.34.35.36.37. 38.39.40.41.

Cautio præstanda iuxta l. is, a quo, ff. de rei vend. a victore agentibus pluribus ad eandem, qualis sit. 29. *In quo foro præstanda si illorum aliquis sit clericus.* 30. *An a secundo victore.* 32.

Actoribus æque probantibus intentionem suam qualis ferenda sententia. 31.

Retardari sententiæ exequutionem, si fuerit prolata de re corporali vel incorporali, quæ a nemine sit possessa, seu fuerit vacans, vel quæ ab aliquo possideatur, vel quasi, illo ad causam non monito, nec vocato tertio vtroque casu excipiente sua interesse, ne fiat prolatæ sententiæ exequutio, dixi supra *§. decimo octauo, & seqq.* Cum autem † scienti non 1 inferatur dolus nec iniuria. *l. in diem ff. de aqua pluuia arcend. l. cum donationis*, C. *de donat.* & 2 scientia sine † contradictione idem operetur, quod consensus, & iussio, *l.* 1. *§ scientiam ff. de tribut. l. sæpe, ff de re iud. l. si tamen sciente, ff. ad Macedon.* probabiliter dubitari potest, an etiam differatur exitus rei iudicatæ, quoties possessor, vel excipiens de suo interesse, sciuit causam agi.

Et quia teste *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 16. *num.* 7. *vers. verum*, Doctores confuse nimis sunt loquuti in hoc articulo, ne in nos eadem recudatur faba, Dicendum primo, si sententia fuerit prolata de re, quæ a nemine possideatur, tunc si tertius excipiat sua interesse non exequi eam sententiam, retardabitur exequutio, *vt dixi supra*, §. 18.

3 Dicendum secundo, quod si sententia fuerit † lata de re ab aliquo possessa, quod possidenti, & scienti litem tractari, & sententiam fuisse prolatam, nullum fit præiuditium quominus excipiendo de sua possessione retardetur exequutio sententiæ in aliam prolatæ vt dixi §. 19. & voluerunt *Couar. pract. quæst. cap.* 13. *nu.* 7. *&* 8. *quem sequitur Peguer. decis* 205. *crim. n.* 10. eam afferens rationem, † quia ad effectum vt sententia inter alios prolata, cæteris præiudicet, copulatiue requiritur, quod principalis actio, vel defensio competat tertio scienti, taliter quod possit interdicere alteri ex litigantibus ne actione, vel defensione vtatur; & quod in causa, & lite tractetur de iure, quod tertius ab altero ex contendentibus causam agente, vel defendente, habuit; & ita intelligi 5 *l. sæpe, ff. de re iud.* qui fuit † intellectus *Gregorij* 9. *in cap. penul. de sent. & re iud. Abb. in cap. cum super.* 17. *de re iud. num.* 18. *et* 19. *Neuizan. cons* 20. *nu.* 21. *Cancer. val. resol. tom.* 2. *cap.* 16. *de tert. opposit. num.* 50. *& seq.* vbi limitat si is agat alieno nomine, sine mandato, domino absente; secus si præsente. *Gozadin. cons.* 103. *videtur num* 11. *Abb. cons.* 29. *part.* 1. *num.* 5. *in fin. & n u.* 6. *Scaccia de appel. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 57. vbi præterea dissentientes, quod fiat scienti præiudicium, refert, quoad possessionem, secus quoad proprietatem.

Similia sunt quæ dicuntur de gestis a falso procuratore, sciente eo, cuius nomine illa geruntur, vt noceant, nisi contradicat is, cuius nomine geruntur, quia illius voluntate, seu mandato creduntur gesta, cum possit prohibere & 6 non prohibet, & contra illum † fiet exequutio sententiæ latæ, vt post multas distinctiones concludit *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 272. *nu.* 5. *&* 6.

7 Ampl. etiam vbi sententia lata fuit† personali actione intentata ad rem aliquam tradendam, nam licet alienetur lite pendente, in habente scientiam litis, nullatenus capi poterit in exequutione sententiæ, qua venditor fuerat condemnatus ad tradendum, *vt ex Couar. & alijs* cõcludit *Peguer. decis.* 205. *crim. n.* 11. *&* 19. Limi-

mitando, si emptor vltrà scientiam litis pariter sciuit inopiam alienantis, subdens quare isto casu absque teuocatoria fiat exequutio: & dixi *supra §. 6. in limitationibus prima regula*.

8 Ampl. etiã si ageretur de exequutione † ttium conformium, quæ nec ex natura causæ, nec ratione scientiæ nocent scieti. *Peguer decis.* 205. *crim. num.* 13. *post med.*

9 Ampl. etiam in sententia lata † super subiectione vassalli. *Fel. in cap. cum super*, 17. *de re iud. nu.* 12. addendo domino existente in possessione, talem sententiam illi non nocere, nec in possessorio, nec in petitorio; vbi præterea refert dissentientes.

Ampl. etiam si agatur de exequutione sen-
10 tentiæ † latæ ad fauorem pupilli, & de re illius personali actione intentata contra hæredem tutoris. *Bald. cons.* 149. *proponitur*, *lib.* 3. *vers. in contrarium*, dum prius retulisset argumenta, quæ aliud suadebant.

11 Ampl. vt nullum fiat illi præiudicium † tam quoad proprietatem, quam possessionem ipsius possidentis, si fiat executio, quamuis sciret causam agi, *vt ex Abb. in cap. cum super, de re iud. num.* 17. *in fin. & num.* 18. *& Fel. num.* 12. *dissentientibus* concludit *Scaccia de appel. q.* 17. *limit.* 6. *art.* 4. *num.* 57. *in fin.*

12 Ampl. præsertim † si cum possessione extipiat de dominio, *vt dixi in tract. de exceptionib.*

13 Limit. vbi res à tertio possessa † erat affecta, seu infecta vitio litigiosi. *Couar. pract. quæst. cap.* 15. *num.* 7. sequitur, & refert *Tuscus conclus.* 488. *exequutio num.* 9.

14 Limit. in sententia lata in causa status rerum, vel personarum, testamenti, affinitatis, agnationis, & similium, nam vi sua nocet cuicunque, etiam quoad plenum præiudicium, siue sciuerit, siue ignorauerit. *Cast. in l. Papinianus, § fin. ff. de inof testam. l. ingenuum, ff. de stat. homin.* Peregrin. *de fideicom. artic.* 53. *num.* 38. *& seq.*

Dicendum tertio, quod si possessor rei, in quã
15 paratur exequutio, à pluribus conueniatur, † & feratur sententia ad fauorem vnius, qui forte promptiores habuit probationes, quod vno, vel reliquis agentibus ad eandem rem, excipiente sua interesse differri sententiæ exequutionem, quod nullatenus illa differatur, data cautione à victore indemnitatis; vel de cõsignando excipienti in casu succumbentiæ. *l. is a quo, & l. seq. l. Sticho, ff. de rei vendicat. Fel. in cap. veniens* 38. *de testib. n.* 7. *vers. tertia, et n.* 9. *Bart. l. a diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. n.* 3. *Ias. num.* 17. *Alex num.* 24. *Vincent. Hercul. num.* 32. *Caldas quæst.* 36. *lib.* 2. *numer.* 20. *vers. cæterum. Ioseph. Lud. decis. Perus.* 26. *num.* 12. *Couar. pract. quæst. cap.* 16. *num.* 3. *Boer. decis.* 79. *nu.* 2. *Crescent. decis.* 20. *de re iudic. Gail. obseru.* 70. *lib.* 1. *num.* 21. *Osasc. decis.* 38, *obtenta, nu.* 4. *Scaccia de appellat. qu.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 78. *Cancer. var. resol. tom.* 1. *cap.* 16. *de tert. opposit. num.* 72. *& seq.*

16 Ampl. in beneficialibus, † vt ex *Innocentio* concludit *Felin. in cap. veniens*, 38. *de testibus, num.* 7. *vers. tertia conclusio*, quem sequitur *Afflict. in cap.* 1. *§. præterea inter duos, de probib. feud. alien. per Federic. num.* 24. *in princ. relati à Caldas quæst.* 36. *lib.* 2. *num.* 20. *vers. cæterum, Felin. in cap. cum super* 17. *de sentent. & re iudic. num.* 11. *vers. limita secundo, circa med. Boer. decis.* 79. *num.* 2. *in fin. Ias. in l. a diuo Pio, §. si super, ff. de re iudic. nu.* 17. *vers. amplia. Cancer. var. resolut. tom.* 2. *cap.* 16. *de tert. opposit. num.* 73.

17 Ampl. etiam in feudalibus, † vt ex *Isern.* concludit *Afflict. in cap.* 1. *§. præterea inter duos, de probib. feud. alien. per Federic. num.* 24. *in princ.* relati à *Caldas quæst.* 36. *lib.* 2. *nu. lib.* 2. *num.* 20. *vers. cæterum, Cancer. var. resol. to.* 2. *cap.* 16. *de tert. opposit. num.* 73.

18 Ampl. etiam si inter contendentes † esset Fiscus. *Afflict. in cap.* 1. *§. præterea inter duos, de de probib. feud. alien. per Federic. num.* 23. *& seq. & Isern. num.* 73. *vers. verius videtur primum*, addendo eandem cautionem præstandam à Fisco, si ad illius fauorem fuerit iudica-
19 tum. Et hic noto † casum singularem, quo Fiscus debet cauere.

20 Ampl. etiam si plures contenderent † de possessione, *vt ex Rota decis.* 419. concludit *Felin. in cap. veniens*, 38. *de testib. nu.* 11. licet *Afflict. ex eadem decis.* aliud dixerit *in cap.* 1. *§. inter duos, de probib. feudi alien. per Federic. nu.* 24. qui tamen excusari potest, quia deinde remit-
21 tit se ad dicta *Felini*, qui limitat illa, † si ius tertij est ita connexum, vt afferat commodum reo conuento. *Isern. d. §. præterea, num.* 13. *post med. Osasc. decis.* 38. *obtenta num.* 4. Limitando *num.* 5. vbi summarie saltem semiplene constat excipientem de dilatione possidere.

22 Ampl. vt Iudex immittens † eum pro quo iudicauit, non præstita cautione de restituendo in casu succumbentiæ, grauet, vt ex *Innoc.* concludit *Fel. in cap. cum super de senten. & re iud. n.* 11. *vers. sexto.*

23 Ampl. vt debitor plurium † si ab vno illi sit denunciatum, ne soluat, quod non possit retardare solutionem, data sibi cautione iuxta regulam nostram. *Felin. in cap. cum super, de sent. & re iud. num.* 11. *in fin.*

24 Ampl. etiam si ageretur † de petitione hæreditatis. *Isern. in §. præterea si inter duos, de probib. feud. alien n.* 73. *vers. Alia est opinio.*

25 Ampl. præsertim vbi is qui † excipit de exequutione retardanda, sciuit causam agi, & nihil prius excepit, vel dixit, fecitve pro suo interesse sibi noto, nam fiet exequutio absque alia cautione. *cap. quamuis de re iud. l. sæpe, ff. eod. Alex. in l. a diuo* Pio, *§. si super, ff. eod. n.* 24 *Boer. decis.* 79. *n.* 3.

Ampl. etiam si tertius excipiens de dilatione
26 † exequutioni: appellaret, nam exequutione facta, non posset dici de attentatis. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 14. *numer.* 10, *limit.* 1. quem sequitur *Scaccia de appel. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 81.

27 Ampl. etiam si tertius excipiens † reum cõuentum retinere rem, cuius occasione conuenitur, in depositum, vel titulo locationis, ab

ipso

ipso excip iente, nisi id probet in continenti. *Couar. pr act. quaest. cap. 16. num. 4. vers. octauo*, sequitur *Scaccia de appel. quaest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 80.*

28 An autē impediatur exequutio,† si fuerit appellatum, *Rim. iun. cons. 445. in, num. 9. & cons. 692. vera, num. 1. & seq.*

29 Cautio autem ista est præstanda de re restituēda, non autem de interesse soluendo. *Isern. in §. præterea si inter duos de probib. feud. alien. per Federic. num. 77.*

30 Si illorum aliquis sit clericus † in quo foro præstanda talis cautio, *Isern. in cap. 1. §. præterea si inter duos, de probib. feud. alien. per Federic. n. 76. circa med.*

31 Si autem omnes actores æque† probarunt intentionem suam, ad cuius fauorem ferenda sit sententia, & qualiter, *Isern. in cap. 1. §. præterea si inter duos de probib. feud. alien. per Federic. num. 74. & seq. & nu. 77. in fin.* & dixi *de Laudemio lib. 1. quaest. 29. artic. 9. et seq.* si vero non æque, *vid. Bisignet. decis. 4. de iudic.*

32 Cautionem istam an præstabit † etiam secundus, si superstit tertius, vel quartus, qui ad eandem rem agat, videndus *Isern. in cap. 1. §. præterea si inter duos, de probib. de feud. alien. per Federic. num. 75. vers. item cuius modi*: vbi prætereaagit an sit extincta cautio primi victoris, *num. 76.* Benintend. *decis. 75. Rursus, num. 6.*

33 Limit. vbi quæstio esset de matrimonio † vel alia causa simili, veluti si plures contendant Bertam esse suam vxorem, nam licet feratur sententia ad fauorem vnius, non tamen illa ei tradetur data cautione, *Fel. cap. cum super de sent. & de re iud. n. 10. vers. limita secundo, Afflic. in cap. 1. §. præterea inter de probib feud. alien. per Fed. num. 24. Ias. l. a diuo Pio, §. si super, de re iud num. 17. in fin. Osasc. decis. 38. n. 5. in fin.*

34 Limita vbi iste tertius ante latam sententiā† nunquam fuit in lite, *Felin. cap. veniens, de testib. num. 8. & in cap. cum super, de sentent. & re iudic. num. 11. vers. habes vnam, Couar. pract. quaest. cap. 16. num. 3. in princ.* testans de communi, & rationem refert: & excipiatur cæterorum futurā esse causam duriorem ob potentiam victoris. Addendo remitti Iudicis arbitrio, an cautio sit præstanda, si subsit in victore fraudis suspicio& idem credo dicendum si subsit timor dilapidationis, vel deteriorationis respectu victoris, & id fuerit summariè probatum. Idem tamen *Couar.* sibi non costat dum deinde concludit sufficere, quod lata sententia, & antequam petatur illius exequutio, tertius cœperit agere; quamuis aliud sentiat *Ias. in l. a diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num. 18. in fin.* sicuti & *Cancer. var. resol. tom. 1. de tertijs opposit. num. 74.* concludens, tertio qui lata sententia quæ transiuit in iudicatum, aduenit causæ, non esse cauendum, *Put. decis. 317. nu. 1.* quæ contradictoriè est oppositæ dictis *Couar.* & idem tradit, & latius dixit *Rota*, vt refert *Mohedan. decis. 4. de except. num. 3. circa princip.* concludens cautionem iuxta *l. is à quo*, non præstandam vbi quis comparet post rem iudicatam.

35 Limit. vbi omnes contendentes† agunt contra tertium possessorem, seu eundem reum, secus si vnus alterum ex contendentibus certat excludere, nam cessat dispositio nostræ regulæ. *Fel. in cap. cum super, de sent. & re iudic. num. 11. vers. limita tertio. Puteus decis. 261. & decis. 317. num. 1. & decis. 501. part. 2.* sublimitando si agatur de ferenda, non autem exequenda sententia ad fauorem eius, qui plene probauit, contra eum, qui non plene. *Couar. pract. quaest. cap. 14. circa fin. vers. igitur.*

36 Limit. vbi ius agendi contra tertium † competeret pluribus successiue: nam cum reus conuantus isto casu non teneatur omnibus eodem tempore respondere, lata sententia ad fauorem eius, qui cæteros ordine præcedit, excusatur ille a cautione, & fiet exequutio sententiæ. *Fel. in cap. cum super, de sent. & re iudic. num. 11. vers. limit. 5. Afflic. in cap. 1. §. praeterea inter duos, de probib. feud. alien. per Federic. num. 25. in fin.*

37 Limit. vbi actum fuit personali † actione ad rem. *Bart. in l a Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. num. 3. in fin.* eam afferens rationem, quia de iure excipientis non fuit cognitum super re capienda, vel capta in exequutione. *Couar. pract. quaest cap. 14. num. 4. vers. quia responsio. Mysing. obseruat. 73. centur. 3. n. 2. vers. secundus. Scaccia de appel. quaest. 17. limit. 6. memb. 4. n. 85. & seq. vbi sublimitat, & exempla refert.*

38 Limit. vbi non constat condemnatum † possidere. *Veral. decis. 327. part. 1. n. 3.* sequendo *Alex in l. a diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. n. 9.*

39 Limit. vbi vnus ex contendentibus † est intrusus, nam ad illius fauorem non præstatur hæc cautio. *Crescent. decis. 20. cautio, de re iudi c.*

40 Limit. quoad venientem † ad causam defensionis causa, nam ad illius fauorem non est præstanda talis cautio. *Afflic. decis. 15. vtrum, n. 2. in fin. Put. decis. 374. in causa, part. 2. in princ. & num. 1.*

41 Limit. vbi exciperetur, quod† exequuta sentētia ad fauorē victoris, cæteri duriorem habebunt aduersarium, *arg. cap. Pisanis, de restit. spol.* per quem textum ita firmat *Mysing. obser. 73. in, centur. 3. n. 2. vers. primus. Scaccia de appel. quaest. 17. limit. 6. membr. 4. n. 83.* addendo procedere etiam quod excipiens nunquam fuisset in lite, si ita visum fuerit iudici.

---

§. XXII.

SVMMARIVM.

Pactum facultatiuum vt in casu moræ liceat creditori ingredi bona debitoris, exerceri non potest si debitor resistat. 1. *Ampl.* 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 19. 20. *Limit.* 14. 15 17. 18. 19. 20.

Emphiteota resistente, an expelli possit de facto si res emphiteotica sit aperta domino, 16.

Pactum ingrediendi bona morosi debitoris, si fuerit

rit factum cum tutore, vel curatore, vel Prælato, & simili alia persona, an validum, 20.

Pactum facultatiuũ posse vendi bona debitoris in casu moræ, est validũ & qualiter fiat vẽditio. 21

Sententia lata contra hæredem pro debito hæreditario, non potest exequi contra fructus fundi, cuius vsusfructus sit alicui relictus. 22.23. *& quare*. 24.*Ampl.*25.26.*Limit.*27.28.

Conductor quando soluat collectas . 29.30.32.

Vsufructuarius rei emphiteoticæ quando sit obligatus ad solutionem canonis, vel collectæ. 30.31.32.33.*In qua parte concurrat vsufructuarius certæ rei cum vsufructuario vniuersali in solutione collectarum* 34.

Rei appellatione, quæ contineantur . 35.*quæ contineantur legato vsufructu rerum* . 36.

Bona dicuntur deducto ære alieno . 37.

Filia non excluditur a petitione dotis maternæ, cui pater reliquit dotem cum pacto ne quid de bonis suis prætendere possit . 38.

Vsufructuarius partis bonorum hæreditatis non ipse sed hæres soluere debet æs alienum, distractis corporibus hæreditarijs: in vsufructuario vniuersali secus in, quia ipse soluet ex corporibus hæreditarijs . 38.

Gozadin. reprobatus defẽditur.40.

Legatum partis, vel omnium rerum idem est quod legatum partis, vel omnium bonorum . 41.

Legatum vsusfructus omnium bonorũ an sit validum alio hærede vniuersali instituto . 42.

Hæres pro parte in illa habet eadem iura, quæ cõpetunt vniuersali in tota hæreditate, 43.

Crotus reprobatur . 44.

Hæres in quota, vel tota hæreditate conueniri, condemnari, & in eum exequi potest sententia pro rata, vel tota quantitate debita, vel soluẽda ex præceptu testatoris . 45. Contrarium. 46. 47. Concorda. 48.49.50.51.52.53.54.55.

Bartoli opinio Pharisaica . 47.

Legatum, & æs alienum soluendum est ab hærede ex corporibus hæreditarijs . 56. *Ampl.* 57. 59. 60.61.62.64.65.66.67. *Limit.* 68. 69. 70. 72. 76. *Sublimita* . 71. 73. 77.

Crauet. reprobatur . 58.

Legitima est quasi æs alienum patris , 63. *quando æquiparetur æri alieno . ibid. an pro illa competat hypothecaria. ibid.*

Legatum annuum si non fuit exactum a fructuario non exigitur ab hærede testatoris nec fructuarij.74.*pro illo non datur hypothecaria*.75.

Vsufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium non continẽtur emolumenta protocolorum notarij . 78.*Item nec iura, & actiones*. 78.*quando vsusfructus rei alteri relictæ*, 80.*relictus vxori, an cõtineantur fructus feudi. Quando nomina debitorum*. 82.

PRo extensione regulæ firmatæ hoc secundo capite, dixi possidentem posse de facto impedire, quominus fiat exequutio in illius bonis, vel persona, si non fuit ille nominatus in sententia, & *supra §.* 17. addidi procedere, etiam si quis possideat bona habita ab eo, qui cum creditore suo conuenerat, vt posset bona illius ingredi, vel vendere sine Iudice, vel Curia, sed per seipsum:

1 Agam hic, an facultas data ex tali pacto, †
exerceri possit contra eum, qui eam facultatem
dedit, si de facto ille, per se, vel alium, solus,
vel cum socijs resistat, & impediat ingressum.
Negatiuam tenent *Cast. cons* 10. *lib.*1.*num.*6.
*vers. & ex alio, cui addo Soc. iun. & ab illo
relatos, cons.*147. *In presenti lib.*1. *num.* 9. *&
seq. Afflic. ad Const. Regni . rub.* 8. *de cultu
pacis nu.*22. *Gabriel. de acquir. possess. concl.*8.
*num.*21. *Farinac. de furtis quæst.* 175. *n.* 226.
Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, ff.
2 *de acqu.pos. num.*26.† vbi refert qui velint ingredientem
priuari suo iure, licet pro illo fuerit
pronunciatum. *Tuscus conclus.*37.*pactum
num.* 56. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *titul.* 5. *n.*6.
vt dixi etiam *infra cap.*16. *§.* 12.

Contrarium tenent *Odofred. in l. creditores
C. de pignor. n.* 1. *in prin. & Bal. ibid. num.*2.
concordat: *& Odofred.* sequitur *Ias. in l.* 2. *C.
de iur. emphit. num.* 105. *in fin. & num.* 108.
& seq. vbi respondet obiectis.

3 Affirmatiuam tamen defendit † *Rofred. de
libellis, rubric. de edicto Diui Marci num.* 7.
eam afferens rationem, quia stante pacto, cessat
violentia in resistentem, quam resistendo,
potius dicitur ille committere. *Signorol. de
Homod. conclus.*75. *num.*12. *Ripa in cap. sæpe,
de restit spol. num.*85. *in fin. & relati Farinac.
de furtis quæst.* 175. *numer.* 227. *Neguſ.
de pignorib. part.* 4. *nu.* 14. *Tuscus conclus.* 37.
4 *pactum num.* 33. præsertim † contra paciscentem,
vel illius hæredem.

5 Amplectendo tamen negatiuam † tanquam
præcidentem rixas, tumultus, & scandala, illam
præterea ampliabis, si debitor resistat, quoad
creditor licitè, & sine vitio vtatur pacto, vt ex
Salic. in l. 3. C. *de pignor. num.* 11. *&* 12. *&
Serafin. decis.* 492. *num.* 5. concludit *Pacif. de
Saluian. part.* 3. *inspect.* 4. *n.* 709.

6 Ampl. præsertim si resistentia † fiat armis, vt
ex *Angel. in l. extat. ff. quod met. caus. nu.* 6.
in fin. Bart. *Bal. & Sal. in l.* 3. C. *de pignor.*
& alijs voluit *Farin. de furt. quæst.* 175, *n.*232.

7 Ampl. præsertim si debitor offert † soluere,
quæ debet, vt ex *Bart.* & alijs concludit *Farinac.
de furt quæst.* 175. *num.*231.

8 Ampl. præsertim si creditor semel adeptus
erat † possessionem, & illam vult iterum acquirere
ex interuallo: secus si statim, vbi sciuit illam
sibi fuisse interuersam. *Tiraquel. de iur. constit.
part.*1, *num.* 45.

Ampl. præsertim si agatur de rebus Ecclesiæ,
vt dixi infra §. 27. *num.* 7.

9 Ampl. præsertim si debitor iusta ex causa †
impediat creditoris ingressum, Bart. *in repet.
l.* 3. C. *de pignorib. num.* 19. *Neguſ. de pignor.
part.* 4. *num.* 14. exemplum referens, si debitor
prætendat soluisse debitum, cuius causa factum
fuit tale pactum, vel non aduenisse diem solutionis,
quia sine mora exerceri non potest tale
pactum. Veritas huius extensionis probatur ex
his, quæ dixi *in meis singularibus, §. Iudici
multis in casibus non obtemperatur . Soc. iun.
cons.*147. *in lib.* 1. *num.* 11. *Menoc. de adipisc.
possess. remed.* 5. *numer.* 78. *&* 79. declarando

quando dicatur adesse iusta causa.

10 Ampl. vt nec sit validum pactum † inter debitorem, & creditorem de impediendo possessionem per vim, resistente debitore. *Bald. & Angel. in l.3. C. de pignor. Neguſ. de pignorib. part. 4. num. 14. verſ. etiam*, quos refert, & sequitur *Farinac. de furtis. quaeſt. 175. num 228.* subdens quid dicendum si licentia ingrediendi sit data à Iudice vel à Principe. *& Iaſ. in l.2. C. de iur. emph. num.3.* limitando si detur, vt possit ingredi etiam vi.

11 Ampl. etiam vbi debitor resistit sine causa † *Bart. in repet. l.3. C. de pignor. nu.18. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.5. num.86.* & probatur ex his quae dicuntur de conductore, qui nolens non expellitur à re conducta de facto, sed resistens amouetur via iuris, *l. non ab re, C. vnde vi l. conductores*, *C. locat.* de vxore, quae defuncto marito contradicentibus illius haeredibus, non capit fundum, & reliqua data in dotem, *l. dotis, C. ſolut. matr.* de legatario, qui licet statim fiat dominus rei legatae *l. a Titio, ff. de furt.* de manu tamen haeredis illam capere debet. *l.1. ff. quorum legat.* & capiendo sine consensu haeredis, legatum amittit. *l. non dubium, C. de legat.* de vsufructuario, qui finito vsufructu nō expellitur à proprietario de facto, sed vel negatoria, vel ad restituendam rem sibi fruendam concessam. *Tiraquell. tract. Le morte ſaiſit. part.3. declarat.1. num.6.*

Contrarium tenent relati à *Menoc.* quos tamen reprobat, *de adipiſc. poſ. remed.5. nu.87. verſ. verum*.

12 Ampl. praesertim, vbi is, ad cuius † fauorem est conceptum pactum ingrediendi, etiam certa clausula constituti, vel precarij, vel reseruationis vsusfructus, quae idem operantur, teste *Neuiz. conſ.82. num.13.* iudicem adiuit pro ingressu, & iudicium intentauit. *Tiraquel. de iur. conſtit. part. 1. num 39. & ſeq.* subdens quid dicendum si fuerit protestatum, saluo iure agendi via facti: idem examinauerat *Neguſ. de pignor. part.4. num.25. & 26.* Si tamen iudex fuerit requisitus, vt concedat familiam tantum, ad euitandum tumultus, aliud esset dicendum, vt voluit *Afflict. ad conſtit Regni, rub. 8. de cultu pacis, num.22.* & licet cum Iudicia familia modo praedicto concessa, idem est, ac si propria auctoritate esset ingressus. *Neguſ. de pignor. part. 4. num.23.* & dixi §.27.

Ampl. praesertim, vbi bona, de quorum ingressu agitur, non sunt hypothecata volenti illa ingredi. *Alberic. in l. creditores, C. de pignor. num.8. Sal. num.20.*

13 Ampl. praesertim non concurrente mora, † vel alia iusta causa, qua liceret vti tali facultate. *l. quaeſitum, vbi gloſ. & Bart. ff. de pignor.* cum alijs cumulatis à *Neguſ. de pignor. part.4. num.15.* eam afferens rationem, quia tale pactum habet intrinsecam conditionem, si morosus fuerit debitor. Idem si debitor offert solutionem, & aliud simile obstat. *Farinac. de furtis, quaeſt. 175. num.231.*

14 Limit. vbi debitor verbis tantum resistit. *Tiraquell. de conſtit. part.1. num.37. in princ.* & ratio est, quia vbi facto est opus, verba non sufficiunt. *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. circa med. Bald. in procem. feud num.42. circa med. Natta conſ.2. num.4. poſt Tiraquel.* idem voluit *Neguſ. de pignor. part.4. num.14.* sub limitando, vbi iusta affertur contradicendi causa. *Farinac. de furtis quaeſt. 175. part. 5. nu.233. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. numer.80. Iaſ. in l.2. C. de iure emphit. num. 105. circa med. Corn. conſ.197. lib.3. num.3. verſ. tamen emphitheota. Bald. in l.3. C. de pignor. num.3. poſt. med. verſ. concl. Iaſ. l.2. C. de iur. emphit. num.104. in princ.*

15 Limit. vbi creditor alterius sibi cauit cum clausula constituti, vel precarij. *Bart. in repet. l.3. C. de pignor. num.25. verſ. ſed pone;* addendo procedere etiam contra tertium, vbi à debitore sit tradita res affecta tali vinculo; *Bartolū* sequuntur *Neguſ. de pignor. part.4 numer.14. verſ. iſtud tamen, & num. 20. in fin. verſ. nec aliud. Plotus de in litem iurand. nu. 286. in fin. relati à Tiraquel de iur. conſt. part. 1. nu. 38.* late agendo, *num. 43. & ſeq.* quando liceat vti tali facultate aduersus tertium habentem ius à debitore; vel creditum non sit liquidum, vt de credito non liquido dixerat *Neuiz. conſ. 82. num.15. in fin. & 17.* Rationes plures afferuntur, quas cumulat *Neguſ. de pignor. part. 4. num.14. verſ iſtud, & Menoch. de adipiſc poſſeſſ. remed.5. num.81. & ſeq.* examinando an idem

16 dicendum sit de † directo domino, volente expellere emphiteotā, qui cecidit in commissū,

17 sublimitando † vbi ex interuallo, vel absque moderamine inculpatae tutelae, quis vtitur tali facultate, vt idem subdit *num.84. & ſeq. Farinac. de furtis quaeſt. 175. part. 5. num.234. & ſeq.* vbi relatis dissentientibus, concordat eā contrarietatē, addendo an pariter liceat resistentem expellere vi, & armis, & quae sint partes Iudicis isto casu. *Mantic. de tacit. lib.11. titul. 5. num 7.* subdens *nu. 8.* quid dicendum si ille resistet. *Iaſ l.2. C. de iur. emphit num.104. circa med. verſ. aut vero*, addendo, modò in continēti ingrediatur, secus si ex interuallo, declarando quando dicatur istis modis facta.

18 Limit. vbi extaret consuetudo, vel Statutum† in contrarium. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.5. num.84. & ſeq.* vbi sublimitat si vi concederet ingressum.

19 Quid si talis licentia data sit† à Iudice, vel à Principe. *Farinac. de furtis quaeſt. 175. num. 229. & ſeq. Bald. in l.3. C. de pignor. in fin. verſ. opin. Azon.*

Quod si ad sit tantum clausula precarij, *Iaſ. l.2. C. de iur. emphit. num.105. in princ. et med.*

20 Quid autem dicendum si tale pactum † fuit initium cum Tutore, vel Curatore, Praelato, & alienarum rerum administratore. *Neguſ. de pignor. part.4. num. 18. & ſeq. Sal. in l. 2. C. de pignor. n.6. & Bal n.8. poſt. med verſ. ſubdit. Menoc. de acquirend. poſſeſ. n.11 & ſeq. plurib.*

21 Pactum autem, quod creditor † possit in casu morae vendere rem debitoris, est validum *Neguſ. de pignor. part. 4. num.10. verſ. ſecunda concluſio*, vbi refert praxim exequendi tale pactum.

ctum. *Tuscus conclus. 37. pactum. num. 37. & seq.* pluribus vbi ponit casum, si tale pactum sit factum ad fauorem vxoris occasione doris restituendæ.

Plura huc referri possent, quæ dixi *supra §. 17. & tribus seq.*

Continuando referre casus, in quibus contra non nominatum in sententia, non possit, & quandoq; possit fieri executio: Vigesimus tertius casus erit, si sententia fuerit lata in hæredẽ pro debito hæreditario, & petatur fieri executionẽ in re cuius vsusfructus fuit alicui relictus. Sed quia vsusfructus est vel certæ rei, vel omnium rerum, vel partis, vel omnium bonorum, vel quotæ hæreditatis, vel totius assis,

Dicendum primo, quod si relictus sit alicui
22 † vsusfructus singularis rei, vt puta, si Dominicus Bassanus amicus meus vineæ, quam nõ procul à mœnibus Vrbis possidet in Monte Mario, cœli temperie, fructuum omnis generis bonitate nemini in agro Romano secundo, & ad quã semel aiit, bis quolibet, anno solet diuertere, alicui relinqueret vsusfructum, vtiq; sententia
23 in † illius hæredem lata non posset exequi super fructibus eiusdem vineæ, quia isto casu vsufructuarius conueniri non potest, nec soluere obligatus est debitum hæreditarium. *Gul. Bened. cap. Raynutius, §. catera bona num. 43. Cozadin consf. 94. num. 23. circa medium. l. 1. §. si hæres ad Trebell.* per quem textum ita firmat *Bart. in l. fin. ff. de vsufruct. leg. nu. 1. Castr. consf. 294. in causa quæ lib. 2. num. 3. vers. sed hic, & col. fin. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. numer. 1. vers. primo,* vbi de communi. *Achil. Pedroc. consf. 7. num. 131. subdens num. 136. &*
24 *seq.* quia alias sequeretur, quod contra † ipsũ vsufruarium daretur personalis actio, quæ non potest exerceri contra singularem successorem. *Michael Graff. §. legatum, quæst. 35. num. 3. Menoch. præsumpt. 143. disputari nu. 5. lib. 4. Ruin. consf. 206. lib. 2. num. 29. in fin. Papien. in praxi in forma libell. quo agit ad dotem, §. dedit, & legauit, numer. 5. in fine vers. tertio. Parlador. rerum quotidianarum lib. 2. cap. fin. 4. part. §. 2. num. 6. vers. in summa. Morla in suo emporio Iuris part. 1. de varijs quæst. 2. num. 11. vers. quod secus.*

25 Ampl. etiam vbi legatus est vsusfructus † omnium mobilium, & immobilium, siue partis illorum tantum. *Bart in l. fin. ff. de vsufruct. legat. num. 3.* quem sequitur *Couar. testans de communi var. resol. lib. 2. cap. 1. multum n. 3.* eam afferens rationem, quia idem est, quod legatum particularis rei, nam apud hæredes remanent iura reliqua hæreditaria, quæ tertium genus bonorum constituunt: idem censuerunt *Graff. §. legatum quæst. 35. numer. 5. Menoc. præsumpt. 143. disputari lib. 4. num. 6.* addendo vsufructuarium non pati aliquid alienari, ad extinguendum æs alienum, quo illius minuatur vsusfructus. *Socin. iun. consf. 115. circa lib. 1. numer. 2.*

26 Ampl. præsertim vbi legatur † certa res, pleno iure vsusfructus, & proprietatis. *Cast. consf. 294. In causa quæ vertitur lib. 2. col. fin. vers. Nam, & idem*; eam afferens rationem, quia æs alienum hæreditarium non detrahitur de singulis rebus, sed de vniuersitate, & ideo de alijs rebus extinguendum, si sufficiant, alias in subsidium capiuntur legata. *Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. cætera bona nu. 44. vers. Nam idem esset.*

27 Limit. in subsidium, si cætera bona non sufficiant pro satisfactione æris alieni. *Menoc. præsumpt. 143. lib. 4. num. 7.*

Limit. vbi agitur de onere soluendo ratione fructuum. *l. hactenus vers. alia onera, & vers. stipendium, vel tributum, ff. de vsufruct. l. si pendentes, §. si qui, ff. eod. l. quaro, ff. de vsufruct. l. fructus vers. functionum grauamen, C. de action. empt. Pinel. in l. 1. part. 2. num. 72. C. de bonis matern. Spina in specul. testamen. glos. 13. num. 81. in fin.*

28 Limit. vbi agitur de solutione † oneris debiti à re legata, vt puta de tributo, vel canone, si res legata non esset immunis, vel esset emphiteotica, *Bart. l. quaro 28. ff. de vsufruct. legato, Couar. pract. quæst. lib. 2. cap. 2. num. 6. in fin. Graf. de succes. §. legatum quæst. 27. n. 1. Bal consf. 237. lib. 1. num. 3. in fin. Aret. in §. constituitur, inst. de legat. num. 9. Gul. Bened. in cap. Rayuutius, §. catera bona, de testamen. Socin. consf. 119. circa; lib. 1. numer. 1. & seq.* concludens emphiteotam, conductorem, maritum, qui fructus omnes fundi emphiteotici conducti, & dotalis percipiunt, soluere debere collectas, & tributa imposita rei, quam recepit in emphiteusim, vel dotem, vel conduxit; & exulem, vel excommunicatum excusari ab his oneribus, quia fructus non percipit: quæ dixit *Socin.* de conductore exule, & excommunicato, prius firmauerat *Roman. consf. 73. circa num. 4. in fin. & num. 5. Curt. sen. consf. 36.*
29 *super,* idem repetẽs in emphiteota, † sed dissentit in conductore, qui pensionem in compensationem fructuũ soluit, & conducit ad modicum tempus, idem repetens de onere reficiendi viam prope fundum. *Papiens.* loquens de taleis impositis specialiter rebus, *in forma libel. quo agit ad dotem, §. dedit & legauit, numer. 6 vers. & hoc vltimo casu. Thomat. de collectis, §. exposuimus, num. 17. & seq.* vbi præterea agit, quando incipiat onus soluendæ collectæ, an à morte testatoris, vel perceptionis fructuũ. *Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. part. 2. nu. 72. vers. nono.* extendens etiam ad onera debita, etiam ante concessum vsumfructum. *Morla in suo emptorio iuris. part. 1. de varijs quæstionibus. quæst. 2. num. 10. & late Achil. Pedroc. consf. 7. num. 235. & seq. Ruin. consf. 77. de duobus, num. 1.* addendo idem dici de vassallo: qui cum argumenta retulisset, quibus probari pos-
30 set emphiteotam † & conductorem nummis teneri ad onera, deinde *num. 6. & seq.* limitat si soluatur pensio digna fructibus: & limitatio ista comprobari potest ex his quæ de annuo legato soluendo ab vsufructuario dicam infra.

31 Contrarium, quod onus † canonis fundi emphiteotici, cuius vsusfructus sit alicui relictus, spectet ad hæredem, respondit *Achil. Pedroc.*

droc.,conf.7. num.122. & seq. Verum credo illum ita censuisse ex his quæ in casu suo concurrebant, quia testator dixerat legare vsumfructum liberum: & vrgebant quæ dicam *in seq. Limit.* vt videtur censuisse *Castr. conf. 294. lib.2. in fin. verf. Nam & idem.*

32 Sublimita vbi solutis oneribus † vsusfructus sit inutilis vsufructuario, *l. fin. §. fin autem legata. & § seq.* vbi *Castr.* & reliqui notant, *C. de bon. quæ liber. Gozadin. conf. 94. nu. 26. Ruin. conf. 206. de plurib. nu. 30. verf. sed legatis annalibus, lib. 2. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 2. multum num. 7. verf. tertio, Card. Alban. in suis locubrat. ad Bart. in l. quæro, ff. de vsufruct. legat. verf. limita. Crotus conf. 67. nu. 44. Menoch. præsumpt. 143. disputari, lib. 4. nu. 12.* vbi plures idem sentientes refert, addendo idē dicendum, si coniecturis elici posset, testatorem voluisse tale onus subiri à suo hærede, vt etiam voluit *Couar. pract. quæst. lib. 2. cap. 2. num. 6. verf. & id verum est, addentes ad Aretin. §. constituitur, Instit. de vsufruct. n. 9. in fin.*

Intelligas tamen, quæ dixi in principio præcedentis sublimitationis, si donec durat vsusfru-
33 ctus, onera † sint talia, & tanta, vt legatarius nullam percipiat vtilitatem: secus si ad tempus tantum vsusfructus sit inutilis. *Aegid. Thomat. tract. de collectis, §. pauperes, num. 27. & seq. & § expofuimus, num. 17. & seq. Graf. de fucc. §. legatum, quæst. 27. num. 2.*

34 Si autem relicto alicui vsufructu certe rei † alteri relinquatur vsusfructus omnium bonorum, iste concurrat cum particulari, & in qua parte, *Paul. de mont. pico in l. Titia, § Titia, ff. de legat. 2. num. 31. & 88. Roland. à Val. conf. 8. ponderatis, lib. 2. nu. 31. & seq.*

Dicendum secundo, si legatus fuerit vsusfru-
35 ctus omnium rerum, quod cum nomen Rei † generis sit, *l. 1. ff. si cert. pet.* vbi *Alex. nu. 11. & 50. et Iaf. num. 45.* aptum comprehendere mobilia, & immobilia iura, actiones, corporalia, & incorporalia, facta, & non facta, carentia ratione, & rationalia, tam libera, quam non libera. *l. rei appellatione, 23. ff. de verb. signif.* vbi *Rebuf. Gomez. in § omnium, instit. de action. num 20. & seq. Rodoan. de rebus eccles. non alien. quæst. 14. num. 4. & seq. Mozzius de contract. cap. quæ veniant appell. rei, nu. 13. & seq. Borel. conf. 1. num. 79. & seq.* addendo contineri etiam mœnia vrbis, vel oppidi, aquarum decursus, flumina, & similia. Et ideo videatur idem dicendum, quod dicam de vsufructu totius hæreditatis, quæ est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. *l. nihil aliud, ff. de verb. signific.* ne bis repetam idem, quæ hic dici possent refero infra
36 *verf. Secunda* †, cum temperamento tamen, nisi nomine proprio exprimantur res, secus si generali nomine, tertiæ, vel quartæ, vel dimidiæ partis rerum, ex his quæ dixi *supra verf. dicendum primo,* & innuit *Graf. de success. §. legatum, qu. 23. num. 2.* & aduerto dixisse *Bart. in l. fin. ff. de vsufruct. legat. num. 2. et seq Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. cætera bona nu. 44. in princ.*

Dicendum tertio, si relinquatur vsusfructus quotæ, vel omnium bonorum testatoris, quia
37 bona † dicuntur, quæ supersunt, deducto ære alieno *l. fin. § fin autem as alienum, C. de bon. quæ lib. l. bonorum, l. subsignatum, §. bona ff. de verb. signif. l. mulier, ff. de iur. dot. Surd. conf. 192. num. 33.* vbi ex *Alex. & alijs antiquiori-*
38 *bus,* concludit filiam † cui pater reliquit dotem, cum pacto, quod de bonis suis nihil præterea petere possit, non excludi, quominus petat dotes maternas, quia illæ non sunt patris; & effectu idem est, relinqui vsumfructū patris, vel omnium bonorum, quod relinquere vsumfructum quotæ, vel totius hæreditatis: quia pri-
39 mo † casu solutio onerum fiet ab herede ex corporibus hæreditarijs: Secundo autem casu fiet ab ipsomet fructuario, qui distractis bonis pro ære alieno soluendo, minuit vsumfructum sibi relictum, diminutis corporibus quibus fruatur, vt considerat *Natta conf. 105. manifesta, n. 11.* & cauetur *lege Hispana,* teste *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 2. nu. 2. in prin.* Ideo isto casu dicendum, quod dixi in sequentibus, illo excepto, quod antequam ab hærede tradatur quota bonorum relicta, quod ab hærede prius fiet pro rata æris alieni deductio, vel in totum illud extinguetur, si omnium bonorum sit relictus vsusfructus. *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 2. et num. 3. in fin. et num. 4.* improbando
40 *nu. 6. in princ. Gozadin.* qui † voluit contrarium, qui aluari posset, si ex coniecturis dici posset, ita testatorem censuisse, vt subdit *idem Couar.* & post illum *Menoch. præsumpt. 143. disputari, lib 4. num. 12. 20. et seq. Pincl in l. 1. C de bonis matern. part. 1. in 72. verf. septima.*
41 Legatum vsusfructus partis, vel omnium † rerum, idem esse, quod legatum partis, vel omnium bonorū dixit *Bart. in fin. ff. de vsufruct. legat num. 3.* quem sequutus est *Menoch præsumpt. 143. disputari, lib. 4. num. 11.* asserens alibi idem dixisse. Et effectu idem illa esse, quod legatum vsusfructus partis, vel totius hæreditatis, mox dixi *ex Natta.*

Pro complemento dicendorum hoc §. duæ remanent difficultates: vna est, an validum sit
42 legatum † vsusfructus omnium bonorum, seu hæreditatis, alio hærede instituto post obitum vsufructuarij: vel an sustineatur hæredis institutio, quoad vsumfructum donec hæres vixerit, & illo mortuo alius instituatur vniuersalis hæres. Sed quia examen harum difficultatum excedit materiam nostram exequutionis sententiarum, sufficiat indicasse, ista examinari a *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 5. & Graf. de success. § legatum. quæst. 23.* qui referunt præterea pugnantes antiquorum opiniones.

Secunda, & conueniens nostro argumento est, an sententia lata contra hæredē exequi possit contra vsufructuarium partis, vel totius hæreditatis, & consequenter, an contra vsufructuarium partis, vel omnium rerum, vel bonorum hæreditariorum. Et præmisso quod quæ dicam
43 de vniuersali hærede, † eadem sunt dicenda de hærede partis hæreditatis, pro ea parte, qua est hæres, iuxta regulam *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.* & censuit *Papienf. in form. libel.* quo

quo agit ad dotem , §. *dedit* , *& legauit nu.* 6. *verſ. ſecundo caſu* , & quia vere eſt hæres , in eumque pro rata tranſeunt hæreditaria iura ,
44 actiue, & paſſiue, vt aduerſus † *Crotum* probat *Iacob. de Nigris in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *n.* 86.

Controuerſa tamen quæſtio eſt an vſuſfructuarius totius, vel partis hæreditatis , conueniri, & condemnari poſſit , & conſequenter in eum fieri executionem , pro ſolutione eorum , quæ à defuncto , vel illius præcepto ſunt debita: nam
45 † affirmatiuam tenuit *Bart. in l. fin. ff. de vſufruct. legat. num.* 5. *verſ. primo. Bald. conſ.* 237. *Paſtucius lib.* 5. *num.* 1. Concludens hæredem, & non legatarium vſuſfructus, debere de ſoluere æs alienum , itaut non minuatur vſuſfructus, *& conſ.* 477. *vſufructuarius lib.* 3. concludens abſolutè vſufructuarium vniuerſalem eſſe obligatum ſoluere debita hæreditaria . *relati à Menoch. præſumpt.* 143. *lib.* 4. *num.* 2. *&* 3. *relati à Theſaur. quæſt.* 32. *lib.* 2. *in princ.* moti ratione , quod cum nuda proprietas ſit penes hæredem, impoſſibile eſt eum ſoluere debita hæreditaria. *Bartoli* ſequuntur *relati à Couar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *verſ. ſecunda concluſio* , qui licet *in fin.* videatur illam impugnare , fatetur tamen illam proximam eſſe æquitati , & ita iudicaſſe Rogerium de Peruſio , dum eſſet Bononiæ, refert *Matheſil. ſingul.* 4. *Nota quod num.* 1. *Bart. ſequitur Guid.* Papa *deciſ.* 541. *quidam teſtator* ; & illius dicta pluribus comprobar . *Papienſ. in forma libel. quo agit ad dotem* , §. *dedit* , *& legauit num.* 5. *Gul.* Bened. *cap. Raynutius*, §. *cætera num.* 44. vbi reſpondet iuribus à *Bart.* citatis pro ſua opinione, relati *à Roland. à Valle. conſ.* 8. *pendentis* , *lib.* 2. *num.* 1. *& ſeq* teſtantes hanc opinionem eſſe æquam , iuxta *l. ſecundum naturam* , *ff. de reg. iur. relati à Craſ. de ſucceſ.* §. *legatum quæſt.* 35. *num.* 6. teſtante de communi , & in praxi ita ſeruandum; & comprobari poteſt ex dictis *à Capic. deciſ.* 184. *numer.* 5. *addentes ad Matheſil. ſing.* 4. *num.* 2. *& a me de Laudemio lib.* 1. *q.* 13. vbi egi an Laudemium ſit potius debitum vſufructuario , quam proprietario, relati *à Caual. in ſpecul. com. opin. quæſt.* 191. *nu.* 1. addente poſſe agi via executiua aduerſus vſufructuarium *num.* 1. *&* 3.

46 Contrarium, ſcilicet quod ſolutio † fieri debeat ab hærede, tenent reprobato Bartolo, *Caſt. conſ.* 294. *in cauſa quæ vertitur* Bononiæ *lib.* 2. *col. final.* addendo dicta *Bartoli* feciſſe multos errare , congeſti *a Rolan. a Valle conſ.* 8. *ponderatis lib.* 2. *num.* 5. *&* 24. *& ſeq.* concludentes , æs alienum eſſe ſoluendum ab hærede , confutando fundamenta *Bart.* ſicuti fecit *Morla in ſuo Emporio iuris part.* 1. *de varijs quæſtionibus quæſt.* 2. *nu.* 3. *& ſeq. Guid.* Pap. *deciſ.* 541. *quidam, num.* 2. *Crauet. conſ.* 187. *teſtator num.* 1. *verſ. in qua* , *& verſ. amplius* , vbi refert *Bal. & Dec.* ſibi non conſtaſſe, *Surdus deciſ.* 149. *num.* 10. *Gail. obſeruat.* 146. *vſufructuarius lib.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi de communi , & veriori contra *Bart.* teſtatur. *Graſ. de ſucceſ.* §. *legatum quæſt.* 35. *ſucceſſiuè num.* 1.
47 referens *Borgnin.* aſſerentem † opinionem *Bartoli* eſſe phariſaicam, & non ſanam. *Caſtil. tract. de vſufruct. cap.* 49. *Vſufructuarius num.* 19. *& ſeq.* vbi pariter de communi , pluribus cumulatis, qui idem ſentiant, & reſpondet contrarijs. *Lancellot. Galliaconſ.* 4. *numer.* 1. *Graſ.* loquens vbi relictus eſt vſusfructus partis hæreditatis, vel omnium bonorum , §. *legatum quæſt.* 35. *num.* 4. 6. 7. eam referens rationem, quia bona dicuntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno , *Couar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. vbi plures refert. *Bellon. conſ.* 7. *nu.* 1. *Theſaur. quæſt.* 32. *lib.* 2. *nu.* 1. *verſ. ſed relati a Caual. in ſpecul. quæſt.* 191. *in prin. & num.* 5. teſtantes de veriori , & ab ea non recedendum .

48 Contrarietatem hanc reperi diuerſis modis conciliatam , quibuſdam dicentibus , aduertendum , an legatus ſit vſusfructus hæreditatis, vel bonorum: vt priori caſu vſufructuarius in totum vel pro rata vſusfructus conueniatur , & in eum fiat exequutio : ſecundo autem caſu, quia conueniendus eſt hæres , qui detracto omni onere hæreditario reliquum tradere debet vſufructuario ; *Papien. in form. libel. quo agit ad dotem* , §. *dedit* , *& legauit num.* 6. *verſ. Bart. in d. l. final*, concludens per indirectum ſemper fieri exequutionem contra proprietarium, & fructuarium ſimul, vni immunita proprietate , alteri vſuſfructu ; & in effectu parum differre in præiudicium creditorum hæreditariorum , an ſit relictus vſuſfructus hęreditatis, vel bonorum: idem cenſuit *Caſt. conſ.* 294. *in cauſa quæ vertitur Bononiæ part.* 2. *col. fin. verſ. vt multum interſit*.

49 Alij conſiderato fine & effectu † vſuſfructus bonorum , & hæreditatis , non curantes quid Bart. & illi contradicentes ſenſerint, hæredi inſtituto in proprietate , & a cuius nominibus capere debet legatū vſumfructum. *Bal. in l. extraneum* , *ff. de hæred. inſtit. n.* 5. *Socin. conſ.* 131. *in præſenti*, *lib.* 1. *n.* 8. *Gail. obſer.* 146. *vſufructuarius, num.* 6. dant cautelam, vt hæres antequam conſignet hæreditaria bona vſufructuario , vt prius deducat æs alienum , illud ſoluendo, ſi in hæreditate inuenerit pecuniam numeratam; deinde iuxta ordinem datum *in l. a diuo Pio* , §. *in venditione* , *ff. de re iud.* procedat ad alienationem bonorum mobilium , & immobilium , iurium, & actionum, quæ reperit in hæreditate. *Matheſil. ſingul.* 4. *Nota quod* , *nu.* 2. 4. *&* 5. concludens non poſſe perſonali actione agi cōtra vſufructuarium , ſed quod hæres tradat bona , ad effectum vendendi . *Ranchin. ad Guid. Papa* , *deciſ.* 541. *in prin. Ruin. conſ.* 206. *lib.* 2. *num.* 30. *Gul. Bened. in cap. Raynutius.* §. *cætera bona* , *n.* 44. *verſ. concludens* . *Gail obſeru.* 146. *lib.* 2. *num.* 7. *Craſ. tract. de ſucceſſ.* §. *legatum quæſt.* 35. *n.* 2. *ver. ſed tam.* addendo vſufructuarium cauere debere de ſoluendo aliud æs alienum, ſi emergat; & hanc eſſe meram veritatem, & ſic practicari , & hac ratione vſufructuarium, & hæredem ſimul ſoluere , nam alienatis bonis fructuarius carebit fructibus , & hæres proprietate: idem prius dixerat *Couar. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. *&* 7. dicens talem alienationem faciē dam ne maior diminutio fiat in legato vſuſ-

 fru-

fructus, quàm in cæteris legatis. *Menoc. præsumpt.143. disputari lib.4.n.13. vers. altera, & num.19. Bellon. cons.7.n.2. Socin. iun. cons.109. paucis, lib.1.n.14. Rol. à Val. cons.8. lib.2.n.14.* concludens practicam esse, quod hæres antequam tradat bona, vendat tot de bonis, quæ sufficiant, ne hæres molestetur: idem tradit *Caual. in specul. rom. opin. quæst.191. nu.7. & Thesaur. quæst.32. lib.2. num.7. Pereg. cons.65. visis lib.3.n.16. Morla in emporio iuris part.1. de varijs quæst. q.2. num.6. vers. ex quibus argumentis. Paul. de Mõte pico in l. Titia § Titia de leg.2. nu.140. & 150. vers. tamen Gozadin. cons.94. num.24. in fin.*

50 Si autem vsufructuarius fuerit institutus † hæres, alio illo defuncto instituto hærede, & emergat æs alienum, volunt aliqui, quod secundus hæres possit petere à primo bona, quæ sint satis ad extinguendum æs alienum, & illa vendere. *Crauet. cons.187. testator num.1. vers. in qua re,* subdens in *vers. sed dubium.* quid dicendum de solutione legatorũ, ideo *Bald. cons.237. Titius lib.1.n.2. & 3.* dum voluit legata, & æs alienum minuere vsumfructum, subdit, quod quamuis cum solo hærede agi possit actione ex testamento ad soluendum legatum, quia quasi contractus est initus inter hæredem & legatarium, non autem inter legatarios, quod nihilominus legatorum solutio fieri debet ab hærede, & legatario vsusfructus simul, quia tale onus non est fructuum, sed hæreditatis. *Gail. obseru 146. vsufructuarius lib.2.n.7. Craff. de success. § legatum quæst.35.n.7.* vbi præmissa difficultate an validum sit tale legatum, concludit, eum hærede agendum esse de solutione æris alieni, & legatorum, non tamen declarat an de proprio, vel hæreditarijs bonis, sed referendo *Matthesil.* & reprobantes *Bartol.* tradit solutionem fieri de bonis hæreditarijs, non autem hæredis. *Bellon. cons.7.n.4.*

Contrarium tenuit *Bald. cons.237. Pastucius lib.5.n.1. & 2.* concludens hæredem obligatum esse soluere æs alienum, & alia onera, nisi sint debita ratione rerum. *Gozad. & Corn. relati à Couar. resol. lib.2. cap.2.n.6. in princ. & num.7. vers. cæterum.*

51 Alij distinguentes† an legata particularia sint annua, successiue durante vsufructu, vel perpetua soluenda, & tunc soluantur ab vsufructuario; aut sunt legata semel tantum soluenda, & maximæ quantitatis, & tunc solutio fit ab vsufructuario, & proprietario, distractis bonis hæreditarijs, quæ sufficiant pro rata, amittente vsufructuario vsumfructum, & hærede proprietatem. *Nat. cons.7. in princ. & n.1.*

52 Alij distinguentes, † quod aut agitur de iudicio inchoando, & exercendo, aut de exequendo iudicata; vt priore casu agendum sit eum hærede, secundo autem eum vsufructuario. *Parlador. rerum quotidian. lib.2. cap. fin.4. part. § .2. n.7.* concludens petendam esse executionem aduersus vsufructuarium, & hæredem posse nominare bona hæreditaria, pro exequutione facienda, & illa distrahi.

53 Alij distinguentes an vsufructus † seu vsufructuarius, sit legalis, quali est is, cui a lege est concessus, vt patrifamilias in aduentijs filij sui, vel an sit ex testamento; vt priori casu conueniatur vsufructuarius, idemque condemnetur, in eumque fiat exequutio, secundo autem casu agendum esse eum hærede, qui ex bonis hæreditarijs soluat. *Couar. var. resol lib.2. cap.2.n.7. vers. cæterum in fin. Morla in suo emperio iur. part.1. de varijs quæstionibus, quæst.2. num.9.* concludens solutionem tamen faciendam de bonis, quibus fruitur, nisi sit legatum annuum.

54 Alij facientes differentiam, † an vsufructuarius soluerit coactus, & tantos perceperit fructus, qui æquent quantitatem solutam, vel illam excedant, seu non æquent; vt priori casu vsufructuarius nihil finito vsufructu repetere possit, secundo autem possit petere, quod est reliquum, vt ex *Ruin. cons.41. lib.2. num.2.* concludit *Menoc. præsumpt.143. disputari lib.4.n.4. vers. ego,* cuius conciliatio si vera est, destruit quod dixi supra *vers. alij considerato,* & aduersatur ijs, quæ idem *Menoc.* subdit *n.17.*

55 Alij ad tollendos circuitus, volunt hæredem † & vsufructuarium simul conueniendos, & condemnato hærede cum fructuario in solidum, fieri exequutionem in hæreditarijs bonis. *Gutticos, pract. quæst. lib.2. quæst.58. num.58.* qui loquitur de donatario partis, vel omnium bonorum, sequitur *Caual. in specul. com. opin. quæst.191.n.9.* & ita iudicatum fuisse testatur *Thesaur. quæst.32. lib.2.n.7. in fin.*

Relatis conciliationibus Doctorum in hac controuersa difficultate, sequendo opinionem

56 receptam contra *Bart.* † quod æs alienum, & legata sint soluenda ab hærede, & non ab vsufructuario ex corporibus hæreditarijs, illam prætetea.

57 Amplia vbi relictus est plenus † & integer vsufructus, nam poterit hæres alienare tantam quantitatem bonorum hæreditariorum, retento vt dicebam supra, ordine tradito *in l. a diuo Pio, § in venditione, ff de re iud* quæ sint satis ad extinguendum æs alienum debitum a testatore tale relinquente legatum. *Ruin. cons.41. lib.2. num.12. Bellon. consil.7. num.6. Menoc. præsumpt.143. disputari. lib. 4. num. 16.* re-

58 probato *Crauet.* ex † cuius dictis videbatur cõtrarium dicendum esse, ea motus ratione, quod cum bona dicantur, quæ supersunt deducto ære alieno, bona distracta ad extinguendum æs alienum non erant testatoris, sed creditorum.

59 Ampl. quod si vsufructuarius † aliquid soluit, possit finito vsufructu, retinere tantam bonorum hæreditariorum quantitatem, qua extinguatur æs alienum solutum, etiam quod non appareat quod soluerit de proprio patrimonio. *Socin. iun. cons.109. paucis, lib.1. nu.15. & 16. quem sequitur Menoc. præsumpt.143. disputari, lib.4.n.17.*

60 Ampl. in vsufructuario legitimo, † qualis est pater in aduentitijs filio relictis, *l fin. § fin autem C. de bon. quæ liber.* vbi *Bald. Fulgos. & Cast. Caual in specul. com. opin. quæst.191.n.6. Gul. Bened. in cap. Raynutius, § cætera bona, num.44. in princ. & vers. nec est verum,* vbi tra-

tradit praxim solutionis faciendæ isto casu.

61 Ampl. etiam † quoad expensas funeris testatoris. *Paul. de Monte pico, in l. Titia, §. Titia, ff. de legat. 2. num. 179. Castil. de vsufruct. cap. 49. num. 25. et seq.* addendo idem dicendum de expensis infirmitatis.

62 Ampl. vt ex legato vsusfructus † hæreditatis, vel bonorum, sit detrahenda legitima filiorum, si tale relictum, vel institutio, quoad vsumfructum sit factum à patre, vel alio, qui legitimam debet relinquere, vt late probat *Gail. obseru. 44. maritus, lib. 2. numer. 1. Dec. consf. 485. num. 14.*

63 Et ratio est, quia legitima † est quasi æs alienum patris. *l. Papinianus, §. si quis impubes, ff. de inof. testam. Natta cons. 145. num. 22. Mandel. consf. 377. quamuis, num. 28. & seq.* vbi agit quando illa æquipararetur creditoribus paternis, & an pro illa competat hypotheca. *Puteus decis. 39. part. 2. num. 2. et seq.*

64 Ampl. etiam si agatur de solutione † aliorum legatorum, quæ semel tantum sunt soluenda. *Gozadin. cons. 94. num. 22. Rolan. à Val. cons. 8. ponderatis, vt 2. num. 24. & seq.* vbi respondet contrarijs.

65 Ampl. quod si legata non fuerint soluta † viuente vsufructuario, non possit illius hæres molestari ad aliquam solutionem. *Gozad. consf. 94. num. 25.*

Ampl. etiam vbi vxori relictus est vsusfructus

66 † & fuit institutus hæres extraneus. *Bellon. consf. 8. desiderassem nu. 4. & 5. Crauet consf. 563. num. 1. Menoc. præsumpt. 143. disputari lib. 4. num. 15.*

67 Ampl. præsertim si grande † sit æs alienum, vel legata sunt magna. *Bellon. consf. 7. desiderassem num. 2.*

68 Limit. quoad æs alienum † conflatum post vsumfructum constitutum, *vt ex Cast. tradit Crau. consf. 187. testator, numer. 1. vers. non omitto, Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 6. vers. quid si agatur*, concludens relatis, & declaratis *Cast. & Crau.* vsufructuarium debere illud soluere ex vsufructu, si tale æs alienum sit indictum rebus ipsis, vel personæ, ratione rerum, sequitur *Thesaur. quæst. 32. lib. 2. num. 4.*

69 Limit. vbi ex coniecturis † apparet testatorem aliud voluisse *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 6. vers. & id verum. Menoc. præsumpt. 143. disputari lib. 3. num. 19. & seq.* vbi refert, quæ sint istæ coniecturæ, sicuti *& Gozad. consf. 94. numer. 23. 27. Surd. decis. 193. legatum nu m. 4.*

70 Limit. in legatis annuis, nam † illa sunt præstanda ex fructibus, ideo ad illorum solutionem conueniendus, & damnandus est vsufructuarius, sententiæque executio fit in fructibus, non autem in corporibus hæreditarijs, *l. fin. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. vbi Sal. in princ. notat. Soc. iun. consf. 115. circa lib. 1. num. 10. Bertrand. consf. 376. supposito vol. 2. part. 1.*

71 modo † illis solutis remaneat fructuario condigna alimenta, *Gozad. consf. 94. num. 27. vers. non obst. contraria. Rol. a Val. consf. 8. lib. 2. num. 27. & seq. Menoc. præsumpt. 143. disputari lib. 4. num. 18. Bellon. consf. 7. numer. 6. Thesaur. quæst. 32. lib. 2. nu. 5.* addendo idem

72 dicendum † si legatum non sit soluendum in continenti, sed infra annum, vel aliud tempus, *Surd. decis. 28. Antonia, num. 2. 5. & 6.* subli-

73 mitando † si vsusfructus fiat fructuario inutilis so-

74 lutis annuis legatis; & quod si talia annua † legata non fuerint exacta à fructuario, non possunt exigi ab hærede testatoris, vel substituto

75 fructuarij, nec pro illius dari † hypothecariam, vt dixerat *num 1. & seq.* subdens *numer. 8. & seq.* rationem suæ assertionis concludentem. *& decis. 193. legatum. num. 1.* vbi refert plures concordantes, & *Alexandrum* dissentientem: & istæ duæ decisiones sunt factæ in eadem causa. *Morla in suo empor. iur. part. 1. de var. quæstionibus quæst. 2. num. 9. vers. solutio.*

76 Limit. vbi relinquitur alicui vsusfructus † tertiæ, vel alterius quotæ hæreditatis, *gos. l. fin. ff. de vsufruct. legat. l. si quis seruum §. fin. & l. seq. ff. de legat. 2. Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. cætera bona num. 43. vers. si autem,* concludens talem vsufructuarium obligari soluere pro rata onera hæreditaria, sed finito vsufructu, repetere soluta, sequitur *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. multum num. 1. vers. secunda conclusio*; addendo hanc opinionem esse æquitati proximam. *Castil. de vsufruct. cap. 49. num. 5. Paul. de mont. pic. in l. Titia, §. Titia, ff. de legat. 3. num. 150.*

77 Contrarium † probat *Morla in suo Empor. iur. part. 1. de var. quæstionibus quæst. 2. n. 11. vers. sed contrarium, relati a Castil. de vsufruct. cap 49. num. 12. et seq.*

78 In vsufructu autem † vniuersali mobilium, & immobilium non continentur emolumenta protocollorum notarij. *Bart. l. diuortio, §. si vir. ff. sol. mat. Guid. Papa decis. 541. num. 4.* & dixi *de laudem. lib. 1. quæst. 13. numer. 17. et sequen.*

78 Item non comprehenduntur † iura & actiones. *Socin. iun. consf. 115 circa lib. 1. num. 1.* ea motus ratione, quia illa sunt tertia species bonorum, vt late dixi in meis collectaneis *ad l. mouentium ff. de verb. signif.*

80 Item non continetur legatum † alteri in specie relictum. *Socin. iun. consf. 115. circa, lib. 1. num. 3. 5. 6.* 1a. Si tamen detur casus, quo ex testatoris voluntate illud sit debitum, restringitur ad medietatem. *Soc. iun. cõs. 115 circa, lib. 1. num. 13. & seq.*

81 Item si fuerit relictus vxori, non † continentur fructus feudi. *Paul. de Mont. pic. in l. Titia, §. Titia, ff. de legat. 2. num. 122. & seq.* subdens *n. 124.* an saltem illi sit debita æstimatio, *iuxta l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid.*

82 Item quando nomina † debitorum. *Achil. Pedroch. consf. 7. numer. 166. & seq. & 190 & seq.*

SVM-

§. XXIII.

SVMMARIVM.

Defensio est causa fauorabilis, singularia plura ideo sunt concessa. 1.
Aduocatus defendit reum inuitum, & ab illo consequi potest debitam mercedem. 2.
Medicus curare potest infirmum nolentem, & ab eo consequi mercedem, et expensas factas. 3.
A carcere redimens debitorem nolentem repetit, quæ soluit. 4.
Solui potest pro inuito, vt excusetur a pœna amissionis bonorum. 5.
Litem alicui motam quando cuicunque liceat defendere. 6.
Sententia lata contra reum defensum, contra illius voluntatē, an exequutioni mandetur contra defensum, vel qui defendit inuitum. 7.
Fideiussor defensoris litis exequutiuè cõuenitur. 8.

1 DEfensionis causa cùm sit fauorabilis, † & illi plura sint concessa singularia, siue agatur de persona, siue de bonis rei conuenti: nam si agatur de defensione alicuius ex
2 delicto sibi impicto, † licitum est, illum etiam nolentem defendere: *l. non tantum, ff. de appellat*. Medico datur actio ad petendum † mercedem, & expensas ab infirmo, quem inuitum curauit, & ab interitu defendit. *Franc. in cap. fin. de foro compet. in sext. num. 6. vers. sicut alias. Gomes. de infirm. resignat. quæst*. 11.
4 *vers. decimumsextum*. Redimens aliquem † à carcere repetit soluta, nolēte redempto. *Franc. d. cap. fin. num. 6. & Ancar. num*. 4. & vt quis
5 excusetur † à pœna amissionis bonorum, potest quis inuito creditore soluere. *l. soluere, ff. de solut*. & late sum prosequutus *in meis collectaneis ad eundem textum*, & demum litē alicui
6 motā † licet cuicumque data cautione æstimationis illius. defensionem suscipere. *§. si vero, instit. de satisdat. l. si procurator meus*, 28. *l. Plautius*, 61. *ff. de procur.*
Si contingat in personali actione intentata,
7 reum condemnari, † an exequutio sententiæ fiat in defensorem litis, vel reum conuentum. *Io. Faber. in §. fin. instit. de satisdat, num*. 9. excitata difficultate; aliquibus iuribus hinc inde consideratis, concludit, quod exequutio fieri potest in eum, qui defensionem litis suscepit, & illo non habente in bonis, fieri in reum principalem. Vel quod victori detur electio, an curet exequutionem fieri in reum, vel defensorem: Si vero actum fuit actione reali, quod exequutio fiat in ipsa re controuersiam passa, & esset iniquum aliter facere: subdens
8 *num*. 10. fideiussorem † defensoris litis, exequutiue conueniri posse, tanquam, vt ego addo, fideiussorem iudicij, & absque alio processu, ad differentiam fideiussoris contractus, vt dixi *supra §. 4. et* 5. latius tamen dixi *sup. §. 6. num*. 15. *et seq. et* §. 11.

§. XXIV.

SVMMARIVM.

Creditum non liquidum non meretur exequutionem, & quare. 1. *in eo cessat facultas capiendi bona debitoris propria auctoritate*. 2. *Contrarium quod sufficiat liquidare capta possessione*. 4. *Concorda*. 5. *Amplia secundam opinionē*. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 23. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit*. 10.
Pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate quādo exerceri possit contra resistentē. 51
Creditum quando dicatur non liquidum. 3.
Possessio quando dicatur interuersa. 20.

1 EXequutionem non mereri illiquidū † creditum dixi *infra cap*. 5. & id esset constitutum ratione incertitudinis, quæ vitiat omnem hominis actum seu dispositionem, *glos. l. sed & si ita* 10. *verb. inutilis, de stipul. seru. l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel. cap. 2. de elect. in sext*. propterea si debitum non sit liqui
2 dum, nullatenus exerceri potest facultas † capiendi bona debitoris propria auctoritate. *Bal. cons*. 283. *missionem lib*. 5. *num*. 3. *vers. et hoc quia de pignor. Angel. in l. 3. C. de pignor. ib. nu. 6. vers. pro exequutione, Socin. cons*. 21. *n. 4. in fin. Cotta in memoral. § pactum el* 1. *Alex. cons*. 51. *in fin. lib*. 5. *et. cons*. 153. *circa litem, nu. 6. lib. 6.*
3 exemplum † referens, si nondum aduenit dies solutionis, si non est purificata conditio, & similia, quæ refert *Farinac. de furtis quæst*. 175. *part. 6. num*. 240. & 242. *post med. et Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. nu*. 47. *Syluan. cons*. 26. *diligenter vi*, §. 15. *num*. 1. *relats à Pacific. de Saluian interdict. inspect. 3. cap. 4. nu*. 713. *Neguz. de pignorib. part*. 4, *num*. 22. *Tuscus conclus*. 37. *pactum, num*. 19. *et* 53. exemplum referens, si creditum sit conditionale, *Afflict. ad constit. Regni de cultu pacis, num*. 20. *vers. tertio*, addendo debere esse liquidum in omni sua parte, *et num*. 48. ampliat etiam si agatur de credito fisci. *Cagnal. l. si quis maior, C. de transact. num*. 61. *Menoch. de adipisc. possess. remed*. 5. *num*. 47. *et seq*. distinguit.
Contrarium, quod satis sit illud liquidare post
4 † captam possessionem, tenent *Bald. et reliqui relati à Farinac. de furtis quæst*. 175. *nu*. 241. *et Menoch. de adipiscend. possess. remed. 5. nu*. 59. *et seq. vers. altera*, vbi refert argumenta, quibus ista probatur opinio, subdens *num*. 61. *et*
5 *seq*. quod hæc contrarietas † tollatur ex duplici praxi: vna, vt creditor petat suum pactum, vel instrumentum exequi à iudice, vel ipse possessionem ingrediatur, & ingressus statim producat articulos super liquidatione, citato debitore ad videndum liquidari suum creditum, & hoc casu vera sit prima opinio. Altera est, quando creditor prius petat creditum suum liquidari, & pronunciato illud esse liquidum ingredi possessionem, ex pacto, & vera sit secunda opinio: & quod tale pactum sit validum, *ex Bart. et alijs*

alijs probat Cartar. decis. 12. num. 19.

Amplectendo tamen secundam opin. seu pra-
6 xim, † illam prærerea ampliabis, si expresse conuentum fuit, licere creditori, ingredi possessionem causa sui crediti, etiam nulla liquidatione facta. *Bart. in repet. l. creditores, C. de pignor. n.16. quem sequuntur Socin. Afflict. & reliqui relati à Menoc. de adipisc. poss. remed. 5, n.63. et seq. Farinac. de furtis, quæst. 175. n. 245.* vbi alios congerit. *Neguf. de pignor. par. 4. n. 22. circa med. Bald. in l. 3. C. de pignor. num. 4. in fin.*

7 Ampl. præsertim si talis † liquidatio fiat in continenti post ingressum, atq. dictorum *Cast. cons. 19. supra scripta col. 1. lib. 1.* quem refert *Ruin. cons. 152. n. 8. et 9. vers. secundo lib. 4.* cum alijs relatis *Menoc de adipiscend. remed. 5, n. 66. & seq. Farinac. de furt. quæst. 175. num. 242. in fin.*

8 Ampl. præsertim si pacto de ingrediendo † sit addita clausula constituti, nam alia non opus est liquidatione. *Ruin. in cons. 252. lib. 4, nu. 9. vers. secundo respondetur. Siluan. cons. 26. diligenter visis, n. 2. 4. & 5.* addendo posse etiam de facto resistentem expellere. *Gozadin. cons. 95. prima, n. 8.* latius tamen prosequitur *Menoc. de adipisc. poss. remed. 5. n. 69. & seq. et n. 140.* quando fa-
9 cultas † huius pacti exerceri possit contra debitorem resistentem, & dixerat relatis plutibus *Tiraquel. de iur. constit. part. 1. n. 43.* addendo, *n. 44.* qui velint, id licere etiam quod non sit appositum hoc pactum. *Neuizan. cons. 92. n. 15. Farinac. de furtis, quæst. 175. n. 247.* addendo idem dici si fuerit apposita clausula precarij, & procedere etiam contra tertium. *Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. part. 4. num. 714. et*
10 *seq.* † limitando si constituens sit mortuus, & possessio sit ab alio interuersa. *Farinac de furtis, quæst. 175. n. 147. Franc. Aret. cons. 21. n. 5. Socin. cons. 82. lib. 3. nu. 8. in princ. et med. Alex. cons. 85. lib. 6. n. 5. vers. secundo, relati a Caldas forens. quæst. lib. 2. quæst. 36. num. 24. relati ab Amato decis. Marchia 48. Iulia, n. 2. et 3.*

11 Ampl. etiam vbi nulla præcessit causa † exercendæ facultatis datæ creditori virtute huius pacti, orta tamen est causa quate illud exerceatur; vt puta si debitor sit a loco contractus & sui domicilij recessurus, *l. quæsitum, ff. de pignor. Roman sing. 176. vltimo quæro,* vbi aliud exemplum refert, si debitor coepit dilapidare, qui cõuenitur etiam durante dilatione, *Pacific. de Saluian. inspect. 3. part. 4 n. 700. & seq.*

Ampl. præertim quando per exequutionem
12 † eius pacti, debitum deducitur in notorium, *l. 1. C. si. mancip. ita fuer. alienat.* per quem textum ita concludit *Bart. in repet. l. creditores, C. de pignor. nu. 14 vers. quando que debitum tempore contractus, Neguf. de pignor. part. 4. n. 22. vers. duodecima conclusio, Farinac. de furtis, quæst. 175. n. 244.* concludentes isto casu non requiri liquidationem. *Menoc. de adipisc. poss. remed. 5. n. 49.* subdens aliud dicendum, si per exequutionem non fiat notorium.

12 Ampl. si legis dispositione † vel cursu temporis post ingressum possessionis sequuta est liquidatio, vt pluribus probat *Farinac. de furt. quæst. 175. n. 248.*

14 Ampl. præsertim si liquidatio † sit facta parte citata, *Cartar. decis. 12. n. 5. & 6. Farinac. de furtis quæst. 175. n. 143.*

15 Ampl. etiam vbi non appatet † aduenisse casum liquidationis faciendæ. *Corn. cons. 218. vt in hac lib. 3. n. 5.* vbi exemplum refert, si pactum istud sit appositum instrumento dotali in casu restitutionis dotis.

16 Ampl. vbi expresse conuentum fuit, † vt creditor possit ingredi etiam non facta liquidatione, vel licentia iudicis, & interpellato debitore. *Farinac. de furtis, quæst. 175. n. 145. & 146.*

17 Ampl. etiam si non esset liquidum † antequam deueniret res ad tertium. *Cast. cons. 10. si vera, num. 6. lib. 1.* quem refert & sequitur *Tuscus concl. 37. pactum de ingrediendo, n. 29.*

18 Ampl. præsertim vbi facilis † est liquidatio. *Neuiz. cons. 82. n. 17.*

19 Limit. vbi vltra facultatiuum pactum † paciscens constituit tenere & possidere nomine creditoris bona præsētia vel futura. *Surd. cons. 221. n. 36.* quem refert alijs pluribus relatis *Pacific. de Saluiano inspect. 3. cap. 4. num. 214.* sublimitando *n. 215.* si constituens sit mortuus, vel pos-
20 sessio fuerit interuersa, † quod dicitur tunc fieri vbi negatur rei dominium, vel quis excipit iure suo possidere. *Afflic. ad constit. regni, de cultu pacis, num. 23. circa prin.*

---

§. XXV.

SUMMARIUM.

Pactum ingrediendi & capiendi possessionem propria auctoritate in casu moræ debitoris, non exercetur contra tertium qui non habet causam a debitore, 1. Ampl. 2. & 3. Limit. 4. 5. & 6.

Dicenda hoc §. summam habent æquitatem: nam cum nemo ex alieno facto obligetur, quamuis fictione iuris, inter obligantem, & obligatum cadat personarum identitas. *Rub. ne vxor pro marit. & ne filius pro patre,* pro-
1 pterea æquissimum est, ne tertius qui non † habet causam ab eo, qui conuenit cum creditore suo, vt vbi erit in solutione morosus, liceat ei auctoritate propria capere possessionem suorum bonorum, molestetur in sua possessione, vt firmarunt *Angel. in l. creditores, C. de pignor. n. 6. vers. pro exequutione. Neguf. de pignor. part. 4. nu. 20. vers. et sic. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. part. 4. n. 696. & seq.* concludens contra illum, non posse intentari Saluianum.

2 Ampl. præsertim si ageretur de exequutione † iuris realis. *Bart. in l. 3. C. de pignor. n. 23. vers. secundo casu, Farinac. de furtis, quæst. 175. n. 257* addendo textum *Bart. esse* corruptum, & deficere negatiuam, Non: & plures consentientes refert *Gabriel. de acquir. poss. conclus. 8. n. 7. Farina c. de furtis, quæst. 175. n. 257.*

3 Ampl. etiam vbi aliquo modo dubitari † potest,

test, an sit locus huic pacto, & non fuit sublata dubitatio, *l. boc iure, l. ita stipulatus, ff. de verb. oblig. cap. 1. & toto tit. vt lit. pend.* per quę iura ita firmat *Mantic. decis. 33. conclusum, n. 17. vers. secundo.*

Limit. vbi iste tertius sciebat † litem pendere super re quam detinet, & creditor dominus vult auctoritate propria capere. *Bart. in repet. l. 3. C. de pignor. num. 23. vers. secundo casu. Angel. n. 5. vers. sed si in persona. Sal. n. 16. in fin. vers. aut habet causam, & n. 18 Farinac. alios plures referens de furtis, quæst. 175. n. 262. & seq.* declarando si lis erat super dominio, secus si super hypotheca, seu vt ego addo res non erat facta litigiosa.

5 Limita vbi iste tertius habuit † causam a paciscente, mediate, *Grat. cons. 37. visis, lib. 1. n. 14. & seq. motus l. Titius, ff. de seru. exportand.*

6 Limit. vbi huic pacto est addita † clausula constituti. *Ruin.* testans de communi, *cons. 124. visa facti, n. 1. lib. 5.*

§. XXVI.

SVMMARIVM.

Pactum facultatiuum capiendi possessionem bonorum debitoris, vbi erit morosus, si addatur clausula constituti, est validum, & a creditore exerceri potest contra tertium qui possideat bona quæ fuerunt debitoris. 1. et 4. et quare, 3. 5. *Ampl.* 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. *Limit.* 21. 22. 24. 25. 26. 27.

Aretin. pater subtilitatum, 22. præceptor Socini senioris, 23.

Qualis & quanta sit virtus clausulæ, constituti, si sola, vel cum alijs apponatur contractui, patet ex tract. *Tiraquel. de iure constituti.* Cæteris omissis, si quæratur quid di-
1 cendum si illa iuncta † fuerit pacto, quod creditor, vbi morosus erit debitor, possit generaliter, vel specialiter, corporalem possessionem bonorum capere, quæ tunc possidebat, vel acquirere, & possidere contigerit: & recentis sex declarationibus datis pacto prædicto, *supra §. 17. in fin. numer. 58. & seq.* dicas licere, vt probat relato *Bartolo, Sal. in l. 3. C. de pig. n. 25.* & post *Sal. Franc. Aret. cons. 21. si diligenter num. 4. & 5. vers. bis tamen,* concludens licere tale pactum exercere contra quemuis hominem
2 de mundo, & resistentem † armis repellere, sequitur *Socin. cons. 82. lib. 3. numer. 8. in prin.*
3 eam afferens rationem, quia † creditor ciuiliter possidens bona sui debitoris, dicitur potius defendere, & continuare suam possessionem, quam
4 de † nouo acquirere. *Alex. cons. 35. nu. 1. & cons. 85. vers. secundo lib. 6. Neguf. de pignor. part. 4. num. 14. vers. istud, & num. 21. vers. tamen, & vers. remanet. relati a Gabriel. de acquir. possess. conclus. 8. nu. 17. Cartar. decis. Ianuen. 12. nu. 7. Tuscus conclus. 37. pactum*
5 *num. 26.* eam afferens rationem, † quia non potuit debitor, creditore ciuiliter possidente, aliū facere possessorem: licet *num. 56.* aliud velit, *& num. 57.* tacite concordet: sed non placet illius concordia *Angelo Aret. cons. 106. in casu,* vbi etiam respondet obiectis, *Farinac. de furtis, quæst. 175. num. 275.* vbi refert qui velint non sufficere clausulam constituti, sed addendam esse precariam, dum prius *num. 234.* retulisset qui velint illarū alterā sufficere, & *n. 235.* retulisset qui velint nec vtranque sufficere, vt per vim litibus sit ingressus, relati *a Caldas quæst. 36. lib. 2. num. 24.* relati *ab Amato decis. Marchia 48. Iulia num. 3. & a Mauson. de caus. exequut. ampl. 6. nu. 26. Afflic. ad const. Regni de cultu pacis nu. 21. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap 4. numer. 76. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 5. num. 7. et 8.*

Contrarium tenent relati *a Mauson. de caus. exequutiuis ampliat. 6. num. 28.* subdens *n. 29.* id remittendum esse Iudicis arbitrio; & ab *Afflic. ad const. Regni de cultu pacis nu. 21. et 22. concordat.*

6 Ampl. etiam si creditum † vel ius insistendi non sit liquidum, *Socin. cons. 82. num. 8. vers. infertur lib. 3.* & dixi *supra §. 24. ampl. 3. Neuiz. cons. 82. num. 16.*

7 Ampl. etiam † contra Ecclesiam. *Franc. Aret. cons. 21. si diligenter num. 5. in prin. et post med.* qui loquitur de Monasterio, quem refert, & sequitur *Socin. illius discipulus cons. 82. lib. 3. num. 8. vers. infertur. Cencius de censib. quæst. 94. num. 18. Mauson. de caus. exequut. ampl. 6. num. 27. Salic. in l. 3. C. de pignor. n. 26. vers. quæro decimo,* & *Bald. num. 8. in fin.* Latius tamen examinat *Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 22. et seq.*

8 Ampl. idem dicendum, † si pacto huic sit addita clausula precarij. *Socin. cons. 82. lib. 3. nu. 8. vers. tamen. Alex. cons. 185. lib. 6. nu. 3. Neguf. de pignor. part. 4. num. 14. vers. istud, et n. 21. vers. tamen, et vers. remanet. Tiraquel de iure constit. part. 1. num. 37. et 34.* addendo siue sit addita clausula constituti, siue nō fuerit addita, *Guttierez. in l. nemo potest, ff. de legat. 1 n. 39.* circa med. licet *Farinac. de furtis quæst. 175. num. 276.* referat dissentientes, inter quos reperio *Salicet. in l. 3. C. de pignor. num. 25.*

9 Ampl. vt non facienda sit differentia † an tertius habuerit, vel non habuerit causam a debitore ita paciscente, *Franc. Aret. cons. 21. si diligenter, num. 5. vers. an monasterium,* sequitur *Socin. cons. 82. lib. 3. num. 8. vers. igitur.*

Contrarium tenent relati a *Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 132. in fin.* sed ex seq. concordari possunt.

10 Ampl. etiam si in loco † rei sitæ esset Statutum, quod tale pactum non posset exerceri cōtra tertium non citatum. *Socin. cons. 82. lib. 3. num. 8. vers. ex quibus, Angel. Aret. cons. 106. in casu.*

11 Ampl. præsertim si tertius detineat † bona quæ quis apprehendit virtute dicti pacti, titulo gratuito, & non oneroso. *Alex. cons. 185. in causa, lib. 6. num. 3.* subdens præsertim si creditor agat vtili Saluiano contra istum tertium.

Ampl.

12 Ampl. etiam per vim, vbi iste tertius, † in- quē tacta fuit alienatio, resisteret, quia tunc creditor potius diceretur se suamque possessionem defendere, quam occupare. *l. eum fundum, ff. de vi, et vi armat. Neguſ. per hunc textum, de pignorib part. 4. num. 20. verſ. octaua. Tiraquet. de iur. conſt. part. 1. nu. 43. verſ. tamen ſi debitor. Gramat. deciſ. 92. num. 21. Menoc. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. nu. 81. et 140. Sal. in l. 3. C. de pignor. num. 24.*

Contrarium tenent relati à *Farinac. de furt. quaeſt. 175. num. 235. Aſſlict. ad conſt. Regni de cultu pacis num. 22.*

13 Ampl. etiam ſi qui fecit † tale pactum, ſit mortuus. *Angel. Aret. conſ. 106. in caſu. Honded. conſ. 18. ib. 2. num. 73. in fin. et 74.* declarando tamen ſi creditor viuente conſtituente adeptus eſt poſſeſſionem. *Ceneius* tamen ſine declaratione aliqua, tenet procedere ſiue conſtituens, ſiue conſtitutarius ſit mortuus, *de cenſib. quaeſt. 94. num. 19. et ſeq.* vbi rationem refert, modo conſtitutarius non negligat capere poſſeſſionem naturalem occupatam ab hærede conſtituentis, vbi notam habuit occupari. *Ceneium ſequitur Mauſon. de cauſ. executiuis. ampl. 6. num. 31. et ſeq. Tuſcus concluſ. 37. pactum, num. 28.*

14 Ampl. præſertim ſi debitor † reſiſtat ſine cauſa, nam creditor exercere poterit ſibi datam facultatem, contra illum ſtatim quod videt illum reſiſtere, ſi ingreſſus fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ: nam cùm virtute clauſulæ conſtituti, poſſeſſio naturalis, & ciuilis, vel ciuilis ſaltem, ſit apud creditorem, poteſt ille de facto ingredi, & repellere reſiſtentem debitorem, tanquam vim ſibi inferentem, *vt ex Bart. Sal. & alijs concludit Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 5. num. 18. cum quatuor ſeq.*

15 Ampl. præſertim vbi tale pactum † cum clauſula conſtituti eſt appoſitum conceſſioni emphiteoticæ, & accidit caſus, quo ſit locus pœnæ commiſſi, vt ex *Imol. & alijs vult Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 5. numer. 80. in prin.* Quod tamen intelligas, ſi agatur cum primo emphitheota, vel ſecundo, ſi inueſtitus fuit cum eo pacto, & dicta clauſula, alias ſecus *Alex. conſ. 2. ex narratis lib. 2. num. 13.* qui loquitur de feudo.

Ampl. etiam ſi factum fuit tale pactum à tutore, ſi contractus ſit validus. *Sal. in l. 3. C. de pignorib. num. 26.* dixi *ſupra §. 22. num. 20.*

16 Ampl. præſertim impetrata † à Iudire familia, quæ ipſum creditorem ingredientem comitetur, & quam Iudex non poteſt negare, ſtante dicto pacto munito clauſule conſtituti, vel precarij, & inſtrumento liquido. *Aſſlic. deciſ. 326. & ad conſtit. Regni, de cultu pacis numer. 22. circa med. Cencius de cenſib. quaeſt. 94. explicauimus num. 13. in fin. & numer. 14.* addendo Rotam ſæpe ita cenſuiſſe, & talem ingreſſum fieri ab aſſociato familia Iudicis, propria auctoritate, & nemine regulariter citato, *num. 15.* vbi plures idem ſentientes congerit, ſicuti & *Mauſon. de cauſ. execut. ampl. 6. num. 26. & ſeq.* & dixi *infra §. 28.*

17 Ampl. etiam ſi iſte tertius ſingulari † titulo acquiſiuit bona, de quorum ingreſſu agit creditor, *Cartar. deciſ. Ianuenſ. 12. num. 7. Cencius d. quaeſt. 94. num. 16. Ruin. conſ. 127. lib. 5. num. 1. Aſſlict. ad conſtit. Regni, de cultu pacis numer. 21.*

18 Ampl. etiam ſi ageretur de rebus † minoris, *Surd. conſ. 271. num. 25. Ceneius d. quaeſt. 94. nu. 17. Mauſon. de cauſ. execut. ampl. 6. n. 27.* & dixi *ſupra §. 22. num. 20.*

Ampl. præſertim ſi clauſulæ conſtituti, † vel precarij, additum ſit pactum de non alienando bona cenſui grauata, vt relato *Cartar. deciſ. 12.* firmat *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl. 6. n. 25. Aſſlic. ad conſtit. Regni, de cultu pacis num. 20. verſ. tertio fallit.*

19 Ampl. etiam ſi iudicialiter tentaſſet † immiſſionem, *vt ex Neuizan. conſ. 82. num. 15. 17. & ſequen.* firmat *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. ampliat. 1. num. 23.*

Ampl. etiam exeuſſionis exceptione oppoſita, 20 † vt relatis hinc argumentis, & diſſentientibus, concludit *Carroc tract. de excuſ. bonor. part. 2. quaeſt. 28. num. 7. et ſeq.*

Ampl. præſertim contra hæredem paciſcentis. *Aſſl. ad conſtit. Regni, de cultu pacis, num. 23.* & dixi *ſupra §. 17. num. 50.*

21 Intellige relatas extenſiones, † ſemper mora debitoris præcedente, vel ſaltem iuſta cauſa concurrente, quare creditor eo vtatur pacto. *Neguſ. de pignor. part. 4. num 15.*

22 Intellige ſecundo ad effectum turbandi † tertium poſſeſſorem ſua naturali poſſeſſione, non autem ad effectum illum deijciendi, vt colligo ex ſubtilitatum patre *Franc. Aret. conſ. 21. ſi diligenter, num. 5. circa princ. verſ. Non dico deijcere*, quem ſequutus eſt illius diſcipulus *Socin. conſ. 82. ſuper, n. 8. circa princ. verſ. et turbare.* Aretinum autē relato encomio decorat *Cagn. in l. 2. C. de pact. int. empt. nu. 252. verſ. quinto* 23 & *Socinum.* fuiſſe illius † diſcipulū tractatur ipſe *dict. conſ. 82. n. 8. poſt. med* & alia de illis dixi in *meis Homologumenis*, dum de illis re tuli quæ ab alijs dicta reperire libuit.

24 Limit. ſi agatur de rebus † feudalibus, niſi probetur dominum conſenſiſſe tali pacto. *Alex. conſ. 2. ex narratis, lib. 2. n. 13.* & ratio eſt, quia in ijs, ſine domini conſenſu nullum ius alicui acquiritur.

25 Intellige tertio, ſi ingrediens declaret † in ingreſſu, quod intendit facultate ſibi data vti ex pacto. *Amatus deciſ. Marchiæ 48. Iulia, n. 15.* vel etiam poſt ingreſſum vt ex *Neguſ. et Mant.* voluit *Paciſic. de Saluian. inſpect. 3. cap. 4. n. 721. et ſeq.*

26 Limit. vbi agitur de fructibus cenſus † conſignatiui, vt dixi *infra, §. 29. verſ. quoad ſecundam.*

27 Limit. vbi poſſeſſio cōſtitutarij eſt interuerſa relati a *Menoc. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. n. 36. circa fin.* dum prius retuliſſet diſſentientes, & dixi *ſupra §. 17. in fin.*

Quid ſi tale pactum ſit initum cum tutore, vel curatore, dixi *ſupra §. 22. n. 20.*

Limit. vbi clauſulæ conſtituti addita fuit conditio, quæ

quæ non probatur purificata. *Gozadin.conf.*28. *num.* 37.

§. XXVII.

SVMMARIVM.

1 Dvplici spe † niti sicuti dulce est, *l.* 3. §. *fin. ff. de libertat. legat. l. cum filius*, §. *varijs*, *de legat.* 2. ita vtile est, pluribus actionibus, vel exceptionibus, iuta sua consequi, & defendere posse, *l. mater. decedens, ff. de in off. testam. l. si creditori, ff. de legat.* 1. *l. petitor, ff de libertat. legat.* Cum tamen exceptio
2 sit fauorabilior † actione, quia sapit rei conuenti defensionem, §. 1. *inst. de except. Bart. in l. pacta conuenta* 72. §. *Papinian. ff. de cont. empt. num.* 5. notandum est, quod exceptioni-
3 bus pluribus † etiam contrarijs quis vti potest. *l. nullus, de reg. iur. l. nemo, ff. de except. Puteus decis.* 356. *lib.* 1. *num.* 8. etiam non refectis aduersario expensis ob talem variationem. *Natta cons.* 16. *num.* 4. *in fin.* addendo ridiculum esse illas petere.

4 Secus tamen est in actionibus; † nam vna electa, alteri censetur renunciatum. *l. quod in heredem*, §. *eligere*, *ff. de tributor.* nec licet variare nisi refectis expensis. *glos. l. edita, verb. perpetui, vers. cum emendatione*, C. *de edend. vbi Ias. num.* 37. imo, & quandoque denegatur variatio etiam refectis expensis, veluti si alicui competat actio ciuilis, & criminalis, nam electa ciuili extincta est criminalis. *Natta cons.* 138. *magnifici, num.* 6. *Surd. late cons.* 39. *ad pauca num.* 1.5. *et seq. vers. his tamen*, & ele-
5 cta † ordinaria via, nō licet regredi ad exequutiuam, illi in ordine iudicij contrariam. *Lancell. de attentat. part.* 2, *cap.* 4. *limit.* 30. *num.* 14. *Cæsar de Graf decis.* 2. *de sent. et re iud. num.* 2. *Marescot. resol.* 38. *lib.* 1. *nu.* 4. *relati à Giurba decis.* 55. *Baro, num.* 18. *Martin. de Cueua decis.* 225. *nu.* 5. *vers. sed his, et num.* 6. *et seq. plurib. et num.* 10. testatur de communi, & de iure veriorem, *relati à Gabriel de action. concl.* 4. *num.* 7. *et à Gonzal. ad regul. Cancel. glos.* 6. *nu.* 192. *et seq. Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin part.* 5. §. 11. *num.* 20. *et seq.* licet non desint, qui aliud sentiant, et distinguendo dissidentes concordent.

Propterea si quis virtute pacti de ingrediendo & capiendo possessionem de facto, & sine
6 iudicis decreto, adeat iudicem, † & ab illo iudicialiter petat immitti, exclusus est facultate, quam ex dicto pacto habebat. *Rip. in cap. cum M. Ferrariens. de constit. num.* 98. *Marsil. de fideius. num.* 71. *Rot. diuers. decis.* 85. *num.* 5. *in recent. part* 2. *Bursat. cons.* 228 *In, num.* 16. *et seq. Capic. decis.* 119. *nu.* 9. *Osasc. decis.* 164. *num.* 17. *et* 18. vbi plures consentientes refert. addentes ad *Afflict. decis.* 131. *vers. precarium, Castr. l. in prouinciali*, §. 1. *ff de nou. oper. nu.* 1. *et* 2. *et Ias. num.* 9. *Ruin. cons.* 57. *lib.* 4. *nu* 3. *Marant. in prax. part.* 6. *vers. et quandoque producuntur scriptura. num.* 31. *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *ampliat.* 1. *n.* 1. *et* 2. & hanc opinionem similibus pluribus deinde comprobat *num.* 8. *et seq. Ludouis. decis.* 105. *num.* 13. *et* 14. *relati à Scrader. de feud. part.* 10. *sect.* 6. *num.* 131. *Mausonius de caus. exequut qu.* 6. *ampliat.* 5. *num.* 25. vbi plures refert. *Tiraquel. de iure constitut part.* 1. *num.* 42. *Menoch de adipisc. possess. remed.* 5. *num.* 157. *relati à Caldas ad Typum instit. emptor. et vendit. cap.* 25. *num.* 57. *et seq Neguf. de pignor. part.* 4. *nu.* 25. *Pacific. de Saluian inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 717. vbi plures refert. *Farinac. qu.* 175. *num.* 199. *Amatus decis. March.* 48. *n.* 10. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *titul.* 5. *num.* 19. *et lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 15.

Comprobatur horum opinio ex ijs quæ sunt
7 † recepta de eo qui ordinario iudicio conuenit debitorem, quem exequutiue conuenire poterat, vt non possit deinde exequutiue agere. *Rom. consil.* 123. *col.* 2. *Mastril. decis.* 157. *n.* 1. *Giurba decis.* 55. *num.* 18. *Gallef. de oblig. Cam. quæst.* 11. & *ibi Zachias. Cencius de censib. q.* 95. *num.* 28.

8 Contrarium voluit † expresse *Decius cons.* 460. *Viso punct. numer.* 6. & 8. ea motus ratione, quia alias diceretur facta renunciatio, quæ
9 cum sit stricti iuris, & in ea non contineantur nisi expressa. *l. si domus, vbi glos ff. de seruit. vrban. præd. l. si vnus*, §. *illud, ff. de pact. l. tres fratres, ff. eod. Calderin. cons.* 5. *An habens, circa fin de præbend.* Sit priuatio, quæ fit de genere non entium, efficaciusque opponatur enti, quā quodlibet contrarium alteri contrario, atque secundum se nihil sit penitus. *Auers. lib.* 2. *peribermen. cap.* 4. *col.* 1. Hinc videmus, quod acquisitio partis hæreditatis, vel alterius vniuersalis iuris, trahit secum totam hæreditatem, &
11 vniuersum ius, & corpus; repudiatio † vero partis secus, quia acquisitio partis ponit aliquid in persona acquirentis, repudiatio vero partis, cū non

non sit ens, & nihil ponat in repudiante, non potest recipere extensionem. *Bart. in l. 1. ff. de acquir. hæred. num. 4. & Cast.* merito dicendum

12 † videtur ex implorato iudicis officio, & intentata iudiciali via, non esse quem exclusum a regressu ad viam facti extraiudicialem, quæ est diuersa, & non excluditur a iudiciali, vt considerat *ex Bal. & alijs Dec. d. cons. 460. viso puncto, num.* 8. quia sunt remedia cumulatiua: exemplo, vt idem *Dec subdit n. 9.* creditoris, qui missus In

13 possessionem bonorū debitoris, † potest prætereà illū carcerare, quod tamen latius prosequuntur *Bart. in l. consentaneū, C. quomod. et quand. iud. Surd cons. 98. n. 4. & seq. & cons. 365. n. 31. Marsil. de fideius. n. 378. & seq. Vinc. de Franc. dec is. 200. citatus, n. 3. & seq. vbi addentes, n. 2. 4. & seq. & n. 13. Stracca de decoctorib. part. 3. n. 40. Maldonat. respons. 1. nu. 2. Franc. Marc. decis. 269. part. 2. n. 1. Muscatel. in prax. par. 3. §. seruata, n. 30. & seq. Gratian. discept. 118. n. 40. & seq.*

14 Contrarietatem hanc † sustelarunt Lusitaniæ Leges constituentes non posse fieri exequutionem in bonis, vel persona debitoris, nisi illo citato, vt refert *Caldas ad typum instrum. empt. & vend. cap. 25. nu. 56. in med.* Concorda per *Vrsil. ad Afflict. decis. 26. n. 2.*

Vera tamen cum sit præcedens affirmatiua,

15 & † opinio *Decij* sit singularis & ab illo excitata ex acumine sui ingenij, & aliquo casu possit recipi, amplectendo opinionem *Rip.* & aliorum quos supra retuli pro regula, vt qui potest ex pacto capere possessionem de facto, sit exclusus ea facultate, si iudicialiter petat immitti; prætereà illam

16 Ampl. vt si post intentatum † iudicium adipiscendæ, creditor vtatur facultate sibi ex pacto concessa, non excusetur ab attentatis. *Lancel. de attentat. part. 2. cap. 4. nu. 1. & sequent. plurib.* vbi hanc extensionem late comprobat.

17 Ampl. etiam si agatur contra † pupillum. *Surd. cons. 221. super, num. 4.* addendo tali casu dandum illi esse tutorem, & illum citare: sicuti non citatur si creditor contra illum vtatur facultatiuo pacto. *Cencius de censib. quæst. 94. num. 17.*

Ampl. siue præmisso libello, siue exequutiue petijt immissionem a iudice. *Alberic. in l. creditores, C. de pignoribus, num. 2. & 4. in princip.*

18 Ampl. vt neque possit † ab eodem iudice petere, vt sibi concedat familiam, quæ illum associet ad possessionem virtute dicti pacti. *Ruin. reprobando Alex.* qui aliud videtur dixisse, *cons. 57. circa lib. 4. circa med. vers. cum reuerentia, num. 3.* Sed contrarium firmo in limitationibus.

19 Ampl. etiam si in libello, quo petijt † a iudice immitti creditor sit protestatus saluum sibi esse ius ingrediendi propria auctoritate, vt voluit *Marius Anton. resol. 52. eum fuisset, n. 13. vers. nec potest;* cuius opinio confirmari posset ex dictis *Dec. cons. 461. n. 3. 8. 12. et 13.* Verū defensenda est ista opinio, tum quia *Alex. ab Antonino allegatus* aliud voluit: tum etiam, quia deinde aliud dixit, & communis est in contrarium, vt dicam infra in limitationibus.

Ampl. etiam in feudalibus. *Scradcr. de feud. part. 10. section. 6. n. 131. in fin. & 132.* probat contrarium.

20 Ampl. etiam si is, ad cuius † fauorem est factum tale pactum, haberet debitorem pro illius obseruatione obligatum in forma Cameræ; ex cuius formula licet sit actori concessa variatio, non licet relicta iudiciali via regredi ad viam facti, quia ea variatio intelligitur quoad actiones iudiciales. *Amatus decis. Marchiæ 48. Iulia, num. 12. 14. vers. secundo,* & tacite idem dixerat Bero. *cons. 54. concludendum, lib. 4 num. 15.*

21 Limit. vbi noua superuenit † causa iusta redeundi ad viam facti, veluti si debitor male vtatur re obligata creditori cum isto pacto, vt puta euellendo arbores, diruendo varia domus, & similes alios actus faciendo in prædio rustico, vel vrbano: nam cūm quæ de nouo emergant, nouo egeant auxilio, poterit creditor vti facultate sibi data ex pacto, exemplo eorum quæ dicuntur de debitore facto suspecto de fuga, lite pendente. *Alex. cons. 105. magnifice, num. 30. et 31.* eam afferens rationem, quia extraiudiciale remedium non impeditur per litis pendentiam superueniente noua causa. *Lancel. de attentat. part. 2. cap. 4. ampliat. 1. numer. 4. et seq.*

22 Limit. vbi creditor conuenisset † debitorem remedio legis. *Diffamari, C. de ingen. manumis.* argumento eorum que ex resolutis a Rota refert *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. ampliat. prima, n. 7.* dum voluit non committi attentata vbi quis lite pendente, moto iudicio ex remedio *d. l. diffamari*, de facto ingrediatur possessionem, quam ex pacto poterat ingredi: &

23 ratio est, quia † remedium dictæ legis est valde odiosum, parum æquum, & consequenter, nullo casu extensibile, & sterile, in casu suo tantum adaptandum, vt ex *Bart. Abb. Bero et alijs concludit Contard. in l. 1. C si de moment. possess. §. Ampliationes seu quasi, n. 1. Lancell. de attentat. part. 2. cap. 4. ampl. 2. n. 7.*

24 Limit. vbi quis ingreditur possessionem † ex alio debito separato, veluti si postquam conuenit quis debitorem pro censibus decursis, vsque in diem coepti iudicij, ingrediatur pro decursis & non solutis post coeptum iudicium. *Cencius de censib. quæst. 95. n. 30. in fin.*

25 Limit. vbi in libello, quo quis petijt a iudice immitti, † est protestatus, saluum sibi esse ius capiendi possessionem propria auctoritate, vt ex *Bal. Ang. et alijs voluit Alex. cons. 130. n. 12. et cons. 131. lib. 4. n. 12.* quē sequitur *Dec. cons. 461. n. 9. vers. sed interueniente, et n. 12. et seq.* vbi respondet ijs quæ contra hanc limitationem obijci possunt, *et cons. 146. nu. 8. in fin. et nu. 9.* vbi alios refert, & testatur de communi, & ab ea non recedendum in iudicādo & consulendo; *et Ruin. cons. 57. circa, lib. 4. n. 3. circa fin. Ripa in c. eum M. Ferrariens. de constit. n. 98. Lanc. de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. n. 423. vers. hinc videmus, et de attentat. lite pendent. in*

prima ampliat. num. 2. & 3. & num. 9. vsque ad 21. exemplis pluribus id confirmat. Menoc. de adipisc. possess. remed. 5. num. 158. relati à Caldas ad typum instr. empt. & vend. cap. 25. num. 57. post med. Bero. cons. 54. lib. 3. num. 12. circa med. Osasc. decis. 33. num. 18. Neguz. de pignor. part. 4. num. 26. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 4. num. 719. Tiraquel. de iure constitut. part. 1. num. 42. Farinac. de furt. quaest. 175. num. 200. Menoc. de adipisc. possess. remed. 6. num. 11. Mastril. decis. 19. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 5. num. 20. & lib. 22. tit. 22. nu. 16. & seq. addendo quid dicendum si deinde litem contestetur. Lancell. de attentat. part. 2. cap. 4. ampl. 1. nu. 6.

26 Limit. vbi quis petijt † immissionem ab incompetenti iudice. Zuccard. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num. 268. in fin. Caldas ad typum instrum. cap. 25. num. 57. in fin. Grat. cons. 76. lib. 2. num. 10. Scrader. de feud. part. 10. sect. 6. num. 132.

27 Limit. vbi quis vrbanius † agendo, adit Iudicem, vt illum in possessionem associet, vt dixi §. sequen.

28 Limit. vbi quis petit immitti citra † praeiudicium suorum iurium. Grat. cons. 76. in praesenti lib. 2. nu. 11. & seq. Menoc. de adipisc. possess. remed. 6. nu. 11. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 5. num. 17.

29 Limita, vbi huic pacto † addita est clausula Constituti, vel reseruationis fructuum, vt ex Neuiz. cons. 82. num. 15. 26. & seq. firmat Lancell. de attentat. part. 2. cap. 4. ampl. 1. num. 25.

30 Limit. vbi quis iudicem † adiuit causa vitandi scandala. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 5. n. 17. & iudex illi concessit familiam. Surd. cons. 221. num. 45. Serafin. decis. 1003. num. 1.

Limit. vbi creditor, cum instrumento pacti accedit ad iudicem, & aduersario non vocato illum immittit in possessionem. Alberic. in l. creditores, C. de pignor. num. 4. in princip.

An sustineatur immissio facta à Iudice, non citato debitore, post datum libellum super immissione, Alberic. in l. creditores, C. de pignor. num. 4. in fin. & num. 5.

Quare autem vbi à lege concessae sunt alicui plures actiones, liceat actori refusis expensis, variare, & omisso iudicio coepto, vel lata sententia in illum, ad aliam conuolare. l. Aurelius, §. fin. ff. de liber. legat. vbi Bart. Bal. & Cast. id notant: & optimam rationem refert Cast. cap. mulieri de iur. iurand. refusis praesertim expensis, nisi persona actoris aliud suadeat. glos. l. edita vers. perpetui, C. de edend. Secus si tales actiones competant ex contractu vel quasi, nam electa vna caeterae cessant, vt late examinat Gabriel. de action. conclus. 2. & 3.

31 Rationē eam esse credo † quod vbi agitur de variatione, mitius agatur cum lege, quam cū homine: propterea si ex legis dispositione, vnum sit in obligatione, aliud in solutione, licita est variatio, etiam post sententiam. l. item veniunt, §. idem recte, ff. de haered. petit. secus si illud fuerit debitum ex hominis dispositione, in qua nisi vsque ad litis contestationem licet variare. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, ff. de solution.

§. XXVIII.

SVMMARIVM.

Pacto facultatiuo capiendi possessionem propria auctoritate vti potest creditor, vbi petijt à Iudice familiam quae illum associet ad euitandum tumultus. 1. Ampl. 2. Limit. 3. 4. 6. 7. 9.

Obligatio Cameralis non habet viam exequutiuā nisi scripto probetur. 5.

CEssare vim pacti de ingrediendo possessionem bonorum debitoris, si creditor à Iudice petat immitti, dixi §. antecedente: sed quia ea immissio fieri potest ordine iudicij adhibito, dato libello, & seruatis caeteris solemnibus ordinarij iudicij, vel ex officio concessa familia; quia de primo modo dictum est in antecedenti §.

Agam hic, si quis ad euitandum tumultus, vel scandala, petat à Iudice familiam, quae illum associet, an sit extincta vis eiusdē pacti: † & resolutiue dicas minime extingui, Neguz. de pignor. part. 4. nu. 3. & 24. Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num 147. & seq. & num. 150. & de recuperand. remed. 8. num. 100. eam afferens rationem, quia talis immissio non est iudicialis. Mantic. decis. 33. num. 16. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 5. num. 720. Farinac. de furt. quaest. 175. numer. 224. Amatus decis. Marchiae 48. Iulia numer. 16. Surd. cons. 221. super num. 45. & dixi supra §. 26. vers. Ampl. praesertim impetrata à Iudice familia.

2 Ampl. vt Iudex non possit † familiam petenti denegare, summatie cognito de credito. Farinac. de furt. quaest. 175. numer. 124. Mauson. de caus. exequut. ampliat. 1. num. 28. in princ. Signorel. cons. 4. n. 15. & 17. Afflic. ad constit. Regni rub. 8. de cultu pacis num. 22. Galles. de oblig. Cam. quaest. fin. num. 41. post med.

3 Cauere tamen debet qui talem petit † associationem, vt instet associari ad effectum adipiscendae possessionis, non autem vt in illam immittatur, ne inde denegatur nolle vti pacto de ingrediendo, sed velle vti iudicis auctoritate, & timore amisisse ius suum. Menoch. de adipisc. possess. remed. 6. nu. 10. Cencius de censib. quaest. 94. explicauimus, numer. 26. concludens simpliciter esse petendam familiam pro associatione, & habere simplex mandatum de associando.

An Iudex debeat concedere familiam citato debitore, Salic. in l. 3. C. de pignor. numer. 29. & seq. Afflic. decis. 326. fuit votatum, & ibi Vrsil. num. 1. Cotta in suis memoral. §. pactum el. 1. in fin.

4 Limit. vbi creditum † non esset liquidum, vt dixi infra §. 24. & expresse dixit Farinac. de furtis quaest. 175. nu. 224. Cotta in memoral. §. pactum. 1.

Con-

Contrarium voluit *Galles. de oblig. Cameral. quæst. fin. num. 41. in fin.*

4 Limit. vbi pactum † ingrediendi non probaretur instrumento, sed testibus: nam eum ad validitatem examinis sit lis contestanda, post datum libellum, & consequenter iudiciali via agendum, cessat virtus dicti pacti. *Bart. in l. 3. C. de pignor. nu. 26. vers. sed si de tali conuentione apparet per testes, & Sal. num. 30. vers. & aduerte. Neguss. de pignor. part. 4. nu. 23. in fin. Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 153. Farinac. de furtis quæst. 175. num. 220.* Com-
5 probatur præsens limitatio ex† ijs qua dicuntur de obligatione Camerali, quæ nisi probetur scriptis, non habet viam exequutiuam. *Galles. de obligat. Cameral. quæst. 27. num. 4. & seq. & ibi Zachias numer. 5. & seq.* qui eum prius *num. 2.* firmasset, non referre an de tali obligatione constet publico instrumento, vel apoca, idem dicendum si tale pactum sit appositum in apocæ scriptæ, vel subscriptæ à debitore.

6 Limit. vbi pacto de ingrediendo † non est addita clausula constituti, vel precarij, vel precarij, & constituti simul, ex ijs quæ *dixi supra §. 17.*

7 Limit. vbi possessio habentis facultatem † capiendi possessionem propria auctoritate fuit sibi interuersa, *glos. l. 2. verb. repellere, C. de iur. emphit.* quam *Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 36. in fin. ex Baldo Angel. alijs* refert communiter esse receptam. Quod tamen subli-
8 mitatur si eum pacto hoc † sit addita clausula constituti, vt relatis dissentientibus voluit *Farinac. de furtis quæst. 175. num. 202. & seq.*

9 Intellige omnia hic dicta, si iudex † det familiã, cum conditione, ne per vim fiat ingressus, *l. non est singulis ff. de regul. iuris. Papiens. de exequut. sent. §. publico, num. 2. in fin.*

§. XXIX.

SVMMARIVM.

Censuato fundo translato in alium, licet creditori facere exequutionem super eo fundo, & illum ingredi, si in creatione census sit data talis facultas. 1. *& quare.* 2. *Contrarium.* 5. *Concorda.* 6. *Ampliatur prima opinion.* 7. 8. 9. 10.

Pacto facultatiuo ingrediẽdi possessionem rei grauatæ in casu moræ debitoris licet creditori vti, vt facilius cõsequatur fructus census. 11. *Ampl.* 12. 14. 15. 16. 17. 18. 21. *Limit.* 13. 19. 22.

Actio personalis in rem scripta datur contra tertium possessorem. 3. *Declara.* 5.

Actio ad exhibendum sequitur quemcunque possessorem, & qualiter. 4.

Pacta pœnalia prohibita apponi emptioni census iuxta bullam Pij V. quæ sint. 20.

Clausula constituti in contractu census est nullius momenti. 23. 25. *transfert dominium cum naturali, & ciuili possessione in constitutarium.* 24.

Omissa excussione difficultatis, an in creatione census consignatiui, liceat citra labem aliquam, emptori pacisci, vt sibi liceat, moroso existente debitore census, propria auctoritate ingredi possessionem bonorum censui subiugatorum, cum clausula constituti, vel precarij; quia illa excedit fines argumenti nostri tractatus, de ijs quæ sunt obseruanda, vt canonica sit exequutio, & illam excussit *Cencius* cum alijs ab eo relatis *in suo tract. de censibus, quæst. 94. explicauimus, num. 1. & seq.* quibus addo *Mauson. de caus. exequut. lib. 1. ampl. 6. nu. 26. & seq.* Agam tantum, an translato fundo censuato in alium, liceat creditori fructuum census, facere exequutionẽ in bonis cẽsu grauatis, vel illis non alienatis ingredi eorum possessionem iuxta facultatem datam in instrumento venditionis census.

Quoad primam difficultatem, affirmatiuam † tenet *Pollerius, de censibus, §. tanquam nu. 12. 16. 23. & 39.* concludens quod constito summarie, non facta excussione bonorum principalis debitoris, fieri possit exequutio in persona, & bonis censu grauatis, apud tertium existẽtibus, & ab illo possessis; & post *Follerium* idem dicere *Intrigl. de censibus quæst. 36. n. 7. vers. & sicut procedit,* vbi *addentes* alios referũt. *Alcibiad. Lucar. obseruat. lib. 1. Academ. 5. obser. 1. numer. 13.* motus *l. hactenus, ff. de vsufruct. Crauet. consil. 217. fuit in rerum nu. 6. Rodoan. de rebus eccles. non alienand. quæst. 17. nu. 67.* concludens quemlibet singularem successorem cogi posse ad census solutionẽ, & recognoscere dominum census percipiendi ex re per ipsum possessa, relatis *Guid. Papa decis. 42. & 576. & Cassan. ad consuet. Burgund. rub. 1. §. 6. in prine. Gabriel. cons. 141. census lib. 2. num. 2. vers. vel ex censu ipso.*

2 Et ratio sit, quia ex contractu† cẽsuali duplex oriatur actio: vna scilicet ex stipulatu, quoad solutionem fructuum census, quæ tanquam mere personalis, sequitur venditorem census, & illum vsque sequitur. Altera in rem scripta, quæ semper concomitatur rem ipsam censui obnoxiam, vt distinguit *Cencius de censib. quæst. 97. quoniam num. 1. quem sequitur Mauson. tract. de caus. exequut. ampliat. 6. nu. 14.* & hæc posterior actio oriatur ex transitu rei ad alterum in primo contractu non obligatum, vt declarat *Bolognet. in rub. ff. si cert. petat. nu. 26.* Quare si fundus Titij, in quo ius habebam, perueniat ad Sempronium, datur mihi actio personalis contra Sempronium, licet sit singularis Titij successor, tanquam possessorem rei mihi obligatæ, vt ex *Bart. in l si tertius, si quis prius, ff. de aqua plu. arcend.* declarat *Marta decis. 49. num. 6. & 7.* quem sequitur *Mauson. d. ampl. 6. num. 1. Surd. decis. 204. num. 9.* qui loquitur de censu.

3 Et communis est regula, quod actio† personalis in rem scripta, competit contra tertium possessorem. *l. 3. §. est autem ff. ad exhib. Marta decis. 49. num. 5.* Quare *Ripa in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* constituto generali axiomate, quod

quod actiones personales non egrediantur personam obligati, illud primo limitat, si fuerit in rem scriptum; concludens ideo actionem ad
4 exhibendum† sequi quemcunque possessorem, non tamen tanquam successorem obligati, sed tanquam possessorem rei obligatæ; subdens *nu.* 14. *& seq.* idem dici de tributo debito Principi, vectigali debito à venditore ob rem venditam, alimentis, decimis, oblationibus, & similibus, quæ tanquam onera rei sequuntur possessorem. Alia exempla addit *Tuscus conclus.* 99. *nu.* 29. *et seq.* quale est pactum de ingrediĕdo possessionem rei hypothecatæ, anniuersarijs defunctorum, actione confessoria, vel negatoria, interdicto Saluiani, & alijs, ad exhibendum, actione data ex lege, vel Statuto.

5 Contrarium firmauit† pluribus relatis, & præcipue Rotę decisionibus, quibus totum illud opus *Cencius* elaborauit, *tract. de censibus, quæst.* 95. *sextus nu.* 21. quem sequitur *Mauson. tract. de caus. exequut. ampliat.* 6. *nu.* 7. dum *ibidem & num.* 4. *&* 5. dixisset, cum isto tertio agendum esse, vel hypothecaria, vel Saluiano interdicto: & alios consentientes refert subdens *num.* 17. ab hac opinione non esse recedendum iudicando, & consulendo.

6 Contrarietas ista facile tollitur, † si considerentur dicta Doctorum, qui affirmatiuam, vel negatiuam amplexi sunt, & vtramque opinionem esse veram in casu suo: nempe quod prima sit vera, si agatur de censu creato iuxta formam Bullæ Nicolai V. & pragmaticam Regni, quam *Follerius in suo tract.* examinat, vt aduertit *Cencius de censibus, quæst.* 95. *sextus, num.* 21. *vers. nec refert, & consentit Mauson. de caus. exequut. ampl.* 6. *num.* 21. *vers. nec obstat*: & qui *Follerium* sequuntur, non loquūtur de censu pecunia comparabili, sed de re sub annuo censu data, vel in augumentum superioritatis soluendum.

Cencius vero loquitur de censu pecunia empto, iuxta formam *Bullæ Pij V.* qui cùm tradiderit plura solemnia requiri ad euitandam labem vsuræ, adunguem est illa obseruanda, & dicendum vtramque opinionem esse veram in casu suo.

7 Ampliatur itaque opinio *Follerij*† præsertim si possessor bonorum censui subiugatorum, fuit citatus ad iudicium cum venditore census instituttum, pro suo interesse, & comparuisset litem suscipiendo, vt ex *Ruin. cons.* 34. *in fin. lib.* 5. *Dec. cons.* 187. *num.* 2. *Crauet.* 12. *numer.* 8. *Felician. Solis de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 6. concludit *Cencius de censib. quæst.* 95. *sextus num.* 23

8 Ampl. præterea vbi iste† tertius possessor bonorum censui subiugatorum, illa acquirendo obligauit se in in forma Cam. ad solutionem fructuum illius, quia cum per eam obligationem fecerit se principalem debitorem, capi in eius præiudicium possunt bona censuata, docto tamen de obligatione soluendi, vt à *Rota* decisum fuisse refert *Cencius de censib. quæst.* 95. *num* 6. *vers. amplia*, addendo procedere etiam quod census nulliter fuisset impositus, cum obligatione de soluendis fructibus, etiam quod census laboret vitio aliquo nullitatis; & eam solutionem faciendam non tanquam fructus census, sed tanquam interesse. *Cencium sequitur Mauson. de caus. exequut. ampl.* 6. *nu.* 24. addendo idem dixisse *Foller. de censib. §. tanquam, num.* 28. *vers. & quod sit, & num.* 32. *vers. nec mireris*: & præsertim procedere si cępit soluere.

9 Ampl. etiam si excipiatur † de excussione facienda in principalem debitorem, vt pluribus relatis concludit *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 6. *num.* 51. *& seq.* vbi refert dissentientes, quos deinde declarat: & ista prosunt agenti Saluiano, vel hypothecaria.

10 Ampl. etiam si in venditione † vel alio contractu, vel quasi fundi censuati fuit expressum, illum esse grauatum censu, nam tunc emptor exequutiue conueniri potest ad soluendum, non tamen personaliter grauari potest. *Bonius de censib. artic.* 39. *num.* 65. *vers. ex quibus. Pelic. Solis de cens. lib.* 3. *cap.* 6. *vers. sed Guido. Mauson. de causis exequut. ampl.* 6. *nu.* 37. *& seq.* vbi refert *Surd. decis.* 32. *num.* 10 *vers. secundo* volentem quod possit personaliter molestari ex tacita obligatione acquirentis ab eo, qui protestatus fuit rem esse N. & ei solui cēsum. Sed cum *Surdus* loquatur de re emphiteotica, & acquirens tanquam talem acceptauit, emphiteotaq; acquirens personali actione conueniri possit ad debita emphiteotica, vt dixi *de laudemio lib.* 1. *quæst.* 7 *artic.* 4. quod est quid diuersum à censu; dici non potest *Surdum* in casu nostro aliud voluisse.

11 Quoad secūdam difficultatem, † cum Pius V. in sua Bulla, *de annuis censibus*, improbauerit omnia pacta pœnalia apposita instrumentis vēditionis census, vt auferret ansam fœnerandi; breuiter dicas, licere creditori fructuum census iuxta facultatē sibi datā ex pacto ingredi possessionem bonorum censui subiugatorum, ad effectum tamen vt facilius illos percipiat, non autem in pœnam morosi debitoris, vt concludit *Cencius de censib. quæst.* 57. *sequitur, num.* 34. *& seq. & quæst.* 94. *explicauimus num.* 12.

Ampl. præsertim si tale pactum fuit initum
12 † quoad facultatem percipiendi fructus fundi censui subiugati, si venditor fuerit in mora illos soluendi. *Boninseg. de censib. artic.* 72. *nu.* 105. *Federic. Martin. tract. de censib. capit.* 6. *n.* 274. vbi dū respondisset obiectis contra validitatem huius pacti, concludit illud esse validum, quia domino fundi censuati nihil deperit, censuatio percipiente illius fructus ad tempus donec fuerit de censibus satisfactus. *Cencius de censib. quæst.* 94. *explicauimus, num.* 9. vbi te-
13 fert *Rotam* ita censuisse; † declarando tamen si illi pendeant, vel non sint ablati à fundo, secus si horreo sint conditi. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 6. *num.* 75.

Ampl. etiam contra tertium possessorem
14 fundi † censuati. *Felician. Solis de censib. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. *vers. quo circa*, quem sequitur *Cencius de censib. quæst.* 57. *sequitur n.* 36. *post med. & quæst.* 94. *num.* 11. *&* 16. addendo, si tali pacto sit addita clausula constituti,

vel

15 vel precarij, concedendum † esse a iudice mandatum de associando, absque possessoris tertij citatione. *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 7. nu. 6. vers. hinc etiam in fin.* addendo præsertim si tale pactum sit firmatum Camerali obligatione. *Mausf. de caus. exequut. ampl. 6. n. 26. in princ. & n. 33. & 41. & seq.* vbi etiam agit, si census sit impo-
16 situs † super pluribus fundis, an in solidum agi possit contra possessorem vnius illorum.

Ampl. etiam in cessionario habente tale fa-
17 cultatium † pactum, presertim si ille fuerit fideiussor, & solutione facta creditori fructuum census, illi sint cessa iura, vt censuisse Rotam refert *Cencius de censib. quæst. 94. n. 13.*

18 Ampl. etiam si debitor census sit ecclesia † vel minor; si huic pacto sit addita clausula constituti, vel precarij, vt pluribus probat *Cencius de censib. quæst. 94. n. 17. & 18. & num. 19.* addendo procedere siue constituens, siue constitutarius sit mortuus, reddendo rationem *nu. 21.*
19 *& 22. & 24.* limitando si † mortuo constituente, & occupata possessione ab illius hærede, non curauit constitutarius illam apprehendere. *Mauson. de caus. exequut. ampl. 6. vbi alios refert num. 27.*

20 Quæ autem sint pacta pœnalia † & quæ iuxta constitutionem Pij V. non possunt citra labem vsuræ apponi, vbi emitur consignatiuus census, referunt *Cencius de censib. quæst. 94. Duard. eod. tract. tom. 1. §. 4. & Petr. de Gregorio, eodem tract. quæst. 7.*

21 Ampl. præsertim si huic pacto † est addita clausula constituti, vel precarij, vel precarij, & constituti simul. *Ruin. cons. 127. visa facti, lib. 5. num. 1.* vbi testatur de communi. *Neuiz. cons. 82. n. 15. Cencius de censib. quæst. 57. n. 36. et quæst. 94. explicauimus, num. 13. et num. 14.* addit iudicem non posse negare mandatum de associando creditorem ad bona cēsuata absque possessoris citatione, quoad consequatur fructus census decursos, & non solutos; asserens Rotam ita sæpius iudicasse. *Mauson. de caus. exeq. ampl. 6. n. 26. et 33.* testans Consilium Neapolitanum ita censuisse, licet quoad citationem possessoris, *num. 28.* referat dissentientes, quos non præferendos iudicio Consilij Neapolitani subdit *num. 29.* quia illius opinio est communis.

22 Contrarium tenent † *Nauar. de vsuris, n. 139. Boccac. de censib. part. 2. nu. 72. Roderic. de annuis redditib. lib. 2. quæst. 7. num. 16. vers. sed an,* addentes procedere etiam si adesset clausula con-
23 stituti, † quia in contractu census est nullius virtutis, ob repugnantiam, quam habet cum censu ereato iuxta formam Bullæ Pij V. quæ cum nec dominium, nec possessionem per census creationem velit transferri in censuarium, *Surd. decis. 204. num. 9. circa fin.* corruit virtus clausu-
24 læ constituti, † quæ in constitutatium transfert dominium, cum naturali, & ciuili possessione, *l. quod meo, ff. de acq. poss. & ibi Doctores,*
25 *Socin. iun. cons. 18. lib. 2. nu. 1. & seq.* † & illam in contractu census ex relata ratione esse ineptam, fatetur *Cencius de censibus quæst. 98. n. 24. & 25. sequendo Nauar. de vsuris, nu. 132.*
26 *& Gratian. decis. 20. n. 8.* Ideo † censeo *Nauar.* & consentientes intelligi, si agatur de censu creato iuxta Bullam Pij V. qua vetantur emptores acquirere dominium, vel possessionem rei censuatæ: dissentientes autem a *Nauar.* intelligi de censu empto iuxta Bullam Nicolai V. qui tale pactum, & alia etiam firmiora admisit. Aliter conciliat *Mauson. de caus. exequut. ampl. 6. n. 82. vsque in fin.*

---

§. XXX.

SVMMARIVM.

Emphiteusis natura est accidentaria, & recipit quascumque pactiones, 1. & quare, 4. Ampl. 2. 3. Declara. 5.

Pacta contra substantialia contractus non valent, & quare. 6.

Substantialia contractus quæ sint. 7.

Emphiteota deficiente in solutione canonis, an liceat domino illum expellere propria auctoritate. 8. An validum sit pactum quod liceat expellere non soluto canone. Affirmatiuam tenent. 9. 12. & quare. 10. Negatiuam tenent. 13. & quare. 14. Concorda. 17.

Pactum non valet, vt inchoetur ab executione, & quare. 14. Ampl. 15.

L. Titia cū testamento, ff. de legat. 2. declaratur. 16.

Emphiteotam non soluentē canonem licet propria auctoritate expellere, si in concessione illius fuit appositum pactum, vt licita sit domino expulsio. 18. Ampl. 19. 20. 22. 23. 24. 25. 26. 27. Limit. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 37. 38. 39.

Datoris iure soluto soluitur ius acceptoris. 21. ampl. ibid.

Executio sententiæ retardatur credito non liquidato. 30. 33.

Emphiteusis alienata inscio domino cadit in commissum: non tamen licet illius possessionem capere ante sententiam, qua dicatur illam esse domino apertam. 32.

Idem dicitur vbi prætenditur ob lineam finitam. 34.

Pactum capiendi possessionem propria auctoritate cessat causa vitandi scandala. 36.

1 Emphiteusis naturam esse † accidentariam, & in limine concessionis posse illi apponi quascumque pactiones, constituerunt Imperatores Zeno, & Iustinianus, ille in *l. 1.* iste in *l. 2. C. de iur. emphit.* quamuis illæ ludicræ
2 † & risu dignæ sint. *Renat Coppin. de legib. Andium, lib. 1. cap. 31. n. 8. And. Knichen de vestiturarum pactión. part. 1. cap. 1. num. 18. & seq.* vbi exempla refert. *Borel. cons. 1. num. 143. & seq.*
3 *plurib.* & fuerint † insolitæ, extraneæ contractui emphiteotico, vel repugnent naturæ illius. *Curt. sen. cons. 49. num. 40.* & ratio sit, quia em-
4 phiteusis † proprias non habet pactiones. *Rim. iun. cons. 32. n. 27. Natta. cons. 49. n. 18. in fin. et cons. 114. num. 6.* quare *Molina de contract. disput. 459. emphiteota, n. 25. circa fin.* merito

dicebat, in contractu emphiteotico plus quam in alia iuris dispositione, licere variare, circa ea qua a iure sunt sancita; modò, vt ex eodem
5 *Molin. disput.462.nu.2.* aduerto,† talis pactorum variatio habeat concomitantiam iustitiæ, & non sint contra illius substantiam, vt colligo ex *Natta cons. 49.nu.19.in fin. et cons.214.*
6 *num.*8.nam cum non † habeant, in quod subsistant, illa sunt nulla, *cap.fin. de cond.apposit. l. cum precario, ff.de precar. Bero.cons.165. lib.1. num.17.*retenta tamen distinctione *Cyni nu.7. Bart.num.6.& seq.Ias. num. 120. col.32. vers. tria sunt, in l.2.C. de iure empbit.* Substantialia
7 autem † contractus quæ sint, viden. *Surd. cons.243.nu.29.& seq.Mantic. de tacitis, lib.1. titul.12.verum, n.2.& seq.*

Propterea, cum teste *Mantic.decis.194.n.10.*
8 sit satis controuersa quæstio, an deficiente † emphitheota Ecclesiæ biennio in solutione canonis, vel triennio, si emphiteusis sit secularis, *auth qui rem, C.de sacrosanct. eccles.l.2.C. de iure empbit.* liceat directo domino propria auctoritate illum expellere, vt patet ex *Bald.in l. 2.C.de iur.empbit.nu.12.& 13. in addition.* *Specul.de locat. §.nunc aliqua, num.62. Clar. §.empbiteusis, quæst. 11. Petr. Iacob. in praxi rubric.4. nu.14.56. & seq. Mastril. decis.193. in hoc artic. Matthias Berlic conclus.46.n.53. Mantic.de tacit.lib.2. tit.22.addentes ad Gamam decis.4. num. 2.* cum alijs cumulatis *in meis collectaneis ad glos. l.2. verb. repellere; C.de iur. emphit. & ibidem Ias. num. 100. & sequen.plurib.* vbi *Bald.num.13. & 14.* asserit licere emphiteotæ, & proprietario deuenire ad arma tuendo iura sua, *& in addit. num. 12. & seq. Afflict. decis. 97. & ibi addentes, relati à Mantic. de tacit.lib.22. tit.22.nu. 9, & seq.* vbi hoc pluribus probat.

Solent cauti patres familias in concessione fundi dati ad meliorandum, sibi prospicere, vt tam in casu non solutionis canonis, quam alio, quo emphiteusis aperiatur domino illi liceat, sine iudice, & propria auctoritate ingredi, capere, & retinere possessionem fundi emphitheotici, expulso emphiteota, etiam si ille resistat. Sed
9 an tale pactum sit validum, non conueniunt Doctores: & qui affirmatiuam tenent, nituntur *l.2. vers.repellere, & vers. de reiectione, C.de iur. empbit. l.creditores, C.de pignor.l.pignoris, C.de pign. act. l.Titia, cum testamento, §. Lutius, el 1. ff.de legat. 2. vbi glos.fin.vers. non sic interpretanda, in 3. exposit.* per quæ iura ita firmat *Salic.in l.2. C.de iur.emphit.numer.12, quaero quinto, quem sequitur Ias. ibid. num. 109. &*
10 *110. vers. tamen quia*: & mouentur, † quia alias pactum prædictum nihil operaretur, cum tali pacto liceat emphiteotam repellere à fundo emphiteotico, si non resistat; & quia dominus vtendo cōuenta facultate iuste expellit emphiteotam, cui ex pacto conuento non infertur violentia, sed dominus dicitur pati vim in sua possessione, quam quisque facto tueri potest, præsertim aduersus volentem illum turbare *l.vt vim ff. de iust. et iure.l.vim facit, ff. de vi,et vi armat. Iasonis* opinio, *relato Salic.* qui videtur titubare in ista difficultate, vt ipse aduertit, comprobari potest ex dictis *Cyni in l. creditores, C.de pignor. nu. 1. in fin.* quem refert *ibidem Alberic. num. 1. in fin.* dum refert quod modernus vsus iudiciorum seruat, creditorem virtute pacti, & dispositione Statuti, vel consuetudinis, posse propria auctoritate pignorare debitorem, & pignoris possessionem ingredi; & ita caueri lege Lombarda prius ibidem dixerat, si debitor ter monitus non soluat. Item *ex dictis Bart. in l.pignor. C. de pignor. action.*
11 concludetis ex pacto † licere creditori occupare rem debitoris, de facto, seu propria auctoritate secus absque pacto, quod esse validum late probat *Gallerat.de renunciat. censur. secunda cap. 138. rectus ordo, num.4.et seq. vers. et ita concludit.* & ante *Salic. et Ias.* assumptum istud firmauerat *Bald.* quem nullus allegauit, *in l. 2. C.de iure empbit.in additione, num. 16.* & post illum *Corn. et ab illo relati cons.193.placet, lib. 3.num. 3. circa fin. vers. aut ille resistit.*
13 Contrarium voluit † generaliter *Bart. in l. alia 14. §.eleganter ff. solut. mat. num.6.* concludens, si quis inueniat resistentem, dum vult occupare possessionem ex pacto, non posse repellere resistentem, quia pactum non extenditur ad ea, quæ sunt causa maioris tumultus, & per publicos Magistratus perficienda. *l.non est singulis, ff. de regul.iur. et l. 2. C. de iur. empbit. num.3.* concludens, quòd dominus non possit ingredi fundum emphiteoticum, quia emphiteota non soluit canonem, si ille resistat, ne expellatur.
14 Comprobatur opinio *Bart.* † ex dictis *Baldi in cons.262. licet num.2.lib.3.* dum voluit non posse contrahentes pacisci, vt contractus paratam habeat exequutionem, id est, vt omisso iudiciorum ordine, inchoetur ab exequutione, de facto, sine strepitu, & figura iudicij, incipiēdo etiam à captura personæ. *Roman. cons.134. in præsupposita, num.1.*vbi *Mandos.* quia peruertitur ordo iudicij, qui est iuris publici, aduersus quod non licet pacisci. *l.ius publicum, ff.*
15 *de pact.* ideo non valet pactum † vt instrumentum mittatur exequutioni tanquam sententia. *Bal.in repet.l.tale pactū, §.qui prouocauit.q.20. ff.de pact.l as.in l.qua de legato, ff. de legat. 1.nu. 6,* subdens *num.7.l.3.C.de pignoribus & l.Ti-*
16 *tia* † *cum testamento, ff. de legat.* 2. quæ videtur obstare, intelligi de exequutione priuata, in qua non requiritur ordo iudiciarius, secus in publica, & iudiciali. Comprobari etiam posset opinio *Bartoli* ex dictis *Baldi in l.2. C. de iur. empbit. in addition.num.14. & seq.*
17 Contrarietatē,† in quam incidisse *Bart.* contra morem suum, notarunt *Imol. in cap.potuit de locat.num.32.& Ias.in l.2.C de iur.empbit. num.103. vers.vos autem*, conati sunt Doctores distinctionibus, & subdistinctionibus conciliare, singuli illam facientes plus contrariam. Verum cumulatis omnibus illorum dictis, penitus tollitur, retentis dictis *supra §. 22.* ex quibus plura huc referri possunt, quia generalia sunt, & facile adaptari possunt specialibus, cum genus insit in qualibet spe-

spe-

specie . *Bart. in l. 1. ff. si cert. petat. num.3.*

Constituam affirmatiuam regulam, vt addita concessioni emphiteusis clausula, de qua supra,
18 multo magis liceat domino † expellere emphiteotam, vbi ex aliquo legitimo capite, emphiteusis est aperta illi, *cum. Bald. in l. 2. in Addition. num.16. C. de iur. emphit.* licet idem eamdem legem legendo, *num. 13. & seq.* dixisset, licere domino, & emphiteotæ iuta sua armis defendere. Eandem facultatem ex dicto pacto concedi domino refert voluisse *glos. idem Bal. in addit. d. l. 2. n. 13. in fin. Afflict. loquens*, vbi ob non solutum canonem, quis vtitur hac facultate, *ad constit. Regni de cultu pacis, numer. 23. vers. quinto. Bald. cons. 117. lib. 3. num. 3. vers. 2. quem refert, & sequitur Tusc. conclus. 37. pactum. num. 14. & seq.*

29 Ampl. præsertim, vbi emphiteota † non interuertit iura directi domini, quia à lege, & ex pacto data sibi est ista facultas. *Bald. in l. 2. in addit. num. 12.*

Ampl. etiam vbi emphiteota alium fecit em-
20 phiteotam † seu subemphiteoticauit sibi datum fundum in emphiteusim. *Bald. in l. 2. C. de iur. emphit. n. 35. & in addit. n. 13. in fin.*

Ampl. præsertim si dominus non inuestiuit subemphiteotam, & ratio est, quia cum solu-
21 to iure datoris, soluatur ius † acceptoris, *l. ex vectigali, ff. de pignor.* & metiamur ius acceptoris ex iure datoris, *l. grego, ff. de pignor. Rota diuers. decis. 400. part. 1. num. 6. Ruin. cons. 13. lib. 4. nu. 8. post med.* præsertim in emphiteoticis bonis. *Boer. decis. 181. num. 3. Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. & vxorem, decis. 2. nu. 7. Cartar. decis. Ianuens. 87. Augustinus num. 9. & seq.* aperta emphitheusi directo domino, culpa subemphiteoticantis, exercere potest ille iura sua contra subemphiteotam, qui omni iure caret facto sui auctoris, vt arguit *Cartar. ibidem num. 12. & seq. Milanens. decis. 17. primo lib. 2. num. 39. & seq.*

22 Ampl. præsertim si ingressus fiat quia † emphiteota non soluit canonem, *l. 2. vers. repellere, C. de iur. emphit. Cassad. decis. 2. de locat. Gama decis. 4. num. 2.* cum alijs cumulatis *in meis collectaneis ad glos. d. verb. repellere*, vbi æteuli dissentientes, & qui assumptum istud examinant.

23 Ampl. præsertim si detinens † bona emphiteotica negat volētem ingredi esse proprietatium, vbi de illius proprietate constat. *Bal. in l. 2. C de iur. emph. nu. 13. et 14.* quem sequitur *Corn. cons. 193. placet, lib. 3. n. 3. vers. aut emphiteota negat, et vers. in casu autem nostro.*

24 Ampl. præsertim ad effectum turbandi † detentotem, non tamen vt ille expellatur. *Aretin. cons. 21. si diligenter, n. 5. in prin.*

25 Ampl. præsertim, vbi citato possessore † emphiteusis, iudex causa cognita est interlocutus, nihil posse opponi aduersus dominum volentem vti facultatiuo pacto. *Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 22. n. 11 relato Ruin. cons. 97. lib. 4. num. 2.*

Ampl. præsertim vbi pacto isto addita est
26 clausula † constituti, nam cum aperta emphiteusi, ciuilis, & naturalis, vel ciuilis tantum cum precario intelligatur esse apud dominum, potest ille ingredi possessionem, & emphiteota si resistat, dicatur eum vim facere, *vt ex Bart. Salic. Neguf. & alijs concludit Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 22. nu. 13.* quibus addo *Vrsil. et ab illo emulatos, ad Afflict. decis. 97. n. 6.*

Ampl. præsertim si huic pacto accedat con-
27 suetudo † eidem pacto conformis. *Vrsil. loquens* etiam de feudo, *ad Afflic. decis. 97. nu. 8. in fin.* asserens ita fuisse iudicatam dum prius eetulisset quæ aliud suadebant.

28 Limit. vbi agitur de exercendo † hoc facultatiuo pacto, contra hæredem eius, qui ita conuenit cum directo domino, nam beneficio restitutionis in integrum non repelletur, vt relatis dissentientibus concludit *Bal.* testans prætecea de communi, *in l. 2. C. de iur. emphit. in addit. num. 36. et seq.*

Limita vbi caducitas seu apertura emphiteusis
29 † non est clara, etiam respectu eius, qui asserit se dominum, & sibi competere facultatem ingrediendi, *Gabriel. cons. 67. Visis, lib. 2. n. 17. Corn. cons. 193. placet. lib. 3. nu. 3. in fin. vers. et tanto*, exemplum referens, si Abbas prætendat vti tali pacto, & pendeat lis super dignitate, & titulo Abbatię. *Rota in Bononien. de Carnalibus relata a Pacific. de Saluian. interdict. decis. 141. num. 10. et comprobatur ex dictis infra cap. 5.*
30 vbi firmatur, † retardari exequutionem sententiæ, quia lata credito non liquidato. *Aret. cons. 21. n. 4. vers. bis tamen non obst.*

Limit. vbi emphiteota resistit, quia excipit
31 emphiteusim † non esse apertam domino volenti illius possessionem ingredi, & exceptionem suam probat. *Corn. cons. 193. placet, lib. 3. num. 3. vers. et dominus consulens*, asserens ita sentire *Cyn. Bart. Bellapertic. et alios et vers. item negatur.* Exemplum esse posset, si emphiteusis sit concessa Comiti vsque in quintam generationem, & apprehensio fiat contra filium filiæ natum ex plebeis, vel emphiteusis sit concessa vsque in tertiam generationem, & ptonepos excipiat non esse finitam; dubitando an dictio *vsque* stet inclusiue vel exclusiue.

Limit. omni casu, quo emphiteota facit du-
32 biam † esse caducitatem, seu directum dominum posse vti facultate ingrediendi possessionem sine iudice, argum. eorum quæ voluit *Afflic. decis. 97. num. 3.* asserens fuisse iudicatum, quod licet ipso iure aperiatur emphiteusis alienata non requisito domino, tamen ad auocandam possessionem requiri sententiam; quia emptor, & possessor posset habere plures exceptiones, quibus excusetur ille a pœna commissi. *Afflic.* dicta expresse inducit ad decisionem huius limitationis *Gabriel. cons. 67. Visis, lib. 2. num. 17. Rota in Bononien. de Carnalibus relata a Pacifi. de Saluian. decis. 141. num. 10. vers. secundo, Mantic. decis. 194. nu. 6.* exemplum esse potest; si emphiteota interuertat possessionem domini, & negat rem esse emphiteoticum; vel soluisse canones, quorum causa tentatur ingressus; vel esse creditorem directi domini eiusdem quantitatis; vel aliud ius in re competere, & esse pa-

ratum

ratum respondere de iustitia sua, nec desit iudex, qui de licito ingressu cognoscat, vt explicat *Spec. de locat.* §. *nunc aliqua, num.62.post.med. vers. si vero emphiteuta et nu.*101.*Menoc. plures referens, cons.*503.*cum interrogatus, n.*3. *et* 4. Aliud exemplū esset, si directus vellet omnia bona emphiteotæ capere vigore inuestituræ factæ de omnibus bonis, quæ quis habet in tali castro: nam eum non sint finibus suis designata bona quæ data fuere, non potest directus omnia capere, sed opus est iudicis sententia, qui ex qualitate, & quantitate canonis, consuetudine directi domini, & consuetudine regionis, declaret nec peiora nec meliora bona capi posse, vt concludit *Spec. ibidem num.*74. *et seq.*

Limit. vbi non præcessit liquidatio deuolu-
33 tionis † seu extinctionis emphiteusis. *Bart. in l. creditores*, C. *de pignor. num.*4.*vers. tertio principaliter. Mantic. decis.*194.*num.*2.*et seq.* eam afferens rationem, quia etiam in qualibet obligatione paratam habente exequutionem, si quid est liquidandum, non est agendum de illius exequutione antequam fiat liquidatio. *Aretin.* qui loquitur vbi tale pactum est factum ad fauorem mulieris causa dotis, vt illa non possit illo vti nisi prius probata coram iudice morte mariti, quod præcessisset legitimum matrimonium & venisset casus restituendæ dotis, *cons.*32. *diligenter, num.*1.*et* 2. subdens idem dicendum si quis eo pacto vti velit contra hæredem, vel alium, quia probandum est prius illam esse hæredem, vel habere causam a paciscente: & sicuti iudex non potest exequi sententiam non liquidata persona, vel re in quam fiat exequutio, ita & pactum ingrediendi, quod est species exequutionis, vel saltem est in illius locum subrogatum. *Aretinum* sequitur *Gozadin. cons.*93.*prima, num.*3. qui loquitur vbi tale pactum est factum alimentorum causa. Exemplum etiam esse
34 potest vbi deuolutio prætenditur † ob lineam finitam, nam non est locus pacto, nisi citato possessore probatus fuerit defectus lineæ. *Cast. cons.*68.*in casu, lib.*2. *num.*1. *vers. non tamen posset repelli. Gabriel. cons.*88.*anno, lib.*1.*n.*23. quos sequitur *Menoc. cons.*503. *cum interrogatus, nu.*13. afferens iuste fuisse ab illo reprobatum *Gozad.* qui aliud voluit: sequitur *Ludouis. decis.* 105. *num.*11.*et seq.* concludens licet ob canonem non solutum possit directus dominus capere possessionem rei emphiteoticæ propria auctoritate, id tamen ei minimè licere facere, si prætendatur deuolutio ob lineam finitam, etiam quod concessio fuisset facta cum facultatiuo pacto capiendi possessionem deficiente linea emphiteotæ acquirentis; eam afferens rationem, quia posterior emphiteota posset habere causam retentionis, vt puta melioramentorum, quæ non amittit emphiteota aperta emphiteusi non sua culpa. *Decius cons.*518.*viso, num.*1.*et seq. Cuman. cons.*57. *monasterium, num.* 5. *Bero, quæst* 19.*sed et illud, num.*1. *et seq. Bertazol. cons.*81.*n.*20. & dixi *infra lib.*2.*cap.*8.§.1.*vers. dicendum primo.*

35 Limit. vbi dominus teneat facultatiuo pacto † vti per vim, seu absque moderamine inculpatæ tutelæ, coactis armatis, cum effusione sanguinis, vt ex *Salic. Neguſ.* & *alijs*, firmat *Mantic. de tacit. lib.*22.*tit.*22.*n.*14.*Vrsill. ad Affl. decis.* 97.
36 *n.*7. concludens de æquitate, & causa † vitandi scandali cessare istud pactum; subdens *num.*51. quando dicatur fieri cum moderata tutela.

Limit. quoties dubitari potest emphytheotæ
37 posse † competere aliquam exceptionem, qua non esset ille sua possessione expellendus, vel turbandus; & ratio est, quia ante omnia esset iudicandum emphytheusim esse apertam domino ex capite ab illo allegato. *arg. l.*1.*C. de probib. sequest. pecun. l. negantes, C. de act.* & *oblig.* Et quia istud pactum intelligitur, si constat nullam omnino posse competere possessori defensionem, alioquin non est expellendus, nisi fuerit citatus, etiam si iniuste videatur possidere. *cap. licet episcopus, de præbend. cap. ex litteris, de rest it. spol.* per quæ iura ita ratiocinantur *Afflict. decis.*97. *nu.*3. & post illum *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 22.*n.*14. *circa med. vsq. in fin.* & ita sæpe censuisse Rotam refert *Beltramin. ad Ludouis. decis.* 105. *Die, n.*12. & in casu, quo Dux Parmæ ceperat possessionem feudorum ob lineam finitam, late consuluit *Menoch. cons.* 503. addendo possessori competere remedium *redintegranda* 3. *q.*1.

Limit. vbi directus dominus pro expulsione
38 † emphyteotæ, adiuit iudicem, quoad ille expelleretur, vt dixi *supra* §.27.*n.*6.*cum alijs congestis a Pacifico de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 4. *n.* 717.& *Lancell. de attentat. par.*2.*cap.*4. *ampliat.*1.*n.*2.

Limit. vbi emphiteota interuertit posses-
39 sionem † domini ex interuallo: secus si in continenti. *Iaſ. l.*2.*C. de iur. emph. n.*100. *vers. tertia,* & *n.*117. *relati à Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.*41.*n.*55.*vers. nisi fortasse.*

§. XXXI.

Ratione analogiæ inter emphiteusim & feudum, disquirendum esset, an quæ dicta sunt de emphiteusi sint repetenda in feudo, cui similia pacta sint addita, vel vbi non sint feudali concessione talia pacta apposita; & sumus in casu quo deficientibus masculis extante filia vltimi defuncti quæ est materia; *cap.*1. §. *defuncto si de feud. defunct. content. sit inter domin.* & *agnat. glos.*1.*in fin. in cap.*1.*de controuers. inter. masc.* & *fæmin.* & ego plura scripseram; quæ communicata pluribus amicis sunt in parte deperdita; & illa reficere non datur otium: expectet nunc carrente prælo curiosus lector casum, quo deperdita inueniantur, seu restituantur, vel reficiantur.

CAP.

CAP. III.

SVMMARIVM.

Exequutio excessiua est nulla, & reuocanda. 1. et *quare.* 2. 3. *Ampl.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 30. *Limit.* 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 34.

Titulus vbi reducitur ad non titulum, res est restituenda cum fructibus.

Addentes ad Ludouis. reprobantur. 21

L. cum hares. ff. de stat. liber. & l. 1. *§. apud Iulianum. ff. deposit declarantur.* 31

Exequutores seu birruarij sunt tenaces. 32.

Praxis Vrbis circa pretium pignorum quæ venduntur sub hasta, vbi illud excedit, vel non æquat debitum. 31. 32. 33.

TErtio obseruandum erit à cauto & diligenti procuratore, qui nolit de lite facere lites, ne sententiæ exequutio sit excessiua, quia si tali laboret vi-
1 tio, illa est nulla † & reuocanda. *Bart. in l. si non sortem §. si centum, ff. de condict. indeb. num. 6. et Bald. num. 2. Castr. num. 2. Ias. n. 1. Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet. Ruin. cons. 136. num. 5. lib. 1. et cons. 160. num. 27. lib. 2. Paris. cons. 81. lib. 2. numer. 36. Afflict decis. 350. num. 7. lib. 3. num. 87. Mantic. decis. 303. num. 2. in fin. Dec. in l. cum amplius, ff. de reg. iur. num. 2. Bald. cons. 223. lib 2. num. 2. Surd. cons. 168. num. 20. Asinius de exequut. §. 6. cap 176. nu. 7. Rebuf. de litter. oblig. artic. 1. glos. 12. nu. 4. Gratian. discept. 749. num. 27. Gama. decis. 40. num. 2. & seq. Ludouis. decis. 373. num 2. Rota recent. decis. 603. num. 3. part. 2. Caualer. decis. 84. num. 1. Cartar. decis. Ianuens. 39. num. 8. vers. in contrarium, & num. 9. & seq.*

2 Rationes plures huius assumpti afferuntur, † nam *Bald in l si non sortem, §. si centum ff. de condict. indeb. num.* 2. eam affert, quia datio in solutum ex decreto iudicis, non potest in parte esse valida, & in reliquo inualida: exemplo decreti iudicis, quod in totum corruit, si in parte non potest sustineri: Ideo adiudicatio iudicis facta ex causa debiti in parte non veri, corruit in totum: subdens in hoc differre decretum Iudicis à contractu, qui substinetur pro parte veri debiti.

3 *Rota* autem putat assumptum † verum, propter indiuiduitatem actus facti a Iudice, qui non potest sustineri ex causa, quæ in parte sit vera, & in parte falsa, *decis. 359. num. 5. part. 1. & decis. 630. part. 2. num. 3. in recent.* quod prius dixerant *Curt iun. cons. 170. num. 3. Dec. in l. cum amplius, ff. de reg iur. num. 2. Bald. cons. lib. 2. num. 2. Rol. à Val. cons. 7. vol. 3. nu. 88. Cartar. decis. Ianuens. 39. nu. 10. & seq. Rom. cons. 454. num. 12. circa fin.*

4 Ampl. etiam vbi exequutio est excessiua † facto exequutoris, seu apparitoris, quem nunc birruarium, seu seruientem Curiæ nuncupamus, vt dixi *infra §.* 1.

5 Ampl. etiam vbi est † excessiua facto debitoris, vt dixi *infra §.* 2.

6 Ampl. etiam vbi exequutio † est excessiua facto iudicis, vt dixi *infra §. 3. & seq.*

7 Ampl. vt passo excessiuam † exequutionem liceat appellare, tam ad effectum deuolutiuum, quam suspensiuum, etiam quod causa non sit appellabilis, siue ratione illius, qui illam decreuit, siue ratione personæ, in quam est illa decreta, siue ratione rei, quam exequutor capere debet in causam iudicati, vt dixi *infra §.* 4. vbi retuli communia omnibus casibus, quibus exequutio dicitur excessiua.

8 Amplia, vt exequutio excessiua sit nulla † & reuocanda, non solum pro quantitate, vel re debita. *l. certi condictio, §. quoniam igitur, ff si cert. petat. Afflict. decis. 358. num. 7.* Capic. *decis. 41. num. 9. Bald. cons. 223. proponitur. lib. 2.* Caualer. *decis. 84. num. 1. Neuizan. cons. 77. num. 2. in fin. &* 4. vbi plures idem sentientes refert. *Cartar. decis. Ianuens. 39. num. 8. vers in contrarium, num. 9. & seq.*

9 Ampl. præsertim si fuerit excessiua † ratione iurisdictionis, vt dixi *infra §.* 4.

10 Ampl. vt passus excessiuam exequutionem † possit agere remedio canonis *Redintegranda,* 3. *q.* 1. vt dixi *infra §.* 5.

11 Ampl. præsertim si excessus sit † commissus non præcedente liquidatione quantitatis, vel rei pro qua facta fuit exequutio. *Serafin. decis. 938. num.* 1. qui refert ita iudicasse *Rotam coram Plato,* et *Comitulo,* alio doctore, vel textu non relato. Si quis tamen velit satisfacere & implere sua scartafasia, quando debitum dicatur liquidum, videat quæ dixi *infra capit.* 5. *per totum.*

Ampl. etiam vbi potius capiendo vnam rem
12 † quam aliam minus grauabatur debitor, *Bellam. sequendo Inn. in cap. quoad consultationem, 15. de re iud. num. 18. in princ.* Difficile tamen esset velle hanc extensionem practicare, nec in birruarijs cadit ista ciuilitas.

13 Ampl. vt exequutio excessiua adeo sit nulla, † vt consensu partium non possit fieri valida. *Rota recent. decis. 391. part. 2. num. 5. relatis Cæsar. de Gras. decis. 2. de appellat. et Ludouis. decis. 339. num. 4. et* 5. vbi attentata dicuntur gesta intra terminum ad appellandum, quamuis non fuerit deinde appellatum. Efficaciori tamen simili probari potest nostra ampliatio ex ijs quæ dixi *cap. sequent. ampliat.* 1.

14 Ampl. etiam vbi exequutio † sit in solidum contra vnum pro virili obligatum & condemnatum, vt dixi *infra cap.* 10.

Ampl. vt exequutio excessiua sit nulla & reuo-
15 canda, † etiam quod de stylo Curiæ, vbi relaxatum est mandatum exequutiuum, illud sustineatur pro quantitate debita, quamuis relaxatum vltra debitum; vt accidit sæpe in Curia Auditoris Cameræ, *teste Salust. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 37. num.* 4. addendo stylum sustinendi mandarum pro quantitate debita niti æquitate, ad euitandos circuitus. Ideo in eodem tribunali

sæpe

sæpe vidi reuocati exequutiones factas vltra debitum, cum mandatis relaxatis quantitatis in totum non debitæ, cum refectione expensarum, vt inquit idem *Salust.d.cap.37.num.2.post med. et censuit Rota coram* Serafin.*decis.938.mandatum*.

16 Ampl.etiam quod sit excessiua † in obolo, *Bart. in l.si non sortem, §. si centum, ff.de condict. indeb. num. 6. Ias. num. 1. et 2. Paris. cons.81.lib.2.num.36.Bursat.cons.73.dominus num.27. Ludouis. decis.* 19*8.num.*1. *Caualer. decis.*84 *num.*2.*Gratian. discept.* 122. *numer.6. Castil.decis.7.num.23.et decis.109.num.75.* qui plures alios idem sentientes referunt, *Caualer. decis.84.n.2.* Plotus *cons.13.multis, n.11.*

Ampl.vt fructus totius rei captæ in excessiua
17 exequutione, † sint cum re ipsa restituendi debitori, vel compensandi in extinctionem debiti. *Bal.l.certi condictio, §.quoniam, ff.si cert.pet. referens ita consuluisse. Rom.l.1. §. pen.ff.de verb.oblig.Ias.in l.si non sortem, §.si centum,ff. de condict.indeb. n.* 1. *circa med.* vbi alios refert idem sentire. *Cesal. cons.198. n. 2. Flau.Tort. ad Statut.*Papiæ, *cap.48.num.65.Cartar. decis. Ianuen.39. n.19. et 25.* subdens, si facta compensatione creditor non esset integre satisfactus, quod liceat illi totam tem retinere.

Ratio autem huius ampliationis est, quia vbi
18 titulus † reducitur ad non titulum, vel habet ortum a causa mala, fructus cum re ipsa sunt restituendi, *l.filio §. contra, ff.de inoff.test am. Rom.cons.454.n.26.et seq.*

19 Ampl.etiam si sequatur deinde subhastatio † & Iudicis adiudicatio. *Gama decis. 40.num.2. Cartar. decis.Ianuens. 39. nu.19.& 25.*

Limita, vbi in exequutione capiuntur plura
20 bona, † quia in vna vel duabus non poterat esse satisfactum creditori: nam cum difficile sit, si non impossibile, capere pignora, quorum precium æquet quantitatem debitam, substinetur exequutio. *Rebuf. de litter. obligat. artic.1. glos.12. num.5. Surd.cons.38.num.28. vers.se-*
21 *cundo.* † Quamuis, & male, *addentes ad Ludouis. decis.198.*generaliter velint exequutionem esse nullam ob excessum, si is fuit commissus in sententia; secus si in re capta in exequutione.

22 Limit. vbi non fuit appellatum ab excessu; † nam quia passus excessiuam exequutionem dicitur acquieuisse iniuriæ sibi factæ, substinetur exequutio. *Rota recent. decis. 770. Reuerendus, part.1.num.9. in fin.*

23 Limit. vbi non fuit excessum in sententia † circa quantitatem debitam, sed in æstimatione, seu venditione rei captæ in exequutionem rei iudicatæ. *Cast. in l. si non sortem, 26. §. si centum, ff. de condict.indeb.nu.2. vbi Ias. n.2. Ruin.cons.136.lib.1. nu.5.Paris.cons.81.lib.2. num.36.* addendo præsertim procedere si datio in solutum, fuit facta à parte, seu à debitore. *Afflict. decis.358.nu. 7. Dec.in l.cum amplius, ff. de reg.iur.num. 3. Flau. Tort. ad Statut. Papiæ cap.48. num.74.* addendo idem dici in datione in solutum facta à debitore creditori. *Dec.in l.cum amplius, ff.de re iud.num.3. Soc. l.certi condictio, §.quoniam ff. si cert.petat.nu.*
30. Surd cons.39. num. 27. in fin. et num. 29. Rota coram V baldo decis.70. num.12. relata per Zacchiam de oblig. Camer. Gama decis. 40. num. 2. circa med. Bursat. cons. 73. Dominus num.27. circa finem.Cartar. decis.39.num.14. et seq. Castil.decis.109. num.76. Bursat.cons. 184. num.38.

24 Limit. in venditione pignoris † conuentionalis facta à creditore ex facultate data à debitore: nam licet illud pluris vendatur, quam etat debitum, non tetractatur venditio, sed precium excedens debitum. *l.si in aliqua, C. de distr pignor. Dec. l. cum amplius, ff. de reg iur. num.2. vers.secus;* addendo procedere etiam si Iudex interponeret decretum in tali venditione, quia non agitur de pignore prætorio; idem repetens *in l.si non sortem, §. si centum, ff.de condict. indeb. num. 4. vers.& vlterius. Flau. Tort. ad Statut. Papiæ cap.48.num.73.*

25 Limit. in t. nuta capta † de bonis debitoris virtute pacti exequutiui, & ex decreto Iudicis. *Rouescal. ad Dec. in l.cum amplius, ff. de reg. iuris.*

26 Limit. vbi actum fuit actione reali † seu hypothecaria, quia non vitiatur exequutio, licet plus detur, vel capiatur in exequutione. *glos. in l.3. C.de procur. Rouescal. ad Dec. in l.cum amplius, ff. de reg. iur.*

Limit. in exequutione, quæ fit auctoritate
27 Principis, † nam in reuerẽtiam dignitatis illius, & ne eius iudicata indicentur ad paria iudicatis ab inferiori Iudice, substinebitur exequutio pro summa debita. *Ias. in l si non sortem, § si centum, ff. de cond. indeb. num.2. vers. & primo.*

28 Limit.in exequutione quæ fuit facta † ex pluribus capitibus; nam si legitima fuerit in vno, sustinetur. *Soccin. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet. num.32.*

Limit. vbi pignora in exequutione capta fue-
29 runt † posita sub hasta, & distracta precio excedente debitum; nam satisfacto creditore reliquum datur debitori. *Cast.& Alex. in l. à Diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iud. Parlador. rer. quotidian.lib.2. cap. final. 5.part §.3.nu. 61. Flau. Tort. ad Statut. Papiæ cap.48.n.74. addentes ad Ludouis. decis.198. in fin.* concludentes, si exequutio sit excessiua ratione sententiæ exequutæ, quia vltra debitum, ratione pignoris capti in exequutione venditi pluris quã erat debitum; tunc non dici excessum in exe-
30 quutione; quia, vt ego addo, excepto casu † quo res vendatur causa solutionis tributi, nam tantum de pignore est vendendum, quod sufficiat pro petita solutione. *Ioan.de Plat. in l. fin.C. de exact. tribut. lib. 10. nu.6. circa fin.vers.sed vbi.* non facile capi possunt bona, seu pignora ab exequutore, quæ vendantur precio, quo satisfactus sit debitor, ita vt nihil desit, vel supersit; propterea antiquitus si satisfacto creditore ex venditione pignorum, quid superer at,
31 illud penes ædem sacram deponebatur † *l cum hæres ff. de stat. liber. l.1. § apud Iulianum.ff. deposit.* & modernis temporibus in Vrbe ex Summorum Pontificum cõstitutionibus apud Montem Pietatis, cui temporibus Vrbani VIII. suc-

succeſſit Miniſter Cameræ pignorum, qui primus fuit Camillus Perinus Florentinus, cui pro reſtitutione ſoluitur merces ad rationem quinque pro quolibet centenario, vbi priùs nihil ſoluebatur, facto depoſito penes Montem Pietatis, cum publico pauperum commodo ex vſu pecuniæ, qui largior fiebat, creſcente quantitate depoſitorum. Antequam conſtituta fuiſſet dicta camera pignorum, bona in exequutione capta, vel remanebant penes perſonam fide & facultatibus idoneam, & illis poſitis ſub haſta, illorum pretium in actu deliberationis numerabatur creditori, & reliquum remanebat penes exequutorem, qui illud, vel gratis numerabat domino pignorum, vel deponebat penes Montem Pietatis, deſcripto domino pignorum venditorum pro creditore, cui deinde à Miniſtris Montis conſignabantur præuio mandato Iudicis deſcripto in dorſo cedulæ; quod communiter faciunt miniſtri Montis quibuſcunque deponentibus, & commodo depoſiti penes dictum
32 Montem euitabatur incommodum, † de quo conquerebatur *Rebuf. de precon. & licitat. artic. 76. gloſ. 2. num. 15. et de litter. oblig. art. 1. gloſ. 12. num. 8. in fin. et Ant. Sola ad decret. Sabaud. lib. 3. tit. 38. glo. 1. num. 17. 20 et 21.*

33 Si autem pignora capta, & ſubhaſtata † non extinguunt totum creditum, capiuntur iterum alia debitoris pignora, ſeruato ordine *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. vt volunt Abb. et reliqui in cap. veniens 2. de teſtibus. Rebuf. de litter. obligat art. 65. nu. 66. et art. 68. gloſ. 4. nu. 7. Côler. de proceſ. par. 3. cap. 9. n. 89.*

Limit. vbi de ſumma de qua dicitur exceſ-
34 ſum, † fuit cognitum, vel non fuit exceptum. *gloſ. in l. Fulcinius, verb. oportet, ex quib. cauſ. in poſſ. ff. Spec. de ſecundo decreto, §. nunc dicimus, num. 22. Ceſal. conſ. 47. num. 47. et conſ. 198. Vinc. de Franc. deciſ. 120. num. 8. et deciſ. 660. Burſat. conſ. 148. Bolognet. in l. iuſte poſſidet, ff. de acquir. poſſeſ. num. 58. verſ. primum exemplum. Oſaſc. decis 160. num. 17.*

---

§. I.

SVMMARIVM.

Peccare humanum eſt, Angelicū emendare, et diabolicum perſeuerare. 1

Exequutio eſt exceſſiua facto exequutoris, vel iudicis, vel debitoris. 2

Exequutio eſt exceſſiua facto exequutoris, ſi capiat, quæ longe pluris æſtimentur quantitate contenta in ſententia, et reſiſti poteſt exequutori. 3. *Ampl.* 4. 8. 10. 12. 14. 15. 16. 18. 24. 25. 26. 27. 28. *Limit.* 17. 20. 21. 23. 224.

Exequutio ſententiæ exceſſiua non impedienda de facto à creditore. 22.

Exequutor punitur ſi exceſſiuam faciat exequutionem. 4. *ampl.* 9. *non poteſt vim inferre frāgendo portas, vel aliter, ſine ſpeciali iudicis mandato.* 23

Exequutio exceſſiua eſt, reuocāda tāquā iniuſta. 5

Exequutio exceſſiua eſt reuocanda tanquam nulla. 6

Reuocatio exequutionis ex capite iniuſtitiæ, et ex capite nullitatis differt. 7

Alexander reprobatur. 11

Minor reſtituitur aduerſus venditionem iudicialem, ſi fiat de re magni valoris, vbi alia aderat, ex cuius pretio poterat creditori eſſe ſatisfactum. 13

Iudici quando reſiſti poſſit. 24.

Peccare humanum eſſe, Angelicum emen-
1 dare, † & Diabolicum perſeuerare, ſcripſit *D. Auguſtinus*: ideo *Paris de Put. in ſuo celebri tract. de Siudicatu*, volens probare de quibuſcunque hominum actionibus ferri poſſe iudicium, an illæ rectæ, vel iniquæ ſint, relatis ab imo ad ſummum, in quibus iuſtitiæ, & officij ſibi demandati metas excedat quodlibet perſonarū genus, promittit velle etiam agere de exequutoribus iniurioſis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Agendo itaque de iniurioſis exequutoribus ſententię latæ in ciuili cauſa, præmiſſo quod
2 exequutio poteſt eſſe exceſſiua † facto exequutoris, vel iudicis, vel etiam ipſius debitoris, & id accidere poteſt multis modis; de ſingulis agendo.

Primo exequutio erit exceſſiua facto exe-
3 quutoris, † ſi faciat exequutionem ſententiæ ſuper bonis condemnati, quæ longe pluris æſtimentur quantitate contenta in ſententia, quam exequutioni mandat, nam & illi ratione exceſſus reſiſti poteſt. *Bart. in l. contra, C. de exequut. rei iud lib. 10. num. 2.* addendo puniendum eſſe
4 exequutorem, ſi fuit in lata culpa, id eſt, vt ego interpretor, ſi debitor offerat conueniens pignus debito. *Bartolum* ſequitur *Corſet. in ſuis ſingularibus, §. officialis, et Iac. Rebuf. in d. l. contra, in fin. et Ioan. de Plat. Odofred. in l. prohibitam, C. de iur. Fiſci, lib. 10. num. 5. et ſeq. Tuſc. concluſ. 413. Iudici nulliter, num. 6. relato Dec. in l. vt vim. ff. de iuſt. et iur. n. 24. Afflict. ad conſtit. Regni, de pacis cultu nu. 56. Marſil in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 48. Papienſ. de ſentent. exequut. §. publico, num. 9. Rebuf. de ſent. exequut. §. gloſ. 14. numer. 13. Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap. 158. nu. 46. et 47. Rebuf. de litter. oblig. art. 6. gloſ. 12. num. 3.* addendo ex Gallorum obedientia non ſeruari opinionem *Bartoli*, ſed debitores ſibi conſulere remedio appellationis: & poſt *Rebuf. Surd. conſ. 39. num. 29. et addentes ad Gamam deciſ. 40. num. 5.* ſed idem *Rebuf. de ſent. exequut. artic. 7. gloſ. 14. nu. 4.* aliud dixit, & probat alios idem dixiſſe cum *Bartolo*.

4 Ampl. præſertim ſi iudex, † cuius mandato fit exequutio, diſtet à loco faciendæ exequutionis. *Io. Fab. in l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recip.* quem refert, & ſequitur *Rebuf. de ſent. exequut. §. 8. gloſ. 14. num. 13.*

An autē iſto caſu exequutio ſit reuocādā tanquā nulla, vel tanquam iniuſta, non conueniunt
5 Doctores; nam † quod ſit reuocanda tanquam iniuſta, voluit *Guid. Pap. deciſ. 329. n. 1. in princ.*

&

& ita caueri Satuto Delphinatus, exemplum referens, si in exequutione capiantur bona, quæ pluris æstimentur duplo, quantitate debita.

6 Sed quod sit ex capite † nullitatis reuocanda,
voluerũt *Alex. in l. a diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iud. n. 4. in princ. Neuiz. & ab eo relati cons.* 77. *num.* 4. & dixi supra *hoc cap.* 3. *num.* 2. & 3.

7 Effectus reuocationis ex capite nullitatis † est
quia si cum rebus captis in exequutione vlterius processum fuit ad illorum subhastationem, & venditionem, sunt passo iniuriosam exequutionem restituendi fructus, tanquam spoliato, vt dicam infra: secus si ex capite iniustitiæ, quia concurrit titulus *gloss. fin. in l. si fundum, C. de rei vendic.*

8 Ampl. præsertim vbi probaretur † bir suarium
fraude, vel dolo fecisse exequutionem super re, quæ plurimi æstimaretur, vbi aderat alia, quæ minoris æstimabatur, & satis erat, vt ex illius pretio esset satisfactum creditori. *l.* 1. & 3. *C. si vend. pignor. agat. l. 2. C. de fide instrum. & iure hast. fis. lib.* 10. *Gama decis.* 40. *n.* 5. *vers. tertia,*
9 *& n. 6. & seq. plurib.* concludens tali casu † exequutionem reuocandam vnà cum cæteris, præsertim si vili pretio res capta sit distracta, & officialem puniendum.

Ampl. præsertim vbi vna re ex pluribus hypo-
20 thecatis † satisfieri potest creditori. *Galles. de oblig. Camer. quæst. fin. n.* 28. concludens rigorẽ obligationis Cameralis temperandum esse isto casu, & iudicem non passurum distrahi plura corpora bonorum debitoris, si vno vendito potest illi esse satisfactum, capta, & distracta re, vt ego addo, qua minus lædatur debitor. *l. 1. §. diminutio. ff. de vent. in pœnis mittend. l. fin. §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. l. si cui. ff. de seruit. per quæ iura ita firmat Alex. in l. a diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iud. n.* 4. addendo ex *Bartolo,* si aliud faceret iudex, posse appellari ad vtrumq. effectum, tanquam ab excessu modi in exequẽdo, & relatis dissentientibus, illos verbali distin-
21 ctione † conciliare tentat, An exequutio fiat ex sententia diffinitiua, aut alia specie sententiæ: vt priori casu capi possint meliora, secundo secus: & eadem distinctio repugnat distinctioni *Alberic. ibidem nu. 1. vers. vel dic. Ias. in eodem §. nu.* 10. aliam affert distinctionem, an vna res celerius possit vendi, quam alia, & distrahenda, quæ afferunt satisfactionem celeriorem: seruandam tamen dicit esse praxim.

22 Ampl. præsertim si agatur de rebus pupilli, †
vel minoris, si aderant alia, quibus distractis potuit satisfieri creditori, etiam si in tali distractione intercessisset decretum iudicis, vel pro parte tantum distraheretur, & sub hasta venderetur. *Alex ad Bart. relato Bald. id firmante in l. fin. C. de distract. pignor. Ferron. ad consuet. Burdegal. lib. 2. tit.* 13. *col.* 3. *vers. sed cum lex.* con-
23 cludit minorem †, restitui in integrum, si pro parua summa fuit sub hasta vendita res illius, quæ esset magni valoris.

Ampl. etiam vbi exequutor non obseruauit
24 fines mandati † sibi dati a iudice, vel a Statuto, vel consuetudine, vel stylo Curię, vel a iure communi. *Io. de Plat. in l. decretum. C. de metal. & epidmet. lib. 12. n. 2. vers. sed fallit. Rebuff.* de exec. *sent. artic. 7. gloss. 14. n. 10. & dixi infra cap.* 9. *& 11. Host. in cap. quoad consultationem, de re iud. nu.* 8. *in princip. & col. fin. §. canonicus.* & conferunt quæ dixi *infra §. 4. ves. sexto.*

15 Amplia vbi pro exiguo † debito capit bona magni valoris. & dixi *infra §. 4. vers. decimoquarto.*

Ampl. vt si capiantur bona longe excedentia
16 in precio quantitatem debiti, † detur appellatio ad vtrumque effectum. *Alex. in l. a diuo Pio, §. in venditione. ff.* de re *iud. n. 4. in princ. & Bart. n.* 15. *Imol. n. 1. Ias. num.* 10. *testans de communi. Abb. in cap. quoad consultationem, de re iud. nu.* 27. *Corrad. de offic Prætor. lib. 1. cap. 9. de exeq. sent num. 7. vers. est tamen. Gama decis. 40. n. 2.*
17 *& seq.* limitando † si pignora data fuerint a debitore. idem repetens *decis. 77. num. 4. Surd. consil. 39. n. 23. Guid.* Papa. *decis. 329. n.* 1. exem-
18 plum referens si duplo pluris † æstimentur debito. *Neuiz. cap. 77. n. 4. in prin.*

19 An appellandum ad iudicẽ, cuius † brachium fuit imploratum, vel ad iudicem implorantem, dixi *§. 6. num. 8. & seq.*

In Vrbe tamen, & tota ditione ecclesiastica, si agatur de exequutione sententiæ, graues sunt
20 indictæ † pœnæ in impedientes lictores, quominus iudicum mandata in persona vel bonis debitorum relaxata exequantur, ex constitutione *Pij IV. in Bullario Cherubini constit. 47. & Sixti V. constit.* 6. & qui manu armata inuaderet eosdem ne munus suũ adimpleant, *ex const. Iulij III. in eodem Bullario, num.* 17. incideret in crimen læsæ Maiestatis humanæ. Nec id est durum, vel iniquum: eum enim natura quisque sit in solutione eius, quod debet, quantum fieri potest contumax, ne de lite fiant lites, vel ciuitas repleatur turbis, & rixis, si impune concederetur facultas resistendi, & vim inferendi apparitoribus sub colore quod capta in exequutione excedant quantitatem crediti, adeundus
21 est iudex, † qui causa cognita id decidat; non autem in causa propria ius sibi dicere quod nemini est concessum, *l. 1. C. ne quis in sua causa,*
22 ita iubente Politicorum regula, † & optimi Principatus dogmate *Arist. 5. politic. cap.* 6. & latè prosequuntur *Vantius tract. de nullitat. ex defect. iurisdict. ordin. num. 93. & seq. plurib. Iacob. Laurent. tract. de iudic. suspect. cap. 11. nu.* 3. & dixi ego etiam aliqua non contemnenda in meis collectaneis ad *text. d. l. 1. C. ne quis in sua causa.* Si autem agatur de exequutione sententiæ Iudicis ecclesiastici, extra statum ecclesiæ, si quis illam impediat, suæ etiam sunt constitutę pœnæ, siue tale impedimentum præstetur de facto, vel opę iudicis sęcularis, vel quia iudex sęcularis sine legitima causa deneget auxilium sui brachij; quæ referre longum esset, & de illis integra sunt confecta volumina, ad quæ me remitto. Vidi tamen processus censurarum fulminatarum a iudice ecclesiastico contra impedientem executionem suæ sententiæ latæ in laycum.

Si tamen debitor sine vi impediat sententiæ

exe-

exequutionem, vt pote fugiendo ad ædem sacram, ne in illum fiat personalis exequutio; vel claudendo, & muniendo portam domus, ne idem cum bonis capiatur, aliquam non incurrit pœnam, sed capienda sunt alia bona debitoris si extent. *Boerius decis.277.num.1. in fin.* nec
23 potest Appatitor † vim facere exequendo sententiam, vt pote frangendo portam domus debitoris, quoad illum, vel illius bona capiat. Ideo in Vrbe stylus omnium Curiarum est, vbi negatus fuit ingressus domus debitoris, vel dubitatur impediri posse, vt citetur debitor ad tenendum domum apertam, quoad fieri possit exequutio, alias videndum mandari aperiri per vim; & interloquente iudice iuxta petita, exequutor potest fracta porta facere exequutionem in bonis quæ in domo reliquerit debitor, ac etiam capi possunt penes tertium reperta, & transportata in fraudem paratæ exequutionis absque alio processu.

24 Censeo præterea † debitorem impunè posse impedire exequutionem sententiæ in illum prolatæ ijs omnibus casibus, quibus licet de facto iudici resistere quos referunt *Abb. c. si quando 8. de offic. delegat. num.2. vers. sed concordando. Gul. Mayner. in l. non videntur § qui iussu, ff. de reg. iur. num. 6. & seq. Marsil in praxi, § attingam. n.38. & seq. pluribus Franc. Marc. decis.666. num. 3. Michael. Gras. relatus lib. 2. commun. opinion. de iudicijs, num.151. & seq. Neuizan. cons.52. num.11. & seq.* vbi ponit singularem casum, quo licet fugere è carceribus, occisis custodibus, si aliter non poterat fugere, & puniendum si non fugiat *Roman. latè in l.1. ff. de re iudic. num. 15. & seq.* & dixi etiam *in meis singularibus, § iudici multis in casibus nõ paretur*, & precipuè si imperet vltra fines suæ iurisdictionis, vel vbi ille caret iurisdictione. *Tuscus concl.512. exequutionem & concl.525. exequutori*, vbi alios casus refert, & dixi *infra cap.4. §.3. Dyn cap. quod quis mandato, de reg. iur. num.4. & seq. & ibi addentes. Felin. in cap. si quando de offic. deleg. Marsil. in praxi, § diligenter, nu.51. & seq. pluribus Tuscus concl.587. eximens captum num.33. & seq.*

25 Ampl. etiam alijs modis, † qui colligi possunt ex dicendis *infra §.4 & cap.12.*

Ampl. etiam vbi merus exequutor facit exe-
26 quutionem † assumendo partes iudicis, vt puta examinando testes, vel quid decernendo de meritis causæ. *Hostiens. cap. quoad consultationem 25. de re iud. num.8. in princ. & Bellamer. nu.7. Roman. cons.69. viso, num.13.*

Ampl. etiam vbi exequutor exequendo sen-
27 tentiam † interpretatur illius verba, quæ non vno sensu intelligi possunt, vt puta si exequutio sit facienda pro libris mille, quibus reus fuit damnatus, velit potius intelligi de libris Parisiensibus quam Turonensibus, & in Italia potius de libris Sabaudiæ, quam Mediolani, quæ minoris æstimantur. *Rebuff. de sent. execut. art.7. glos.14. num.8.*

28 Ampl. etiam vbi capit plura bona debitoris, † si parte illorum distracta poterat esse satisfactum creditori. *Neuizan. cons.77. n.4.*

§. II.

SVMMARIVM.

Executio est excessiua facto debitoris & reuocanda 1. et quare 2. Contrarium, 3. Concorda, 4. ampl.5.6.8.10.12.14.15.

Neuizanus, & Franciscus Bec. reprobantur, 9.

Titulus inualidus non excusat possidentem a restitutione fructuum, 13.

1 SEcundo exequutio est excessiua † facto debitoris, nam si ille det rem in solutum pro quantitate vltra dèbitum, vt puta si quis credens debere quinquaginta, vbi debebat vigintiquinque, det rem æstimatam a dante, & recipiente quinquaginta, nam ratione excessus vitiabitur exequutio penitus. *Cast. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. num. 2.* addendo hoc esse notandum, quia vtilissimum, & quotidianum, subdens *num.3.* aliud dicendum si non fuit erratum in quantitate debita, sed in æstimatione, *Cast. sequitur Ias. ibidem num.2 Tiraquel. de retract lignag. §.23. glos.1. n.26.* vbi *infinitos refert. Paris. cons.100. lib.1. num.33. et 35. Rum. cons.135. nn.5. lib 1. Cefal. cons.198. num.1. Gama decis.40. num.2. in prin.*
2 vbi refert rationem quare datio in solutum † sit nulla vbi debitor intendebat facere actum validum, *Dec. in l cum amplius, ff. de regul. iur. num.1. et 3. Gama decis.41. num.2.*

3 Contrariũ tenent relati † a *Tiraquel. de retract. lignag. §.23. glos.1. nu.27. vers. sunt* qui negant, procedere in conuentionali, & a *Tusco conclusione 197. adiudicatio, numer. 25. et a Bursat. cons.184. articuli, num.36.*

4 Concorda † ex *Bursat. cons.184. articuli, n.38. Gama decis.41. num.2. vers. in casu.*

5 Ampl. præsertim † si fiat a tutore de re pupilli. *Surd. decis.45. quod datio, num.1. et seq.* & *nu.9.* addit recuperari cum fructibus.

Ampl. vt ad repetendam rem datam vltra de-
6 bitum, † non solum quis experiri possit ex capite nullitatis, sed etiam remedio Canonis *Redintegrandæ, 3. q. 1. Surd. cons.49. num.17. et*
7 *decis.45. quod datio, in prin.* † cum temperamento tamen, scilicet soluto vero debito. *Tiraq. de retract. lignag §.23. glos.1. n.27. in fin.*

8 Ampl. vt creditor recipiens rẽ † vltra debitum, si conueniatur ad restitutionem, sit condemnandus etiam ad fructus perceptos, quamuis consumptos; vel computandi in sortem debitam, *l. Titia, §. cum propter, ff. de solut.* quem textum mirabilẽ dicit *Bal. in cap. quoniam frequenter, §. sin autem, vt lite non contest. n.2. in fin. Fulgos. cons.136 quia ex facto, nu.2. vers. ad secundum. Alex. in l. iuste possidet, ff. de acq. poss. ff. n.20. post med. Surd. decis. 45. quod datio, nu.8. vsque in fin.* vbi reprobat Neuiza-
9 *num*, † *Franc. Beccium*, & alios dissentientes, & pluribus similibus comprobat *Paris. cons.100. lib.1. n.33.* ampliando presertim si ex illis creditor factus est locupletior. *Cef. cons.198. n.2. Cartar. dec. Ianuens.39. n.18.* subdẽs *n.21.* dari retẽtionẽ
11 † si facta cõpensatione creditor nõ sit satisfactus.

Ampl. vt creditor ista casu sit condemnandus
12 † ad restitutionem rei cum fructibus, qui percipi poterant, *l. si nauis, §. fin. ff. de rei vend. l. 2. C. de pignor. act. per quæ iura ita firmauit Fulg. conf. 136. quia ex facto, num. 2. verf. ad secun-*
13 *dum*, eam afferens rationem, quia titulus † inualidus non excusat illum a perceptis, nec a percipiendis. *Franc. Bec. conf. 95. cum exequutio, num. 3. & seq.* qui licet *num. 17.* teneat contrarium in casu quo adiudicata fuerant creditori bona debitoris non præcedente illorum æstimatione, id firmat, quia aderat bona fides creditoris, quæ abest, vbi ille plus debito exigit, vt in casu nostro. *Parif. conf. 100. lib. 1. n. 34. in fin.*

14 Ampl. vt ex tali datione in solutum † nullum transferatur dominium in recipientem. *Cuman. in l. iuste possidet, ff. de acq. poss. Surd. decis. 45. num. 10. in fin.* remittendo tamen se ad dicta *Alexandri in eadem lege*.

15 Ampl. vt talis datio in solutum sit † adeo inualida, vt non possit à debitore ratificari, si sequatur præiudicium alicuius. *Bal. conf. 223. proponitur, num. 2. & conf. 243. n. 1. lib. 1.*

16 Limit. vbi non fuit erratum † in quantitate debita, sed in æstimatione rei datæ in solutam, *l. 1. §. fin. C. de bon. aut. iud. possid. Gama decis. 41. Duo, num. 2. verf. in casu, & num. 3.* addendo procedere vbi res magni valoris datur pro paruo debito.

17 Limit. vbi talis datio in solutum fit scienter, † vel debitor dando in solutum, dicat donare, quidquid non erat debitum, modo non sequatur inde præiudicium tertij. *Bald. conf. 243. visis dicto, lib. 3. num. 1. Ruin. conf. 136. lib. 1. n. 5.*

18 Limit. vbi debitor dat pignora † excedentia longe quantitatem debiti, vt deinde dicere possit de nullitate exequutionis. *Gama decis. 40. n. 3. verf. secundo.*

§. III.

SVMMARIVM.

Executio est excessiua facto iudicis, 1. & quare. 2. Ampl. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Quantitas minor non inest maiori in sententijs. 12.

1 Tertio exequutio est excessiua † facto iudicis, qui condemnato reo vltra quantitatem debitam, mandauit suam sententiam executioni demandari. *Bald. conf. 223. proponitur, lib. 2. num. 2. Rebuf. de litter. oblig. §. 1. glos. 12. num. 4.* addendo vitiari in totum. *Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet.* quem ibidem sequitur *Socin. num. 29.* ea motus
2 ratione, † quia agitur de actu indiuiduo. *Iaf. in l. si non fortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. num. 1. & 2. Rota diuerf. decis. 221. part. 2. n. 1.*

3 Ampl. etiam quod in minimo † damnauerit reū vltra debitam quantitatem, vel aliud ab illo præstandum faciendumue, vt dixi *supra hoc secundo Cap. ampliat. 13. num. 16.*

4 Ampl. præsertim si executio fiat vltra † summam petitam. *Bald. conf. 223. proponitur, lib. 2. num. 2. post med. verf. nam per ratihabitionem.*

5 Ampl. etiam vbi executio fuit facta † ex sententia, quæ ex actis non probatur iusta. *Bal. sequendo Bart. conf. 223. proponitur, lib. 2. nu. 1.* vbi loquitur de hærede, qui afferens in diuisione sibi obuenisse totum creditum, illud ex decreto iudicis exegit cohærede inscio, subdēs *n. 2. in fin.* neque ab illo posse ratificari, *c. ratum de reg. iur.*

6 Ampl. etiam vbi exequutio fuit facta † ex sententia lata ex causa non vera, seu ex contractu non vero, sed ficto. *Bal. conf. 122. vtrū, lib. 3. n. 1.*

7 Ampl. etiam vbi exequutio fuit facta † ex sententia lata ex causa quæ non est iusta; id est quæ fit de iure concludens ad effectum deueniendi ad exequutionem contra debitorem. *Bal. conf. 122. vtrum, lib. 3. num. 1. verf. item requirit, per text. in l. omnes, ff. de rest. in integr. l. 1. §. hac ff. ne vis fiat ei.*

8 Ampl. etiam vbi agitur de exequutione sententiæ † condemnatoriæ debitoris ad soluendum, vbi non venerat, nec cesserat dies solutionis, *l. cedere diem, ff. de verb. obligat. per quem textum ita firmat Bal. conf. 122. lib. 3. num. 1. in prin.* & vt ego addo, quia plus dicitur petere, vel dare, qui ante tempus soluendi, & exigendi debitum, petit, vel soluit, *§. plus autē, inst. de act.*

9 Ampl. etiam vbi agitur de exequutione sententiæ † latæ ad fauorem eius qui reum conuenire non poterat, vt puta si ad fauorem filij existentis sub patris potestate. *l. lis nulla, ff. de iud. per quem textum ita firmat Bald. consil. 122. vtrum lib. 3. n. 1. in princ.*

10 Ampl. vbi agitur de exequutione sententiæ † latæ inter eos, inter quos non patebat litis ingressus, vel ex consuetudine, vel Statuto, vel de iure, vel ratione qualitatis temporis, *l. fin. C. de ferijs, l. vir bonus, ff. iud. sol. per quæ iura ita firmat Bal. conf. 122. vtrum lib. 3. n. 1. in prin.*

11 Ampl. etiam vbi agitur de exequutione sententiæ † latæ non liquidato credito, *Bal. consil. 122. vtrum, lib. 3. num. 1. in prin.* & dixi *infra cap. 5. Serafin. decis. 938.*

12 Ampl. etiam vbi exequutio fit ex sententia, † quæ continet plus, quam fuit petitum, licet re vera reus esset debitor quantitatis contentæ in sententia. *Put. decis. 315. ad, lib. 1. nu. 1. & seq.* ea motus ratione, quia in sententijs, in maiori summa, non inest minor. *Rota diuerf. decis. 221. part. 2. n. 3.*

13 Ampl. etiam vbi iudex cœpit procedere † in causa sibi non constito de iurisdictione, quam regulariter non habebat. *Crauet. conf. 196. & si abunde, num. 5.*

14 Ampl. etiam vbi iudex † processit ad exequutionem, opposita exceptione, qua illa retardanda erat, vt dixi *infra, §. seq. verf. decimo quarto.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Exequutio est excessiua, vbi fit ex sententia iudicis, qui iudicando excessit fines suæ iurisdictionis, 1. Exempla referuntur. 2. 3. 4. 7. 8. 9. Ampl. 11. 15. 17. 18.

Item si fiat cōtra non nominatū in sententia. 19.

Itē facta in re, in qua iudex nō mādauerat fieri. 20

Itē vbi capiūtur plura corpora bonorum debitoris, vbi sat erat vnum capere & distrahere. 21

Iudex causarū criminaliū si pronunciet de ciuili dicitur excedere fines suæ iurisdictionis. 2

Iu-

Iudex deputatus ad certũ genus causarũ, si iudicet de alio genere, excedit fines suæ iurisdictionis. 3.
Iudex laycus cognoscens causam fori Ecclesiastici excedit fines suæ iurisdictionis. 4. *limit.* 5.
Iudex ecclesiasticus est capax iurisdict. secularis. 6
Iudex pronuncians de proprietate, vbi coram illo agebatur de possessione, excedit suam iurisdictionem. 8 9. *limit.* 10.
Iudex delegatus cognoscens de ijs quæ sibi nõ erãt commissa, excedit fines suæ iurisdictionis. 11. *Ampl.* 13.
Mãdati fines sũt seruãdi in iurisdictionalibus. 12
Arbitria reducta sunt instar iudiciorum. 14
Arbiter arbitrando de ijs, quæ in illum non erant cõpromissa, excedit fines arbitri. 15. *Ampl.* 17. 18.
Sententia est indiuidua. 16.
Sententia nulla est excessiua. 23
Exequutio est excessiua, si exequatur sententia nulla. 22
Item si fiat intra tempus datum iudicatis ad soluendum. 23.
Item si capiantur bona quæ capi non possunt. 24
Item si fiat in rebus, vel portionibus, de quibus iudex non cognouit. 25
Item quando condemnato debitore alternatiue fit ante factam electionem a debitore. 26
Item si fiat pro expensis factis, & faciendis. 27
Item si fiat post oppositum legitimam exceptionẽ, quæ erat retardanda. 28. 29. 30.
Item vbi fit in rebus preciosioribus debitoris, vbi aderant minus preciosæ. 31.
Item vbi fuit facta pro debito vero in parte tantum, & in reliquo non vero. 32
Exequutio est excessiua si pro exiguo debito sit capta res magni valoris. 33. *Ampl.* 34. 35. 36. 37. 38. 39.

1 QVarto executio est excessiua, si fiat in vim † sententiæ iudicis, qui iudicando excessit fines suæ iurisdictionis, *l. certa ratione*, C. *quand. prou. non est necess. Contard. de momentan. possess. limit.* 19. *num.* 38. subdens consultum esse reo vt appellet ab excessu. *Rebuff. de execut. sent. artic.* 7. *glos.* 14. *num.* 12. addendo procedere, si inferatur causa spetialis, & non in genere.

2 Exemplum esse posset primo, si iudex causarum † criminalium pronuntiet de ciuili, vel e contra iudex causarum ciuilium pronuntiet de criminali, iuxta *l. solemus*, §. *fin ff. de iudic.* quem textum pluribus exornaui in meis collectaneis. *post Vantium de nullit. ex defect. iurisdict. ord. num.* 47. *& seq.*

3 Secundo, si quis a Statuto, † vel alias esset deputatus ad certum genus causarum, vt puta mercantilium, damni infecti, pupillorum, viduarum, Iudæorum & similium, & in Vrbe est specialis Iudex Confidentiarũ beneficialium, cuius munus est cognoscere de illicita confidentia iuxta Pontificum constitutiones, & nunc illud exercet R. P. D. Franciscus Baransonus ciuis Mutinensis, solutis aliquibus milliaribus scutorum Cam. Apost. sicuti soluunt fere cuncti, qui iurisdictionem in Romana Curia exercent. Nam si de alio genere causarum ille cognosceret, etiam de consensu partium, inualida esset illius sententia, ratione excessus iurisdictionis sibi datæ, vt pluribus probat *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num.* 51. *&* 52. *Contard. de momentan. possess. limit.* 19. *num.* 10. ampliando etiam si partes iurassent non dicere de nullitate sententiæ, ratione excessus iurisdictionis.

4 Tertio si laycus cognosceret de causa † spectante ad forum ecclesiasticũ, siue agatur actione personali, siue reali, in petitorio vel possessorio, principaliter vel incidenter, vt pluribus, & late probat. *Vantius de nullitat. ex defect. iurisdict. ordin. num.* 54. subdens *in fin.* Limitationem, vbi esset quæstio facti abstracti a spiri-
5 tualitate seu ecclasiastica † qualitate, de qua si non excipiatur, sustinetur iudicis secularis sententia, *num.* 55. *addendo num.* 58. aliud dici si coram iudice ecclesiastico emergat causa ciuilis, & layci fori, eam afferens rationem, quia eccle-
6 siasticus † iudex est capax vtriusque gladij.

7 Exempla alia plura excessus † iurisdictionis. refert *Vantius de nullit. cap. de nullit. ex defect. iurisdiction. num.* 59. *& seq.* Quibus addo illud,
8 quod si coram † ordinario iudice sit intentatũ possessorium, & ille condemnet victum ad æstimationem rei, de cuius possessione cœptum fuit iudicium, cum debuisset illum condemnare quanti interfuisset actori possidere. *Contard. de moment. possess. limit.* 19. *num.* 12. Vel si iu-
9 dex † pronunciat de petitorio, vbi illud meo iudicio possessorio fuerat suspensum, præsertim si fuerit exceptum, vt priùs de possessione cognosceretur. *Veral. decis.* 325. *part.* 2. *num.* 1.
10 *& seq.* vbi præterea docet † cautelam, qua iudex poterit etiam cognoscere de petitorio. *& decis.* 143. *part.* 3. *num.* 1. *& seq. Mantic. decis.* 328. *num.* 4. *Surd. decis.* 266. *num.* 11.

11 Quæ dixi de iudice ordinario, sunt etiam dicenda † de delegato, qui si iudicet de ijs quæ sibi non erant demandata, excedendo fines suæ delegationis, excessiua est illius sententia. *capit. cum dilecta de rescript. c.* 1. *eod. tit. in sext. Natta cons.* 39. *num.* 1. *Franc. Bec. cons.* 21. *nu.* 14. *et seq. Surd. cons.* 334. *num.* 60. *et. seq.* concludentes, delegatum debere seruare fines rescri-
12 pti, quæ dicuntur de mandato † ad contractus procedere in mandatis iurisdictionalibus, auctoritatem delegati regulari à forma rescripti,
13 quam si delegatus non seruat, puniri potest † ab ordinario iudice territorij, vbi erat delegatus, modo admoneat de excessu delegantem. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 424. *quem sequitur Boer. decis.* 9. *num.* 5. *Contard. de moment. possess. limit.* 19. *num.* 11.

14 Arbitria cum † redacta sint ad instar iudiciorũ *l.* 1. *ff. de arbit. Ias. l. cum te*, C. *de transaction. num.* 2. *in fin.* præsertim quoad ordinem iudicij, & personas quæ in iudicio stare possunt. *Natta cons.* 2. *num.* 4. *circa med. Capel. Thol. decis.* 118. *Bart. l. licet*, §. *sed si filius, ff. de pecul.*
15 *num.* 4. Ideo arbiter si arbitrando † excedat fines compromissi, sententia illius erit excessiua, & inualida. *l. non distinguimus*, §. *de officio, ff. de recept. arbitr. Ripa l.* 4. §. *Cato, de verb. oblig. nu.* 67. etiam quoad, ea de quibus factum

fuit compromissum. *Bald. l. sicuti, ff. de recept. arbitr. num. 1. Alex. cons. 114. num. 5. et seq.*
16 *lib. 4.* & ratio est quia sententia † est indiuidua, nec potest in parte esse valida, & in reliquo inualida. *l. in hoc iudicio ff. famil. hercisc. Mantic. decis. 97. num. 5. Contard. de momentan. possess. limit. 19. num. 10.* addendo procedere, etiam quod compromittens iurasset non dicere
17 † de nullitate laudi. *Surd. cons. 339. num. 8. Rol. à Val. cons. 38. nu. 37. vol. 4. & late Franc. Bec. cons. 99. num. 13. Iacob. Laurent tract. de Iut. suspect. cap. 7. num. 3.* ampliando, vt ne-
18 que possit ratificari † nisi in vim pacti, vt dicitur de sententia nulla.

Quinto, exequutio est excessiua, si fiat contra
19 † non nominatum in sententia, vel qui condemnatum non representet; nam cum illa minime possit fieri contra tertium, est tanquam excessiua reuocanda, *l. ob maritorum, C. ne uxor pro marit. Bart. l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud. nu. 7. Castr. numer. 8. vers. aut ille. Ludouis. decis. 22. num. 1. & late* examinaui supra hoc *cap. 11. in princ.*
20 Sexto, exequutio est excessiua, vbi † non fuit facta in re, in qua iudex mandauit fieri, veluti si iudex mandet creditorem ex Saluiano immitti in possessionem vineæ, & ille immittatur in possessione siluæ, vel alterius rei non expressæ in mandato. *Contard. de momentan. possess. limit. 19. num. 21. Bart. in l. ab exequutore, C. quorum appel. non recip. num. 4. Hostiens. in cap. quoad consultationem 11. de re iud. num. 8. in princ. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 26. n. 10. Gabriel. cons. 52. lib. 1. num. 5. Mynsinger obser. 73. in eadem centur. 3. in fin. Peguer. decis. 205. crim. num. 6. in fin. Ludouis. decis. 555. num. 4. Rebuf. de sentēt. exequut. artic. 7. glos. 14. nu. 3. Rom. cons. 69. visa num. 12. Rol. à Val. cons. 5. videtur lib. 2. num. 10. & seq.* concludens omnem exequutionem factam contra, vel præter intentionem iudicis esse excessiuam.
21 Septimo, si capiantur plura bona debitoris, † vbi ex vno, vel duobus corporibus poterat esse creditori satisfactum. *Contard. de momentan. possess. limit. 19. num. 21.* exemplum referens si debitor immittatur in possessionem plurium rerum, vbi vna erat satis. *Rota Ianuens. decis. 4. nu. 24.* exemplum referens si vendantur plures res simul vbi sat erat vnam vendi. *Neguss. de pignor. membr. 1. part. 5. num. 28. vers. 5.*
22 Octauo, exequutio est excessiua, † si fiat exequendo sententiam nullam, vt dixi *supra in proœm. huius tract. & infra lib. 2. cap. 15. in princ.* & ratio est quia omnis nullitas est excessus. *Host. cap. quoad consultationē 15. de re iud. n. 8. vers. & dicitur, & vers. sed & vndecimo.*
23 Nono exequutio est excessiua, si fiat † intra tempus datum iudicatis ad soluendum, *l. 1. C. de exeq. rei iud. l. debitoribus ff. eod.* Sed hoc latius examinaui *cap. seq. §. 1. vers. secundū exemplū.*
24 Decimo, si fiat in rebus, quæ in causam † iudicati minime capi possunt, *Rebuf. de exequut. sentent. artic. 7. glos. 14. nu. 5.* Quæ autem sint bona, quæ capi non possunt in exequutione sententiæ, dixi *infra cap. 12.*

25 Vndecimo, si fiat in rebus † vel personis, de quibus iudex nō cognouit, vt late dixi *inf. c. 15.*

Duodecimo, si condemnato debitore alter-
26 natiue † exequutor, non expectata electione debitoris condemnati, capit vnam ex alternatis in exequutione rei iudicatæ. *l. vnica, C. de plus petit. Rebuf. de exequut. sent. art. 7. glos. 14. n. 8.* Quod tamen limita si debitor fuit morosus in facienda electione, infra datum tempus. *l. mancipiorū ff. de opt. legat.* vbi *glos.* vel electio est data creditori. *Bart. l. quamuis, ff. de pignor. act.*
27 Decimotertio est excessiua, † si fiat pro expensis factis, & faciendis. *Castil. decis. 7. n. 28. & seq. Mastril. decis. 287. num. 59.*
28 Decimoquarto exequutio est excessiua, † si opposita exceptione legitima, qua erat retardanda, illa fiat. *Host. cap. quoad consultationem, de re iud. num. 8. in princ. vers. adhuc.* Declarando exceptionem eam esse legitimam, qua apparet sententiam esse nullam, vt puta lite non contestata, vel perempta instantia, & alia similia. *Bart. l. ab exequutore, C. quorum appel. non recip. num. 4. Bellamer. d. c. quoad consultationem, num. 10. Ripa l. qui pro tribunali, ff. de re iud. num. 10. in princ. Bero. cons. 32. lib. 3. n. 26. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 6. num. 55. in fin. Contard. de momentan. possess. limit. 19. nu. 7.* addendo quod si talis exceptio non fuit opposita, non dicatur exequutio esse nulla, sed iniusta, à qua si non fuit appellatum, dicitur reus acquieuisse exequutioni excessiuæ. *Rota recent. decis. 770. part. 1. n. 9. in fin.*
29 Ampl. etiam † si talis exceptio opponatur à tertio. *Rip. l. 2. ff. de re iud. num. 9. Bal. l. ab exequutione, C. quor. appel. non recip. nu. 4. Bero. cons. 106. num. 1. lib. 3. Mandel. cons. 14. in fin. Contard. de mom. possess. quæst. 24. n. 8. et seq.*
30 Ampl. etiam si agatur † exequutiue, vel alias non licebat appellare. *Contard. de moment. poss. limit. 19. num. 5.* asserens hanc esse cautelam ad eludendum iudicium exequutiuum.
31 Decimoquinto exequutio est excessiua, † vbi illa fit in rebus preciosioribus debitoris, vbi aliæ aderant, ex quarum precio poterat esse satisfactum creditori. *Neguss. de pignor. membr. 1. part. 5. num. 28. in fin.*
32 Decimosexto, si exequutio fuit facta † ob debitum in parte verum, & in parte falsum. *Rot. recent. decis. 630. part. 2. num. 3.*
33 Decimoseptimo exequutio est excessiua, † si pro exiguo debito capta sit res magni precij. *Bart. l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. num. 5. vbi Alex. num. 3. & 4. Gama decis. 40. num. 5. vers. tertio, Surd. cons. 39. num. 28. in fin.* subdens exequutionem isto casu non esse
34 nullam, sed iniustam, & ideo appellandū esse.

Ampl. præsertim vbi capta fuit instante cre-
35 ditore † qui non habet bona debitoris hypocata, nam cum illo casu seruandus sit ordo datus *in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* tanto magis erit exequutio excessiua, & reuocanda, vt dixi *infra cap. 11. §. 6.*
36 Ampl. præsertim si debitor præsens reclamet † & protestetur, vt capiantur alia bona viliora.

Ga-

Gama decis. 40. *nu.* 5. *vers. tertio, addendo n.* 8. argui malam fidem iudicis, & exequutoris, si illa fuerit creditori addicta.

37 Limit. vbi non aderant alia bona debitoris, † quæ capi potuissent in causam iudicati. *Galganet. de iu. publ. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 21. *Gama decis.* 40. *num.* 7. *et seq.* & hæc negatiua probatur assertione apparitoris, qui sit publicus, & iuratus. *cap. ad audientiam de præscript. cap sancimus,* 1. *q.* 7. *Alciat. regul.* 3. *præsumpt.* 14. *nu.* 3. probari tamen potest contrarium. *Menoc. præsumpt.* 25. *in fin. lib.* 2.

38 Limit. vbi illa data fuit exequutori † ab ipsomet debitore. *Gama decis.* 40. *num.* 5. *in princ. vers. secunda*, vbi addit hoc procedere etiam, vbi ille haberet bona viliora, quæ distracta, erant satis ad satisfaciendum creditori; eam asserens rationem, quia debitor videtur dolose illa dedisse, vt deinde habetet causam reuocandi exequutionem.

Limit. vbi omnia bona debitoris sunt credi-
39 tori hypothecata; † *glos. penult. in l. cum qui, C. de procur. l.* 1. *§. fin. C. de bon. auct. iud. poss. Socin. cons.* 158. *Visis, vol.* 2. *num.* 27. *Marant. in praxi part.* 6. *§. fin. num.* 13. præsertim cum obligatione Camerali, vel guarantigia. *Surd. cons.* 39. *num.* 21. *Gallef. de oblig. Cam. q.* 37. *num.* 27. *et seq.* testans de vsu Curiæ Romanæ, vt pro qualibet parua quantitate capiatur, & distrahatur qualibet res debitoris, cuius precium satisfacto creditore consignatur debitori; subdens humanum tamen esse, vt id fiat cum minori iactura debitoris, & iudicem non debere pati, rem magni pretij distrahi, vbi alia adsunt bona, quibus distractis creditor potest esse satisfactus. Præsertim si subsit dolus creditoris, vt potius distrahatur res magni precij, quam exigui, quia facultas data creditori hypothecario in bonis debitoris, intelligitur, si dolus absit. *l. si vnus. § illud. ff. de pact. Gama decis.* 40. *n.* 8. *in fin. Gaspar Baetia tract. de inope debit. cap.* 1. *num.* 47. *in fin.* subdens *num.* 48. qualiter isto casu procedatur cum Ecclesia debitrice.

Singulare vnum commune omnibus casibus,
40 quibus appellatur ab excessu: † quòd si exprimatur in quo est excessum, exequutio suspenditur tantum in eo in quo est excessum; secus si talis non sit facta expressio, vt ex *Specul. Bartol. Butr. & alijs*, admonet practicantes, subdens concedi suspensionem in omnibus ratione dubitationis in quo sit excessum, *Contard. de moment. poss. limit.* 19. *num.* 32. *& seq.*

§. V.

SVMMARIVM.

Restitutio negatur spoliato auctoritate iudicis. 1.
Limit si exequutor exequendo excedat sententiam. 2. *Contrarium* 3.

1 QVæritur ab interpretibus Iuris nostri sit constituta † negatiua regula, priuatum sua possessione auctoritate iudicis, non esse restituendum. *gloss. in cap. præsentium, verbo in alium,* 7. *q.* 1. *Pet. in cap. dilectus, el* 1. *de rescript. num.* 1. *vers. fallit primò, Crauett. consil.* 18. *& consil.* 124. *Ioannes, num.* 4. *Ludouis. decis.* 105. *num.* 22. *Honded. cons.* 82. *nu.* 24. *post princ. lib.* 1.

Si tamen exequutor exequendo sententiam
2 suam, vel alienam, † excedat quouis modo fines sententiæ seu mandati sibi dati ad exequendum, spoliare possessorem, fitmant *Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. Neuizan. cons.* 77. *num.* 5. *Galganet. ad Statut. Vrbis lib.* 1. *cap.* 194. *col. antepenult. vers. sed si fuerit excessum*. vbi refert Rotam ita pluries iudicasse.

Contrarium, quod minime agi possit spo-
3 lio † ad totam rem distractam, sed solum pro rata indebita, seu excessa, late probat *Neuiz. cōs.* 77. *& seq. quem sequitur Galganet. ad Statut. Vrbis lib.* 1. *cap.* 194. *col.* 6. *vers. contrarium*, asserens *Rotam* ita iudicasse, ea motus ratione, vt euitentur circuitus. *l. cum fundum, §. seruum tuum, ff. si certum pet. l. dominus testamento. ff. de condict. indeb.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Pecunia depositata perit periculo debitoris, si illa capta fuerit in causam iudicialis pignoris. 1.
Pignus captum in causam iudicati, perit periculo domini, licet illud sit moneta signata, non tamen posita in communi vsu. 2. *& quare.* 3. *Limit.* 4
Pignus Pratorium, cuius periculo cedat. 1. *& seq.*
Cardinalis Verospius laudatur. 6.
Hieronymus Verospius Rota Auditor laudatur. 6. *& creatur Cardinalis, defuncto patruo Cardinali.*
Exequutione facta cessant vsura. 7.
Iudices Ecclesiastici, & saculares debent se inuicem auxiliari in sua iurisdictione exercēda. 8
Iudex requisitus, si grauet in exequendo, ad quem appellandum. distingue 9. 13. 14. 15. 15. 17. 18. 19. 20.
Reductio ad arbitrium boni viri non negatur, etiam si illi fuit renunciatum. 10.
Compromissum si fuerit factum in laicum, & Ecclesiasticum, reductio ad arbitrium boni viri petitur ab Ecclesiastico. 11.
Appellatio est interponenda coram ecclesiastico, si sententia lata fuit a laico, & ecclesiastico simul deputatis, 12.
Appellatio, an omisso medio, possit interponi coram supremo. 16.
Laico si committatur causa cum facultate excommunicandi, & excommunicando grauet, appellandum est ad superiorem, & ecclesiasticum. 20.

EX dictis in antecedentibus §§. plures insurgunt difficultates, Prima est, si pereant pignora in exequutione capta, cuius periculo pereant, an debitoris, vel creditoris. Secunda, quid dicendum si pereant culpa exequutoris. Tertia, an facta exequutione pro sorte principali, statim essent interusuria debita. Quarta, an appellandum sit ad iudicem superiorem exequutoris; vel, ad iudicem, qui alium requisiuit, vt suam exequatur senten-

tiam, vbi exequutor in exequendo modum excessit.

Quoad primam, duo casus sunt constituendi. Primus est, si in exequutione rei iudicatæ, captæ fuerint pecuniæ publicæ expendibiles; veluti, si apud campsorē debitor deposuerit quantitatem aliquam monetæ aureæ, vel argenteæ, & super eo deposito apparitor declaret campsori facere exequutionem, & antequam illa consignetur creditori de mandato iudicis, campsor foro ce-
1 dat, vel illius domus comburatur, † talis pecunia perit periculo creditoris, & liberatur debitor, si illa erat satis pro satisfactione illius. *Arnold. Ferron. ad constitut. Burdegal. gloss. fi. col. 7. in fi. vers. rursus et illud. Ias. l. quod te. ff. si cert. pet. n. 15. in fi.*

Secundus casus est, si exequutio sit facta in
2 mobilibus † etiam aureis, vel argenteis, etiam signatis in forma pecuniarum, non tamen sunt posita in communi vsu, & æstimatione, qualia sunt numismata cusa ad perpetuam rei memoriam insignis operis, vel felicis euentus, vt sunt, quæ visuntur cusa a Pio Papa V. ob victoriam in Gallijs contra hæreticos, dum armis subsidiarijs duce Comite S. Floræ iuuit Regem; & ad Echinadas classem Turcarum vicit, duce Marco Antonio Columna ecclesiasticarum triremium; vel a Paulo V. perfecta Basilica S. Petri, cum insigni porticu, non cedente magnitudini operum antiquorum Imperatorum. Et tunc quia talia mobilia capta in exequutione, sunt adhuc in dominio debitoris, pereunt illius periculo *l. pignus, C. de pignor. act. l. quæ fortuitis, C. eod. Rebuff. de litter. obligat. artic. 6. gloss. fi. num. 16. Ias. l. 1. ff. qui satisdar. cog. num.* 14. concludens isto casu, donec creditor non recipit precium, debitorem nunquam liberari.

Et ratio est, quia omne damnum contingens
3 in pignore, † vel alia re, quæ capit Curia, ratione officij, si absit culpa officialis, accidit periculo domini. *l. fi. §. fi. ff. de pignor. act.* Nisi tamen ratione eorum, quæ facit Curia, aliquod damnum rei domino accidat, vt puta, si capiantur boues, vel equi ad ducendum aliquem ad patibulum; nam vltra mercedem debitam illorum domino ob vecturam, si illi fiant inutiles ad arandum, vel ferenda onera, vt suspicatur ignara plebs, esset isto casu à Curia resarciendum damnum, quod ideo patitur dominus boum, vel equorum. teste *Boer. decis. 203. et circa, num. 5. in fin.*

Si tamen deinde pronuntiatur exequutionem
4 factam † fuisse iniustam, vel aliquo ex capite esse reuocandam, creditor est condemnandus ad præstandam æstimationem eorum pignorum, quæ dicebantur perijsse periculo debitoris. *gloss. & Doctores in l. non omnis, § si pupillus. ff. si cert. pet. l. Titius. ff. de præscript. verb. Rebuff. de litter. oblig. artic. 6. gloss. fi. n. 17.*

Quoad secundam difficultatem, si exequutor
5 foro † cedat, idem dicendum, quod dixi in prima facta distinctione specierum pignorum in exequutione captorum, vt post *Rebuff. d. gloss. fi. num. 15. & seq. sequendo Io. Fab. censuit Arnol. Ferron. ad consuetud. Burdegalen. capit. de* *subhastat. column. 7. in fin. versic. rursus & illud.*

6 Quoad tertiam difficultatem, interrogatus † a *R. p. d. Hieronymo Verospio Patritio Romano, qui sicuti in munere Auditoratus Rotæ fuit Patruo suffectus, dignus est, vt decoretur reliquis officijs, quæ cum dignitate, & integritate singulari gessit ille:* Quid in proposita difficultate
7 censerem? ex tempore respondi affirmatiue. † cessare: & rogatus, quo auctore meam probarem sententiam, per schedulam illi significaui, id fuisse dictum ab *Alciat. consil. 59. hoc in tom. 2. lib. 5. & a Bart. Dec. Bolognett. & Suarez, relatis à Mastrill. decis. 16. n. 12.* qui præterea asserit ita fuisse iudicatum; quorum opinio confirmari potest ex dictis *Capic. decis. 19. & Giurb. decis. 10. n. 16. & 17.* dum concludunt deberi interesse pro rata pecuniarum solutarum pro pretio rei venditæ, & non consignatæ, & emptori deberi fructus rei venditæ pro rata precij soluti. Quæ de Hieronymo Verospio prædixi, exitu fuere comprobata, tota Vrbe plaudente, illo inter Cardinales adscripto ab Vrbano VIII. 1641. die 16. Decembris.

Quoad quartam, duo casus sunt constituendi. Primus, si exequutor requisitus sit ecclesiasticus, & requirens sit laicus; nam cum mutuo
8 sibi auxiliari debeant iudices † ecclesiastici, & sæculares, *Alex. in l. a diuo Pio, §. sententiam, ff. de re iud. n. 13. vers. & subdit. Marant. disput. 1. n. 26. & dixi infra cap. 14. §. 11. ampl. 8.* appel-
9 landum est † ad iudicem ecclesiasticum superiorem requirentis brachium alterius iudicis, siue is præster auxilium facti concedendo familiam pro executione, siue præstet auxilium iuris, excommunicando debitorem, & iuuando laicam iurisdictionem, vt distinguit *Abb. in cap. quoad consultationem, 15. de sent. & re iud. num. 29. sequendo Bart. in l. a diuo Pio, §. sententiam Romæ ff. de re iudic. num. 6.* qui tamen *ibidem* in fine concludit, quod si iudex requisitus det tantum auxilium facti, appellandum sit ad iudicem requirentem auxilium; quia ipse dedit causam excessus, & ipse videtur excessisse, vt inquit *Alex. in d. § sententiam, n. 11.* Sed deinde *num. 15. in fin.* distinguit, quod si quis sit grauatus, quia iudex requirat alium iudicem, vt excommunicet non parentem suæ sententiæ, quod tunc appellandum sit ad superiorem iudicis requirentis; si vero requisitus iudex grauat excommunicando, tunc appellandum erit ad superiorem iudicis requisiti, si, vt ego addo, de excommunicatione non fuit requisitus.

Comprobantur quæ primo dixit *Alex. in d. § sententiam, n. 11.* ex ijs, quæ sunt excepta com muniter, quod si fiat compromissum in clericū, & laicum simul, si quis prætendat illorum lau-
10 do fuisse grauatum, & petatur illud reduci † ad arbitrium boni viri, quod non negatur, etiam si illi sit renunciatum, vel iuratum illi stare. *Dec. consil. 533. n. 1. & seq. Morotius consil. 88. num. 19.*
11 Adeundus est superior clerici † arbitratoris, vt ex *Parisi. consil. 45. n. 11. & 65. vol. 2. & alijs,* concludit *Roland. a Val. consil. 24. quod. n. 5. & 6.* & de
12 appellatione interponenda † ad ecclesiasticum,

vbi

vbi causa fuit commissa iudici ecclesiastico, & laico, *Io. Bapt. Larua decis. Granat.* 1. *n.* 10. limitando si causa esset diuidua.

13 Secundus casus † est, vbi requisitus iudex est laycus, & requirens pariter est laycus; quamuis ratione paritatis, quæ cadit inter arbitria, & iudicia, nec nõ & inter appellationem, & reductionem laudi ad arbitrium boni viri, plura reperi possent, quæ dixi *in meis collectaneis ad l.* 1. *ff. de recept. arbitr. dicendum est, ex Bart. in l. ab exequutione* 4. *ff. de appellat. num.* 3. *Abb. in cap. quoad consultationem, ff. de re iud. nu.* 28. distinguendum est, an appelletur à decreto iudicis pronunciantis super exequutione facienda, & tunc appellandum est ad superiorem Iudicis pronunciantis super exequutione facienda, vel non facienda. *cap. dilecti, de appellat. l.* 2. *C. vbi, & apud quem.*

Aut appellatio interponitur ab exequutione
14 facti, & tunc † aut iudex exequutioni mandat sententiam per nuncium, qui exequendo mandatum in re existente in territorio mandantis grauat, & appellandum est ad superiorem Iudicis, qui mandauit fieri exequutionem, quia ipse iudex, & non nuncius dicitur grauasse, is enim facit, cuius nomine aliquid fit. *cap. nouit*
15 *de appell.* Si vero nuncius † excedendo mandatum sibi datum grauat, appellandum, seu recurrendum est ad iudicem, qui mandatum illi dedit, quia ipse est superior immediatus nuncij, qui grauauit, & appellatio est per gradus interponenda. *cap. Romana. §. debet de appellat. in sext. capit. dilecti* 3. *ff. de appellat. Natta cons.* 82. *in caus. nu.* 4. *Thesaur. quæst.* 39. *lib.* 2. *Tolos. de appellat. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. *& seq.* qui duo
16 præterea † examinant, an liceat appellare ad supremum superiorem omisso medio.

Aut agitur de exequutione facienda extra
17 territorium Iudicis † qui sententiam tulit, & tunc si implorato illius officio, exequutioni mãdat sententiam alterius iudicis. Si grauat, appellandum est ad superiorem iudicit alienam exequentis sententiam, quia illius inferior grauamẽ intulit, iure proprio. Si vero idem iudex exequa
18 tur † alienam sententiam, tanquam delegatus, & requisitus, vel concedat tantum familiam, & auxilium facti, appellandum est ad superiorem ipsius iudicis exequentis, quia illius inferior, & non exequens dicitur grauasse. Ideo si Prætor Hannoni concederet familiam pro exequutione sententiæ Episcopi, appellandum esset
19 ad Archiepiscopum. Si vero idem† Prætor præstaret auxilium iuris, layco competentis, & grauaret, appellãdum esset ad superiorem eiusdem Prætoris. Si vero esset auxilium iuris non com-
20 petentis † layco, nisi ex dispensatione Summi Pontificis, vt puta excommunicationis, *videndi sunt Bald. in l.* 3. *C. de iudic. num.* 6. *& Alberic. num.* 2. *Caldas forens. quæst. capit.* 25. *extat, num.* 20.

§. VII.

SVMMARIVM.

Excessus committuntur ab omni personarum genere. 1

Imperator quando deponendus. 2. *est tutor Imperij.* 3. *quare dicatur* Opt. Max. 4. *excedit in munere suo, si non audit iniurias subditorum.* 5. *Comproba* 6. *& seq.*

Princeps est subditorum sol, anima, cor, caput, radix, fons, et omne bonum. 9

Abusus mundi. 10

HVmanum cum sit, labi, decipi, & peccare, ideo excessus non solum committũtur à solis iudicibus, & exequutoribus,
1 vt dixi supra & *infra cap.* 11. sed † etiam à supremis Principibus, & à quocunque personarum genere, quæ publicum exercent munus, quales sunt Imperatores, Reges, Duces, Principum Consiliarij, Decuriones, Assessores, Aduocati, & similes, vt examinat *Paris de Puteo tract. de Syndic. cap.* 1. *& seq.* concludens, postquam retulit in quibus quisque ex præfatis dicatur ex-
2 cedere in suo munere, Imperatorem † alienantem bona Imperij, & nimis grauantem subditos sine causa iusta, vera, & non colorata, longe excedere fines sibi datæ potestatis, & ideo deponendum, quia ille est minister, seu verius tutor
3 Imperij. *Bald. cons.* 271. *lib.* 1. *& cons.* 119. *lib.* 3. *Abb. in cap. auditis, de rest. in integr. nu.* 10. *Luc. à Pen. in l. si tempore, C. de insti. fide, nu.* 23. *lib.* 10. *Franc. Topius de potest. princ. §.* 5. *num.* 19. concludens Principem esse maximum procuratorem, & officialem Principatus, non autem absolute dominum bonorum Imperij: &
4 decoratur titulo Augusti † Opt. Max. quia illo nihil iustius, nihilue melius à Deo concessum credatur, in augmentum vtilitatis subditorum. Dominationem enim exercere in subditos, & censum exigere, grauem, potius ad tyrannidem, quam ad regimen pertinet. *cap. fin. dist.* 94. Ex-
5 cedit etiam† Princeps in munere suo, vt inquit Imperator *in l. fin. C. de ijs qui ad Eccles. conf.* si non audit iniurias illatas subditis, iuxta illud *Salomon. Prouerb. cap.* 20. *num.* 8. *Rex qui sedet*
6 *in solio, dissipat* † *omne malum intuitu suo.* nam vt ex *D. Ambros. refert Paris de Put. de Syndic. de reg. excess. ca.* 2. *n.* 6. *in fin.* Quid prodest habere sapientiam, & iustitiam, si aditum neges, si consulendi, & conquerendi, vel iu-
7 dicandi † potestatem intercludas, & clausisti fontem, ne alijs influat? Cum ideo à subditis tributa regibus soluantur, vt illorum fruantur vultu, ne videatur iustitiæ spe destituti, & magnã
8 esse tyrannidem fugere † præsentiam populorũ, & ipsis non præesse, vt Principem iustum, & pium decet. Vt enim sol iucundo affulgens lumine, discussis vndique tristitiæ nebulis, omnia serenat, atque in nouum ver, terris hyberna niue horrentibus, suis fauonijs aspirat: Ita om-

nium

nium animos, vbi aditus faciles ad Principem
9 patent, noua lætitia occupat, † quia Princeps est subditorum suorum anima, cor caput, radix, fons, solque populi, a quo vita, salus, & omne bonum proficiscitur. Ideo Basilius Imperator, inter monita, quæ reliquit Leoni filio, inquit. *Obstringe te huic necessitati, vt omnia tibi oculis inspicienda esse ducas, & nihil inspectum prætermittas, & Deum imitare, qui sicuti omnia curat; & nihil non inspicit, nihil etiam secundis causis gerendum mandat; ita & tibi cura erunt, vt per te ipsum in solio sedens iustitiam vnicuique distribuas.*
10 Excessus seu abusus † mundi refert *Tuscus conclus.452.iudex secularis num.37.*

CAP. IV.

SVMMARIVM.

Dilatione pendente iudicis officium conquiescit. 1.
Executio facta dilatione pendente est nulla. 2.
Ampl. 3.4.5.6.19.20.21 22.23.24, 25.26.27.28, 30.31.32.33.34.35. *Limit.* 36.37.38.39.40.41, 42.43.44.45.46.47.48.49. 51.52.53.54.55.56. 57. 58.
Dilatio triginta dierum, quam confessis debitoribus concedit A C. est iusta, 7.
Dilatio est iudici arbitraria, 8.
Executoris arbitrio est tempus executionis faciendæ, 9.
Dilationes quæ sint iudici arbitrariæ, 10. *quando iudex illas minuere vel extendere possit.* 11.
Birruarij gens auida, 12. *illorum auiditas compressa a Paulo V.* 12.*in fin.*
Paulus V laudatur. 13.
Iustitia gratis est ministranda. 14.
Executorum merces antiquitus a fisco soluebatur, 15.
Notariorum merces a publico soluebatur antiquitus, 16.
Executoribus constitutum tempus exequendi mandata iudicum, 13.17.
Vrbanus VIII. compressit iudicum dilationes, 18.
Causa remissa consilio sapientis, qui effectus sequantur. 29.
Rota variauit. 38.
Dilatione pendente ad soluendum, an essent vsuræ, 50. *an in ea computetur dies datæ dilationis,* 59. *vt illa labatur, an denuntianda parti,* 59.

1 CVm dilatione pendente † iudicis efficium conquiescat, *l.3.C.de dilat.l.2 ff. de re iud.* quia interim sibi non competit iurisdictio, sed illius exercitium est in suspenso, *l. siue pars, C.de dilat.vbi Bald. & reliqui. Vantius, de nullit. ex defect. iurisdict. numer.*157. *Mattril.decis.*35.*num.*1. Ideo quarto cauendum erit ne † exequutio redarguatur de nullitate, & reuocetur, ne illa fiat durante quauis dilatione, data reo condemnato. *l. siue pars, C. de dilat.cap. significante, de appel.glos.clem.*1.*sæpe verb.post dationem. de verb.signif. Rot. recent. decis.*359. *part.* 1. *num.*3. *Gabriel.de dilation. conclus.*1. *num.*3.
3 Ampl, vt ne dum exequutio facta † pendente dilatione sit nulla, sed etiam sententia lata, & quæ fuit exequuta. *Ias.cons.*44.*lib.*3.*num.*2.*& seq.* addendo sententiam isto casu esse adeo nullam, vt non possit consensu partium ratificari. *Bero.c.potuit de locat.nu.*48. *Vantius de nullit. ex defect.iurisdict. num.* 157. *Marant. in prax. part.*4.§ *sexta decima, num.*68. *&* 70. *circa prin.Gabriel.de dilation. conclus.*1. *nu.*4. *Angel. consil.*146.*Ias. in l.*2.*ff. de re iud n.*38.*Lancel.de attentat.dilation.pendent.n.*4.*&* 6.*Rot. recent. decis.*319.*part.*1.*num.*10.
4 Ampl. vt illa sit tanquam † attentata reuocanda, vt dixi *infra* §.1.
5 Ampl. etiam vbi dilatio † data est a lege, vt dixi *infra* §. 2.
6 Ampl. etiam si dilatio data fuerit † ab homine, seu a iudice. Exemplum erit, si ab A.C. concedatur condemnato terminus triginta dierum, præcedente confessione debiti, & dilatione intimata parti; nam non solum tunc reuocatur facta exequutio, sed etiam qui illam fieri curauit, condemnatur in expensis, & quandoque vidi cum illo agi ad pœnas sibi cominatas in denuntiatione concessæ dilationis triginta dierum, quam solus in Rom.Cur. concedit A.C. cæteri autem iudices concedunt tantum octo, vel de-
7 cem dierum ex facultatibus suis ordinatiis.† Nec id est durum, vel iniquum, cum æquitas suadeat, vt condemnatis ad dandum, præstandum, soluendum, quæ dare, præstare, soluereue debent, congruens sit concedenda dilatio. *l.quod dicimus, ff de solution.* vbi in meis collectaneis retuli, qualis, & quanta fuerit antiquitus & nostris temporibus ea dilatio. *Marant in prax. part.*4.§ *sexta decima, num.*70 *in prin vers & illud dicitur Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. num.*158.*Bald.cons.*434. *videtur, lib.*2. *Lancel. de attent. dilat.pend.num.*6.*in fin.*
Quia extra casum vbi a lege est expressum,
8 quanta sit dilatio danda condemnato, † illa est remissa iudicis arbitrio, sicuti pariter remissum
9 est voluntati exequutoris, seu apparitoris † quando mandata iudicum exequatur, vt testatur *Rebuf. de litterarum obligat. art.*64. *glos.*13. duo sequuta sunt in Vrbe incommoda: vnum, quod iudices, quorum lata est potestas in concedendis dilationibus, *l.*1.*C.de dilation.* & tradunt *Menoc. de arbitr. iud. quæst.* 98. *& centur.* 1. *casu* 52. *Afin.in prax.part.*1.§.21.*nu.*4.*& seq.*
10 vbi refert † quæ dilationes sint iudici arbitrariæ. *Caldas quæst.*33.*extat,num.*3.*& seq. Veral. decis.*58.*part.*3. *num.*9. *Surd. cons.*49.*num.*8.
11 qui referunt quando iudex † possit minuere, vel prorogare dilationes, *Alex. in l.debitoribus*, 31.*ff. de re iud. num.*10. concludens arbitrio iudicis remitti dilationes dandas debitoribus ad soluendum, Quia tamen compertum fuit illos nimis faciles in concedendis vel prorogandis dilationibus, & quod lictores & apparitores
12 gens non contenta † suo stipendio, tarde nimium

nium exequutioni demandabant iudicum mādata in personali actione relaxata. Ideo vt relata duo publica damna tollerentur, primum
33 Paulus Papa V. in Bulla reformationis † tribunalium, *cap. de Baronellis & exequutoribus*, constituit, vt sub pœna mandata suorum iudicum infra triduum exequantur, diminutis illorum honorarijs quæ illis prius persoluebantur;
34 memor idem † Sum. Pont. & re ipsa Pastor suarum ouium, quod iustitia gratis, est ministranda, præsertim, vbi causa est exequutiua, vt latæ probat *Auendan. tract. de exequen. mandat. Regijs part. 1. cap. 17. num. 2.* addendo olim non
35 a litigantibus, sed † a fisco consueuisse solui expensas exequutorum; sicuti etiam aduerti idem
36 fuisse factum de mercede † notariorum, vt dixi *de Laudemio, lib. 1. quaest. 43. num. 37. & seq.* vbi retuli præter a incommoda quæ inuehuntur in Rempub. ex venditis ministerijs iustitiæ, Quæ dixi in apparitores fuisse constituta a Paulo V.
37 † eadem prius fuisse constituta a Gallorum Regibus, refert *Rebuf. de litterar. obligat artic. 64. glos 13.* vt nisi loci distantia illi impediantur, debeant infra duos dies ab hora, qua iussa & mandata iudicum sibi sunt consignata, exequi.

Deinde Vrbanus eius nominis Papa Octauus assiduis creditorum querelis inquietatus, aduer-
38 tens vltra quam † par esset euagasse iudicum arbitrium in cōcedendis significationibus, quas Curiales vocant *Non grauetur*, erexit Congregationem Prælatorum & Iudicum, cui præfecit Cardinalem, quæ tamen breui in vnum fuit redacta Prælatum, a quo manu Regia, sine nouo processu reuocantur tales significationes.
39 Ampl. vt de facto resisti † possit, si durante dilatione exequutor velit facere exequutionem, vt dixi *infra* §. 3.
20 Amplia idem dicendum, † si dilatio fuerit prorogata, vt dixi *infra* §. 4.
21 Ampl. præsertim si dilatio † sit concessa a Principe. *l. 2. C. de precib. imperat. offeren.* & dixi *infra* §. 6.

Ampl. quod si dilatio fuerit ad tempus certū
22 † duratura, in ea numerantur dies feriati. *l. siue pars, verf. feria, C. de dilation.* & dixi *infra* §. 5.
23 Ampl. vt in temporali dilatione † dies datæ seu concessæ dilationis comprehendatur, vt dixi *infra* § 7.
24 Ampl. idem dicendum si dilatio † fuit data a Statuto. *Marant in prax par. 4. §. sextadecima. in princ. verf. ab homine statutis ad aliquid Angel. conf. 146. tria sunt, in princ. Bald. cōs. 434. punit us lib. 2.* qui loquitur de condemnato ex Statuto in pœna corporali, nisi infra mensem soluerit pecuniariam pœnam.
25 Ampl. præsertim, vbi dilatio fuit data † ex iusta causa impedimenti, veluti causa infirmitatis condemnati. *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. n. 161. & seqq pluribus.* addendo, modo de infirmitate, vel alijs, quæ iustam causam præbeat differēdæ exequutionis, cōstet. & 165. & *seq.* alia exempla refert, distinguendo quando sufficiat de illis excipere, & quando requiratur probatio.

26 Ampl. idem dicendum, si exequutio fiat † postquam condemnatus, fuit occasione eiusdem rei vocatus ad maius tribunal, *vt dixi* § 8.
27 Ampl. etiam si iudex esset certus † quod cōdemnatus non possit, vel nolit lapsa dilatione parere iudicatis. *Bald. l. siue pars, C. de dilat. Tuscus concl. 441. dilatione pendente, n. 9.*
28 Ampl. etiam si dilatio haberet † annexum factum alterius, vt puta si in exequutione facienda requirendum esset consilium sapientis, vel periti, quia ageretur de re communi pluribus quorum vnus tantum esset debitor. *Aretin. cōs. 7. Quoad hoc num. 3. & seq. Vantius late de nullit. ex defect. iurisdict. num. 145. & seq. pluribus. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 8. nu.*
29 *1. & seq.* vbi refert † effectus, qui sequantur remissa causa ad consilium sapientis. *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 11. num. 59.*
30 Ampl. idem, si dilatio sit data † ab arbitro. *Lancellot. de attentat. dilat. pendent. nu. 9.*
31 Ampl. idem dicendum † in dilatione conuētionali, vt dicam *infra* §. 9.
32 Ampl. etiam vbi exequutio fit à iudice requisito, vel alias delegato ad exequendam sententiam. *Lancell. de attentat. dilation. pendentn. 34. & seq.* addendo procedere, etiam si is delegatus non haberet notitiam concessæ dilationis.
33 Ampl. præsertim si dilatio sit concessa † cum clausula, facta intimatione illius. *Lancellot. de attentat. dilat. pendent. num. 37. Gratian discept. 286. num. 61.* nam non incipit labi nisi facta intimatione.
34 Ampl. præsertim si pendente dilatione † quis carceri mācipetur. *Bald. conf. 318. ista captura in princ. l. 4.* concludens illam esse reuocandam.
35 Ampl. præsertim durante dilatione † ad appellandum. *cap. non solum de appell. l. si causa cognita, C. de transf. Papiens. in libel. exequut. sent. §. sapiens, num. 5. in princ.* & dixi *infra* §. 11. *in princ.*

Ampl. vt non solum reuocetur exequutio fa-
36 cta † pendente dilatione, sed etiam post reuocationem duplicentur induciæ, quas habebat condemnatus ad parendum iudicatis, vt dixi *infra* §. 11.

Ampl. etiam si exequutio fiat pendente con-
37 ditione, † nam cum illa in ventre habeat implicitam dilationem, quia suspendit actum faciēdum illa nō purificata, quid interim fit à iudice, vel creditore, dicitur factū sine iurisdictione, & actione.
38 Limit. vbi is, cui concessa est dilatio, † quid attentaret. *Innoc. in cap. significarte de appellat. verf. & hac est ratio, & Abb. ibidem, verf idem dixi, & Imol. verf item fallit tertio, & Franc. in octau. limit. Gabriel. de dilation. conclus. 1. num. 14. Lero. cap. potuit de locat. num. 46.*
39 Limit. vbi dilatio fuit nulliter † & perperam concessa, nam cum eum actus nullus nihil operetur, *l. non putauit, §. non queuis, ff de bon. poss. ff. cont tabul.* exequutio interim non est differenda. *l. cum pater, §. curatoris, ff. de legat. 2. vbi glos. Bart. & reliqui. Gabriel. de dilat concl. 1. num. 21. Socin. regul. 93. dilatione, Lancellot. de attē.*

attentat. dilat. pendent. num. 20. *Bero. cap. potuit de locat. num.* 44.

41 Limit. quoad validitatem actorum, † quæ pendĕte dilatione fiunt, vt late probat *Bellamer. decis.* 621. vbi refert *Rotă* quandoque aliud cēsuisse, & absente Viuario Auditore, qui erat huius secundæ opinionis, istam firmasse, & illam esse communem, relato *Boer. decis.* 159. *in fin.* testatur *Marant. in praxi part.* 4. *§. sextadecima, num.* 70. *in fin. Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 159. addendo cautius esse, vt tales dilationes reuocentur, vel iudex respondeat de refutatorijs. *Gabriel. de dilation. conclus.* 1. *num.* 28. dum *num.* 3. *& seq.* retulisset, qui contrarium velint.

42 Limit. vbi dilatio est ignota exequenti † vel exequutionem procurāti. *Socin. regul.* 93. *dilatione, num.* 10. Exemplum erit, si suscepto termino ad soluendum coram AC. aduersus mandatum reale, & personale, fiat exequutio in bonis debitoris, cui non fuit denunciatum debitorem suscepisse terminum, nam valida est exequutio, & bonorum debitoris distractio seruatis seruādis facta. *Gabriel. de dilat. conclus.* 1. *num.* 19. *Socin. regul.* 93. *num.* 10.

43 Limit. vbi debitor præsidio dilationis sibi concessæ † aliquid nouet, quo noceat creditori. *Socin. regul.* 93. *dilatione, n.* 11. Exemplum erit, si interim debitor abutatur, vel dissipet, vel alienet bona sua.

44 Limit. vbi dilatio fuit malitiosa, † seu per calumniam petita, & obtenta. *Socin. regul.* 93. *dilatione n.* 13. *Gabriel. de dilation. conclus.* 1. *n.* 23. Exemplum erit id, quod dixi proxima, & antecedenti limitatione. *Lancell. de attent. dilat. pendent. n.* 31.

45 Limit. vbi exequutio fit, † vt fortius suum consequatur effectum dilatio concessa. *Soc. reg.* 93. *n.* 8. *Gabr. de dilat. concl.* 1. *n.* 17. Exemplum erit, si fiat descriptio bonorum debitoris, vel simus in casu, quo debitor, pendente dilatione, cogi potest ad cauendum de soluendo lapsa dilatione, vt dicam *infra §.* . *Lancellot. de attent. dilat. pend. n.* 23. *et* 29.

46 Limit. fauore fisci; † nam cum compellere possit debitorem sui debitoris, pendente dilatione, soluere, multo magis poterit facere exequutionem contra debitorem. *Gabriel. de dilatione, conclus.* 1. *num.* 27. *Lancel. de attentat. dilation. pendent. num.* 26.

47 Limit. vbi sententia trahit secum † exequutionem, vt dixi *infra §.* 11. *limit.* 1.

48 Limit. vbi exequutio non esset † præiudicialis. *Marant. in prax. part.* 4. *§. sexta decima, n.* 70. *Vantius. de nullit. ex defect. iurisdiction. ordin. num.* 157. *in fin. Gabriel. de dilation. conclus.* 1. *num.* 5.

49 Limit. vbi periculum est in mora † *cap. fin. vbi glos. verb. necessitas, de ferijs*, & eandem limitationem alijs verbis retuli supra. *Bero. in cap. potuit, de locat. num.* 41. & comprobatur ex meis singularibus, *§. Mora vbi est periculum allatura.*

50 Limit. vbi dilatio est † concessa ex falsa causa. *Bald. consil.* 212. *eundo, lib.* 4.

51 Limit. in dilatione data in causa criminali, † si exequutio tendat ad faciliorem exitum causæ, veluti si præfigatur terminus ad comparendum, vel deducendum causas quare non sit condemnandus, nam dilatione pendente capi potest. *Tuscus conclus.* 441. *num.* 21.

Limit. vbi dilatio fuit per calumniam extorta

52 † quæ probatur ex præsumptione multum vehementi. *Ias. consil.* 44. *lib.* 3. *num.* 8.

53 An durante dilatione cessent † vsuræ, videndus *Mastril. decis.* 16. *Princeps, num.* 4. *& seq. Carol. de Graf. de excep. cap.* 32. *num.* 174. *& seq.*

Limit. vbi superuenit suspicio, quæ dilationē

54 non expectat, † vt puta, quod condemnatus sit fugam capturus, vel solū euersurus. *l. quæsitum* 14. *vbi gloss. verb. quia interest, ff. de pignorib. Cyn. in l. siue pars, C. de dilationibus, vbi Bald. in* 2. *not. Innoc. in cap. significante, de appell. vbi Bar. vers. fallit* 2. *& Natta in Clem. sæpe de verb. signif. vers. limita quarto. Bouerius, singul. §. dilatio, in princ. & num.* 14. *Suarez ad l. post rem iudicatam, declarat leges Regni. §. septima limitatio. fol.* 639. *n.* 1. *& seq.* qui loquitur de debitore, qui solum verteret ante diem solutionis.

55 Limit. fauore fisci, † cuius fauore debitor debitoris cogitur soluere pendente dilatione, *l.* 1. *C. de cond. ex lege. Natta Clem. sæpe, de verb. signif. vers. quinto fallit. Gabriel. de dilation. conclus.* 1. *n.* 27. *Suarez ad l. post rem iudicatam. §. septima limitatio, n.* 5. *& seq. fol.* 641. *et seq.* vbi subdit, quid dicendum si fiscus non egeat? Remisso tamen interusurio medij temporis. *gloss. penul. d. l.* 1. *et Ang. n.* 2.

56 Limit. vbi quis est condemnatus ciuiliter, † vel criminaliter, pendente dilatione data ad soluendum, nam interim debitor condemnatus potest personaliter capi, ad effectum, vt satisfaciet de soluendo tempore illi constituto. *Angel. in l. si debitori, C. de iud.* quem refert, & bene notandum asserit *Ias. in l.* 2. *ff. de re iud. n.* 39. *vers. sexto limita, sequitur Gabriel. de dilat. conclus.* 11. *num.* 29.

57 Limit. vbi cessat causa dilationis † necessitatis. *Ias. in l.* 2. *ff. de re iud. num.* 39. *vers. secundo, & consil.* 44. *lib.* 3. *num.* 5. *Franc. cap. significante de appellat. limit.* 4. *Marant. in prax. §. sexta decima, num.* 69. vbi plures consentientes refert. *Lanellot. de attentat part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 14. *Vant. de nullitate ex defect. iurisdict. ordinar nu.* 157. *vers. intellige. Cluper. decis. Fiscal. centur.* 1. *causa* 5. *num.* 3. *& seq. pluribus. Gabriel. de dilat. conclus. num.* 7. *Socin. regul.* 93. *dilatione, num.* 2. *&* 15.

58 Limit. vbi dilatio fuit à iudice † qui illam dederat, reuocata, vt dixi *infra §.* 10.

59 Limita, vbi emergit causa † propter quam fieri debet exequutio durante dilatione, veluti si ob dilatam exequutionem fieri posse tumultum in populo dubitetur, vel quis incipiat dilapidare bona. *l. quæsitum, vbi gloss. ff. de pignor. Cyn. & Bald. in l. siue pars, C. de dilation. in secundo not. Marsil. in prax. §. examinanda, nu.* 30. *Ias. in l.* 2. *ff. de re iud. num.* 39. *vers. quinto limita, & in l. vinum, ff. si cert. petat. num.* 3.

Ga-

Gabriel. de dilation. conclus. 1. num. 12. Socin. regul. 93. dilatione, num. 19. Lancellot. de attentat. dilation. pendent. num. 18. ampliando, etiam si dilatio sit conuentionalis, nedum legalis, vel concessa à iudice. *Gabriel. de dilat. conclus. 1. num. 12. Bero. cap. potuit, de location. num.* 47.

60 Limit. vbi necessitas causæ † seu iudicij aliud suadet, id est, quod durante dilatione, fiat exequutio. *Ias. in l. 2. ff. de re iud. num. 39. in fi. vers. quinto.*

61 Limit. quoad personalem exequutionem † factam contra damnatum ad soluendum, quod satisdet soluere finita dilatione. *Ias. l. 2. ff. de re iud. n. 39. in fi.* Dubito tamen de veritate huius limitationis: & veram illam esse credam, si sententia lata fuerit in iudicio criminali, vt quis mulctetur in corpore, nisi infra mensem soluerit centum, vel nisi infra decem comparuerit; nam tunc, quia captura tendit ad faciliorem exitum causę, valida erit exequutio. *Bosius de captura, nu.* 10: *quem sequitur Clar. in prax. §. final. quæst. 31. vbi locus, n. 25. Gabriel.* tamen *de dilat. concl. 1. n. 29.* in vtroque capite sequitur hanc limitationem, relato *Ias. in l. 2. ff. de re iud. in fi. Lancell. de attent. dilat pend n. 33.*

62 An autem dies datæ dilationis † computetur in dilatione, & an ad effectum, vt illa labatur, sit parti denuncianda, viden. *Bouer singul. §. dilatio, n. 10 Gratian. discept. 286. n. 61.* & dixi *infr. §. 7. Suarez ad l. post rem iudicatam, §. sexto principaliter. lim. in addition. Gualdens. fol. 639.*

---

§. I.

SVMMARIVM.

Attentata committuntur si quid fiat in præiudicium eius. qui ad dandum, soluendum, vel præstandum habet dilationem. 1. et quare. 2. Ampl. et limita 4.

Exequutio facta durante tempore ad appellandum, est reuocanda sicuti reuocaretur facta appellatione pendente. 3.

Cum inter cæteros modos, quibus attẽtata
1 cõmittuntur, is etiam referatur, † si quid
fiat in præiudicium eius, qui a lege, Statuto, conuentione, vel aliter habet dilationem ad dandum, faciendũ, præstandum, soluendumue, quod ab illo dari, fieri, præstari, soluiue petitur.
Franc. c. significãte, de appel. n. 15. Rot. dec. 37. de
2 *appel in antiq.* & ratio sit, † quia concessa dilatione a lege, vel a iudice, censetur simul & semel inhibitum, ne quid illa durante fiat. & si concedatur a parte, obstat pactum de non petendo; & donec durat dilatio, nihil in præiudicium eius, cui illa est concessa, fieri debet, *l. final. §. donec. C. de iur delib.*

Propterea non aliter reuocanda est exequu-
3 tio facta † dilatione durante ad appellandum,
quam si facta fuisset appellatione, vel lite pendente, vel ijs modis relatis a *Lancel. de attentat. part. 2. cap. primo, & seq.* & pro regula firmat *Lancel. ibidem part. 2. cap. 7.* quam ne actum
4 agam, † ampliabis & limitabis ijs omnibus casibus, & modis, quos retuli *supra hoc cap. 4. Rota recent. decis. 79. num. 9. 391. num. 1. part. 2.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Executio est attentata & reuocanda, si fiat intra tempus datum ad appellandum. 1. Ampl. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

Sententia quando trahat secum executionem. 16.

Appellari potest ter & millies, si nouum inferatur grauamen. 19.

Executio est attentata si fiat intra tempus datum iudicatis, vel confessis ad soluendum: & quantum sit tale tempus, 21. Ampl. 21. 23. 24. 25. Limit. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 42.

Principis sententia an statim exequenda, si ita mandet, 27.

Praxis Rom. Cur. circa dilationes dandas iudicatis, 40.

Dilationem datam iudicatis iudex potest minuere & etiam augere. 41.

Executio facta pendente causa appellationis legitime interposita est attentata, & reuocanda, 43. Ampl. 46. Limit. 47. 48. 49. 50.

Appellatio legitimè præsumitur interposita. 45.

Executio est attentata si fiat pendente causa restitutionis in integrum, 51. Item si quater non citetur cõdemnatus ad docendũ de appellatione & legitima illius prosequutione, si causa sit appellabilis. 52. Item si durante supersessoria iudicis, 53.

Dicenda hoc §. potius exemplis, quam alia methodo explicari possunt: ideo cum in pluribus casibus lex mandet supersederi, non tantum in exequutione sententiæ, sed etiam in reliquis, quæ illam præcedunt: Primum exem-
1 plum erit, si fiat exequutio † pendente dilatio-
ne ad appellandum, si causa recipiat appellationem ad effectum suspensiuum: nam tunc tanquam attentata reuocatur. *cap. non solum, de appell. in 6. l. ex iudiciorum C. de accus. Aretin. cons. 75. diligenter. n. 10. vers. primo.* addendo procedere etiamsi a Statuto sit sublata nullitas omnis. *Capic. decis. 167. in causa Manfredi, n. 2.* asserens stylum esse Neapolis, quod decreta Sacri Concilij non exequantur, nisi lapsis decem diebus, cum alijs cumulatis a *Lancell. de attent. part. 2. cap. 11. n. 19. Asinius in prax. §. 31. cap. 2. limit. 3. eiusdem cap. Gratus cons. 16. n. 4. & 6.* concludebs exequutionem factam citra tempus concessum ad appellandum esse nullam, *Vantius de nullitat. ex defect. iurisdict. ordin. n. 159.*

3 Ampl. etiam in sententia † lata in criminali *l. addictos. vers. si temporal. de appell. & dixi infra §. 14. Farinac. variar. quæst. 101. regul. n. 11*

vbi

vbi plures consentientes refert. *Lancell. de attentat. part. 2. cap. 12, ampl. 4. n. 1. & 4.*

Quanto autem tempore differenda sit exequutio in criminali, late agit *Alex. in l. debitoribus. 31. ff. de re iud. nu. 14. et sequen. & Ias. n. 15. & seq. vsque in fin.*

4 Ampl. etiam si quis intra hoc tempus † non appellauit, sed tamen fuit restitutus in integrũ ad appellandum: nam si insta tempus datum ad appellandum fuerit facta exequutio, illa tanquã attentata est reuocanda. *Millus in repert. §. attentata pendente causa. Bellamer. dec. 217. except. Lancell. de attentat. part. 2. cap. 11. n. 27. & seq.* licet videatur ipse aliud sentire.

5 Ampl. præsertim † si fuerit appellatum, & petiti apostoli, licet non fuerint dati. *Lap. alleg. 2. in princ.*

6 Ampl. etiam si appellatio † interposita deserta, vt dixi *infra §. 12.*

7 Amplia etiam, si exequutio † facta fuit in casu, quo, vel ratione appellantis, vel causæ, de qua fuit iudicatum, vel facultatis, seu potestatis iudicantis, non licebat appellare, si sententia fuerit iniusta, vel nouum ex illo inferatur grauamen. *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 11. num. 36. et*

8 *seq.* Qui autem sint isti casus, quibus negetur appellatio, vel ratione iudicantis, vel iudicati, vel rei, de qua fuit iudicatum, dixi in *meis singularibus, §. appellatio non conceditur. Gracian. discept. 333. exequutionem. n. 3. & seq.*

9 Ampl. etiam in sententia lata † super excommunicatione generali, si fuerit appellatum, licet deinde appellatio fiat deserta. *Tusc. conclus. 481. exequutio n. 7.*

10 Ampl. idem dicendum † si exequutio fiat pẽdente termino ad petendum sibi responderi de apostolis, vt late examinat *Lancell. de attent. par. 2. cap. 13.*

11 Ampl. etiam si appellans † nondum dedisset in actis cedulam appellationis, nec causam commisisset. *Lapus alleg. 2. nu. 7.* vbi *in fi.* ampliat etiam in sententia interloquutoria, si iusta fuit appellandi causa, vt subdit idem *num. 8.*

12 Ampl. vt de facto resisti possit † iudici volenti infra decem dies datos ad appellandum suam exequi sententiam. *Io. de Plat. in l. prohibitum, C. de iur. fisci, lib. 10. n. 4. vers. et similiter dicit,* sequendo *Innoc. in cap. si quando, de off. delegat. Marant. disput. 1. n. 38. Tuscus conclus. 413. iudici, num. 17.*

13 Ampl. siue agatur † de sententia iudicis ordinarij, siue delegati. *Maranta disputat. 1. num. 39.*

14 Criminalis autem sententiæ † exequutio, quanto differenda sit tempore, vide *Rom. in l. 1. ff. de re iud. n. 34. & seq. Franc. cap. non solum; de appell. n. 7. in prin.* & dixi *infra §. . et seq. exemplo.*

15 Limit. in exequutione † sententiæ ab interlocutoria. *glos. cap. fin. verb. appellatum de appell. in sext.* quam singularem dicit *Franc. in cap. non solum eod. tit. num. 7. vers. quinto,* addendo in hoc differre sententiam interlocutoriam à diffinitiua, & ita sentire *Bald. in l. ita demum, C. de procur. Io. andr. & alios.*

16 Limit. vbi sententia trahit secum † exequutionem, qualis est sententia excommunicationis, vt late prosequitur relatis ampliationibus, & limitationibus, *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 21. num. 7. vsque in fin.* Item exemplum erit, si iudex auocata ad se possessione vt euitaret scandala inter contẽdentes de possessione, declaret vnum ex contendentibus esse legitimum possessorem, & relaxet possessionem, & declaratus possessor capiat possessionem. *Bero. consf. 45. in causa lib. 3. num. 25. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 11. num. 43. & seq.* vbi late comprobat. & *num. 60.* aliud exemplum refert, si pœna imponatur ipso iure.

17 Limit. vbi deinde non fuit appellatum † infra decem dies, vt dixi *infra §. 12.*

Limit. ijs omnibus casibus quibus prohibi-

18 ta † est appellatio, vel ratione rei de qua est lata sententia, vel ratione iudicantis, vel appellantis, quos retuli in *meis singularibus. §. appellatio non conceditur. Ias. consf. 60. in quæstione lib. 1, num. 14.* Quod tamen sublimitatur

19 † nisi sententia sit iniusta, vel nulla, seu nouũ inferatur grauamen, quia tunc sicuti licet appellare etiam si adsint tres conformes, *Crauetta consf. 183. num. 4. Contard. de moment. possess. limit. 19. num. 17. & seq. Alex. consf. 107. lib. 3. num. 27. Abb. consf. 55. part. 2. col. a. vers. quoad secundum,* & dixi *infra lib. 11. cap. 15. §. 1.* ita etiam causantur attentata, & nullitas factæ exequutionis intra tempus datum ad appellandum.

20 Ampl. vt adeo sint inualida, † vt renunciatione nec desertione fiant valida. *Lapus allegat. 2. num. 10.*

Secundum exemplum erit, si exequutio fiat

21 infra terminũ † qui miserationis causa conceditur iudicatis, vel confessis ad soluendum. *l. 2. l. fin. §. fin. C. de vsur. rei iud. l. debitoribus. l intra dies, ff. de re iud.* vbi *Alex. num 5. circa med.* concludit esse quadrimestra tempus, licet sit consuetudine introductum, vt sufficiant decem dies. *Alex. ibidem, num. 8. & 21.* subdens *num. 24. & seq.* quando incipiant currere isti quatuor menses: *& numer. 23. & 25.* quærit infra quod tempus sint vendenda pignora in exequutione capta, detur que aliquod remediũ ad redimendum illa, *num. 23. & 26.* De hac tamen dilatione late agunt *glos. in cap. quarenti. de offic. delegat. verb. quadrimestre, & ibidem DD. Bald. consf. 434. punctus. lib. 2.* vbi loquitur, si à Statuto datus sit terminus ad soluendum, *Muscatel. in prax. glos. verb. seruata, num. 84. part. 3.*

22 Ampl. etiam in condemnato † ex sententia arbitri. *l. si cum dies, § fin. vbi glos. verb modicum, ff. de recept. arbitr. Ias. in l. debitoribus. ff. de re iud. nu. 7.* vbi rationem refert, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, & refert *Fulgos.* aliud sentientem ex subtili inductione *l. Celsus in princ. ff. de recept. arbitr.* ante *Ias.* idem *ibidem* dixerat *Alex. nu. 12. in fin.*

23 Ampl. vbi istud quadrimestre † fuit prorogatum. *Alberic. in l. debitoribus, ff. de re iud. in fin. & Cast. ibidem,* concludẽs iudicem ex qualitate personæ condemnati, & quantitatis sol-

nen-

uendæ, posse hunc terminum acceptare, & differre. *Odofred. in l. fin. C. de vsuris rei iud. n.* 4. concludens ex causa posse prorogari, sine causa autem, nequaquam.

24 Ampl. etiam si agatur † de exequutione sententiæ latæ in iudicio criminali. *Bald. cons.* 434. *lib.* 2. *Tusc. conclus.* 441. *dilatione, num.* 6.

25 Ampl. etiam si iudex † sit certus, quod finita dilatione condemnatus non parebit iudicato. *Bald. l. siue pars, C. de dilation. Tuscus concl.* 441. *dilatione, num.* 9.

26 Limit. vbi quis est condemnatus † ex sententia, à qua non licet appellare, vel ratione iudicantis, vel rei de qua est iudicatum, vel personæ appellantis, vt dixi *in meis singularibus, §. Appellatio non conceditur.* & de primo capite *Iaf. in l. debitoribus, ff. de re iud. num.* 9. *& seq.* qui loquitur si sententia sit interlocatoria, vel

27 lata à Principe, vel Senatu. In Principe † tamen aduertendum erit, an iratus illam protulerit, quia supersedendum erit; & idem dicitur si euidenter sit iniqua, *cap. si quando de rescrip. Alex. in l. debitoribus,* 31. *ff. de re iud. num.* 13. *& seq. duobus.* Vel lata in spolio, vel ex instrumento habente paratam exequutionem. *Galgan. de iur. pub. lib.* 2. *titul.* 51. *num.* 13. *& seq.*

28 Limit. in debitore † fiscali. *Iaf. in l. debitoribus, ff. de re iud. num.* 11. *circa princ. & Alex. num.* 11.

29 Limit. in condemnato actione † reali, quia arbitrio iudicantis conceditur illi dilatio. *Iaf. l. debitoribus, ff. de re iud. num.* 13. relinquens indecisum quid dicendum in actione mixta; *& Alex. num.* 10. *Odofred ibidem, num.* 2. *in fin. & num.* 3. *in fin.* concludens isto casu concedi terminum officio iudicis, & idem fieri si agatur actione personali in rem scripta, idem repetens *in l fin. C. de vsuris rei iudic. num.* 3.

30 Limit. vbi condemnatus esset † euidentissime locuples *Bal. in l. fin. C. de exequut. rei iud. col.* 1. quem refert & sequatur *Iaf. in l. debitoribus, ff. de iud. num.* 14. *in fin.*

31 Limit. vbi Statuto caueturt quod lata sententia statim fiat illius exequutio. *Iacob. de S. Georg. in l. si debitori, ff. de iudic. num.* 21. *vers. sexto.*

32 Limit. vbi condemnatus † non satisdat de soluendo lapso quadrimestre, *Bart. in l. si debitori, ff. de re iud. Iaf. in l. debitoribus, ff. eod. n.* 14. eam afferens rationem, quia cum ista dilatio detur miserationis causa, creditor non debet subesse periculo, quod debitor interim capiat fugam, vel sua consumat, & specie pietatis foueatur alicuius malitia, cum alterius incommodo. *Muscatel. in prax. part.* 3. *glos. verb. seruatam, num.* 85.

33 Limit. in condemnato † in actione depositi, *l. penul. C. deposit. vbi Bal Iacob. de S. Georg. in l. si debitori, de iudic. num.* 19. *vers. secundo.*

34 Limit. in condemnato in actione † reali. *§.* 1. *instit. de offic. iud Iacob. de S. Georg. per hunc textum in l. si debitoris, ff. de iudic. num.* 19. *vers. primo.*

35 Limit. in condemnato ab arbitratore † *Alexander in l. debitoribus, ff. de re iud. num.* 12. *et Iaf. num.* 8. eam afferens rationem, quia talis sententia æquiparatur transactioni, quæ vbi non habet diem, nõ datur quadrimestre ad implendum, sicuti non datur in quibuscunque contractibus quibus non est apposita dies. *Iacob. de S. Georg. l. si debitori, ff. de iudic. num.* 20. *&* 21. eam afferens rationem, quia coram illo non est iudicium.

36 Limit. in condemnato ex sententia † interlocutoria, nam cum ab illis non detur appellatio, *glos. l. penul. verb. discussore, C. quorum appel. non recip.* non conceditur iudicatis quadrimestre. *Iaf. l. debitoribus, ff. de re iud. n.* 10. *Franc. cap. non solum de appel. in sext. num.* 7. *vers. quinto.*

37 Limit. vbi quis est condemnatus † ex sententia, quæ transiuit in iudicatum, *l. quoniam non nulli vbi Bald. not. C. de appellat. Iaf. in l. debitoribus, ff. de re iud. num.* 11. *Cast. in l.* 2. *C. de temp. appel. nu.* 5. seu vbi appellatio est deserta. *Iacob. de S. Georg. in l si debitori, ff. de iud. n.* 19. *vers. tertio.*

38 An autem condemnato ad factum † conceditur hoc quadrimestre, indecisum reliquit *Alex. in l. debitoribus, ff. de re iud. n.* 14.

39 Limit. de consuetudine, vel aliud decernente † iudice moto ex qualitate personæ condemnati, & quantitate soluenda. *Castr. in l. debitoribus, ff. de re iudic. circa fin.* Et hinc nata

40 praxis Rom. † Curiæ, vbi iudices condemnatis concedunt Inhibitiones debitoribus ne infra decem, vel aliud longius, vel breuius tempus molestentur, quorum tamen arbitrium dixi fuisse cohibitum *supra hoc capite quarto, vers. quia extra. Alberic d. l. debitoribus, in fin.* con-

41 cludens iudicem † posse hoc tempus arctare, & prorrogare. *Odofred. in l. fin. C. de vsuris rei iud. num.* 3. concludens in actione reali, vel personali in rem scripta, dilationem ad exequendam sententiam esse iudici arbitrariam. *Iacob. de S. Georg. l. si debitori, ff. de iudic. num.* 21. *vers. sexto,* afferens idem dicendum si adsit Statutum.

42 Limit. vbi a sententia † non licet appellare. *Iac. de S. Georg. l. si debitor, ff. de iudic. num.* 21. *vers. sexto.*

43 Tertium exemplum erit, si exequutio † fiat pendente causa appellationis legitime interpositæ. *cap. venientes, de iureiur. cap. dilectus vbi glos. verb. exequendam, de appel.* & probat *rubrica cum nigro, digest. nil nouari appel. pendent.* cum alijs late cumulatis a *Lancell. de attentat. part.* 2. *cap,* 12. *n.* 83. *& seq.* vbi plures rationes affert, quas deinde singulas examinat; videlicet quia appellatio conseruat appellantem in eo statu, quo erat ante sententiam, quod appellatio suspendat, ac etiam quandoque extinguat pronunciatum.

44 Notandum me dixisse, si appellatio † legitime fuerit interposita, exequi non posse sententiam, quia id intelligendum est, si euidenter constat non fuisse legitime appellatum; secus si dubitetur, quia idem est ac si constaret de legi-

45 tima appellatione, nam † in dubio pro illa est

L pro-

pronuntiandum; siue agatur de illius interpositione siue admissione, siue desertione, vt dixi *in meis singularibus*, §. *appellatio*. *Surd. de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 60. *num.* 1. *& seq.*

46 Quia materiam † istam exequutionis factæ pendente causa appellationis latissime examinat *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. ne actum agam, & ne de carta in papirum transferam scripta ab alijs, ad ea quæ idem doctissime & methodo nostris temporibus recepta, scripsit,

47 me remitto, & limitationes tres addam: † vt nō procedat supra firmatum assumptum in sententia, qua dicatur alicui præstanda esse alimenta. *Surd. relatis pluribus de aliment. titul.* 1. *q.* 120. *num.* 13. *& latius titul.* 8. *priuileg.* 60. *appella-*

48 *tio, num.* 5. *vsque in fin.* Nec in † sententia, quæ pro parte fuit acceptata, & pro parte appellatum, nam quoad partem acceptatam potest exequi sententia. *Boer. decis.* 73. *videtur,*

49 *num.* 1. *& seq.* & idem dicendum † si latæ fuerint conformes in parte, nam quoad ea fiet valida exequutio. *Afflict. decis.* 362. *fuit, num.* 1.

50 *& seq.* nec vbi appellatio † est deserta, vt dicam *infra* §. 12.

51 Quartum exemplum † erit, si executio fiat pendente causa restitutionis in integrum, vt dixi *infra cap.* 19.

52 Quintum exemplum erit, † si causa, seu sententia sit appellabilis, & fiat executio non citato condemnato quater ad docendum de appellatione, & illius legitima prosequutione. *Rota recent. decis.* 506. *part.* 2. *numer.* 1. & dixi *infra cap* 21.

53 Sextum exemplum est, † si postquam iudex, vel alius superior mandet supersederi in exequutione, & pendente supersessoria, fiat executio. *Aret. cons.* 75. *num.* 10. *in fin.*

§. III.

SVMMARIVM.

Executori resisti potest facto, si velit durante dilatione facere executionem. 1. *Ampl.* 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Limit.* 10.

Cap. non inferenda. 23. *q.* 3. *declaratur*. 4.

Praiudicium quando dicatur irreparabie. 5.

Sicuti legatas esse manus iudicis dilatione pēdente dixi supra hoc capite quarto, ita multo magis sunt ligatæ manus exequutoris ab illo deputati, ne interim in bonis, vel persona condemnati exequatur iudicata. Ideo cum secus faciendo, dicatur procedere tamquam vnus de populo, & magistratus impetio quiescente, & dormiente, donec hominis, vel legis durat

1 dilatio; merito dixi, & repeto † exequutori posse de facto resisti, si interim velit exequutionem facere. *Cyn. ind. l.* 1. *C. vnde vi, num.* 19. concludens iudici posse de facto resisti, si quid contra legem, vel præter illius officium velit facere *&* *Bald. ibidem num.* 34. addit impune iudici resisti, si quid faciat vltra officium suum vel non rite. *Alex. cons.* 144. *post lib.* 2. *num.* 2. *Feder. de Senis cons.* 163. *in fin. Fel in cap. si quando, de offic deleg. num* 2. *vers. pro quo allego, & vers. secundo*, & comprobatur ex his, quæ dixi *supra cap.* 2. *ampl.* 6. *et cap.* 4. *vers. censeo. Io. de Plat. in l. prohibitum*, *C. de iur. fisc. lib.* 10. *num.* 4. concludens † licere ijs quorum

2 interest ac etiam amicis, & vicinis resistere officiali iniuste exequenti, addendo de iure Canonico, etiam extraneos requisitos debere auxilium præstare; & faciunt late tradita a *Mart. in prax.* §. *diligenter, n.* 51. *& seq pluribus*.

3 Ampl. præsertim si post exequutionem † sequatur præiuditium irreparabile. *Roman. in l.* 1. *ff. de re iud. num.* 15. *vers. aut quid agit*, subdens idem dici si exequutio sit retractabilis, & id late probat. *Alex. cons.* 144. *post reditum lib.* 2. *num.* 2. *circa med. Dec. l. vt vim. ff. de iust. & iur. num.* 25. *& seq. Neuizan. cons.* 52. *num.* 11. *& seq. Bart. in repet. l.* 1. *C. vnd. vi, num.* 34. concludens, si iudex faciat iniuriam, quæ periculum sit allatura, illi resisti posse armis, si alio ciuili modo non possit reparari, *Fel. cap si quando de offic. delegat. num.* 1. *in fin. & num.* 2. *vers. secundus, & vers tertio*. motus singulari textu

4 † *in cap. non inferenda*, 23. *quæst.* 3. *vbi glos.* dicit eum textum intelligi si constat de iniustitia; secus si subsit aliquod dubium. *Bald. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. num.* 20. concludens, si damnum sit irreparabile, & fuerit appellatum etiam extra officium, id est absente iudice posse iudici manu armata resisti, *Io. de Plat. in l. prohibitum*, *C. de iur. fisci, lib.* 10. *num.* 4. *vers. si autem, & in l. deuotum*, *C. de metat. & epidemet. lib.* 12. *num.* 2. *vers. tertio fallit. Marsil. in praxi*, §. *diligenter, num.* 54. *Marant. disput.* 1. *num.* 35. *& seq & Tusc. conclus.* 587. *eximens captum, num.* 33. *& seq. & concl.* 413. *Iudici, num.* 10. *& seq. plurib.* qui duo plures congerunt. *Dec. d. l. vt vim, num.* 25. vbi decla-

5 rat † quando dicatur præiudicium irreparabile, addendo, *num.* 25. idem dici si dubitetur an tale sit præiudicium.

6 Ampl. præsertim vbi non exhibetur iudicis mandatum † ad exequendum. *Io. de Plat. in l. prohibitum*, *C. de iur fisci, lib.* 10. *num.* 4. *& in l. deuotum*, C. *de metat. & epidemet. lib.* 12. *num.* 2. *vers. quarto*, *Clar.* §. *fin. q.* 29. *Farinac. quæst.* 32. *num.* 33. *& seq.*

7 Ampl. siue agatur de † exequutione iudicis ordinarij, siue delegati, *Marant. disputat.* 1. *num.* 39.

8 Ampl. præsertim vbi excedit officium † suum. *Roman. l.* 1. *ff. de re iud. num.* 15. *vers. & distinguit.*

9 Ampl. præsertim vbi fit † pendente termino ad appellandum, *Serafin. decis.* 1045. *num.* 4. *relatis. Lap. alleg.* 1.

10 Limit. vbi dubitatur, seu disputari † continget, an lapsa sit dilatio, vt puta, an dies termini computetur in termino, *Io. de Plat. in l. prohibitum*, *C. de iur fisci. lib.* 10. *num.* 4. *& in l. deuotum*, *C. de metat. & epidemet. lib.* 12. *nu.* 2. *in princ. vers. si autem est dubium*, *Dyn. in cap. quod quis, de reg. iur. num.* 6. *in fin.*

§. IV.

§. IV.

SVMMARIVM.

Prorogatio idem est cum prorogato, 1. *Ampl.* 2. *Declara.* 3. 4. *Ampl.* 5.
Executio fieri non potest durante dilatione prorogata. 7. *Ampl.* 8.
Quid si dilatio sit concessa parte non citata. 9. *Ampl.* 10. 11. 12. 13. 14. *Limit.* 15. 16. 17.
Societas officij contracta ad sex menses & deinde ad beneplacitum durat tantum ad alios sex menses. 6.

1 COmmune, & receptum est assumptum, quod prorogatio † idem sit cum prorogato *l. sed & si manente, ff. de precar.* ideo temporis, seu termini prorogatio, censetur idem tempus, vel terminus, *Bald. l. Aemilius. ff de minoribus, num.* 19. cum alijs cumulatis a *Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 26. *Bero. cap. potuit de locat. nu.* 45.
2 assumens † omnes qualitates, conditiones, omniaque priora accessoria secum trahat, fiatque eiusdem naturae, *l.* 2. *§ sed si iudex ff. de iudic. l. Labeo.* 2. *in princ & §. fin. ff. de recept. arbitr. Gabriel. de dilation. concl.* 2. *n.* 4. *et seq. Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 26. *& seq. Bardus tract. de tempor. vtil. cap. num.* 8. si mo-
3 do † prorogatio fiat durante tempore prorogato, alias illo elapso, non dicitur fieri prorogatio, sed potius alterius termini concessio, ex congestis a *Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 7. *n.* 24. *& seq. Gabriel de dilation. concl.* 2. *num.* 1. *et conclus.* 3. *num.* 1. & nihil addatur vel
4 minuatur † de contentis in concessione termini prorogati. *Bald. l.* 4. *ff. de dam. infect. Gabr. d. conclus.* 2. *num.* 25. *Bald. l. Titius* 48. *ff. de excus. tut. circa fin.* adeo quod expresse, vel ta-
5 cite facta intelligatur † facta ad tantundem, non autem ad maius, seu longius tempus, *Tiraquel. d. glos.* 10. *nu.* 27. *Gabriel. de dilation. conclus.* 1. *num.* 4. *& seq. & conclus.* 4. *numer.* 1. *Castracan. de societ. offic. cap.* 55. *secundo dubitatur*, concludens societatem officij contra-
6 ctam † ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, durare solum ad alios sex menses; & arbitros electos cum pacto, vt infra mensem arbitrentur, nisi tempus prorogauerint, non posse vltra menstruam facere prorogationem.
7 Ideo prorogata dilatione † non posse exequi sententiam donec durat prorogatio, voluerunt *Intrigl. decis.* 35. *num.* 1. *Castil. decis.* 1. *par.* 1. *num.* 1.
8 Ampl. etiam si prorogatio fit facta † absque causae cognitione. *Bald. in cap.* 1. *de milit. vasal. qui cont. num.* 1. *vers. idem. Innoc. in cap. praeterea de dilation. vers. item credimus. Angel. in l in pecuniarijs, ff. de ferijs num.* 6. *Spec. de dilat. § nunc videamus, num* 1. *vers. praterea, & num.* 4. *vers. & sunt hae. Castil. decis.* 1. *par.* 1. *num.* 4. *in fin. & num.* 9.

9 Ampl. etiamsi prorogatio † sit concessa parte non citata. *Ias. in l. quod iussit, ff. de re iud. num.* 47. *circa princ relato Bart. in tract. ad reprimendum, § per edictum col.* 2. *reprobato Bal. aliud sentiente. Castil. decis.* 1. *part.* 1. *num.* 4. *circa fin. & num.* 9.

Contrarium voluit *Boer. decis.* 294. *num.* 6. testans de communi, & relati à *Castil. decis.* 1. *part.* 1. *num.* 1. quos idem *num.* 8. *&* 9. reprobat, & declarat.

10 Ampl. etiam si prorogatio fit facta † parte inuita, seu contradicente. *Natta cons.* 338. *vltra ea, num.* 1. *circa med. relatis Spec. de dilation. § nunc videamus vers & sunt hac in argum. & Castr. in l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iur. Castil. decis.* 1. *par.* 1. *num.* 4. *in fin.*

11 Ampl. etiamsi prorogatio † sit facta sine causa. *Natta cons.* 338. *vltra ea, num.* 1. *in princ. & circa med.* exemplum referens, si fiat ad commodum eius, qui termino concesso non fuit impeditus.

12 Ampl. etiam si concessa † esset vltimo momento termini. *Natta cons.* 338. *num.* 2.

13 Ampl. praesertim ad effectum † ne quis dicatur contumax, vel in aliquam cadat poenam. *Natta cons.* 338. *num.* 2.

14 Ampl. praesertim, vbi aduersarius † habet veram, vel praesumptam scientiam factae, seu concessae prorogationis. *Bimius cons.* 79. *num.* 10. *& seq. lib.* 1.

15 Limit. vbi prorogatio fit à iudice † ad quem de termino dato à iudice à quo, argum. dictorum *Lancell. de attentat part.* 2. *cap.* 7. *nu.* 5.

16 Limit. vbi prorogatio non fuit † parti intimata. *Bald. l. eos §. apostolos, C. de appell. n. u.* 5. *Rimin. con.* 66. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. refert, & sequitur *Intrigl. decis.* 35. *n.* 3. *&* 4.

17 Limit. vbi prorogatio fit de † termino ad appellandum, nam cum minime posit à iudice, etiam de consensu partium, prorogari, vel abbreuiari, exequutio facta durante prorogatione erit valida, argum. dictorum *Lancell. de attent. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *& seq.*

§. V.

SVMMARIVM.

Temporis diuisio. 1.
Tempus quid sit. 2. 3
In dilatione data continentur dies feriati. 4. *& quare* 5.
Tempus aliquid vbi datur ad aliquid faciendum, intelligitur de tempore vtili. 5. *Ampl.* 6. 7.
Concil. Trident. sess. 2. *de regul. capit.* 15. *declaratur*. 8
Annus probationis regularium debet esse continuus. 9 *Ampl.* 10. 11. 12. *Limit*. 15. 16.
Retrahendi tempus est continuum. 13. *An detur restitutio in integrū aduersus illius lapsum*. 14

OMisso quæ de tempore dici possent, quia de illo tractare spectat ad eos, qui rerum naturalium abditas causas scrutãtur: quos si sequamur, corruit ea nostrorum temporis di-
1 uisio, † vt aliud sit continuum, aliud vtile; aliud continuo continuum, aliud continuo vtile; aliud vtile à principio, & continuum in progressu; aliud continuum à principio, & vtile in progressu, quia tempus nihil aliud est, quam
2 † numerus; seu mensura duarum partium motus, antecedentis scilicet, & subsequentis. *Arist. 4. phys. cap. 1. text. 101. & 109.* & tanquam circulus quidam, *Arist. 4. phys. cap. 9. text. 133.* necesse est, vt illud sit continuum. *Arist. 6. phys. cap. 2. text. 18.* Ideo dicebat *Bart.* quod
3 tempus † est quædam fluxibilitas, & quod de tempore non habemus nisi instans, quia quod præterijt, iam esse desijt & quod futurum est, nondum fuit, nec est, *in tract. de alluuion. lib. 1. §. quod si ex vno.*

Fluxibili itaque, seu continuo existente tem-
4 pore, merito supra hoc *cap. 4.* dixi † in dilatione concessa contineri dies feriatos, vt rescripsit Constantinus Imperator *in l. fine pars, vers. feriæ, C. de dilation.* & voluerunt *glos. in capit. fin. de fer. Francisc. Marc. decis. 495. part. 2. Bocc. de litter remis. cap. 7. num. 18. Rulant. Ruger. de Commissar. & commiss. lib. 2. cap. 7. num. 9. & seq.* vbi etiam agit quid dicendum si feriæ occupent totam dilationem, & stante Calendario Gregoriano.

5 Ratio est, quia † vbi certum tempus est datum ad aliquid faciendum, intelligitur de tempore continuo, non autem vtili, seu interpellato. *l. quinquennium, ff. ad leg. Iul. de adulter. Abb. in capit. fin. circa fin. de election, l. 1. §. exactio, C. de rei vxor. action. l. quinquaginta, ff. de excus. tutor.* vbi tempus exigendæ dotis, & finiendæ excusationis tutoris est continuum,
6 & idem dicitur de tempore dato hæredi † ad deliberandum, *l. cum ant iquioribus, C. de iur. delib.* vbi *Bart.* adeo, vt annus cœptus in persona hæredis decedentis, & transmittentis ius deliberandi ad hæredes continuetur in illo, in quem facta fuit transmissio. *Angel. à Gambil. in l. ventre, ff. de acquir. hæred. num. 57. Bard. tract. de tempor. vtil. & contin. cap. 3. num. 7.*
7 *vers. ac etiam*, vbi præterea refert alia plura † vbi simpliciter concesso tempore, vel dilatione, intelligitur de continua, exclusa omni intermixtione. Similia alia, & plura refert *Fontanella de pactis nuptialib. part. 1. clausul. 18. num. 36. & seq.*

Singulare vnum, quod mihi in praxi conti-
8 git, non omittam, quod cum † à *Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 15.* fuerit constitutum, vt non admittatur ad professionem, qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, quod si contingat aliquẽ dimisso habitu exire, & deinde redire ad eadẽ claustra, quod iterum inchoare debet annum probationis, nec coniungi possit tempus quo steterat, cum tempore deinde subsequenti. *Lapus allegat. 46. factum nu. 2. vers. in contrarium*, qui loquitur de nouitio, qui steterat in domo probationis mẽses septem, & exiuerat habitu dimisso, & in domo paterna manserat horas tres, & redierat deinde ad claustra. Idem dixere *in l. fin. §. quotics, ff. de public. Bart. num. 2. Cast. num. 3. Angel. in l. idem cum eod., ff. de iurisd. omn. iud. num. 4. & Dec. num. 9. Alex. cons. 34. volu. 5. num. 1. Abb. cap. ad Apostolicam, de regul. num. 9. Summa Rosella, §. nouitius, num. 29. Armil. num. 12. Sil. ucst. 5. religio 5. q. 4.* asserens hanc esse quæstionem indubitatam, *Nauar. de regular. cons. 17. N. ingressus, & cons. 19. quidam, & cons. 29. & 32. cons. 89. num. 1.* concludens annum pro-
9 bationis † debere esse continuum, ita vt in illo non computentur menses, quibus quis stetit in primo Monasterio, à quo recessit sine licentia, transeundo ad aliud, etiam de illius voluntate, sufficere exisse per duos vel tres dies, absque licentia superioris, secus si cum licentia, & sub
10 obedientia sui Prælati. † Nec professio sustineretur, etiam quod nouitius consentiente Monasterio renunciasset huic annali dilationi. *Nauar. de regular. cons. 62. num. 10.* Si tamen nouitius animo exeundi latitasset, non considerabili tempore, intra annum nouitiatus, non ideo diceretur interpellatus annus nouitiatus. *Nauar. cons. 33.* idem nouissime tradit *Sanchez oper. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 4. numer. 30. & seq.* relatis, & confutatis quæ videbantur obsta-
11 re, addendo *num. 33.* procedere † etiam si nouitius fugiens Monasterium sine licentia Superioris gestaret habitum Religionis, regulamque Ordinis obseruasset extra claustra, etiam si animo redeundi fugisset; secus si non fugisset, sed exijsset animo redeundi intra breue tempus, ad aliquod bonum, vel malum peragendum; subdens *num. 4.* si expleto nouitiatus anno, deseruisset claustra, & ad illa deinde rediret, noua non esse opus annali probatione, nisi aliud qualitas personæ suaderet, vel status religionis esset mutatus in durius.

12 Contrarium tamen videtur † sentire *Bard. in tractat. de tempor. vtil. & continuo cap. 3. n. 8.* vbi plures suæ opinionis rationes refert.

Quæ dixi de tempore professionis, seu emittendi votum Religionis, vt illud sit continuum,
13 idem dicendum de † tempore dato ad redhibendum, vel retrahendum ex iure, quod vocamus congrui. *Intrigl. cons. 1. post illius decis. 200. num. 43.* Imo nec de tali tempore subducendum tempus litis motæ, an esset locus iuri retrahendi, censuit *Rota teste Ludouis. decis. 470.* quam difficultatem prius late examinauerat *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 36. & seq.* subdens *num. 46. & seq.* † an detur restitutio in integrum aduersus lapsum temporis dati ad retrahendum.

15 Limit. in dilatione † quæ datur ad seruandum terminos substantiales de stylo Romanæ Curiæ, quia omnes sunt vtiles, & non continui. *Vantius de nullit. ex defect. proces. numer. 57. vers. in tertia.*

16 Limit. de stylo Romanæ Curiæ, † vbi conceditur dilatio ad primam diem, nam intelligitur

tur de die vtili, seu iuridica, non autem feriata, quæ immediate sequatur.

§. VI.

SVMMARIVM.

Princeps supremus potest concedere inducias debitori ad soluendum.1.3. *Intellige*,2.12.4.*Ampl*.5.6.10.11.14.15.16. *Limit*.17.21.22.23.24.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.40.41. *Sublimita* .39.
Natta reprobatur . 3.
Princeps secularis an quid disponere possit circa iuramentum .7.8.9.
Cautio iuratoria sufficit omni casu quo est præstanda, si per impotentiam non potest præstare. 13
Cessio bonorum non admittitur vbi agitur de pœna soluenda ex delicto. 18. *an fraudulentis decoctoribus* .19.
Pensio fundorum est priuilegiata .21
Alimentorum priuilegia .25.27
Primipilus, & illius priuilegia . 26
Cessio bonorum non prodest obligato ad factum .36
Interpellatio non est facienda vbi datum est tempus certum ad faciendum .38
Impossibilitas excusat a datione fideiussoris dandi ex legis dispositione.
Suspectus de fuga non admittitur ad cautionem iuratoriam . 41
Dilatione pendente debitor non potest conueniri nec conuenire suum debitorem ad soluendum. 42.*An cessent vsuræ* .43.

1 CVm certum indubitatumque sit, Princi-pem non † recognoscentem superiorem posse debitori concedere inducias, seu dilationem ad soluendum, *l*.2.*l.vniuersa, C.de precib. Imperat. offer. cap. vniuersa*. 25.*q*.2. *Rebuf. de dilation. in princ. Surd. de aliment. titul*.8.*priuileg*. 70. *num*.1. *Petra de potestat. Princip.cap*.8.*num*.46.*Menoc. conf*.244.*n*.12.
2 *relati a Thesaur.decis*.186.*num*.1.†quamuis id neget si absit causa, & dilatio excedat terminum duorum mensium. *Natta.consil*.591.*solet. num*.8.*vsque in fin.vers. sed quidquid*.
3 Et opinione *Natta* † reiecta, communis fit praxis, vt huiusmodi induciæ miserationis gratia concedantur impotentibus soluere quæ promiserunt, *l. si cum militi*, §.*cum intra*, *ff. de compensat*.& ita seruari apud Italos Principes, Romæ, Venetijs, Mediolani, in Regno Neapolis, Siciliæ, testantur *Cuccus in tract. de morator. præscript. num*.14. *Trentacinq. var. resolut.lib*.3.*resolut*.1.*nu*.10. *Intrigl. decis*.16. *num*.2.*in fin.Marchesan. de commis. super dilation.morator.part*.3. *num*.10.*& seq*. conclu-
4 dentes communiter talem dilationem † esse quinquennalem,qua durāte nullatenus fieri potest exequutio sententiæ prolatæ, & differenda in tempus quo illa sit lapsa, vt dixi de legali *su-*
5 *pra*, §.11.Imo strictius † est differenda, cum fortius obliget lex viua, quam mortua, quia manat a potentiori causa, cum Princeps sit supra omnem legem, *cap*.1.*de constit* c.*a. proposuit, de concess. præbend*. & quòd differenda sit interim exequutio sententiæ, firmat *Cuccus de morator.præscript.num*.150.
6 Ampl.etiam si sententia † esset lata occasione debiti iurati, & dilatio esset concessa a Principe seculari.*Boer decis*.296.*n*.5. *Dec.cons*.352. *in fin.Surd.consil*.299. *n*.15. *Carauit. ritu* 287. *num*.9.asserens ita seruari in Regno Neapolitano. *Muscatel. in praxi*, *part*.4. *glos. verb. petendo, num*.14.*Mastril.decis*.16. *num*.2. asserens latius hoc fuisse prosequutum in suo tract. *de indultis*, *cap*. 46. concludens quod licet se-
7 cularis Princeps non † possit tollere iuramentum, nec super illo dispensare, tamen quod possit differre, & infirmare ad tempus illius vires,ex sententia *Alex.cons*.38.*vel* 3.*Fel.in cap. constitutus*, *de rescript.num*.8.*vers. considera secundo*.
8 Contrarium in Principe seculari † firmarunt *Cyn.Sal.Cast.Ias.& alij, in l fin C si cont.ius vel vtil.pub.Alex.consil*.38. *lib*.3. *Cuccus tract. de morator.præscript.nu*.54.*& seq.& num*.62. *relati a Carol.de Gras. tract.de exception.c*.32. *num*.13. *& seq.Trentacinque*, relatis quæ hinc inde dicuntur, *var. resolut. lib*. 3. *de solution. cap*.1. *num*.11. *& seq.relati a Gras. de except. cap*.32.*num*.13.*et seq.Menoc.de arbit.c is*.203. *num*. 16. *&* 337.*num*. 19.*relati a Thesaur. decis*.186.*num*.4.
9 Contrarietatem† hanc conciliare tentarunt *Carol.de Gras.& ab illo relati tract.de except. cap*.32.*num*.20.*& seq.Marchesan. de commis. super dilat. morator. num*. 50. *& seq.Thesaur. decis*.186.*induciales*, *num*.5.*&* 6.
10 Ampl.præsertim si dilatio fuit concessa†cum causa, vt puta, quia debitor absque sua culpa factus sit pauper, vel malam sit passus fortunam, fuerit bello, peste, vel incendio, absumptum illius patrimonium. *Natta.consil*.591.*solet.num*.8.
11 Ampl. præsertim,si is,cui † concessa est dilatio, requisitus dedit cautionem de soluendo lapso quinquennio, seu dilatione data, *l.vniuersa,C.de precib.Imper.offerend.Natta consil*.591. *num*. 17.*circa med.Trentacinque var. resolut. lib*.3 .*de solution. cap*.1. *num*.6. *& seq*. addendo hanc cautionem dandam etiam si a Principe fuerit remissa. *Marchesan.de commis. par*.3. *cap.de commis super dilation. num*. 14. *& seq. plurib*.vbi late hanc materiam prosequitur, sicuti & *Carol.de Gras. tract. de except. cap*. 32. *num*.135.*& seq.plurib*.late agens quod in omni materia vbi alicui conceditur, intelligitur si illud petatur.*Cuccus de morator.præscript.n*.53.
Norandum,quod si ob inopiam debitor non
12 † potest dare cautionem petitam de soluendo in fine dilationis, quod sufficit illius iuratoria cautio. *Trentacinque var. resolut. lib*. 3. *de solution. cap*.1. *nu*. 9. & hoc esse generale quo-
13 cunque casu quo danda † fit cautio firmant.

Carol. de Graſ. tract. de exception. cap. 32. num. 162. & ſeq.

14 Ampl. præſertim ſi fuit conceſſa dilatio† motuproprio, quod in dubio non præſumitur, nam tunc nec etiam contra fideiuſſores fieri poſſet exequutio. late *Cuccus de morator. præſcript. num. 58. et 65. Trentacinque var. reſolut. lib. 3. de ſolut. num. 19. in fin.*

15 Ampl. etiam ſi ageretur de exequutione † ſententiæ latæ ad fauorem pupilli. *Menoc. de ar. bitr. Iud. caſu 203. num. 23. Trentacinque var. reſolut. lib. 3. de ſolut. cap. 1. num. 16.* ſequendo *Menoch. Boerius* tamen ſine auctore contrarium tenet in ſententia lata pro minore *deciſ. 296. num. 6.*

16 Ampl. vt dilatio data pro ſorte † principali, extendatur ad intereſſe. *l. cum ſoluendæ, vbi Bart. ff. de diſt. pignor. l. ſoluitur, §. ſi paciſcar. vbi Angel. ff. quibus modis pign. vel hypot. ſol. Carol. de Graſ. de except. cap. 32. num. 174. & ſeq.* limitando ſi debitor fiat ſuſpectus de fuga.

17 Limit. ſi ageretur de exequutione † ſententiæ latæ in perſonam deiicti corporis non afflictiuæ, ſed burſali, quia talia debita non continentur ſub dilatione data adſoluendum. *Rom. ſingul. 182. Theſaur. deciſ. 182. condemnatus, num. 2. et ſeq.* concludens per modum regulæ,

18 quod ceſſio † bonorum non habet locum in pœnis pecuniarijs ſoluendis in pœnam delicti, etiam ſi parti fieri deberet ſolutio. *Peregrin. de iur. Fiſci lib. 6. titul. 7. num. 22 Bald. conſ. 40. col. 2. verſ. tertia ratio. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 203. expoſuimus, num. 16. et caſ. 337. per quam num. 17.* concludens habentem inducias, ſeu vt ille loquitur, ſaluum conductum ad ſoluendum non iuuari, ſi debitũ ſit publicum vel fiſcale, vel cauſa delicti. *Ripa l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 97. vbi Purpur. nu. 193. Curt. iun. num. 69. Iacob. Niger num. 75. Carol. de Graſ. de except. cap. 32. num. 34. Trentacinque var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 13.* vbi plures refert, additis rationibus quibus illi ducuntur in hãc ſententiam: idem præſtitit *Cuccus tract. de morator. præſcript. num. 45. et ſeq. plurib. Marcheſan. de commiſ. ſuper dilation. morator. nu. 93. et ſeq. plurib. Brunus de ceſſion. bonor. q. 26. num. 4.* concludens quinquennalem dilationem non prodeſſe condemnato ex delicto,

19 nec fraudolentis decoctoribus, † vt ſubdit *n. 7.* licet *num. 15.* aliud ſentiat niſi debitum ſit iuratum.

20 Limit. ſi agatur de exequutione ſententiæ † latæ ex cauſa depoſiti veri, & non ficti, & non ſimulati, vel confeſſati, quamuis irregulari. *Cuccus tract. de morator. præſcript. num. 71. et ſeq. pluribus*, vbi præterea declarat quæ ſint iſtæ depoſitorum ſpecies. *Trentacinque var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 32.*

Limit. ſi ageretur de exequutione ſententiæ,

21 † latæ in cauſa locationis, quia cum in illa nõ ſoleat concedi moratoria, non retardabitur exequutio, niſi ſpecialis fuerit facta mentio, *gloſ. in l. cum fructuarius, ff. de vſufruct. Menoch. de arbitr. iud. caſu 203. num. 18.* declarando procedere, modò conductor ſuſceperit fructus rei conductæ. *Carol de Graſ. de except. cap. 32. num. 38.* & ratio eſt, quia in generali priuilegij conceſſione non comprehenduntur quæ ſpeciale habent priuilegium. *gloſ. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 10.* Ideo ſi cenſui idem datum eſſet priuilegium, idem dicendum eſſet, vt apud Siculos, teſte *Graſ. d. cap. 32. num. 42. Cucus de morator. praſcript. num. 100.* addendo præſertim ſi agatur de penſionibus domorum. *Trétacinque var. reſolut. lib. 3. de ſolution. cap. 1. num. 15.* addendo hoc caſu non admitti concurſum alterius creditoris, & ita fuiſſe deciſum. *Menoch. de arbitr. iud. caſu 203. num. 17. et ſequen.*

22 Limit. ſi ageretur de exequutione † ſententiæ in cauſa dotis, *Io. Bapt. de S. Blaſ. de dote priuileg. 289.* & id ratione quam retuli in antecedenti limitatione, quia generalis diſpoſitio non extenditur ad caſum dotis. *l. final. C. de iur. diſt. Cotta in memor. §. dos habet in fin. poſt Io. Bapt. de S. Blaſ.* idem voluit *Cuccus de morator. præſcription. num. 86. et ſeq. plurib. verſ. quinto. Trentacinque var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 22. et ſeq.* ſublimitando in dilatione conceſſa à creditoribus.

Limit. vbi dilatio fuit conceſſa à Principe

23 ſeculari † & agitur de exceptione ſententiæ latæ occaſione bonorum eccleſiaſticorum. *Rebuf. de litter. oblig. art. 1. gloſ. 1. num. 82. refert, et ſequitur Menoch. de arbitr. iud. caſ. 23. nu. 20. et ſeq.* ſubdens talem eſſe cõſtitutionem Dominij Mediolani, *de ſaluis conductibus*: & ratio eſt, quia res, & bona eccleſiæ, cum perſonis, ſunt exemptæ à laycorum iuriſdictione, nec de illis quidquam layco Principi licet conſtituere. *cap. quæ in eccleſiarum de conſtit. Socin. conſ. 56. lib. 1. num. 1. Surd. deciſ. 160. num. 7. et ſequen.*

24 Limit. vbi agitur de exequutione ſententiæ † latæ in cauſa alimentorum, vt ſequendo *Ant. Cuccum*, proſequitur *Surd. de alimentis titul. 8. priuileg. 70. princeps*; addendo idem dici ſi

25 agatur de ſolutione debiti ex cauſa † annonæ, vel adminiſtrationis panis, vel penſionis loco alimentorum alicui aſſignatæ, ea ratione, quia alimenta non recipiunt dilationem, illorumque cauſa termini conceduntur breues, non ſuſpenditur per appellationem exequutio ſententiæ in cauſa alimentorum prolata, ſi modo alimenta ſint pręſtanda pauperi in futurum; ſecus ſi præſtanda ſint diuiti, & agatur de alimentis pręteritis. *Cuccus de morator. præſcript. num. 97.*

26 addit idem dicendum, ſi agatur de † debito primopilari, nam Primipilus erat miniſter annonæ, vltra curam, quam gerebat Aquilæ, & militum ad cuſtodiam illius, vt referunt *Lexigraphi verb. primipilus*, & idem dicit de debito ex

27 cauſa medicinalium, † vel vini, vel lignorum, & ſimilium. *Marcheſan. de commiſ. ſuper dilation. morator. num. 95. et ſeq. et 109. et ſeq.*

Limit. ſi agatur de exequutione ſententiæ la-

28 tæ poſt conceſſam † à Principe dilationem. *Cuccus de morator. præſcript. num. 101. relato Guid. Papa deciſ. 109. reſcripta*, aſſerentẽ ita ſeruari in Parlamento Gratiopolitano, ſi agatur

tur præsertim de debito contracto post concessam dilationem. *Cumia super Ritibus Scicil. cap.80.num.9.*

29 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ in Curia suprema, vt puta ab aliquo Senatu, vel Parlamento. *Guid.Pap. decis.97.pro conseruatione, & decis.*320. testans de stylo Parlamenti Parisiensis. *Cuccus de morator.præscript.nu.*112.addendo procedere nisi expresse fuerit dictum, non obstante sententia Senatus, vel quod illa transierit in iudicatum. *Trentacinq.var.resol.lib.3.de solution.cap.* 1.*n.*21.

30 Limit. quod quamuis rescripto Principis † impediatur sententiæ exequutio, non tamen impediatur processus cum sententia interim durante dilatione obtenta, quoad illa elapsa fiat exequutio, nec actor dicitur plus tempore petere. *Bald.in l.exceptionem, ff.de exception. col.*1.*in fin. Cuccus de morator. præscription. num.* 150.

Limit. vbi is, cui concessa fuit dilatio a Prin-
31 cipe, † non expressit qualitatem debiti, quæ expressa potuisset illum remouere a concessione, vel saltem difficilius concessisset; Veluti quod de recenti contractum esset debitum. *Menoc.de arbitr.Iud.cas.*203. *num.*24.addendo idem dici si a creditoribus sit concessa dilatio, non tamen ab omnibus, quod non noceat posteriori in mercibus, quæ adhuc extent, sequitur *Trentacinq.var.resol. lib.* 3. *de solut. cap.*1.*num.*17. *& seq.*

32 Item quod eidem fuerit alias concessa† similis dilatio, nisi secunda fuisset concessa motu proprio, quod non præsumitur, *cap. si motu proprio, de præbend.in sext.* vel geminate esset concessa; vel talibus verbis quod cessaret obreptio vel subreptio. *Menoc. de arbitr. Iudic. casu* 203. *nu.*28. *Trentacinq.var.resolut.lib.*3. *de solution. nu.* 19.nam si illa elapsa non soluit, excludi debet beneficio nouæ dilationis. *Surd. cons.* 68. *num.* 24. & facit regula *capit. semel malus.*

Item quod pendeat lis, vel fuerit lata senten-
33 tia † super solutione facienda. *Menoc. de arb. Iud.cas.*203.*num.*29.*Trentacinq. var. resolut. lib.*3.*de solution.cap.*1.*num.* 20. *Cuccus de morator.præscript.num.*118. *& seq.plurib. Carol. de Graf.de except.cap.*32.*num.*61.*& seq.*

34 Item an fuerit renuntiatum † quinquennali dilationi. *Trentacinq.var.resol.lib.*3.*de solut. cap.*1.*num.*24.cui renuntiari posse non est dubium. *Butrigar.de renunc.* §.*beneficio induciarum.*

Item quod debitori fuerit a creditoribus co-
35 cessa † alia dilatio. *Cuccus de morator. præscription.num.*105.*& seq.* vbi præterea agit an extendatur vltra tempus concessum a creditoribus.

36 Limit. vt talis dilatio concessa a Principe † non prosit ei, qui factum præstare debet, vt in simili dicitur de cessione, ad quam non admittitur qui facere debet. *Cyn. in l.* 1. *C. qui bonis ceder. pos.* quem sequitur *Bart. in l. Sabinus, ff.commun.diuid.*nisi tamen adsit impotentia faciendi. *Angel.in l. is qui bonis, ff de cession. bonor.Cuccus de morator.præscript.num.*146.

37 Limit. vbi debitor, cui est concessa dilatio,† non dat fideiussorem, vel aliter non cauet de soluendo finita dilatione. *l. vniuersa, C. de precib.Imp. offer. Guid. Pap. decis.* 109. *Natta cons.*591.*num.* 1. si tamen ad illam dandam fuerit interpellatus, *l.si quis filium,* §.*stipulatio, ff.de collat.glos.d.l.vniuersa, & ibi Cast.nu.*6. *Marsil.de fideius.n.*145.nisi tamen in rescripto illa fuisset expresse remissa. *Iason d.l. vniuersa, num.*15.*Marchesan.de commis. super.dilation. morator. nu.*31.*& seq.*addendo per quas clausulas censeatur Princeps remisisse fideiussionem; Vel Princeps in rescripto dixisset infra quantum tempus esset danda, nam est præstanda absque alia interpellatione. *Ias. cons.* 191. *vol.*2.*Lamberteng.de contract. glos.*3. *num.*49. *Capra regul.*110.*Gabriel.cons.*131.*nu.*17.*lib.*1. *Crauet.cons.*59.*num.*7.*& seq.* & ratio est quia dies interpellat pro homine, *l. optimam, C. de cont.& commit.stip.Dec.l.fin.C.de edict. Diu. Adrian. tollend.num.*47. concludens interpel-
38 lationem † non requiri vbi tempus est datum ad aliquid faciendum. *Marchesan. de commis. super dilat. morator.num.*13.14.21.*&* 22.addendo si adimpleuit adimplenda, admitti ad hanc cautionem.

Sublimita concurrente impotentia debitoris
39 ad dandam fideiussionem † seu cautionem. *Guid.Papa decis.*189.*nu* 4.*Crauet. cons.*299. *in fin.Alex cons.*57.*num.*7.*vol.*3. *Marsil. de fideius.num.*166.*& seq.*eam afferens rationem, quia impossibilium non est obligatio: seu, vt ego addo, sicuti Deus non obligat homines ad impossibilia, ita & lex. *post Marsil.* idem dixit *Franc. Bec cons.*1.*nu.*18.*& seq.* Amplians pro-
40 cedere etiam † in casu quo ex Statuto danda esset fideiussio, & non solum procedere concurrente impossibilitate, sed etiam difficultate; cuius dicta late reassumpsit *Surd. decis.*141. *eum quædam, num.*7.*& seq.* vbi pluribus consentientibus relatis, addit standum esse iuramento eius, qui cauere debet, quòd non inueniat fideiussorem, vel cum difficultate eum reperiet, præsertim si is qui talem debet dare cautionem, sit nobilis, & bonæ famæ, vt firmauerat idem *Surd.cons.*68.*num.*7. addendo *num.*23.*& seq.*
41 ad iuratoriam † cautionem non admitti suspectum de fuga, & qui semel contrauenit iuratæ promissioni, alias addens pœnas peierantis.

42 Singulare vnum addo, quod sicuti † debitor durante dilatione non potest conueniri, ita nec conuenire debitorem suum. *Marches.de comm. super dilation.morator.nu.*39. *relatis Villalob. commun. opin.littera B, nu.*6.*& Ripa* testante de communi *in rub. de restit in integr. num.*4. quos non reperio in meo Codice; nec *Ripa* quidquam scripsit super ea Rubrica; censeo tamen illum verum dixisse ex regula, *quod quisque iuris,* sicuti & cum *ibidem nu.*99. dixit denegari hanc dilationem ventri dedito, & cuicumque turpiter viuenti.

43 An durante moratoria† cessent vsuræ, videndus *Mastril. decis.*16. *Princeps, num.*4.*& seq. Carol.de Graf.de except.cap.*32.*n.*174.*& seq.*

§.VII.

§. VII.

SVMMARIVM.

Dilatio incipit à die quo fuit concessa, & dissentiunt aliqui. 1. *Ampl.*2.
Concil. Tridentinum declaratur. 3.6.13.
Dies cœpta quando habeatur pro completa. 4. *Intercalatio quando consideretur in anno professionis Monachi*. 5
Modica seu minima non curantur in ijs, qua sunt præter, vel contra Ius commune. 7. *et quare*. 8.
Potentia proxima actui habetur pro actu. 8.9.
Dies cœpta quando habeatur pro completa. 10.
Annus cœptus quando habeatur pro completo. 10. 11.
Professio emissa aliquot horis antequam esset expletus annus, est valida. 12.

1 Dilationem datam debitori incipere † à die quo fuit concessa, probatur *argum. cap. eam te, de rescript. cap. dilectus, de prabend. cap.*2. *de decim. Guid. Papa decis.*109. *rescripta*, asserens ita seruari de stylo Curiæ Parlamenti Gratianopolitani, quem sequuntur *Cuccus de morator. præscript. num.*152. *Trentacinque var. resolut. lib.* 3. *de solution. cap.* 1. *num.* 27. *Matth. Brun. tract. de cession. bonor. quæst.* 26. *num.* 3. *Cumia super R.t. Sicil. cap.* 80. *nu.*9. *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num.*160. vbi refert dissentientes, & cōciliat. *Graf. de exception. cap.*32. *num.*98.

2 Ampl. vt in tantum incipiat † labi hæc dilatio à die concessionis illius, vt tempus sit mensurandum de momento ad momentum. *glos. l.*3. *§. minorem, ff. de minoribus, vbi Bart. & reliqui.*

Ex relata & proxima ampliatione, in qua agitur de materia, partim fauorabili, partim odiosa, insurgit difficultas: Si in concessione sit apposita hora concessionis, vt communiter apponitur in professione, quam emittunt Monachi post annum probationis, & fingamus quinquennalem fuisse concessam die decimo octauo Februarij, qui fuit natiuitatis meæ, hora nona noctis anno 1568. anno antecedente intercalarem, adeo quod desinat anno præcedente intercalarem, an illa expiret eadem hora nona decimioctaui diei Februarij, vel potius decimaseptima, hora vigesimaprima, cū sex horæ cuique anno addantur. Casus quoad quinquennalem dilationem raro, aut nunquam accidet: de professione tamen Monachi qui hora decimaquinta diei vigesimænonæ Iunij emiserat professionem, vbi ingressus erat religionem anno præcedenti eadem die, sed hora decimaoctaua, contigit disputari in Congregatione Concilij, dicente Monacho de nullitate suæ professionis, quia non permanserat per annum
3 completum in probatione, † iuxta *Concil. Trid. sess.*25. *de regul. cap.*15. Dicebam ego illam fuisse validam, non solum, quia essemus in casu
4 quo dies cœpta fauore † religionis habetur pro completa. *l. qua ætate ff. de testam* Sed etiam quia, vt nunc addo, cum annus constet diebus 365. & quadrante seu horis sex, annus erat completus, quamuis facta fuisset professio tres ante horas, quo professus sumpserat habitum, & cœperat morari in domo probationis; quia mensurando tempus anni de momento ad momentū, steterat ille in nouitiatu dies trecentos sexaginta quinque, & horas nouem, & sic horas tres vltra annum, & in mensura annalis temporis præ-
5 cedens dies spectetur, nec curandū † de intercalari die. *l. cum bissexto, ff. de verb. signific.* Quæ autem tunc in Congregatione Concilij scripsi & approbata fuere, non inutile erit addere.

6 Eminentissime Domine, cum Concilium † *sess.*25. *de regul. cap.*15. constituat, quod in quocunque, tam virorum, quam mulierum Ordine professio fiat ante decimumsextum annum expletum, nec qui minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur, valida, & non retractabilis fuit professio D. Cypriani facta intra Missarum solemnia anno 1620. die 25. Aprilis hora decimaquinta, vbi ille susceperat habitum Religionis anno præcedenti eadem die 25. Aprilis hora decimaoctaua ante vesperas, quia pro illius validitate, & firmitate stant verba Concilij, & Iuris communis, moralesque regulæ.

Concilium enim si in secundo casu voluisset computandum esse annum de momento ad momentum, facile id expressisset, sicuti fecerat in præcedenti, dum dixit, ante decimumsextum annum expletum in quacunqueReligione virorum, vel mulierum non fieri professionem.

Aut saltem id remisit dispositioni, seu declarationi Iuris communis. *l. commodissime, ff. de*
7 *liber. & posthum* à quo modica † vel minima non curantur. *l. scio, ff. de restit. in integr. cap. licet causam, §. cæterum de probat. l.* 2. *C. ad Tertul. Gail. obseruat.*102. *lib.* 2. *num.*4. concludens in ijs, quæ contra, vel præter ius sunt constituta, non considerari modica, vel minima.

8 Et ratio est quia quod parum † distat à fine, dicitur finem ipsum attigisse. *l. penul. ff. de milit. testam. Bal. l.* 1. *ff. solut. mat. vers. quod si fidius,* potentia proxima actui habetur pro actu. *l. rerum mixtura, §. Labeo ff. de vsur. Decian. consil.* 44. *lib.* 4. *num.*63. & proxime accingendus habetur potentia iuris pro accincto. *Rot. decis.* 11. *de itrepat. in nouis, num.* 2. *in fin. Marsil. decis. deius. nu.* 218. *& seq.* vbi ex *Abb. & alijs* con-
9 cludit, quod Basilica de proximo † consecranda habetur pro consecrata, & gaudet priuilegijs Basilicæ consecratæ; condemnandum de proximo haberi pro condemnato, & ē cōtra; quod pro coniuncta, & viro copulata carnaliter censetur, quæ de proximo est copulanda.

10 Ideo tam in † fauorabilibus, quam odiosis, vbi tempus assignatur per annos, vel mēses, dies
10 posterior anni, vel mensis, cœpta † habetur pro completa. *l. qua ætate, ff. de testam. l. anniculus, ff. de*

ff. de verb. signif. l. in vsucapione, ff. de diuers. et temp præscript. per quæ iura ita distinguit *Rota diuers. decis.* 75. *part.* 2. *num.* 42. *et seq.* quam sequitur *Paris. de resignat. benef. tom.* 2. *lib.* 12. *quæst.* 8. *num.* 26.

11 Eam afferentes rationem, quia annus † a Iure ciuili non computatur per momentanea tempora, sed per dies, qui statim atque cœpti sunt, moraliter habentur pro completis, *l. qua ætate, ff. de testam. Gratian. discept.* 413. *n.* 21.

12 Et quod professio monachi emissa † aliquot horis ante quam expletus esset annus professiones, sit valida, ex *Henriquez Palat. et alijs* voluit *Roderic. quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 15. *artic.* 4. quem refert & sequitur *Gratian. discep.* 413. *num.* 24. *et seq.* optime respondendo pon-

13 derationi verborum Concilij, dum vtendo † præpositioni *Per*, videtur intellexisse de anno perfecto de momento ad momentum.

Cuius dicta comprobantur ex ponderatione, quam feci supra, dum Concilium voluit annum esse expletum, illud expresfit, vt in simili considerant *Menoc. de arbitr. iud. cas.* 427. *n.* 24. *et seq. et Miranda in manual prælat. quæst.* 39. *art* 11. *in fin tom.* 2. De ætate requisita ad promotionem Episcopatus, & ad alios ordines, vt in illo necesse sit annum trigesimum esse completum, quia a Concilio & Canone est expressum; in Diaconatu & reliquis ordinibus sat sit annum esse cœptum, quia de expleto vel completo anno non est facta expressio.

---

§. VIII.

SVMMARIVM.

Maior trahit ad se minorem, 1. *Ampl.* 2.
Executio est nulla & reuocanda vbi fit ab inferiore, quoties superior manum apposuit causæ, 3. *& quarc*, 4. 7. *Ampl.* 5. 7. 9.
Auocatio causæ quid sit, 6. *eius vis & effectus*, 7. 8. 10.
Possessor quando manutenendus in possessione. 9

Commune & receptum est axioma, quod non solum cesset minor vbi adest maior,

1 sed quod etiam † maior trahat ad se minorem. *l. qua ratione*, §. 1. *ff. de acq. rer. domin. l. & si non sint*, §. *perueniamus*, *ff. de aur. & arg. legat. Bal. cons.* 400. *col.* 3. *lib.* 4. Quod præ-

2 sertim procedit in materia † iurisdictionis, *Marsil. de fideius. nu.* 131. *& seq Surd. cons.* 222. *quamuis*, *nu.* 2. *& seq. Martin. Vran. cons.* 32. *tom.* 2. *num.* 19. *& seq. Molin. de iure primogen. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 21. ideo merito nulla & reuo-

3 canda est exequutio, quæ fiat ab inferiori † iudice postquam condemnatus vocatus fuit ad maius tribunal, ex eadem re seu causa, *cap. si duobus de appel. vbi glos. verb. non tenebit*, *cap. vt nostrum cod. tit. cap. pastoralis, de offic. delegat. l. contra pupillum*. §. *fin. ff. de re iud. Guid. Papa decis.* 276. *an citatus*, *& decis.* 443. *quidam*. *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 162. & ratio est quia vbi superior apponit

4 manum in causa, cessat omnis inferioris † iurisdictio, *cap. vt nostrum de appel. Rot. decis.* 10. *vt lit. pendent. in nou. num.* 2. *Menoc. cons.* 301. *num.* 44.

5 Ampl. etiam si à † maiore iudice non fit inhibitum, modò a citato fuerit de pendentia litis in maiori tribunali exceptum, vel probatum. *Vantius de nullit. ex defect. iurisd. num.* 163. *Gabriel. cons.* 166. *Dertusensis*, *num.* 6.

6 Ampl. præsertim vbi causa fuit † auocata ab inferiori per superiorem, nam cum auocatio sit litis pendentis coram inferiore ad superiorem facta translatio, vt notatur *in l. iudicium soluitur*, *ff. de re iud. Gail. obseru.* 41. *de iure*,

7 *num.* 1. *& seq. lib.* 1. addendo siue † instante parte, siue motu proprio superioris illa fiat, statim ligatæ sunt manus inferioris, ne quid in causa auocata faciat, & fortius reuocari attentata commissa post auocationem, † quam quæ

8 committuntur post interpositam appellationem, referens ordinatione Imperij cautum esse, ne Imperator possit causam pendentem in Camera Spiræ ad se auocare, quia illa non habet superiorem. *Lancel. de attent. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 37. addit, si facta sit motu proprio, afficere etiam ignorantes; secus si parte instante, nisi auocatio sit facta ob delictum iudicis, vt idem subdic *ibidem num.* 44.

9 Ampl. etiam si † sententia fuerit lata in iudicio retinendæ, nam quamuis lite pendente, quis non sit priuandus sua possessione, quamuis sit fur & latro, si ad possidendum sit habilis, *l.* 2. *ff. vti possidet*. *Neuiz. cons.* 81. *nu.* 10. *Menoc. de recuper. remed.* 1. *num.* 113. *et seq.* Talis ta-

10 men † & tanta est vis introductionis causæ coram superiore, seu auocatio ab eodem facta, vt interrumpat possidētis possessionem. *Paris. cons.* 39. *non possunt lib.* 1. *num.* 7. *vers. nec istis*, addendo aliud esse, si per appellationem causa fuit coram illo introducta; idem repetens *n.* 11. *vers. nec obst. decis. cum alijs cumulatis a Lanc. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *declarat.* 4. *numer.* 43. *& seq.*

11 Limit. vbi quis affectauit vocari † ad superiorem, nam cum affectata non prosint, nihil proderit ea mendicata vocatio. *Guid. Pap. decis.* 276. *in fin.*

Limitari potest multis casibus, quos diligens lector desumet ex regula constituta *supra hoc quarto capit.*

---

§. IX.

SVMMARIVM.

Diem cedere et venire differunt. 1.
Executio est nulla et reuocanda, si fiat dilatione pendente, 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 8. 11. 13. 14. *Limit.* 12.
Pacti de non petendo vis et virtus. 7.
Creditorum maior pars potest præiudicare minori, 8. *Ampl.* 9. *Quando possit remittere partem debiti.*

debiti. 9. Quando dare dilationem creditori. 8. 10.

1 CEdere diem, & venire diē, non esse † idem dixit Vlpianus *l. 1 regul. iuris*, vt nobis retulit Tribonianus *in l. cedere diem* 213. *ff. de verb. significat.* Nam diem venire significat venisse tempus quo debitum peti potest: cedere vero diem, significat incipi deberi promissa, adeoquod per aduentum diei exclusa est omnis petendi, & debendi dilatio. Per cessionem vero aperitur tantum ad agendum via, quæ aliqua exceptione dilatoria præcludi potest, qualis est inter creditorem & debitorem de non peten-
2 do infra certum tempus, & conuenta † dilatio, infra quam si contingat fieri exequutionem rei iudicatæ, dubium non est illam esse nullam, & reuocandam, *l. siue pars*, C. *de dilation. vbi Bald. Marant. in prax. part. 4. §. sexta decima, num.* 68. *Lancel. de attentat. part. 2. cap. 7. nu. 8. & num.* 25. 26. *verſ. decimo. Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. ordinar. num.* 158.

3 Ampl. vt deinde creditor † non audiatur nisi restitutis pignoribus in exequutione captis cum expensis & damnis passis, *§. plus autem, inst. de action.* §. *bodie, instit. de exception. cap. 1. de plus petit.*

4 Ampl. vt facta exequutione † ante tempus, debitori detur duplicata dilatio ad soluendum, vt dixi *infra §. 11.*

6 Ampl. etiam si citatus † ad videndum illam fieri ex instrumento guarantigiato, nihil opponat. *Angel. in l 1. C. de condict. ex lege, num. 1.* sequitur *Suarez in l. post rem iudicatam verſ. septimo limit.*

6 Ampl. præsertim si talis dilatio fuit† conuenta cum pacto de interim non petendo, nam cum per illud tollatur obligatio causata ex primo contractu, *l. Stichum. §. naturalis, ff. de solution. l. fideiussor obligatus, §. fideiussor. ff. de*
7 *fideius.* ex illo† eliditur ciuilis actio, & oritur exceptio aduersus actionem procedentem a cōtractu, §. *præterea, inst. de action. l. iuris gentium, §. quinimo, l. si vnus, §. pactus, ff. de pact.* & pacisens obligetur ad non petendum, *glos. d. §. pactus*, deficiente iure & actione ad sententiam obtinendam, deficere etiam deber exequutio sententiæ, quæ fuerit facta in vim talis sententię necessario lapide angulari carente, & dixi supra hoc *cap. 5. 1.*

8 Ampl. etiam vbi dilatio fuit data † a maiori parte creditorum, quia cum possint minori præiudicare, *l. quod maior. ff. ad municip. cap. cum inter, de electiōn. Franc. Marc. decis.* 490.
9 *num. 4. 14. & seq.* præsertim † in danda dilatione ad soluendum debitori, *l. maiorem, ff. de pact. Afflic. decis.* 288. *sæpe, num. 1. & seq.* vbi addit, quando maior pars creditorum posset remittere debiti partem. *Surd. conſ. 65. num. 21. cum tribus seq. Straca de mercat. de decoctoribus, cap. 6. num. 5. & seq. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num.* 411. *vsque ad* 431. reuocāda erit exequutio, quę fiat contra debitorem. instante minori parte creditorum: nisi fimus in aliquo ex casibus, quo dilatio non potuit con-
10 cedi. Qui autē † sint isti casus, referunt *Stracca, & Pacific. supra relati, Carol. de Graf. de exception. cap. 32. num. 27. & 177. & seq.*

11 Ampl. etiam vbi exequutio fuit facta † instante eo, a quo aliquid erat præstandum, dandum, vel faciendum ante quam illam faceret, vt puta si danda esset cautio. *Guid. Pap. decis.* 50. concludens exequutionem esse nullam, & consequenter reuocandam, si fuit facta ante præstitam cautionem. *Rebuf. in comment. de supplic. in præfat. num.* 38. *Sola ad decret. Sabaud. de conclus. in caus. §. declarantes, glos. 1. num. 10. & seq.* addendo procedere etiam si cautio non fuerit a parte petita, disputando an sufficiat iuratoria. *Bald. cap. 1. de consuet. recti feud. nu. 6.* concludens actum factum non expectatis expectandis, esse nullum. Exemplum etiam esse
12 posset, si exequutio fiat † non facta intimatione iuxta formam decreti iudicis, *Lancel. de attentat. part. 2. cap. 7. num. 37. Marant. in prax. part. 4. §. sextadecima, num. 70. in prin.*

Contrarium probat *Fontanel. de pact. nuptium. 1. part. 4. clausul. 4. glos.* 18. *nu.* 104. *& seq. plurib.* addendo fuisse iudicatum sustineri exequutionem, si data fuit cautio postquam illa fuit facta.

13 Limitari potest assumptum † firmatum *hoc nono §.* multis casibus, quos prudens lector colliget ex regula firmata *hoc quarto capite.*

14 Quid si promissio sit facta de soluendo tribus terminis seu solutionibus, an intelligatur de tribus diebus vel annis, *Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 11. num. 5.*

§. X.

SVMMARIVM.

Executio fieri potest reuocata dilatione, 1. Ampl. 2. Limit. 3. 4.

SIcuti concessa a lege vel ab homine dilatione, ligatæ sunt iudicis, & litigantium manus, ne quid faciant, vt dixi supra; ita reuocata dilatione, solutæ sunt, vt fiant quæ durante vel permanente dilatione fieri nequibāt:
1 propterea † reuocata dilatione, recte & bene fieri potest sententiæ exequutio. *Lancellot. de attentat. dilation. pendent. num. 10. & seq. Gabriel. de dilation. conclus. 1. n. 9. Socin. regul. 93. dilatione, num. 3.*

2 Ampl. etiam vbi dilatio † fuit data absque causæ cognitione. nam poterit & iudex eodem modo reuocare, *Gabriel de dilation. conclus. 1. num. 11.*

3 Limit. vbi fuit data de consensu partium, † nam sine pari cōsensu non potest reuocari. *Gabriel. de dilation. conclus. 1. num. 10.* addendo præsertim nisi superueniat iusta causa, exempla referens *ibidem, num. 2.*

4 Limit vbi reuocatio dilationis † non denunciatur exequutionem passo. *Socin. regul. 93. num. 10.* & dixi *supra cap. 3. limit. 9.*

§. XI.

§. XI.

SVMMARIVM.

Petere plus debito dicitur petere qui ante tempus petendi petit. 1
Legum obseruantia conseruatur mulctis, & pœnis. 2
Petens plus debito amittit ius crediti iuxta Ius antiquum, sed nunc solum duplicantur indu- 3.4. Ampl. 7.8 Limit. 9. An duplicantur à principio, vel tantum à die petitionis. 5.6

EXequutionem esse excessiuam, & reuocandam si fiat vltra quantitatem debitam, dixi *supra cap.3*. Verum quia pluribus modis quis dicitur plus debito petere, & inter cæteros
1 est is, vbi quis † ante tempus petit. §. *plus autem Inst. de action.*
2 Quia legum obseruantia conseruatur † mulctis & pœnis, *l. legis virtus, ff. de legib. Suarez de legib. lib 1. cap. 15. Salas de legib. disput. 3. section. 3. & seq.* notandum est, adeo exosum fuisse creditorem qui ante tẽpus molestaret cre-
3 ditorem, vt ille† puniretur amissione crediti. *l. 1. C. de plus petition* Sed deinde is rigor fuit subla-
4 tus, & constitutum, vt solum duplicentur † induciæ datæ ad soluendum. §. *hodie, Inst. de exception. cap. 1. de plus petit. glos. l. non solum 8. §. 1. verb. commissum. de lib. legat.*
Non conueniũnt tamen Doctores, an dupli-
5 cetur † tota dilatio à principio data, vel an solum pro rata temporis, quo præmaturè quis cœpit agere. Nam alij volunt duplicari totum tempus. *Io. Andr & Butr. in cap. 1. de plus pet. Angel. in §. si quis agens, inst. de action. nu. 7.*
6 Quod autem duplicetur tantum dilatio† quæ superest, firmauit *Bart. in l. aut damnum 8. §. quisquis, ff. de pœnis num. 1. & in l iustas, C. de iur. fisci lib. 10. numer. 1*, quem sequitur *Abb. in cap. 1. de plus petit. num. 4.* addendo hanc opinionem habere magnam æquitatem. *Ias in l. pecuniam, ff. si cert. pet. num. 10. vers. & pro quinta.*
7 Ampl. siue dilatio sit data † ab homine, siue à lege. *Abb. in capit. 1. de plus petit. num. 14. in fin.*
8 Ampl. etiam † in fisco. *Bart. l. iustas, C. de iur. fisci lib. 10. num. 1.*
9 Limit. vbi quis petit ante † tempus incertũ, nam tũc amittit ius crediti iuxta ius antiquum, *Bal. l. pecuniam. 36. ff si cert. pet.* quem sequitur *Ias. ibid. num. 10. vers. & limita. Bart. in l. non solum 9. §. 1. ff. de liber. legat. nu. 2. vers. sed sustinendo. Aretin. §. si quis agens, inst. de act. num. 7. in fin.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Appellatio dicitur deserta, & sententia transit in iudicatum multis modis. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.
Sententia transit in iudicatum multis modis. 15.16.17.18.19.20.21.22.
Sententia non transit in iudicatum. 23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.45. *Limit*. 46.
Exequutio facta intra tempus datum ad appellandum, est nulla, et reuocanda. 47. *Ampl. ibid.* 49. *Limit*. 51.51.
Appellatio exuit iudicem omni iurisdictione. 48

NE procedamus per ignota, dicenda *in hoc §.* requirunt, vt referam modos, seu casus, quibus appellatio dicatur deserta, & sententia transierit in iudicatum, seu eremo-
1 dicium coutractum, † vt loquuntur *Vlpianus*, & alij antiqui IC. & Imperatores. *l. ait Prætor 7. §. fin. ff. de minor. l. cum quærebatur 13. ff. iud. sol. l. properandum, §. fin autem reus, C. de iudic.*
Primus itaque casus erit, quod appellatio di-
2 citur deserta, † si appellans infra annum, non est appellationem prosequutus. *auth. ei qui C. de appellat.* vbi in meis collectaneis late sum prosequutus. De stylo tamen Rom. Curiæ conceditur biennium. *Put. decis. 150. part. 2. nu. 3.*
3 Secundus est, si appellatione interposita, † & dato termino iuris ad committendam causam, appellans non tedijt pro apostolis. *Clem. 2. § similiter de appell.* vbi late sum prosequutus in meis collectaneis. *Mantic. decis. 92. n. 1. Gail. obseruat. 139. num. 15. lib. 1.* vbi testatur hoc non obseruari in Camera Imperij.
4 Tertius est, si appellãs † reportatis à iudice reuerentialibus, non commisit causam intra decem dies, vt late examinat *Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. in præfat. num. 65. et seq. Mantic. decis. 276.*
5 Quartus casus est, si datis † testimonialibus à iudice à quo, causa non fuit commissa infra annum. *Mantic. decis. 121. hac causa. Puteus* tamen *decis. 361. part. 1.* declarat procedere, si coram alio Auditore, qui non tulit sententiam, fuit appellatum.
Quintus casus est, si postquam fuit viua vo-
6 ce † appellatum, appellans intra legitimum tẽpus decem dierum, non dederit in actis notarij causæ, cædulam appellationis, etiam si à iudice fuisset responsum de reuerentialibus. *Puteus decis. 5. de appell.* quem sequitur *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 12. in præfat. n. 62.*
7 Sextus est, si commissio infra legitimum † tempus signata, distributa, & missa Cursoribus, non fuit infra mensem præsentata iudici commissario. *Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. in præfat. num. 64.*

8 Septi-

8 Septimus est quoties lapsa sunt fatalia† ad appellationem prosequendam. l. fin. C. de temp. appel. auth. ei qui, C. eodem, & late dixi in meis collectaneis ad eosdem textus.

9 Octauus est, si appellans eadem cedula † appellationis non institit sibi responderi de apostolis. l. præses, l. eos, §. apostolos, C. de appellat. Lancellot. part. 2. cap. 21. in præfat. num. 56. Guid. Papa decis. 436. num. 13. vbi limitat in rustico, & vbi iudex detulit statim appellationi. Surd. cons. 223. num. 7. & 8. limitat, si semel institit.

Nonus casus est vbi quis appellat ad iudicem
10 † competentem, & in causa qua est appellatum, plures sunt iudices competentes, & appellans intra tempus à Statuto præfixum, vel decem dies à iure datos, non declarat, ad quem illorum velit causam deuolui. glos. in cap. si is cui de offic. deleg. in sext. Alex. cons. 21. viso, lib. 6. num. 2. & 3. Rebuf. in comment. de appel. art. 62. glos. vnic. num. 5.

Decimus casus est, si appellans ab interlocu-
11 toria † non appellauit per cedulam in scriptis, sed verbo tantum, cap. 1. de appell. in sext. Guid. Papa cons. 77. in causa col. pen. quem refert Rebuf. in comment. de appellat. art. 62. glos. vnic. num. 8. subdens num. 9. ipsum potius iudicare talem appellationem esse inualidam, quam desertam.

Vndecimus casus est, si appellans pendente
12 appellatione, † aliquid innouet, vel attentet. Mysinger. obseruat. 50. centur. 2.

13 Duodecimus casus est, si † appellatione à coniuncto interposita, non fuit illa ratificata intra decem dies. Guid. Papa decis. 13. num. 1. licet Bal. in sua Margarita, §. coniunct. persona aliud dicat.

Quia idem effectus sequitur, quoad eum qui fauorabilem reportauit sententiam, quod
14 appellatio † fiat deserta, & quod sententia transeat in iudicatum; postquam de primo dictum est supra, non inutile erit agere de secundo.

15 Sententia itaque, tam diffinitiua † quam interlocutoria transit in iudicatum, si ab illa non fuit appellatum infra decem dies, quibus fuit illa prolata. auth. hodie, C. de appel. glos. cap. significauerunt, verb. infra decem, vers. & sic patet, de testibus, & vtrobique late sum prosequutus in meis collectaneis. Gail obseru. 139. lib. 1. num. 2. Natta cons. 51. col. 1. vers. circa primum. Honded. cons. 83. Mysinger. obseru. 22. centur. 3.

16 Secundo sententia transit in iudicatum, † si legitime non fuit appellatum, veluti si in appellatione ab interlocutoria, non fuit expressa causa grauaminis. cap cordi, vers. causam appellationis, de appel. in sext. vbi plura congessi in meis collectaneis. Capic. decis. 1. numer. 19. circa med. Osasc. decis. 84. num. 13. Lancellot. de attentat. part 2. cap. 12. limit. 53. num. 48. & seq. limitando si ex facie sententiæ appareret de grauamine, num 52. & seq. addendo idem dici si de iure illius iniquitas constaret.

17 Vel illa non fuit scripto interposita † c. cordi, vers. super interlocutoria, de appel. in sext. vbi plura dixi in meis collectaneis. Maranta in praxi part. 6. §. & quandoque appellatur numer. 138.

18 Vel illa reiecta † non fuit à reiectione appellatum. Mysinger. obseru. 49. centur. 2.

19 Tertio sententia transit in iudicatum, † si non fuit expressa causa grauaminis, vbi illa erat exprimenda. Veluti si appellatum sit ab interlocutoria, vt dixi supra vers. secundo. Vel sit appellatum ab electione, cap. vt circa, de elect. in sext. Bero. cons. 106. lib. 3. num. 11.

20 Vel fuerit appellatum † ab excessu. Fel. cap. quoad consultationem, de re iud. num. 18. & latè examinat Gratian. discept. 333. n. 13. & seq.

21 Vel omni casu quo prohibita † est appellatio. Fel. cap. quoad consultationem, de re iudicat. num. 20.

22 Vel fuit appellatum in possessorio iudicio † non expressa causa, de qua in actis appareat. Tiraquel. tract. le mort saisit. part. 6. declarat. 6. n. 4. Lancel. de attentat. part. 2. cap. 12 limit. 53. num. 69. Put. decis. 285. part. 2. num. 6. Bald. in l. 2. C. de epis. aud. num. 23. vbi agit an alia die deinde possit causa exprimi.

Viso quando appellatio dicatur deserta, & quando sententia transeat in iudicatum, non inutile erit referre casus, quibus sententia non transeat in iudicatum, & consequenter, etiam quando appellatio non dicatur deserta.

23 Primus itaque casus erit, vbi sententia † est nulla. l. si expressim, vers. & ideo, ff. de appel. vbi late sum prosequutus in meis collectaneis.

24 Secundus est, vbi sententia † est euidenter iniusta. l. si expressim, ff. de appellat. cap. inter cæteras, de re iud. vbi late sum prosequutus in meis collectaneis.

25 Si fuit probata ex probatione priuilegiata, † vt puta ex iuramento præstito ab eo, pro quo fuit lata sententia. l. admonendi, ff. de iureiur. vbi Ias. et reliqui. Trentacinque resol. 1. de confessis lib. 3. num. 33. Seraphin. decis. 264. nu. 10. præsertim necessario Guttierez de iuram. confirm. part. 3. cap. 7. num. 14. vers. tertio, Marsil. in prax. §. opportune, num. 25. & in l. 2. §. si quis vltra, ff. de quæst. num 58. Rimin. iun. cons. 212. num. 13.

26 Si lata fuit de consilio sapientis, † nam quandocunque reuocari potest, vbi docetur de consilio, seu responso alterius Doctoris rectius, & iustius sentientis. Rom. cons. 228. pro plena, nu. 16. relati à Marant. in praxi part. 6. §. & quãdoque appellatur, num. 130. et à Pac. de Scala tract. de consil. sapientis, lib. 4. cap. 21. Necessaria, in princ. Rimin. iun. cons. 242. numer. 7. & seq. Tuscus conclus. 173. sententia, numer. 21. et seq.

27 Contrarium tenet & probat † Pac. de Scala, tract. de consil sapientis, lib. 4. cap. 21. necessaria. vers. nos autem. Concorda per Tuscum conclus. 175. sententia, num. 21. et seq.

28 Si lata fuit ex relatione peritorum. † Surd. decis. 256. In quodam, num. 11. Rimin. iun. cons. 212. num. 11. et seq. num. 28. Natta cons. 444. num. 7. vbi plures consentientes refert, relato Marant. in praxi part. 6. §. et quandoque appella-

pellatur, nu. 131. *Tusc. conclus.* 173. *sententia, num.* 19. *& seq.* vbi refert dissentientes.

29 Limita vbi a sententia † prolata de consilio petitotum fuit appellatum, nam currunt fatalia, vt ex *Grammat cons.* 118. *&* 165. *in ciuil.* concludit *Vrsill. ad Afflic. decis.* 178. *num.* 7.

30 Si lata fuit super ætate alicuius † ex illius aspectu, *Natta consil.* 444. *admitti, numer.* 8. *Rimin. iun. cons.* 212. *n.* 10. *Mascard. de probat. conclus.* 667. *num.* 16. *&* 38. *Marant. in prax. part.* 6 §. *& quandoque appellatur, n.* 136.

31 Si lata fuit in causa † vsurarum. *Alberic. in rub. C. de vsuris*, quem refert & sequitur *Ias. in l.* 1. §. *procurator. ff. si quis ius dic. nō obtemp. num.* 13. *Auendan. de exequend. mandat. regijs, part.* 2. *cap.* 29. *num.* 8. *Marant. in prax. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 142. *Tuscus conclus.* 173. *sententia, num.* 27. *& seq.* vbi limitat.

Si lata fuit de voto, vel in Curia † mercatorum. *Rimin. iur. cons.* 212. *numer.* 11. *Afflict. decis.* 33. *postquam, num.* 5. *circa fin. Marant. in prax. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num* 132.

32 Si lata fuit ex probationibus † præsumptiuis, *l. si qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adulter. Marāt. in prax. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 133. *& num.* 143. exemplum referens si testes deponant scire esse vera, quia vicini, vel consanguinei. *Menoc. præsumpt.* 95. *lib.* 1.

33 Si lata fuit ex depositione testium deponentium † de credulitate. *Marant. in praxi par.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 134.

34 Si lata fuerit super excussione, † per quam pronunciatur extare, vel non extare bona debitoris. *Bald. in l.* 2. *C. quand. fiscus vel priuat. col.* 2. *circa fin.*

35 Si lata fuit ex probationibus a iure reprobatis, † vt puta per exitum duelli, vel experimento ferri candentis, *Bald. l. libertorum, C. de testib. Marant in prax part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 139.

36 Si lata fuit ex falsis testibus, † vel instrumentis, quorum par est virtus, *l.* 1. *& seq. C. si ex falsis instrum. Marant. in praxi, part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 145.

37 Si in sententia agatur de salute animæ, *glos. fin. in c. inter monasterium de re iud. Marant. in praxi*, §. *& quandoque appellatur, n.* 147.

38 Si lata fuit sententia in casu, quo deinde † causa redire potest ad non causam, vt puta, si quis conducat vestimenta, vel aliud mobile locari solitum, & illud fuerit culpa conductoris deperditum, & soluto illius pretio, corpus locatum reperiatur integrum, nam conductor repetet precium restituta re conducta, *l. si pello, ff. de condict. sine caus. Marant. in praxi, part.* 6. §. *& quandoque appellatur, n.* 148.

39 Si lata fuerit per † sordes. *l. venales, C. quand. prouoc. non est necess. Marant. in praxi, part.* 6. §. *& quandoque appellatur, n.* 149.

40 Si lata fuit in causa † beneficiali, quatenus agitur de præiudicio superioris, *cap. cum Bertol. & ibid. Doct. de re iud. Marant. in praxi part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 150. subdens aliud dici quoad contendentes de beneficio. *Abb. in cap. ad audientiam. de re iud. num.* 12. late tamen examinat *Socin. regula* 363.

41 Si lata fuit contra † minorem ex falsis instrumentis, *l.* 1. *& ibi Bart. C. si ex fals. Marant. in prax. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, n.* 152. *Caldas cons.* 36. *num.* 1. *& seq.* & dixi in meis *Collectan. ad d. l.* 1.

42 Si lata fuit contra absentem † vel impeditum iusta & legitima causa, vt puta morbi, vel reipub. causa, *l. si prætor.* §. *Marcellus, ff. de iudic. Marant. in prax. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 152.

43 Si lata fuit in causa † matrimoniali, *glos. cap. lator, verb. peruenere, vers. quia sententia, de re iud.* vbi in meis Collectaneis late sum prosequutus.

44 Si lata fuit super excommunicatione. † *cap. cum contingat, vers. verum, de offic. delegat.* vbi late sum prosequutus in meis Collectaneis ad eundem textum.

45 Si pendet causa & processus † super attentatis, vt late prosequitur *Lancel. de attent. part.* 3. *cap.* 30. *num.* 93. *& seq.*

46 Singulare vnum est notandum, quod † omni casu quo dixi sententiam non transire in iudicatum, debet grauatus infra decem dies appellare, sicuti appellandum esset a sententia, quæ non transit in iudicatum: nam decendio elapso, per viam querelæ auditur grauatus, nec posset iudicem appellationis vdire, sed alium ordinarium, qui ante omnia debet se informare summarie de iniustitia sententiæ, vel errore in illa commisso antequam admittat querelam. *glos. cap. ad reprimendam verb. suspendatur, in fin. de offic. ordin. cum alijs cumulatis a Marant. in praxi part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 155.

Ampliando regulam constitutam supra, §. 11.
47 *in princ.* quod exequutio † sententiæ facta durante tempore ad appellandum, sit nulla & attentata, dicas procedere etiam si nondum fuisset appellatum die factæ executionis. *Lapus allegat.* 1. *num.* 10. eam afferens rationem, quia
48 appellatio iusta † transfert iurisdictionem ad iudicem ad quem, & nihil auctoritatis remanet penes iudicem a quo, ideo nihil validi potuit coram illo fieri; subdens *num.* 11. si quid fiat a iudice pendente appellatione ab interlocutoria, illud esse nullum, si deinde appellatur & appellatio fuerit admissa.

49 Contrarium firmat † *Oldrad. cons.* 295. *orta, num.* 5. *motus l. final.* §. *illud, C. de tempor. & reparat. appel.* eam afferens rationem, quia deserta appellatione fingitur nō fuisse appellatum. *Franc. in cap. non solum, de appellat. in sext num.* 7. *vers. septima*, vbi refert ita censuisse *Rotam*, facta distinctione, an attentata probentur ex actis, vel excipiens de illis velit illa probare; nihil tamen in secundo capite concludens.

50 Ampl. etiam si post factam † exequutionem fuerit legitime appellatum. *Lapus allegat.* 1. *num.* 5. *Franc. in cap. non solum de appel. in sext. numer.* 7. *vers. septimo*, plura hinc inde dicit

dicit, sed deinde cogitandum relinquit.

51 Limit. vbi deinde non fuit appellatum† infra decem dies datos ad appellandū vt, dixi §. seq.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Exequutio facta intra tempus ad appellandum non est attentata, si deinde non fuit appellatum. t. 2.

Regulam constitutam *supra* §. 11. vt exequutio facta intra tempus datum à lege ad appellandum, limitaui, † si infra id tē-
1 pus non fuit appellatum. *glos. cap. venerabilis, §. porro verb. appellatum de sent. excom. in sext. Fel. cap. quoad consultationem de re iud. num.* 27. addendo etiam si agatur de sententia excommunicationis. *Tuscus conclus.* 481. *exequutio. nu* 8. vbi refert dissentientes. *& conclus.* 349. *euentus, num.* 3.

2 Contrarium defendi posset † ex dictis *Calderini cons.* 1. *de electiõn. num.* 3. *vers. contrarium.* necnon ex regula, quod principium sit spectādum, vt dixi in meis collectaneis. *ad glos. in cap. scientes, verb. ab initio, de censib.*

§. XIV.

SVMMARIVM.

Iudicium ciuile differt, & conuenit cum criminali. 1. 2. 3.

Exequutio sententiæ in criminali lata est nulla & attentata, si fuit facta intra tempus datum ad appellandum. 4. *Ampl. ibid. &* 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *Limit.* 20. 21. 22. 23.

Bannitus non potest impune offendi intra tempus datum ad appellandum. 5. *Limit.* 6.

Tertius an possit appellare in causa criminali. 10. 11.

Appellatio an Statuto tolli possit in criminalibus. 24

1 Qvamuis iudicium ciuile † & criminale in multis differant, vt iusto volumine prosequutus est *Hyeron. Buccaron. in suo tract. de differentijs inter iudicia ciuil. & crimin.* in multis tamen conueniunt; omissis cæteris parum conuenientibus dicendis hoc §. dicam iudicium ciuile, & criminale conueni-
2 re, † quia vtrunque est terminandum infra biennium, à die litis contestatæ, *l. fin. C. vt intra cert. temp. crimin. quæst. auth. ei qui appellat. C. de temp. appellat.* & vtrobique plura congessi in meis collectaneis; & quod à senten-
3 tia lata, tam † in iudicio ciuili, quam criminali licet appellare infra decem dies, quibus est lata sententia, *auth. hodie, C. de appellat. l. addictos, vers. si tempora, C. de appel.*

Hinc infertur, vt sicuti exequutio sententiæ latæ in causa ciuili facta intra tempus ad appellandum, vel appellatione interposita, est atten-
4 tata, & nulla, † pariter est talis si fuit facta in causa criminali. *Guid. Papa decis.* 74. *num.* 1. *vers. ita etiam. Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. *& seq. & cap. cap.* 12. *nu.* 3. vbi ideo addit possessionem esse attētatam, quæ fuit capta intra tempus datum ad appellandum à sententia priuationis, & Bannitus durante
5 termino ad appellandum non † potest impune offendi, nisi adsit Statutum aliud disponens, vel
6 sententia lata † esset in conuictum, vel cōfessum vere, vel præsumptiue. *Farinac. var. quæst. q.* 101. *cap.* 1. *regula, num.* 3.

7 Ampl. etiam, vbi agitur de sententia † interlocutoria, veluti quod reus torqueatur. *Guid. Papa decis.* 74. *num.* 1. *vers. in causis.*

8 Ampl. præsertim, vbi in sententia † datus est terminus condemnato ad soluendum pœnā: veluti si quis damnetur ad soluendum mille fisco, infra tres menses, alias incurrat pœnam quanto pluris. *Calderin. cons. de re iudic.* concludens interim non posse exequi pro pœna.

9 Ampl. vt condemnatus possit appellare † non solum per se ipsum, sed etiam per procuratorem. *Guid. Papa de appellat nu.* 82. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 4. *num.* 7. *&* 8. *Farinac. var. quæst. q.* 101. *cap.* 1. *regul. nu:* 23. *& seq.*

10 Ampl. vt liceat cuicunque de populo † appellare, etiam si condemnatus nolit esse appellatum. *Guid. Papa de appellat. num.* 21. *in fin.* subdens *nu.* 84. an tertius possit appellationem prosequi sine mandato. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *&* 8. *Guazin. tract. ad defensam, defension.* 36. *cap.* 1. *num.* 1. *& seq.*

11 vbi ampliat etiam in alia pœna † corporali, nisi condemnatus sit confessus, vel absens, vel delictum sit notorium, vel condemnato inuito, dum ducitur ad supplicium.

12 Ampl. etiamsi appellationi esset † renunciatum, quia illi renunciari non potest. *Guid. Papa de appellat. num.* 85.

13 Ampl. quod si iudex reiecta appellatione, † quam debebat admittere, exequatur sententiā, sit capite puniendus. *l. lex iulia, §. fin. ff. de leg. iul. repetend. Guid. Papa de appel. num.* 94. addendo per amicos posse impediri exequutionem sententiæ appellabilis. *Farinac. var. quæst. quæst.* 101. *cap.* 1. *num.* 6.

14 Ampl. etiam vbi sententia † est, prolata contra viurarium. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 4. *num.* 5.

15 Ampl. etiam vbi sententia est lata contra plures, † & vnus tantum appellauit, nam attentata esset exequutio facta contra non appellantes. *Guid. Papa de appellat. num.* 97. *Farinac. var. quæst. q.* 101. *cap.* 1, *num.* 17. & late examinat *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 11. *num.* 1. *& seq. Guazin. tract. ad defens. defension.* 36. *cap.* 3. *num.* 13. vbi declarat, si alijs licebat appellare: licet *num.* 8. dixisset prodesse etiam si tertio esset interdicta appellatio.

16 Ampl.

16 Ampl.etiam si deinde damnatus † interposita appellatione, vel durante tempore ad appellandum moriatur, non attentatum esset, quidquid fieret in illius cadauer, vel bonis. *Guid. Papa de appel.num.97.& seq.* vbi quoad bona refert dissentientes.

17 Ampl. etiam si ob inopiam † appellatio sit deserta. *Boer.decis.247.num.16.* quem refert & sequitur *Lancel.de attentat.part.2.cap.12.ampliat. quarta, num.9.*

18 Ampl.etiam si appellatio † videatur iniusta, nam supersedendum est in executione, nisi periculum sit mora allatura. *Boer.decis.153.n.16.* quem refert & sequitur *Lancel.de attentatis, part.12.num.16.*

19 Ampl.vt iudex cum suis ministris † puniatur si inter tempora ad appellandum, vel appellatione interposita exequatur sententia, *l. quoniam iudicis*, C.de appel. per quem textum ita firmat *Masuer. in prax. capit. de appellat. in fine*; subdens si damnatus capite, deinde probetur iniuste fuisse damnatus, iudicem esse puniendum pecuniaria pœna, vbi capite, & eadem pœna erat damnandus. *Farinac. var. quæst. quæst.101.cap.1.regula, num.5.*

20 Ampl.præsertim vbi pœnæ † pars applicatur fisco & reliquum dandum est querelanti, vel damnum passo. *Bossius de appellat.num.8.vers. quæro quando*, quem sequitur *Magon. decis. Lucens.91.num.1.& seq.* cum alijs cumulatis a *Guazin. tract.ad defens.defension.36.n.12.*

21 Limit.in reo confesso & † conuicto, *l. 1. C. quor appel.non recip.l.cum reis*, C.de pœnis, vbi plura retuli in meis Collectaneis. *Lancel. de attentat.part.2.cap.12.ampliat.quarta, nu.12.* vbi plures congerit, & præcipue an sit opus, vt reus sit confessus, & conuictus, vel sufficiat quod sit tantum conuictus, vel confessus, subdens, *nu.15.* quod possit damnari etiam si processus sit nullus.

Limit.vbi mora, seu dilatio data ad appellan-
22 dum† est periculum allatura, nam tali casu sunt concessa, quæ alias sunt negata, *l.si quis filio, §.bi autem, ff.de iniust.rupt.* vbi plura congessi in meis Collectaneis, & in terminis nostris *Lancel.de attentat.part.2.cap.12.ampl.quarta, num.16.& 17.*

23 Limit.vbi vel ratione criminis, † vel iudicis, vel ratione appellantis, non licet appellare: nam cum ijs casibus non censentur attentata, fiet executio intra tempus ad appellandum. *Lancel. de attentat. part.2. cap.12. ampl.4. num.18. & seq.* & dixi in meis singularibus, §. *appellatio non conceditur*. *Farinac.de var.quæst. q.101. cap.1.numer.45.vsque in fin. Clar. in prax. quæst.94.*

24 Limit.stãte Statuto, † vel consuetudine contraria. *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit.48. num.1.et num.9.vsque in fin.* deinde examinat dum prius *num.1. vers. non obstat.* confutas-
25 set opin.eorum qui negant Statuto† posse tolli appellationem, in criminalibus. *Farinac.var. quæst.quæst.101. cap.1. regula, num.495. & seq.* asserens in Vrbe, si reus confessus & condemnatus non appellat, quod iudex exequitur sententiam etiam pendente termino ad appellandum; & hanc consuetudinem seruari ab officialibus sitientibus humanum sanguinem, ambitionis causa; seu vt ego addo, vt suam augeant conditionem, tanquam diligentes iustitiæ cultores, non autem osores. *Guazin. tract. ad defens.defension.36.cap.4.num.1.*

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 Debet quinto diligens causarum patronus aduertere, † vt exequutio fiat pro debito liquido, & probato probatione liquida. *Corn.consi.31.n.3.et 4. Lofred.cons.18. Lotarius, nu.2.* concludens pro debito illiquido non posse concedi capturam, nec aliam exequurionem. *Dec. cons.322. Visis num.2 in fin.et num.3. vers. secundo, et cons.682. in causa, num.9. Crauetta cons.802. num.14. Surd. consi.168. num.20. circa med. et consil. 248. n.12. Bald. consi.99. præmissis lib.5.* concludens, quod

 si quis

2 si quis potest † petere damna et expensas, ante omnia faciendam liquidationem, & illa facta fieri exequutionem, nec prius faciendam, quia id est exequendum, quod est liquidum, nec exequendum, quod est illiquidum, vel non potest liquidari, & ita practicari, & istud esse verum sicut Euangelium. *Bertrand. Argent. ad consuetud. Briton. art.* 231. *vers. liquidus. Neuizan. cons.* 70. *nu.* 1. *in fin. Ludouis. decis.* 545. *num.* 7. *Rota recent. decis.* 630. *num.* 4. *part.* 2. *Coler. de proces. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *et* 4. eam

3 afferens rationem, quia † liquidatio est pars exequutionis. Et non esse, & non apparere sunt paria, seu vt ego addo, cum in iudicio sit necessaria certitudo, §. *curare. Instit. de action.*

4 incertitudo vitiat † iudicia, & quamcunque dispositionem. *Marsil. de probat. num.* 384. *et seq. Rebuf. de litter. obligat. artic.* 1. *glos.* 9. vbi eam affert rationem, *Osasc. decis.* 129. *num.* 3.

5 & *Galles. de oblig. Camer. quaest. fin. num.* 33. *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap* 11. *nu.* 1. *vers. contraria*. dum prius retulisset dissentientes. *Gratian. discept.* 318. *num.* 7. & *discept.* 333. *nu.* 8. *Milanens. decis.* 1. *lib.* 2. *num.* 29. *Giurba decis.* 15. *num.* 6. infinitos congerens.

6 Ampl. etiam si agatur de exequutione † obligationis Cameralis, vel habente paratam exequutionem, ex pacto, vel Statuto. *Bart l. pro inde*, §. *notandum, ff. ad leg. Aquil. Galles. de oblig. Camer. quaest.* 34. *num.* 10. *Crauet. cons.* 231. *num.* 9. & *cons.* 840. *nu.* 5. *Alex. cons.* 188. *lib.* 2. *num.* 1. *vbi addentes*, & *cons.* 115. *lib.* 7. *num.* 10. *in fin. Lofred. cons.* 18. *num.* 1. *in fin. Surd. cons.* 168. *num* 21. *Afin. de exception.* §. 1. *cap.* 29. *num.* 9. & 18. & §. 7. *cap.* 79. *num.* 4. & 5. *Surd. cons.* 284. *num.* 1. 2 *Roman. cons.* 21. *et num.* 5. *vbi Mandos. vers. liquidi. Rebuf. de litter. obligat. artic.* 1. *glos.* 9. *num.* 7. *Osasc. decis.* 129. *num.* 5. *et seq. Coler. de proces. part.* 3. *capit.* 1. *numer.* 2. & 4. *Ias. in l.* 1. *ff. de eden. num.* 31. & *seq. vers. contrarium*, vbi late comprobat. *Rebuf. de litter. obligat. artic.* 1. *glos.* 9. *num.* 7. *Soccin. cons.* 51. *lib.* 1. *num.* 5. *Mantic. decis.* 194. *num.* 4. *in fin. Surd. cons.* 221. *nu.* 3. *Crauet. cons.* 840. *Vltimum nu.* 5. *Hieron. Leo decis.* 64. *num.* 5. *Herculan. in l. ait Pretor.* §. *si iudex num.* 13.

7 Ampl. etiam si ageretur † de exequutione sententiae arbitri. *Dec. cons.* 618. *in casu numer.* 5.

8 Ampl. vt debeat esse liquidum † liquidatione facta seruatis seruandis, alias non releuat facta liquidatio. *Flamin. Rubeus cons.* 60. *lata sententia, lib.* 2. *num.* 12. *motus arg. l. cum in testamento, ff. de hered. instit. Rota decis. recent. decis.* 689. *par.* 1. *num.* 3. quae loquitur de exequutione mandati precij grani non liquidati.

9 Ampl. praesertim, vbi creditum † non est, liquidum de iure communi. *Corn. cons.* 306. *in praesenti lib.* 3. *num.* 11. *argum. textus. in l. fin. C. de compensat. Lofred. cons.* 18. *num.* 1. *in fin.*

10 Ampl. vt exequutio facta † pro debito, vel quantitate non liquida sit nulla, *Surd. cons.* 168. *dubitat, nu.* 21. *in fin.* sequendo *Aret. cons.* 110. *col.* 2. *vers. secundo. Crauet. cons.* 819. *num.* 9. *in fin.* eam, *num.* 10. referens rationem, quia

11 sicuti non valet sententia incerta, ita non † valet exequutio, quae non facta liquidatione non est liquida. *Zach. de oblig. Camer. quaest. fin. nu.* 61. vbi plures Rotae decisiones refert. *Crauet. cons.* 164. *num.* 2. *Amatus decis.* 80. *n.* 28. *Gras. de except. cap.* 36. *num.* 1. *Castil. decis.* 7. *num.* 18. *Milanens. decis.* 1. *lib.* 2. *n.* 29.

12 Contrarium, quod sustineatur, † si deinde liquidetur, firmat *Ruin. cons.* 152. *in causa lib.* 4. *num.* 9. *in princ.* & *cons.* 2. *lib.* 2. *n.* 14.

13 Ampl. vt debeat esse liquidum † quoad personam in quam fieri debet exequutio, veluti si fuerit relaxata contra Titium taquam heredem Sempronij, debet cõstare illum esse talem. *Alex. cons.* 188. *viso processu lib.* 2. *num.* 1. *in fin.* & *num.* 2. *Asin. de exequut.* §. 1. *cap.* 29. *num.* 10. *et seq. Corn. cons.* 31. *lib.* 3. & 4. *Rolan. à Val. cons.* 20. *lib.* 1. *num.* 8. *et seqq. plurib.* qui loquitur de herede. *Tuscus conclus.* 490. *exequutio*

14 *num.* 7. *et* 8. quod tamen † cessat si exequutio fiat ab eo cui data est facultas illam faciẽdi propria auctoritate, cum clausula constituti, vel precarij. *Ruin. cons.* 152. *in causa vertente lib.* 4. *num.* 9. *vers. secundo. Surd. cons.* 221. *num.* 7. loquens de exequutione facta in debitorem tan quam morosum, non probata mora. *Serafin. decis.* 473. *num.* 1. addendo procedere etiamsi ageretur contra eum, qui confessus est debitum *Galles. de obligat. a Cmer. quaest. fin. numer.* 33. *et seq.*

15 Ampl. vt debeat esse liquidum quoad † personam, quae instat pro exequutione. *Alex. cons.* 11. *Visa lib.* 7. *num.* 10. *vers. sicut dicimus, vbi addentes. Tuscus* loquens de haerede cessionario, & similibus *conclus.* 490. *exequutio, nu.* 6. *et seq. et* 10. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 1. *glos.* 9. *num.* 9. *Galles. de oblig. Camer. quaest. fin. num.* 33. *et. seq.*

16 Ampl. etiamsi tractaretur † de exequutione facienda ad fauorem fisci, tam ex iure proprio, quam ex alieno, in quo successit. *Lofred. cons.* 2. *tota vis, num.* 1.

17 Ampl. vt adeo debeat † esse liquidum, vt nulla exceptione retardari possit, quia non dicitur debitor, qui exceptione legitima se tueri potest. *l. is cui, ff. de act. et oblig. l. creditores, l. debitor, ff. de verb. signif.* & comprobatur ex dictis *Cras. ex cap.* 21. *in fin. et dixi infra lib.* 3. *cap.* 1. §. 3.

18 Ampl. vt sit nulla & reuocanda †, quamuis iudex decreuerit illam fieri quacunq. exceptione non obstante. *Crauet. cons.* 802. *numer.* 10. concludens exceptionem liquidationis admitti isto casu, quia, vt idem subdit *num.* 17. ante liqui lationem impossibile est fieri exequutionẽ, & loquitur vbi ad fauorem fideicommissatij fieri debeat exequutio, idem repetens *cons.* 819. *num.* 9. *et seq. Serafin. decis.* 941. *num.* 2. *et decis.*

19 938. Ampliando † praesertim si fiat contra fideiussorem, vel eius bona, & non contra promissas res, *et decis.* 1168. *num.* 5. *Neuiz. cons.* 52. *num.* 42. addendo procedere etiam quod deinde liquidaret.

20 Ampl. vt passus exequutionem a non facta liqui-

liquidatione tanquam spoliatus sit restituendus *Crauet.conf.*819.*num.*11.

21 Ampliat.etiam quod † ageretur de re,quę ser. uando seruari non posset.*Scrafin.decis.*941.*n.*2.

22 Ampliat.vt passus exequutionem † non præcedente liquidatione sit restituendus, non solũ quoad possessionẽ,sed etiam quoad fructus perceptos, & percipiendos, propter malam fidem causatam ex inobseruantia ordinis in exequendo. *Crauet.conf.*819.*de anno, num.*12.

23 Ampliat. vt ante factam liquidationem † debitor nunquam dicatur constitutus in mora, *Surd.conf.*38.*n.*13. addendo procedere etiam si addita esset dies & pœna. *Peregrin.conf.* 74. *lib.*3.*num.*13. addendo neque pro non liquidis deberi interusuria,nec per interpellationem cum litis contestatione.

24 Ampliat. etiam si appositum † sit pactum facultatiuum capiendi possessionem propria auctoritate, vt dixi *supra cap.*2. *§.*26.

25 Ampliat. præsertim † si agatur de censuris. *Gallef. de oblig. Camer. quæst. fin. num.* 35. *& seq.*

26 Ampliat. etiam si agatur † de exequutione sententiæ supremi Tribunalis, quæ de Iure communi, vel ex Statuto esset exequenda, non obstante quauis exceptione. *Osasc. decis.* 129. *Gerardus num.*1.*&* 8.*in fin.*

27 Ampliat. præsertim si † fuit exceptum de liquidatione. *Gratian.discept.*333.

28 Ampliat.vt non † sufficiat liquidatio facta post exequutionem: arg. eorum quæ cumulat *Boer. decis.*259. *num.*1. *& seq.* & quæ de clausula, si quid exequendum, tradit *Marescot. resolut.* 121 *Regulariter.num.*17. *& seq.*

29 Ampliat. etiam † si ageretur de exequutione sententiæ latæ in Iudicio vniuersali, vt dicam *infra §.*1.

30 Ampliat. vt debitum † debeat esse liquidum, non solum ratione qualitatis personarum, sed etiam causæ. *Aretin. decis.*32. quem refert & sequitur *Tuscus conclus.* 490. *exequutio. num.*6.

31 Ampliat. etiam si debitum esset † reale, & lata esset sententia ad rem, quæ sit penes alium, quam debitorem, nam prius liquidanda est rei identitas. *Cast.conf.*165.*num.*2.*lib.*2.quem refert *Tuscus concl.*490. *exequutio n.*9. *Serafin. decis.*385.*num.*3.

Ampliat. vt exceptio liquidationis non sit
32 † reiecta à Statuto reijciente omnes,& quascumque exceptiones, vt dixi *infra* §.2.

33 Ampliat. etiam si non sit liquidum † ratione conditionis tacite, vel expresse appositæ actui, de cuius exequutione agitur, vel quæ sit actui annexa ex illius natura, vel pacto contrahentium; nam nisi probetur purificata conditio,debitum non est liquidum. *Couar. pract. quæst. lib.*2. *cap.*11.*num.*2. *Suarez late in l.post rem iudicatam. ff. de re iud.num.*1.*& seq.*& alios refert *infra vers. ite vbi est purum.Socin.conf.*51. *vol.*1.*num.*7.*& seq.* vbi late comprobat. *Surd. conf.*221.*num.*6. loquens de exequutione repetitionis dotis, non probata vergentia mariti. *Gallef.de oblig. Cam.quæst. final. n.*33. *&* 34.

34 vbi plura exempla refert. † Pro debito autem conditionali an possit fieri exequutio, vel subhastatio, *Ferron ad cõsuetud.Burdegal.§ fin.col.*7. *vers.videtur posse.*

Limit.quoad effectum petendi exequutionem
35 facta † liquidatione. *Roman.conf.*211.*num.*5. declarans hoc modo intelligi *Bart.* & saluari à contrarietate, & expressius relata hac declaratione, *Surd. conf.*248.*num.* 12. *Scaccia de appellat. quæst.*17.*num.*24. *& seq. limit.*9. *Couar. var. resol.lib.*2.*cap.*11.*num.*1.*vers.primo vsq.in fin.* concludens procedere, siue quid sit debitum in genere, siue in vniuersum, & non solum vbi exequutio sit ipso iure a lege, vel à Iudice ex legis præcepto, reprobatis *Roman. & Socin.* aliud sentientibus. *Osasc. decis.*129.*num.*14.

36 Limit.vbi pacto fuit expresse conuentum † vt fieri posset exequutio pro obseruatione promissorum, etiam non facta liquidatione; veluti si quis se obligauerit ad omnia damna patienda, data ideo facultate capiendi tot de bonis suis propria auctoritate,etiam non facta liquidatione. *Bart.l.* 3. *creditoris. in* 2. *lectur. quæst.*3. *num.*16.*vers.respondeo*, *C. de pignorib.* quem sequuntur *Gallef. de obligat. Cameral.quæst.*35. *num.*10. *Scaccia de appellat. quæst.*17. *limit.*9. *num.*31.*& seq.* ambo declarantes id esse verum
37 quoties id pactum est factum † ex causa deducta in essein genere;secus si deducta esset,vt exemplificat *Couar.var.resol.lib.*2.*cap.*11. *num.*1. *in fin.vers.quarto.* Aliud exemplum ponit *Cancer. de exequut. inst. num.*33. *circa fin.* si quis promisit non venire contra promissionem sub pœna mille, nam si quis agat ad pœnam, liquidatio præcedere debet, præmisso libello, & cæteris solemnibus ordinarij iudicij.

38 Limit. vbi expresse fuit conuentum † quod propria auctoritate creditor possit capere bona debitoris sua, & vlterius addita est clausula constituti, vel precarij. *Ruin.conf.*152. *In causa. lib.*4. *num.*9.*vers.secundo*, addendo procedere etiam si exequutio fiat contra singularem successorem. *Scaccia de appellat. quæst.*17. *limit.*11. *num.*31. *Surd.conf.*221.*super, num.* 36. *& seq. & num.*51.*vers.& non.*

Contrarium tenet *Coler. de processib.part.*3. *cap.*1.*num.*41. *& seq.*

39 Limit. vbi liquidatio est allatura † periculum aliquo modo, vt puta quod debitor sit fugam arrepturus, siue agatur de causa ciuili, siue criminali. *Ruin. conf.*2.*lib.*5. *num.*12. *& seq.vers. præterea. Iaf.l.vinum. ff. si cert.pet. num.*3. vel liquidatione fieret præiudicium irreparabile. *Tuscus conclus.*492. *exequtio. num.*12.

Limit. vbi agitur de promissione facti, nam
40 ante omnia † liquidandum est factum non fuisse. *Socin.iun conf.* 136.*num.*9. *Canar. de exequut. instrum. num.* 33. *circa fin. Scaccia de appellat.quæst.*17.*limit.*11.*num.*32.

Limit. in ijs quæ veniunt accessorie ad cau-
41 sam, † qualia sunt expensæ damna, & similia. *Tuscus, conclus.*359. *liquidatio, num.*9.

42 Limit. vbi debitum † non est liquidum in vniuersum seu in genere, veluti si promissus sit grex, vel aliud simile. *Couar. variar. resol. lib.*2.

lib. 2. cap. 11. numer. 1. vers. secundo.

38 Limit. fauore dotis † quoties mulier defuncto marito, vult retinere illius bona pro sua dote, vel iuribus dotalibus, Surd. cons. 221. super, num. 51. in fin.

39 Limit. vbi ex actis potest liquidari. † Serafin. de iuram. priuileg. 77. num. 46. & seq. subdens num. 48. sententiam dici liquidam, si condemnetur quis in certa quantitate saluo iure faciendi verum, & certum calculum. Giurba decis. 60. num. 20. 21. addendo interim fieri exequutionem. Cartar. decis. 49. n. 8. & decis. 83. nu. 1.

40 Limit. vbi est promissa certa † quantitas pecuniæ, vel tritici, vel plus, & minus, quod facto calculo apparebit debitum, quia exequutio pro summa expressa fieri potest tanquam liquida, non obstante quod facto calculo possit minui, vel augeri. glos. l. 2. verb. conditionalis ff. de in diem adiect. Dec. cons. 618. Surd. cons. 38. num. 25. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 28. num. 1. Munoz de ratiocin. cap. 33. nonnunquam, num. 27. & seq. vbi alios congerit.

41 Liquidatio si fiat † ex consilio, seu peritia peritorum, qualiter fiat, Burat. decis. 91. num. 3. vers. quæ nullitas.

42 Cautela, qua mediante fieri † potest exequutio debiti non liquidi, docet Couar. var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 1. vers. in summa.

43 Quid autem sit dicendum in † Iudicijs vniuersalibus. Gratian. discept. 333. exequutionem num. 9. & seq.

44 An retardabitur exequutio † sententiæ latæ adiecta clausula, detractis detrahendis, Peregrinus de fideicom. art. 50. num. 81. & seq. Cancer. var. resol. lib. 1. c. 17. de sent. & earum exequut. num. 499. & seq.

45 Singulare vnum addo, quod cum liquidatio † crediti fieri possit per omne genus probationis. Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iud. n. 6. in princ. Rebuff. de litter. obligat. art. 1. glos. 9. num. 11. Cancer. de exequut. Instrum. quæst. 14. nu. 32. in fin. & 33. caueat qui exequutionem instrumenti non liquidi petit, ne iudex factis probationibus interloquatur constare de debito liquido, vel factam fuisse concludentem proba-
46 tionem super liquidatione, quia † causa fieret appellabilis, Surd. decis. 27. num. 8. & seq. id late probat Scaccia de appel. quæst. 17. limit. 9. n. 36. & seq. & aduersus Bald. concludit Couar. var. resol. lib. 3. c. 11. n. 1. circa fin. vers. primum, eam afferens rationẽ, quia nihil opponitur aduersus instrumentũ, sed aduersus liquidationem cõtra id, quod incerte & sub dubio fuit conuentum, quod vtique est permissum. Soccin. cons. 51. lib. 1. n. 5. et 6. Barzius tamen de Guarant. q. 2. in fin. distinguit quando sit opus sententia. Id, quod
47 præsertim procederet † si contra liquidationẽ quid fuisset exceptum, & probatum, vt voluit Bald. d. l. 2. num. 7. vers. Statutum enim, & ibi addentes quod vtique licuit reo facere, iuxta textum in l. petendæ C. de temp. in integ. restit. ad quem plura cumulaui in meis Collectaneis. Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. num. 1. in fin. concludens posse opponi omnes exceptiones obstatiuas liquidationis. Vel liqui-
48 datio facta † fuisset testibus, num. 10. 18. & seq. & ratio est quia cum fides testium sit Iudicis arbitraria l. 3. ff. de test. non est addendum grauamen grauamini, vt credatur testibus, & exequutiue procedatur contra eum in quem deposuerunt, quia ad istum effectum requiritur
49 indubitata, & notoria probatio, † quæ non fit nisi per instrumentum. Coler. de proces. lib. 3. cap. 1. num. 12. & seq. & num. 15. & 18. vsque ad 32. Galles. de oblig. Camer. quæst. 27. num. 4. & seq. Cessarent tamen præstata, si liquidatio
50 probaretur † confessione debitoris. Coler. de process. part. 3. cap. 1. num. 9. & 20. vbi docet modum eruendi talem confessionem a debitore, vel apoca illius manu scripta, vel subscripta. Galles. ibidem num. 10. & seq. subdens num. 35.
51 & seq. pluribus quomodo † liquidetur interesse promissum in genere.

52 Appellatio qualiter concipiatur † quoties decernitur exequutio non facta liquidatione, Rot. diuers. decis. 100. part. 1. numer. 27. in fin. & 29.

53 Appellatio an detur † a liquidatione. Rot. diuers. decis. 100. part. 1. num. 29. & seq.

Quia in præcedentibus sæpe feci mentionem de debito & probatione liquida, non inutile erit
54 referre quando debitum † seu creditum vel instrumentum seu probatio sint liquida. Et licet Modestinus lib. 4. Pandectarum relatus a Triboniano, & socijs in l. debitor, ff. de verb. signific. breuiter id expresserit, inquiens eum dici debitorem, a quo inuito exigi pecunia potest; attamen quia breuitas parit obscuritatem iuxta illud Horatij, Dũ breuis esse volo, obscurus fio; & de multis dubitari contingit vt dixi in meis Collectaneis ad d. l. debitor, vtile erit, quæ idem I.C. breuibus expressit, latius referre declarando, quando creditum, & exequutio dicantur liquida, subdendo quando idem dicendum de instrumento, seu probatione.

55 Debitum itaque seu creditum est liquidum † vbi inspecto saltem statu temporis quo petitur, certam continet quantitatem, licet in progressu processus possit augeri vel minui. Dec. cons. 618. in casu, num. 5. vbi loquitur de laudo arbitri qui condemnauerat in certa summa saluo iure faciendi verum, & certum calculum. Rebuf. de litter. oblig. art. 2. glos. vnic. num. 31. Gratian. discept. 182. num. 31.

56 Item vbi ad illud soluendum † non est apposita dies; nam si apponatur, antequam illa cesserit & aduenerit, debitum est illiquidum. Dec. cons. 682. in causa, num 9. l. cedere diem, ff. de verb. signif. Rebuf. de litter. obligat. artic. 2. glos. vnic. num. 73.

57 Item vbi est purum, † nec habet tacitam vel expressam conditionem, l. cedere diem, ff. de verb. signif. Dec. cons. 682. in causa, n. 9. Rebuf. de litter. oblig. art. 2. glos. vnic. num. 71. & seq. Crauet. cons. 212. num. 10. Dec. cons. 107. col. fin. vers. & ideo, & ratio est quia debitor sub con-
58 ditione † non est proprie debitor. Thesaur. quæst. 121. lib. 4. num. 1. Rebuf. de litter. obligat. art. 2. glos. 1. num. 17. et seq. plurib. concludens

non

non posse peti nisi probato fuisse verificatam conditionem. idem late probat *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 2. Bald. l. 2. C. de exequut. rei iud. num. 7. & 8. Suarez* plura exempla referens, in repet. *l. post rem iudicatam, ff. de rei iud. limit. 4. num. 1. & seq.*

59 Item vbi petitur ab ipsomet creditore,† secus si ab alio illius nomine, vel ex iure cesso, vel successione eiusdem creditoris, nam donec legitimata fuerit persona volentis exigere, debitum est illiquidum, propter probationem extrinsecus faciendam. *Alex. cons. 115. lib. 5. numer. 10. in fin.*

Item creditum, seu instrumentum dicitur liquidum, vbi ex sua natura debitum nullam

60 † habet annexam qualitatem extrinsecus probandam, vel adminiculandam. *Surd. decis. 27. numer. 7.* veluti si petatur dotem restitui, vel solui legatum relictum sub conditione, nam nisi probetur venisse casum dotis restituendæ, vel purificatam esse conditionem, debitum dotis, & legati non est liquidum. *Lofred. cons. 18. tota nu. 3. Asinius de exequution. §. 1. cap. 29. nu. 13. Rolan. à Val. cons. 20. lib. 1. num. 13. Rebuf. de litter. obligat. art. 1. glos. 9.* qui loquitur de cessionario, qui agens ex iure cesso debet probare

61 ius cedentis: & idem dicitur de † instrumento, quod non est liquidum, si egeat extrinseco adminiculo pro illius exequutione. *Lofredus cons. 746. num. 5. & 6.*

Item creditum, seu Instrumentũ dicitur liqui

62 dũ vbi constat de quãtitate, qualitate crediti, & ex instrumento ista probantur. *Bald. l. fin. C. de compens. & in l. 2. l. de exequut. rei iud. Ias. l. 1. ff. de edend. num. 3. Coler. de proces. part. 3. cap. 1. num. 3. & 4. Cras. de except. cap. 36. nu. 10. Menoch. cons. 746. de multis nu. 7.*

63 Item creditum dicitur liquidum, † quod probatur publico instrumento, cui fides sit præstanda. *Coler. d. cap. 1. num. 87. & seq.* examinat, an idem dicendum de scriptura priuata. Quando autem instrumentum dicatur publicum, & in forma probanti, dixi *infra cap.*

Intelligas tamẽ proximas duas declarationes, quoties legitima non obstat exceptio, & alia non eget probatione. *Surd. decis. 27. num. 6. & seq. Asinius de exequut. §. 1. 29. nu. 7. Cras. de except. cap. 36. num. 14. Osasc. decis. 127. nu. 7. et seq.*

64 Item creditum dicitur liquidum, † quod probatus confessione debitoris. *Coler. de process. part. 3. cap. 1. num. 9.* quia in confessum nullæ sunt partes iudicis, quam in condemnando, & exequendo. *l. vnic. C. de confes. l. 1. l. certum, ff. eod. Ripa. l. si insulam, ff. de verb. oblig. nu. 15. Marsil. singul. 184. si vero.* Modò tamen confessio non sit à iure reprobata, vt de confessione dotis à marito facta, quæ regulariter non valet, seu non probat dotis numerationem. *glos. l. assiduis, §. cum enim, verb. dote, C. qui potior. in pign. hab. l. 1. C. de caut. non numer.*

65 Item, quod † nulla exceptione turbari potest. *Serafin. de iuram. priuileg. 74. num. 67.*

66 Item creditum dicitur liquidum, † de quo cõstat publico instrumento paratam habente exequutionem, quamuis in eodem instrumento promissio esset facta pacto nudo. *Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iud. num. 9.*

67 Item creditum dicitur liquidum, † quod sine mora, seu in continenti probari potest. *l. qui de inoffic. testam. l. is à quo, ff. vt in possess. leat. Bart. l. post rem, ff. de transf. col. 2. quæst. 9. Gras. de except. cap. 36. num. 6. & seq.* vbi declarat

67 quantum † temporis spacium concedatur, vt dicatur facta liquidatio incontinenti, & latius dixi *de Laudem. lib. 4. quæst. Ruin. cons. 152. lib. 4. num. 9. & cons. 2. lib. 5. num. 14. Gras. de except. cap. 36. num. 6. & seq. Osasc. decis. 129. num. 13.*

68 Item creditum † dicitur liquidum, quod probatur chyrographo debitoris ab eodem scripto, vel subscripto, & recognito coram Iudice ab ipso debitore, vel pronunciato pro recognito in illius contumaciam. *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 4.* vbi singulare vnum addit, quod talis recognitio chyrographi, probat in præiudicium debitoris, non autem creditoris illius; nisi à die factæ recognitionis, quo casu æquipollet publico instrumento.

69 Non est liquidum, vbi præsupponitur † aliquid esse præstandum, vel faciendum illius causa, si non fuit probatum illud fuisse factum, vel præstitum. *Dec. cons. 251. num. 5.*

70 Item si tacitã, vel expressam contineat † conditionem. *Dec. cons. 107. in fin. & cons. 105. n. 1. 421: num. 6. Tuscus conclus. 490. exequutio, num. 4.* vbi plures consentientes refert, veluti si sententia sit lata contra aliquem reseruatis iuribus deducendis. *Cancer. var. resolut. tom. capit. 17. de sentent. exequut. num. 500. & seq. vers. si vero.* qui loquitur in casu melioramentorum.

71 Item si non exprimatur † causa debiti. *l. 2. §. circa, ff. de dol. except. cap. si cautio de fide inst. l. cum de indebito. §. fin. ff. probat. Rebuf. de litter. obligat. artic. 1. glos. 9. nu. 25 relato Dec. cons. 682.* aliud sentiente. *Coler. de proces. par. 3. cap. 1. num. l. scire legis, ff. de legib. cap. intelligentia de verb. signif.* Ita de debito, tunc demum liquere dicitur quando constat, vel liquet de causa debiti. *cap. si cautio, vers. indeterminate loquatur, & vers. sed si causam ext. de fid. instr. l. cum indebito, §. fin. vers. causas explanauit de probat. & dixi infra capit.*

72 Item si exprimatur causari debitum † ex causa quæ defecerit, veluti si petatur exequutio pro pensione domus, à qua conductor fuit expulsus. *l. ex conducto, ff. locat. Roman. cons. 417. Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matr. num. 6. Brunus de interitu, conclus. 11. & 16. Galef. de obligat. Cam. quæst. 17. num. 12.* vbi *Zacbias num. 79. & seq.* addit procedere etiam si peteretur exequutio ex contractu iurato, & adesset Statutum reijciens omnes exequutiones quia per defectum causæ deficit partium consensus. *Gratian. discept. 273. nu. 20. & seq.*

73 Item vbi de illo tantum † constat ex assertione partium, si simus in casu, quo de debito realiter constare debet. *Osasc. decis. 172. nu. 1. & seq. plurib.*

74 Item vbi non habet diem † qua sit soluendum

dum; nam si non præcedente præfixione termini ad soluendum fiat exequutio, illa erit nulla & reuocanda. *Rebuf. de litter. obligat. ar. 2. glos. 1. num. 25. & seq.* subdens quid dicendum si solutio fuerit promissa ad voluntatem creditoris.

75 Item vbi ad illud constituendum † aliqua requiritur solemnitas, quæ aliter non probatur interuenisse, quàm assertione partium. *Osasc. decis. 172. quoniam, num. 7. & seq.*

76 Item vbi debitor est alternatiue † obligatus, ante factam electionem a debitore. *Rebuf. de litter. oblig. artic. 2. glos. vnic. num. 28. & seq.*

77 Item vbi in dubium † reuocari potest. *Serafin. de iuram. priuileg. 74. num. 67.*

78 Item vbi legitima aliqua † obijci potest exceptio. *Bald.* loquens de instrumento liquido in *l. 2. C. de exequut. rei iud. Surd. cons. 168. nu. 21. in princ. Osasc. decis. 129. nu. 7. Cras. de except. cap. 36. nu. 14. Ant. Monac. decis. Bononiens. 14. num. 11.*

Liquida autem an sit, & quando dicatur facta † promissio de soluendis tribus millibus, 79 tribus solutionibus, vel triennio, vel tribus terminis, vel in diebus illis, videndus *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 5.*

§. I.

SVMMARIVM.

Vniuersalia suum esse habent in intellectu, & potius intelliguntur quam tanguntur. 1.

Sententia lata in vniuersali iudicio exequi non potest ante factam liquidationem. 2. *Exempla plura referuntur ibid. Contrarium.* 5. *Concorda.* 6. 10. 16. 17. 18.

Cautela vt tutò fiat executio, si debitum sit liquidum in parte. 19.

L. 1. C. de sent. quæ sin. cert. quant. declaratur. 3

Interesse qualiter liquidetur. 4

In obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. 7

Cum lege mitius agitur quam cum homine. 7. *in fin.*

Exclusio hominis fortius excludit exclusione legis. 8. *Limit.* 9.

Stylus Rom. Cur. in facienda liquidatione debiti illiquidi. 11.

Bald. declaratur. 12. 13.

Maritus non potest agere ad petitionem dotis, nec mulier ad illius repetitionem, nisi respectiuè probetur contractum fuisse matrimonium, & esse locum repetitioni. 14.

Dos non potest esse sine matrimonio. 15. *quando repeti possit. ibid.*

1 CVm vniuersalia suum † esse habeant in intellectu, teste *Io. Gram. 1. poster. c. 20.* potiusque, vt ego addo, intelligantur quam tangantur; Ideo non conueniunt Docto-
2 res, an exequi possit sententia † lata in vniuersali iudicio ante liquidationem factam: & negatiuam tenent *Bald. in l. 1. ff. de legat. 2. num. 5. vers. in glos. vt differatur, & Cuman. num. 6. Bart. in l. proinde, §. notandum, ff. ad leg. Aquil. n. 3.* concludens, si extet Statutum, quòd instrumenta habent paratam exequutionem, si quis sit obligatus emendare damnum, si non apparet de illius quantitate, si non præcedat iudicis declaratio super illius quantitate, non posse fieri instrumenti exequutionem. *& ibi addentes vers. pro Statutis*, referunt *Bart. Bald.* idem sæpius dixisse & præcipue *in l. apertissimi, C. de iudic.* concludendo non posse concedi capturam vel aliam exequutionem in debitorem ante factam liquidationem *Benedict. Barzia tract. de guarantig. part. 1. quæst. 2.* vbi plura exempla refert, addendo *Bart. & Bald.* idem sæpius dixisse, cui addo relatos a *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 1. in fin.* eandem opinionem pluribus comprobat, & late *Socin. cons. 89. dubium est lib. 3. nu. 1. Ias.* & ab illo, relati testans de veriori, *in l. 1. ff. de edend. num. 31. circa med.*
3 addendo † *l. 1. C. de sent. quæ sine certa quantitate,* intelligi facta liquidatione, additis pluribus quibus hanc opinionem defendit. *Coler. de proces. part. 3. cap. 1. num. 1.* subdens *num. 35.*
4 *& seq. plurib.* quomodo liquidetur tale † interesse, dum prius *num. 15. & seq.* tractasset an liquidari possit testibus, ita vt sit locus viæ exequutiuæ concessæ instrumento obligationis de illo soluendo, & latissime *Suarez in repetit. l. post rem iudicatam, ff. de re iud. limit. quarta. Rebuf. de litter. obligat. art. 1. glos. 9. nu. 14.* concludens & referens ita fuisse iudicatum, quod perperam fuerat facta exequutio, & ideo reuocatam, quia non præcedente liquidatione damnorum & interesse.

5 Contrarium † tenent *Bart. in l. 1. ff. de edend. num. 8. Cast. n. 9.* concludentes peti posse exequutionem instrumenti, in quo sit mihi promissa damnorum & interesse refectio, quamuis illa non sint liquidata, si ex Statuto instrumentum promissionis habeat paratam exequutionem, & exequutione facta in bonis, vel persona promissoris, facere liquidationem. relati à *Ias. in d. l. 1. num. 31. in princip.* & huic opinioni adhæret ipse *Ias. ibid. num. 32. in fin.* licet prius *num. 31.* dixisset præcedentem esse veriorem. *Osasc.* loquens de sententia condemnatoria damnorum, expensarum & interesse, *decis. 129. num. 10. & seq. relati a Couar. var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 1.*

6 Contrarietatem conati sunt † conciliare *Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. limit. quarta, num. 9.* facta distinctione inter interesse expressum, & tacitum, seu inter interesse conuentum, & debitum ex lege: vt in isto petendo agi non possit via exequutiua, secus in illo, quamuis in vtraque specie facta fuerit liquidatio. Exemplum primæ speciei interesse, est si quis promisit soluere, alias sit obligatus ad omnia damna & interesse: exemplum secundæ speciei est, si quis se obligauit ad factum quo non præstito, cum succedat obligatio ad in-
7 teresse † ita lege disponente, *l. si quis pro auo, in fin. ff. de re iud. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 56. in fin. Surd. cons. 201. num. 1. & cons.*

conf. 330. *num.* 5. hoc intellectuale, seu vt ego addo, legale interesse non admittit rigidam executionem, quam amat conuentionale, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, & de iure instrumenta non habent paratam excequutionem. *l. Celsus, ff. de arbitr. l. minor an-*
8 *nis, ff. de minorib.* & fortius excludit † exclusio hominis, quam legis. *Neuizan. conf.* 2. *num.* 39. *Alex. in l.* 1. *C. qui admit. num.* 6. *Dec. in tertia lectur. num.* 50. *Iacob. Niger num.* 17. *Sapia n.* 25. *Zucard. num.* 43. *& seq.* concludentes plus
9 † operare tacitam legis exclusionem, quam expressam hominis.

10 Aliter conciliauit † *Couar. var resolut. lib.* 2. *cap.* 11. *col.* 2. *vers. in summa*, concludens, eo modo si intelligatur *Bartolus*, non posse arguide contrarietate, vt prius dixerat *Suarez. in l post rem iudicatam, ff. de re iud. num.* 6. addendo errare eos, qui asserunt *Bart.* sibi fuisse contrarium, videlicet, vt summario iudicio citato ad liquidandam incertam quantitatem promissam seu conuentam, & factis legitimis probationibus, fiat deinde exequutio. Id quod prius fuerat dictum à *Suarez in d. l. post rem iudicatam, n.* 6. Et hæc conciliatio esset tenenda in Regno Neapolis, & vbique quoties quis se obligauit ad formam ritus Regni, quo disponitur, vt absque citatione viso à iudice instrumento obligationis relaxetur mandatum, in persona, & bonis debitoris, si alia non sit opus liquidatione.

11 In Romana vero Curia † seruatur, vt citato debitore ad soluendum, vel præstandum, vel dandum, quod dare, soluere, præstareue, se obligauit in forma Cameræ, si instrumentum sit aliquo modo illiquidum, fiat liquidatio testibus vel instrumẽtis, & illa facta exequutioni demandatur instrumentum, & liquidatione pendente
12 suspenditur: & hoc est † quod dicebat *Bald. in l.* 2. *C. de exequut. rei iud. num.* 7. *in fin.* concludens instrumenta conditionalia, vel incerta, seu alias illiquida, dum liquidantur, non gaudere beneficio Statuti, sed postquam est interlocutum illa fuisse liquidata; licet, quoad istã interlocutoriam dixerim supra hoc *cap.* 5. *vers. singulare* non tuto admonuisse causarum patronum. *Barz.* tamen *de Guarantig. part.* 1. *quæst.* 2. *in fin.* distinguit quando sit opus interlocutoria *Baldi*, sed illum reprobat *Scaccia de appellation. quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 42. *& Tuscus concl.* 474. *exequutio, num.* 7. examinat.
13 dicta † *Baldi* refert, & consentientes cumulat *Rebuf. de litter. obligat. art.* 1. *glos.* 9. *num.* 8. & sequitur *Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. num.* 1. *in fin.* addendo *num.* 6. illum errasse à *Bart.* late comprobans illud notabi-
14 le à me supra tactum, maritum, † cui fit promissa dotis restitutio, non posse dotem petere, nisi probet fuisse contractum matrimonium, inueniens in doctorem Hispanum, qui aliud scripserat ex apocripho tractatu *Bartoli de Guaranti-*
15 *gia*, quia dos non † potest esse sine matrimonio, vt ego addo. *l.* 3. *ff. de iur. dot. l.* 3. *C. eodem, Natta cons.* 266. *num.* 2. *in fin.* & repetitio dotis non datur nisi præcedat matrimonij solutio, vel mariti vergentia. *l.* 2. *ff. solut. matr. l. in rebus,* §. *omnis, l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* vel accidat casus à vergentia patrum distans, vt puta si maritus abutatur rebus suis retinendo concubinas. *Put. decis.* 264. *lib.* 3. *num. Marsil. sing.* 234. *paria. nu.* 2. *glos. ad consuetud. Turonens. de success. feud. art.* 33. *col.* 1. quæ præterea docet quomodo probetur talis abusus. *Castil. quotidian. controuers. lib.* 4. *part.* 1. 1. *cap.* 26. *num.* 1. *& seq.*

16 Aliter conciliare † tentauit *Socin. conf.* 89. *dubium lib.* 3. *num & seq* & nouissime *Scaccia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 24. *& seq. Coler. de process. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 32. *& seq.* sed quia in pluribus conueniunt cũ antecedentibus, illas videto. Breuius tamen conciliat
17 *Osasc. decis.* 129. *num.* 16. *in fin.* quod si † fructus & interesse petantur principali tet, liquidatio sit facienda ante sententiam, secus si petantur accessorie.

18 Relatas conciliationes † *Suarez, & Couar.* prius retulerat *Roman. conf.* 211. *num.* 5. & ego antequam hæc scripsissem, breuiter demonstraueram in duabus posttemis limitationibus, quas dedi regulæ constitutæ *supra hoc cap.* 5. quas latius non repetam.

19 Si autem debitum sit in parte liquidum, † & in parte illiquidum, caute faciet debitor, si interpellet creditorem ad recipiendam eam partẽ, alias eam decreto Iudicis illam deponat, offerens se reliquum soluturum facta liquidatione, quia euitabit exequutionẽ, & idem erit, ac si totum soluisset. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 1. *glos. num.* 12. *& seq.* inserens ad casum retractus gentilitij, si eisdem pretio, & pactis consanguineus, vel vicinus velit emere: idem pro cautela docet ad euitandas vlteriores vsuras, *Coler de process. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 43.

§. II.

SVMMARIVM.

Exceptio liquidationis, est fauorabilis, & quare 1. 2. *non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones.* 5. *& quare.* 7.

Exceptio omnis est admittenda, nisi reperiatur prohibita. 2.

Non esse, & non apparere sunt paria. 3

Actore non probante reus absoluitur. 4. *Ampl. ibid.*

Statutum Mantuanum declaratur. 7

Baldus reprobatur. 8

1 Exceptionem liquidationis, esse fauorabilem † constat, non tantum, quia tanquã species defensionis, & reorum propugnaculum ad propulsandam actorum intentionem §. 1. *inst. de except.* vbi *Aretin. num.* 11. sit ad-
2 mittenda † vbi non reperitur in specie exclusa. *Alex. in l. libertus* 14. *ff. de in ius vocand. Crau. conf.* 241. *col.* 15. *vers. præterea*, sed etiam, quia cum ante factam liquidationem nõ dicatur ap-
3 parere de credito, quia non entes † & non apparen-

parentis eadem est ratio, *l. in tempus §. 1. ff. de hared. instit. l. si ita fuerit, ff. de reb. dub. l. idem Pomponius, §. fin. ff. de rei vendic. Dec. consf. 272. viso processu, num. 5. Neuizan. consf. 12. nu. 5.* inde factum commune assumptum, vt actore multa allegante, & nihil probante, reus † absoluatur. *l. actor. C. de probat.* etiam quod nihil probauerit, *l. qui accusare, C. de edend. Mantic. decisf. 211. num. 5.* vel constet nullum ius habere. *Verall decisf. 11. part. 1. num. 2.*

Ideo Statuto, vel conuentione reiecta omni exceptione, † non censetur reiecta exceptio liquidationis *Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iud. num. 2. & 6. & consf. 165.* Statutum, *num. 1. vol. 4. Cast. consf. 169. viso puncto in dubio in fin. vol. 2. Curt. iun. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. n. 5. Menoc. de adipiscend. poss. remed. 3. num. 190. Crauet. consf. 231. circa præsentem, num. 9.* vbi refert *Socin.* idem sæpius firmasse *Surd.* loquens de Statuto † Mantuano, quo instrumenta habent paratam exequutionem, vt esset si creditum non sit liquidum, etiam quod Statuto reijciatur omnis exceptio, *decisf. 27. Dominus, num. 5. & seq. Menoc. consf. 746. de multis, num. 4. Asinius de exequut. §. 1. cap. 29. Quoniam, num. 18. Coler. de procesf. part. 3. c. 1. num. 41. circa med.*

7 Ratio est, quia tale Statutum † est correctorium iuris communis, quo inspecto instrumenta non habent paratam exequutionem, *l. minor, ff. de minor Osasc. decisf. 129. num. 2. Franc. Bec. consf. 17. num. 1. Serafin. de iurament. priuil. 77. num. 1. Cefal. consf. 507. num. 4. Ruginel. pract. quæst. cap. 20. num. 1.* qui innumeros consentientes referunt. Propterea vt minus quo fieri potest deroget illi, *Natta consf. 74. puto, nu. 8. Rota diuers decisf. 475. part. 1. num. 6. Honded. consf. 1. lib. 1. num. 31. & seq. Franc. Bec. consf. 1. num. 8.* addendo communiter reprobari *Bald.*

8 † volentem Statutum contra ius commune generaliter intelligi, vt censuit etiam *Parisius consf. 83. lib. 3. num. 53.* restringendum est ad instrumenta liquida, exclusis illiquidis. *Osasc. decisf. 129. num. 1. & 2. in fin. & num. 3. & seq. & 8. in fin.*

CAP. VI.

SVMMARIVM.

Executio est facienda ex sententia valida & liquida, alias est nulla. 1. & quare. 2. Ampl. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
Sententia ex quibus fit nulla. *3.*
Angelus declaratur. 6.
Sententiam nullam iudicis ecclesiastici quando laycus reuocet. 5. 6.
Sententia nulla quando confirmari possit. 16.

SExto ad validitatem exequutionis rei iudicatæ cauendum est vt illa fiat ex sententia † valida & liquida, & quæ exceptione aliqua nullitatis infici non possit, nam quamuis illa fuerit seruatis seruandis facta, ex antecedenti tamen vitio corruit facta exequutio. Vt enim
2 in † fidibus concentus fit ingratus, si quis neruorum non fuerit iuxta artem tensus, vel remissus, sic præcedens vitium nullitatis sententiæ continuatur in illius exequutionem tanquam quid consequens ab illa. *l. 2. §. qui habet, ff. de seruit. rustic. præd. Rom. l. si aliquam rem, ff. de acq. possesf. num. 3. circa med. Caldas consf. 39. num. 24. & seq. Crauet. consf. 302. in hac num. 5. Anton. Monac. decisf. Bononiensf. 14. num. 12. Soccin. iun. consf. 41. lib. 2. num. 17. & seq.*

3 Quibus autem ex causis seu † modis & capitibus sententia fit nulla, dixi *infra hoc cap. §. 3. & seq. pluribus.*

4 Ampl. vt volenti exequi sententiam† nullam liceat de facto resisti, *glosf. cap. ex litteris 29. verb. decernetis irritam, de offic. delegat* & dixi *infra §. 1.*

5 Ampl. vt iudex laycus possit reuocare † exequutionem sententiæ ecclesiastici iudicis, quando sibi constat de nullitate sententiæ exequutę, & est ipse exequutus sententiam non requisitus ab ecclesiastico; secus si requisitus, quia ad ecclesiasticum spectat reuocatio. *Angel. consf. 276. punctus, num. 6. vsque in fin.* licet *Card. Tusc. conclusf. 492. exequutio, num. 7.* relato eodem *Angel.* absolutè dicat, secularem iudicem reuocare posse exequutionem sententiæ inualidæ, vbi lata est contra hæreditatem iacentem, vel minorem indefensum: videbantur enim
6 mihi dura dicta† *Angeli*, & visa reperi illa posse temperari, vt dixi, & scripsit idem *Angel.* & dixi *infra lib. 2. cap. 12. versf. ampl. vt iudex laycus.*

7 Ampl. præsertim† si nullitas detegatur ex vêtte ipsius sententiæ. *Roman. consf. 51. attentis, Tuscus conclusf. 492. exequutio, num. 8.* & dixi *infra lib. 2. cap. 15. §. 6.*

8 Ampl. præsertim vbi nullitas† allegatur ex defectu iurisdictionis, *glosf. cap. ex litteris 29. verb. decernetis, de offic. delegat. Bald. consf. 399. circa medium, versf. quadam veniunt. lib. 4. Tuscus conclusf. 409. num. 26. exequutio, n. 26.* & dixi *infra lib. 2. cap. 15. §. 3. & dicam infra hoc cap. 6. §. 7.*

9 Ampl. præsertim si non iustificetur† ex actis, & negentur acta. *Bald. consf. 399. nec præsumitur, lib. 4. Tuscus conclusf. 492. exequutio, num. 25.* nisi forte probetur lata parte præsente, vt subdit *Tuscus ibidem num. 28.*

10 Ampl. præsertim vbi constat latam † fuisse non præcedente libello, litis contestatione, & alijs solemnibus. *Bald. consf. 399. lib. 4. Tuscus conclusf. 492. exequutio, num. 27.* nisi vt idem subdit, probetur fuisse latam parte præsente.

11 Ampl. præsertim si nullitas sit euidens † seu manifesta, id est, quæ detegatur ex eisdem actis, nam iudex non debet, nec potest illam exequi; & si exequatur, licet appellare & dicere de nullitate. *Bald. consf. 225. in causa, lib. 5. in princ. Tuscus concl. 490. exequutio, num. 1.* & dicam *infra hoc cap. 6. §.*

12 Ampl. præsertim si sententia sit nulla† ex defectu mandati actoris, vel rei. *Tusc. concl. 490. exequutio, nu. 30.* & dicam aliqua *hoc c. 6. §. 4.*

Ampl.

13 Ampl. etiam si adsit Statutum, quod † sententia sit exequenda, nam contra illam licet excipere de nullitate. *Corn. cons. 43. lib. 1. numer. 1.*

14 Ampl. quomodocunque sententia † sit nulla, vt dicam *infra* §. 11. vbi retuli capita ex quibus sententia dici potest nulla.

15 Ampl. vt sententia nulla † non possit in vim sententiæ ratificari a partibus, vt late prosequitur *Gabriel. de sentent. conclus.* 11. secus in vim pacti. *Serafin. decis. 698. num. 5.*

16 Ampl. vt neque confirmari possit † parte excipiente. *Serafin. decis. 192. num. 1.* An autem ex causa valida, *Serafin. decis. 1289. num. 2. Rol. a Val. cons. 41. lib. 1. num. 20.* limitat si prima sententia erat nulla, quia lata die feriata, nam confirmari potest à iudice, qui ferat sententiam die non feriata; subdens *num. 21.* secus esse si sententia sit nulla ex inepto libello, quia eo casu iudicis officium est pronunciare sententiam nullam, reseruato iure melius agendi.

17 Ampl. etiam vbi est nulla † ex defectu citationis, vt dixi *infra* §. 3.

18 Ampl. vt debeat esse valida in totum † nam si fuerit nulla pro parte, in totum corruit, vt dixi *infra* §. *Capic. decis. 51. Cartar. decis. 39. num. 14. 25.*

§. I.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter procedens procedit tanquam vnus de populo, & spoliat. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 18. *in fin.* 19. 20. 21. 22. *Sublimita.* 21. *in fin.* 24.

Officiales amantes officia faciliores sunt ad iniustitiam. 25.

Sententiam nullam volanti exequi licet de facto resistere. 3

Delegatus non docens de sua delegatione punitur, si ideo fiat tumultus in populo.

Iudici resisti potest multis casibus. 3. *& seq.*

Glos. cap. ex litteris, 26. de offic. delegat. declaratur. 11.

CVm vnde iura vnde iniuriæ minime nasci debeant. *l. meminerint, C. vnde vi l. nec magistratibus, ff. de iniur. glos. fin. in cap. final. de confirmat. vtil. vel inutil.* hinc factum, quod iudex nulliter procedens dicatur
1 procedere tanquam vnus de populo. *Abb. in cap. cum causa, 22. de offic. delegat. numer. 4. in princ. & in cap. conquerente 7. de restit. spoliat. num. 8. circa fin.* & cum in quem procedit etiam iudicialiter spoliare. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo* per quem textum; ita firmat *Oldrad. cons. 227. num. 1. in fin. Abb. cap. conquerente 7. de restit. spol. num. 8. in fin. & in capit. cum causa 22. de restit. spol. n. 4. Dec. cons. 125. num. 9. Honded. cons. 82. num. 24. & seq. lib. 1. Mandel. cons. 287. nu. 56.* & ideo illi tanquam
2 † spoliatori, nõ aliter ac cuicunque alteri personæ volẽti quem sua re priuare, liceat de facto, & sine pœna resistere. *Abb. cap. cum causa 22. de offic. delegat. num. 4. glos. cap. ex litteris. 29. verb. denuncietis de offic. delegat.* vbi *Bart. nu. 14. & 25. Franc. Marc. decis. 72. nu. 9. Asinius in prax. part. 1. §. 31. cap. 2. limit. 1. numer. 4. vers. rursus.*

3 Ampl. præsertim si nullitas causetur ex defectu † iurisdictionis. *l. extra territorium, ff. de iurisdict. omn. iudic. Abb.* & ibi addentes *in cap. ex litteris 29. de offic. delegat. num 2. vers sententiam,* concludens ita intelligendam esse. *glos. eiusdem cap.* quæ sine distinctione concludit, posse de facto resisti volenti exequi sententiam nullam. *& Barbat. nu.* 14. Et intellectus qui datur *glos.* comprobatur ex dictis *Lancell de attentat. part. 2. cap. 17. num. 50. 109. & sequen.*
4 dum concludit sententiam † nullam non exequendam, etiam si adsit Statutum mandans illam exequi non obstante quauis exceptione, vt id sit verum in sententia nulla ex defectu iurisdictionis. *Claud. Seysel. in repet. l. vt vim, ff. de iust. & iur. num. 56.* asserens ita intelligi *glos. d. cap. ex litteris.*

Ampl. præsertim si agatur de exequutione
5 sententiæ † iudicis delegati, qui non docet de sua delegatione. *Franc. Marc. decis. 260. p. 1. num. 2. in fin. vers. & aliter. & num. 4. Albert. Brun. cons. 141.* concludes non tantum illi resi-
6 sti posse, sed etiam † si capiatur aliquis, vt possit impune ab exequutoris manibus eripi; & si in populo excitentur tumultus, quia delegatus
7 non facit fidem de sua delegatione, † sit ille puniendus, quia donec non facit fidem de sua delegatione, dicitur procedere vt priuatus, & carere iurisdictione, præsertim si is asserat se delegatum Papæ, vel supremi Principis. *l. 1. C. de mandat. Princip. V ant. de nullit. ex defect. iurisdict. lib. 7. num. 6.*

8 Ampl. præsertim si ageretur † de exequutione sententiæ, qua quis priuaretur sua possessione, & nullitas causaretur præsertim ex defectu citationis. *Oldrad.* loquens de exequutore mero, *cons. 227. num. 2. circa med. & nu. 3. vers. alia est solutio. Abb. in cap. si quando 8. de offic. delegat. n. 2. in fin. vers. & per prædicta.*

9 Ampl. præsertim † vbi exequutio non est reparabilis per appellationem. *Abb. cap. si quando 8. de offic. delegat. num. 2. vers. vnde dicerem,* concludens si iudex mandet quem iniuste suspendi, vel torqueri, quod possit cum violentia resisti, & quemlibet posse auxilium præstare condemnato ad torturam, vel laqueum. *arg. textus in l. si quis in seruitute, ff. de furt.* & per dicta à *Gregor. in tota dist. 23. quæst. 3. Barbat. cap. ex litteris de offic. delegat. num. 25. Claud. Seysel. in l. vt vim, ff. de iust & iur. num. 31. & in repet. eiusdem. l. num. 58.* addit præsertim procedere si fuit appellatum, & *num. 60.* addit idem dicendum, si eum magna difficultate possit reparari, quia, vt addit, impossibilium, & valde difficilium eadem est ratio *l. 1. idem Iulianus, §. final. ff. delegat. 1.*

10 Ampl. etiam vbi grauamen † est reparabile per appellationem, si illud sit notorie iniustum.

Abb.

Abb.cap.si quando, 8.*de offic. delegat. n.*2. *verf. aut grauamen est reuocabile*, addendo ita in-
11 telligendam † esse *glos.in cap.ex litteris 29.eod. tit.*quæ vt dixi,simpliciter firmat posse resisti iudici volenti exequi sententiam nullam.

Contrarium, sed quod sit appellandum, tenet *Barbat.cap.ex litteris de offic.delegat.nu.*25. *verf.secus si esset*; licet deinde sequendo *Imol.* non discordet ab *Abb.*

Ampl.præsertim vbi iudex † vult ad exequutionem procedere post interpositam appellationem legitimam,& quæ est admittenda,seu causa est appellabilis. *Innoc.in cap.si quando*, 8.*de offic.deleg.vbi Abb.num.*2.*post med.verf.potest tamen distingui*, *Claud.Seysel in l.vt vim, ff. de iust.et iur.nu.* 32. ea ratione,quia per appellationem erat iudicis suspensa iurisdictio, & volens exequi procedit vt priuata, seu singularis persona de populo, idem repetens *in secunda lectum*, *num.*61.

13 Ampl.vt non solum liceat † ipsi, in quem tentatur exequi sententia nulla, & iniusta, resistere de facto, sed etiam conuocatis amicis,& vicinis, qui etiam si non possideant, nec ius aliquod in re capienda in exequutione habeant possunt impune opem ferre: secus si ille in quem facienda est exequutio, non reclamat. *Abb.cap.si quando*, 8.*num.* 2. *in fin. ff. de offic. delegat.Barbat cap. ex litteris de offic. delegat. num.*25.qui simpliciter tenet tertium posse impedire exequutionem sententiæ notorie inualidæ.*Claud.Seysel.in l.vt vim, ff.de iust. et iur. num.*34. idem repetit, limitando si agatur de interesse publico, quia etiam non vocati, & non habentes interesse proprium possunt resistere,vbi apparet quod quis iniuste opprimitur, idem repetens reprobato *Barb. in repet.eiusdē l.num.*61.*in fin.*subdendo, *num.*62.*et seq.* concordiam,vt ille dixerit verum,si exequutio tentatur fieri in personam;secus si in bonis,nisi etiam grauamen esset notorium & irreparabile.

Ampl. præsertim, vt talis facultas resistendi
14 iudici † volenti exequi sententiam nullam, vel iniustam, sit concessa assessoribus magistratuū, qui de illorum consilio iudicant. *Claud.Seysel. in l.vt vim, ff.de iust.et iur.nu.*29 *et in repet. eiusdem l. num.* 50. *in prin.* addendo procedere etiam parte non opponente, alias ipsi sunt in culpa, nisi saltem apud acta fuerint protestati, quod non erat procedendum ad exequutionē; quo non relato latius explicat *Anton. Vinter. tract. de offic. assessor. part.* 2. *cap.*12. *num.* 30. *et seq.*

15 Ampl. præsertim vbi nullitas † sententiæ est euidens *Claud.Seysel.in repet.l.vt vim, ff.de iust.& iur.num.*52. addendo procedere etiam si non fuit appellatum.

16 Ampl.etiam vbi sententia† est euidenter iniqua, nam cum sententia notorie iniusta sit nulla, non differt ad hunc effectum, an sententia sit nulla vel incerta. *Seysel.in repet.l. vt vim, ff. de iust.& iur.num.*53. & dixi *infra*.

17 Ampl.vt vnicuique liceat iniustum † & irreparabile præiudicium continuo generans exequutionem sententiæ nullæ reuccare. *Curtius relato Angel. in repet. l. vt vim, ff. de iust. & iur. num.*1. concludens indebite carceratum posse a quocūque de facto extrahi etiam iudice renitente, etiam non requisito, vt colligitur ex dictis *Claud.Seysel.in repet.eiusdem l. n.* 61. *in fin.* ea motus ratione quia natura cognationem quandam inter omnes constituit.

18 Ampl.præsertim vbi exequutio tentatur fieri extra territorum eius, qui tulit sententiam, *l. final.ff.de iurisdict.omn.iud.l.cx ca causa, ff.de postuland.* nisi concurrant requisita quæ refert *glos.in cap. vt litigantes, verb. consuetudine, de offic. ordin. in sext.* vbi aliqua dixi *in meis Collectaneis*.

19 Limit.vbi dubitatur † an appellatio sit admittenda. *Claud.Seysel in l.vt vim, ff.de iust & iur.num.*33.ea ratione, quia in dubio est iudici parendum, & vt addo, pro illo præsumitur, *l.* 2. *C.de offic.ciuil.iud.l.*2.*§.solet.ff. de hæred. vel action.vendit.Ias.in rub.C. qui admit. num.*7. *Menoc.præsumpt.*67.*lib.*2. idem repetit *Claud. Seysel.in repet.d.l.vt vim,num.*61.*in prin.verf. si vero*.

20 Limit.vbi iniustitia † sententiæ est dubitabilis. *Claud.Seysel.in l.vt vim, ff.de iust.& iur. num.*33.secus si esset notoria vt subdit *nu.* 34. & latius distinguit *ibidem in repetit.num.*51.*& seq.verf.aut vero est dubium, & num.*61.

21 Limit. vbi is, in quem paratur † exequutio, non appellauit, *l. ab eo, C. quomodo et quand. iudex.cap.si quando de offic.deleg.Claud. Seysel. in repet.l.vt vim, ff.de iust.et iur.num.*52.*in princ.* sublimitando vbi euidens esset nullitas sententiæ.

22 Limit.vbi sententia est nulla † ex alio capite quam iurisdictionis. *Claud.Seysel.in repet. l.vt vim, ff.de iust.et iur. num.* 56. subdens *nu.* 57. rationem, quia nullitas ex iurisdictionis defectu, est maior quacumque alia.

23 Si quis autem in casu† non licito resistat iudici, seu illius apparitoribus ne exequutioni mittatur sententia in illum lata, quomodo in illum sit procedendum, videndus *Guid.Pap. ad Statut.Delphinat.§.manu militari*.

24 Relata in antecedentibus quamuis de iure † sint vera, excepto casu quo sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis, vel ageretur de exequutione sententiæ iudicis delegati, qui non docet de sua delegatione, vel non sequitur præiudicium irreparabile; suaderem condemnato vt abstineret a violenta resistentia, & patiendo iniquam, vel inualidam iniquissimi iudicis sentētiæ exequutionem, recurreret ad Superiorem, qui via iuris hoc auertat malum, refectis quibuscunque damnis & expensis large a procurante eiusmodi sententiæ exequutionem, ac etiam ab ipso iudice,qui suam sententiam nullam, vel iniustam exequendo fecit litem suam, & conueniret in syndicatu, vt concludit *Bald. in tract.de syndicat. nu.*12. *et post Bald. Paris de Puteo, tract.de syndicat.§.sententia, cap.*1. *n.*4.*et §.exequutio sententiarum, cap.* 1. *n.*1.*et seq.* & si alia via læso non sit consultum,Deum Opt.Max. expectet vltorem, apud quem cum non sit personarum acceptatio,grauius quo tardius

dius punit in suo deficientes munere, sæpe largitionibus precio, vel alijs non commendandis artibus empto † & ideo faciliores ad delinquendum *Parif. de Put. de syndicat. §. officialis, l. 1. cap. 3. dicitur autem num. 2.*

§. II.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla ex capitibus infinitis. 1.
Sententia est nulla ex tribus capitibus iuxta Bullam Pij IV. in Rom. Cur. 2.
Rota Romana stylus. 3

PRomisi sopra hoc *cap. 6.* referre hoc §. modca, seu causas, vel capita, ex quibus sententia arguatur nulla, & inualida, quæ cũ plura, seu vt inquit *Marsil. tract. de Bannit. §. sententia, 4. in princ.* innumera sint, decreueram illa methodo aliqua explicare, facta distinctione: quòd aut nullitas committatur culpa lata iudicis, vt puta quia prece, vel precio, vel ex breuiloquo pronunciauerit, vel nō visis actis. Aut culpa iudicis, & partis, quæ ab illo extorsit sententiam, vt puta quia non sit conformis libello, vel illo non præmisso, vel præmisso, sed inepto, vel lite non contestata. Aut fauore eius, in quem sententia est prolata, vt puta contra mortuum, vel infirmum, vel absentem non contumacem vere, nec ficte, vel pupillum, vel minorem indefensum, vel non citato illius tutore, vel curatore, vel contra filium familiæ, nō vocato ad iudicium illius patre. Aut quia sententiæ insit vitium latens, vel apparens, vt puta quia illa sit incerta, vel contineat repugnantia, vel sit contraria alteri sententiæ, vel quia non sint transportata acta præcedentis instantiæ, vel prolata ex falsis probationibus, vel sine scriptis, vel falsa causa, rescripto subreptitio. Aut quia sit lata contra Legem, vel Statutum, vel Consuetudinem. Aut quia prolata non congruo tempore, vtpote nocturno, & non diurno, vel finita instantia, vel durante dilatione ad probandum, & alijs capitibus, quæ ad methodum reduci minime possunt, & singula constituunt singulare caput. Propterea nō solum motus rei difficultate, cum non parum fuisset elaborandum sub quo capite singula membra apte essent collocanda; aduertens non in omnibus Curijs, & Dicasterijs, admitti omnes nullitatum species, & genera, quæ in Iure nostro sunt constituta, vel Doctorum interpretatione recepta;

Satis ordinate credidi posse explicari hoc nullitatis sententiarum argumentum, si continuata §§. serie, non facta dicendorum parte in partes, nec ex membris conficiendo, cum legentium tædio, membra, tradam primum, quod Pius Papa Quartus, origine Mediolanensis, licet aliqui velint Bergomensem, ad amputandos palmites litium, nimium cum publico damno
2 in Vrbe luxuriantium, constituit à Rota † observanda esse tria tantum nullitatum capita, vt legitur in *Bullar. Cherubini, constit. eiusdem Pont. 44. & 58.* videlicet, si legitime quis non fuerit citatus ad audiendam sententiam: si sententia fuerit prolata à non habente iurisdictionem: & tertio si fuerit pronunciatum pro eo, vel contra eum non interueniente illius legitimo procuratore. Quam Pianam *Const. Clementis Papæ eius nominis VIII. in eodem Bullar. const. 18.* extendit ad omnes Iudices Romanæ Curiæ & Tribunalia Dominij temporalis Status Ecclesiæ. Et eisdem tribus capitibus exceptis, subdam capita reliqua, addendo, an de stylo Curiæ, vel Consuetudine, vel Principis constitutione fuerit illorum aliquibus derogatum si id ab aliquo scriptum reperiam. Interim verò amantes sciant, quid sancitum fuerit Romæ, & obseruandum sit à Rota Romana.

§. III.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla, si fuit lata parte non citata. 1. *& quare.* 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 26. 27. 29. 30. 32. 33. 34. 44. 48. 50. *Limit.* 18. 19. 20. 25. 28. 31. 35. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.
Stylus Rotæ in proferenda sententia ante ferias generales. 40
Vantius reprobatur. 39
Sententia quomodo probetur lata non citata parte. 4
Interlocutoria differt à diffinitiua. 18.
Vniuersitas qualiter citetur. 26.
Stylus non citandi ad sententiam, vbi est conclusum in causa, qualiter intelligatur. 28.
Mora vbi est allatura periculum, ordo est non seruare ordinem. 42
Solemnitas perperam adhibita vitiat actum. 52

1 PRimò itaque sententia est nulla, si fuit prolata † parte aduersa non citata. *l. ea quæ, C. quomod. & quand. iud cap. tenor. de sent. & re iud. cap. cauent, cap. omnia, 3. q. 9. clem. pastoralis, de re iud. l. 3. §. Stichus, ff. de statu liber. vbi Bart. Rol. à Val. conf. 53. lib. 4. num. 17. & seq. Vant. de nullit. ex defect. citat. numer. 1.* vbi idem præstar. *Gabriel. de citation. conclus. 1. nu. 1.* & dixi in meis collectaneis ad *d. cap. tenor. Rota recent. decis. 409. part. 1. n. 1. & decis. 486. part. 2. num. 2.*

2 Rationem † referunt *Rol. à Val. conf. 53. lib. 4. num. 18. & seq. Vantius de nullit. ex defect. citat. num. 2. & seq.* Et hæc regula intelligitur volente eo, cuius interfit sententiam esset nullã, vt dixi *infra lib. 2. cap. 15. vers. intellige omnes limitationes.*

3 Ampl. etiam vbi citatio † est minus legitima, vt dixi *infra lib. 2. cap. 15. §. 4. Rol. à Val. conf. 32. num. 20. & conf. 41. lib. 1. nu. 5.*

4 Quomodo autem probetur negatiua, † quod sententia fuerit prolata sine citatione, vel minus legi-

legitima, videndi sunt Vantius de nullit. ex defect. citat. num. 12. & seq. Surd. cons. 88. n. 1. cum alijs relatis in meis Singularibus, §. negatiua probatur.

Ampl. etiam quod fuerit prolata † à supre-
4 mo Principe. Bald. l. si imperialis, C. de iuris & facti ignor. numer. 3. clement pastoralis, §. cæterum de re iud. vbi in meis collectaneis retuli, qui ampliationem istam angustantem Principum datam à Deo, vel hominibus potestatem, late examinant relatis in multis articulis, et distinctionibus, Doctorum pugnis, & inter cæteros retuli Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 13. & seq. à quo Gabriel. idem præstans, de citat. conclus. 1. nu. 9. & seq. pluribus desumpsit methodum suæ conclusionis examinandæ. Gram. decis. 19. numer. 15. & nouissimè Rudolfin. in tract. de potestat. Principis cap. 6. num. 4. & seq. Felin. cap. ea quæ, de re iud. num. 3. Put. decis. 114. lib. 1. Gomes in compend. Signat. num. 70. & 71. concluden-
5 tes defectum † citationis ad sententiam, non posse à Principe sanari, nec tolli per clausulam, supplentes. Tuscus late conclus. 270. citatio, & conclus. 272. citatio, nu. 52. & seq. Cassad. decis. 7. de rescript. num. 6. in fin.

Ampl. etiam quod in toto processu quis fue-
6 rit † contumax. Ias. l. ne quicquam ff. de offic. proconsul. num. 50. Asinius in praxi part. 1. §. 7. capit. 5. limit. 25. num. 2. Gabriel. de citat. conclus. 1 num. 252. Tuscus conclus. 269. citatio. num. 11. Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 71. Vide infra limit. 10.

7 Ampl. etiam si iudex extraiudicialiter † procederet, vel haberet facultatem procedendi de iure, & de facto. Bald. in cap. 1. de inuest. in marit. fact. num. 10. Mantic. decis. 299. nu. 2. & seq. Gabriel. de citat. conclus. 1. num. 39. 63. & seq. vbi refert dissentientes, & nu. 254.

8 Ampl. etiam si agatur de expellendo iniustũ † possessorem, qui fuerit citatus per proclama, vel ignoretur, vt pluribus probat Gabriel. de citat. conclus. 1. num. 68. & seq. limitando si agatur de restitutione possessionis antiquæ occupatæ, vel iniustitia possessionis esset notoria.

9 Ampl. in quacunque instantia feratur † diffinitiua. Gabriel. de citation. conclus. 1. nu. 94. adidẽdo hanc extensionem carere omni dubio.

10 Ampl. siue sententia sit ferenda in petitorio, siue in possessorio. Afflict. in procem. constit. Regni, quæst. nona. Socin. cons. 12. vol. 1. Gabr. de citation. conclus. 1. num. 253. & 257

11 Ampl. etiam vbi parte citata † ad sententiã, iudex mandat illam ab alio proferri, nam illo pronunciante sine partis citatione, sententia est nulla. Gabriel. de citation. conclus. 1. n. 114. Rota tamẽ obseruat, vt mortuo Auditore, coram quo quis fuit citatus ad sententiam, alius absque alia citatione illam subscribat, quia omnes de causa simul cognouerunt, & vnum Tribunal constituunt. Put. decis. 338. part. 1. addendo aliud obseruari in alijs tribunalibus, Iurisdictionem tamen subscribendi sententiam in relato casu, vel vbi Auditor differt pronunciare, vbi Rota dixit causam terminandam esse, vidi meis tẽporibus sibi assũpsisse Rotæ Decanum Serafinũ, vbi mandatũ fuerat Coccino, vt litẽ sua sententia finiret. Dicta Putei quoad alia tribunalia limitat Mãtic. decis. 84. conclus. n. 2. vbi causa esset alteri delegata in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, vel conclusum esset in causa.

12 Ampl. etiam in sententia † excommunicationis, etiam quod contumacia sit notoria, & verificata penes acta. Gabriel. de citation. concl. 1. num. 153. & seq. vbi relatis dissentientibus declarat extensionẽ istam procedere, nisi excõmunicatio fieret pro futuris culpis, vel feratur super declaratoria excommunicationis iam incursæ; vel excommunicatio indicitur ipso iure, vel in pœnam delicti; subdens num. 160. & seq. quid dicendum de sentẽtia qua, quis declaratur, vt tanquam excommunicatus euitetur à Christi fidelibus.

13 Ampl. etiam in sentẽtia quæ feratur † ab obseruatione iudicij. l. properandum, §. & quidem, C. de iud. vbi Bald. Castr. & Salic. Milis in repert. §. citatio requiritur ad absolutoriam. Bald. in l. tres denunciationes, C. quomod. & quand. iud. Gabriel. de citation conclus. 1. nu. 75. et 240.

Contrarium tenet Marsil. in l. de vnoquoque ff. de re iud. num. 42.

14 Ampl. etiam si causa sit remissa † decidenda arbitrio iudicis. Cuman. cons. 6. Gabriel de citation. conclus. 1. num. 246.

15 Ampl. etiam in sententia ferenda † super cõfirmatione electionis. Felin. in rub. de re iud. Gabriel de citation. conclus. 1. num. 167. 274. & 283.

16 Ampl. etiam si causa † sit summaria. glos. clem. sæpe verb. defensiones de verb. signif. Capic. decis. 1. num. 35. Gabriel. de citat. conclus. 1 num. 36. & seq. ampliando etiamsi adesset Statutum, quod procedatur absque aliqua solemnitate, vel de facto, vel omisso iuris ordine, vel siue figura iudicij. Tuscus conclus. 269. citat. num. 4. addendo idem dici si iudex habet facultatem procedendi de plano, sine strepitu, & figura iudicij. & conclus. 272. citatio. num. 36. concludit idem dicendum, si iudici data fuerit facultas procedendi prout voluerit, vel iuxta suam conscientiam, vt subdit idem Gabriel. ibidem num. 378. vbi in hoc refert dissentientes & concordant Ias. in l. fin. C. vnd. legitim. nu. 10. seq. & 16. & seq. Dec. num. 13. in fin. & num. 14. Ias. in l. nequicquam, ff. de offic. procons. n. 14. & seq. vers. decimoquarto. Asinius in praxi, §. 7. c. 5. limit. 6.

17 Ampl. etiam vbi fuit prolata † ad fauorem absentis non citati. Bart. in extrau. ad reprimendũ, §. figura in fin. et in l. ea quidẽ, C. quomod. et quand. iud. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 10. Gail. obseruat. 109. lib. 1. num. 1. Ias. in l. nequicquam, ff. de offic. procons. n. 48. testans de communi, tacite asserens non differre, an illa fuerit pro actore, vel reo, modò senten-
18 tia sit diffinitiua; secus † si interlocutoria fuerit. Rom. singul. 193. Iudex, vbi addentes volunt hoc procedere, quia agitur de rigore iuris conseruando, seu, vt inquit Marsil. in l. de vnoquo-

quoque, ff de re iud.n.35.circa fin. quia ius absenti n6 quæritur, & dū in prin. firmasset hanc extensionem, illam in fine limitat, si sententia feratur pro reo in causa criminali, & dixerat Roman. d. singul. 193. & repetit Tuscus relato Cast.consil.269.citatio, num. 13. 17. Auffrer. ad Capel.Tholos.decis. 102.num.3.limitando tamen

19 si † sententia feratur pro minore, vel ecclesia, vel fisco, & similibus, qui pari gaudent priuilegio. Bal.in l.ea qua,C.quomod.et quand. iud.num.6.declarans procedere, si absens, pro quo fertur sententia, nullo modo fuit citatus; secus si saltem semel, & sententia feratur contra instantem illam proferri. Gabriel. de citation. conclus.1.num.66.& seq. vbi relatis dissentientibus, sequitur istam opinionem, limitando tamen si partes dedissent facultatem iudici procedendi sine citatione. Quæ dixi de sententia

20 † lata ad fauorem fisci, late probat Afin.in prax.§.7.cap.5.limit.67.

21 Ampl.etiam in sententia arbitri† vel arbitratoris, etiam quod illis data esset facultas laudandi partibus absentibus. Spec.de arbitr. §.excipitur in fin.Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re iud.num.28.& 34.qui plures consentientes refert. Vantius tract. de nullit.ex defect.citat. num.10.in princ.Alex.tamen in l. si quis arbitratu 43.ff.de verb.obligat.num.11.& seq.pluribus, præmissa pugna Doctorum, an ad sententiam arbitri, vel arbitratoris requiratur citatio, distinguit num.14.an in compromisso fuerit dictum, quod possit arbitrari partibus absentibus, vel partibus non citatis, & inter sententiam arbitri & arbitratoris, illum videto, quia singularia sunt illius dicta, quæ deinde late enucleauit Ias.in l. nequicquam, ff. de offic. proconsul. nu.54. & seq. plurib.& post Ias. Vrsil. ad Afflic.decis.283.nu.13.& seq. Brun. a Sole quæst. 12.qui late examinat quando in arbitratoris sententia requiratur citatio: quod prius præstiterat Cuman. cons.7.primum. num. 2. & seq. Iacob. Laurent. de iud. suspect. cap. 7. num.82. limitando si Statuto, vel pactum con-

25 uentione remissa esset citatio in sententia † arbitri, & idem dixerat Cuman.d.cons.7.n.14. & latissime examinat Gabriel. de citat. concl.1. num.43.cum decem seq.& num.178. & seq. et num.221.et conclus.272.citatio, num.60.

26 Ampl.etiam vbi fuit prolata † contra vniuersitatem, quæ qualiter citetur, videnda glos. in cap.si capitulo, verb.facto de concess.præbend. Marant.in prax.part. 6. de citation. num. 94. Luc. Petus in prax. lib. 1. capit.8. numer. 56. & seq.

27 Ampl.præsertim si agatur † de sententia realiter exequenda, id est de captura seu carceratione. Bart.quæst.6. Lapus num.3.vers.septimo.Socin.de citation. artic.17.num.5. & seq. Ianin. de citation. real.cap.1. num.1. Nam si probata fuerit sine partis citatione, est nulla. Gabriel de citation.conclus.1.num.53.subdens num.54.& seq. quid dicendum, stante Statuto quod debitor capi possit instante creditore, etiam non præcedente citatione. Et idem repetit Card.Tuscus conclus.27. num.8. & seq. Marsil.in l.de vnoquoque, ff. de re iud. nu. 29. & seq.

28 Ampl.vt in citatione † sit exprimendū, quod quis citetur ad sententiam, glos.in cap.contumacia, verb.respondeat, vers.sicut & in sententia, de hæret in sext. Alex. cons.10. ponderatis, lib.5.num.5. vbi plures cumulat; addendo non sufficere verba æquipollentia, vt puta ad audiendam voluntatem domini, & alia similia, vel parum difformia verba, vt per Caualer.decis.376.Domini num.1. et seq. Tuscus conclus.269.Citatio, num.4.circa fin.& nu.7. Roman singul.372.citatur. Mantic. decis.301. n.4.addit procedere etiam quod fuerit in causa conclusum, nisi stylus sit in contrarium: qui stylus intelligitur, si conclusio sit vniuersalis ad totum processum: & post Mantic. aliter declarat Manzaned. in Pacen. Decimarum, 3. Iunij 1622.relati a Tusc.conclus.269.citatio,

29 num.1.4.5.7.& seq. ampliando etiam † quod pars fuerit alias citata in discussione negotij, & sententia esset ferenda a Principe, vel diceretur in sententia partem fuisse citatam, nisi ageretur de sententia longum ante tempus lata, vel parte præsente. Rota diuers. recent. decis.486.p.2. num. 7. addendo adeo debere esse specificam

30 † ad sententiam, vt non sufficiat monitio iudicis, quod lapso termino deuenier ad determinationem causæ, Angel.de malef.§.qui iudex, 3.

31 nu.1. Limitando in criminalibus, vbi reus non est contumax, secus si fuerit contumax, & dixi latius infra.

32 Ampl. præsertim in causis† criminalibus, vt late prosequitur Tuscus conclus 267. citatio. num.15.& seq.& conclus.272.citatio, nu. 31. & seq.

Contrarium tenet Marsil. in l.de vnoquoque, ff.de re iud.num.122.& seq.

Ampl.etiam vbi profertur a successore iudicis,

33 † qui non expressa persona, ad cuius fauorem pronunciasset, dixerat, Pronuntio prout in cedula, quam non subscripsit: nam si subscribatur ab illius successore, sententia est nulla. Put. decis.338. lib.1. in fin. dum prius dixisset aliud seruari in Rota.

34 Ampl.etiam vbi vnus ex pluribus † conuentis, non fuit ad sententiam citatus, nam est nulla quoad omnes, ratione indiuiduitatis sententiæ, l.creditor, C. de dist. pignor. Afflic. decis.358.nu.3.Bald.l.1.C.de error.calcul.n.63. vers. aut continet quid indiuiduum. Ruin. cons.129.num.12.& seq.lib.5.Gabriel.cons.56. num.17.lib.1.Ludouis. decis.319. nu.1. vbi addentes extendunt ad plures possessores, & de-

35 clarando procedere vbi interesse † omnium est connexum, ita vt non possit, vt ego addo, oculo diuidi,& dixi infra libro tertio,cap.1.§.3. Caualer decis.396.commissa, num.2.addendo procedere etiam in sententia lata ad fauorem spoliati & in contingentia facti fuisse reuocatam à Rot.sententiam reintegratoriam, non citato vno eorum, contra quos actum fuerat remedio Canonis redintegranda, 3. q.1.

Ampl.vt nullitas sententiæ ex defectu citatio-

36 nis † sit insanabilis, etiam quod supremus Princeps

lib. 2. *cap.* 11. *numer.* 1. *vers. secundo*.

38 Limit. fauore dotis † quoties mulier defuncto marito, vult retinere illius bona pro sua dote, vel iuribus dotalibus, *Surd. consf.* 221. *super*, *num.* 51. *in fin.*

39 Limit. vbi ex actis potest liquidari.† *Serafin. de iuram. priuileg.* 77. *num.* 46. *& seq.* subdens *num.* 48. sententiam dici liquidam, si condemnetur quis in certa quantitate saluo iure faciendi verum, & certum calculum. *Giurba decis.* 60. *num.* 20.21. addendo interim fieri exequutionem. *Cartar. decis.* 49. *n.* 8. *& decis.* 83. *nu.* 1.

40 Limit. vbi est promissa certa † quantitas pecuniæ, vel tritici, vel plus, & minus, quod facto calculo apparebit debitum, quia exequutio pro summa expressa fieri potest tanquam liquida, non obstante quod facto calculo possit minui, vel augeri. *glos. l.* 2. *verb. conditionalis ff. de in diem adiect. Dec. consf.* 618. *Surd. consf.* 38. *num.* 25. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 28. *num.* 1. *Munoz de ratiocin. cap.* 33. *nonnunquam*, *num.* 27. *& seq.* vbi alios congerit.

41 Liquidatio si fiat † ex consilio, seu peritia peritorum, qualiter fiat, *Burat. decis.* 91. *num.* 3. *vers. quæ nullitas*.

42 Cautela, qua mediante fieri † potest exequutio debiti non liquidi, docet *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *vers. in summa*.

43 Quid autem sit dicendum in † Iudicijs vniuersalibus. *Gratian. discept.* 333. *exequutionem num.* 9. *& seq.*

44 An retardabitur exequutio † sententiæ latæ adiecta clausula, detractis detrahendis, *Peregrinus de fideicom. art.* 50. *num.* 81. *& seq. Cancer. var. resol. lib.* 1. *c.* 17. *de sent. & earum exequut. num.* 499. *& seq.*

45 Singulare vnum addo, quod cum liquidatio † crediti fieri possit per omne genus probationis, *Bald. in l.* 2. *C. de exequut. rei iud. n.* 6. *in princ. Rebuff. de litter. obligat. art.* 1. *glos.* 9. *num.* 11. *Cancer. de exequut. Instrum. quæst.* 14. *nu.* 32. *in fin. &* 33. caueat qui exequutionem instrumenti non liquidi petit, ne iudex factis probationibus interloquatur constare de debito liquido, vel factam fuisse concludentem proba-

46 tionem super liquidatione, quia † causa fieret appellabilis, *Surd. decis.* 27. *num.* 8. *& seq.* id late probat *Scaccia de appel. quæst.* 17. *limit.* 9. *n.* 36. *& seq.* & aduersus *Bald.* concludit *Couar. var. resol. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 1. *circa fin. vers. primum*, eam afferens rationē, quia nihil opponitur aduersus instrumentū, sed aduersus liquidationem cōtra id, quod incerte & sub dubio fuit conuentum, quod vtique est permissum. *Socein. consf.* 51. *lib.* 1. *n.* 5. *et* 6. *Barzius* tamen *de Guarant. q.* 2. *in fin.* distinguit quando sit opus sententia. Id, quod

47 præsertim procederet † si contra liquidationē quid fuisset exceptum, & probatum, vt voluit *Bald. d. l.* 2. *num.* 7. *vers. Statutum enim*, *& ibi addentes* quod vtique licuit reo facere, iuxta textum *in l. petendæ C. de temp. in integ. restit.* ad quem plura cumulaui in meis Collectaneis. *Suarez in l. post rem iudicatam*, *ff. de re iud. num.* 1. *in fin.* concludens posse opponi omnes exceptiones obstatiuas liquidationis. Vel liqui-

48 datio facta † fuisset testibus, *num.* 10. 18. *& seq.* & ratio est quia cum fides testium sit Iudici arbitraria *l.* 3. *ff. de test.* non est addendum grauamen grauamini, vt credatur testibus, & exequutiue procedatur contra eum in quem deposuerunt, quia ad istum effectum requiritur

49 indubitata, & notoria probatio, † quæ non fit nisi per instrumentum. *Coler. de proces. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 12. *& seq. & num.* 15. *&* 18. *vsque ad* 32. *Galles. de oblig. Camer. quæst.* 27. *num.* 4. *& seq.* Cessarent tamen præstata, si liquidatio

50 probaretur † confessione debitoris. *Coler. de process. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. *&* 20. vbi docet modum eruendi talem confessionem a debitore, vel apoca illius manu scripta, vel subscripta. *Galles. ibidem num.* 10. *& seq.* subdens *num.* 35.

51 *& seq.* pluribus quomodo † liquidetur interesse promissum in genere.

52 Appellatio qualiter concipiatur † quoties decernitur exequutio non facta liquidatione, *Rot. diuers. decis.* 100. *part.* 1. *numer.* 27. *in fin. &* 29.

53 Appellatio an detur † a liquidatione. *Rot. diuers. decis.* 100. *part.* 1. *num.* 29. *& seq.*

Quia in præcedentibus sæpe feci mentionem de debito & probatione liquida, non inutile erit

54 referre quando debitum † seu creditum vel instrumentum seu probatio sint liquida. Et licet *Modestinus lib.* 4. Pandectarum relatus a Triboniano, & socijs *in l. debitor*, *ff. de verb. signific.* breuiter id expresserit, inquiens eum dici debitorem, a quo inuito exigi pecunia potest; attamen quia breuitas parit obscuritatem iuxta illud *Horatij*, *Dū breuis esse volo, obscurus fio*; & de multis dubitari contingit vt dixi in meis Collectaneis ad *d. l. debitor*; vtile erit, quæ idem I. C. breuibus expressit, latius referre declarando, quando creditum, & exequutio dicantur liquida, subdendo quando idem dicendum de instrumento, seu probatione.

55 Debitum itaque seu creditum est liquidum † vbi inspecto saltem statu temporis quo petitur, certam continet quantitatem, licet in progressu processus possit augeri vel minui. *Dec. consf.* 618. *in casu*, *num.* 5. vbi loquitur de laudo arbitri qui condemnauerat in certa summa saluo iure faciendi verum, & certum calculum. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 2. *glos. vnic. num.* 31. *Gratian. discept.* 182. *num.* 31.

56 Item vbi ad illud soluendum † non est apposita dies; nam si apponatur, antequam illa cesserit & aduenerit, debitum est illiquidum. *Dec. consf.* 682. *in causa*, *num* 9. *l. cedere diem*, *ff. de verb. signif. Rebuf. de litter. obligat. artic.* 2. *glos. vnic. num.* 73.

57 Item vbi est purum, † nec habet tacitam vel expressam conditionem, *l. cedere diem*, *ff. de verb. signif. Dec. consf.* 682. *in causa*, *n.* 9. *Rebuf. de litter. oblig art.* 2. *glos. vnic. num.* 71. *& seq. Crauet. consf.* 212. *num.* 10. *Dec. consf.* 107. *col. fin. vers. & ideo*, & ratio est quia debitor sub con-

58 ditione † non est proprie debitor. *Thesaur. quæst.* 121. *lib.* 4. *num.* 1. *Rebuf. de litter. obligat. art.* 2. *glos.* 1. *num.* 17. *et seq. plurib.* concludens

non

non posse peti nisi probato fuisse verificatam conditionem, idem late probat *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 2. Bald. l. 2. C. de exequut. rei iud. num. 7. & 8. Suarez* plura exempla referens, in repet. *l. post rem iudicatam, ff. de re iud. limit. 4. num. 1. & seq.*

59 Item vbi petitur ab ipsomet creditore,† secus si ab alio illius nomine, vel ex iure cesso, vel successione eiusdem creditoris, nam donec legitimata fuerit persona volentis exigere, debitum est illiquidum, propter probationem extrinsecus faciendam. *Alex. cons. 115. lib. 5. numer. 10. in fin.*

Item creditum, seu instrumentum dicitur liquidum, vbi ex sua natura debitum nullam

60 † habet annexam qualitatem extrinsecus probandam, vel adminiculandam. *Surd. decis. 27. numer. 7.* veluti si petatur dotem restitui, vel solui legatum relictum sub conditione, nam nisi probetur venisse casum dotis restituendæ, vel purificatam esse conditionem, debitum dotis, & legati non est liquidum. *Lofred. cons. 18. tota nu. 3. Asinius de exequution. §. 1. cap. 29. nu. 13. Rolan. à Val. cons. 20. lib. 1. num. 13. Rebuf. de litter. obligat. art. 1. glos. 9.* qui loquitur de cessionario, qui agens ex iure cesso debet probare

61 ius cedentis: & idem dicitur de † instrumento, quod non est liquidum, si egeat extrinseco adminiculo pro illius exequutione. *Lofredus cons. 746. num. 5. & 6.*

Item creditum, seu instrumentũ dicitur liqui

62 dũ vbi constat de quãtitate, qualitate crediti, & ex instrumento ista probantur. *Bald. l. fin. C. de compens. & in l. 2. l. de exequut. rei iud. Ias. l. 1. ff. de edend. num. 3. Coler. de proces. part. 3. cap. 1. num. 3. & 4. Cras. de except. cap. 36. nu. 10. Menoch. cons. 746. de multis nu. 7.*

63 Item creditum dicitur liquidum,† quod probatur publico instrumento, cui fides sit præstanda. *Coler. d. cap. 1. num. 87. & seq.* examinat, an idem dicendum de scriptura priuata. Quando autem instrumentum dicatur publicum, & in forma probanti, dixi *infra cap.*

Intelligas tamẽ proximas duas declarationes, quoties legitima non obstat exceptio, & alia non eget probatione. *Surd. decis. 27. num. 6. & seq. Asinius de exequut. §. 1. 29. nu. 7. Cras. de except. cap. 36. num. 14. Osasc. decis. 127. nu. 7. et seq.*

64 Item creditum dicitur liquidum,† quod probatus confessione debitoris. *Coler. de process. part. 3. cap. 1. num. 9.* quia in confessum nullæ sunt partes iudicis, quam in condemnando, & exequendo. *l. vnic. C. de confes. l. 1. l. certum, ff. eod. Ripa. l. si insulam, ff. de verb. oblig. nu. 15. Marsil. singul. 184. si vero.* Modò tamen confessio non sit à iure reprobata, vt de confessione dotis à marito facta, quæ regulariter non valet, seu non probat dotis numerationem. *glos. l. assiduis, §. cum enim, verb. dote, C. qui potior. in pign. hab. l. 1. C. de caut. non numer.*

65 Item, quod † nulla exceptione turbati potest, *Serafin. de iuram. priuileg. 74. num. 67.*

66 Item creditum dicitur liquidum,† de quo cõstat publico instrumento paratam habente exequutionem, quamuis in eodem instrumento promissio esset facta pacto nudo. *Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iud. num. 9.*

67 Item creditum dicitur liquidum, † quod sine mora, seu incontinenti probari potest. *l. qui de inoffic. testam. l. is à quo, ff. vt in possess. leat. Bart. l. post rem, ff. de transf. col. 2. quæst. 9. Gras. de except. cap. 36. num. 6. & seq.* vbi declarat

67 quantum † temporis spacium concedatur, vt dicatur facta liquidatio incontinenti, & latius dixi *de Laudem. lib. 4. quæst. Ruin. cons. 152. lib. 4. num. 9. & cons. 2. lib. 5. num. 14. Gras. de except. cap. 36. num. 6. & seq. Osasc. decis. 129. num. 13.*

68 Item creditum † dicitur liquidum, quod probatur chyrographo debitoris ab eodem scripto, vel subscripto, & recognito coram Iudice ab ipso debitore, vel pronunciato pro recognito in illius contumaciam. *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 4.* vbi singulare vnum addit, quod talis recognitio chyrographi, probat in præiudicium debitoris, non autem creditoris illius; nisi à die factæ recognitionis, quo casu æquipollet publico instrumento.

69 Non est liquidum, vbi præsupponitur † aliquid esse præstandum, vel faciendum illius causa, si non fuit probatum illud fuisse factum, vel præstitum. *Dec. cons. 251. num. 5.*

70 Item si tacitã, vel expressam contineat † conditionem. *Dec. cons. 107. in fin. & cons. 105. n. 1. 42. num. 6. Tuscus conclus. 490. exequutio, num. 4.* vbi plures consentientes refert, veluti si sententia sit lata contra aliquem reseruatis iuribus deducendis. *Cancer. var. resolut. tom. capit. 17. de sentent. exequut. num. 500. & seq. vers. si vero.* qui loquitur in casu melioramentorum.

71 Item si non exprimatur † causa debiti. *l. 2. §. circa, ff. de dol. except. cap. si cautio de fide inst. l. cum de indebito, §. fin. ff. probat. Rebuf. de litter. obligat. artic. 1. glos. 9. nu. 25* relato *Dec. cons. 682.* aliud sentiente. *Coler. de proces. par. 3. cap. 1. num. l. scire legis, ff. de legib. cap. intelligentia de verb. signif.* Ita de debito, tunc demum liquere dicitur quando constat, vel liquet de causa debiti. *cap. si cautio, vers. indeterminate loquatur, & vers. sed si causam ext. de fid. instr. l. cum indebito, §. fin. vers. causas explanauit de probat. & dixi infra capit.*

72 Item si exprimatur causari debitum † ex causa quæ defecerit, veluti si petatur exequutio pro pensione domus, à qua conductor fuit expulsus. *l. ex conducto, ff. locat. Roman. cons. 417. Alex. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matr. num. 6. Brunus de interitu, conclus. 11. & 16. Gales. de obligat. Cam. quæst. 17. num. 12.* vbi *Zachias num. 79. & seq.* addit procedere etiam si peteretur exequutio ex contractu iurato, & adesset Statutum reijciens omnes exequutiones quia per defectum causæ deficit partium consensus. *Gratian. discept. 273. nu. 20. & seq.*

73 Item vbi de illo tantum † constat ex assertione partium, si simus in casu, quo de debito realiter constare debet. *Osasc. decis. 172. nu. 1. & seq. plurib.*

74 Item vbi non habet diem † qua sit soluendum

dum; nam si non præcedente præfixione termini ad soluendum fiat exequutio, illa erit nulla & reuocanda. *Rebuf. de litter. obligat. ar. 2. glos. 1. num. 25. & seq.* subdens quid dicendum si solutio fuerit promissa ad voluntatem creditoris.

75 Item vbi ad illud constituendum † aliqua requiritur solemnitas, quæ aliter non probatur interueniſſe, quàm aſſertione partium. *Oſaſc. deciſ. 172. quoniam, num. 7. & seq.*

76 Item vbi debitor eſt alternatiue † obligatus, ante factam electionem a debirore. *Rebuf. de litter. oblig. artic. 2. gloſ. vnic. num. 28. & ſeq.*

77 Item vbi in dubium † reuocari poteſt. *Serafin. de iuram. priuileg. 74. num. 67.*

78 Item vbi legitima aliqua † obijci poteſt exceptio. *Bald.* loquens de inſtrumento liquido in *l. 2. C. de exequut. rei iud. Surd. conſ. 168. nu. 21. in princ. Oſaſc. deciſ. 129. nu. 7. Craſ. de except. cap. 36. nu. 14. Ant. Monac. deciſ. Bononienſ. 14. num. 11.*

Liquida autem an ſit, & quando dicatur facta

79 † promiſſio de ſoluendis tribus millibus, tribus ſolutionibus, vel triennio, vel tribus terminis, vel in diebus illis, videndus *Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 11. num. 5.*

§. I.

SVMMARIVM.

Vniuerſalia ſuum eſſe habent in intellectu, & potius intelliguntur quam tanguntur. 1.

Sententia lata in vniuerſali iudicio exequi non poteſt ante factam liquidationem. 2. *Exempla plura referuntur ibid. Contrarium.* 5. *Concorda.* 6. 10. 16. 17. 18.

Cautela vt tutò fiat executio, ſi debitum ſit liquidum in parte. 19.

L. 1. C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. declaratur. 3

Intereſſe qualiter liquidetur. 4

In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. 7

Cum lege mitius agitur quam cum homine. 7. *in fin.*

Excluſio hominis fortius excludit excluſione legis. 8. *Limit.* 9.

Stylus Rom. Cur. in facienda liquidatione debiti illiquidi. 11.

Bald. declaratur. 12. 13.

Maritus non poteſt agere ad petitionem dotis, nec mulier ad illius repetitionem, niſi reſpectiuè probetur contractum fuiſſe matrimonium, & eſſe locum repetitioni. 14.

Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. 15. *quando repeti poſſit. ibid.*

1 CVm vniuerſalia ſuum † eſſe habeant in intellectu, teſte *Io. Gram. 1. poſter. c. 20.* potiuſque, vt ego addo, intelligantur quam tangantur; Ideo non conueniunt Docto-

2 res, an exequi poſſit ſententia † lata in vniuerſali iudicio ante liquidationem factam: & negatiuam tenent *Bald. in l. 1. ff. de legat. 2. num. 5. verſ. in gloſ. vt differatur, & Cuman. num. 6. Bart. in l. proinde, §. notandum ff. ad leg. Aquil. n. 3.* concludeus, ſi extet Statutum, quòd inſtrumenta habent paratam exequutionem, ſi quis ſit obligatus emendare damnum, ſi non apparet de illius quantitate, ſi non præcedat iudicis declaratio ſuper illius quantitate, non poſſe fieri inſtrumenti exequutionem. *& ibi addentes verſ. pro Statutis*, referunt *Bart. Bald.* idem ſæpius dixiſſe & præcipue *in l. apertiſſimi, C. de iudic.* concludendo non poſſe concedi capturam vel aliam exequutionem in debitorem ante factam liquidationem *Benedict. Barzia tract. de guarantig. part. 1. quæſt. 2.* vbi plura exempla refert, addendo *Bart. & Bald.* idem ſæpius dixiſſe, cui addo relatos a *Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 11. num. 1. in fin.* eandem opinionem pluribus comprobat, & late *Socin. conſ. 89. dubium eſt lib. 3. nu. 1. Iaſ.* & ab illo, relati teſtans de veriori, *in l. 1. ff. de edend. num. 31. circa med.*

3 addendo † *l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate*, intelligi facta liquidatione, additis pluribus quibus hanc opinionem defendit. *Coler. de proceſ. part. 3. cap. 1. num. 1.* ſubdens *num. 35.*

4 *& ſeq. pluribus* quomodo liquidetur tale † intereſſe, dum prius *num. 15. & ſeq.* tractaſſet an liquidari poſſit teſtibus, ita vt ſit locus viæ exequutiuæ conceſſæ inſtrumento obligationis de illo ſoluendo, & latiſſime *Suarez in repetit. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iud. limit. quarta. Rebuf. de litter obligat. art. 1. gloſ. 9. nu. 14.* concludens & referens ita fuiſſe iudicatum, quod perperam fuerat facta exequutio, & ideo reuocatam, quia non præcedente liquidatione damnorum & intereſſe.

5 Contrarium † tenent *Bart. in l. 1. ff. de edend. num. 8. Caſt. n. 9.* concludentes peti poſſe exequutionem inſtrumenti, in quo ſit mihi promiſſa damnorum & intereſſe refectio, quamuis illa non ſint liquidata, ſi ex Statuto inſtrumentorum promiſſionis habeat paratam exequutionem, & èxequutione facta in bonis, vel perſona promiſſoris, facere liquidationem. relati à *Iaſ. in d. l. 1. num. 31. in princip.* & huic opinioni adhæret ipſe *Iaſ. ibid. num. 32. in fin.* licet prius *num. 31.* dixiſſet præcedentem eſſe veriorem. *Oſaſc.* loquens de ſententia condemnatoria damnorum, expenſarum & intereſſe, *deciſ. 129. num. 10. & ſeq.* relati a *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 11. num. 1.*

6 Contrarietatem conati ſunt † conciliare *Suarez in repet. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. limit. quarta, num. 9.* facta diſtinctione inter intereſſe expreſſum, & tacitum, ſeu inter intereſſe conuentum, & debitum ex lege: vt in iſto petendo agi non poſſit via exequutiua, ſecus in illo, quamuis in vtraque ſpecie facta fuerit liquidatio. Exemplum primæ ſpeciei intereſſe, eſt ſi quis promiſit ſoluere, alias ſit obligatus ad omnia damna & intereſſe: exemplum ſecundæ ſpeciei eſt, ſi quis ſe obligauit ad factum quo non præſtito, cum ſuccedat obligatio ad in-

7 tereſſe † ita lege diſponente, *l. ſi quis pro auo, in fin. ff. de re iud. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. num. 56. in fin. Surd. conſ. 201. num. 1. & conſ.*

conf. 330. *num.* 5. hoc intellectuale, seu vt ego addo, legale interesse non admittit rigidam exequutionem, quam amat conuentionale, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, & de iure instrumenta non habent paratam exequutionem. *l. Celsus, ff. de arbitr. l. minor an-*
8 *nis, ff. de minorib.* & fortius excludit † exclusio hominis, quam legis. *Neuizan. conf.* 2. *num.* 39. *Alex. in l.* 1. *C. qui admit. num.* 6. *Dec. in tertia lectur. num.* 50. *Iacob. Niger num.* 17. *Sapia n.* 25. *Zucard. num.* 43. *& seq.* concludentes plus
9 † operare tacitam legis exclusionem, quam expressam hominis.
10 Aliter conciliauit † *Couar. var resolut. lib.* 2. *cap.* 11. *col.* 2. *vers. in summa,* concludens, eo modo si intelligatur *Bartolus*, non posse arguide contrarietate, vt prius dixerat *Suarez. in l post rem iudicatam, ff. de re iud. num.* 6. addendo errare eos, qui asserunt *Bart.* sibi fuisse contrarium, videlicet, vt summario iudicio citato ad liquidandam incertam quantitatem promissam seu conuentam, & factis legitimis probationibus, fiat deinde exequutio. Id quod prius fuerat dictum à *Suarez in d. l. post rem iudicatam, n.* 6. Et hæc conciliatio esset tenenda in Regno Neapolis, & vbique quoties quis se obligauit ad formam ritus Regni, quo disponitur, vt absque citatione viso à iudice instrumento obligationis relaxetur mandatum, in persona, & bonis debitoris, si alia non sit opus liquidatione.
11 In Romana vero Curia † seruatur, vt citato debitore ad soluendum, vel præstandum, vel dandum, quod dare, soluere, præstare se obligauit in forma Cameræ, si instrumentum sit aliquo modo illiquidum, fiat liquidatio testibus vel instrumētis, & illa facta exequutioni demandatur instrumentum, & liquidatione pendente
12 suspenditur: & hoc est † quod dicebat *Bald. in l.* 2. *C. de exequut. rei iud. num.* 7. *in fin.* concludens instrumenta conditionalia, vel incerta, seu alias illiquida, dum liquidantur, non gaudere beneficio Statuti, sed postquam est interlocutum illa fuisse liquidata; licet, quoad istā interlocutoriam dixerim supra hoc *cap.* 5. *vers. singulare* non tuto admonuisse causarum patronum. *Barz.* tamen *de Guarantig. part.* 1. *quæst.* 2. *in fin.* distinguit quando sit opus interlocutoria *Baldi*, sed illum reprobat *Scaccia de appellation. quæst.* 17. *limit* 9. *num.* 42. *& Tuscus concl.* 474. *exequutio, num.* 7. examinat.
13 dicta † *Baldi* refert, & consentientes cumulat *Rebuf. de litter. obligat. art.* 1. *glos.* 9. *num.* 8. & sequitur *Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. num.* 1. *in fin.* addendo *num.* 6. illum errauisse à *Bart.* late comprobans illud notabi-
14 le à me supra tactum, maritum, † cui sit promissa dotis restitutio, non posse dotem petere, nisi probet fuisse contractum matrimonium, inuehens in doctorem Hispanum, qui aliud scripserat ex apocripho tractatu *Bartoli de Guaranti-*
15 *gia*, quia dos non † potest esse sine matrimonio, vt ego addo, *l.* 3. *ff. de iur. dot. l.* 3. *C. eodem, Natta conf.* 266. *num.* 2. *in fin.* & repetitio dotis non datur nisi præcedat matrimonij solutio, vel mariti vergentia. *l.* 2. *ff. solut. matr. l. in rebus, §. omnis, l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* vel accidat casus à vergentia parum distans, vt puta si maritus abutatur rebus suis retinendo concubinas. *Put. decis.* 264. *lib.* 3. *nu.* 1. *Marsil. sing.* 234. *paria nu.* 2. *glos. ad consuetud. Turonens. de success. feud. art.* 33. *col.* 1. quæ præterea docet quomodo probetur talis abusus. *Castil. quotidian. controuers. lib.* 4. *part.* 1. 1. *cap.* 26. *num.* 1. *& seq.*
16 Aliter conciliare † tentauit *Socin. conf.* 89. *dubium lib.* 3. *num & seq* & nouissime *Scaccia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 24. *& seq. Coler. de process. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 32. *& seq.* sed quia in pluribus conueniunt cū antecedentibus, illas videto. Breuius tamen conciliat
17 *Ostasc. decis.* 129. *num.* 16. *in fin.* quod si † fructus & interesse petantur principaliter, liquidatio sit facienda ante sententiam, secus si petantur accessorie.
18 Relatas conciliationes † *Suarez, & Couar.* prius retulerat *Roman. conf.* 211. *num.* 5. & ego antequam hæc scripsissem, breuiter demonstraueram in duabus postremis limitationibus, quas dedi regulæ constitutæ *supra hoc cap.* 5. quas latius non repetam.
19 Si autem debitum sit in parte liquidum, † & in parte illiquidum, caute faciet debitor, si interpellet creditorem ad recipiendam eam partē, alias eam decreto Iudicis illam deponat, offerens se reliquum soluturum facta liquidatione, quia euitabit exequutionē, & idem erit, ac si totum soluisset. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 1. *glos. num.* 12. *& seq.* inferens ad casum retractus gentilitij, si eisdem pretio, & pactis consanguineus, vel vicinus velit emere: idem pro cautela docet ad euitandas vlteriores vsuras, *Coler de process. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 43.

§. II.

SVMMARIVM.

Exceptio liquidationis, est fauorabilis, & quare 1. 2. *non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones.* 5. *& quare.* 7.
Exceptio omnis est admittenda, nisi reperiatur probibita. 2.
Non esse, & non apparere sunt paria. 3
Actore non probante reus absoluitur. 4. *Ampl. ibid.*
Statutum Mantuanum declaratur. 7
Baldus reprobatur. 8

1 EXceptionem liquidationis, esse fauorabilem † constat, non tantum, quia tanquā species defensionis, & reorum propugnaculum ad propulsandam actorum intentionem *§.* 1. *inst. de except.* vbi *Aretin. num.* 11. sit ad-
2 mittenda † vbi non reperitur in specie exclusa. *Alex. in l. libertus* 14. *ff. de in ius voeand. Crau. conf.* 241. *col.* 15. *vers. præterea*, sed etiam, quia cum ante factam liquidationem nō dicatur ap-
3 parere de credito, quia non entes † & non apparen-

parentis eadem est ratio, *l.in tempus §.1.ff. de hæred. instit.l.si ita fuerit, ff.de reb. dub.l. idem Pomponius, §.fin.ff.de rei vendic.Dec.conf.272. viso processu, num.5. Neuizan. conf.12. nu.5.* inde factum commune assumptum, vt actore multa allegante, & nihil probante, reus † absoluatur. *l. actor. C. de probat.* etiam quod nihil probauerit, *l.qui accusare, C.de edend. Mantic. decis.211.num.5.* vel constet nullum ius habere. *Verall.decis.11.part.1.num.2.*

Ideo Statuto, vel conuentione reiecta omni exceptione, † non censetur reiecta exceptio liquidationis *Bald.in l.2. C. de exequut. rei iud. num.2.& 6. & conf.165. Statutum, num. 1. vol.4.Cast.conf.169.viso puncto in dubio in fin. vol.2. Curt.iun.l.fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.n.5.Menoc.de adipiscend. poss. remed.3. num.190. Crauet. conf.231. circa præsentem, num. 9.* vbi refert *Socin.* idem sæpius firmasse *Surd.* loquens de Statuto † Mantuano, quo instrumenta habent paratam exequutionem, vt cesset si creditum non sit liquidum, etiam quod Statuto reijciatur omnis exceptio, *decis.27. Dominus, num.5.& seq.Menoc. conf.746.de multis, num.4. Asinius de exequut.§.1.cap.29. Quoniam, num.18.Coler.de proces.part.3. c.1. num.41.circa med.*

Ratio est, quia tale Statutum † est correctorium iuris communis, quo inspecto instrumenta non habent paratam exequutionem, *l.minor, ff.de minor Osasc.decis.129.num.2. Franc.Bec. conf. 17.num.1.Serafin.de iurament.priuil.77. num.1. Cefal. conf.507.num.4. Ruginel.pract. quæst.cap.20. num. 1.* qui innumeros consentientes referunt. Propterea vt minus quo fieri potest deroget illi, *Natta.conf.74.puto, nu. 8. Rota diuers. decis.475.part. 1. num.6. Honded. conf.1.lib.1.num.31.& seq. Franc. Bec. conf.1. num.8.* addendo communiter reprobari *Bald.* † volentem Statutum contra ius commune generaliter intelligi, vt censuit etiam *Parisius conf.83. lib.3. num. 53.* restringendum est ad instrumenta liquida, exclusis illiquidis, *Osasc. decis.129.num.1.& 2.in fin. & num.3.& seq. & 8. in fin.*

CAP. VI.

SVMMARIVM.

Executio est facienda ex sententia valida & liquida, alias est nulla. 1.& quare. 2. Ampl. 4. 5.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.

Sententia ex quibus sit nulla. 3.

Angelus declaratur. 6.

Sententiam nullam iudicis ecclesiastici quando laycus reuocet. 5.6.

Sententia nulla quando confirmari possit. 16.

1 Sexto ad validitatem exequutionis rei iudicatæ cauendum est vt illa fiat ex sententia † valida & liquida, & quæ exceptione aliqua nullitatis infici non possit, nam quamuis illa fuerit seruatis seruandis facta, ex antecedenti tamen vitio corruit facta exequutio. Vt enim

2 In † fidibus concentus fit ingratus, si nervorum non fuerit iuxta artem tensus, vel temissus, sic præcedens vitium nullitatis sententiæ continuatur in illius exequutionem tanquam quid consequens ab illa, *l.2.§.qui habet, ff. de seruit.rustic.præd.Rom.l.si aliquam rem.ff. de acq. possess. num.3. circa med. Caldas conf. 39. num.24.& seq.Crauet.conf.302.in hac num.5. Anton. Monac. decis. Bononiens.14.num. 12. Soccin.iun.conf.41.lib.2.num.17.& seq.*

3 Quibusautem ex causis seu † modis & capitibus sententia sit nulla, dixi *infra hoc cap. §. 3. & seq.pluribus.*

4 Ampl.vt volenti exequi sententiam † nullam liceat de facto resisti, *glos.cap. ex litteris 29. verb.decernetis irritam, de offic. delegat* & dixi *infra §. 1.*

5 Ampl.vt iudex laycus possit reuocare † exequutionem sententię ecclesiastici iudicis, quando sibi constat de nullitate sententiæ exequutę, & est ipse exequutus sententiam non requisitus ab ecclesiastico; secus si requisitus, quia ad ecclesiasticum spectat reuocatio. *Angel.conf.276. punctus, num.6.vsque in fin.* licet *Card. Tusc. conclus.492.exequutio, num.7.* telato *eodem Angel.* absolutè dicat, secularem iudicem reuocare posse exequutionem sententiæ inualidæ, vbi lata est contra hæreditatem iacentem, vel minorem indefensum: videbantur enim

6 mihi dura dicta † *Angeli*, & visa reperi illa posse temperari, vt dixi, & scripsit idem *Angel.* & dixi *infra lib.2.cap.12.vers.ampl.vt iudex laycus.*

7 Ampl.præsertim † si nullitas deregatur ex vetre ipsius sententiæ, *Roman.conf.51.attentis, Tuscus conclus.492.exequutio, num.8.*& dixi *infra lib.2.cap.15. §.6.*

8 Ampl. præsertim vbi nullitas † allegatur ex defectu iurisdictionis, *glos.cap.ex litteris 29. verb.decernetis, de offic.delegat.Bald. conf.399. circa medium, vers. quadam veniunt. lib. 4. Tuscus conclus.409. num.26. exequutio, n.26.* & dixi *infra lib.2.cap.15.§.3.& dicam infra hoc cap.6.§.7.*

9 Ampl. præsertim si non iustificetur † ex actis, & negentur acta. *Bald.conf.399.nec præsumitur, lib.4. Tuscus conclus.492. exequutio, num. 25.* nisi forte probetur lata parte præsente, vt subdit *Tuscus ibidem num.28.*

10 Ampl. præsertim vbi constat latam † fuisse, non præcedente libello, litis contestatione, & alijs solemnibus. *Bald.conf. 399. lib.4. Tuscus conclus.492.exequutio, num.27.* nisi vt idem subdir, probetur fuisse latam parte præsente.

11 Ampl. præsertim si nullitas sit euidens † seu manifesta, id est, quæ deregatur ex eisdem actis, nam iudex non debet, nec potest illam exequi: & si exequatur, licet appellare & dicere de nullitate. *Bald.conf.225.in causa, lib.5. in princ. Tuscus concl.490. exequutio, num.1.*& dicam *infra hoc cap.6.§.*

12 Ampl.præsertim si sententia sit nulla † ex defectu mandati actoris, vel rei. *Tusc. conf. 490. exequutio, nu.30.* & dicam aliqua *hoc c.6.§.4.*

Ampl.

13 Ampl. etiam si adsit Statutum, quod † sententia sit exequenda, nam contra illam licet excipere de nullitate. *Corn. conf.* 43. *lib.* 1. *numer.* 1.

14 Ampl. quomodocunque sententia † sit nulla, vt dicam *infra* §. 11. vbi retuli capita ex quibus sententia dici potest nulla.

15 Ampl. vt sententia nulla † non possit in vim sententiæ ratificari a partibus, vt late prosequitur *Gabriel. de sentent. conclus.* 11. secus in vim pacti. *Serafin. decis.* 698. *num.* 5.

16 Ampl. vt neque confirmari possit † parte excipiente. *Serafin. decis.* 192. *num.* 1. An autem ex causa valida, *Serafin. decis.* 1289. *num.* 2. *Rol. a Val. conf.* 41. *lib.* 1. *num.* 20. limitat si prima sententia erat nulla, quia lata die feriata, nam confirmari potest à iudice, qui ferat sententiam die non feriata; subdens *num.* 21. secus esse si sententia sit nulla ex inepto libello, quia eo casu iudicis officium est pronunciate sententiam nullam, reseruato iure melius agendi.

17 Ampl. etiam vbi est nulla † ex defectu citationis, vt dixi *infra* §. 3.

18 Ampl. vt debeat esse valida in totum † nam si fuerit nulla pro parte, in totum corruit, vt dixi *infra* §. *Capic. decis.* 51. *Cartar. decis.* 39. *num.* 14. 25.

§. I.

SVMMARIVM.

Iudex nulliter procedens procedit tanquam vnus de populo, & spoliat. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 18. *in fin.* 19. 20. 21. 22. *Sublimita.* 21. *in fin.* 24.

Officiales amantes officia faciliores sunt ad iniustitiam. 25.

Sententiam nullam volanti exequi licet de facto resistere. 3

Delegatus non docens de sua delegatione punitur, si ideo fiat tumultus in populo.

Iudici resisti potest multis casibus. 3. *& seq.*

Glos. cap. ex litteris, 26. *de offic. delegat. declaratur.* 11.

CVm vnde iura vnde iniuriæ minime nasci debeant. *l. meminerint, C. vnde vi l. nec magistratibus ff. de iniur. glos. fin. in cap. final. de confirmat. vtil. vel inutil.* hinc factum, quod iudex nulliter procedens dicatur

1 procedere tanquam vnus de populo. *Abb. in cap. cum causa*, 22. *de offic. delegat. numer.* 4. *in princ. & in cap. conquerente* 7. *de restit. spoliat. num.* 8. *circa fin.* & eum in quem procedit etiam iudicialiter spoliare. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo* per quem textum; ita firmat *Oldrad. conf.* 227. *num.* 1. *in fin. Abb. cap. conquerente* 7. *de restit. spol. num.* 8. *in fin. & in capit. cum causa* 22. *de restit. spol. n.* 4. *Dec. conf.* 125. *num.* 9. *Honded. conf.* 82. *num.* 24. *& seq. lib.* 1. *Mandel. conf.* 287. *nu.* 56. & ideo illi tanquam

2 † spoliatori, nō aliter ac cuicunque alteri personæ volēti quem sua re priuare, liceat de facto, & sine pœna resistere. *Abb. cap. cum causa* 22. *de offic. delegat. num.* 4. *glos. cap. ex litteris.* 29. *verb. denuncietis de offic. delegat.* vbi *Bart. nu.* 14. *&* 25. *Panc. Marc. decis.* 72. *nu.* 9. *Asinius in prax. part.* 1. §. 31. *cap.* 2. *limit.* 1. *numer.* 4. *vers. rursus.*

Ampl. præsertim si nullitas causetur ex defe-

3 ctu † iurisdictionis. *l. extra territorium, ff. de iurisdict. omn. iudic. Abb.* & ibi addentes *in cap. ex litteris* 29. *de offic. delegat. num* 2. *vers sententiam*, concludens ita intelligendam esse *glos. eiusdem cap.* quæ sine distinctione concludit, posse de facto resisti volenti exequi sententiam nullam. *& Barbat. nu.* 14. Et intellectus qui datur *glos.* comprobatur ex dictis *Laneell de attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 50. 109. *& sequen.*

4 dum concludit sententiam † nullam non exequendam, etiam si adsit Statutum mandans illam exequi non obstante quauis exceptione, vt id sit verum in sententia nulla ex defectu iurisdictionis. *Claud. Seysel. in repet. l. vt vim, ff. de iust. & iur. num.* 56. asserens ita intelligi *glos. d. cap. ex litteris.*

Ampl. præsertim si agatur de exequutione

5 sententiæ † iudicis delegati, qui non docet de sua delegatione. *Franc. Marc. decis.* 260. *p.* 1. *num.* 2. *in fin. vers. & aliter. & num.* 4. *Albert. Brun. conf.* 141. concludes non tantum illi resi-

6 sti posse, sed etiam † si capiatur aliquis, vt possit impune ab exequutoris manibus eripi; & si in populo excitentur tumultus, quia delegatus

7 non facit fidem de sua delegatione, † sit ille puniendus, quia donec non facit fidem de sua delegatione, dicitur procedere vti priuatus, & carere iurisdictione, præsertim si is asserat se delegatum Papæ, vel supremi Principis. *l.* 1. *C. de mandat. Princip. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. lib.* 7. *num.* 6.

8 Ampl. præsertim si ageretur † de exequutione sententiæ, qua quis priuaretur sua possessione, & nullitas causaretur præsertim ex defectu citationis. *Oldrad.* loquens de exequutore mero, *conf.* 227. *num.* 2. *circa med. & nu.* 3. *vers. alia est solutio. Abb. in cap. si quando* 8. *de offic. delegat. n.* 2. *in fin. vers. & per prædicta.*

9 Ampl. præsertim † vbi exequutio non est reparabilis per appellationem. *Abb. cap. si quando* 8. *de offic. delegat. num.* 2. *vers. vnde dicerem*, concludens si iudex mandet quem iniuste suspendi, vel torqueri, quod possit cum violentia resisti, & quemlibet posse auxilium præstare condemnato ad torturam, vel laqueum. *arg. textus in l. si quis in seruitute, ff. de furt.* & per dicta à *Gregor. in tota dist.* 23. *quæst.* 3. *Barbat. cap. ex litteris de offic. delegat. num.* 25. *Claud. Seysel. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. num.* 31. & *in repet. eiusdem. l. num.* 58. addit præsertim procedere si fuit appellatum, & *num.* 60. addit idem dicendum, si cum magna difficultate possit reparari, quia, vt addit, impossibilium, & valde difficilium eadem est ratio *l.* 1. *idem Iulianus, §. final. ff. de legat.* 1.

10 Ampl. etiam vbi grauamen † est reparabile per appellationem, si illud sit nororie iniustum, *Abb.*

Abb.cap.si quando, 8.*de offic. delegat. n.*2.*verf. aut grauamen est reuocabile*, addendo ita in-
11 telligendam † esse *glos.in cap.ex litteris* 29 *eod. tit.*quæ vt dixi,simpliciter firmat posse resisti iudici volenti exequi sententiam nullam.

Contrarium, sed quod sit appellandum, tenet *Barbat.cap.ex litteris de offic.delegat.nu.*25. *verf.secus si esset*; licet deinde sequendo *Imol.* non discordet ab *Abb.*

Ampl.præsertim vbi iudex † vult ad exequutionem procedere post interpositam appellationem legitimam,& quæ est admittenda,seu causa est appellabilis. *Innoc.in cap.si quando*, 8.*de offic.deleg.vbi Abb.num.*2.*post med.verf.potest tamen distingui*, *Claud.Seysel in l.vt vim, ff. de iust.et iur.nu.* 32. ea ratione,quia per appellationem erat iudicis suspensa iurisdictio, & volens exequi procedit vt priuata, seu singularis persona de populo, idem repetens *in secunda lectum*, *num.*61.

13 Ampl.vt non solum liceat † ipsi, in quem tentatur exequi sententia nulla, & iniusta, resistere de facto, sed etiam conuocatis amicis,& vicinis, qui etiam si non possideant, nec ius aliquod in re capienda in exequutione habeant possunt impune opem ferre: secus si ille in quem facienda est exequutio, non reclamat. *Abb.cap.si quando*, 8.*num.* 2. *in fin. ff. de offic. delegat.Barbat cap. ex litteris de offic. delegat. num.*25.qui simpliciter tenet tertium posse impedire exequutionem sententiæ notorie inualidæ.*Claud.Seysel.in l.vt vim*, *ff.de iust. et iur. num.*34. idem repetit, limitando si agatur de interesse publico, quia etiam non vocati, & non habentes interesse proprium possunt resistere,vbi apparet quod quis iniuste opprimitur, idem repetens reprobato *Barb. in repet. eiusdē l.num.*61.*in fin.*subdendo, *num.*62.*et seq.* concordiam,vt ille dixerit verum,si exequutio tentatur fieri in persona;secus si in bonis,nisi etiam grauamen esset notorium & irreparabile.

Ampl. præsertim, vt talis facultas resistendi
14 iudici † volenti exequi sententiam nullam, vel iniustam, sit concessa assessoribus magistratuū, qui de illorum consilio iudicant. *Claud.Seysel. in l.vt vim*, *ff.de iust.et iur.nu.*29 *et in repet. eiusdem l. num.* 50. *in prin.* addendo procedere etiam parte non opponente, alias ipsi sunt in culpa, nisi saltem apud acta fuerint protestati, quod non erat procedendum ad exequutionē; quo non relato latius explicat *Anton. Vinter. tract. de offic. assessor. part.* 2. *cap.*12. *num.* 30. *et seq.*

15 Ampl. præsertim vbi nullitas † sententiæ est euidens *Claud.Seysel.in repet.l.vt vim*, *ff.de iust.& iur.num.*52. addendo procedere etiam si non fuit appellatum.

16 Ampl.etiam vbi sententia† est euidenter iniqua, nam cum sententia notorie iniusta sit nulla, non differt ad hunc effectum, an sententia sit nulla vel incerta. *Seysel.in repet.l. vt vim, ff. de iust.& iur.num.*53. & dixi *infra*.

17 Ampl.vt vnicuique liceat iniustum † & irreparabile præiudicium continuo generans exequutionem sententiæ nullæ reuocare. *Curtius relato Angel. in repet. l. vt vim*, *ff. de iust. & iur.num.*1. concludens indebite carceratum posse a quocūque de facto extrahi etiam iudice renitente, etiam non requisito, vt colligitur ex dictis *Claud.Seysel.in repet.eiusdem l. n.* 61. *in fin.*ea motus ratione quia natura cognationem quandam inter omnes constituit.

18 Ampl.præsertim vbi exequutio tentatur fieri extra territorum eius, qui tulit sententiam, *l. final.ff.de iurisdict.omn.iud.l.ex ea causa*, *ff. de postuland.* nisi concurrant requisita quæ refert *glos.in cap. vt litigantes*, *verb. consuetudine*, *de offic. ordin. in sext.* vbi aliqua dixi *in meis Collectaneis*.

19 Limit.vbi dubitatur † an appellatio sit admittenda. *Claud.Seysel in l.vt vim*, *ff.de iust.& iur.num.*33.ea ratione, quia in dubio est iudici parendum, & vt addo, pro illo præsumitur, *l.* 2. *C.de offic.ciuil.iud.l.*2.*§.solet.ff. de hared. vel action.vendit.Ias.in rub.C. qui admit. num.*7. *Menoc.præsumpt.*67.*lib.*2. idem repetit *Claud. Seysel.in repet.d.l.vt vim,num.*61.*in prin.verf. si vero*.

20 Limit.vbi iniustitia † sententiæ est dubitabilis. *Claud.Seysel.in l.vt vim*, *ff.de iust.& iur. num.*33.secus si esset notoria vt subdit *nu.* 34. & latius distinguit *ibidem in repetit.num.*51.*& seq.verf.aut vero est dubium*, *& num.*61.

21 Limit. vbi is, in quem paratur † exequutio, non appellauit, *l. ab eo*, *C. quomodo et quand. iudex.cap.si quando de offic.deleg.Claud. Seysel. in repet.l.vt vim*, *ff.de iust.et iur.num.*52.*in princ.* sublimitando vbi euidens esset nullitas sententiæ.

22 Limit.vbi sententia est nulla † ex alio capite quam iurisdictionis. *Claud.Seysel.in repet. l.vt vim*, *ff.de iust.et iur. num.* 56. subdens *nu.* 57. rationem, quia nullitas ex iurisdictionis defectu, est maior quacumque alia.

23 Si quis autem in casu† non licito resistat iudici, seu illius apparitoribus ne exequutioni mittatur sententia in illum lata, quomodo in illum sit procedendum, videndus *Guid.Pap. ad Statut.Delphinat.§.manu militari*.

24 Relata in antecedentibus quamuis de iure † sint vera, excepto casu quo sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis, vel ageretur de exequutione sententiæ iudicis delegati, qui non docet de sua delegatione, vel non sequitur præiudicium irreparabile; suaderem condemnato vt abstineret a violenta resistentia, & patiendo iniquam, vel inualidam iniquissimi iudicis sentētiæ exequutionem, recurreret ad Superiorem, qui via iuris hoc auertat malum, refectis quibuscunque damnis & expensis large a procurante eiusmodi sententiæ exequutionem, ac etiam ab ipso iudice, qui suam sententiam nullam, vel iniustam exequendo fecit litem suam, & conuenitur in syndicatu, vt concludit *Bald. in tract.de syndicat.nu.*12. *et post Bald. Paris de Puteo, tract.de syndicat.§.sententia*, *cap.* 1. *n.*4.*et §.exequutio sententiarum*, *cap.* 1. *n.*1. *et seq.* & si alia via læso non sit consultum, Deum Opt.Max. expectet vltorem, apud quem cum non sit personarum acceptatio, grauius quo tardius

dius punit in suo deficientes munere, sæpe largitionibus precio, vel alijs non commendandis 25 artibus empto † & ideo faciliores ad delinquendum *Paris. de Put. de syndicat. §. officialis, l. 1. cap. 3. dicitur autem num. 2.*

§. II.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla ex capitibus infinitis. 1.
Sententia est nulla ex tribus capitibus iuxta Bullam Pij IV. in Rom. Cur. 2.
Rota Romana stylus. 3

PRomisi sopra hoc *cap. 6.* referre hoc §. modos, seu causas, vel capita, ex quibus sententia arguatur nulla, & inualida, quæ cũ plura, seu vt inquit *Marsil. tract. de Bannit. §.*
1 *sententia, 4. in princ.* innumera sint, decreuetam illa methodo aliqua explicare, facta distinctione: quòd aut nullitas committatur culpa lata iudicis, vt puta quia prece, vel precio, vel ex breuiloquo pronunciauerit, vel nõ visis actis. Aut culpa iudicis, & partis, quæ ab illo extorsit sententiam, vt puta quia non sit conformis libello, vel illo non præmisso, vel præmisso, sed inepto, vel lite non cotestata. Aut fauore eius, in quem sententia est prolata, vt puta contra mortuum, vel infirmum, vel absentem non contumacem vere, nec ficte, vel pupillum, vel minorem indefensum, vel non citato illius tutore, vel curatore, vel contra filium familiæ, nõ vocato ad iudicium illius patre. Aut quia sententiæ insit vitium latens; vel apparens, vt puta quia illa sit incerta, vel contineat repugnantia, vel sit contraria alteri sententiæ, vel quia non sint transportata acta præcedentis instantiæ, vel prolata ex falsis probationibus, vel sine scriptis, vel falsa causa, rescripto subreptitio. Aut quia sit lata contra Legem, vel Statutum; vel Consuetudinem. Aut quia prolata non congruo tempore, vtpote nocturno, & non diurno, vel finita instantia, vel durante dilatione ad probandum, & alijs capitibus, quæ ad methodum reduci minime possunt, & singula constituunt singulare caput. Propterea nõ solum motus rei difficultate, cum non parum fuisset elaborandum sub quo capite singula membra apte essent collocanda; aduertens non in omnibus Curijs, & Dicasterijs, admitti omnes nullitatum species, & genera, quæ in Iure nostro sunt constituta, vel Doctorum interpretatione recepta;

Satis ordinate credidi posse explicari hoc nullitatis sententiarum argumentum, si continuata §§. serie, non facta dicendorum parte in partes, nec ex membris conficiendo, cum legentium tædio, membra, tradam primum, quod Pius Papa Quartus, origine Mediolanensis, licet aliqui velint Bergomensem, ad amputandos palmites litium, nimium cum publico damno
2 in Vrbe luxuriantium, constituit à Rota † obseruanda esse tria tantum nullitatum capita, vt legitur in *Bullar. Cherubini, constit. eiusdem Pont. 44. & 58.* videlicet, si legitime quis non fuerit citatus ad audiendam sententiam: si sententia fuerit prolata à non habente iurisdictionem: & tertio si fuerit pronunciatum pro eo, vel contra eum non interueniente illius legitimo procuratore. Quam Pianam *Const. Clementis Papa eius nominis VIII. in eodem Bullar. constitut. 18.* extendit ad omnes Iudices Romanæ Curiæ & Tribunalia Dominij temporalis Status Ecclesiæ. Et eisdem tribus capitibus excussis, subdam capita reliqua, addendo, an de stylo Curiæ, vel Consuetudine, vel Principis constitutione fuerit illorum aliquibus derogatum; si id ab aliquo scriptum reperiam. Interim veri amantes sciant, quid sancitum fuerit Romæ, & obseruandum sit à Rota Romana.

§. III.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla, si fuit lata parte non citata. 1. *& quare*. 2. *Ampl.* 3.4.5.6.7.8.9.10. 11. 12. 13.14.15.16.17.21.26. 27.29.30.32.33.34.44. 48.50. *Limit.* 18.19.20.25.28.31.35.41.42.43. 44.46.47.48.49.51.52.53.55.56.57.58.59.60. 61.62.
Stylus Rotæ in proferenda sententia ante ferias generales. 40.
Vantius reprobatur. 39
Sententia quomodo probetur lata non citata parte. 4
Interlocutoria differt à diffinitiua. 18.
Vniuersitas qualiter citetur. 26.
Stylus non citandi ad sententiam, vbi est conclusum in causa, qualiter intelligatur. 28.
Mora vbi est allatura periculum, ordo est non seruare ordinem. 42
Solemnitas perperam adhibita vitiat actum. 52

PRimò itaque sententia est nulla, si fuit pro-
1 lata † parte aduersa non citata. *l. ea quæ, C. quomod. & quand. iud cap. tenor, de sent. & re iud. cap. caueant, cap. omnia, 3. q. 9. clem. pastoralis, de re iud. l. 3. §. Stichus, ff. de statu liber. vbi Bart. Rol. à Val. cons. 53. lib. 4. num. 17. & seq. Vant. de nullit. ex defect. citat. numer. 1.* vbi idem præstat. *Gabriel. de citation. conclus. 1. nu. 1.* & dixi in meis collectaneis ad *d. cap. tenor.* Rota *recent. decis. 409. part. 1. n. 1. & decis. 486. part. 2. num. 2.*

2 Rationem † referunt *Rol. à Val. cons. 53. lib. 4. num. 18. & seq. Vantius de nullit. ex defect. citat. num. 2. & seq.* Et hæc regula intelligitur volente eo, cuius interfit sententiam esset nullã vt dixi *infra lib. 2. cap. 15. vers. intellige omnes limitationes*.

3 Ampl. etiam vbi citatio † est minus legitima, vt dixi *infra lib. 2. cap. 15. §. 4. Rol. à Val. cons. 32. num. 20. & cons. 41. lib. 1. nu. 5.*

4 Quomodo autem probetur negatiua, † quod sententia fuerit prolata sine citatione, vel minus

legitima, videndi sunt *Vantius de nullit. ex defect. citat. num.* 12. *& seq. Surd. cons.* 88. *n.* 1. cum alijs relatis in meis Singularibus, *§. negatiua probatur.*

Ampl. etiam quod fuerit prolata † à supre-
4 mo Principe. *bald. l. si imperialis*, C. *de iuris & facti ignor. numer.* 3. *clement pastoralis, §. cæterum de re iud.* vbi in meis collectaneis retuli, qui ampliationem istam angustantem Principum datam à Deo, vel hominibus potestatem, late examinant relatis in multis articulis, et distinctionibus, Doctorum pugnis, & inter cæteros retuli *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num.* 13. *& seq.* à quo *Gabriel.* idem præstans, *de citat. conclus.* 1. *nu.* 9. *& seq. pluribus* desumpsit methodum suæ conclusionis examinandæ. *Gram. decis.* 19. *numer.* 15. & nouissimè *Rudolfin. in tract. de potestat. Principie cap.* 6. *num.* 4. *& seq. Felin. cap. ea quæ, de re iud. num.* 3. *Put. decis.* 114. *lib.* 1. *Gomes in compend. Signat. num.* 70. *&* 71. concluden-
5 tes defectum † citationis ad sententiam, non posse à Principe sanari, nec tolli per clausulam, supplentes. *Tuscus late conclus.* 270. *citatio, & conclus.* 272. *citatio, nu.* 52. *& seq. Cassad. decis.* 7. *de rescript. num.* 6. *in fin.*

Ampl. etiam quod in toto processu quis fue-
6 rit † contumax. *Ias. l. ne quicquam ff. de offic. proconsul. num.* 50. *Asinius in praxi part.* 1. *§.* 7. *capit.* 5. *limit.* 25. *num.* 2. *Gabriel. de citat. conclus.* 1 *num.* 252. *Tuscus conclus.* 269. *citatio. num.* 11. *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num.* 71. Vide *infra limit.* 10.

7 Ampl. etiam si iudex extraiudicialiter † procederet, vel haberet facultatem procedendi de iure, & de facto. *Bald. in cap.* 1. *de inuest. in marit. fact. num.* 10. *Mantic. decis.* 299. *nu.* 2. *& seq. Gabriel. de citat. conclus.* 1. *num.* 39. 63. *& seq.* vbi refert dissentientes, *& nu.* 254.

8 Ampl. etiam si agatur de expellendo iniustũ † possessorem, qui fuerit citatus per proclama, vel ignoretur, vt pluribus probat *Gabriel. de citat. conclus.* 1. *num.* 68. *& seq.* limitando si agatur de restitutione possessionis antiquæ occupatæ, vel iniustitia possessionis esset notoria.

9 Ampl. in quacunque instantia feratur † diffinitiua. *Gabriel. de citation. conclus.* 1. *nu.* 94. adidẽdo hanc extensionem carere omni dubio.

10 Ampl. siue sententia sit ferenda in petitorio, siue in possessorio. *Afflict. in procem. constit. Regni, quæst. nona. Socin. cons.* 12. *vol.* 1. *Gabr. de citation. conclus.* 1. *num.* 253. *&* 257

11 Ampl. etiam vbi parte citata † ad sententiã, iudex mandat illam ab alio proferri, nam illo pronunciante sine partis citatione, sententia est nulla. *Gabriel. de citation. conclus.* 1. *n.* 114. Rota tamẽ obseruat, vt mortuo Auditore, coram quo quis fuit citatus ad sententiam, alius absque alia citatione illam subscribat, quia omnes de causa simul cognouerunt, & vnum Tribunal constituunt. *Put. decis.* 338. *part.* 1. addendo aliud obseruari in alijs tribunalibus. Iurisdictionem tamen subscribendi sententiam in relato casu, vel vbi Auditor differt pronunciare, vbi Rota dixit causam terminandam esse, vidi meis tẽporibus sibi assũpsisse Rotæ Decanum *Serafinũ*, vbi mandatũ fuerat *Coccino*, vt litẽ sua sententia finiret. Dicta *Putei* quoad alia tribunalia limitat *Mãtic. decis.* 84. *conclus.* 11 *n.* 2. vbi causa esset alteri delegata in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, vel conclusum esset in causa.

12 Ampl. etiam in sententia † excommunicationis, etiam quod contumacia sit notoria, & verificata penes acta. *Gabriel. de citation. concl.* 1. *num.* 153. *& seq.* vbi relatis dissentientibus declarat extensionẽ istam procedere, nisi excõmunicatio fieret pro futuris culpis, vel feratur super declaratoria excommunicationis iam incursæ; vel excommunicatio indicitur ipso iure, vel in pœnam delicti; subdens *num.* 160. *& seq.* quid dicendum de sentẽtia qua, quis declaratur, vt tanquam excommunicatus euitetur à Christi fidelibus.

13 Ampl. etiam in sentẽtia quæ feratur † ab obseruatione iudicij. *l. properandum, §. & quidem*, C. *de iud.* vbi *Bald. Castr. & Salic. Milis in repert. §. citatio requiritur ad absolutoriam. Bald. in l. tres denunciationes*, C. *quomod. & quand. iud. Gabriel. de citation conclus.* 1. *nu.* 75. *et* 240.

Contrarium tenet *Marsil. in l. de vnoquoque ff. de re iud. num.* 42.

14 Ampl. etiam si causa sit remissa † decidenda arbitrio iudicis. *Cuman. cons.* 6. *Gabriel de citation. conclus.* 1. *num.* 246.

15 Ampl. etiam in sententia ferenda † super cõfirmatione electionis. *Felin. in rub. de re iud. Gabriel de citation. conclus.* 1. *num.* 167. 274. *&* 2[illegible]3.

16 Ampl. etiam si causa † sit summaria. *glos. clem. sæpe verb. defensiones de verb. signif. Capic. decis.* 1. *num.* 35. *Gabriel. de citat. conclus.* 1 *num.* 36. *& seq.* ampliando etiamsi adesset Statutum, quod procedatur absque aliqua solemnitate, vel de facto, vel omisso iuris ordine, vel sine figura iudicij. *Tuscus conclus.* 269. *citat. num.* 4. addendo idem dici si iudex habet facultatem procedendi de plano, sine strepitu, & figura iudicij. *& conclus.* 272. *citatio. num.* 36. concludit idem dicendum, si iudici data fuerit facultas procedendi prout voluerit, vel iuxta suam conscientiam, vt subdit idem *Gabriel. ibidem num.* 378. vbi in hoc refert dissentientes & concordant *Ias. in l. fin. C. vnd. legitim. nu.* 10. *seq. &* 16. *& seq. Dec. num.* 13. *in fin. & num.* 14. *Ias. in l. nequicquam, ff. de offic. procons. n.* 14. *& seq. vers. decimoquarto. Asinius in praxi, §.* 7. *c.* 5. *limit.* 6.

17 Ampl. etiam vbi fuit prolata † ad fauorem absentis non citati. *Bart. in extrau. ad reprimendũ, §. figura in fin. et in l. ea quidẽ*, C. *quomod. et quand. iud. Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 10. *Gail. obseruat.* 109. *lib.* 1. *num.* 1. *Ias. in l. nequicquam, ff. de offic. procons. n.* 48. testans de communi, tacite asserens non differre, an illa fuerit pro actore, vel reo, modò senten-
18 tia sit diffinitiua; secus † si interlocutoria fuerit. *Rom. singul.* 193. *Iudex*, vbi addentes volunt hoc procedere, quia agitur de rigore iuris conseruando, seu, vt inquit *Marsil. in l. de vno-*

quo-

*quoque, ff de re iud.n.*35.*circa fin.* quia ius absenti nō quæritur & dū in prin. firmasset hanc extensionem, illam in fine limitat, si sententia feratur pro reo in causa criminali, & dixerat *Roman. d. singul.* 193. & repetit *Tuscus relato Cast.consil.*269.*citatio, num.* 13. 17. *Auffrer. ad Capel.Tholos.decis.* 102.*num.*3.limitando ta-
19 men si † sententia feratur pro minore, vel ecclesia, vel fisco, & similibus, qui pari gaudent priuilegio.*Bal.in l.ea qua,C.quomod.et quand. iud.num.*6.declarans procedere, si absens, pro quo fertur sententia, nullo modo fuit citatus; secus si saltem semel, & sententia feratur contra instantem illam proferri. *Gabriel. de citation. conclus.*1.*num.*66.*& seq.*vbi relatis dissentientibus, sequitur istam opinionem, limitando tamen si partes dedissent facultatem iudici procedendi sine citatione. Quæ dixi de sententia
20 † lata ad fauorem fisci, late probat *Asin. in prax.§.*7.*cap.*5.*limit.*67.

21 Ampl.etiam in sententia arbitri† vel arbitratoris,etiam quod illis data esset facultas laudandi partibus absentibus. *Spec.de arbitr. §.excipitur in fin.Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re iud.num.*28.*&* 34.qui plures consentientes refert. *Vantius tract. de nullit. ex defect. citat. num.* 10.*in princ.Alex.*tamen *in l. si quis arbitratu* 43.*ff.de verb.obligat.num.*11.*& seq.pluribus,*præmissa pugna Doctorum,an ad sententiam arbitri, vel arbitratoris requiratur citatio, distinguit *num.*14.an in compromisso fuerit dictum,quod possit arbitrari partibus absentibus, vel partibus non citatis, & Inter sententiam arbitri & arbitratoris, illum video, quia singularia sunt illius dicta, quæ deinde late enucleauit *Ias.in l. ne quicquam, ff. de offic. proconsul. nu.*54.*& seq.plurib.& post Ias. Vrsil. ad Afflic.decis.*283.*nu.*13.*& seq. Brun. a Sole quæst.* 12.qui late examinat quando in arbitratoris sententia requiratur citatio: quod prius præstiterat *Cuman. consi.*7.*primum. num.* 2. *& seq. Iacob. Laurent. de iud. suspect. cap.* 7. *num.*82. limitando si Statuto, vel partium con-
25 uentione remissa esset citatio in sententia † arbitri, & idem dixerat *Cuman.d.consi.*7.*n.*14. & latissime examinat *Gabriel. de citat. concl.*1. *num.*43.*cum decem seq.& num.*178. *& seq. et num.*221.*et conclus.*272.*citatio, num.*60.

26 Ampl.etiam vbi fuit prolata † contra vniuersitatem, quæ qualiter citetur, videnda *glos. in cap.si capitulo, verb.facto de concess.prabend. Marant.in prax. part. 6. de citation. num.* 94. *Luc. Petus in prax. lib.*1.*capit.*8. *numer.* 56. *& seq.*

27 Ampl.præsertim si agatur † de sententia realiter exequenda, id est de captura seu carceratione. *Bart.quæst.*6. *Lapus num.*3.*vers.septimo.Socin. de citation. artic.*17. *num.*5. *& seq. Ianin. de citation. real.cap.*1. *num.*1. Nam si probata fuerit sine partis citatione, est nulla. *Gabriel de citation.conclus.*1.*num.*53.subdens *num.*54.*& seq.* quid dicendum, stante Statuto quod debitor capi possit instante creditore, etiam non præcedente citatione. Et idem repetit *Card.Tuscus conclus.*27. *num.*8. *& seq. Marsil.in l.de vnoquoque, ff. de re iud. nu.* 29. *& seq.*

28 Ampl.vt in citatione † sit exprimendū,quod quis citetur ad sententiam, *glos.in cap.contumacia, verb.respondeat, vers.sicut & in sententia, de hæret in sext.Alex. cons.*10. *ponderatis, lib.*5.*num.*5.vbi plures cumulat; addendo non sufficere verba æquipollentia,vt puta ad audiendam voluntatem domini, & alia similia, vel parum difformia verba, vt per *Caualer.decis.*376.*Domini num.*1. *et seq. Tuscus conclus.*269.*Citatio, num.*4.*circa fin.& nu.*7. *Roman.singul.*372.*citatur.Mantic.decis.*301. *n.*4.addit procedere etiam quod fuerit in causa conclusum, nisi stylus sit in contrarium: qui stylus intelligitur,si conclusio sit vniuersalis ad totum processum: & post *Mantic.* aliter declarat *Manzaned. in Pacen. Decimarum,* 3. *Iunij* 1622.*relati a Tusc.conclus.*269.*citatio,*
29 *num.*1.4.5.7. *& seq.* ampliando etiam † quod pars fuerit alias citata in discussione negotij, & sententia esset ferenda a Principe, vel diceretur in sententia partem fuisse citatam, nisi ageretur de sententia longum ante tempus lata, vel parte præsente. *Rota diuers. recent. decis.*486.*p.*2. *num.* 7. addendo adeo debere esse specificam
30 † ad sententiam, vt non sufficiat monitio iudicis, quod lapso termino deueniet ad determinationem causæ, *Angel.de malef.§.qui iudex,* 3.
31 *nu.*1. Limitando in criminalibus, vbi reus non est contumax, secus si fuerit contumax, & dixi latius infra.

32 Ampl. præsertim in causis† criminalibus, vt late prosequitur *Tuscus conclus.*267. *citatio. num.*15.*& seq.& conclus.*272.*citatio, nu.* 31. *& seq.*

Contrarium tenet *Marsil. in l. de vnoquoque, ff.de re iud.num.* 122.*& seq.*

Ampl.etiam vbi profertur a successore iudicis,
33 † qui non expressa persona, ad cuius fauorem pronunciasset, dixerat, Pronuntio prout in cedula, quam non subscripsit: nam si subscribatur ab illius successore, sententia est nulla. *Put. decis.*338.*lib.*1. *in fin.* dum prius dixisset aliud seruari in Rota.

34 Ampl.etiam vbi vnus ex pluribus † conuentis, non fuit ad sententiam citatus, nam est nulla quoad omnes, ratione indiuiduitatis sententiæ, *l. creditor*, C. *de dist. pignor. Afflic. decis.*358.*nu.*3.*Bald.l.*1.*C.de error.calcul.n.*63. *vers. aut continet quid indiuiduum. Ruin. cons.*129.*num.*12.*& seq.lib.*5.*Gabriel.cons.*56. *num.*17.*lib.*1.*Ludouis. decis.*319. *nu.*1. vbi addentes extendunt ad plures possessores, & de-
35 clarando procedere vbi interesse † omnium est connexum, ita vt non possit, vt ego addo, oculo diuidi,& dixi *infra libro tertio,cap.*1.*§.*3. *Caualer decis.*396.*commissa, num.*2.addendo procedere etiam in sententia lata ad fauorem spoliati & in contingentia facti fuisse reuocatam à Rot.sententiam reintegratoriam, non citato vno eorum, contra quos actum fuerat remedio Canonis *redintegranda*, 3. *q.*1.

Ampl.vt nullitas sententiæ ex defectu citatio-
36 nis † sit insanabilis,etiam quod supremus Princeps

ceps der facultatem illam exequendi arbitrio
suo. *Rota diuers. in recent. decis. 365. part. 1. in recent.*

Limit. vbi profertur postquam conclusum
37 fuit in causa, † nam cum facta conclusione nihil remaneat agendum quam ferre, sententiam poterit illa proferri absque alia citatione. *Cast. cons. 412. lib. 2. col. 2. vt refert Tusc. concl. 269. citatio, nu. 14.* & comprobari potest ex ijs quæ dicuntur de iudice, qui pronunciauit vltima die quo expirabat illius iurisdictio, cuius sententia est valida absque alia citatione, vt pluribus cumulatis firmat *Gabriel. de citat. concl. 1. num. 289. & 497. Asin. in prax. part. 1. §. 7. c. 5. limit. 55. num. 2. Marsil. in l. de vno quoque, ff. de re iud. nu. 65.* Rota *diuers. recent. decis. 406. part. 2. num. 5.*

38 Verum intellige vbi conclusio in causa † est generalis ad totum processum, & talis viget in loco iudicij stylus. *Mantic. decis. 5. & decis. 84. num. 1. & decis. 301. num. 5. & seq. Caualer. decis. 376. num. 2. in fin.* qui testantur de stylo Hispaniarum, non extendendo ad Lusitaniam. *Afflic. decis. 273. in fin. Bart. decis. 283. num. 38. Vant. de nullit. cap. fin. num. 109.* testantea de stylo parlamentorum, & Curiarum suprema-
39 rum in Italia & extra. Et licet *Vantius* † testetur de stylo Rotæ, quidquid fuerit obseruantum suis temporibus, aliud vidi obseruatum meis;
40 & licet de stylo illius tribunalis in † vltimis audientijs citata parte ad sententiam, iudex facta diffusione possit infra totum mensem Iulij pronunciare indictis ferijs, semper ante diem decimam eiusdem mensis; vidi quandoque dubitari de validitate sententiæ latæ de mense Augusti, intra triginta dies ab indictione feriarum, & attestante Rpd. Coccino, quod ea diffusio sit menstrua, non fuit ab Vrbano VIII. circumscripta sententia bom. mem. Buratri, quæ dicebatur lata extra mensem Iulij.

Limit. quoad eos qui læduntur, vel lædi pos-
41 sunt † in consequentiam. *Tuscus conclus. 272. citation. num. 70. et seq. plurib. Gabriel. de cit. conclus. 1. nu. 100. et seq.* vbi refert dissentientes, *glos. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. verb. quos causa,* quam examinaui, & exornaui in meis collectaneis. *Asinius in praxi, §. 7. cap. 5. limit. 62. Marsil. late in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 72. et seq. pluribus, & 115. et seq.*

42 Limit. vbi mora est periculum allatura, † nam cum in ijs recedere liceat à regulis iuris communis, & ordo sit non seruare ordinem, valida est sententia cum exequutione, absque alia citatione. *l. si quis filio, §. hi hautem, ff. de in. iust. rupt. l. 1. §. fin. ff. de ferijs. l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de nou. oper. nunc. Afflict. decis. 30. Rex. num. 4. Gabriel. de citat. conclus. 1. 285. et seq.* vbi infert ideo capi posse debitorē suspectum de fuga, absque iudicis decreto. *Marsil. late prosequens in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 36. et seq. e t 121.*

43 Limit. vbi constat de expressa vel tacita volūtate † citati semel in causa, quod non vult comparere, vt puta si citatus dixit nuncio, quod iudex faciat quid velit, quia sua non intersit, vel non curat, quæ fiant; vel citatus statim recessit à loco iudicij, profecturus vltra mare, seu longinquas regiones. *Ias. in l. ne quicquam, ff. de offic. proconsul. num. 25. vers. tertio, relati ab Asin. in prax. part. 1. §. 7. cap. 5. limit. 75. 77. & 124. Rota decis. 10. licet, de re iudic. in nou. in fin. Innoc. in cap. ad petitionem de accusat. num. 3. vers si autem inuenitur, relati à Gabr. de citat. conclus. 1. num. 299. & 417. et sequen.* idem dici, si citatus dixit, non volo comparere, seu venire.

Contrarium, quod sit citandus ad sentētiam
44 † is qui est protestatus nolle comparere, tenet *Vantius de nullit. ex defect. citation. nu. 98.* vbi tamen distinguit, an quis fuerit citatus ad vnum actum tantum, vt puta ad producendum iura, vel generaliter ad totam causam; vel an citatus dixerit nolle comparere, vel nolle coram illo iudice litigare. Ego autem censeo, vt quauis protestatione nō obstante, prudens esset consilium, citare ad sententiam. *Rota diuers. decis. 451. part. 2. num. 5.* addendo præsertim si talis protestatio, quod nolit comparere, facta fuerit simul cum appellatione interposita.

45 Limit. vbi sententia profertur ad fauorem † eius, qui non habet contradictorem. *Gabriel. de citation. conclus. 1. num. 352.* exemplum referens si quis petat immitti in possessionem rei à nomine possessæ. Ideo videmus in Rom. Curia concedi mandata de capienda possessione nemine citato, mortuo aliquo ad fauorem eius, qui asserit se hæredem defuncti, cum clausula quatenus possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora iura. *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 96. & 130.*

46 Limit. stante partium cōuentione, † quod iudex possit pronunciare parte non citata. *Gabr. de citation. conclus. 1. num. 356. Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 99. & seq.* sublimitando in causis criminalibus; licet deinde *nu. 122. & seq.* aliud sentiat.

Limit. vbi in prima citatione fuit cōminatum,
47 † quod citato non comparente procedetur ad vlteriora in causa, vt pluribus relatis concludit *Gabriel.* si citatus non compareat, *de citat. conclus. 1. num. 386.* vide tamen dicta infra. *limit. 11. Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. nu. 132. & 223.* & faciunt dicta *Gonzal. ad regul. 8. cap. annot. cont. nullit. num. 74.*

48 Contrarium seruatur de stylo Rom. Curiæ, † vbi non comparente citato peremptorie, in quocunque actu, & præsertim ad sententiam, citatur ille per contradictas, vel ad valuas. *Vantius de nullit. ex defect citation. num. 110.*

49 Limit. in sententia interlocutoria, † quæ non sit præiudicialis multum, sed parum, seu quæ non requirat causæ cognitionem, vt relatis dissentientibus concludit *Gabriel. de citation. conclus. 1. num. 390. & seq. Tuscus conclus. 272. citation. num. 78. et seq.* Limitans si tractetur
50 de eijciendo aliquem † à possessione, vel sententia esset præiudicialis, modò præiudicium non sit modicum. *Ias. l. ne quicquam, ff. de offic. proconsul. num. 23. vers. regula. Felin. in cap. causam qua, de rescript. nu. 2. Asinius in praxi*

§. 7.

§.7.*cap.*5.*limit.*71.*num.* 1. *in fin.* declarando si
quis a principio fuit generaliter citatus ad to-
tam causam. *Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re
iud.num.*4. *et seq.* distinguit; & late *Asinius,
in prax.*§.7.*cap.*5.*limit.*69.
Limit.vbi sententia fertur contra præsentem,
51 † modo iudex declarat velle sententiare, si præ-
sens non venit ad iudicium ad videndum pro-
nunciari, & is non sit persona illustris, quia
non sufficit præsentia, sed requiritur tunc cita-
tio in scriptis. *Tuscus conclus.*272. *citatio,
num.*82.*et seq.Gabriel.de citat.conclus.*1.*n.*396.
et seq. sublimitando si fuit præsens citatus ad aliã
causam, vel citatio requireretur per modum
formæ, & alia addunt *Capic. decis.* 1. *num.*37.
addent ad Vest.*in prax.lib.*5. *capit.* 13. *num.*9.
*Serafin.decis.*388.*Aret.cons.*13. *num.*20. *circa
med.Ias.l.ne quicquam, ff de offic.procons.n.*26.
*et seq.vers.sexto, et Marsil.num.*9.& prosequi-
tur *Asinius in peaxi*, §.7.*cap.*5.*limit.*90. *Bald.
auth.si omnes, C.si minor.se hæred.abstin.n.*2:
*et dixi lib.*4.*cap.*1.§.1. *limit.fin.* vbi sublimito;
*et Bald.l.vnic.C.de his quæ pœnæ nomine,n.*26.
sublimitat.
52 Limit. in sententia, per quam reuocantur †
quæ de facto sunt facta a iudice. *Gabriel.de citat.
conclus.*1.*num.*430. vbi plures congerit, & re-
latis dissentientibus, concordari possunt, vt li-
mitatio sit vera, in ijs, inquibus pars pote-
rat contradicere, & iudex debebat causæ co-
gnitionem adhibere, vt idem subdit ibidem,
*num.*431.*et seq.*
Contrarium probat *Marsil.in l. de vnoquo-
que, ff. de re iud.num.*38.*et seq.*
53 Limit.vbi quis citatus in omnibus † actibus
iudicij fuit contumax, nam contra illum ferri
potest sententia sine citatione. *Gabriel.de citat.
conclus.*1.*num.*506.*seq.* addendo idem dici de
latitante: & ratio potest esse, quia paria esse
videntur expresse declarare quod quis non vult
ad iudicium venire, & tacite declarare non ve-
niendo. In Rom.tamẽ Cur.semper citatur con-
tumax ad sententiam, si ille sit præsens, vel per
diligentias, si latitet, vel per contradictas, seu
ad valuas, si semel fuit personaliter apprehensus
in Curia, vel extra, cum comminatione quod in
illius contumaciam procedetur ad sententiam
diffinitiuam. Nec Rota *in vna Corduben. Deci-
marum* admisit exequutionem, quod exequuta
perperam citatione per contradictas contra
eum qui asserebatur contumax, sententia esset
valida, quia ea citatio facta fuisset potius ex vr-
banitate. *Put. decis.*371. *lib.* 2. *in fin.* addentes
ad *Ludouis.decis.*110. *et* 430. quam de necessi-
54 tate, ne præterea addente, quod solemnitas †
perperam adhibita vitiat actum. *Felin.cap.cum
ordinem, de rescript.num.*2.& ita seruari de be-
nignitate Rotæ, & ad conuincendam contuma-
ciam citari, testatur *Vantius de nullit.ex defect.
citat. n.*110.& notandum, *addentes ad Ludouis.
in rulatis decis.* sibi minime constasse, & fuisse
deceptos in allegatione decis. Rotæ in nouissi-
mis. *Asinius in prax.*§.7.*cap.*5.*limit.*71.*num.*2.
et sequent. concludens & probans pluribus re-
quiri citationem ad sententiam, vbi quis a prin-
cipio fuit citatus ad totam causam. Quæ autem
requirantur vt isto casu quis dicatur contumax,
videndus *Marsil.in l. de vnoquoque, ff.de re
iudicat num.* 150.*et seq.pluribus, et* 205.*et
seq. addentes ad Bart.in tract. ad reprimendum
§. peredictum, n.*14.*ver. tamen,* concludentes
facta semel generali citatione, si citatus semel
comparuit, non posse procedi ad vlteriora, nisi in
omni actu citetur, etiam si in prima citatione
fuerit dictum quod citabatur ad omnes & sin-
gulos actus vsque ad sententiam: & quod sit ci-
tandus ad sententiam qui in toto processu fuit
contumax, alias sententia sit nulla, firmat *Asi-
nius, in prax.*§.7.*cap.*5.*limit.*75.*n.*2.
55 Limit. in sententia taxationis expensarum †
relati a *Gabriel.de citation.conclus.*1.*num.*408.
subdens *num.*409. qui vellint contrarium; quos
verum dixisse sentio, & ita practicatur in Rom.
Cur. idem *Gabriel. eadem conclus.*1. *num.*70.*et
seq. pluribus*. vbi plura similia refert. *Asin. in
prax.*§.7.*cap.*5. *limit.*73. *Marsil.in l.de vnoquo-
que, ff.de re iud.num.*133.
56 Limit. in notorijs; † quoties condemnato
nulla competere potest defensio, vel excusatio.
Archid.in cap.quæ Lotharius 2.*q.*1. *Marsil. in
l.de vnoquoque, ff.de re iud.num.*12. *Gabriel.de
citat.conclus.*1.*num.*2.*et seq.Serafin.decis.*104.
*num.*1.concludens non esse citandum qui non
potest se opponere actui.
57 Limit.in sententia declaratoria: † sed quia
illa vel est alterius sententiæ, vel facti, vel pœ-
næ incursæ, vel nullitatis, & latus est hic sermo
quando nõ sit necessaria citatio ad sententiam,
vel secus; videndi sunt *Barbat.cons.*18. *lib.* 1.
*num.*7.*et seq. pluribus. Fel. in cap. causam de
rescript. num.* 1. *vers. contrarium, et vers. &
pro ista. Abb.num.*3.*Gabriel.de citat.conclus.* 1.
*num.*7.157.160.164.168. 464.*& seq.pluribus.
Asinius in prax.*§.7.*c.*5.*limit.*60. *Marsil. in l.
de vnoquoque, ff. de re iud. nu.*68.95.105.107.
58 Limit.vbi agitur de exequutione † pœnæ im-
positæ ipso iure. *Marsil.l.de vnoquoque, ff.de re
iud.num.* 105.*& seq.*
59 Limit.vbi sententia profertur † in eum, qui
si præsens fuisset, non potuisset impedire, quo-
minus in illum non proferretur, quia nullam
exceptionem habuisset, qua retardasset iudicem
a ferenda sententia. *Marsil.in l.de vnoquoque,
ff.de re iudicat.num.*113.*in fin:&* 114. *Cancer.
var.resol.lib.* 1. *cap.*17. *de sentent. & earum
exequut.num.*556.
60 Limit.vbi causa est remissa † iudici deciden-
da iuxta suam conscientiam. *Marsil. in l. de
vnoquoque, ff de re iud.num.*118.
61 Limit.in sententia ferenda † contra rebelles,
detinentes res Ecclesiæ, vel Imperij. *Marsil.
in l.de vnoquoque, ff.de re iud.num.*119.
Latius tamen materiam istam examinant re-
lati a *Gonzal. ad regul.* 8. *cap. annot. contra
nullit. num.*165.
Limit. vbi citatio requireretur ex vrbanitate.
62 † *Put. decis.* 381. *in fin. libr.* 2. *Rota diuers.
decis.*260.*part.*3.*num.*2.

§. IV.

SVMMARIVM.

1 SEcundo sententia est inualida † seu nulla quoties fuit prolata agente, vel defendente eo qui ad agendum, vel defendendum non habebat mandatum. *l. licet C. de procurat. Rol. à Val. cons.* 71. *Viso libr.* 1. *num.* 4. *cum ex Innoc. cap. cum in iure. de offic. delegat.* referens rationem, quia procuratoria potestas est de substantialibus iudicij, & processus, atque versatur circa consensum partium, vt alijs relatis quę deseruiunt pro ampliatione & limitatione huius regulæ dixi *lib.* 2. *cap.* 15. §. 5. *Marsil. de bannit. §. sententia*, 4. *num.* 51. *Mantic. decis.* 232. *num.* 8.

2 Ampl. vt nullitas sententiæ ex defectu † mãdati, vel rei, sit insanabilis. *Gomes. in compend. Signat. num.* 72. affirmans Papam in Signatura non solere talem defectum sanare, & Rotam censere talem nullitatem insanabilem, etiam refectis expensis. *Vantius de nullit. ex defect. mandat. num.* 60. quia prouenit à consensu, qui non potest à Principe suppleri.

3 Ampl. etiam vbi fertur instante † procuratore, qui fuit reuocatus; vel fertur contra eum citato procuratore, quem reuocauerat, vt dixi *§. sequenti*.

4 Ampl. quantumuis iudicium † sit summariũ. *Rol. à Val. cons.* 71. *Viso lib.* 1. *num.* 6. *Vantius de nullit. cap.* 11. *nu.* 3.

5 Ampl. vt nec † ratificari possit, si maior ille fuerit, pro quo fuit lata sententia, vt dixi *infra §. 6.*

6 Ampl. etiam vbi quis est procurator † ex duplici mandato, quorum alterum sit sufficiens, alterum secus, & procurator est vsus mandato insufficienti, nam sententia corruit, nec sustinetur ex mandato sufficienti, quo procurator non est vsus, vt censuit *Rota tecũ Puteo decis.* 373. *procur. lib.* 2. *sequendo dicta Roman. cons.* 496. *Felin. et reliqui in cap. cum ex officij de praescript. col.* 10. *vers. quarta conclusio. Socin. in l. multum interest col. penult. ff. de condit. et demonstr.* cum concludit, si in vno concurrant duæ potestates, quarum vna sit sufficiens, alia secus, si ille vtatur insufficienti, actum corruere. *Tuscus conclus.* 62. *mandatum num.* 57.

7 addendo procedere etiam quod producẽdo, seu agendo † ex minus sufficienti addat clausulam, & alias omni meliori modo. Et comprobatur ex regula, Quod potuĩ nolui, quod volui adimplere nequiui, quam pluribus ex ornaui in meis axiomat. Iuris, §. *quod potui. et in meis collectaneis ad capit. cum super, vers. cum noluerit de offic. delegat.* Et simile est illud, vt sententia obtenta à coniuncto in casu, quo sine mandato agere poterat, & egit tanquam procurator, cum non esset, quod sententia est nulla. *Veral. decis.* 395. *part.* 2. *Barbat.* loquens de quocunq; faciente actum de potestate putatiua, vbi vetã habebat, & similia sunt quæ obseruauit amicus

8 meus *Theodosius de Rubeis ad Put. decis* 298. *alia.* 297. *lib.* 3. *Vantius de nullit. ex defect. mãdat. num.* 83. *et late Martin Monter. decis.* 41. *in princ. et* 74. *circa med. et* 75. *et seq. Vestr. in praxi lib.* 4. *cap.* 5. *num.* ampl. idem dici in quocunque procuratore habente minus legitimum mandatum.

9 Ampl. etiam vbi non probatur † procuratorem, qui causæ interuenit, acceptasse mandatum. *Rota decis.* 7. *de procurator in nou.* vbi addentes volunt præterea esse nullum quicquid factum est à procuratore antequam acceptasset mandatum, addito simili de iudice delegato aliquid faciente antequam esset sibi præsentatum rescriptum, & illud acceptasset, late *Marsil. de bannit.* §. *sententia*, 4. *num.* 13. *et seq.* idẽ repetit *Vestr. in prax. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. asserens Rotã ita sępe censuisse, etiam quod talis procurator esset in Curia, & caute facere eum, qui instat pro sententia, si per audientiam contradictarum procedat. *Martinus Monter. decis.* 41. *num.* 71. concludens tunc competere officium procuratoris statim atque illi præsentatur mandati Instrumentum, seu carta, & illud acceptat; concordant addentes *ad Ludouisium decis.* 110. addendo, quod talis acceptatio fieri debet apud acta causæ, nec sufficere si fieret in alia, vbi esset generale, & *decis.* 430. *num.* 7. *et latius*

tius Vant. de nullit. ex defect mandat.nu.115.
et seq. Tuscus conclus.62.*num*. 16. *et seq*. vbi
limitat quæ dixi de acceptatione mandati ad
validitatem actus, & *conclus*. 835. *procurator*.
10 Acceptatio autem † mandati probatur ex-
presse, ac etiam tacite, seu verbis, & factis,
nempe si quis præsens constituatur, & consti-
tutus mandatum acceptet, seu si tantum enun-
cietur procuratoris præsentia, vel constitutus
cũ facultate substituendi, substituat post recep-
tum mandatum; secus si ante receptionem mã-
dati substituat. *Rota diuers. in recent. decis*.451.
fundamenta part.2. subdendo ita intelligenda
11 esse dicta † *Vestr. in princ. lib*.4. *cap*. 5. *nu*.4.
Et cessat hac declaratione contrarietas quę vide-
tur ibidem resultare ex eodem *Vestr*. dum *ibid*.
num.5. voluit quod procurator substituens an-
tequam acceptasset mandatum, non facta men-
tione, quod onus procurationis acceptasset, vt
processus factus cum substituto procuratore sit
nullus; dum prius *num*.4. firmasset, substitutio-
ne facta probari acceptationem mandati etiam
generalis, nisi procurator expresse protestetur in
acceptatione, & exhibitione instrumenti, quod
illud acceptat in vna causa tantum, vel ad effe-
ctum substituendi tantum. Nec acceptationem
12 † mandati probari, quia passus quis fuerit ci-
tari tanquam procurator, & non reclamauerit,
nec fecerit aliquem actum positiuum, quo argu-
atur mandati acceptatio.
13 Difficultas remanet, si quis asserat † se pro-
curatorem, vel citatus tanquam talis cõpareat ?
An valida sit sententia lata cum eo procurato-
re, vel illo instante. Et quod sufficiat docere
de mandato post sententiã, firmat *Rot. decis*.19.
de procur. in antiq. quam seruari à Rota mo-
derna testantur *Put. decis*.373. *part*.2. *num*.3.
et 5. *Crescent. decis*.1. *de sent. et re iud. num*.4.
Vant. de nullit. ex defect. mandat. num. 110 *et*
seq. addendo, modò re vera is esset procurator,
vel mandatum exhibitum haberet clausulam
14 ratihabitionis, asserentes non obseruati † quæ
asseruntur *decis*. 7. *num*.3. *de procur. in nouis*,
dum *Papazon*. qui fuit Rotæ Auditor, vt asse-
15 ruit mihi Theodosius singularis obseruator †
dictorum Rotæ, addit sufficere quod ante sen-
tentiam latam contra vel pro falso procuratore,
etiam contradicente aduersario, *Capra reg*.68.
num.22. producatur mandatum ab eo qui com-
paruit, & fecit præcedentia iudicij acta, ne de
illorum validitate dubitetur: in qua postrema de-
cisione, cum non aduertam adesse verbum im-
portans necessitatem, quod ad validitatem
sententiæ vel actorum sit necesse doceri de mã-
dato ab eo qui asserit se procuratorem ante
sententiam, censeo eas decisiones non inuicem
pugnare, vt male notarunt aliqui, sed potius vnã
confectam ad extensionem, seu declarationem
alterius, & sufficere ad validitatem actorum &
sententiæ, si mandatum exhibeatur apud acta
a procuratore constituto ante sententiam vel
post, aut saltem ante conclusionem in causa, vt
tradit *Rolandus à Val. cons*.71. *viso lib*.1.*n*.27.
& seq. addendo præsertim si illud verbo fuerat
productum, plures contentientes congerens in
comprobationem vtriusque capitis.
16 Cum temperamento, seu cautione † tamen,
si is procurator re vera tempore actorum quæ
fecit, erat procurator, vel ab aduersario contra
quem agebat, non fuit protestatum neminem
ex aduerso comparentem audiri, nisi docto de
mandato, nam corruunt acta quæcunque facta
ante exhibitionem mandati, ac etiam ipsa sen-
tentia lata, producto mandato, antequam illa
esset prolata; secus si talis non fuisset facta pro-
testatio. *Alex. cons*.78. *lib*.5. *num*. 11. *& seq*.
Crauet. cons.118.*num*.1. asserens ita intelligen-
17 dam † *Rota decis*.19. *de procur. in antiq*. quam
alijs concordantibus additis sequitur *Martin*.
Monter. decis.40.*num*.67. *Rot. diuers. decis*. 105.
18 *part*. 1. *num*.2. addendo procedere † etiam
quod re vera quis esset procurator, & enuntias-
set de mãdato constare per acta N. Notarij, nec
etiam ex enunciatiua alterius instrumenti ab
eodem producti. *Vant. de nullit. ex defect. mand*.
num. 71. *&* 13. *Mantic. decis*. 172. *num*.1. *&*
decis.254.*num*.7. vel facta ratificatio ante pro-
testationem defectus mandati seu legitimatio-
nis personæ. *Thesaur. decis*.7. *Ratificationem*,
num.1. *& seq*. & hoc temperamento cessat diffi-
cultas, an sententia lata cum falso procuratore
possit ratificari. *Serafin. decis*.1262.*n*.1. *Tuscus*
conclus.62. *mandatum*, qui propterea latè exa-
minat vim dictæ protestationis. *& num*. 65. *&*
seq. vsque in finem.
19 Nisi tamen essemus † in casu, quo speciali
mandato esset opus ad agendum, vel ageretur
de sententia lata ad fauorem minoris: quia pri-
mo casu non sustinetur sententia, nec proces-
sus etiam quod non fuerit exceptum de man-
dato. *Tiraquel. de retract. lignag*. §.1. *glos*. 10.
num. 59. *& seq. Paris. loquens de resignatione*
beneficij, tract. de resignat. tom.2. *lib*.9. *quæst*.8.
num.5. Secundo autem secus, quia negligentia
procuratoris minoris non nocet illi. *Rot. diuers*.
decis.79. *part*.4. quæ contradictorie repugnare
videtur alteri decis. Rotali supra relatæ 105. *p*.1.
20 *num*.3. quia cessat repugnantia, † si dicamus di-
cta in hac posteriori decis. fuisse prolata in con-
firmationem præcedentium, & inspecta opi-
nione eorum qui volunt negligentiam procu-
ratoris isto casu nocere minori, vel cessare nul-
litatem beneficio restitutionis in integrum
concesso minori, & pronunciato a iudice lo-
cum illi esse: & hac animaduersione cessat re-
pugnantia decisionum Rotarum, quam multi
notant, cum plura in illis sæpe dicatur in argu-
mentum & confirmationem præcedentium;
non autem vt is fuerit absolute sensus eorum
Patrum: aliter conciliat *Gail. obseruat*.47. *lib*.1.
num.3. *& seq*.
21 Alijs etiam modis cessare talem † nullitatem
firmat *Rol. a Val. cons*. 71. *lib*.1. *num*.28. *&*
seq.
22 Ampliari etiam † posset alijs modis relatis
infra lib.2. *cap*.15. §.5. vbi de releuantia exce-
ptionis defectus mandati.
23 Ampl. etiam vbi sententia lata est † citato,
vel instante procuratore constituto contra
alium, vt puta si constitutus contra Titium
agat

aga t contra Sempronium, vel idem conueniatur ab alio quam a Titio: tum quia mandata
24 sunt stricti iuris, *l.diligenter, ff.mandati*; nec † extenduntur ad causas, vel personas non expressas, vel quæ saltē in necessariā consequentiam non comprehendantur, *clem. non potest de procur. capit. ad agendum, eod. tit. in sext.* ac etiam quia mutata persona videtur mutata causa; *l.cum a te l.quæritur, & l.seq. ff. de except. rei iud. cap. veniens, cap. in tua de testibus.* Ideo in vna Placentina euictionis corā R.P.D. Ghisilerio Rotæ Auditore & eiue Bononiensi, vnde
25 ortum † habuit Pius Papa V. nunquā interituræ mem. dicebam, quod sententia Rpd. Platti lata contra Marchionem Horarium Pallauicinū citato procuratore constituto ad comparendum coram Rpd. Pamphilio in lite sibi intimata à Preciosa Puteobonella, erat nulla, quia ad comparendum coram illo non constituerat procuratorem. *Bellamer. decis. 314. procurator. Vantius de nullit. ex defect. mandat. num. 85. & 86.* personalitas enim, & specialitas causæ in mandatis consideratur, vt firmat idem *Vantius ibidem num. 77. & 81.* etiam quod in mandato esset clausula generalis, motas, & mouendas, vt idem subdit *num. 105.* & comprobatu r ex his quæ dicuntur de eo, qui citatus ad vnam causam: si compareat, & fiat instantia, vt respondeat etiam in alia, quod non sit obligatus respondere. *Marant. in prax. part. 6. §. rectè concipiatur citatio, num. 13.*

26 Ampl. vt defectus mandati contineat † etiam defectum citationis, quoad eos, quorum assertus procurator agit, vel conuenitur. *Vantius de nullit. cap. 11. postquam num. 61.*

27 Ampl. præsertim si sententia fuerit † prolata in causa speciale exigente mandatum: nam si interueniat habens generale, nulla est sententia, & dicitur lata cum falso procuratore. *Bald. cap. nonnulli col. 1. & in cap. ex parte decani, de rescript. Ias. in l. licet, C. de procur. Vantius de nullit. ex defect. mandat. num. 91.* quæ autem causæ requirant speciale mandatū, dixi *infra c. 7*

Ampl. etiam vbi sententia lata fuit cum procu-
28 ratore, † qui alium substituerat virtute mandati sibi dati acceptati, & recepti. *Vant. de nullitat. ex defect. mandat. num. 103. & seq. Vest. in praxi lib. 4. cap. 5. n. 4. & seq.* præsertim vbi is procurator acceptauit mandatum ad effectū substituendi tantum, vt euitet periculum ne conueniatur ratione expensarum registri, quorum causa conueniuntur in Rom. Curiæ causarum procuratores. *Cassador. decis. 1. de procur. num. 2. Benintend. decis. 26. num. 7.* Quod tāquam durum, & aduersum iuriscommunis regulas temperauit *Paulus Papa V.* si a procuratore data fuerit tatta registri, datiōque fuerit scripta, seu subscripta ab ipsomet procuratore.

29 Ampl. idem dicendum, si sententia † fuerit prolata agente, vel conuento procuratore, qui legitimum, & validum, seu sufficiens non habebat mandatum in causa, quā egit: nam cum paria sint, non esse, & esse, sed minus valide. *l. non putauit, §. non quauis, ff. de bon. possess. contr. tabul. l. 2. ff. de auth. tut. l. 3. ff. de testam. tutel. Afflict. decis. 366. num. 10. & de iur. protomis. §. tota hæc lex, n. 74. in fin. Crauet. cons. pro genero, num. 229. & seq. Euerard. cons. 39. num. 17. vers. vt tamen, & cons. 58. numer. 1.* & seq. Quantuncunque quis solemniter agat alieno nomine, vel conueniatur, si non habuit mandatum ad agendum, vel vt conueniri possit, inualida sunt quæcunque ille fecit, vel eum eo sunt facta. *l. 2. C. de eo qui pro tutor. l. qui neque, C. qui dari tut. possunt. Archid. in cap. ad agendum de procur. in sext. Bald. in l licet. C. de procur. col. 1. vers. tertio modo. Vant. de nullit. ex defect. mandat. numer. 122. et seq. pluribus,*

30 addendo mandatum † dici minus legitimum, si datum fuerit à non habente facultatem constituendi, vt puta si quis constituatur à pupillo, vel minore, furioso, prodigo, seruo, muto, surdo, filio familiæ, monacho, Canonico sine Capitulo in rebus capitulatibus, & alijs similibus, qui soli non habent administrationem: nam si quid fiat eo procuratore interueniente in preiudicium eius, qui dicitur mandasse, illud est nullum, vt idem *Vantius* subdit *numer. 124. circa med.* Item mandatum est illegitimum ratione personæ mandatarij, vt sunt omnes, qui pro alijs in iudicio esse non possunt, vt sunt serui, monachus, pupillus, minor vigintiquinque annorum, & reliqui ob vitium insitum à natura, vel lege, excommunicatus, exul in loco exilij. *Vantius de nullit. ex defect. mandat. num. 132. & seq.* qui præterea distinguit quando talis defectus cesset parte consentiente. *Tuscus conclus. 811. procurator. & duabus conclus. seq.*
31 *& conclus. 817. & seq.* Item † mandatum est illegitimum si fuit reuocatum, vt dicam *§. seq.* Item si procurator habens generale mandatum comparet in causa, in qua requiritur speciale. *Felin. in cap. ex parte 33. de rescript. numer. 4. in fin.* Item si fuit lata instante, vel conuento procuratore substituto ab eo, qui substituit ante acceptationem mandati. *Rota recent. decis. 451. part. 2. num. 2.*

32 Ampl. etiā si † lata esset ad fauorem ecclesiæ: *cap. causam 9. de re iudic. vbi Felin. numer. 6.* qui præterea refert dissentientes, *& num. 7.* late comprobat.

33 Ampl. vt perpetuo liceat † dicere, & agere de nullitate sententiæ ex defectu mandati. *Vantius de nullit. cap. 8. num. 8. circa med.*

34 Ampl. etiam, quod in termino † citationis ad sententiam instante falso, seu non legitimo procuratore, quis sit potestatus, terminum proferendi sententiam diffundi pro vtraque parte. *Mantic. decis. 254. nu. 9.* quia non ideo dicitur tacite, vel expresse approbatus pro procuratore.

35 Ampl. etiamsi fuerit † obtenta à Domino pro suis subditis. *Mantic. decis. 328. nu. 1.*

Ampl. vt opposita exceptione defectus man-
36 dati, † in tantum corruant gesta à falso procuratore, vt nec sint valida, etiam quod subsequatur illorum ratificatio. *Ias. l. licet, C. de procurator. in fin. Simon de Præt. cons. 177. Ferret. cons. 321. nu. 1. Crauet. cōs. 108. & 387. nu. 3. & 5. Menoc. cons. 100. numer. 28. cum alijs cumulatis à Tusco conclus. 72. mandatum. n. 51. & seq.*

et seq. vbi refert dissentienter. Et hæc extensio præsertim procederet, si causa ageretur in loco vbi extaret Statutum, prout Florentiæ, quod in primo iudiciali actu exhibeatur mandatum, vt subdit *Tuscus ibidem num.60.et seq.*

37 Ampl. etiam si fuit lata comparente † procuratore ad defensam, qui sit minor annis vigintiquinque, *cap. qui generaliter*, §. *fin. de procur. in sext.* quem textum late examinaui in meis Collectaneis ad eundem textum. *Sanchez plures congerens, de matrimon. lib.3. disput.41.n.8.* limitando in procuratore ad negocia, vel contrahendum matrimonium. Vel obtenta in Curia seculari a procuratore qui sit clericus, *iuxta decis. Castil.113.*

38 Limit. ijs omnibus † casibus, quibus quilibet auditur sine mandato. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quaest. num.* 100. *cum triginta seq.* vbi refert casus, in quibus quis audiatur sine mandato & idem præstitit *Tuscus concl. 63. mandatum, et alijs casibus ab eo relatis, conclus.828. procurator.*

39 Limit. parte † non excipiente. *Marsil. tract. de Bannit.* §. *sententia .4. num.51. in fin.*

40 Limit. vbi quis appellat a sententia † lata ad fauorem falsi procuratoris. *Natt. consil.* 142. *omisso, num.19.*& ratio est, quia cum appellatio præsupponat tantum sententiam esse iniustam, *l.1. ff. de appel.* appellans fatetur senten-

41 tiam † validam, seu renunciare dicitur nullitati. *Natt. cons.142. num.* 19. *Caldas cons.11 nu.17.* asserens de hoc esse textum *in l.3. §. falsus, ff. rem rat. hab.* eam afferens rationem, quia tacite dicitur appellans renunciare nullitati. Et ideo cauti procuratores appellando addunt clausulã, saluo iure dicendi de nullitate. idem dixerat *Bero. cons.104 illud lib.3. num.10. in fin. Felin. in cap. causam, 9. de iudic. num.9. in fin.*

42 Limit. vbi probari potest tacite † quem consensisse quod quis suo nomine ageret, vel illum defenderet; quia sicuti cessat nullitas per expressam ratificationem, iuxta ea quæ dixi *supra, vers. cum temperamento*, ita cessat vbi

43 concurrit tacita; quia in iudicialibus † par est virtus taciti & expressi, vt pluribus probat *Cald. cons.10. num.15. & seq.* vbi plura exempla tacitę ratificationis refert, & ante illum idem præstiterat *Vantius de nullitatibus, cap. final. n.* 100. *& seq. pluribus*, vbi intra dentes relato dicto temperamento, addit omnem difficultatem cessare, an sententia lata cum falso procuratore possit ratificari, in eo, contra quem fuit lata sententia, distinguendo quando idem dicendum, si sententia sit nulla, ex inhabilitate constituentis, & constituti procuratoria.

44 Expressa autem vel tacita ratificatio † fieri debet a principali met, vel a procuratore habẽte speciale mandatum, quia cum sit posita in pura voluntate eius, contra quem iudicialia actu fuerunt facta, *l.2. C. de iur. emphit. l. filium §. stipulatio, ff. de bon. collat. Guid. Papa cons.24. n.5. & seq. Mantic. decis.73. in fin. Alex. cons.96. lib.4. num.1. & seq. Carol. de Graf. de exception. cap.32. num.135. & seq. &* 141. *et seq.* nullatenus talis nullitas remitti potest, nisi a domino vel a procuratore habente speciale mandatum, vel generale cum libera. An autem perpetuo sit verum, quod procurator censeatur admissus pro legitimo procuratore, vel iudex pro competenti, si de defectu mandati, vel competentia non fuerit exceptum, videndus *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quaestion. num.*88. *et seq. pluribus.*

Intelligas quæ dixi de ratificatione, si is po-

45 terat † esse procurator, aliàs nihil operatur ratificatio. *Ruin. consil.* 129. *viso compromisso, lib.5. num.11.*

46 An autem sat sit procuratori exhibere † mãdatum in publica forma, sed an præterea requiratur illius recognitio, & qualiter illa fieri debeat, videndus *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quaestion. num.138. et seq. pluribus*, vbi præterea agit si mandati instrumentum sit transmissum ex remotissima regione. *Vantius de nullit. ex defect. mandat. num.138. et seq.* vbi refert quæ requirantur vt mandatum sit in forma probãti.

47 Si autem moriatur procurator constitutus, † & constituens non sit præsens, an ille sit iterum citandus, vel eidem denuntianda mors. Et in hoc diuerso modo reperio Rotæ Auditores processisse: nam quandoque censuerunt illi sententiam esse nullam, si parti non denuntietur mors sui procuratoris, quam quis per contradictam obtinuit, teste *Bellamer. decis.* 494. & illum est sequutus *Beltramin. addendo ad Ludou. decis.110.* Quandoque aliud censuerunt, non seruando *decis. Bellam. teste Vestrio in praxi lib.1. c.5. nu.4. in fin. Rot. diuers. recent. decis.191. par.2. num.6.* vbi facto processu per contradictas, validam censuerunt sententiam absque alia intimatione mortis. *Anton. Augustin. in repert.* §. *citatio, num.32.*& idem dicitur fieri, si procurator constitutus, vel substitutus recedat a loco iudicij *addentes ad Ludouis. decis.* 430. *num.* 8. *et ad d. decis.110. in fin.*

48 An possit ratificari sententia † ab eo, pro quo est prolata, *Cancer. var. resol. lib.2. cap.17. de sent. excequut. num.489. et seq. pluribus.*

49 Pœnæ illius qui aliquem † sine mandato lite pulsauit, quæ sint, *Vant. de nullit. ex defectu mandat. num.67. et seq.7. et seq.*

§. V.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla, si fuit prolata citato procuratore, qui fuerat reuocatus, et certioratus de reuocatione. 1. *Ampl.*5.22.23. 24. 25. 26.27. 28.29.30.31.32.33.34.35.36. *Limit.*37.38.

Procurator falsus quis dicatur. 2

Esse qui desijt perinde est ac si nunquam fuisset. 3. *Intellige.* 4

Reuocatio procuratoris tacita fit multis modis 6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.

Mandatum tacite datur multis modis 18.

Tuscus Cardinalis laudatur. 18.

Man-

Mandatum reuocatur expressè multis modis. 19. 20.
Procuratoris reuocatio tacita, & expressa differt. 21
Quando intimanda parti, iudici, & procuratori. 37.

SEntentiam esse nullam, si fuerit prolata agente, vel conuento falso procuratore, dixi *in proximo, & antecenti §.* idem etiam esse dicendum, vbi fuerit prolata citato procu-
1 ratore † qui fuit reuocatus, & intimatus, seu certioratus de reuocatione, probatur *cap. ex insinuatione de procurator. cap. in nostra, cod. tit. l. cum quis, §. t. & l. si cum Cornelius, ff. de solut. glos. in cap. ex parte decani de rescript. verb. procurator, Tuscus conclus.* 862. *procurator. Bart. l. vnic. C. de satisdand. num. 6. vers. venio Capra regul.* 58. *num. 1. & seq. Boer. decis.* 374. *et videtur num. 6.* concludens eum dici falsum
2 † procuratorem, cuius mandatum apparet fuisse legitime reuocatum, quia mandatum caducatū non est mandatum perseuerantia, licet origine esset mandatum; seu quia non esse, & non continuate sunt paria. *l. si pro parte, §. versum, ff. de*
3 *in rem vers.* & qui esse desijt idem † est, ac si nunquam fuisset *l. item eorum, §. quod si. ff. quod cuiusq; vniuersit.* cū alijs cumulatis *per Demauder. in suis locis, parium & similium, §. factum*
4 *non esse.* Quod intellige in ijs quæ † requirunt continuationem, & persistentiam: secus in ijs quæ momento conficiuntur, quia sufficit quod semel fuerint facta, licet non durent. *Bart. cons.* 81. *& in l. si quis ita, C. de pact. int. empt. nu.* 4. & late comprobat *Fœnutius tract. de moment. tempor. cap.* 29. *num.* 11. *& seq. & ante illum Socin. in cap.* 3. *de caus. possess. nu.* 114. *& seq pluribus.*
5 Ampl. etiamsi reuocatio † sit tacita, quæ cum pluribus contingat modis, Primum exem-
6 plum erit si moriatur † qui constituit procuratorem, etiam quod mors sit ignota illi iudici iudici, & parti, non valent cum eo procuratore taliter reuocato. *l. mandatum, C. de procurator.* vt late examinaui *ibidem in meis collectaneis.*
7 Secundum exemplum † erit, si mutetur status personæ mandantis. *Socin. cons.* 112. *lib.* 1. *num.* 12. *vers. tertium. Decian. cons.* 68. *vol.* 3. *num.* 18. *Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus* 2. *ff. ad Trebel. nu.* 6. *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num.* 168. veluti si constituens fiat monachus, rebellis, exul, vt idem subdit *nu.* 175.
8 Tertium exemplum erit si muretur † status mandatarij, seu procuratoris. *Socin. sen. cons.* 112. *vol.* 1. *nu.* 15. *Alex. in l. rogasti, §. si fugitiuus, ff. si cert. petat. num.* 2. *& Ias. num.* 3. qui ambo hoc examinant. *Purpurat. in l. rogasti, §. fin. ff. si cert. petat. num.* 12. *& seq.* vbi prætcrea agit, an reuocetur ipso iure, & absque alia intimatione. *Stracca de mercatur. cap. de adiecto, part.* 3. *noui num.* 110. *& seq.* vbi præterea addit declarationem huius assumpti. *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num.* 168. *Felin. in cap. ex parte* 33. *de rescript. nu.* 21. concludens procuratorem factum ribaldum, vel inimicum censeri reuocatum, modo contrahentes cum illo sciant mutatio status illius.
9 Quartum exemplum erit, † si alius constituatur procurator, non facta protestatione citra reuocationem alterius. *l. si quis cum procuratorio, §. fin. ff. de procur. Rota decis.* 20. *de procur. in nou. num.* 2. *Natta cons.* 51. *num.* 9. *circa med. cap. non iniuste de procurat.* vbi late examinaui *in meis collectaneis ad eum textum,* & dixi *vers. sextum.*
10 Quintum exemplum erit, † si ipse constituens compareat in iudicio, actum vnicum iudicialem tantum agendo, vel excipiendo, sine protestatione, quod non velit ideo reuocasse procuratorem, *cap. si quem, de procur. in sext. Rot. decis.* 20. *num.* 1. *& decis.* 25. *de procur. in nouis.* Limitando tamen, si constituens fecit eum actum cōpulsus a iudice. Latius tamen hoc examinaui *in meis Collectaneis ad d. cap. si quem*
11 *de procur. in sext.* Et idem † dicitur de procuratore habente facultatem substituendi, & reuocandi substitutos. *Rot. decis.* 20. *de procur. in nou. num.* 1. *in fin.* 1.
12 Sextum exemplum erit, † si alius constituatur procurator non facta mentione primi etiam in secunda instantia. *Rot. decis.* 7. *&* 20. *de procur. in nouis nu.* 1. *in fin.* modo constitutio deueniat ad notitiam iudicis, vel partis. Si quis tamen habet procuratores, aliū ad iudicia, aliū ad negocia, & constituat procuratorem ad iudicia, non est reuocatus procurator ad negocia, & e contra. *Borel. in sum. decis. de procurator. num.* 272. *relata decis. Rotæ* 256. *si quis constituat. Vantius de nullit. ex defect. mandat. nu.* 163. *& seq.* ampliando, siue is constituatur in prima, seu alia instantia, & siue secundus constitutus acceptet mandatum, siue non; modò secundus constituatur in causa, in qua fuerat constitutus primus; & late examinat *Tuscus cōclus.* 94. *mandatum, & conclus.* 860. *procurat. num.* 13. *et seq. et Felin. in cap. ex parte* 33. *de rescript. num.* 27. *vers. & nota.*
13 Octauum, si moriatur is, cōtra quem † aliquis est constitutus procurator. *glos. cap. significaui de rescript.* sicuti & morte mandātis, & eius contra quem mandatur. *Capra regula* 14.
14 Nonum, si deficiat causa mandati † *Roman. cons.* 374. *præsent num.* 1. Quod tamen intelligendum est iuxta terminos *cap. cum cessante de appellat.* & tradita *ibidem in meis collectaneis. Vant. de nullit. ex defect. mandat. n.* 175.
15 Decimum, si labatur tempus, † vbi fuerat datum ad tempus, quamuis fuerit effectus dominus litis, & pars aduersa acquiescat. *Bart. l.* 1. *§. fin. ff. de procurator. num.* 4. *Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 47. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 54. *num.* 22. *in fin. Tuscus conclus.* 861. *procurat. reuocatio. num.* 31.
16 Vndecimū, si lata sententia in causa, † in qua quis fuit constitutus; *glos. l. inuitus, verb. extendere de procur. l. si actor, C. de appellat. et consult. Rota diuers. decis.* 1124. *fuit dubitatum part.* 3. *num. circa med.* quæ per dicta iura ita firmat. Nisi constitutus fuerit ad litem prosequendam in quacunque instantia, & procurator

ratur fine exceptione, seu protestatione acceptauit mandatum. *Rota decis. 2. de procur. in nou.*

17 Duodecimum exemplum erit, si qui † procuratorem constituit, cedat liti, argum. textus *Clem. fin. de procur. Cassador. decis. 2. num. 2. de appellat. Vantius de nullit. ex defect. mandat. num. 168. & 171. circa med. Cassad. decis. 2. de appellat. num. 9.* addendo si fiat apud acta, id tanto magis procedere, quia cessio dicitur nota iudici, quem dedecet acta ignorare.

18 Relatis modis, quibus tacite reuocatur mandatum, addendi essent modi † quibus tacite dicitur alicui datum mandatum. Sed quia id late præstitit *Cardin. Tuscus*, optime de Iurisprudentia meritus, in suis *pract. conclus. tom. 5. conclus. 31. mandatum*, ad ea me remitto, quę vir ille ad Summi Pontificatus apicem vno vel duobus votis deficientibus non promotus, eximijs laboribus in omnium vtilitatem elaborauit.

19 Expresse autem reuocatur mandatum, † si mandans per publicum instrumentum, seu litteras suas alium constituat procuratorem, cum reuocatione prioris. *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num. 158.* ampliando etiam quod constituens iurasset illum non reuocare, & conferunt dicta supra *vers. sextum & §. præcedenti vers. an autem.* Subdit tamen idem *Vantius ibidem num. 166.* quid dicendum si duo exhibeantur instrumenta mandati, sub eadem data, in quorum vno datur minor facultas procuratori, quam alteri, cui sit standum.

20 Item expresse dicitur procurator reuocatus † si apud acta in eadem causa alius constituatur procurator, præsertim cum reuocatione procuratoris prius constituti. *Mart. Monter. decis. 43. num. 43. vers. aut vero*, addendo tali casu non requiri intimationem, iudicis, vel partis, vel procuratoris.

21 Notandum singulare vnum, † quod efficacior est reuocatio procuratoris tacita inducta a lege, quam sit expressa, quia illa non est denuntianda parti, vel iudici, vel procuratori, ista secus. *Cassad. decis. 2. de appellat. num. 10. in fin. & num. 11. Tuscus conclus. 861. procuratoris reuocatio, num. 30. relato Io de Anan. cons. 25. in fin.*

22 Ampl. etiam quod reuocatio † deuenerit ad notitiam iudicis, vel partis aliunde quam per viam intimationis. *Capra regul. 58. num. 5. & seq.*

23 Ampl. præsertim si sententia fuit lata † ad fauorem eius, qui procuratorem reuocauit; etiam in casu quo erat necesse denunciare reuocationem ipsi procuratori, reuocato. *Cast. in l. si procuratorem, ff. de procur. col. 2. allegans glos. in cap. 2. de procur. in sext.* cum alijs cumulatis a *Felin in c. ex parte decani, 33. de rescrip. n. 28. in prin. & 24. & in cap. causam, 9. de iud. n. 9. vers. limita hoc. Capra regul. 59. proxima, nn. 7. Bart. l. vnic. C. de satisdand. num. 13. & late Martin. Monter. decis. 43. n. 22. & seq.* respondendo obiectis, quæ videbantur obstare, quod necessaria sit intimatio reuocationis, referens plura, quæ valent alieno nomine facta post reuocationem mandati, seu facultatis datæ, nisi denuncietur reuocatio facultatis datæ. *Cassad. decis. 2. de appel. num. 13. in fin. & num. 14.* addendo procedere, siue reuocatio sit tacita, siue expressa. *Rot. decis. 18. de procur. in nouis n. 4.* concludens, vbi agitur de præiudicio constituentis, non esse opus certioratione aliqua partis, vel iudicis, vel procuratoris. *Martin. Monter. decis. 43. num. 22. & seq.* testans ita decisum etiam quod reuocatio non sit intimata procuratori, *& num. 20. & seq.* responder contrarijs.

24 Ampl. præsertim vbi mandatum fuit † morte mandantis reuocatum, *l. penul. ff. de sent. sine appel. rescind. Bart. l. procuratorem, ff. de procur. Capra regul. 59. proxima, num. 11. & seq. pluribus*, limitando ijs omnibus casibus, quibus re integra non reuocatur mandatum; addendo procedere etiam quod mors non sit procuratori denunciata. *Cast. cons. 104. num. 2. lib. 1. Tuscus, conclus. 861. procuratoris reuocatio, num. 35. & seq.* limitando in procuratore ad exigendum. *Fel. in cap. ex parte decani, de rescript. num. 19. in fin.*

25 Ampl. præsertim vbi iudex † erat certus de reuocatione, *glos. l. vnic. verb. noluerit, C. de satisd. in prin.* vbi *Bart. n. 8.* concludit iudicem dici certū de reuocatione, si procurator fuit constitutus, & reuocatus apud acta causæ, seu iudicij, vbi erat constiturus; secus quoad causas alterius tribunalis, vbi non fuerat constitutus procurator. *Bart. d. l. vnic. num. 11.* concludens sententiam isto casu nullam, quia lata cum non legitima persona. *Capra regul. 59. proxima, num. 35. & seq.* vbi late probat. *Cassad. decis. 2. num. 9. in fin.* concludens cessionem litis notam iudici, si fiat apud acta, qua dedecet illum ignorare, & illis non visis sententia est nulla.

26 Ampl. præsertim vbi procurator † nihil ante reuocationem fecerat, *l. si dictum, ff. de euict. Bart. in l. vnic. C. de satisdan. num. 8. in fin.* concludens procuratorem generalem constitutum, si quid faciat, quamuis reuocatio non sit intimata iudici, vel parti, non subsistere, quia nullum cœptum erat iudicium tempore reuocationis, & consequenter non aderat cui denunciaretur reuocatio. *Capra conclus. 58. Gesta, num. 13.* idem repetit, & refert dissentientes, *num. 15. Alex. cons. 83. in causa, lib. 7. n. 8. vers. minus etiam obst. Fel. in cap. ex parte decani, de rescript. num. 18. vers. fallit quinto.*

27 Ampl. præsertim si procurator reuocatus † aliquid fecit in vim rescripti obtenti a procuratore reuocato, etiam quod idem procurator non fuerit de reuocatione certioratus, nec iudex sciuerit, *cap. in nostra de procur. Capra regul. 59. num. 8. & 9.*

28 Ampl. præsertim vbi per sententiam † quis damnatur ad aliquid tradendum, dandum, faciendum, vel exequendum, quod quis non erat obligatus, & ad eum effectum constituerat procuratorem: nam si ante sententiam fuit reuocatus procurator constitutus, & illo citato prolata fuerit sententia, erit illa nulla, etiam quod reuocatio non deuenerit ad notitiam partis, nec procuratoris. *Capra regul. 59. proxima, nu. 19. & seq.*

& seq. pluribus, eam afferens rationem, quia in ijs perseuerantia vsque ad actus consumptionem eius qui mandauit dare, & exequutio concipitur in persona domini, non autem procuratoris; veluti si quia constituatur procurator ad contrahendum matrimonium, vel ad eligendum, vel ad iudicandum; exceptis casibus, quo quis constituatur ad resignandum beneficium, iuxta *clem.* 1. *de renunc.* vel ageretur de libertate. *Felin. in cap. ex parte decani de rescript. n.* 14. *& seq.* limitando in casu *clem.* 1. *de renunc.*

29 Ampl. idem in procuratore admisso † sine mandato, & satisdatione, dominum ratum habiturum, nam corruunt quæcunque acta cum illo, volente eo pro quo comparuit. *cap.* 1. *de procur.* Capra *regul.* 58. *Gesta*, *num.* 19. addendo procedere etiam quod iudici, vel parti, vel procuratori non sit intimatum, quod quis nolit ratum habere.

30 Ampl. etiam vbi sententia lata fuit † cum procuratore, qui interuenit vt nuncius; quamuis illi, vel iudici, vel parti non sit intimata reuocatio. *l. si pater. ff. de manumiss. vindict. Capr. reg.* 58. *n.* 20. *Signorol. cons.* 59. *colum. fin. Io. de Anan. consil.* 35. *n.* 9. *Tuscus conclus.* 861. *Procuratoris reuocatio, n.* 32. addendo *num.* 33. idem dicendum, si habuisset mandatum tanquam procurator, & tanquam nuncius, & vsus est mandato tanquam nuncius. *Felin. in c. ex parte decani, de rescript. num.* 18. *vers. fallit sexto.*

31 Ampl. præsertim si de defectu mandati fuit † exceptum antè sententiam, adeo, vt neque à domino ratificari possit, quatenus esset illi fauorabilis. *Cast. in l. si procuratorem, ff. de procur. Gail. obseru.* 47. *lib.* 1. *n.* 3. *Martin. Monter. decis.* 43. *num.* 27. *& sequen. pluribus.* & dixi *§. seq.*

32 Ampl. præsertim in sententia † lata in criminalibus *Io. de Anan. consil.* 25. *n.* 5. *vers. secundo quia.* addendo procedere etiam quod reuocatio non sit intimata iudici, vel procuratori, nec parti. asserit *Tuscus conclus.* 861. *procuratoris reuocatio, num* 25.

33 Ampl. præsertim si procurator † reuocatus fuit contumax, nunquam comparendo. *Io. de Anan. cons.* 25. *vbi Io. Bolog.* addendo etiam quod reuocatio non fuerit intimata iudici, nec procuratori. *Tuscus conclus.* 861. *procuratoris reuocatio. n.* 27.

34 Ampl. præsertim, vbi sententia lata est † citato procuratore, qui mandatum habebat ad tempus; & tempore citationis illud expirauerat; nam sententia est nulla, etiam quod iudici, nec parti, nec procuratori facta fuerit intimatio. *Cast. consil.* 104. *in prin. & num.* 2. *lib.* 2. *Tuscus conclus.* 861. *procuratoris reuocatio, num.* 31. *&* 34. & dixi *supra vers. decimum.*

35 Ampl. etiam si lata fuit † citato procuratore, qui constitutus fuerat ad certum actum, vel qui mandatum acceperat ad certum actum, licet illud esset generale. *Cast. cons.* 104. *lib.* 2. *num.* 1. *&* 2. *Tuscus conclus.* 861. *procuratoris reuocatio, num.* 31. *&* 34. & dixi *§. antecedenti, vers. acceptatio.*

36 Ampl. præsertim vbi reuocatio † mandati fit a lege, nam etiam quod illa non fuerit denunciata, sententia est nulla. *Felin. in cap. ex parte decani, de rescript. num.* 21. *in fin.*

Ampl. vt in tantum sententia lata cum procuratore reuocato sit nulla, vt nec possit ratificari ab eo pro quo fuit lata, & dixi *§. seq.*

37 Limit. ijs omnibus casibus, † quibus procuratoris reuocatio intimanda est, vel iudici, vel parti, vel procuratori; nam tunc valet sententia lata, citato eo procuratore. Qui autem sint isti casus, videndi sunt *Felin. in cap. ex parte decani, de rescript. nu.* 7. *vsque in fin. Capra regul.* 58. *gesta, & regul.* 59. *proxima. Tuscus concl.* 862. *procuratoris reuocatio. Bartol. & cateri in l. vnic. C. de satisdand.* & dixi in meis *collectaneis ad l. si mandassem. ff. mandat.*

38 An ratificari possit ab eo, pro quo † est prolata, *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *de sententi. exequut. n.* 489. *& seq.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Sententia nulla ex defectu mandati, non potest ratificari ab eo pro quo est lata. 1. *Contrarium* 3. *Ampliatur prima opin.* 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Limit* 5. 16. 17.

L. licet ff. de iudic. declaratur, 2.

Procurator ex quibus causis quis esse non potest. 8.

Citatio obtenta à falso procuratore, non arctat citatum, 12.

Prosequendo idem caput nullitatis sententiæ ex defectu mandati reuocati, dicas in tantum sententiam esse nullam ex hoc ca-
1 pite, † vt nec ratificari possit ab eo pro quo fuit prolata. *Cassador. decis.* 40. *introducta, super regul. Cancell.* vbi pluribus probat, & testatur Rotam ita sæpe iudicasse. *Rota decis.* 1. *de proc.*
2 *in antiq.* asserens ita intelligi *l. licet † ff. de iud. Put. decis.* 373. *lib.* 2. *num.* 4. *relati a Fel. in cap. causam el* 1. *de iudic. num.* 7. vbi late comprobat. *Fel. c. ex parte decani de rescript. num.* 25. *relati à Gail. obser.* 47. *lib.* 1. *num.* 4. *Martin. Monter. decis.* 43. *num.* 24. *vers. qua etiam, & n.* 27. *et seq.* vbi late probat. *relati a Trentacinq. de procur. resol.* 2. *num.* 2. 8. *Cæsal. consil.* 441. *num.* 83. *Ias. l. licet*, C. *de procur. num.* 10. *vers. tertio.*

3 Contrarium tenent *Bar.* † & alij *in l. si mater, §. hoc iure, ff. de except. rei iud. & in l. licet, ff. de iudic. vbi Bald. in princ.* concludens sine distinctione aliqua posse ratificari, nisi ratificans sit in mora & rationem refert *Ias. in l. licet*, C. *de procur. num.* 10. vbi testatur de communi cum alijs cumulatis a *Trentacinq. resolut.* 2. *de procurat. num.* 2. *vers. secunda.* Quibus addo, ab ista opinione non esse recedendum, nec in iudicando, nec consulendo. Et ita iudicatum fuisse a Camera Imperij, si ratificatio fiat infra

sta decem dies, testatur *Gail. obseruat. 47. lib. 2. num. 4. vers. breuiter*, quam resolutionem comprobant dicta *Dec. in l. semper qui non prohibet ff. de regul. iur. num. 13.* & ita seruari in Curia Delfinatus testatur *Guid. Papa decis. 320. n. 3. in fin.*

4 Amplectendo itaque primã opinionem † pro regula, illam Ampliabis primo, si ex tali ratificatione sequatur tertij præiudicium, *l. cum decem, §. 1. ff. de solut. l. uniuersis. C. qui test. tut. dar. pos. Bald in l. 4. § fin. ff. de offic. procons. n. 2. in fin. & in l. si filius familias*, C. ad Macedon. *Ias. l. licet C. de procur. num. 10. vers. sexto. Dec. in l. semper qui non prohibet, ff. de reg. iur. n. 15. vers. tertio*, vbi plura & notabilia refert. *Felin. in c. causam, 9. de iudic. n. 9. vers. fallit quinto*, limitando, si tertio ius † esset quæsitum facto

5 vel negligentia ipsius tertij; secus si ratificantis. Ideo si iudex pronunciasset mandatum exhibitum à procuratore non esse legitimum, seu non sufficiens, non posset ratificari sententia cum eo procuratore lata, propter ius quæsitum parti. *Roman. sing. 186. tu audisti, vers. primo. Felin. in cap. causam 9. de iudic. num. 9. vers. fallit nono.*

Ampl. etiam vbi procurator assertus fuit ad-

6 missus † cum cautione rati, addita protestatione, quod si non appareret de mandato, habeantur omnia pro infectis. *Bartol. in l. inter quos, §. si aliena, ff. de dam. infect in fin.* vbi *Imol.* inquit hoc esse mirabile in praxi. *Rom. sing. 686. in fi. Felin. in cap. causam 9 de iudic. num. 9. vers. decimo fallit. Trentacinq. de procur. resol. 2. nu. 12.* vbi alios consentientes refert. Si autem admissus fuerit sine dicta protestatione, non posset amplius excipi de mandato, ex regula, quod semel approbatus non potest amplius reprobari. *Ias. in l. licet. C. de procur. n. 8. vers. regula, & vers. vndecimo. Ro... sing. 686. tu audiuisti. Aufrer.* ad *Capel. Tolos. decis. 272. n. 4. circa med.*

7 Ampl. presertim vbi sententia lata † est cum eo, qui non potuit esse procurator. *Felin in cap. causam. 9. de iudic. num. 9. vers. fallit vndecimo.* eam afferens rationem, quia ratificatio non potest supplere isto casu defectum procuratoris, in illius persona; seu, ve ego addo, facere habilem, qui erat inhabilis, seu quia medium impertinens impedit extrema coniungi. *l. tria prædia. ff. de seruitut. vrb. præd. cap. 1. §. hoc autem notandum, qui feud. dare possunt. Ias. in l. licet. C. de proc. num. 8. & 10. vers. duodecimo.* addendo, ex quatuor causis quem nõ posse esse

8 procuratorem, videlicet, vel ratione suæ personæ, quia seruus, pupillus, mulier, vel minor annorum xxv. & similes, *Soc. cons. 55. lib. 1. nu. 8. vers. tertio. cap. qui generaliter in fi. de procur. in 6.* vbi late dixi in *meis collectaneis.* Vel ratione mandantis, quia minor, non legitimus tutor, non tota vniuersitas. Vel ratione causæ, vt puta si causa sit criminalis, in qua non admittitur procurator. Vel ex defectu satisdationis.

9 Ampl. præsertim vbi sententia † esset lata in casu quo ad agendum speciali opus erat mã-

dato tam ex natura causæ, quam quia ita lege vel Statuto disponatur. *gl. in cap. nonnulli. verb. mandato circa med. de rescript. Fel. in cap. causam 9. de iudic. nu. 9. vers. fallit primo & vers. fallit sexto. Bald. l. si vxorem*, C. *de cond. insert.* Qui autem sint casus requirentes speciale mandatum, dixi *infra c. 7. §. 1. & seq. Cæsal. cons. 441. causa ista, num. 82. & 92.* addendo, quoties mandatum pro forma requiritur, nihil operare ratificationem. *Trentacinq. de procur. resol. 2. num. 17.* addendo idem dicendum si officialis in ingressu officij inter alia quæ edicit, illud est, ne quispiam absque mandato compareat coram illo. *Ias. in l. licet, C. de procur. nu. 10. vers. quarto.*

10 Ampl. etiam vbi is falsus procurator † mentitus est, se habere mandatum, & siue causa sit in Curia Principis, seu inferioris a Principe. *Innoc. in cap. ex parte decani, 53. de rescript. l. si quis obrepserit, ff. de fals. Felin. in cap. causam, de iudic. num. 9. vers. fallit secundo, & vers. fallit tertio. Cast. in l. 3. ff. de iudic. nu. 3. vers. limita autem, Ias. in l. 3. §. si procurator, ff. quod quisque iur. num. 10. vers. quinto nota... et in l. licet, C. de procur. num. 10. vers. octauo, addent, ad Guid. Pap. decis. 320. vers. gesta. Aufrer. ad Capel. Tolos. decis. 272. num. 5.*

Contrarium tenent relati a *Trentacinq. de procurat. resolut. 2. num. 7. vers. contra hanc:* & relata conciliatione *Baldi* residet in hac contraria opinione, quam late comprobat.

11 Ampl. præsertim, si idem † procurator fuerat a ratificante reuocatus, vt dixi *§. præcedenti in fin.*

12 Ampl. in sententia lata contra † absentem, etiam contumacem. *Ang. in l. licet, ff. de iudic. Felin. in cap. causam, 9. de iudic. n. 9. vers. fallit septimo.* concludens non posse ratificari ab eo, pro quo fuit prolata; & ratio est, quia citatio obtenta à falso procuratore, non arctat citatum ad comparendum, *Cast. in l. licet, ff. de iudic.* declarando si citatus nunquam comparuit, secus si comparuisset, & de mandato non excepisset; cuius dicta reassumpsit *Trentacinq. de procur. resol. 2. n. 10. Ias. in l. licet, C. de proc. n. 10. vers. septimo.*

13 Ampl. præsertim, si iudicis intercessit † interloquutoria, quod procurator, qui sententiam obtinuit, non haberet sufficiens mandatum. *Trentacinq. de procurat. resol. 2. n. 11.* vbi plures congerit. *Ias. in l. licet, C. de procurat. nu. 10. vers. decimo. Rom. sing. 686. tu audiuisti, Guid. Pap. decis. 320. n. 6. Aufrer. ad Capel. Tolos. decis. 272. num. 3.*

14 Amplia præsertim si ante ratificationem † exceptum fuit de defectu mandati. *Ias. in l. licet, C. de procurat. n. 10. vers. limita.* quem sequitur *Io. Cæsal. cons. 586. conductores, nu. 10.* quia ratificans dicitur esse in mora. *Trentacinq. de procur. resol. 2. n. 16.*

15 Ampl. præsertim stante Statuto, † quod non valeat processus factus comparente procuratore, qui non docet de mandato. *Ias. in l. licet, C. de procur. num. io. vers. nono. Rom. sing. 686. tu audiuisti, vers. secundo. Aufrer. & ab illa*

relati ad Capel. Tolos. decis. 272. *num.* 4.
16 Limit. quatenus agitur de praeiudicio † ratificantis. *Fel. in cap. ex parte decani, de rescript. n.* 25. *Gail. obseru.* 47. *lib.* 1. ampliando, siue ratificatio sit tacita, vt puta appellando à tali sententia; siue expressa. *Trentacinq. de procurat. resol.* 2. *n.* 8. *in fi. Felin. cap. causam, 9. de iudic. num.* 9. *vers. limita hoc. Casal. cons.* 441. *num.* 83. *Guid. Pap. decis.* 320. *n.* 3. *Capel. Tolos. decis.* 272. vbi *Aufrer.* refert dissentientes.
17 Limit. in minore, qui ex priuilegio minoris † ætatis, potest ratam habere sententiam latam cum falso illius procuratore. *Gail. obseruat* 47. *lib.* 1. *num.* 4. *Aufrer. ad Capel. Tolos. decis.* 102. extendens ad Ecclesiam, & Fiscum.

§. V I.

S V M M A R I V M.

Sententia est nulla ex defectu iurisdictionis. 1. *& quare. ibid. ampl.* 2. 3.
Exceptioni nullitatis ex defectu iurisdictionis nō censetur renunciatum, etiam per generalem renunciationem. 4.
Sententia est nulla, si feratur de rebus non existentibus in territorio iudicantis. 5.
Item si feratur in personam non subditam, 6. *Ampl.* 7.
Item ratione rei, de qua est lata, 8. *ampl* 9. 10.
Item si feratur extra territorium iudicantis, 11. *Ampl.* 12. 13. 15. *Limit.* 14.
Item si feratur tempore quo non poterat proferri, & exempla referuntur, 16. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 29. 30. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 47.
L. post sententiam, C. de sentent. declaratur. 18.
Articulus quando dicatur praeiudicialis. 2
In petitorio quando procedat iudex, si illud fuit suspensum. 28
Pupillus quando dicatur indefensus. 31
Infirmitas citati quomodo fiat nota iudici. 32.
Contra pupillum debitorem quomodo formetur processus. 33
Caecus an possit esse iudex. 35
Iudicum vitia qui non corrigit, vbi potest corrigere, graues in se ipso & genere suo expectet poenas. 37
Cap. cum vigesimum, de offic. deleg. an procedat in foro Caesaris. 44
Sententia nullitatis ex defectu iurisdictionis quādo cesset exceptio. 45. *Perpetuo de illa excipere & agere licet.* 46.
Sententia est nulla, si fuit prolata ab eo qui non poterat esse iudex. 26
Item vbi fuerat praeuentum coram alio. 27
Sententia est nulla, si prolata ab eo qui ex accidenti aliquo non poterat esse iudex 34. 38.
Item si ab excommunicato 38.
Item si a iudice recusato. 39.
Item si ab illiterato. 40.
Item si ab haeretico. 41.
Item si a tribus iudicibus, vbi vnus illorum erat inhabilis ad iudicandum. 42.
Item lata a minore annorum decem et septem. 43.
Item lata a delegato non obseruata forma rescripti. 47.

1 TErtium caput nullitatis sententiæ † est quoties fuerit prolata a non habente iurisdictionem, *l. factum, ff. de regul. iur. l.* 1. *C. qui pro sua iurisdict. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. l.* 1. *& seqq.* C. *si a non compet. iud. Marsil. de bannit. §. sententia* 4. *nu.* 45. *Gomes. in compend. Signat. num.* 74 *& seq.* concludens iurisdictionem esse vnum ex tribus lapidibus angularibus, quibus tota iudicij machina sustinetur, & illius defectum assimilari podagræ, quæ nullo medicinæ genere sanatur, sed perpetuo viget, & crescit quandoque cum interitu
2 patientis. Ideo aduersus tres conformes quis † auditur, si de illarum nullitate ex defectu iurisdictionis excipiatur, quamuis de iure Canonico habeamus expressum textum contrarium. *clem. vt calumnijs, de appellat. Marsil. de*
3 *bannit. §. sententia* 4. *num.* 12. addendo† sententiam nullam non posse consensu partium validari in vim sententiæ, sed bene in vim pacti; *cum nu.* 7. *&* 8. prius dixisset non censeri re-
4 nunciatum † exceptioni nullitatis ex defectu iurisdictionis, quamuis sit generaliter & cum iuramento renunciatum omni exceptioni: & dixi *infra lib.* 2. *cap.* 12. §. 3.

Quia tamen defectus, seu carentia, vel competentia iurisdictionis causari potest, vel ratione loci, in quo quis iurisdictionem exercet, vel personæ, vel rei, vel temporis quo exercetur, de singulis agendo,

5 Dicendum primo sententiam † esse nullam, si illa feratur de rebus non subditis, seu non existentibus in territorio iudicantis, vbi si firæ seu existerent in territorio, potuisset iudex de illis iudicare, *l. final. ff. de iurisdiction. omn. iud. Mantic. decis.* 232. *num.* 11. concludens sententiam latam contra ministrum rationis bancariæ, quam Lugduni exercuerat, fuisse nullam, quia reddita ratione inde recesserat, & dicebatur exequendam in bonis extra Lugdunensem Prouinciam siris. Et quia ista est materia *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* ideo ad ea quæ ibidem tradunt Doctores me remitto, cum ego etiam in meis Collectaneis ad eundem textum non ingrata lectoribus dixerim tam, quoad ea quæ sunt voluntatiæ, quam contentiosæ iurisdictionis.

6 Dicendum secundo quod sententia † sit nulla, si illa fuerit prolata in personam non subditam iudicanti, vt puta si feratur in eum qui ratione rei, vel contractus, vel qualitatis additæ personæ, non est de foro iudicantis in personali, vt puta si subditus Regis Catholici conueniatur, & damnetur ad soluendum a iudice ordinario, vel delegato iudice Regis Galliarum. *Mantic. decis.* 232. *n.* 11. Vel clericus damnetur a iudice layco. *Surd. cons.* 396. *occasione, n.* 30.
7 addendo procedere† etiam si ille non exceperit de clericatu, vel miles condemnetur a non suo iudice, *l. si quis in conscribendo,* C. *de pact.* Et quoad sententiam latam in clericum a iudice layco

layco, late examinaui *in meis Collectaneis ad cap.* 3. 11. q. 1. Si autem ex accidenti aliquo in persona eius in quem fuit iudicatum, non erat iudicandū, dixi infra *vers. dicendum sextto. Mar. sil. de bannit. §. sententia*, 4. *num.* 47. exemplū referens si fetatur contra exemptum.

8 Dicendum tertio sententiam esse nullam † ratione rei, de qua est prolata, vt puta si iudex causarum capitalium pronunciauerit de causa ciuili, vel iudex ciuilium pronunciet de causa capitali. *l. solemus, §. fin. ff. de iudic. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. n.* 48. *Contard. de moment. possess. limit.* 19. addendo in tantum sen-

8 tentiam isto casu esse nullam, vt liceat de nullitate excipere, quamuis excipiens iurasset non dicere de nullitate ex isto capite; vt alia reticeam quæ congessi *in meis collectaneis ad text. d. l.*

10 *solemus, §. fin. ff. de iudic.* Vel sententia † lata esset à layco iudice in causa mere spirituali, vel quæ esset fori ecclesiastici. *cap. decernimus de iudic. l. cum clericis*, C. *de Episcop. et cleric.* & late dixi *in meis collectaneis ad dictum capitul. decernimus, Vantius de nullit. ex defect. iurisdict.* vbi alia exempla refert, *num.* 43. *vsque ad* 100.

Dicendum, quarto, sententiam esse nullam

11 † si feratur extra territorium iudicantis. *l.* 3. *ff. de offic. præsid. l. obseruare, §. ingressus, ff. de offi. proconsf. l. duumuirum*, C. *de decur. lib.* 10. & ratio est, quia ibi non est iudex, sed tanquam vnus de populo, & subditus imperanti. *vt not. in l. si pupillus, §. territorium, ff. de verb. signif.* Ideo si laycus iudex proferret sententiam in ec-

12 clesia † de re profana, illa esset nulla. *cap. decet, §. omnes de immun. eccles. in sext. vbi glos.* quā commendat *Abb. in cap. qua fronte de appell. in primo not. Mayner in l. res iudicata, ff. de reg. iur. num.* 44. *Fed. de Senis* loquens de sententia lata in loco inhabili, *cons.* 11. *nu.* 3. Si autem iudicis layci esset actus pius, vel dus esset, quamuis factus in ecclesia. *Signorol. de Homod.*

13 *cons.* 32. *datus*. Item si iudex † extra locum maiorum ferat sententiam, illa est nulla. *l. cum sententiam*, C. *de sentent. Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 110. *& seq.* Quæ omnia

14 sunt vera in actibus iurisdictionis † contentiosæ, secus si voluntariæ. *glos. cap. Statutum, verb. remotis de præbend. in sext. Boer. decis.* 30. *& primo, num.* 1. *Capic. decis.* 203. *num.* 14. *in fin. et nu.* 15. *Gomes. ad regul. de non iudicand. iuxta formam supplicat. quæst.* 4. *num.* 2. *et in fin.* & dixi *in meis Collectaneis ad glos. l. fin. verb. paretur, ff. de iurisdict. omn. iud.* Quæ dixi de

15 proprio † territorio, idem dicendum de loco exempto, vt firmat *Vantius ibidem num.* 108. *Marsil. de bannit. §. sententia*, 4 *num.* 46.

16 Dicendum quinto, sententiam esse nullam † ratione temporis, quo non erat proferenda, vt puta si iudex pronunciauit tempore finiti magistratus, sibi dati ad tempus. *l. pars litterarum, ff. de iudic.* exemplum esse potest, si præses prouinciæ admonitus à successore suo antequam prouinciam ingrederetur, post duos dies ab admonitione sententiam ferat ferat, vel aliud decernat. *l. obseruare, §. antequam, ff. de offic. proconsf. l. meminisse, ff. eod. l. vnic.* C. *de offic. præfect. August.* Item exemplum erit, si iudex

17 ordinarius, † vel delegatus tulit sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, qua lata desinit esse iudex, & dicitur functus officio suo, nam si quid deinde decernat, excepto casu, de quo *infra §.* 11. *ampl.* 3. *in fin.* etiam declarando iudicata, illud est nullum, & dicitur factum non à iudice, sed à priuato. *l. iudex posteaquam. l. quod iussit. l. acta, §. de amplianda. l. cum quærebatur, ff de re iud. l. post*

18 *sententiam*, † C. *de sentent. Gul. de Cun. in l. quia arbiter, ff. de arbitr.* concludens, quod iudex recitata sententia statim desinit esse iudex. *Parif. conf.* 100. *lib.* 1. *num.* 44. *Feder. de Senis* concludens sententiam latam tempore inhabili esse nullam, *conf.* 11. *num.* 13. *Marsil. de bannit. §. sententia* 4. *num.* 19. Retinet ordinatius tamen iurisdictionem, si causa non recipiat appellationem ad effectum deuolutiuum, quoad accessoria, vt puta quoad expensas, executionem illius, & alia, de quibus per *Felin. in cap. qualiter et quando el* 1. *de accusat. col.* 4. *Imol. Roman. Alex. et reliquos in l. quod iussit et in l. iudex, ff. de re iud. Camban. de clausul. §. non errore ducti, vers. sed an iudex, Capic. decis.* 1. *num.* 24. *vsque ad* 29. & dixi *in meis Collectaneis ad d. l. iudex, ff. de re iud.*

19 Item exemplum erit, si iudex † tulit sententiam perempta instantia. *l. proponendum*, C. *de iud.* vbi communiter notatur sententiam latam perempta instantia esse nullam. *Alex. conf.* 136. *in causa et lite lib.* 2. *num.* 1. *Dec. conf.* 150. *n.* 5. *Marsil. decis.* 70. *num.* 6. *Cast. conf.* 184. *videtur dicendum. col.* 1. *vers. quinto et vltim. lib.* 1. *Rom. sing.* 786. *post lapsum. Rot. Genuens. decis.* 13. *num.* 8. *Thesaur. decis.* 122. *num.* 11. *in fin. Parif. conf.* 100. *num.* 45. *et* 50. *Mantic.* loquens de sententia lata lapso biennio à die interpositæ appellationis, *decis.* 301. *num.* 1. *Guid. Papa decis.* 436. *num.* 17. qui loquitur, vbi appellatio est deserta. *Trentacinque de iudic. resol.* 4. *num.* 42. *et seq. et de sententijs resolut.* 5. *et de appellat. resolut.* 3. ampliando siue agatur de instantia concessa à iure communi, siue à Statuto, etiam quod partes renunciauerint exceptioni dicendi de nullitate sententiæ ob lapsum instantiæ, non tantum in prima, quam in secunda, & vlteriori instantia; & idem dicendum de sententia arbitri. Et addit aliquas declarationes, quæ non tangunt negocium principale de quo fuit iudicatum. *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 115. *et seq. pluribus.* qui late versatur circa instantiæ statutariæ lapsum, & ante *Vant.* late examinauerat *Felin. in cap. de causis de offic. delegat. num.* 8. *sicuti, et Afflict. decis.* 283. *num.* 4. *et ibid. Vrsil. nu.* 9.

20 Idem dicendum, si sententia fuerit prolata † tempore feriarum, modo quis fuerit citatus ad illam audiendam die non feriata; secus si die feriata, & iudex habuerit terminum pro seruato, qui in Rom. Cur. apud iudices ecclesiasticos est dierum decem, & in vltimis audientijs Rotæ est triginta, & sententia publicatur semper sub die qua quis fuit citatus ad illam audiendam; & si

O 2 sub

sub alia die durantis termini publicaretur, illa esset nulla. *Gratian. discept.* 510. *num.* 9. *Marsil. de bannit.* § *sententia*, el 4. *num.* 67. *et seq. pluribus*, vbi late agit.

21 Idē dicendum, si sententia lata fuerit † noctis tēpore *cap. consuluit, de offic. deleg.* § *sedebunt, auth. de iudic. relati à Mayner. in l. res iudicata, ff. de regul. iur. nu.* 42. *in fin. Marsil. de bannit.* §. *sententia*, 4. *num.* 118. *Vantius de nullit. ex d. fect. iurisdict. num* 132. testans de communi, & qui ab ista opinione rece deret, faceret litem suam. *Ripa tract. de noctur. temp. cap.* 134. *sententia num.* 7. *vsque in fin.* vbi late examinat, & ad eum me remitto, ne de catta in papirum transferam quæ amicus meus doctè, & methodice scripsit. Addo quod in Rom. Curia à Iudicibus ecclesiasticis vidi cōtrarium seruari, secus à iudicibus Populi Rom. *Mayner. in l. res iudicata, ff. de reg. iur. num.* 43. addendo in Curijs Principum ecclesiasticorum, in iudicialibus latius procedi in tenebris quam in luce, & illis conuenit, quæ leguntur *Iob cap.* 17. *Noctem verterunt in diem*: & Areopagitæ, quorum iudicium exquisitissimum habebatur, noctu, & obscura luce iudicabant, ne hominis aspectu, cultu, vestitu, gestibus ita moueretur iudex, vt a iustitiæ, & æquitatis scriptę tramite decedere quodammodo cogeretur, & non dicentes, sed quæ dicerentur respiceret, vt ex *Luciano* & alijs refert *Alex. ab Alex. genial. dierum lib.* 3. *cap.* 5. *vers. nam quos, et Plutarch. in lib. de Iside* refert Thebis iudicum imagines sculpi sine oculis, orbatos perpetua luce, ne hominum vultu flecterentur.

Idem dicendum esset, si feratur durante dila-
22 tione † data ad probandum, vt dixi supra *cap.* 4. *Gabrel. consil.* 43. *lib.* 1. *num.* 38. *in fin. Felin. in cap. de causis de offic. deleg. num.* 8. vbi præterea limitat. *Puteus decis.* 367. *lib.* 3. distinguendo, an lata fuerit pendente dilatoria exceptione, vel peremptoria. Vel lata fuit non expectato consilio sapientis, si à Statuto illud requiri mādetur, vt late prosequitur *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. n.* 146. *et seq. plurib. Mastril. decis.* 35. *num.* 1. subdens *num.* 2. an idem dicendum sit dilatione prorogata.

23 Idem dicendum, si proferatur † post interpositam appellationem à decreto coarctatiuo dilationis a iure concessæ; non expressa causa, quare coarctetur. *cap.* 1. *vbi Butr. num.* 3. *de dilat. Veral. decis.* 137 *part.* 3.

24 Idem dicendum, si proferatur † non datis dilationibus iuxta Iuris, vel Statuti, vel rescripti formam, vt dixi §. *seq. vers. vndecimus*.

25 Idem dicendum, si feratur † non terminato prius articulo præiudiciali. *Menoch. cons.* 301. *probabili, n.* 39. *& seq. Crauet. cons.* 79. *quondam, nu.* 7. vbi declarat quando articulus dicatur præiudicialis. *Bero cons.* 34. *lib.* 3. vbi late examinat, *Caldas quæst.* 25. *extat. num.* 25. *& seq.* qui pariter late agit. *Gratian. disceptation.* 384 *num.* 10. veluti post oppositam, & admittendam declinatoriam fori. *Mastril. decis.* 127. *num.* 2. *Io* Franc. *Castil. decis.* 48. *solet, num.* 10. *& seq. Vinc. de Franc. decis.* 294. exemplum referentes, si virgo. & similes, quæ gaudent priuilegio *l. vnic. C. quand. Imper.* elegit forum Principis, & inferior ordinarius ferat sententiā. Vel feratur sententia pendente decisione articuli, an appellatio à præcedenti decreto sit admittenda. *Bart & reliqui in l.* 1. *C. quor. appell. in fin. Aretin. cons.* 20. *in secundo dub. Crauet. cons.* 103. *num.* 5. *Mastril. decis.* 187. *num.* 2. *Veral. decis.* 137 *num.* 1.

26 Dicendum sexto, sententiam † esse nullam ex defectu iurisdictionis, quia illam non posset iudex exercere, vt puta si qui superiorem recognoscit, ferat sententiam in causa propria, vt late prosequuntur *Crescent. decis.* 1. *de arbitr. Surd. cons.* 50. *num.* 10. *Trentacing. var. resol. lib.* 2. *resol.* 5. *de iudic. num.* 5. *vsque in fin.* vbi multis modis ampliat, & limitat. Vel pronunciasset post interpositam appellatiobem ab interloquutoria inferente grauamen, quod non posset reparari per diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ. Vel præsente superiore, vel in petitorio suspenso, dum pendet cognitio possessorij. *Veral. decis.* 145. *par.* 3. *Vant. de nullit. ex defectu iurisdict. num.* 133. *vsque ad* 145.

27 Idem dicendum, si lata fuit † ab vno iudice, vbi coram alio fuit præuentum. *Put. decis.* 460. *part.* 2. Vel post oppositam exceptionem litis pendentiæ, coram alio iudice, *Afflict. decis.* 354. *num.* 18. Vel fuit lata in petitorio, vbi intentatum fuit solum possessorium. *Veral. de-*
28 *cis.* 325. *part.* 2. *num.* 1. vbi docet cautelam † quoad iudex possit canonicè procedere in petitorio, *& decis.* 143. *part.* 3. *Mantic. decis.* 328. *num.* 4. *Surd. cons.* 266. *n.* 11.

Vel fuisset prolata contra mortuum, vel pro mortuo. *Polyd. Ripa obseruat.* 23. vbi ampliat etiam si putaretur viuus, & defensus fuisset. *Cancer. refert. & sequitur variar. resolut. cap.* 17. *de sent. exequut. n.* 323.

29 Dicendum septimo, sententiam esse nullam † quia ex accidenti aliquo in persona condemnati non erat pronuntiandum sed differendum, & ideo iudicantis iurisdictio; erat suspensa, seu dormiebat; vt puta si feratur contra aliquem durante tempore luctus condemnati. *Rimin. iun. cons.* 179. *dubitatur, num.* 5. vbi ampliat etiam si de tali tempore accidenti non fuerit exceptum, dum ab illo, vel illius procuratore fuit citatus ad sententiam, vbi iudex fuit durare tempus luctus, vt subdit idem *Riminald. num.* 27.

30 Vel feratur contra absentem ex iusta, † vel reipublicæ causa. *Alex. in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud. num.* 4. *in fin. Scaccia de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 4. *num.* 9. *& seq.* vbi late prosequitur. Vel lata contra mortuum, vel pro mortuo *gloss. l. Paulus, verb. non possit, ff. quæ sent. sin. appell. rescind. Verall. decis.* 140. *part.* 3. *l. in summa*, §. *fin. ff. de re iud. Mantic. decis.* 134. *num.* 1. *& decis.* 213. *num.* 2. *Neuizan. cons.* 20. *num.* 6. Latius tamen hoc examinaui in *meis collectaneis* ad *gloss. d. l. Paulus*. Vel lata fuerit contra pupillum, vel minorem indefensum. *Put. decis.* 298. *part.* 2. *num.* 1. *& decis.* 23. *part.* 3. *num.* 2. *Crescen. decis.* 9. *de sent.*

sent.& re iud. qui idem dicit in vniuersitate, & repub.& alio gaudente iure pupilli, vel minoris. *Mastril. decis.* 80. *sententia*, *num.* 1. Indefensus autem † dicitur pupillus, vel minor, si illius tutor, vel curator noluit suscipere illius defensionem, *l. cum & minores*, *C. si aduers. rem iudic. vbi Bart. num.* 3. *Cast. num.* 4. *Sal. num.* 6. *Franc. Bec. cons.* 12. *num.* 37. & latius id declarant *Puteus decis.* 298. *eadem die part.* 2. *& ibidem addentes*. *Mastril. decis.* 73. *num.* 9. *& seq. & decis.* 101 *tentato*, *num.* 5. *& seq.* Vel tractatur contra infirmum, si infirmitas fit nota iudici, *l. quæsitum*, *vbi glos. ff. de re iud. Gomes. ad regul de infirm. resignant. qua.* 9. *vers. decimonono*. *Gabriel. consil.* 50. *lib.* 1. *Thom. Acacius tract. de infirm. part.* 2. *§. sententia*. *Mysinger. obseruat.* 57. *centur.* 4. Infirmitas autem dicitur † nota iudici, si apud acta exhibeantur attestationes medicorum, qui de Infirmitate testimonium perhibeant: & ita practicaui & obtinui, modo aduersarius citetur in tali exhibitione. *Rimin. iun. cons.* 179. *dubitatur*, *num.* 3. *& seq.* subdens *num.* 34. id potius fieri ad cautelam quam de necessitate. *Alex. l.* 4. *§. condemnatum*, *ff. de re iud. num.* 4. *in fin.* quod præsertim procedit vbi infirmitas est grauis, vt late examinat *Anton. Gizzarel. decis. Neapolitan.* 9. *Ad relationem*, *num.* 1. *& seq.* Si quis sit creditor pupilli, † quomodo formetur processus contra illum, vt canonice quis sit satisfactus, videndus *Osasc. decis.* 89. & in Rom. Cur. seruatur, vt illo citato quatet ad comparendum legitime, illi deputetur curator ad litem, eum quo facto in reliquis processu capiuntur, & distrahuntur illius bona in actione personali, vel fit immissio, vel vendicantur bona quæ ille possidet. *Mastril.* tamen *decis.* 73. vult potius isto casu dandum illi tutorem, quam curatorem.

31

32

33

34

35

Dicendum octauo, sententiam esse nullam † ex defectu iurisdictionis causato ex accidenti simpliciter in persona ipsius iudicis, vt puta si ille efficiatur demens, mutus, vel surdus, vel quouis alio corripiatur vitio mentis & intellectus: nam tunc licet non perdatur seu expiret iurisdictio, suspenditur tamen, & sententia differenda in tempus aptum, *Liudex l. cum furiosus*, *ff. de iudic. l qui furore*, *ff. de stat. homin.* nam cum iudicare sit munus vnicuique suum tribuens, & æquum ab iniquo separandi scientia, *l.* 1. *ff. de iust. & iur. §. iustitia*, *inst. de iur. nat gent. et ciuil.* nullatenus possunt ista peragi a demente, qui caret iudicio, cui sit dandum & quantum, & quo modo dandum. *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. num.* 39. *& seq.* vbi alia exempla refert. Surdo, qui non audit merita causæ; muto, qui non potest explicare qualiter intelligat & an potius argumentis vnius quam alterius partis acquiescat. Ideo cum iudicis munus præcipue perficiatur intellectu, sensu, & loquela, hinc factum, vt † cæcus possit iudicis officio fungi, *l. cæcus*, *ff. de iudic.* quam pluribus exornaui in meis *Collectaneis*, & late examinat *Cast. in l. cum prætor*, *§ non autem ff. de iudic.* & legitur de Appio Claudio cæco, qui admissus in consilio S.P.Q.R. vicit omnium sententias, dum tractaretur de pace ineunda cum Pyrrho Epyrotarum rege, qui legatos Populi Rom. male affecerat, vt referunt *Plutar. in vita Pyrrbi & Liuius Hist. Rom. lib.* 13. Verum ista censeo procedere, vbi iudex debet iuxta relata a partibus seu illorum patronis iudicare, vt fiebat † apud Romanos, qui auditis partibus sententias proferebant exquisitis vocis astantium iudicum, per secreta suffragia, impressa tabula cera illita A. vel C. quæ illa salutatis littera nuncupabatur, hæc autem tristis, & N.L. non liquere significabatur. *Alex. ab Alex. genial. dier. lib.* 3. *c.* 14. *& Comment. in Orat. Cicer. pro Milon.* sicuti etiam nunc obseruatur Venetijs, vt retuli de *Laudem. lib.* 1. *q.* 29. *artic.* 4. *num.* 67. Secus alibi, vbi ex scripto, & scriptis probato ius redditur dicasterij, & maior pars litiū expensatū fit scripturis dandis iudicibus omnibus collegialiter iudicantibus, licet minor illorum pars datas scripturas viderit, & ad condemnandum sufficiant tres vel quatuor illorum ita censuisse, quandoque prece, non raro precio, & sæpe ignoranter stando alio tum dictis: quod dictu fœdum † & puniendum in ijs & illorum genere, qui id fieri sciunt, & ferunt, vbi istis mederi possent, & deberent, ex iniuncto illis officio & publico imperandi munere.

36

37

Et idem dicendum censeo, si sententia feratur † a iudice, qui publice sit denunciatus excommunicatus. *Rota recent. decis.* 534. *part.* 1. *num.* 3. *& 5. Marsil. de bannit. §. sententia*, 4. *num.* 22.

38

39 Vel idem iudex esset legitime † recusatus. *Rota diuers. decis.* 2. *part.* 2. *num.* 1. *& seq.* quæ præterea refert quæ requirantur, vt iudex dicatur legitime recusatus. *Serafin. decis.* 1366. addendo præsertim si pendet terminus ad eligendos arbitros. *Marsil. de bannit. §. sentent.* 4. *num.* 10.

40 Vel iudex esset ignorans litterarum, † seu imperitus muneris iudicandi. *l. certi iuris*, *C. de iudic.* & late prosequitur *Menoc. cons.* 100. *num.* 238. *& seq.*

41 Vel lata fuerit a iudice hæretico, † seu aliter inimico catholicæ religionis, seu à Iudæo, seruo, vel fœmina, furioso, fatuo, infami publico & notorio, vt late probat *Marsil. de bannit. §. sententia* 4. *num.* 20. *cum octo seq.*

42 Vel lata a tribus iudicibus delegatis, † quorum vnus erat inhabilis ad iudicandum; *Mastril. decis.* 27. *num.* 1. *& seq.*

43 Vel iudex qui pronunciauit, erat † minor annorum decem & septem, *l. quidam consulebant*, *ff. de re iud.* nisi is sit datus a Principe, vel de consensu partium: & de iure Canonico idem si fuerit minor vigesimo anno. *cap. cum vigesimum*, *de offic. delegat. Marsil de bannit. §. sententia* 4. *num.* 29. & *d. l. quidam* procedere tantum in delegato, tenet *Gotifred. in prax. lib.* 1. *titul.* 21. *rub. de diuision. iud. vers. item*
44 *minor.* & an † dispositio *d. cap. cum vigesimum*, habeat locum in foro Cæsaris, videndus *Asinius in prax. part.* 2. *§.* 3. *cap.* 8. *n.* 3.

Limita quæ sunt dicta in antecedentibus de
45 † nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis,
ijs omnibus casibus, quibus non licet excipere
de competentia iurisdictionis, quos congessit
Corset.ad repertor. Abbat. §. iudicis incompetentia.

Notandum est singulare vnum, quod de nul-
46 litate † sententiæ ex defectu iurisdictionis ne
dum excipere, sed agere perpetuo licet. *Vantius de nullit.cap.8. num.8 circa med.*

Sententia est nulla, si delegatus non † obser-
47 uauit formam rescripti. *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict.deleg. numer.91.* & dixi *§. seq. num.41.*

---

§. VIII.

SVMMARIVM.

Sententia nulla non meretur nomen sententiæ. 1.

Sententia est nulla, culpa & facto iudicantis. 2. Exempla. 3.7.8.10.11.19.20.23.24.28.30.31.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50.51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.62.

Sententia quando dicatur lata ex breuiloquo. 4.5.6.

Item quando sine cognitione causa. 8

Iudici an credatur quod pronunciauerit causa cognita. 9

Infamis vt quis dicatur, opus est sententia lata super crimine infamiam irrogante. 12. Ampl. idem vt quis dicatur excommunicatus. 13

Sententia vt sit valida, an scripto ferenda. 11.14. an probari possit testibus. 15. legenda a iudice. 16. Lata prout in cedula si concepta in tertia persona. 18.

Sententia continens contraria est nulla. 19. Ampl. ibid.

Sententia est nulla, si fuit prolata a iudice qui non erat certus de sua iurisdictione. 20. Ampl. 21.

Item si fuit venalis. 22. Ampl. 23.

Item lata non visis actis. 24.27. Ampl. 25.

Item lata iudice non sedente. 28. Ampl. 29.

Pij Papæ Quinti obseruantia in iudices, & suos commendantes causas iudicibus. 26

Sententia lata nemine instante est nulla. 31. Limit. 32.33. Ampl. 33. in fin.

Item non datis dilationibus Statutarijs. 34. Ampl. et Limit ibid.

Sententia est nulla, si fuit prolata tanquam in secunda, si erat in prima. 35.

Item, si fuit incerta. 36.

ABsolutis tribus præcipuis capitibus, qui-
bus sententia dicitur inualida ita vt nec
1 nomen nec effectum † sententiæ me-
reatur, *l.4.§. condemnatum, ff. de re iud. glos. fin. in clem.1. de sequestr. possess. et fruct. Fel. cap. ex tenore, de rescript. num.3. Afflic. decis.39. per binas, num.6. et decis. 283. diuers. num.1. et seq.* & late comprobat *Caldas. quæst 36. est et alia, num.1. et cons.41. num.11.* prosequendo
cætera nullitatum capita referam hoc §. casus
2 nullitatis sententiæ ex pura † & simplici culpa
seu facto iudicantis.

Primus itaque casus erit, si introducta coram
3 aliquo iudice † causa, statim siue ex breuiloquo
ferat sententiam, *l.2. C. de sentent. ex breuiloq. recitand. Bart. in l.4. C. de sent. & interlocut. omn. iud. num.13. et seq Felin in cap. ecclesia S. Mariæ de constit. num.14. Dec. cons.479. in controuersia, num.7.* & latè examinat *post Felin. d. cap. ecclesia, Gabriel. de sent. conclus. 6. num.5. et seq.* Quando autem sententia dicatur
4 lata ex † breuiloquo, late declarant. *Cuiac. in paratit. C. lib.7. titul.44. et Alciat. dispunct. lib.1. cap.21.* confutata lectione eiusdem *Rub.* antiqua, dum vice verbi *Breuiloquo* legebatur *periculo*; attestante *Alciato* de quodam laruensi iudice, qui ad euitandum periculum, quòd sibi imminere credebat, sententiando, quod armatus, & equo insidens sententias proferebat. Ego autem omissis quæ *Alciatus et Cuiacius* referunt circa interpretationem ver-
5 borum dictæ rubricæ, censeo sententiam † latam ex breuiloquo, si statim lite contestata fuerit prolata, *l.2. vers non subitas, C. de sent. ex breuiloq. recitand. Ias. cons 44. lib 3. num.11. et seq. Put decis.334. lib.1. Paris. cōs.79. lib.1. n.14* Vel non lapsis dilationibus statutarijs, vel diebus iuridicis, quibus de stylo Romanæ Curiæ seruari debent termini substantiales, qui quot sint & quantum temporis exigant, refert *Vestr. in praxi, lib.5. cap.1.* Vel etiam sententia dicitur lata ex breuiloquo, si fuit prolata in tanto breui tempore, vt verisimiliter non potuerit iudex videre acta. *Ias. l.2. C. de edend. num.15. Dec. cons.564. in num.11. Serafin. decis.1266. Trentacinq. resolution.2. de iudic. lib.2. num.4.* secus si intercessit tempus congruum, quo iudex potuit instrui de meritis causæ. *Serafin.*
6 *decis.455. num.9.* vel lata fuerit non dato † termino ad probandum vel defendendum. *Afflic. ad constit. Regni, de cultu pacis, num.46.*

7 Secundus casus est, si fuerit † prolata a iudice absque causæ cognitione, *l. fin. §. fin. ff. eo. quod metus caus. Alex. in l. a diuo Pio §. in venditione, ff. de re iud. num.17. circa fin. Bald. in l.2. C. de seruit. & aqua, num.51.* addendo posse etiam absque causæ cognitione reuocari. *Marsil. de bannit. §. sententia, 4. num.91. Hieronym. Laurent. decis.97. fratres, n.1. Mantic. decis.165. fuit resolutum, num.3.* vbi præterea ex *Bart. in l. prolatam, C. de sent & interlocut. omn. iud. Alex. in l. iudices, C. de iudic. num.4. Crau. cons.153. num.2.* declarat quomodo co-
8 gnoscatur sententiam † fuisse latam sine causæ cognitione. An autem sententia isto casu sit absolute nulla, late examinant *Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ de constitut. num.17. & seq. Zuccard. in l fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*
9 *num.449. & seq.* An autem credatur † iudici quod adhibuerit causæ cognitionem, videndus *Mastril. decis.80. sententia, num.7. & seq. relatis Cæsal. cons.185. nu.15. Mascard. de probat.*
con-

conclus. 95 t. *num.* 2. & 10. *Menoc. de arbitr.*
casu 187. *num.* 31. *addentes ad Abb. in cap. eccl.*
S. Mariæ de constit. num. 8. *vers. in gloss. fin.* ad-
10 dendo idem dici si feratur † non visis actis, exa-
minando etiam an sit nulla ipso iure, vel annul-
landa.

11 Tertius casus est, si a iudice non † proferatur
in scriptis, & minime fuerit ab eodem lecta, *l. 2.*
vers. scriptas, C. *de sent. ex breuiloq. recitand.*
cap. & *si sententia de sentent.* & *re iud. Marsil.*
de bannit. §. sententia 4. *num.* 119. *et seq.* adden-
do si fuerit lata scripto sed non possit legi, pari-
ter esse nullam, & recitandam scripto; nec suf-
ficere si recitetur memoriter, quamuis statim
12 illam faciat scribi a notario. Ideo † vt quis di-
catur infamis, requiritur sententia condemna-
toria de crimine famoso, *l. furti*, *ff. de his qui*
not. infam. Veral. decis. 90. *part.* 2. addendo non
sufficere probationem testium, & idem dicitur
13 † de ex communicato, *cap.* 1. §. 1. *de sentent.*
excom. in sext. Lap. allegat. 73. *nu.* 3. *vers. vnde*
pœna, *et num.* 4. *vers. habet locum*, vbi præ-
terea agit, an idem dicendum, si feratur excom-
municatio a Prælato regulari contra monachū
non obedientem illius mandatis. An autem
perpetuo sit verum, quod ad validitatem sen-
14 tentiæ sit opus vt illa † scripto proferatur, vi-
dendi sunt *Corn.* 243. *vol.* 4. *Rol. a Val. cons.* 41.
lib. 1. *num.* 10. *et seq. et* 31. *et seq.* & an sententia
15 probari possit † testibus, *Mandel. consil.* 742.
Iter. num. 2. & *seq.* Si autem fuerit lata à nota-
16 rio iudice † præsente an valeat *viden. Marsil. de*
bannit §. facti, num 59. *Rol. à Val. cons.* 41. *lib.*
1. *num.* 11. 12. & 32. *et* 37. Si autem iudex pro-
17 nunciat, prout in cedula, † nisi stylo sustineatur,
est nulla. *Serafin. decis.* 536. *num.* 2. & 3. Si au-
68 tem concepta fuerit in tertia persona, † & non
in prima, quando dicatur lata in scriptis, *Serafin*
decis. 1441. *num.* 5. *Rol. à Val. cons.* 41. *lib.* 1.
num. 12. vbi agit an sententia lata à iudice, sine
alia scriptura, præter eam, quam consultor dedit
dicatur scripto lata: & *n.* 31. limitat si extat Sta-
tutum, vt sententia feratur omni iuris solemnita-
te omissa. & *Corn. cons.* 243. *in hac lib.* 4. late
agit quid dicendū si adsit Statutum, quod pro-
cedatur summarie de plano, ordine iuris non
seruato, sine strepitu, & figura iudicij.

Quartus casus est, si iudicis sententia conti-
19 net † in se contrarietatem. *Alex. cons.* 124. *lib.*
2. *num.* 14. *Natta cons.* 51. *viso num.* 17. *Dec.*
cons. 8. *num.* 8. addendo nullitatem ex contra-
rietate sententiæ resultantem, non censeri reie-
ctam a Statuto reijciente omnem exceptionem
Aret. cons. 107. *num.* 4. *post princ. Rimin. iun.*
cons. 119. *n.* 95. etiam, quod essent tres senten-
tiæ exequibiles. *Scaccia de appellat. quæst.* 19.
remed. 1. *conclus.* 5. *num.* 12. *vers. secundus*, &
conclus. 4. *num.* 57. & distinguit *Bald. in l.* 1. *C.*
de furt. num. 18. Idem dicitur si iudex capita-
lium absoluat inquisitum, sed condemnat illum
ad restitutionem rei, cuius causa fuerat inquisi-
tus. *Surd. cons.* 266. *num.* 23. *circa fin.*

20 Quintus, casus est si sententia feratur ab eo †
qui non est certus de sua iurisdictione, vel dubi-
tat, an illa sibi competat. *cap. pastoralis, § fin.*
de rescript. vbi aliqua cumulaui *in meis Colle-*
ctaneis ad eundem textum. *Abb. cap. pruden-*
tiam 71. *de offic. delegat. num.* 24. *Probus ad*
Monac. in cap. 1. *de appellat. num.* 27. *Crauet.*
cons. 124. *num.* 4. *Vantius de nullit. ex def. ci-*
iurisdict. num. 157. & *seq. Marsil. de bannit.*
§. sententia 4. *num.* 13. *vsque ad* 19. concludés
21 idem dicendum, si † Iudex iudicet tanquam de-
legatus, vbi erat ordinatius, & è contra; vel
ignorabat se esse delegatum, vel iudicem, seu ha-
bere iurisdictionem, seu quæ sunt necessaria ad
ferendam sententiam. *Rota diuers. recent. part.*
2. *decis.* 702. concludens sententiam latam
à subdelegato, si non constat de subdelegatio-
ne, esse nullam.

22 Sextus casus est, si fuerit venalis, seu † precio
lata *l. venalis*, *vbi Bart.* & *reliqui*, C. *quando*
prouoc. non est necess. Marsil. de bannit. §. sen-
tentia 4. *num.* 95. *Io. de Plat. in l. si quos*, C. *de*
23 *decurion. lib.* 10. *num.* 1. *in fin.* † etiam quod
prolata fuerit à iudice, qui emit iudicandi mu-
nus, vt fere faciunt omnes Iudices Curiæ Ro-
manæ.

24 Septimus casus, si fuerit lata † non visis actis.
Ias. l. 4. *C. de eden. num.* 14. *in fin. Cassad. decis.*
2. *de appellat. num.* 10. *Mastril. decis.* 80. *senten-*
tia num. 1. & *seq.* subdens rationem, & an
25 credatur † iudici asserenti vidisse acta. Latius
tamē hoc nullitatis caput examinat *Trentacinq.*
de iudic. resolut. 2. *lib.* 2. *num.* 1. & *seq. Rol. à*
Val. cons. 41. *lib.* 1. *num.* 23. concludens ad nul-
litatem sententiæ, illiusque cassationem suffice-
re Iudicem non vidisse probationes condemna-
ti: & non vidisse, probatur si processus, & acta
iudicij tempore quo lata fuit sententia, erat pe-
nes condemnati procuratorem, vt contigit bo.
mem. *Acorambono*. Rotæ Decano, qui iustas
tulisset pœnas sedente Pio V. nisi in fata con-
26 cessisset, correptus minis eiusdem Pontificis, †
qui statis diebus solitus erat querelas in Iudi-
ces audire, vtereq. indicta pœna suis, ne cuius-
quā causas Iudicibus cōmendarent, sciens, quòd
rogare Ducum species est violenta iubendi. An
27 autem † sententia lata non visis actis sit nulla
vel annullanda, examinat *Felin. cap. Ecclesia*
sanctæ Mariæ de constit. num. 12. *Alex.* 53.
lib. 5. *num.* 21.

Octauus casus est, si fuerit prolata à Iudice
28 † non sedente, *§. sedebant, authent. de iudic. l. à*
procedente, ff. quis ordo in bon. possess. l. quisquis
in fin. C. de dilat. Marsil. de bannit §. sententia
4. *numer.* 105. & 107. *et* 108. addendo in tan-
29 tum † esse necesse vt iudex proferat senten-
tiam sedendo, vt etiam requiratur quod à No-
tario exprimatur, quod illa fuerit lata iudice se-
dente. Et hoc tenendum menti: et si ob infir-
mitatem iudex non potest sedere, quod valeat
sententia quiescendo, qualiter & quomodo po-
test. *Rol. à Val. cons.* 41. *lib.* 1. *num.* 14. *Serafin.*
decis. 1441. *num.* 6. limitat, in iudice commis-
sario, præsertim accedente stylo iudicandi non
sedendo.

30 Nonus casus est † si sententia fuerit euiden-
ter iniusta, seu iniqua, vt dicam *infra* §. 13. seu
lata contra legem, vt dicam *infra* §. 12.

Deci-

31 Decimus casus est,† si sententia proferatur in
ciuilibus nemine instante. *Bart. & reliqui, C. vt*
quæ desunt aduocat. iud. suppleat. l. 4. § hoc au-
tem iudicium, ff. de damno infect. *Vant. de nul-*
lit. ex defect. process. nu. 98. *Serafin. decis. 536.*
num. 1. Marsil in l. decimo quoque ff. de re iud.
num. 135. Rip. d. § hoc autem, num. 75. Ias in
l. properandum, §. etsiquidem, C. de iud nu. 5.
32 *& seq.* vbi limitat multis modis. *Gonzal. ad*
regul. 3. glos. 96. num. 109. vbi plures conge-
rit,& limitat si iurisdictio erat tempore latæ sen-
tentiæ peritura, relato *Marsilio in praxi §. 1.*
num. 7. inferens ad decisionem Statuti impo-
nentis pœnam iudici non terminanti causam
33 infra certum tempus,& † alijs modis, vltra *Ias.*
limitat *Diaz regul. 665. relatus lib. 17. regul.*
iur. §. §. sententia, & Alex. in d. l. 1. C. vt quæ
desunt part. num. 11. & seq. Serafin. decis. 597.
num. 2. ampliat etiam si conclusum fuisset in
causa.

34 Vndecimus casus est,si iudex ordinarius † vel
delegatus protulit sententiam non datis dilatio-
nibus dandis de iure, vel Statuto,vel forma re-
scripti, vel non seruata illius forma. *Io. Franc.*
Castill. decis. 48. numer. 1. & seq. vel non ema-
nato aliquo peremptorio. *l. ad peremptorium,*
ff. de iudic. Rol. à val. cons. 41. lib. 1. num. 1. &
seq. vbi limitat, & dixi *in meis collectaneis ad*
d. l. ad peremptorium.

35 Duodecimus casus est, si iudex † processit tã-
quam in prima, & protulit sententiam tanquã
in secunda. *Mantic. decis. 211. num. 1. & decis.*
217. nu. 1. relato Cassador. *decis. 8. de rescript.*
num. 4. ex regula. Quod potui nolui,quod volui
adimplere nequiui.

36 Decimustertius est, si iudex † protulit sen-
tentiam incertam, seu perplexam. *§. curare, in-*
stit. de action. Crauett. cons. 70. num. 5. Quæ
tamen dixi de incertitudine sententiæ longiori
egerent examine. Ideo videnda, quæ dixi in
meis Collectaneis ad dictum §. curare: si tamen
sit relatiua ad ea,ex quibus potest certificari,est
valida. *Marsil. de bannit. § sententia 3. nu. 68.*
& seq. Ludou. Rudolfin. conclus. 4. vbi exami-
nat si iudex pronunciet prout in cedula.

37 Decimusquartus casus est,† si iudex pronun-
ciet bene fuisse appellatum, & ex actis constet
appellationem fuisse interpositam post decem
dies, *Clem. si appellationem de appell. Mysinger.*
obseruat. 11. in fin. centur. 3.

38 Decimusquintus casus, est † si sententia lata
fuerit sub conditione, vt dixi *a. 15.*

40 Decimusseptimus casus est, † vbi iudex in
sententia expressit falsam causam, seu iudex ex
falsa causa iudicauit. *Felin. in cap inter cæteras*
de re iud. num. num. 5. Rot. *decis. 26. eod. tit. in*
antiq. Crauet. *cons. 192. num. 22. vers. tertio.*
Soccin. cons. 266. in causa lib. 2. num. 53. Bart.
in l. si is ad quem 22. ff. de acquir. hered. num. 1.
& seq. vbi Alex. num. 6. & seq. Ioseph. de Sess.
de inhib. § 2. cap. 1. num. 35. & seq Surd. cons.
223. num. 17. & seq. vbi declarat quæ requi-
rantur, vt ex isto capite sententia sit nulla. *Cra-*
uetta amplians etiam in sententia Principis, *cõs.*
134. num. 50. Cornazan. decis. 1. num. 4. licet
deinde *nu. 28.* distinguat. *Serafin. decis. 988. n.*
2. Gratus cons. 77. lib. 2. num. 1.

41 Decimusoctauus casus † est,si iudex non ob-
seruauit formam rescripti. *cap. cum dilecta de*
rescript. cap. Pisanis de restit. spoliat. præsertim
vbi forma est data sub conditione. *Bellamer.*
decis. 668. Lapus allegat. 27. num 10. Alexan.
cons. 218. num. 1. lib. 2. Verul. decis. 143. part.
3. num. 3.

42 Decimusnonus casus est, † si alternatiua non
fuerit prolata contra emptorem conuentum ex
remed. *l. 2. C. de resc ind. vendit.* vt late tradit
Fab. de Monte de empt. & vend. quæst. penult.
num. 24. & dixi de *laudemio lib. 2. quæst. 43.*
num. 33.

43 Vigesimus casus est, si feratur † contra aliam
sententiam. *l. 1. C. quand. prouoc. non est ne-*
cess. Surd. cons. 467. arbitror, num. 1. & cons.
160. remedium num. 11. vbi plures consentien-
tes congerit. Quod tamen intelligo, si in eadem
sententia non reuocetur alia illi contraria.

44 Vigesimusprimus casus est,† si proferatur super
principali, nulla facta mentione de incidenti,
quod coram illo fuit discussum. *Alberic. in l. 3.*
C. de iudic. num. 2. vers. quod si agatur. Puteus
decis. 388. in causa lib. 3. num. 4. & seq. conclu-
dens sententiam esse nullam, si feratur super
principali, nihil dicto de exceptione, de qua
simul, & semel fuit cognitum.

45 Vigesimussecundus casus est, si feratur † a
iudice, prout in responsis *Menochij, & Decia-*
ni, & ille dixerit reum absoluendum, iste con-
demnandum. *Bart. l. duo iudices, ff. de re iudic.*
num. 4.

46 Vigesimustertius casus est, † vbi iudex in sua
secunda sententia confirmat præcedentem nul-
lam, vt late probat *Surd. cons. 160. numer. 76.*
addendo idem dici de tenuta nulliter data, quæ
non potest confirmari, sed noua dari immissio.
Surd. cons. 223. num. 7.

47 Vigesimusquartus casus est, † si non iustifice-
tur ex actis *Rot. recent. part. 2. decis. 702. nu. 1.*
concludens sententiam esse nullam; si feratur
in exequutionem, seu vim concessionis Aposto-
licæ, & de illa non constet.

48 Vigesimusquintus casus est, † si petita à pro-
curatore dilatione ad consulendum mandãtem,
& illa sibi fuit denegata, etiam quod mandans
sit in longinquis, vel diu absuturus, & siue
agatur cum procuratore ad negocia, siue ad cau-
sas. *Mandel. cons. 766. num. 3.*

49 Vigesimussextus casus est, † si fuerit lata in
loco alio quam in statuto ad iudicandum. *l. 5.*
C. quomod. et quand. iud. Ias. l. si vt proponis 2.
C. eodem num. 14. circa med.

50 Vigesimusseptimus casus est,† si feratur con-
tra rem iudicatam. *Grat. cons. 70. lib. 1. num. 4.*
& seq. vbi late comprobat.

51 Vigesimus octauus casus est † si feratur alia
die, vel alio in loco, vel de alio actu, quam
expresso in sententia. *Felin. cap. 1. de iud. n. 22.*
Osasc. decis. 142. num. 37. Quæ dixi de loco, li-
mita si alio loco feratur parte præsente. *Io. And.*
in cap. quoniam. 47. de elect. num 4.

52 Vigesimusnonus casus est, † si feratur post-
per-

peremptam instantiam. *l. properandum, C. de iud.* per quem textum ita firmat *Anchar. in clem. 1. de restitut. in integr. num. 7.* vbi prætcrea agit quando currunt, quæ fiunt lapsa dilatione data à Statuto. Distingue tamen, vt per *Bart. in d. l. properandum num. 6.*

53 Trigesimus casus est, vbi iudex † iudicauit non requisito consilio sapientis, iuxta formam Statuti. *Soccin. cons. 10. lib. 4. nu. 11.*

54 Trigesimusprimus, si fuit † prolata ex falsa causa. *Dec. cons. 475. num. 14. & seq.* addendo idem diei de laudo; exemplum referens, si feratur in vim pacti inualidi, *Soccin. iun. cons. 41. lib. 2. num. 17.*

55 Trigesimussecundus casus est, † si feratur contra mortuum, vel pro mortuo. *l. in summa, alias in sententijs. 59. §. fin. ff. de re iud. l. eius qui in prouincia ff. si cert. petat. l. penult. & fin. C. quæ sent. sine appellat. Alex. l. si decesserit, ff. qui satisdar. cogant. num. 7. Cassad. decis. 2. de appell. num. 11.*

56 Trigesimustertius casus est, † si conuento reo ad soluendum centum, iudex illum condenat in sexaginta, & de residuo illum non absoluit, seu nihil dicit. *Cast. in l. non idcirco 44. ff. de iudic. num. 1.* addendo talem sententiam esse ipso iure nullam, quia non imponit finem liti. *Salicet.* tamen *in Rubr. C. si aduers. rem iudic. num. 2. & seq.* aliud sentiens distinguit, sicuti & *Boer. decis. 73. videtur quod pro parte, n. 6.*

57 Trigesimusquartus casus est, si feratur † in petitorio, vbi fuisset intentatum possessorium.

58 Trigesimus quintus casus est, † si feratur infra tempus luctus condemnati, *Gratian. discept. 18. num. 57. & seq* vbi etiam ampliat.

59 Trigesimussextus casus est, † si feratur contra minorem indefensum. *Ruin. cons. 160. lib. 1. num. 31.* vbi distinguit quando idem in interlocutoria.

60 Trigesimusseptimus casus est, † si feratur contra stylum Curiæ. *Cyn. in l. 2. C. quand. prouoc. non est necess. quæst. 3. Guidopap. decis. 292. nu. 2. Marta de Tribunal. Vrb. Rom. cap. 5. nu. 7. circa med.* vbi plures congerit.

61 Trigesimusoctauus casus est, † quando lata contra consuetudinem. *Addentes* ad *Guidopap. in præfata decis. 292.*

62 Trigesimusnonus casus † est, quando iudex noluit recipere probationes. *Afflict. ad Constit. Regni de cultu pacis, num. 46. in fin.*

63 Quadragesimus casus † est, si fuit prolata contra dominum, vbi lis fuit agitata cum procuratore, qui per litis contestationem factus erat dominus litis, & causæ, *l. 1. C. de sent. & interl. omn. iud. Sicard. in l. 4. C. quomod. & quand. iud. num. 22.* subdens *num. 23.* eatenus aduocatos monere partes, vt in causa iniuriarum quæ infamant, semper vtantur procuratore, quia lata sententia contra procuratorem illi euitant infamiam.

§. IX.

SVMMARIVM.

Sententia sæpe est nulla fauore eius, in quem fuit prolata, veluti si feratur pro, vel contra mortuum, infirmum, absentem ex causa, pupillum, minorem indefensum, vniuersitatem, rempub. & similes. 1

Item si feratur contra dominum præsentem, cuius procurator fuerat litem contestatus, ambobus non citatis. 2. *Limit. ibid.*

Item si feratur contra minorem absque interuentu curatoris. 3. *Ampliat. et Limit. ibid.*

Item quando lata contra dominum, qui nunquā fuerat in iudicio. 4

Item si feratur contra minorem, et similes non dato illis defensore, et qui defenderit. 5

Item si feratur contra absentem nō contumacem. 6. *ampl. ibid.*

Item si feratur contra seruum. 7

Item lata contra aliquo modo impeditum ad audiendam sententiam. 8

Item si feratur extra locum, in quo erat ferenda. 9

Item lata contra pupillum interueniente tutore deputato, vel exercente tutelam absque solemnibus. 10

Item lata cōtra pupillum citato procuratore qui constitutus fuerat à tutore ante litem contestatam. 11. *secus si pro pupillo. ibid.*

Item lata contra pupillum citato curatore illi dato à iudice, præcedente citatione pupilli, minoris infante ad comparendum legitime. 12. *Ampliat. in filio fam. non citato illius patre.* 13.

Referam hoc §. casus, quibus sententia

1 est nulla fauore † eius, in quem fuit prolata. Primus itaque casus est, si fuerit prolata pro mortuo, vel contra mortuum, infirmum, absentem ex iusta causa, vel reip. contra pupillum, minorem indefensum, vniuersitatem, rempubl. & similes, vt dixi supra §. 7. *vers. dicendum sexto. Gratian. plures referens discept. 734. n. 40.*

Secundus casus est, vbi sententia fuit lata con-

2 tra dominum † præsentem, cuius procurator fuerat litem contestatus, ambobus nō vocatis. *Felin. in cap. cum in iure, de off. deleg. num. 9. vers. secundo fallit.* & pluribus probat *Mysinger. obseru. 39. procur. centur. 2.* vbi limitat si procurator sit impeditus, vel absens, vel infirmus. *Surd. cons. 99. num. 33. Ias. in l. furioso, ff. de re iud. num. 10. & seq.* concludens idem dicendum si feratur citato domino, vbi lis fuit facta cum procuratore.

Tertius casus est, si feratur contra minorem

3 absque interuentu † curatoris. *l. 1. C. qui legitim. person. stand. in iudic.* vt late sum prosequutus *in meis collectaneis* ad eundem textum, vbi egi quid dicendum si sententia fuerit prolata ad illius

lius fauorem, vel in spiritualibus, vel in possessorio, & distinguit *Afflict. decis.* 283. *num.* 4. *circa med. & Vrsill. num.* 12. & idem dicendum si minor, vel pupillus careat tutore, & curatore. *Natt. cons.* 541. *num*, 1. *&* 18. & quid dicendum si compareat minor ipse. *Trentacinq. resol.* 3. *n* 37. *& seq. de procur.*

4 Quartus casus est, si sententia feratur contra dominum, † qui nunquam fuit in iudicio, sed miserat procuratorem. *l.* 1. *C. de sent. & interloquut. omn. iud.* Sed hoc non est perpetuum, vt late prosequitur *Abb. in cap. querelan.* 24. *de elect. num.* 10. *Surd. cons.* 99. *num.* 32. *& seq. Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de procurat. resolut.* 14. *solet.*

5 Quintus casus est, vbi sententia fuit prolata † contra minorem, vel remp. & aliud corpus, non dato illi defensore, qui suo fungatur officio, defendendo minorem, & aliud corpus, cui est datus defensor. *Crescent. decis.* 9. *de senten. & re iudic.*]

6 Sextus casus est, si feratur contra † absentem non contumacem vere, vel ficte. *l. ea, quae statuuntur, C. quomod. & quand. iud.* Quod praesertim procedit si feratur contra clericum super priuatione beneficij. *glos. cap. quoniam frequenter, §. porro, verb. canonibus, vt lit. non contest. Ias. l. furioso, ff. de re iud, num.* 3. *& seq.* vbi addit idem dicendum si feratur pro eodem absente; & idem dicendum si pro absente, qui neque potest illam ratificare. *Cancer. var. resol. tom.* 2. *cap.* 17. *de senten. exequution. num.* 482. *& seq.*

7 Septimus casus est, † si feratur contra seruum. *l. seruus, C. de iudic.*

8 Octauus casus est, si feratur contra † impeditum ad comparendum ad audiendum sententiam. *Mysing. obseru.* 57. *non, centur.* 4. vbi refert plures impedimentorum species.

9 Nonus, si fuerit prolata extra locum † deputatum, vbi causa erat cognoscenda. *l. si vt proponis, C. quomod. & quand. iud.*

10 Decimus est, vbi fuit prolata contra † pupillum, interueniente tutore, qui acceptauit, & exercuit tutelam absque debitis solemnitatibus, vt quia non satisdedit rem pupilli saluam fore, non fecit inuentarium, non fuit sibi decreta administratio per iudicem; vt dicit *Bald. in l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restit. non est necesse*: de quibus solemnibus habetur per *Bart. in l. legitimos, ff. de legit. tutor.* nam tali casu, etiam si is gerebat se pro tutore; si tamen fuit lata sententia contra ipsum, est ipso iure nulla, nec pupillo nocet, per text. *d. l. si tutor, &* ibi *Bart. & Bald.* & istud dictum singulare est, & notandum perpetuo, per quod multi processus impugnari queunt. Praedicta tamen non videntur habere locum in tutore testamentario; is enim etsi non adimpleuerit solemnia, si tamen ex testamento appareat, ipsum non modo tutorem esse constitutum à patre, sed etiam administrationem bonorum ei commissam; non est necesse, quod ei à iudice decreta sit administratio secundum *Bart. in d. l. legitimos, ff. de leg. tutor.* Quod etiam firmat *Ang. cons.* 103. vt cum allegat *Afflict. decis.* 262. *post, num.* 6. *& ibidem Vrsil. num.* 6. ideoque iudicium cum eo agitatum valere videtur, si tamen caetera solemnia adsint.

11 Vndecimus casus est, vbi sententia lata est contra pupillum † citato procuratore, qui constitutus fuerat a tutore ante litem contestatam; nam cum ille non possit in causa pupilli procuratorem constituere, sed actorem ad lites, cum decreto iudicis, sententia in pupillum lata est nulla, *l. neque tutores, C. de procur,* vbi *Bartol. & caeteri, l. si actor. vbi gloss. C. de appell. §. fin. Instit. de curat. Afflict. decis.* 262. *fuit in. n.* 5. vbi *Vrsill n.* 6. aliud sentit, si sententia feratur pro pupillo *Mysing. obseru.* 38. *si tutor, centur.* 2.

12 Duodecimus casus est, vbi sententia lata fuit † contra pupillum citato curatore sibi dato a iudice, praecedente citatione eiusdem pupilli ad comparendum legitime, alias videndum sibi deputari curatorem, dum ille erat minor infante, vt ex *Io. And. & alijs voluit Afflict. decis.* 262. *fuis in. n.* 1. 2. 3. 4. *et* 5. & ibidem *Vrsil.* subdēs tali casu citandum tutorem, si habet, & si non habet, citandos esse agnatos, & cognatos, vt illū defendant: *Mysing. obseru.* 35. *sententia, centur.* 2. addendo tali casu sententiam esse nullam, etiam si fuerit lata pro infante pupillo; aliud asserens, si pupillus erat maior infante, quia tunc citari potest, vt legitime compareat, referente *Mysing. ex Bal. et Ias. in l. contra iuris, de pact.* rationem diuersitatis dictorum casuum; adden-

13 do idem dicendum † in sententia lata contra filium famil. sine consensu patris, vocatum ad iudicium. *Mastrill. decis.* 73. *num.* 1. concludens, sententiam latam contra infantem citato illius curatore, esse nullam, si non fuit citatus illius tutor.

Decimustertius casus est, vbi sententia est lata contra minorem indefensum a suo curatore. *Cancer. var. resol. cap.* 17. *de sent. exequut. num.* 235. Limitando *num.* 39. *& seq.* si fuit ab alio perfecte defensus.

§. X.

SVMMARIVM.

Sententia est nulla non praemisso libello, vel inepto praemisso. 1. *Ampl. et Limit.*

Item quando non est conformis libello. 3.

Item non praestito iuramento calumniae petito, 4. *Ampl. et Lim. ibid.*

Item lite non contestata. 5. *Limit. ibidem.*

Item lata non seruatis formis, & terminis substantialibus, 6. *Limit. ibid. et n.* 8.

Item lata sine processu, 9. 10. 11.

Item quando sine probationibus, 11. *in fine, et* 13.

Item lata, ordine iuris non seruato, 14.

Caesar Racagnius Vrbis Gubernator laudatur, 8.

Nullitatis vitium praefertur vitio iniustitiae, 13.

Post

POst relatas nullitates causatas facto iudicis, vel fauore eius in quem lata est sententia, referam hic casus, quibus est nulla ex defectu solemnium: & cum *supr.* § 3. generaliter dixerim sententiam esse nullam ex defectu citationis, non repetendo quæ ibidem dixi, sententia erit nulla ex defectu solemnium.

1 Primo si fuit lata non præcedente † libello, aut præcedente, sed inepto. *auth. offeratur*, C. *de lit. contest. Vant. de nullit. ex defect. proces. num.* 18. *& seq. glos.* § 1. *verb. secundum*, *instit. de action.* nisi agatur de sententia supremi tribunalis, si aliunde constet de bono iure libellantis, *Afflic. decis.* 95. *Angelus, num.* 7. *& seq. Surd. decis.* 32. *quod res, num* 9. *vers. sed & si*: la-

2 tius tamen † hoc examinant addentes ad *prax. Hubert. cap. quibus modis suo nomin. ciuil. num.* 232. *& seq. Marsil. sing.* 119. *ineptitudo. Iacob. Scultet, obseruat. forens. cap.* 6. *Stylus, num.* 5. *& seq.*

3 Vel non sit conformis † libello, *l. fin. vers. omnimodo*, C. *de fideicom. libert. Alex. in l. vinum, ff. si cert. pet. num.* 19. *vbi Bart. num.* 13. *in fin. Ias. num.* 23. *Bald. num.* 14. *Dec. num.* 17. qui omnes late hoc assumptum examinant, & ego non ingrata nec inutilia aliqua dixi *in meis Collectaneis ad d. l. fin.*

4 Secundo sententia est nulla, si fuit prolata † non præstito iuramento calumniæ, vbi illud vt præstaretur fuit petitum, *l.* 1. *C. de iur. iur. propter calum. dand. Serafin. decis.* 857. *num.* 10. *&* 29. etiam quod qui illud non præstitit concludenter probasset intentionem suam. *Mant. decis.* 33. *num.* 8. vel iudex haberet facultatem procedendi simpliciter de plano sola facti veritate inspecta, nullis terminis seruatis, manu regia, velo leuato, & ad voluntatem & arbitrium suum. *Put. decis.* 288. *part.* 2. *Mantic. decis.* 33. *num.* 3. *& seq.* etiam quod tale iuramentum esset petitum in termino citationis ad sententiam, vt idem subdit, & examinat *Marescot. resolut.* 47. *lib.* 1. *Rol. a Val. cons.* 71. *viso, num.* 7. *& seq. lib.* 1. *Iacob. Scultet obseruat. forens. cap.* 55. *num.* 6. *& seq. & quæst.* 56. *num.* 4. *& seq.*

5 Tertio si feratur lite non † contestata, *c.* 2. *vt lite non contest. Rol a Val. cons.* 71. *viso lib.* 1. *num.* 13. vbi plures concordantes congerit; nisi tamen sententia sit interlocutoria, vel excommunicationis. *Alex cons.* 134. *lib.* 7. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *& seq.*

Quarto si fuerit prolata non seruatis termi-

6 nis † substantialibus, *Serafin. decis.* 1134. *fuit num.* 1. qui in totum non possunt omitti, etiam quod iudici data sit facultas procedendi nullis terminis obseruatis. *Rot. decis.* 2. *de rescript. in nouis, & decis.* 15. *eod. tit. in antiq. Mantic. decis.* 254. *num.* 1. & dictum coram *Litta in Rom. prætensæ deuolutionis domus* 13. *Nouembris* 1596. Sustinetur tamen si illi fuerint reiterati in citatione ad sententiam *Serafin. decis.* 1296. *num.* 5. Et idem dicitur si iudex habet facultatem procedendi cum libera, vt dicitur de

7 Gubernatore Vrbis, qui dum hæc scribo est † Cæsar Raccagnus ex insigni oppido Brisighellæ in Romandiola oriundus, de quo volui facere mentionem, quia dignus, vt ob eius integritatem ingenuosque mores, nomen illius cartis

8 commendetur. Quæ dixi de Gubernatore † Vrbis, idem dicendum de Clericis Cameræ Apostolicæ, teste *Serafin. decis.* 290. *num.* 17. & iudicibus Cur. Capitolij, vt vidi ibidem practicari. Qui autem termini substantiales de necessitate sint seruandi in Rota, videndus *Cassador. decis.* 8. *de rescript. num.* 6. *&* 7.

Quinto si sententia fuerit prolata sine pro-

9 cessu † contra præsentem, & non appellantem, *Bellam. decis.* 89. *Cassad. decis.* 1. *de præsumpt. Gomes. ad regul. de triennal. quæst.* 33. *quos refert Serafin. decis.* 290. *num.* 15. subdendo hoc esse verum, si agatur de sententia lata contra absentem, & verum contumacem; vel contra fictum, qui non appellauit intra decem dies a die notitiæ; telatis in *cap. quoniam contra de probat. Butr. col.* 15. *Imol. num.* 6. *& Gabriel. de sentent. conclus.* 4. *num.* 22. Quæ dixi de sen-

10 tentia lata sine processu, eadem † esse dicenda si fuerit lata sine probationibus, voluit *Afflic. decis.* 28. *lata num.* 2.

11 Contrarium tenet idem *Afflic. decis.* 28. *n.* 3. *& seq. Surd. cons.* 223. *num.* 25. *& decis.* 36. *a declaratione, num.* 6. vbi plures congerit, *& n.* 7. *& seq.* late prosequitur releuantiam probationis in iudicio faciendæ. Concordari tamen possunt, quod aut a tali sententia sit appellatum, aut non: vt secūdo casu vera sit secunda opinio. Primo autem casu verum dixerint qui tenent non valere. *Fel. in cap. inter cæteras de re iud. n.* 11. *vers. non obst. huic. Surd. cons.* 223. *nu.* 25. Seu vt ego censeo, concordari possunt, considerando an sententia lata sit pro reo, & vera sit secunda opinio, quia etiam si nihil ille probauerit est ille absoluendus, *l. qui accusare*, C. *de edend.* vt late sum prosequutus *in meis Collectaneis ad eundem textum.* Aut vero sententia est lata pro actore, & vera sit prima opinio.

12 Singulare vnum notandum, † quod maius est vitium nullitatis quam iniustitiæ. *Abb. cap. cum olim de sent. & re iud. col. penul.* concludens quod plus inficit iniustitia ex ordine, quam ex causa.

13 Si autem sententia fuerit prolata sine † probationibus, an sit nulla, videndus *Gabriel. conclus.* 9. *de sentent.*

14 Sexto sententia generaliter erit † ex defectu solemnium nulla, si feratur ordine iuris non seruato, *l. prolatam*, C. *de sentent. & interlocut. iud.*

§. XI.

SVMMARIVM.

Error vitiat omnem actum, 1. *Ampl. ibid.*
Sententia erronea est nulla. 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. *Limit.* 11. 12. 14. 16.
Error notorius quando dicatur. 6

Iudex

Iudex quando dicatur enunciatiue, vel dispositiue se referre ad acta. 13
Taciti, & expressi nõ est par virtus in sentẽtijs. 15

1 ERrantis nullum esse consensum, seu errantem non † consentire, probat expressus textus *in l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iud.* & errorem vitiare omnem actum est text. *in l in omnibus, ff. de act. obligat.* quem plutibus exornaui *in meis collectaneis*, tam quoad iudicialia, quam sacra & profana. Ideo constituendo hoc §, generalem regulam, quod
2 ratione erroris † sententia sit nulla.
3 Ampl. præsertim si contineat notorium † errorem facti resultantem ex actis. *Felin. post But. & Abb. in cap. quoniam contra de probat. num. 26. & in cap. inter cætera de re iud. col. 5. vers. sexta declaratio. Surd. cons. 223. publicantis, n. 2.*
4 addendo eundem iudicem † posse cognoscere de nullitate huiusmodi sententiæ: & hoc intelligendum si talis relatio fiat per modũ causæ dispositiuæ *Surd. cons. 223. num. 4. in fin. & nu. 17. in fin. & num. 18. & seq. Ioseph. Sess. de inhibit. cap. 1. §. 2. num. 35. & seq.* non autem enunciatiue, vt dicam *infra in Limitation.*
5 Ampl. præsertim si de errore notoriè † constet. *Surd. cons. 124. in fauorem, num. 5. circa med.* addendo isto casu non requiri expressionẽ erroris, *Grauet. cons. 373 numer. 41.* Quando
6 autem error dicatur notorius, vidend. *Vantius de nullit. ex defect. proces. num. 129. Dec. cap. quoniam contra de probat. nu. 37.*
7 Ampl. etiam si fuerit error iuris, † vt dicam *infra §. seq.*
8 Ampl. etiam vbi sententia est erronea, † seu continet errorem per relationem ad aliud in specie, secus in genere: vt puta si iudex dixerit, quia per tale instrumentum productum cõstat Titium soluisse, ideo illum liberamus, vt distinguit *Alciat. cons. 138. in ista tom. 2. lib. 5. num. 1. & late Afflict. decis. 28. num. 2. & seq.* & latius *Vrsil. ibid. nu. 1. & seq. Surd. cons. 223. publicatis num. 2. & seq.* concludens sententiam esse nullam, si contineat notorium errorem facti resultantem ex actis, & tali casu iudicem latæ sententia posse cognoscere de tali nullitate, & absoluere quem condemnauit, subdens *nu. 4.* idem dici si iudex se referat ad acta, quia relatum est in referente virtualiter. *Ioseph. de Sess. tract. de inhibit. cap. 1. §. 2. num. 35.* Si autem
9 iudex † referat se ad probata in actis & nihil sit probatum, an sententia sit valida, *Alexand. cons. 123. lib. 1. num. 7.*
Ampl. vt non solum sentẽtia erronea sit nul-
10 la,† sed etiam sit nulla sententia, qua confirmatur erronea. *l. eos, C. de appellat. Ruin. cons. 74. num. 10. vers. 4. Surd. cons. 223. nu. 4.*
11 Limit. vbi error non fuit in sententia † expressus. *Abb. cap. 1. de re iudic. num. 4. & 8. & Felin. numer. 9. Ias. alios cumulans in l. si is ad quem, ff. de acq. hared. nu. 23. Surd. cons. 223. num. 17. Alex. l. rei iudic. §. si in iudicio, ff. sol. mat. num. 5. vers. item in quartum. Gabriel. cõs. 43. lib. 1. num. 47. in fin.*
12 Limit. vbi error colligitur ex actis quæ enũciatiua commemorantur à iudice. *Bart. et Bald. in l. 1. C. de error. calcul. Bald. in l. 2. C. de re iud.* concludens sententiam non esse nullam, si dicatur, Probatum est per testes N. N. ideo condẽno B. & hanc opin. defendit *Felin. in cap. inter cæteras de re iud. col. 3. vers. tertia declaratio. Vant. de nullit. ex defect. proces. num. 129. & seq.* Quando autem iudex dicatur enunciatiue
13 vel dispositiue † se referre, videndus *Aretinus cons. 156. col. 2. quem refert Surd. cons. 223. nu. 19. Vant. de nullit. ex defect. process. nu. 130. Ioseph. Sesse de inhibition. cap. 1. §. 2. num. 35. & seq.*
Limit. vbi error non potest videri oculis,
14 † licet intellectu colligi possit, quia is non dicitur error expressus, sed interpretatiuus, & subauditus, *Inn. cap. 1. et G. de offic. delegat. num. 3. Alex. cons. 79. num. 7. vol. 2. Felin. in cap. trãslato de constitut. num. 2. & in cap. 1. de re iud. col. 7. vers. limita quinto. Ias. l. 1. C. de error. calcul. num. 10. Alex. cons. 59. num. 11. vol. 3.* concludens ad inualidandam sententiam cessa-
15 re regulam, quod taciti, & † expressi par sit virtus. *Vant. de nullit. ex defect. proces. num. 22. Natta cons. 524. num. 18. & cons. 525. num. 36.* Quod præsertim procedit in sententia excõmunicationis, *cap. per tuas, de sentent. excom.* per quem textum ita firmat *Felin. in cap. inter cæteras de re iud. col. 5. vers. octaua declaratio. Alciat. cons. 138. in ista, tom. 2. lib. 5. num. 1. Afflict. decis. 28. num. 2. & seq.* late comprobat. & *ibidem Vrsil.* late agit.
16 Limit. vbi error est commissus in nomine, † si tamen de corpore constet. *Serafin. decis. 701. num. 1.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Iudices debent iuxta legum præcepta iudicare. 1
Sententia lata contra legem est nulla. 2. *Amplia. ibid.* 4. 5. 6. 7.
Sẽtẽtia dupliciter dicitur ferri cõtra legẽ seu ius. 3

1 CVm iudices debeant iuxta legum præcepta † iudicare. *l. nemo, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* ideo non mirum si fue-
2 rit constitutum, vt sententia contra legem † lata sit nulla, ita vt ab illa non sit necesse prouocare. *l. 2. C. quand. prouoc. non est neces.* quẽ textum plutibus cum cumulauerim *in meis collectaneis*, aliqua tamen hic referam, forensi vsui frequentiora. Præmisso quod sententia dicitur
3 lata contra legem, seu ius, † dupliciter, scilicet expresse, & tacite: Primo modo sententia dicitur lata contra legem expresse, quando fertur contra mandatum, seu dispositionem legis, vel rationem in lege expressam: veluti si dictum fuerit testamentum minoris quatuordecim annorũ esse validum, vel quod suspensi, vel excommunicati possunt eligere. *l. 2. C. quand. prouoc. non est neces. l. si expressim, ff. de appellat. cap. 1. de re iud.*

iud. vbi Abb.num.4. Alex. conf.123.nu.6.lib.1. Tacite autem fententia dicitur lata contra legem quoties, vel profertur ab eo, qui non poterat iudicare, vt in exemplis relatis *fupra* §.8. vel male iudicauit refpectu perfonæ in quam iudicauit, vt dixi *§.* 9. vel ratione defectus folemnium iudicij, vt dixi §.10. vel erroris, vt dixi *§.*11. vel iniuftitiæ, vt dixi *libro* 2. *cap.*14. §. 12. vbi retuli dicenda hoc §. & ideo breuis ero.

4 Amplia, idem dicendum, † fi fententia fuerit prolata a iudice, qui innitatur lege, quæ re vera non inferuit decifioni controuerfiæ, in qua fuit lata fententia, *Abb.in cap. cum ex officij de præfcript n.*29.

5 Amplia etiam vbi fuit prolata † contra regulam iuris, nifi fimus in cafu, quo illa limitatur. *Grat. conf.*77.*lib.*2.*num.*2. & dixi *cap feq. verf.decimo.*

6 Quid fi fuit prolata contra communem † opinionem. *Grat.conf.*77.*lib.*2.*num.*4.14.*et feq.*

7 Amplius etiam fi feratur contra legem, † fumpto argumento a centenario fenfu. *Euerard. in Topic.cap.a contrar.fenf.nu.*1.*in fin.et nu.*2.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Sententia euidenter iniufta eft nulla. 1. *Ampl. vt non tranfeat in iudicatum.* 2

1 QVæ dixi de fententia lata contra legem eadem funt dicenda de fententia euidenter iniqua, † fen iniufta, vt illa fit nulla. *glof.in c.inter cæteras, verbo manifeftam, de re iud.Surd.conf.*223.*num.*6.*& *324. *num.*2.*& feq.relati a Gabriel.de fent. concluf.*10. *num.*1. *& a Villagut decif.*5 *num.*5 t. Sed quia hoc caput late examinaui *lib.*2. *cap.* 15. *§.* 12. videnda funt quæ ibidem dixi, & fcripfi in meis *Collectaneis ad d glof.in cap.inter ceteras de re iudic. Serafin.decif.*988.*n.*1. concludens paria effe, quod fententia fit nulla, & quod fit notorie
2 iniufta, † & nunquam tranfit in iudicatum, *Serafin.decif.*381.*num.*13.

§. XIV.

SVMMARIVM.

Sententia eft nulla, fi lata ex falfis probationibus. 1
Item lata contra rem iudicatam. 2
Item fi non iuftificetur ex actis. 3. *Ampl.ibid.*
Item quando fine probationibus. 4
Item lata contra notorium facti. 5.
Item lata pro eo qui carebat actione. 6
Item vbi non poteft fuftineri in parte. 7
Item lata contra triennalem. 8
Item non tranfportatis integris actis antecedentis fententiæ. 9
Item vbi iudex nititur iuribus non productis. 10.
Item lata per collufionem. 11
Item quando contraria alteri fententiæ. 12. 13. 14.
Item lata contra cedentē non citato ceffionario. 15.
Item lata pendente dilatione. 16. *Limit.* 17
Item lata ex probationibus a iure improbatis. 18.
Item nulla præcedente inftantia. 17.

PRo complemento, feu coronide fubdam
1 hoc *§.* mifcellanea aliqua: Primo, quod fententia † fit nulla, fi feratur ex falfis probationibus *l.fi præter* § *Marcellus, ff. de iudic. Petr.Greg. de benef. cap.* 20. *num.*13. *Serafin.* longius de falfo inftrumento, *decif.*1259.*nu.*3.
2 Secundo fi feratur contra † rē iudicatam. *Card. Mantic.decif.*231.*n.*6. modo de illa fuerit exceptum, *Surd.conf.*223.*n.*16.
3 Tertio fi non iuftificatur † ex actis, *addentes ad Ludouif.decif.*1.*nu.*7. & feq. addendo non effe neceffe appellare a tali fententia. Quando
4 autem fit nulla, fi prolata fuerit nullis † probationibus factis, vltra ea quæ dixi *fupra* §. 10. *§. quinto, videndi funt Afflict.decif.*28.*num.*2.*& feq.& ibidem Vrfil.Puteus decif.*391.*p.*1.*Surd. conf.*324.*num.*7. *circa med. Magon. in fua Cinofur.aduocat.par.*2.*cap.*18 *num.* 5. *& feq. Serafin.decif.*987.*num.*2.*& 6. & glof.num.* 10. *& decif.*1261.*n.*3.*& decif.*734 *nu.*6. *& dec.* 1164. *nu.*3.*&* 734.*num.*6. *&* 684 *num.*8.
5 Quarto, fi feratur contra notorium facti, † vt late profequitur *Felin.in cap. per tuas, de fent. excom.num.*4.*& feq.Alex.conf.*33.*lib.*1.*num.*8.
6 Quinto, fi fuerit prolata pro eo † qui carebat actione, vt examinant *Roman.conf.*378. *quoad primum, nu.*3.*Put.decif.*82.*lib.*1.*num.*5.*Gabr. de fent.concluf.*8.
7 Sexto, vbi in parte non poteft fuftineri, † nam ratione indiuiduitatis corruit in totum, *l in hoc iudicio, ff. famil. bercif.* vbi plura dixi in meis *Collectaneis ad eum textum.*
8 Septimo, fi lata fuerit contra † triennalem, *Mantic.decif.*211.*n.*3.
9 Octauo non tranfportatis integris actis, † vt late profequuntur *Veral. decif.*128.*par.*3.*nu.*2. *et feq. Rot recent. dec.*561.*par.*1.*num.* 10.*et feq. glof.in l.*2.*C.de edend.* quam pluribus exornaui in meis *Collectaneis ad eandem glof. Farinac. decif.crimin.*125 *vbi refert.decif. Penia in Britonorienf.*
10 Nono, fi iudex in proferenda † fententia fundauit fe in inftrumento non producto. *Neuiz. conf.*37.*nu.*27.
11 Decimo, fi fuit per † collufionem lata. *Serafin. decif.*763.*nu.*9.
12 Vndecimo, fi eft contraria † alteri fententiæ non reuocatæ, *Serafin.decif.*493.*num.*5.*& decif.* 1352.*num.*3. limitat quando prior eft nulla, *Caftr.conf.*6.*lib.*1.*in fin.* addendo, nec fuftineri, feu fieri validam de partium confenfu.
13 Duodecimo fententia eft nulla, † fi fuerit cōtraria alteri fententiæ, quæ tranfiuit in iudicatū, modo non erat iniufta, *Serafin. decif.*457.*nu.*3. & late examinat *Scacc.de appellat.q.*11. *nu.* 194. *et feq.*
14 Decimotertio, fi fuerit prolata † contra regulam iuris, vt examinant *Pacian. de probat. lib.*1.

*lib.1.cap.8.expedita, num. 16. Gallus conf. 2. num.*49.Dec,*conf.*8.*visa, num.*1.

Decimoquarto si fuit lata contra cedentem
15 † non citato cessionario, vt distinguit *Veral. decis.* 90.*part.3.num.*5.

16 Decimoquinto si fuit prolata † dilatione pendente. *Grat.conf.*77.*lib.2 num.*8. addendo nec etiam consensu partium posse validari, quia dicitur lata a non habente iurisdictionem, & partium consensus non potest operari vt fingatur iudicem carentem iurisdictione illam
17 habuisse, *& num.*17. *&* 21. refert † cautelam qua iudex pendente dilatione potest procedere.

18 Decimosexto si fuerit prolata † ex probationibus improbatis a iure. *Soc. iun. conf.*41. *lib.*2.*num.*17.*& seq.*

19 Decimoseptimo si fuit prolata † nulla praecedente instantia. *Serafin. decis.*358. *in fin.*

§. XV.

SVMMARIVM.

Sententia interlocutoria lata sub conditione est valida, 1. Ampl.2.4.

Sententia diffinitiua lata sub conditione non est valida. 4.Ampl.5.6.7.8.9.10.11. *Limit.* 12.13. 14.15.16.17.

Quamuis hoc capite sexto §. *octauo, n.*38. inter caeteros casus quibus dixi sententiam esse nulla ex pura & simplici facto iudicantis, cum esse affirmauerim, vbi illa fuit prolata sub conditione; sed quia ex dictis Doctorum aduerto assumptum istud non esse perpetuo verum, & implicitum multis nexibus, quos soluere licet difficile esse iudicem, conabor tamen clarius illud praestare quàm hactenus fuerit factum, relatis casibus, quibus illud pro regula obseruemus & quibus non obseruetur.

1 Primus itaque casus erit, si sub † conditione feratur interlocutoria, & tunc est valida, *l. diuo Pio §. in venditione, ff. de re iud.* vbi *Vincent. Hercul.num.*24.*in princ.* hoc notat, *& Alex. ff. ibid.num.*16.

2 Ampl. etiam si conditio sit extrinseca, *glos. in l pen.C. si mancip. ita fuer. alien. Marsil. de bannit.*§.*sententia* . 3.*num.*55.

3 Ampl. praesertim † si non trahit secum executionem, *Vantius de nullit. ex defect. proces. num.*115.

4 Secundus casus, si agatur † de diffinitiua, & tunc regula erit quod sit nulla, & ratio est, quia cum conditio nihil ponat in esse, *l. grege*, §. *fin. ff. de pigner. Ripa l. ex facto*, §. *ex facto, ff. ad Trebel. num.* 10. sententia lata sub conditione habenda est pro non prolata: nam ex ea nasci non potest actio iudicati, *l. cedere diem* §. *vbi sub conditione, ff. de verb. signif.*

5 Ampl. praesertim vbi conditio † est extrinseca seu remota a re, qua est lata sententia. *Bart in l.*1.§.*biduum.ff. quand. appel. sit, nu.*2. exemplum referēs, si dictum fuit, Condemno si nauis ex Asia venerit; late probat *Galganet. tract. de condition.part.*2.*cap.*1.*quaest.*59. *num.*1. *relati ab Alex. in l. a diuo Pio* §. *ff. de re iud. num.* 18. *vers. si autem*.

Contrarium firmat *Hercul. in l. a diuo Pio* §. *in venditione, ff. de re iud.num.*24.

6 Ampl. vbi sententia profertur † super actu legitimo, & traheret secum executionem, vt puta si decreta esset tutela vel cura, & quid simile, *l. muto*, §. *si sub conditione, ff. de tut. Vantius de nullit. ex defect. process. numer.* 115. vbi limitat in sententia interlocutoria, quae nō traheret secum executionem, *Galganet. tract. de condition. part.*2. *cap.*1. *quaest.* 59. *num.* 7. *Alex. l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. re iudic. num.*21.

7 Ampl. praesertim, vbi conditio † est impossibilis. *Costa select. interpr. lib.*1.*c.*8.*num.*5.*&* 6. quē refert, & sequitur *Galganet. tract. de condit. part.*2.*c.*1.*q.*59. *in fin.* & ratio est, quia vt ego addo, impossibilitas vitiat actum *l. impossibilis ff. de verb. obligat.* nec extenditur impossibilitas ad ea, quae natura, arte, vel lege fieri non possunt, nec ad eam se extendit auctoritas Principis, *Cagnol. l. impossibilium, ff. de regul. iur. num.* 1. *Alex. in l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud. num.*20.

8 Ampl. etiam vbi valde difficile † est adimplementum conditionis, sub qua lata est sententia, quia impossibilium, & valde difficilium par est ratio. *l. idem Iulian.* §. *fin. ff. de legat.* 1. *Claud. Seyssel. in repet. l. vt vim. ff. de iust. & iur. v.*60. *Marsil. de fideius. num.*156. *&* 158. *in fin.*

9 Ampl. vbi est lata sub conditione † falsa, *l. qui testamento, ff. de excus. tut.* quam esse singularem, & per illam ita firmat *Alex. in l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud. num.* 19.

10 Ampl. vbi conditio non potest † concludi de natura negocij, vel iudicij. *Bald. in l. non dubium*, C. *de legib. nu.*11. *ver. aduertatis*; exemplum referens, si iudex absoluat, vel condemnet si Rex est in Francia,

11 Ampl. praesertim vbi conditio † apposita sententiae implicat contraria. *Bald. in l. non dubium*, C. *de legib. num.*12. *vers. breuiter.*

12 Limit. vbi sententia lata est, sub conditione † de praesenti, *l. cum ad praesens, ff. si cert. petat. Vinc. Hercul. per hunc text. in l. a diuo Pio* §. *in conditione, ff. de re iud. num.*23. *in prin.* & ratio est, quia conditio de praesenti, non est propriè conditio, cum illa non sit super incerto, & de futuro, iuxta textum singularem in *l. itaque, ff. si cert. pet. & notant Bart. in l. si sic*, §. *si mihi, ff. de legat.*1. *num.*3. *Ripa in rub. ff. solut. mat. num.*30. *&* 33. *Marsil. de bannit.* §. *sententia*, 3.*n.*54. *Vantius de nullit. ex defect. proces. num.* 107. vbi exempla refert, addendo *num.* 10. procedere siue conditio sit pertinens siue impertinens.

13 Limit. vbi sententia † fertur sub conditione de futuro, & illa sit intrinseca, id est quae tangit, seu annexa & connexa rei, de qua lata est sententia, *Bart. in l.*1.§. *biduum, ff. quand. appel. sit. num.*2. exemplum referens, si sententia fuit prolata sub conditione, Condemno, si est probatum,

batum, vel quod capiantur immobilia, si non reperiantur mobilia. Exemplum tamen relatum a Bart. reprobat *Marsil. de bannit.* §. *sententia 3.nu.53.in fin.* addendo ita pronunciari ab imperitis iudicibus, qui nesciunt dignoscere an sit probatum vel non. Sed latius hoc prosequitur. *Vant.de nullit.ex defect.proces.n.*112. & *num.3.* & 113. ampliat siue conditio de futuro sit pertinens siue impertinens.

14 Limit. vbi sententia profertur † sub conditione de præterito, *l. cum ad præsens, ff. si cert. petat. Marsil relatis Bart. Alex. & alijs de ban. § sententia 3.n.54. Vantius de nullit.ex defect. proces. num.*107. exemplum referens, si feratur condemnatoria, quatenus probetur, vel probatum sit, & alia similia; addendo *num.* 10. procedere siue conditio sit pertinens, siue impertinens.

15 Limit. vbi conditio est intrinseca † *Bart.l.* 1. *§. biduum. ff. quand. appel. fit, num.* 2. *in fin.* exemplum referens, si dictum fuerit quod capiantur immobilia, si non reperiantur mobilia condemnati, cum alijs cumulatis a *Galganet. tract. de condition.part.2.cap.1. quæst.* 59. *n.*4. vbi *num.*5. limitat si conditio fuerit falsa, vel impossibilis, vel contra bonos mores, vel aliter a iure improbata; & ante *Galganet.* id dixerat *Herculan.in l.a diuo Pio § in conditione, ff.de re iud.num.*23.*in princ.vers.si fertur, & vers. qui subdit*, distinguendo an conditio intrinseca, de præsenti, vel de futuro, vel de præterito, possit in continenti, id est antequam diuertatur ad alios actus, & valeat: secus si non potest in continenti adimpleri, *& latius in l. ait prætor, §.ait prætor, ff.de re iud.num.*30. *et seq. plurib. Alex.d.§.in venditione, num.*17. extendit etiam si conditio de fututo impleda fit post sententiam, veluti si quis condemnatur si actor iurabit vera esse quæ fuere petita.

16 Limit. vbi conditio † concludi potest in sententia de natura negocij, de quo est iudicatum. *Bald. in l. non dubium, C.de legib. nu.*11.*vers. aduertatis.*

17 Limit. vbi conditio lædit ius partis, in quam lata est conditionalis sententia. *Bald in l.non dubium, C.de legib. nu.* 11.*vers. respõdeo.*

CAP. VII.

SVMMARIVM.

Exequutio sententiæ petenda est à procuratore habente speciale mandatum, 1. & *quare, ibidem.*
Contrarium, sed quod sufficiat generale. 2. *Ampl. primam opin.* 3.6.7.9.10.11. 12.13. 20. *Limit.* 8.14.15.16.17.19.19.20.
Clausula quod facere possit omnia quæ constituens facere posset. 5
Procurator falsus est qui cum mandato generali agit vbi requirebatur speciale. 21
Mandatum speciale, vel in indiuiduo, quãdo dicatur factum. 22. *an quandocunque exhiberi possit.* 24
Mandatum multis modis potest esse minus legitimum. 23

Septimo obseruandum est, vt legitima sit exequutio, vt si petatur per procuratorẽ,
1 vt ille ad eam † petendam habeat speciale mandatum. *l. hoc iure, ff. de solution. vbi glos. final. Suarez in repet. l.post rem indicatam, ff. de re iud. §.quia supra, num.*1.*& seq.* vbi rationem refert *Natta cõs.*445. *Arbitror, n.*4. *Caldas de restitut. in integr.* §. *implorandum, nu.*7. *vers non obstat el* 2. *Barzia de guarantig.part.* 1.*quæst.* 9.*in fin.*

2 Contrarium scilicet, quod † sufficiat generale, tenet *Bart.in l.si procurator. ff de procur. & in l.hoc iure, ff. de solut. vt refert Gallesi. de obligat. Camer. quæst.* 32.*num.*9.

3 Tenendo tamen priorem opinionem, illam † ampliabis, etiam si agatur de petenda exequutione obligationis Cameralis, vel cum guarantigia. *Cast. in l.si procurator, ff.de procur. Galles. de oblig. Camer. quæst.*32. *num.* 10. subdens valide quidem eidem procuratori, solui posse, quia hinc inde acceptata est legitimatio personarum.

Contrarium probat *Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud.* §. *quia supra visum est, num.*7. *& seq.*

4 Ampl. vt non sufficiat † clausula generalis in fine mandati apposita, ad agendum, & faciendũ omnia alia, & singula quæ mandatum speciale exigerent, & quæ ipse constituens facere posset, si præsens esset: quia per istam clausulam generalem non datur libera administratio bonorum constituentis, ita vt facere possit ea, quæ specialem mandatum requirunt. *l. quam Tuberonis,* §. *alia, ff.de peculio, vbi Bald.in princ. & Alber. in dicto §.alia*, dicit, quod si constitui procura-
5 torem generalem, † quod posset facere omnia, quæ ego possem, si præsens essem, non potest vendere, quia ei non est concessa libera, quæ est specialiter concedenda, *& Paul.de Castr. nu.*7. *Cynus videndus in l.* 1.*num.* 9. *et* 11. *C. de offic.procur.Cesar.vbi Bart.num.*6. *Iaf.nu.*21. dicit hanc opinionem cõmunem quia per clausulas generales non ampliatur mandatum. *Aymo conf.* 979. *num.*8.*lib.*5.*Tiber.Decian.conf.* 91.*num.*31.*& seq. lib.*3.& talis procurator non potest facere causas requirentes speciale mandatum de iure.

6 Ampl. etiam si esset constitutus † ad agendum. *Roman. sing.*645.

7 Ampl. etiam in petenda exequutione † sententiæ, in qua idem procurator interuenit. *Suarez in l.post rem indicatã ff. de re iud. §.quia supra visum est, num.*8. subdens aliud dicendum si petatur exequutio sententiæ, in qua quis ge-
8 neraliter † fuit constitutus procurator ad lites, quod fuit dictum *Bart.in l.hoc iure, 86.ff. de re iud. num.*5.

Ampl. etiam, vt ideo quoties in exequutione
9 sententiæ citandus est condemnatus, non sufficiat citare procuratorem, qui sententiam obtinuit, sed citandus est dominus. *Rebuf. de sent. exequut. art.* 7.*glos.* 11. *num.* 22. quem refert, & se-

& sequitur *Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 188. vers. declara secundo.*

10 Ampl. præsertim parte † excipiente. *Bart. in l. hoc iure 86. ff. de re iudic. num. 4.*

11 Ampl. etiam si procurator petens † exequutionem sententiæ, esset coniuncta persona, quia in requirentibus speciale mandatum, nihil prodest sanguinis coniunctio. *l. ius iurandum, §. fin, ff. de iureiur. Ias. in l. cum filius, C. de pact.* & late probat *Vasquez controuers. usu frequent. lib. 2. cap. 35. num. 12.*

12 Ampl. etiamsi petens exequutionem † fieri in persona condemnati. *Cefalus cons. 439. sententia num. 12.*

13 Ampl. siue in exequutione sententiæ † agatur de acquirenda, siue conseruanda, seu amittenda re corporali, vel incorporali eius, cuius nomine dicitur fieri acquisitio, vel conseruatio, vel amissio, vt dicam *tribus §§. sequentibus.*

14 Limit. vbi quis est constitutus † procurator in rem suam. *l. si procurator, ff. de procurator. Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. num. 3.*

15 Limit. vbi generalis procurator † ad lites fecisset expensas pro domino, qui repertus, vel factus non soluendo, potest petere exequutionem sententiæ contra condemnatum, quoad sit illi satisfactum de expensis litis. *Angel. in l. actoris procurator, ff. de procur. Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. Roman. sing. 645.*

16 Limit. vbi tempore mandati, † constituens nullas habebat lites. *Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. num. 9. circa med.*

17 Limit. si vltra mandatum generale † ad lites, haberet mādatum præterea ad exigendum. *Bal. & Angel. in l. si procurator, ff. de procur. l. non abstulit, C. de nouat. l. indictum, C. de solut. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3.* vbi verbū *exigere* sonat, quod *ab inuito extorquere.*

18 Limita in procuratore constituto † in causa habente paratam exequutionem. *Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iud. §. quia supra, num. 9. in fin.* subdens *num. 10.* an idem procurator possit ab inuito exigere.

19 Limit. si quis esset procurator † ad lites præsentes, & futuras. *Bart. in l. hoc iure, ff. de sol. num. 4. & in l. si procurator, 28. ff. de procurat. num. 2. Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. §. quia supra visum est, num. 8. in fin. & num. 9.* latè comprobat.

Si autem petita, & obtenta fuit exequutio à 20 procuratore non habente mandatum speciale, † an possit ratificari disputat *Bald. cons. 223. proponitur lib. 2.* & concludit pro affirmatiua, quæ vtilis est ad exclusionem creditorum, qui forte desides, & potiores, & anteriores excludebant eum, cuius nomine actum fuit pro exequutione iudicati. *Vantius* tamen *de nullit. cap. 11.* 21 *num. 91. ex Baldo & Ias.* concludit † procuratorem habentem generale mandatum, si agat in casu qui exigebat speciale, dici procuratorem falsum.

22 Notandum, tunc dici datum mandatum † speciale, quoties constituitur procurator ad actum, ad quē peragendum, speciali est opus mandato, licet non exprimatur causa, seu res, vel persona contra quam exercendum sit mandatum, quia facta tali expressione mandatum dicitur factum in indiuiduo. *Rol. à Val. cons. 26. circa, lib. 1. num. 9. in fin. et num. 10.* Et alijs modis dicitur mandatum speciale, vt retuli *infra §. 21.* vbi egi de iuramento calumniæ, & restitutione in integrum. *§. 13. vers. secundus casus. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 31. artic. 14. num. 72. et seq. et 76.*

23 Vltra specialitatem mandati addendum † est præterea, vt illud sit validum, & legitimum, ex regula, quod Quæ nulla sunt, nihil operentur. Mandatū etiam potest esse minus validum, & nō legitimum multis modis, vt prosequitur *Vant. de nullit. ex defect. mand. num. 123. et seq.* quibus singulare vnum addo, quod si constituatur procurator cum promissione habendi ratum quidquid ab illo legitime factū fuerit; vel quod non intendit, seu nolit ab illo posse obligari, nisi vtiliter contrahat, vel faciat; quòd tale mandatum est nullum. *Ias. l. 1. C. de offic. procur. Cæsaris, num. 23. in princ.*

24. An sit satis quod † quandocunque doceatur de speciali mandato, dixi capite antecedenti. *§. 4. vers. cum temperamento.*

---

§. I.

SVMMARIVM.

Verba generalia sunt obscura, et captiosa. 1. *non satisfaciunt intellectui practico.* 2

Singularia tanquam certa satisfaciunt intellectui practico. 2

Mandatum speciale requiritur multis casibus. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

Mandatum speciale quando quis dicatur habere. 19. 20.

Mandatum exercere non potest mandatarius, nisi admoneatur à mandante. 21

Grotus singulare constituit, quod procurator generaliter constitutus possit facere, quæ requirunt speciale mandatum. 22.

1 Generalia tanquā obscura, † vt inquit *Bald. in l. pactum dotale, C. de collation. nu. 19.* & post illum, *Ias. in l. sciendum, ff. de verb. obligat. num. 14. in fin.* veluti captiosa, iuxta textum *in l. ita fidei, ff. de iur. fisci,* & dixit *Alex. in l. si finita, §. eleganter, ff. de dam. infect. num. 21.* cùm non satisfaciant intellectui 2 † practico, qui potius singularibus, tanquam claris, & certissimis delectatur, & quiescit, reste *Bald. in cap. cum accessisset de constit. num. 55. vers. sed istæ;* Ne in foro versantes fallantur proposita regula, quam constitui *supra hoc cap. 7.* illam sequentibus §§. distinguam, tanquam membris, in quibus requiratur, vel non sit satis habere speciale mandatum.

§. II. Agetur de ijs, ad quæ acquirenda † speciali opus est mandato, quoties quis alieno nomine acquirere velit.

§. III.

§. III. Agetur, quando pariter opus est simili mandato ad conseruandum aliena iura, vel bona.

§. IV. Quando idem mandatum requiratur in eo qui aliena amittere, seu remittere velit.

§. V. Referuntur aliqua præcedentibus tribus §§. communia.

§. VI. Recensentur casus requirentes speciale mandatum, circa ea, quæ fiunt in iudicio.

§. VII. Recensentur casus, quibus sine speciali mandato extra iudicium de alienis nemo disponere potest.

§. VIII. Examinatur quando opus sit mandato speciali ad offerendum, vel præstandum iuramentum.

§. IX. Constituitur regula, cum Ampliationibus, & Limitationibus, quòd ad iurandum de calumnia opus est speciali mandato.

§. X. Recensetur quid, & quantum possit procurator cum libera, & quando constituatur.

§. XI Recensetur, quæ non possit prestare procurator cum libera.

§. XII. Referuntur casus, in quibus non sat est, habere mandatum speciale, sed opus est mandato in indiuiduo, seu singulari.

§. XIII. Recensentur casus, in quibus nullum genus sufficit mandati ad peragendum per aliũ, sed mandans ipse per se ipsum præstare debet.

§. XIV. Referuntur casus, quibus sine mandato gerere quis possit aliena negocia.

§. XV. Referuntur casus, quibus ad gerendum aliena negocia sufficit generale mandatum.

§. XVI Referuntur casus, in quibus iurisdictio exerceri non potest sine speciali mandato, tam in spiritualibus, quam non spiritualibus.

§. XVII De iuramento fidelitatis, quòd possit præstari per procuratorem habentem speciale mandatum.

§. XVIII. Quòd ad iurandum quem suspectum de fuga requiratur speciale mandatum.

§. XIX. Agitur de procuratore in rem propriam.

§. XX. Quòd ad obligandum aliquem requiratur speciale mandatum.

19 Mandatum speciale, quando † dicatur quis habere, *Vantius de nullit.cap.*11.*nu.*96. *vers. est tamen*, & dixi *infra §.* 10. *in princ.* Item quando ad iurandum de calumnia. *Bero.cons.* 130. *lib.*2.*num.*50. *Ias.in l. si procurator*, C.de *procur. num.*11. & dixi *infra* §. 7. *vers. trigesimoquarto*, *&* §. 9. *Caldas de restitution. in integr. §. implorandum*, *num.* 6. *vers. constituo talem procuratorem*, *cl* 1. *&* 2. *Tuscus conclus.* 52. *mandatum, num.* 1. *& seq. Moz. de contract. cap. de mandato, num.* 5 *& seq.*

20 Si autem enumeratis aliquibus † casibus, speciale mandatum exigentibus, subdatur clausula generalis, & ad omnia alia speciale mandatum exigentia, an contineantur maiora expressis, *glos. fin. in cap. fin. de procur. in sext. Ias. cons.* 118. *Omitto lib.* 1.*num.*27. *Bero. cons.* 25. *lib.* 3. *num.*14. *& sequent. plurib. Borgnin. tract. de vsufruct. cap.*2.*nu.*77. *in princ. Bero. quæst.* 33. *in fin. Rosental. de feud. cap.* 9. *conclus.* 42. *in glos. litter. ff. Tusc. conclus.* 51. *et conclus.* 52. *num.*12. *& seq. Ias. cons.*118. *lib.*1.*numer.*27. *Alex. cons.*22.*lib.*1.*nu.*10.*vers. & licet. Couar. de restit. in integr. capit.*4.*num.*2. *vers. quarto Corbul. de priuat. emphit. ob canon. non solut. limit.* 21. *num.* 21. *Cæsar Barzia decis.* 125. *mandatum*, *num.*15. *Tuscus conclus.*52. *mandatum*. & non esse mandatum speciale, si quis constituatur ad omnia, etiam si speciali ad ea opus esset mandato, *Mantic. de tacit. lib.* 7. *titul.* 26. *num.*34.

21 Notandum tamen est generaliter, † quod si quis constituatur quouis modo procurator, nisi de mandato certior fiat a constituente, non potest procuratoris officium exercere, etiã si ab a io certior fiat de mandato sibi dato. *Mantic. de tacit. lib.*7. *tit.* 3. 11. 23.

*Crotus cons.*285. *lib.*3. *num.* 26. *& seq.* sin-
22 gulare † vnum constituit, quod procurator generaliter constitutus potest facere quæ speciale exigunt mandatum.

---

§. II.

SVMMARIVM.

Mandato speciali est opus ad acquirendam possessionem pro alio. 1. *& quare.* 2. *Ampl.* 5. 6. 7.

Spolio, nec retinendæ agit is, cuius nomine fuit emptus fundus, si illo deijciatur antequam ratã habeat emptionem. 3. *Ampl.* 7. 9

Possidere dicitur is, cuius nomine possidetur secuta ratificatione. 8

Mandato speciali est opus ad acceptãdam collationem beneficij, seu dignitatis ecclesiasticæ. 10. *Ampl.* 11. 12. 14. 17. 17. 18.

Coniunctus pro coniuncto sine mandato cum promissione rati acceptare potest beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam. 13. 15

Mandato speciali opus est ad optandum. 19. *& quare.* 20. 22. 23. *Limit.* 24

Item ad petendum regressum ad beneficium renunciatum. 25. *Ampl. ibid.* 28. *Limit.* 28

Item ad petendam renouationem inuestituræ feudi. 30

Item ad præstandum iuramentum fidelitatis. 32. *Contrarium, & concorda.* 33. *Ampl. primam opin.* 34. 35. 36.

Item ad acquirendum & concedendum feudum, & quoties tractatur de iuribus feudalibus, & quare. 35. 36. 37

Item ad soluendum procuratori aliud pro alio. 38. 39.

Item ad confitendum recepisse nomine alieno. 40. 40. *et quare.* 42. *Ampl.* 41

Item ad nouandum. 43. *& quare.* 45

Item ad declarandam caducitatem emphiteotæ, & quare. 47. 48

Item ad declarandum locum esse pœnæ conuentionali, vel legali. 49

Item ad declarandum an quis sit, vel esse velit hæres. 51

Item ad intentandum retractum ex iure congrui. 56. 57. *Ampl.* 58. 59. 90. *Limit.* 61. 62. 63. 67

Item vbi quis interpellatur tanquam procurator,

quia non est prohibitum per alium fieri optionem, & dixi de *Laudem. lib. 1. quaest. 31. num. 17.*

21 Contrarium † voluit *Franc. in cap. qui ad agendum, §. fin. de procur. in sexto, n. 5. vers. 37.*

22 Amplia praesertim † si is qui alieno nomine optare velit, sit de Collegio, seu Capitulo, *Spec. de rescript. praesent. §. ratione autem. vers. sed numquid* Canonicus. *Io. And. in cap. nonnulli. §. sunt & alij, de rescript. & ibi Felin. n. 55.* quos refert & sequitur *Monet. tract. de option. cap. 4. num. 68.*

23 Amplia etiam si is qui † pro alio optare vult esset persona iuncta spirituali cognatione ei, pro quo optat, vt ex *Spec. Io. And. & Felin.* firmat *Moneta de option. cap. 4. nu. 68.*

Limit. in coniuncta persona naturali vinculo,
24 † nam sine mandato cum promissione rati potest optare pro alio, *cap. nonnulli, §. sunt & alij, de rescript. Couar. var. resol. lib. 1. c. 6. n. 5. Nicol. Moz. de contract. lib. cap. de mandato. nu. 23. Monet. tract. de option. cap. 4. nu. 65. & seq.* addendo ascendentem pro descendente, & contra admittiin infinitum ad optandum, extraneos vero nisi vsque ad quartum gradum inclusiue, vltra vero eum gradum arbitrarium esse iudici, qui admittantur, & considerandam consuetudinem loci, vbi fieri debet optio. *Menochius de arbitr. Iudic. casu 146. legatum.*

25 Quartus casus est quoties † ob inobseruantiā conuentorum in resignatione beneficij ecclesiastici, quis potest regredi ad beneficium renunciatum, nam ad petendum regressum opus est speciali mandato. *Veral. decis. 8. par. 3.* Pauca de regressu dici possunt, nam licet antiquitus frequentes esse et lites regressuum in Romana Curia, nunc autem cum illi fuerint sublati a Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 19. & sess. 25. de reformat. cap. 7.* vna cum expectatiuis, mandatis de prouidendo, Coadiutorijs, & similibus inducentibus per indirectum ius haereditariae successionis, & remanserit ius regredendi tantum in beneficijs resignatis, si resignatarius non stet promissis auctoritate Papae; & Coadiutoriae fuerint exceptae a Clem. VIII. sed cum grano salis, si ecclesia patiatur in diuinis, & non passim, & non de exiguis beneficijs; satis erit dixisse quod ad petendum regressum, speciali opus est mandato, & tribus sententijs conformibus vincendus sit reus.

26 Quintus casus est, † vbi agitur de iure praesentandi, seu nominandi, seu eligendi, nam illud exerceri non potest ab aliquo, nomine alterius, sine speciali mandato. *Bero cons. 25. n. 70. lib. 1.* addendo non sufficere mandatum cum libera, *Put. decis. 245. par. 2. num. 4. Franc. cap. qui ad agendum, §. fin. de procur. in sext. num. 5. vers. 38. Crot. in l. non solum, §. morte, tit. de nou. oper. nunc num. 37. Roch. de Curt. de iur. pat §. honorificam, num. 29. & seq. Caldas de nominat. emphit. quaest. 6. nu. 22. in fin.* addendo latem specialem procuratorem non posse reuocare nominatum a domino, & si concurrat nominatus a domino, cum nominato a procuratore, praeferri nominatum a domino, quia vt
27 ego addo, † nemo alteri tantum dare potest auctoritatem, quin maiorem apud se non retineat *cap. dudum. §. non igitur, de praebend. in sext. Natta cons. 487. num. 24. & seq. Stafil. de litter. grat. in praefat. num. 4. Surd. cons. 152. num. 17. & cons. 210. num. 56.* & dixi *de Laudemio lib. 1. q. 31. num. 17.*

28 Amplia etiam si quis habeat † mandatum cum libera, nisi in illo sint expressi aliqui casus requirentes speciale mandatum. *Franc. in cap. qui ad agendum §. fin. de procur. in sex. num. 5. vers. 38.* vbi refert quae suadent contrarium.

29 An autem sustineatur praesentatio facta † a procuratore non exhibito mandato, vbi illud habebat, videndus *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 93. & seq. & 102. et seq.*

Sextus casus specialis mandati est, si a domino
30 † petatur renouatio inuestiturae feudalis, nam nisi per procuratorē habentem speciale mandatū conceditur, vel concessa quidquam operatur. *cap. 1. §. sed vtrum, per quos fiat inuest.* vbi *Aluarot. num. 2.* id probat exemplo eorum, quae
31 dixi supra de beneficio ecclesiastico, cum † & feuda ipsa dicantur beneficia, vt late probat *Petr. Georg. de benef. cap. 6. num. 2.*

Persequendo feudalem materiam, Septimus casus in quo speciali opus sit mandato, est, si aga-
32 tur de praestando † iuramento fidelitatis. *Iacob. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti, n. 10.* vbi relato *Baldo dissentiente*, testatur de comuni, & saepe ita consuluisse, *Zasius de feudis par. 7. num. 20. Vrsmer. pract. forens. obseruat. de feud. c. 5. Hartman. de feud. obseruat. 13. Scrader. de feud. part. 6. cap. 40. num. 30. relati a Math. Berlic conclus. 46. part. 2. num. 42. in fin. Rosental de feud. cap. 3. conclus. 10. nu. 2. in fin. Alex in l qui bona, §. si alieno, ff. de damn. infect. num. 25. Viuius opin. 429. num. 2. & 3.* referens *num. 5.* † quae continere debeat tale iuramentum.

33 Contrarium, quod fidelitatis iuramentum † non possit praestari per procuratorem, sed sic praestandū ab ipsomet fideli, firmat *Gail. arrest. 6. nu. 11. relati à Surd. decis. 159. num. 5. relati à Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 37. nu. 1. seq.*

34 Ampl. etiam si iuramentum † sit praestandum nomine vniuersitatis. *Iacob. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti, num. 11.*

35 Ampl. vt mandatum † debeat esse speciale non tantum ratione iuramenti praestandi, sed etiam ratione personae, cui sit tale fidelitatis iuramentum praestandum. *Scrader de feud. part. 6. cap. 40. num. 33. et seq.* addendo, si absit haec expressio, non posse ratificari à mandante, quia aberat animus, cui iuraret procurator constitutus.

36 Ampl. vt dominus non possit † tale iuramētum recusare nisi ex legitima causa. *Iacob. de Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti, nu. 12.*

37 Causa autem iusta recusandi receptionem † iuramenti fidelitatis praestandi per procuratorem, erit si dominus velit forte de visu cognoscere vassallum, qui non sit infirmus, vel alias grauiter impeditus. *Iacob. de S. Georg. de feud. §. qui quidem vassalli, num. 12. Couar. in capit. quam-*

quamuis, de pactis in sext.part.1. §.5. num. 8. vers. sit igitur.

33 Fidelitatis formula, & iuramentum † qualis sit, vltra ea quæ traduntur a Feudistis in *titul. de forma fidelit. et de rara forma fidelit.* videndus *Hotoman. de feud. cap.13.* qui exempla plura refert homagij præstiti per Internuncios. *Rosental de feud. cap.6 cap.85.& seq.*

Concorda per *Rosental. de feud. c.6. concl.37. vndecima, num.5.*

34 Singulare vnum notandum, quod † licet fidelitas sit de substantia feudi, vt volunt congesti a *Rosental. de feud. cap.10. conclus.53. num.2.* quod tamen ex gratia remitti potest iuramentum fidelitatis, vt factum fuit a Clemente III. cum Gulielmo Rege Siciliæ, qui *Bonus* nuncupatus fuit, *cap. veritatis, de iureiur.*

35 Octauus casus requirens † speciale mandatum, est tam ad concedendum, quam ad acquirendum feudum. c.1. *§. sed vtrum, per quos fiat inuest. Rosental. & ab illo relati de feudis, cap.3. conclus.9. num.1. & 2.* Ratio est quia

36 cum † feudum sit beneficium, vt volunt relati a *Rosental. cap.1. conclus.2. num.1. & seq* sapiatque donationem. *Rosental. de feud. c.4. concl.10. nu.5.* sicuti sine speciali mandato non possunt donari aliena, ita nec in feudum dari. *Rosent. d. conclus.2. num.9. dum prius num.4.* firmasset quod nec vi specialis mandati ad infeudandum posset feudum concedi manui mortuæ. Adeo quod veram censeo conclusionem, vt

37 quomodocunque, & qualitercunque † tractetur de feudo, & iuribus feudalibus, speciali sit opus mandato, vt voluit *Scrader. de feud. p.10. section.18. num.135.& seq.*

Cum aliud pro alio inuito creditore non possit solui, *l.2. ff. si cert. pet. l.4. §.1. ff. de re iud. l. item liberatur, §. qui paratur, ff. quib. mod. pignus vel hypot. solui.* Nonus casus erit, vt qui liberationem a suo creditore consequi vult, ad-

38 uertat † an si pro pecunia det granum, vel aliud procuratori creditoris, habeat mandatum specialead recipiendam satisfactionem in alia re non debita, quia aliter non liberatur sua obligatione *l. si debitorem, ff. de nouat. l. non absolulit,* C. eod. cum *alijs cumulatis a Rebuf. in l. solutionis 176. ff. de verb. signific. col.2. vers. sexto.* Volentente enim, vel mandante creditore aliud pro alio recipi, non est ambigendum sequi debitoris liberationem. *Vinc. de Franc. decis.50. num.2. Surd. conf.145. Scipio, nu.14. & seq. & num.28. circa med. & num.29. & seq.*

39 *pluribus,* addendo † procedere etiam si in solutum datio sit dolosa, vel non duret.

Decimus casus, quo ad acquirendum opus est speciali mandato eius a quo acquiritur, est quo-

40 ties mediante † confessione procuratoris volumus a debito liberari, vel creditum acquirere. Ideo si procurator sine speciali mandato ad faciendam confessionem de recepto, fateatur nomine mandantis recepisse, nec liberat debitorem, nec obligat dominum ad restituendum. *Bart. & Cast. in l.2. § fin. ff. si cert. petat. Pelin. dissentientes referens & reprobans, in cap. cum olim 32. ff. de offic. delegat. num.3.* addendo pro-

41 cedere, etiamsi † procurator fuisset constitutus ad recipiendum, & ad cofitendum recepisse. *congesti a Serafin. decis.987. fuit dubitatum, num.5.* & de confessione de recepto facta a tutore, curatore, syndico, exequutore & quocunque aliena negocia gerente, *Alex. cons.132. in causa, num.6. libr.4. Tiraquel. de retract. conuent. §.4. glos.6. nu.12. Mascard. de probat. conclus.370. Paschal. de patr potest, cap.2. n.11. Morotius cons.24. num.10. & seq.* & ratio est quia talis confessio est nimium præiudicialis ei, cuius nomine est facta, vt late probaui de *Laudem libr.3. quæst.27.* Hinc praxis Rom. Cur.

42 quod † ad consequendam dilationem triginta dierum, quam A. C. ex facultatibus suis ordinarijs concedit iudicatis, speciali opus est mandato, quia illa non conceditur nisi præuia confessione debiti.

Vndecimo pariter opus est speciali mandato

43 ad consequendam liberationem, si fiat titulo † nouationis per procuratorem creditoris: nam cum per illam extinguatur præcedens obligatio, & noua creetur, §. *praeterea, inst. quibus mod. tollit. obligat.* quare dicimus quod nouatio

44 fit † per recessum, non autem per accessum, *l Valerianus ff. de prætor. stipul. Bart. in l. libera, C. de sentent. & interlocut. omn. iud. n.6. vers. porro,* sicuti ad aliquem obligandum specialis opus est mandato, vt mox dixi, pariter &

45 simili opus est mandato ad nouandum, † quia ex illa sequitur a præcedenti debito liberatio, vt concludit *Zabarel. cons.59. in princ.* Quibus

46 autem modis inducatur † nouatio, dixi in meis singularibus, *§. nouatio, & in meis Collectaneis ad §. praeterea inst. quibus modis tollitur obligat.*

Duodecimo, cum in pœnam commissi vtilia iura emphiteotæ acquirantur directo domino, *l.2. & 3. C. de iur. emphit.* eum in pura & sim-

47 plici voluntate directi domini sit positum † velle emphiteotam cecidisse, quia canonem non soluerit, vel aliud commiserit, quo sit priuandus emphiteusi, *l.2. vers. volente domino, C. de iur emphit.* Ideo ad declarandum emphiteusim

48 † incidisse in commissum, opus est speciali mandato, si ab alio fiat quam ab ipsomet domino. *Bero cons.151. lib.1. num.18. Bursat. cons.233. equidem num.9. & cons.253. nu.20.* quos alijs additis refert, & sequitur *Surd. decis.181. n.14.* quibus addo *Castil. decis.74. num.34. part.1. Veral. decis.351. part.1. Cornazan. decis.1. n.3. Gonzal. ad regul. Cancel. glos.56. num.48. et seq. et num.54. vers. adeo vt ad talem;* conclu-

49 dendo † ad declarandum locum esse pœnæ legali, vel conuentionali, opus esse speciali mandato. An autem idem dicendum ad remittendam caducitatem, dixi *infra §.3.*

50 Decimotertio, cum † hæreditas animo acquiratur, licet nihil hæreditatum attingatur, *l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. l. si sorori, C. de iur. delib. Crau. cons.148. Nobilis, num.10.* Ideo omisso an hæreditas adiri possit per procuratorem, vt dicam *infra §.12.* vbi retuli casus,

51 qui per procuratorem perfici non possunt, † ad declarandum tamen an quis sit, vel esse velit

lit esse hæres, speciali opus est mandato. *Surd. cons.* 281. *num.* 31. *Serafin. decis.* 1100. *num.* 7. & dicam *infra §.* 13. vbi retuli casus eorum.

52 quæ quis præstare † non potest per procuratorem. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *titul.* 2. *num.* 27. *& seq. Rebuf. ad concordata de elect. derog. verb. speciale, vers. tertius.*

53 Decimoquarto, cum beneficia † non conferantur in inuitum, vbi illa singulorum tangunt vtilitatem, *l. inuito, ff. de reg. iur. l.* 3. §. *inuito, ff. de bon. possess. auth. Item fine*, C. *de natural. liber. l hoc iure*, §. *non potest, ff. de donat. l. si quis filium*, §. *stipulatio, ff. de collat. bon.* Nisi

54 concurrat † aliqua mixtura publicæ vtilitatis, *l. non tantum, ff. de appellat. l. fin. §. fin vero quidam*, C. *de testam. manumis. l. fin. ff. de manumiss. testam. Socin. cons.* 26. *lib.* 1. *num.* 13. vbi exempla plura refert, & dixi *in meis collectaneis ad*

55 *d. l. inuito.* Ideo † cum ius retractus ratione consanguinitatis, vt in Francia, vt indicant omni genere doctrinæ referta Commentaria *Andreæ Tiraquelli de retract. lignagier*; vel vicinitatis, vt probant qui Constitutionem Federici *de iure Congrui* doctissimis glossis exornarunt & scripserunt glossemata ad Bullas Leonis & aliorum Sum. Pont. de eodem iure quod extinctum tanquam litium seminam a Pio V. rec. m. renouauit in Vrbe Gregorius XIII. ad cuius Bullam aliqua non inutilia notaui. Sit, inquam, idem ius retractus, beneficium, quia singulari iure, & aduersus communes regulas, licet illius auxilio inficere alteri factam venditionem, *l. dudum*, C. *de cont. empt. l. ius singulare, ff. de legib.*

56 propterea ad illud † intentandū speciali opus est mandato. *c. constitutus, de restit. in integr. Bald. cons.* 118. *in fin. lib.* 3. *Cassan. ad consuet. Burgund. rub.* 10. *de retract.* §. 1. *vers. le peut*

57 *recater. num.* 5. eam † afferens rationem, quia agitur de paciscendo & obligando eum, cuius nomine agitur; quem alijs consentientibus additis sequuntur *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 97. *& Io. Matiens. in Recopilat. legum Hispan. lib.* 5. *titul.* 11. *l.* 8. *glos.* 14. *nu.* 2. *Gratian. discept.* 957. *num.* 17.

58 Ampl. etiamsi procurator † generalis esset persona coniuncta, & promitteret de rato. *Cassan. ad consuet. Burgund. rubric.* 10. *§.* 1. *vers. le peut recater. num.* 5. *circa med. Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 98. *Io. Matiens. lib.* 5. *Recopil. l.* 8. *glos.* 14. *num.* 13.

59 Ampl. vt non sufficiat constituere † procuratorem ad retrahendum, sed opus est præterea exprimere personam a qua sit retrahendum, & addere causam retractus, & quę res sit retrahenda, vt concludit *Cassan. ad consuet. Burgund. rub.* 10. §. 1. *vers. le peut recater. num.* 5. argumento dictorum *Bart. in l. si quis mihi bona*, §. *sed vtrum, ff. de acq. hæred. & in l. filius fam. ff. de donat. & in l.* 1. §. *inter filium, ff. de falsis. idem voluit Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 97. *circa med.*

60 Ampl. vt nec sufficiat mandatum cum † libera, nam licet procurator generalis cum libera, æquiparetur speciali, vt dicam *infra §.* 10. attamen ad retrahendum opus est mandato speciali, vt late prosequitur *Io. Matiens. lib.* 5. *tit.* 11. *legum Hispan. de empt. & retract. glos.* 14. *nu.* 3.

61 *& seq.* qui plura cumulat circa intellectum clausulæ, & cum libera. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 97. *in fin.*

Contrarium voluit *Tiraquel. de retract. lign.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 101. *in fin.*

61 Limit. vbi consanguineus † agit ad retractum pro consanguineo pupillo, minore, vel prodigo, *l. patri, ff. de minoribus*, & ibi *Bart. & Bald. Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 98. *in fin.*

Limit. vbi consanguineus vel principalis in-

62 tra tempus † datum ad retrahendum, ratam habuit actionem retractus illius nomine intentatam a consanguineo vel generali procuratore, *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *nu.* 99. *& seq. Io. Matiens. lib.* 5. *Recopil. l.* 8. *glos.* 14. *num.* 14. *& seq. de empt. & retract.*

63 Limit. in consanguineis ascendentibus † & descendentibus. *Tiraquel. loquens de patre pro filio de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *nu.* 101. quia inter eos non opus est speciali mandato, sed

64 cum † sint vna & eadem persona, quod vnus agit ad commodum alterius censetur alter fecisse, §. *alteri, inst. de inutil. stipul.* Ideo dicebat *Surdus* 172. *pendente num.* 4. quod filius possit iurare de facto patris, quod tamen latius prosequutus est nouissime *Io. Bapt. Barbob. tract. de filijs famil quæst.* 47.

Quia communiter Statuta, seu Principum Constitutiones, quibus conceditur ius retractus, constituunt tempus ad agendum eo iure, & dant formam ad interpellandum consanguineu, vel vicinum, an velit eo iure agere, vt lapsa dilatione Statutaria, excludatur vicinus, vel consanguineus: Notandum est eam interpella-

65 tionem † faciendam pariter procuratori habenti speciale mandatum, vt seruetur paritas inter contraria. Quod præsertim procederet in

66 † terminis Bullæ Gregorij in §. 8. quæ cum interpellatione requirit iuramentum interpellantis super veritate contentorum in instrumento venditionis, vt in terminis similibus concludit *Io. Matiens. Recopil. lib.* 5. *titul.* 11. *l.* 8. *glos.* 14. *num.* 2. *& seq. pluribus* vbi etiam agit an sufficiat mandatum generale cum libera. An autem satis sit interpellare vnum ex tutoribus, vel curatoribus, vel ministris, vel vicinis, vel emptoribus, vel venditoribus, videndus *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 27. *& seq.* & re-

67 tractum † non posse intentari a procuratore siue speciali mandato, dixi de *Laudemio, lib.* 1. *quæst.* 31. *nu.* 18. *& seq.* vbi addidi ampliationem & limitationem.

68 An autem satis sit habere † mandatum speciale ad retrahendum, vel an præterea sit opus illud exhibere, & tradere petenti, vel non petenti, videndi sunt *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 9. 3. *& seq.* 102. *et seq. Ioan. Matiens. lib.* 5. *Recopilat. l.* 8. *glos.* 14. *num.* 19. *de empt. et retract. Rol. a Val. cons.* 26. *lib.* 2. *n.* 13. *Caldas de restit. in integ.* §. *implorandum, nu.* 6. *vers. facit quarto.*

69 Singulare vnum notandum, quod † mandatū pro-

probatur litteris illius, qui per litteras asserit dedisse mandatum, vt censuit *Rot. teste Acb. decis. 17. de procur.* addendo opinionem *Imol.* aliud sentientis esse falsam. Quod censeo verum, si littera fuissent exhibitæ antequam mota esset quæstio defectus mandati, quia facilis daretur occasio alium fraudandi.

Eodem mandato an pariter sit opus adin-
70 terpellandum † vicinum, seu consanguineum, an velit retrahere, dixi infra §. 4.

Decimoquinto, speciali opus est mandato quoties agitur de obligando † aliquem ad fauorem alterius, *Couar. in cap. quamuis de pact. in sext. par. 1. §. 5. num. 8. in prin.* quare si procurator, sine speciali mandato aliquid confiteatur præiudiciale domino, minime illi nocet, nec eum obligat *Paris. cons. 115. lib. 1. num. 18. & seq.* addendo idem dici de tutore, curatore, & quocunque alio negocia aliena administrante, non tantum singularis personæ, sed etiam vniuersitatis, vt ex *Socin. cons. 11. col. fin. vers. primo licet lib. 1. Neuizan. cons. 7. nu. 14.* concludit *Menoch. cons. 708. nu. 40.* nisi ea obligatio fie-
72 ret a Syndico † vniuersitatis, *Ias. consil. 118. omitto lib. 1. num. 28.* præsertim vt exequutiuè conueniri possit ratione oneris, quod illi infertur, cum vnica sententia damnari possit, qui tribus conformibus est vincendus, vt late probat *Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. glos. fin. n. 2.* & dixi *de laudemijs lib. 1. q. 43.* Nisi tamen procurator esset notarius, & eo nomine stipularetur, *glos. l. generali verb. seruituti, C. de tabular. lib. 10.* & sequuta sit ratificatio, *Tiraquel. de iur. constit. par. 3. limit. 40. num. 8. & seq.* & late dixi in meis *Collectaneis add. glos. verb. seruit.*

73 Decimo sexto opus est speciali mandato † ad petendum exigendumque laudemium, vt dixi *tract. de laudem. libr. 1. q. 31.*

74 Decimoseptimo ad recognoscendum † rem aliquam in emphiteusim. *Ripol. var. resol. cap. 7. de iur. emphit. n. 456.*

75 Decimooctauo ad contrahendum † matrimonium, *vt dixi infra, §. 11. vers. vndecimus.*

76 Decimonono in causis † spiritualibus, *Rota decis. 61. de procur. in nou. & decis. 27. num. 4.* distinguit.

77 Vigesimo ad emendum, † vt dixi *de laudem. lib. 2. q. 21. art. 2. n. 16.*

---

§III.

SVMMARIVM.

Protestatio conseruat ius protestantis. 1. *est declaratio mentis protestantis.* 2

Mandato speciali opus est ad protestandum. 3 *Contrarium.* 4. *Amplia primam opin.* 6. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. *Limit.* 8. 14

Item ad conseruandum aliena iura per protestationem. 18

Item ad excusandum emphiteutam a caducitate soluendo canonem alieno nomine. 20

Item ad impugnandam pensionem super beneficio. 22.

Item ad petendum regressum. 23

Item ad præsentandum ad beneficium iurispatronatus 24

Protestationis species. 12

Protestationi quando sit parendum. 17

Canonem quando soluere possit tertius ad euitandam caducitatem. 21.

L. 3. C. de nouat. limitatur. 4

1 CVm protestatione † ius protestantis conseruetur, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 5. Rota decis. 3. de fide instrum. in nou. Ias. in l. non solum. §. morte ff. de nou. oper. nunc. num. 48. vers. re ista. Capel. Tholos.*
2 *decis. 50. vbi Aufrer.* protestatioque † sit mentis protestantis declaratio, *l. item veniunt. 20. §. petita ff. de hæred. petit. c. perlatum. quod met. caus. Bart. in l. non solum, §. mortem, ff. de nou. oper. nunc. num. 11. & Ias. 11. num. 12.* Ideo ad
3 protestandum † speciali opus est mandato, *glos. in l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoscend. Bal. in l. si hominem. 30. ff. mandat. nu. 2. circa med.* inferens ideo non esse locum *l. 3. C. de nouat.* quia protestatio non fuerat facta à cessionariomet, vel ab illius speciali procuratore facta litis contestatio, vel partis debiti cessi exactio.

4 Contrarium tenent *in l. actione 66. §. renunciare ff. pro socio, Bart & Bald.* concludentes protestationem fieri posse etiam per procuratorem non habentem speciale mandatum, & sufficere generale.

5 Tenendo tamẽ opin. *gloss.* † ampliabis præsertim vbi protestatio fit de ijs, quæ pendent ab animo eius cuius nomine fit protestatio. *Surd. cons. 143. longa, nu. 13. Garzia tract. de nobil. Hispan. glos. 15 nu. 6.* qui late agit, & plura cumulat, *Alex. cons. 78. viso & libr. 5. n. 7. & seq. & num. 15.*

6 Ampl. secundo præsertim † vbi protestatio cõtinet renunciationem iuris eius, cuius nomine fit protestatio. *Bald. in repet. l. Aemilius ff. de minorib. n. 31.*

7 Amplia, vt nec admittatur procurator † ad protestandum, cum cautione de rato. *Bald. in rub. de procur. col. 3. vers procurator ad protestandum, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 96.* vbi *relato Bald. in cap. coram de offic. delegat.* distinguit, an protestatio tendat ad iudicium, vel ad dandum, soluendumue: vt
8 priori casu † sufficiat cautio rati, secundo nequaquam, sed necesse est exhibere mandatum.

9 Ampl. etiã si esset procurator † generalis ad lites. *Cast. in l. de pupillo. §. qui procuratorio ff. de nou. oper. nunc.* quem refert & sequitur *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 97. circa fin.*

10 Ampl. etiam ad faciendum † actum protestationi æquipollentem, vt puta interpellare, vel denunciare, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. nu. 97. in fin.*

11 Ampl. etiam si procurator † esset coniuncta persona, *Tiraquel de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 98.*

12 Ampl. vt idem sit dicendum † in omni gene-
re

re protestationis, nam cum vel sit suspensiua, vel deliberatiua, vel refutatiua, *Vitalin. in Clem. 1. de procur. nu.* 21. cum vtrobique agatur, vel de ijs, quæ in animo consistunt, in quibus omnibus perficiendis speciali opus est mandato, *Veral. decis.* 168. *par.* 1. *num.* 2. vel de alieno iure refutando, opus est in omni genere protestationis speciali mandato, *Bart. in l. non solum §. morte, ff. de nou. oper. nunc. n.* 37. qui loquitur de protestatione declaratoria, *Alex.* loquens de protestatione incitatoria, *cons.* 78. *viso lib.* 5. *num.* 7. *circa med.*

13 Ampl. præsertim † ad effectum, vt protestatione quis cõstituatur in mora, late *Gratian. discept.* 42. *num.* 21.

14 Limit. vbi protestatio fit † a procuratore generali cum libera, *l. de pupillo, §. qui procuratorio, 18. l. eum procurator, 13. ff. de nou. oper. nun. l. procurator, et l. seq. ff. de procur.* per quæ inita ita firmat *Martin. Negrinus tract. de protestation. §. denunciatio num.* 131.

15 Limit. vbi in protestatione † non exprimitur quare ista fiat, *Bald. l. si hominem, 30. ff. mandat. num. 1. in prin. & Bald. nu.* 2.

16 Limit. vbi procurator generalis † iusta ex causa facit protestationem, *Ias. in l. non solum. §. morte, ff. de nou. oper. nunc. num.* 37. vbi plura cumulat, quę quilibet habens administrationem, vel iurisdictionem facere potest etiam contra ius.

17 Protestationi quando † sit parendum ab eo contra quem fit, vidend. *Alex. cons.* 79. *visa lib.* 5. *num.* 9. & *seq.* & 26.

Secundus casus quoad conseruationem
18 † aliorum iurium, est, si agatur de collatione beneficij ecclesiastici; nam vt valida sit collatio, & collator non dicatur amisisse ius conferendi per collationem factam illius nomine, opus est quod, qui contulit, haberet mandatum ad conferendum, *cap. fin. de offic. vicar. in sext. Franc. cap. ad agendum. § fin. de procur. in sext. num.* 5. *vers. trigesimosexto, & seq.*

19 Si tamen vicario datum † esset mandatum generale, cum expressione aliquorum, quæ requirunt speciale mandatum, cum expressione facultatis faciendi alia similia, valida esset vicarij collatio, *Bero. cons.* 22. *lib.* 1. *num.* 12.

20 Tertius casus est, si quis † ad excusandam emphiteotæ caducitatem, velit reluctante domino soluere canones decursos, vt voluit *Bald. in l. acceptam, C. de vsur. quæst.* 25. *num.* 64. *circa med.* quem refert, & sequitur *Mat. Berlich quæst.* 46. *part.* 2. *num.* 42. & post *Bald.* idem centurum *Ias cons.* 49. *lib.* 1. *num.* 5. & *in l.* 2. *C. de iure emphit. num.* 71. *Marsil. singul.* 368.

Quando autem tertius ad euitandam caducitatis † pœnam, possit inuito domino soluere canonem pro emphiteota, videndi sunt *Roman. singul.* 562. *Mastril. decis.* 154. *numer.* 1. & *sequent.* & late *Mat. Berlich conclus.* 46. *part.* 2. *num.* 34. *et seq.*

21

Quarto opus est speciali mandato ad confer-
22 uendum † aliena iura, si agatur de impugnatione pensionis nomine beneficiati, quia sit, vel nulliter reseruata, vel translata, vel excessiua. *Veral. decis.* 8. *part.* 3.

23 Quinto quoties quis petit † regressum ad beneficium, vt dixi §. 11. *ver. quartus.*

24 Sextò ad præsentandum ad beneficium † iurispatronatus, vt dixi antecedenti §. *vers. quintus casus est.*

Septimo ad iurandum debitorem alicuius suspectum de fuga, vt dixi infra §. 18.

§. IV.

SVMMARIVM.

Renun-

Renunciatio excedens quingenta est insinuanda. 65.
Item vbi agitur de obligatione eorum, quæ non continentur in generali obligatione. 66.
Item ad soluendum societatem. 87. *Ampl*.9. *Quid de societatibus officiorum, qua in Vrbe contrahuntur*. 88.89. *Causa iusta soluendi societatem* 91. *vis & effectus iustæ causæ*. 9.
Mandato speciali est opus ad remittendū ius alienum. 93. *Ampl*. 95. 96.97.98
Item ad locandum aliena. 98. *Ampl*.100.
Item ad confitendum debitum. 101. *Ampl*. 102. 103.
Item ad licitandum. 104.
Item ad hypothecandum aliena. 105
Item ad compromittendum.
Item ad fideiubendum. 107
Item vt quis liberetur per Aquilianam. 108.

Relatis casibus, quibus ad acquirendum, & conseruandum res, tam corporales, quā incorporales, nomine alieno, speciali opus est mandato, addendi sunt casus, quibus sine madato non committantur aliena: & vltra ea, quæ dixi *infra* §.6.

Primus casus est, ad remittendam expresse
1 caducitatem,† in quam directus dominus declarasset emphiteotam incidisse, vt volunt plures quos infra referam: & ratio est, quia cum legalis
2 pœna † habeat locum volente eo ad cuius fauorem est imposita, etiam quod lex velit ipso iure esse commissam, *Rip. in l. de pupillo*, §. *meminisse*, *ff. de nou oper. nunc num*.19. *et seq. Tiraquel. in l. si vnquam*, *C. de reuoc. donat.* §. *reuertatur num*.10. *et seq. plurib. Scrader. de feud*.2. *par*.9. *section*. 9. *quæst*. 30. *num*. 1. *et seq. Peregr. de fideicom. artic*. 2. *num*. 64. *Gonzal. ad regul*. 8. *Cancel glos*.56. *num*.50. *et seq. pluribus. Corbul. de priuat. emphit. ob canon. non solut. li-*
3 *mit*. 21 *num*.6.† Ideo ius declarandi caducitatem nō transit ad hæredes directi domini. *Bart. in l*.2. *C. de iur. emphit. cum alijs relatis ab Osa. decis*. 132. *in dubium*, *num*.6 *seq.* dum prius, & in sequentibus plura similia retulisset. *Mysing. obseruat*. 97. *quod supra, centur*. 3. *de locat. num*.1. *Corbul. de priuat. ob canon. non solut. ampl*.2. *num*.24. *Surd. conf*.86. *num*.11. *et seq. Gonzal. ad regul*. 8. *glos*.56. *num*.5. qui plures *Rotæ decis*. 50. refert. *relati à Mathia Berlich conclus*.46. *part*.2. *num*.14. *& seq. Bero. cons*.49. *visis lib*.3. *num*.13. *& seq. & ab And. Knichen. de vestitur. paction. part*. 1. *capit*. 5. *num*.44. *& seq. Monter. decis*.35. *circumscripta num*.1. *Gama decis*. 17. *num*.2. *et decis*.175.
4 *num*.2.† Nec minus contra hæredes emphiteotæ, si illorum auctor non fuit declaratus incidisse in commissum, *Cuman. cons*.164. *col*.3. *vers. quinimo. Cassador. decis*. 2. *de locat. num*.2. *et seq.* vbi rationem refert. *Curt. de feud. part*. 4. *quæst. fin. num*. 157. Quod tamen intelligen-
5 dum † est, si defunctus habuit notitiam non factæ solutionis, vel alterius causæ, qua priuandus esset emphiteota, vel vassallus, vt distinguit *Franc. Bec. cons*.9. *explorati*, *num*. 13. *Cassad. decis*.3. *de locat. num*.1. *in fin. Honded. cons*.55. *lib*.1. *num*.91. *et seq.* vbi alijs modis etiam declarat. *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampl*. 45. addendo *n*.26. in dubio præsumi ignorantiam. Latius tamen si agatur de amit
6 tendo feudo ob felloniam, † agit *Noal. tract. de transmission. casu* 47. *nunc de num*.1. *et seq.* Ideo ratione personalitatis, quam lex considerat in directo domino, qui solus dicitur offen-
7 sus, non potest caducitas remitti nisi † à procuratore habente speciale mandatum ad eum actum. *Mantic. de tacit*. 33. *num*.8. *Honded. cons*. 55. *lib*.1. *num*.86. *& seq. Paschal. de pat. potest. part*.1. *cap*. 2. *num*.34. *in fin.*
8 Ampl. vt neque possit à procuratore † non habente speciale mandatum tacite remitti, vt puta exigendo ab emphiteota canones decursos. *Bero cons*.116. *in caus. lib*.1. *nu*.10. *& seq. Surd.* alij relatis *decis*.181. *non est nu*.10. *et seq. Paris. cons*.86. *secundum. lib*.4. *num*.17. *Mantic. de tacit. lib*.22. *titul*.33. *num*. 9. *Corbul. de priuat. emphit. ob canon. non solut. num*.16 ll.
9 imitando † *in fin.* si dominus ratam habeat solutionem. *Rimin. iun. cons*. 67. *cum*. 31. *et seq.* vbi rationem refert.
10 Limit. in procuratore habente mandatum † ad exigendum canones, & ad renouandam emphiteusim: nam licet non habeat mandatum ad remittendam caducitatem, si non fecit actum remissioni contrarium, recipiendo canones, remittit caducitatem. *Corbul. de priuat. emphit. ob canon. non solut. limit*. 21. *num*.18.
11 Limit. vbi dominus ratam † habet tacitam remissionem caducitatis factam à procuratore. *Bart. in l. quo enim*, §.1. *ff. rem rat. hab. Ruiu. cons*.151. *lib*.1. *num*.12. *vers. & insuper, et n*. 13. quos refert & sequitur *Mantic. de tacit. lib*.22. *titul*.30. *num*. 10. exemplum referens, si dominus exactos à procuratore canones recipiat, vel aliter de illis exactis disponat: addendo idem dici de procuratore Capituli. *Corbul. de priuat. ob canon. non solut. limit*.21. *nu*.16. *in fin.*
12 Limit. in patre, † qui pro filio exigit canonē, nam remittit caducitatem emphiteotæ filij *sui. Corbul. de priuat. ob non solut. canon. limit*. 21. *num*. 17. *Honded. cons*. 55. *Franciscus*, *lib*. 1. *num*.87.
13 Quando autem per receptionem † canonis factam à directo fit remissa caducitas, late distinguit *Mantic. de tacit. lib*.22. *titul*.33. *Hactenus*. *Corbul. de priuat. ob canon. non solut. limit*.21.
14 Secundus casus, quo requiritur ad amittendum † aliena speciale mandatum, est, si agatur de alienatione, seu venditione bonorum, vel iurium, quæ non sunt alienantis: nam licet verum sit, rem alienam vendi posse in præiudiciū vendentis, vt late dixi *de laudemio, lib*. 11. *q*.9. attamen, vt dominium rei alienatæ transeat in acquirentem, necesse est, vt alienatio fiat ab ipsomet domino rei, vel ab alio, cum illius speciali mandato. *Bald. cons*. 1:8. *factum libr*.5. *num*.3. *Rol a Val. cons*.26. *circa lib*.2. *num*. 9. *per l procuratorem, ff. de procur. Alex. cons*.90. *col*.2. *vol*. 2. *Grat. cons*. 5. *lib*.1. *num*. 5. *Menoc. cons*. 708. *num*.41 *in fin. Serafin. decis*.831. *n*.4.
Frac.

Franc. Marc. decis. 606. part. 1. nu. 1. post prin. Aldouin. consl. 50. num. 29. Serafin. decis. 831. num. Fab. de Mont. de empt. & vend. quaest. 3. num. 22.

15 Mandatum autem speciale quomodo † isto casu concipiatur, *Caldas de restit. in integ. §. imploran dum, nu. 6. vers. constituo, el. 1. & 2.* concludens esse tale si dictum fuerit: Constituo N. ad alienandum, non expresso corpore aliquo.

16 Ampl. praesertim si agatur de alienatione † bonorum emphiteoticorum, vel feudalium. *Corbul. de caus. priuat ob alienat. limit. 22. num. 2.* eam afferens rationem, quia cum alienatione sine consensu domini feudalis, & emphiteotica aperiantur domino, ex generali mandato non censetur data facultas faciendi aliquid, per quod mandans dicitur deliquisse, & ideo poenam mereri; addendo procedere, etiam si qui dedit mandatum ad alienandum, non haberet nisi emphiteotica.

17 Ampl. vt praeterea mandatum debeat † esse validum, vt puta si factum fuerit a minore, vel muliere, vel vniuersitate, vt fiat adhibitis solemnibus, quae requiruntur, vt valida sit minoris, mulieris, & similium alienatio, vt late prosequitur *Corbul. de caus. priuat. ob alien. limit. 22. num. 3. & seq.*

18 Ampl. praesertim ad alienandum † gratis, nihil vicissim recepto, vt puta donando, & faciendo alium actum donationi aequipollentem *Ias. l. iusiurandum §. procurator. ff. de iur. iur. num. 4. Cresent. decis. 11. de procur. Surd. 359. sententiam, num. 5. Mantic. decis. 230. num. 10. Odofred. in l. sed & si quis, §. quaesitum, ff. si quis caution. num. 6. Aldouin. consl. 53. num. 53. Mandel. consl. 205. num. 2. & consl. 525. num. 4.*

19 *Natt. consl. 10. num. 4.* addendes etiam † quod quis esset procurator cum libera, quia donando vel remittendo ius certum, & liquidum alterius dicitur perdere, & abuti alienis, ad quod faciendum opus est mandato speciali, ac forsan in indiuiduo: & conferunt quae dixi *infra, §.* vbi egi quantum protendatur potestas procuratoris cum libera. *Honded.* loquens de procuratore ad remittendum iura, *consl. 66. lib. 1. n. 80. & seq.*

20 Ampl. praesertim vbi alienatio fit † titulo renunciationis vt dixi *infra vers. vndecimus casus.*

21 Ampl. quod si alienanda sint bona ecclesiae, † quod non sufficiat dedisse mandatum ad alienandum bona ecclesiae, sed necesse est praeterea exprimere qualitatem, & corpora bonorum alienandorum. *Serafin. decis. 831. nu. 4. Franc. Marc. decis. 606. part. 1. n. 1. post princ. Cornax. decis. 1. num. 12. Mozius de contract. de empt. & vend. §. de personis quae possunt exerc. n. 28. & seq.* & sic opus est mandato in indiuiduo, quod aliud est a mandato in specie, vt dixi *de differentijs, verb. iur. §. mandatum in specie & in indiuiduo.*

22 Ampl. praesertim ad vendendum † habita fide precio. *Bald. l. & si instrumenta, C. de fid. inst. et iur. hast. fiscal. lib. 10. num. 2. circa med. Serafin. decis. 831. constitutus, num. 4.*

23 Ampl. etiam si alienatio seu venditio † fieret a repraesentante supremum Principem, vt puta a Prorege & similibus. *Grat. consil. 5. libr. 1. num. 5.*

24 Ampl. quocunque † modo fiat alienatio, tam gratis, quam aliquid recepto.

25 Ampl. praesertim ad vendendum † bona ciuitatis, *l. prohibere, §. plane, ff. quod vi aut. Fab. de Mont. de empt. & vend. quaest. 3. nu. 29.* addit praeterea esse exprimenda, quae bona sint vendenda.

26 An autem opus sit tantum † mandato speciali, vel potius in indiuiduo? & sufficere speciale concludit *Dec. consl. 36. num. 7. vers. quarto.* Si autem loquamur de procuratore ad vendenda bona ecclesiae, pupilli, & similium, dixi *supra in ampliat.* & agit *Caroc. de locat. cap. de procur. quaest. 2. num. 45. et seq.* dum prius, *n. 35. & seq.* egisset quae bona possit locare is procurator.

27 Limit. vbi venduntur res † periturae, nisi vendantur, *l. procuratorem vbi glos. & Doct. C. de procur. l. procurator totorum, & l. procurator cui generaliter, ff. eod. Mozius de empt. & vend. cap. de person. quae emer. possess. num. 28. Rebuf. ad concord. de elect. derog. verb. speciale, vers. 36.*

28 Limit. in procuratore † generali cum libera. *Mozius de empt. cap. de person. quae emere possint, num. 28. & seq.* addendo idem dicendum, si quis constituatur procurator verbis aequipollentibus liberae.

29 Limit. vbi procurator vendit † quae mandans verisimiliter esset venditurus, *l. si in emptione, ff. de minor. Mozius de empt. & vend. c. de person. quae emere, n. 20.* veluti si res venditae essent periturae, vt dixi in antecedenti limitatione.

30 Limit. vbi alienantur solita † alienari, *l. vel vniuersorum, ff. de pign. act. Rebuf. ad concord. de elect. derog. verb. speciale, vers. 36.*

Si tamen quis constitutus fuit procurator ad
31 vendendum, † potest apponere pacta poenalia pro obseruantia contractus, etiam quod in mandato non sit procuratori data talis facultas. *Menoc. consl. 203. num. 29.* addendo idem dici de quibuscunq. alijs pactis, & obligationibus solitis apponi contractui venditionis, quamuis illa speciale requirerent mandatum, praesertim si illae sint connexae, vt idem subdit *num. 31. & seq. Salazar. de consuetud. num. 8. & seq.*

Singulare vnum notandum, quod si quis constituatur procurator ad vendendum, quod sine
32 † speciali mandato non potest exigere pretium rei venditae, *l. 1. §. igitur praepositio, ff. de exercit. action.* per quem textum ita firmat *Roman. singul. 23.* vbi addentes illum declarant, & reprobant consentiunt addentes ad *Ludouis. decis. 139. nu. 7.* licet *in fin.* afferant opin. *Rom.* de quo illi non faciunt mentionem, esse de iure veriorem, & referant contra illius dicta Rotam saepius censuisse, extendendo etiam ad locationem. *Serafin. decis. 548. num. 4.* & late id examinat *Gratian. disceptat. 20. num. 32. & seq.*

Tertius casus est, quo sine mandato speciali
33 non remittuntur aliena, † si agatur de transa- ctione,

ctione, nam cum illa fieri minime possit, nisi aliquid dato vel remisso, *l. transactio, C. de trãsact.* ideo ad transigendum speciali opus est mãdato, si per alium illa fiat. *l. mandato generali, ff. de procur. Roman. cons.* 115. *num.* 3. Dec. *cons.* 493. *viso tenore, nu.* 3. *Surd. cons.* 359. *nu.* 4. *Trẽ-
34 tacinq. de procur. resolut.* 1. *nu.* 6. *lib.* 3. eam † afferens rationem: Quia procurator transigendo debet per necesse aliquid mandanti acquirere, vel de suo remittere, vel dare; & neutrum cum non possit sine specifico mandato fieri, ideo ad
35 transigendum tali opus est mandato: imo † crederem opus esse mandato in indiuiduo, *l. de ijs, ff. de transact. Socin. iun. cons.* 120. *lib.* 1. *num.* 54. loquens in casu quo data esset facultas transigẽ-
36 di prout videbitur, & placuerit, vt † non possit suo libito, sed arbitrio boni viri transigere, & arguit *ex d. l. de his*, & præcipue in causa decimarum. *Inn. cap. ex litteris de iur. patr. Marches. de commis. in caus. decim cap.* 1. *nu.* 142. *Aldouin. cons.* 50. *num.* 29. *Alex in l qui bona, §. si alieno, ff. de
37 dam. infect. num.* 19. *circa med.* Limitat † in procuratore generali cum libera. *Caldas de restit. in integr. §. implorandum, nu.* 6. *vers. facit sexto.*

38 Ampl. etiam si esset † procurator ad lites, nisi habeat liberam administrationem causa nominatim expresse; secus si in genere. *Mathesil. sing.* 30. *Nota quod licet, num.* 2. *&* 3. *Rebuf. ad concordat. de elect. derog. verb. specifice. vers. se-
39 ptimus octauus*, limit. si fuerit facta † cum vtilitate domini, si fuerit pupillus, vel minor, vel ecclesia, cum quibus claudicare potest contractus, vt ego intelligo dicta Rebuffi.

Quartus casus est, quo speciali opus est mandato, quoties quod vni est debitum, vel soluen-
40 dum, mandatur † vt alteri soluatur, qui actus nuncupatur delegatio. *Zabarel. com.* 59. *num.* 1. *in fin.* Nec differt, an delegatio fiat actiue, vel passiue, quia cum illa habeat vim solutionis, sic
41 illius † loco succedat, *l. si rem aliquam, §. fin. de nouat. l. quamuis, §. interdum, ff. ad Vellcian.* quia siue procurator deleget, siue recipiat delegationem, vtroque casu opus est speciali man-
42 dato, quia † delegando disponit de re aliena absque voluntate, & consensu eius, cuius nomine fit delegatio, & recipiendo delegationem potest consequi damnum ei, pro quo acceptatur delegatio, effecto delegato non soluendo, *l. inter causas, §.* 1. *ff. mandat.* quia delegans †
43 delegatione liberatur, nisi sit conscius imminẽtis decoctionis debitoris delegati. *Surd. decis.* 23 *creditoris, num.* 11. *& seq. & cons.* 145. *nu.* 10. *& cons.* 269. *num.* 16. *circa med. Bero cons.* 197. *visa lib.* 1. *num.* 7. *& seq.* qui præterea declarat †
44 quomodo probetur scientia futuræ decoctionis.

Quinto cũ supra §. 2. *vers. secundus*, dixerim ad acquirendum beneficium opus esse speciali mandato, ita hoc §. 4. quo referuntur casus amissionis, & remissionis, opus est simili mandato si agatur de renunciando † seu resignando beneficio; tam quoad titulum, quam illius possessionem, *Calderin. de renunciat. cons.* 3. *an renunciatio lib.* 1. *num.* 1. *Stafil. de litter. grat. §. de.* varijs modis vocat. nu. 19. *Mant. decis.* 260. *n.* 7. & late *Paris. de resignat. benefic. tom.* 1. *libr.* 9 *q.* 1. *& seq.* constituens *quæst.* 2. *&* 3. generalem regulam, beneficium, & officium ecclesiasticum posse per quemcunque renunciari, si illi detur mandatum ad renunciandum, referens exempla eorum, qui Sum. Pontificatum Papatum nun-
45 cupatum renunciarunt, † quem esse beneficium late disput. *Melchior. Loterius de re benefic. p.* 1. *Rebuf. ad concordat. de elect. derog. verb. speciale vers.* 28. *Mozius de mandato, nu.* 51. *vers.* 56.

Postquam materiam beneficiariam sumus ingressi, sextus casus erit requirens speciale man-
46 datum, † si agatur de consentiendo reseruationi pensionis super fructibus beneficij ecclesiastici, & illi annexis, seu iuribus, vt puta distributionibus quotidianis, vel incertis, quæ sunt debita beneficiato, ratione beneficij, vel officij, & præcipuè, si agatur de pensione cum facultate transferendi illam volente pensionario, *Put. dec.* 512. *part.* 2. *col.* 1. *in fin. vers. sed fuit dictum, & nu.* 3. *& seq.*

47 Septimo opus est speciali mandato † ad nouandum; verum cum nouatio sit actus tam conseruatiuus, quam remissiuus alieni iuris, vide quæ dixi infra §. 5.

48 Octauo opus est speciali mandato ad amittẽdum † possessionem, vel quasi alieni iuris. Ideo procurator inutiliter renunciat actioni spolij, si ad renunciandam eam actionem careat mandato. *Veral. decis.* 308. *part* 3. *num.* 2. nec pariter remittere, seu alteri renunciare potest possessionem, quam dominus animo retinet, *Ludouis. decis.* 268. *num.* 5. *et seq.* vbi addentes referunt ita sæpius à Rota fuisse decisum. Quæ dixi de expressa renunciatione possessionis naturalis, vel ciuilis non amittenda sine expresso animo possidentis, *l. si quis rei §. differentia, ff. de acquir. possess. Mantic. decis.* 20. *num.* 2. *Cassad. decis.* 4. *de restit. spol. nu.* 3. procedunt etiam in tacita. Quare si procurator meus, vel Aduocatus fuerit rogatus pro teste in instrumento, quo Titio locatur fundus meus a Sempronio, non ideo amitto fundi mei possessionem, quamuis in præsentia mei procuratoris fuerit alteri locatus, & illius
49 exacta pensio. Secus † si locatio facta fuisset me presente pro teste; vt dicitur de Notario, & Aduocato, dum ille rogatur de instrumento venditionis, vel locationis fundi sui ab alio factæ tãquam illius domino, & iste patrocinatur fundũ suum ad alium spectare, *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 267. *&* 271. *Surd. cons.* 260. *remedium. nu.* 32.

50 Nono opus est speciali † ad diuidendum rem, quam quis habet cum alio communem, *Rebuf. ad Concord. cap. de election. derogat. col. fin. vers. quadragesimus*, asserens ita fuisse iudicatum Parisijs: modo vltra expressionem facultatis faciendæ diuisionis adsit in mandato clausula, faciendi quidquid opus erit in diuisione,
51 eam afferens rationem, quia † diuisio est alienatio, quæ de re aliena non fit, sine domini mandato, vt dixi *supra vers. secundus casus.*

Decimus casus est, vbi expresso titulo dona-
52 tionis, agitur † de transferenda re corporali, vel incor-

incorporali de vno in alium, nam si fiat a procuratore, sine speciali mandato ad donandum, est illa inanis, & sine fructu, *l. filius familias, ff. de donat. l. contra iuris, 29. §. 1. ff. de pact. Odofred. in l. sed, & si quis, § quæsitum ff. si quis caution. num. 6. Bald. in l. 1. C. de bon. matern. n. 95. Ancar. conf. 32. num. 22. nu. 3. Iaf. in l. iusiurandum, § procurator ff. de iureiur. n. 4. in princ. & verf. confirmo, Iaf. in l. iusiurandum, §. procur. ff. de iureiur. num. 4. Iaf. conf. 59. lib. 1. num. 8. & conf. 129. num. 51. eod. lib. Bero conf. 5. n. 72. & conf. 174. num. 13. vol. 1. Natta conf. 7. nu. 4. Rot. recent. decif. 696. par. 2. num. 4. Honded. cōs. 66. lib. 1. num. 84. Fab. Capic. Galeot. controuerf. iur. tom. 2. controuerf. 29. num. 2.*

53 Ratio est, quia † donare, est dilapidare, & perdere, quod nemo præsumitur facere, vel ad faciendum dedisse mandatum, *l. cum de indebito ff. de probat. glof. fin. l. contra iuris, ff. de pact. Alex. conf. 58. lib. 3. num. 12. circa fin. Dec. conf. 1. lib. 5. num. 17.* & quæuis alia capi debeat præsumptio, quam factæ donationis, *l. Campanus ff. de oper. libert. Menoch. præsumpt. 10. lib. 3*

54 *num. 16.* etiam † quod actus reddatur inutilis, *Iaf. l. si procuratori, ff. de condit. cauf. dat. nu. 4. Alex. conf. 114. lib. 3. num. 4. Dec. conf. 177. nu. 1. Natt. conf. 103. num. 5*

55 Mandatum speciale quomodo † ; isto casu dicatur, *Bero. conf. 130. lib. 2. num. 50. Bart. l. filius 7. ff. de donat. nu. 8.*

56 Ampl. etiam quod quis † habeat mandatum cum libera, vt dicam *infra* §. 11.

57 Ampl. siue quis sit constitutus † procurator ab homine, siue a lege, *Alex. conf. 22. viso instrumento, lib. 1. nu. 8. & seq. Iaf. in l. ius iurandum, §. procurator. ff. de iureiurand nu. 4. verf. confirmo.*

58 Ampl. etiam in procuratore † Cæsaris *l. 1. ff. de procur. Caf. Rofental. de feud. cap. 10. concluf. 38. expositis, num. 41. & seq.* addendo procedere etiam si donaretur res odiosa, vt puta emolumentum multæ, vel pœna fisco soluendæ.

59 Ampl. ad faciendum quemuis actum † æquipollentem donationi, *Crefcent. decif. 11. de procur. Surd. conf. 359. sententiam. num. 5. Mantic. decif. 230. num. 10. Odofred. in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. nu. 8. Aldouin. conf. 53. num. 53. Rofental.* loquens de concessione feudi. *tract. de feud. cap. 3. concluf. 9. num. 5. & seq. Iaf. in l. ius iurand. §. procurator, ff. de iur. iur. n. 4. verf. Hinc confuluit.*

Quid autem, & quantum possit donare pro-
60 curator, † cui est data specialis facultas donandi, viden. *Bero. conf. 130. lib. 2. num. 45. 54.*

61 Limit. vbi in mandato † exprimitur quid, quātum, cui, & quomodo sit donandum. *Bart. in l. filius familias ff. de donat. num. 8. Socin. iun. conf. 59. in caufa lib. 1. num. 8. in fin.* concludēs ad donandum esse opus specialissimo mandato. *Rota recent. decif. 28. par. 2. nu. 6. Bero. conf. 130. lib. 2. num. 45.*

Contrarium, quod sufficiat mandatum simplex ad donandum, non expressa persona donatarij, tenent relati *a Rol. a Val. conf. 26. circa, lib. 2. nu. 14. Caldas de rest. it. in integr. §. implorandum, num. 6. verf. facit tertio.*

62 An autem talis procurator possit ex vi † mandati ad donandum, donare consanguineo suo. *Bero conf. 130. lib. 2. num. 56. et seq.*

Vndecimus casus est, quo speciali opus est mandato, si quis per procuratorem velit iura
63 sua, vel bona alteri † renunciare. *l. contra iuris, §. si filius, ff. de pact. Socin. iun. conf. 59. n. 8. & conf. 129. num. 50. lib. 1. Surd. conf. 359. sententiam, num. 5. Neguf. de pignor. 2. membr. 6. part. num. 28. Honded. conf. 66. dubium, n. 81. & seq. lib. 1.*

64 Ratio est, quia † renunciatio est per indirectum, seu effectu, donatio. *l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. l. si quis delegauerit, ff. de nouat. l. sicut, §. an pati sci, ff. quib. mod. pignus, vel hypot. soluit. l. quidam. l. in ædibus, ff. de donat. Bero. conf. 5. num. 72. & conf. 174. num. 13. vol. 1.* quamuis hæc ratio posset infringi ex dictis *Tiraquel. in l. si vnquam, §. donatione largitus, C. de reuocand. donat. num. 171.* attamen *num. 172. et 179. et seq.* concludit renunciationem, seu remissionem esse donationem, & in illius validi-
65 tate † requiri insinuationem, sicuti requiritur in donatione, & eisdem modis reuocari, quibus reuocatur donatio.

66 Ampl, etiam quod renunciatio † fieret à procuratore cum libera. *l. contra iuris 29. §. fin ff. de pact per quem textum ita firmat Fed de Sen. conf. 2. quidam habet & Alex. conf. 22. lib. 1. n. 8.* vbi *addentes* plura congerunt, & dicam aliqua *infra* vbi agam de potest. e procuratoris cum libera. *Surd. conf. 359. num. 5. in fin addendo num. 6.* etiamsi talis procurator esset coniuncta persona.

67 Amplia etiam vbi renunciatio † fieret à Syndico, vel alio officiali vniuersitatis. *Alex. conf. 22. viso instrumento lib. 1. num. 9.* vbi *Natta verf. quia in mandato;* addit nec totum ordinem decurionum posse remittere iura vniuersitati competentia. *Natta conf. 641. ex feria, num. 5. & 7.*

68 Amplia etiam quod renunciatio † fieret à Prælato. *Alex. conf. 22. lib. 1. num. 9. circa med. Tiraquell. in l. si vnquam, §. donatione largitus, C. de reuocand. donat. num. 174. post med.*

69 Ampl. etiam quod in mandato † esset clausula, quod posset facere circa ea, quæ sibi mandantur, & quodlibet præmissorum, ac connexa, & dependentia ab eisdem, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerēt speciale. *Alex. conf. 22. viso lib. 1. num. 10. verf. & licet.*

70 Ampl. etiam vbi renunciatio † fit nihil recepto, seu gratis *Alex. conf. 22. viso lib. 1. num. 7. in princ. & num. 8. circa med. Tiraquel. in l. si vnquam, §. donatione largitus, C. de reuocand. donat. num. 174.*

71 Ampl. etiam ad renunciandum, † quod est renuncianti debitum. *Rota Ianuen. decif. 200. condemnatus, num. 4. Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 5. nu. 9.*

72 Ampl. præsertim ad † renunciandam societatem cum aliquo contractam, vt dicam *infra* §. 12. *verf. decimusseptimus.*

73 Ampl. etiam † quoad renunciationem solemnium

nium iudicij, vt dicam, §.6.

74 Ampl. præsertim † vbi renunciatur ius liquidum, vel exceptio liquida. *Alex. conf. 22.lib.1. num. 7. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 5. numer. 12.*

75 Ampl. etiam † ad renunciandum liti, vel causæ, vel appellationi. *vt dixi de laudem. libr. 1. quæst. 31. num. 27. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 5. num. 7. Mozius de contract. cap. de mandato num. 45.*

76 Ampl. ad renunciadum † feudum. *Tiraq. tract. le mort saisit part. 4. declarat. 5. num. 11. Mozius de mandato, num. 51. verf. quinquagesimus.*

77 Ampl. etiam † ad renunciandum exceptioni competenti ei, cuius nomine fit renunciatio. *Gallerat. de renunciat. lib 3. cap. 5. num. 5. et seq.* eam afferens rationem, quia renunciatio est donatio. *Tiraquel. l. si vnquam creb. donation. numer. 175.* vbi extendit ad Prælatum.

78 Ampl. præsertim † in exceptionibus peremptorijs, vt dixi. *§.6. verf. trigesimoprimo.*

79 Ampl. in exceptione † omni quæ sit liquida, vt puta ferijs, probatione incumbente aduersario. *Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 5. num. 12.* Quid autem dicendum de dilatorijs, *Gallerat. d. cap. 5. num. 6.* vbi refert dissentientes.

80 Limit. in procuratore † cum libera, si renunciatio à principio poterat esse vtilis, vel damnosa domino. *Gallerat. de renunc. lib. 3. c. 5. numer. 9.*

81 Limit. in procuratore † in rem suam. *Neguf. de pignor. 3. membr. 6. pact. num. 28. in fin.*

82 Limit. vbi tacite † renunciat, non opponendo exceptionem. *Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 5. num. 10. et seq.* extendens ad appellationem, cui tacite potest procurator renunciare nō appellando, vbi expresse non potest sine speciali mandato.

83 Limit. in procuratore † ad fideiubendū, nam potest tenūciare exceptionibus competentibus fideiussoribus. *Menoc. conf. 203. num. 29. et seq. Salazar de consuetud. num. 8. et seq.* & dixi *de laudemio lib. 1. quæst. 41. Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 5. num. 11. verf. quare.*

Contrarium ex *Bart. et alij tenent addentes ad Alex. conf. 28. viso et præhabito. lib. 2. nu. 3. verf. non potest.*

84 Limit. vbi renunciatio fuit facta † iure cogente. *Honded. conf. 66. dubium. num. 83. circa fin.*

85 Limit. vbi in mandato † exprimitur quid, quantum & cui sit renunciatio. *Rol. à Val. conf. 11. num. 18. lib. 1. Puteus decis. 100. lib. 2. num. 1. Gratian. discept. 3. in addit. num. 14.*

Duodecimus est, vbi agitur de obligatione

86 eorum † quæ non veniunt in generali obligatione. *Tiraquell. tract. le mort saisit. part. 3. declarat. 5. num. 16.* vbi exemplum refert si agatur de feudo.

Tertiusdecimus casus est, quo requiritur speciale mandatum in alienis iuribus soluendis, vt

87 puta si quis † velit societatē inter alios initam nomine vnius soluere, *l. actione 66. §. renunciare, ff. pro soc.* vbi *Bart. Bald. & Alberic.* notant. *Bald. l. si hominem 30. ff. mandat. Honded. conf. 38. anno lib. 1. num. 15. Hector. Felic. de societat. 35. num. 5.*

Hinc infertur, quod procurator non potest in Rom. Cur. vel alibi, vt vtat curiali formula, societatem officij absque speciali mandato, vel generali ad omnia constituentis negocia administrandum disdicere. *Honded. conf. 38. anno lib. 1. num. 15. & seq. addendo num. 19.* nec sufficere

88 † ratificationem subsequutam ad effectum lucrandi pecunias datas ad eam societatem, quia disdicta fuit nulla, & quod nullū est ratificari nō potest, præsertim in alterius præiudicium. Si autem essemus in casu quo disdicta potest ratificari, an illi quindecim dies quibus durat Societas post disdictam, currant à die ratificationis, vel à die factæ disdictæ. *Honded. dict. conf. 38.*

89 *num. 8. & seq.* Si autem disdicta † fuit facta a non habente mandatum, *Zacchias de societ. offic. num. 434.* tenet currere à die ratificationis, relato *Hect. Felic. de societ. cap. 35. num. 21. & seq.* qui id non dicit, & credo eum decipi, ex his quæ dixi supra ex *Honded.* quod talis ratificatio sit nulla.

90 Ampl. vt non possit renunciari † à procuratore generali, non concurrente causa, quam dominus, seu mandans ignorabat, & si sciuisset reuocasset, modo in renunciatione exprimatur causa renunciationis. *Bart. & Bald. in l. si hominem 30. ff mandat. Bart. in l. actione 66. §. renunciare, ff. pro socio,* vbi idem notat *Bald. in lectur. antiq. et Fulgos. num. 4. et 5. et Alber. cum Ant. Fab. in suis rationalibus ibidem* volunt procuratorem generalem non posse cum libera, renunciare societatem sine iusta causa quæ exprimatur in renunciatione.

91 Iusta autem causa † est, si mandanti intersit solui societatem non expectato mandato, imminente periculo societati, quia Socius abutatur rebus socialibus, factus sit malis moribus, rixosus, vel diu absfuturus, vel non obseruet pacta socialia, & simili alia causa, vt prosequitur *Hector. Felic. tract. de societat. cap. 35. voluntate, num. 30. et seq.* magna est enim vis iustæ

92 causæ, quæ superueniat, vt late prosequitur *l. si hominem 328.*

Item requiritur speciale mandatū, vbi agitur

93 de remittendo † alieno iure, & ratio est quia remissio, & renunciatio effectu sint idem & pro synonimis vtitur *Tiraquel. l. si vnquam, §. donatione largitus n. 171.* Quæ dixi de renunciatione repetenda sunt in remissione, quæ si fiat gratis idem est quod donatio, *l. contra §. si filius, ff. de pact. l. 1. ff. de transact. l. sicut. §. an pacisci, ff. quibus mod. pignus vel hypot. sol.* &

94 dando † & remittendo æque committitur symonia, *cap. veniens vbi glos. 4. & Abb. in 3. not. de testibus.*

95 Ampl. præsertim † vbi remissio fit, nihil recepto, seu gratis. *Bald. & Salic. in l. 1. C. de pact. Bald. in l. 1. in fin. C. de bonis matern.*

96 Ampl. præsertim † si agatur de cōmittendo pignore, vel hypotheca. *Rebuf. ad concordat. verb. speciale, verf. nonus.*

97 Ampl. etiamsi † esset procurator cum libera, *l. con-*

l.contra iuris §.si filius ff.de pact. vbi *Ias.nu.*2. *& seq.* extendit ad prælatos, tutores & similes habentes liberam a lege. *l.filius famil. ff. de donat.* *Tiraquel plures referens, in l si vnquam §.donatione num.*174. *in princ. Alex. cons.*22. *lib.*1. *num.*8. *&* 9.

98 Ampl. præsertim† si remittuntur iura liquida. *Alex.cons.*22 *lib.*1. *num.*7. *Ias.l. contra iuris §. si filius ff.de pact.num.*7. *vers. quarto*, *& n.*17. *&* 18. *declarat*.

99 Decimusquartus casus est,† si quis velit aliena locare. *Aldouin. cons.*50. *num.*31. *Carroc. de locat.part.de procur.quæst.*2. *nu.*41. *& seq.* vbi præterea agit an sufficiat speciale, vel requiratur in indiuiduo.

100 Ampl. presertim† si agatur de locatione bonorum ecclesie. *Borgnin.decis.*45. *part.*1. *n.*23. dum prius *num*.22. firmasset aliter factam locationem esse nullam, & conductorem condemnandum ac restitutionem fructuum perceptorum.

101 Decimusquintus casus est, † quoties quis, confessione sua fatetur aliquem esse alterius debitorem, vt dixi *supra* §.2. *vers.decimus casus. Serafin.decis* 987. *num.*5.

102 Ampl. presertim † si confessio fiat per modum voluntarie, secus si contentiose iurisdictionis. *Alex.in l.qui bona,§. si alieno, ff. de damn. infect.num.*19. *in prin.*

103 Ampl. præsertim † si talis confessio fiat de debito vniuersitatis. *Menoc. cons.*708. *Causa*, *num.*39. *& seq.*

104 Decimussextus casus est, † si quis procuratorio nomine offerat pretium in licitatione rei positę sub hasta. *Rebuf. de praeconizat. & licitat. art.*80. *num.*14.

105 Decimusseptimus casus est † vbi quis velit quæ sua non sunt obligare, pignorare, seu hypothecare. *Rol.a Val.cons.*26. *lib.*2. *nu.*12. *Caldas de restit.in integ.§.implorandum*, *num.*6. *vers. facit quinto*, declarando quando isto casu mandatum dicatur speciale.

106 Decimusoctauus est, † vbi fit compromissum de rebus alienis. *Dec.cons.*27. *col.*2. *Cald. de restit.in integ.§.implorandum, num.*6. *vers. de secundo*, declarans quando dicatur isto casu mandatum speciale.

107 Decimusnonus† vbi quis fideiussionis causa velit aliquem obligare. *Fab.Capic. Galeot. controuers.iur.tom.*2. *cap.*29. *num* 1. *&* 2.

108 Vigesimus † ad liberandum, & liberationem acquirendam per Aquilianam stipulationem, *l.per procuratorem*, *ff. de acceptil.* vbi *glos.* rationem refert, *Rebuf. ad concordat verb. speciale*, *vers.decimus*.

---

§. V.

SVMMARIVM.

Nouatio quid sit, & quomodo fiat. 1.
Mandato speciali opus est ad nouandum, 2
Item ad faciendam pacem. 3.8.
Item si quis velit impugnare factum suum nomine alieno. 9. *Ampl.* 10.
Item ad petendam restitutionem in integrum. 11
Item ad paciscendum. 12
Itam in ijs quæ sunt animi. 13.
Item ad fideiubendum. 14
Procurator ad fideiubendum quas clausulas possit apponere fideiubendo, licet non sint expressæ in mandato. 15
Treguam facere potest dux exercitus sine speciali mandato, sed non pacem.4. *Illius obseruantia firmior est pace*. 7.
Syndici non possunt remittere iniuriam illatam vniuersitati sine speciali mandato. 5.
Prælatus non potest remittere iniuriam illatam Capitulo sine speciali mandato. 6.
Mandato speciali est opus ad substituendum alium procuratorem. 16
Item ad accipiendum pecuniam mutuo pro vniuersitate. 17
Item ad recipiendum seu exigendum quod alteri est debitum. 18. *Ampl.*19.20. 21.22.23.24.25. *Limit.*27.28.29.
Procurator in rem suam debet habere mandatum clarum. 27
Procurator verus quis dicatur. 28.
Procurator ad exigendum non potest confiteri recepisse. 30
Mandatum speciale requiritur ad confitendum recepisse. 31. *Ampl ibid. Limit.*32.
Item ad prorogandam dilationem datam debitori. 33.

SVbdam hoc quinto §. casus communes præcedentibus §§. id est, qui tam ad acquirendum, quam ad conseruandum, vel amittendum rendunt, si consideretur illorum exitus; qui cum sæpe non respondeat cogitatis, vel principio suo, aliquando accidit, vt quæ fiunt ad acquirendum, conseruent tantum acquisita, & e contra, & quandoque iacturam importent.

Primus itaque casus præcedentibus communis
1 est, quoties quis alieno † nomine facit nouatio-
nem, nam cum illa fit prioris debiti in aliam
obligationem ciuilem, vel naturalem transfusio,
seu translatio, hoc est cum ex præcedenti causa,
ita noua constituitur, vt prior perimatur, *l.*1. *ff.de*
nouation. illaq. fiat pluribus modis. *Azo in sum.*
& reliqui in suis paratitlis, *de nouationibus*,
2 quo quomodo † illa fiat alieno nomine, opus est
speciali mandato, vt concludit *Zabarel. cons.*59.
in princ.
3 Secundo requiritur speciale mandatum ad †
faciendam pacem cum aliquo, cum præcedant
inimicitiæ, vel bellum, vt ex *Specul.* concludit
*Roman.singul.*466. *nunquid*, vbi addentes alios
referunt, idem *Roman.cons.*115. *viso num.*2. qui
loquitur de arbitro, & plura adducit quod sine
speciali mentione faciendæ pacis non valeat lau-
dum. *Bart.in l.conuentionum* 5. *ff.de pact.n.*2.
concludens ductorem exercitus posse facere tre-
5 guam, † seu conuenire de inducijs, sed non face-
re pacem. *Bald.in cap.*1. *§. iniuria.de pace iuram.*
firm. vbi Afflic. concludens Antianos ciuitatis
non posse sine speciali mandato remittere iniu-

5 riam † illatam vniuersitati; licet liberam habeăt administrationem rerum vniuersitatis, & transigere possint, *Bart. in l.praeses, C. de transact. num.4.* & quae dixi de Antianis eadem sunt dicenda de Praelato, qui † sine consensu Capituli
6 non potest remittere iniuriam illatam ecclesiae, *Clar. in prax.* §.*fin.quaest.*58.*sequens num.* 23. Subdens *num.* 25. & *vbiq. Baiard.* ad quem spectet facere remissionem, si interfectus fuit monachus, qui reliquerat filium legitimum, & naturalem susceptum ante monachatú. Quia, vt dixi, ad ineundam pacem speciali opus est mandato: in quo arte, vel ignorantia notariorum apponuntur saepe verba dubia, & multiplicem quae recipiunt interpretationem. Retulerũt
7 mihi fide digni quod populi Hollãdiae, dũ † tractatum fuit cum illis de pace ineunda, potius praebuerant aures, quod tractaretur de inducijs quam de pace, cum in illis minus verendum censerent de offensa, quam conclusa pace, quae ex noua causa frangitur, secus in inducijs. *Tiraquel.in l si vnquam,* §.*donatione, num.*173.*post*
8 *med.*concludens procuratorem † non posse sine speciali mandato facere pacem, quia in illa remittuntur iniuriae.
9 Tertio opus est mãdato speciali † tã ad acquirendũ,quam conseruandũ,vel amittẽdum aliena iura, si quis velit impugnare factum suum nomine alieno, *Grauet.loquens de procuratore Principis,consi.*54. *quaeritur;* addendo etiam quod talis impugnatio fieret beneficio restitutionis in integrum. *Serafin.decis.*238.*num.*2.*limitando in procuratore cum libera.*
10 Ampl. etiam quod coniunctim ageretur † de iure mandatarij, seu procuratoris, nam cum ille debeat aeque seruare factum suum, siue illud faciat nomine proprio, siue alieno. *Alberic. in l.haereditas matertera,C.de petit. hared Io.And. ad Specul.de sent.*§.*fin.n.*14.*vers.si filius Anch. cons.*333.*num.*4.*& seq.* concludentes aduocatum,procuratorem defendentes fundum ad aliquem non spectare,non posse impedire exequutionem sententiae latae ad fauorem eius, ad quẽ defendabãt fundum non spectare, etiam si excipiat de iure suo, & late,prosequitur *Grauet. cons.* 503. *quaeritur vtrum,num.*1.*& seq.* licet, multum obstent dicta *Pinel. in l.*1. *C.de bonis matern.par.*3.*num.*73.*Surd.cons.*140.*num.*16. *& seq.& cons.*166.*num.*14.*& cons.*284.*nu.*16. *& seq.& cons.*395.*num.*23.*& seq.pluribus*,vbi refert plures casus, quibus licet impugnare factũ suum ex alterius persona.
11 Quarto opus est speciali mandato † ad petendam restitutionem in integrum pro alio, *vt dixi* §.*seq.vers. trigesimoquinto.*
12 Quinto, opus est speciali mandato † ad paciscendum, *l.nam nocere,ff.de pact.*
13 Sexto ad faciendum, dicendumue ea, quae sunt animi alicuius,*vt dixi de Laudem. lib.*1.*q.*31.*num.*16.
14 Septimo ad † fideiubendum. *Mozzius de mandato num.*37.
15 Quas autem clausulas,† & renũciationes possit idem procurator apponere obligationi fideiussoriae, licet non sint expressae in mandato, dixi *de Laudem.lib.*1.*quaest.*41.*num.*36.
16 Octauo ad substituendum † alium procuratorem. *V ant.de nullit. ex defect. mandat. num.*3. *Rota decis.*13.*de procur.in antiq.*
17 Nono ad accipiendum†pecuniam mutuopro vniuersitate, nisi probetur versa in illius vtilitatem. *Mantic.de tacit.lib.*8.*tit.*12.*nu.*2.
18 Decimo ad recipiendum solutionem † eius, quod alteri est debitũ, *l.hoc iure, ff.de solution. Rebuff ad concordat. cap. de elect. derogat.verb. speciale,vers.duodecimus.*
19 Ampl. etiam quod quis † sit procurator ad lites,*l.hoc iure, ff.de solution. Mathesil.per hunc textum singul.* 30. *Nota quod;* limitando vbi procurator habet liberam administrationem litis in qua est constitutus; secus si dictum fuit,concedens in praedictis plenam, & liberam administrationem:Vel constituatur procurator ad causam, quam Titius habet cum Sempronio, cum libera, quia intelligitur respectu instantiae.
20 Ampl. etiam si procurator † fuit constitutus ad locandum, nam sine speciali mandato non potest exigere pensionem, *l.*1.§.*sed si proposito: vers. ad locandum ,ff.de exercit.*
21 Ampl. vt procurator † ad causas, non possit sine speciali mandato exigere expensas iudicij, *l.vero procuratori, ff.de solut.addentes ad Mathesil.per hunc text.singul.*30.*nu.*3.
22 Ampl. etiam si esset procurator † ad petendã executionem instrumenti guarantigiati,vel alio pacto executiuo, *l.sed si tantum ,ff.de pact.l.hoc iure, ff.de solution.*
23 Ampl.etiam si esset† procurator ad lites,*l.hoc iure*, 86.*ff.de solut.*
24 Ampl.vt cum specialitate † debeat etiam esse clarum, & sine aliquo dubio.*glos.& Bal.in l.nõ solum,* §.*qui alieno, ff de procur.Fulg.in l.*1.C. *de procur.Cast.in l.si fine,* §.*cum autem, ff.rem rat.hab. & ibidem etiam Bart. & Alex.in apostil.*ad eundem, vbi refert illum dissentire.
25 Ampl.praesertim in procuratore †habẽte mãdatum a publico,qui non admittitur etiam cum cautione rati, vbi dubitaretur, an esset sufficiẽs, §.*coi.auth.de collatoribus.*
26 An autem procurator ad lites possit † interpellare debitorem vt soluat, ad effectum, vt illum constituat in mora, vel vt deponat, viden. *Alex.in l.non solum,ff.sol.mat.in prin. & in l.vero procuratori,ff.de solut. Suarez in l. post rem iudicatam,* §.*quia supra visum est, n.* 29. 30.*& 31.ff.de re iud.*
27 Limit. vbi quis est† procurator in rem suam, *l.sed si tantum ff.de pact. vbi I.C. Paulus* eam affert rationem, quia talis pro citato loco domini habetur, *l.hoc iur.ff.de solution.* modo tamen nullam patiatur dubitationem, quia etiam cum cautione non posset exigere, *glos. & Bart. in l. non solum ,* §. *qui alieno, ff.de procur.*
28 Limit.vbi solutio † fit vero procuratori. *l. vero procuratori* 12.*ff. de solution.* vbi Vlpianus declarando quis dicatur verus procurator, concludit cum esse, cui datum est specialiter mandatum ad recipiendum solutionem, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est.
29 Limit.vbi quis constitutus † est procurator ad

ad exigendum, quia tam à volente, quam nolente debitore, solutionem recipere potest, vt late prosequitur *Alexand. in l. non solum, ff. solut. matr. num.* 5. vbi refert *Spec. & Rom.* qui volunt procuratorem ad exigendum, non posse recipere à sponte soluente.

30 Notandum tamen, † quod talis procurator non potest confiteri se recepisse. *Bald. in l. non abstulit, C. de nouat.*

31 Vndecimo ad faciendam † confessionem de recepto, etiam quod quis constituatur procurator ad exigendum, recipiendum pecunias debitas, & ad confitendum se habuisse, & recepisse, nam talis confessio non praiudicat domino, nisi probetur facta realis solutio, & data facultas confitendi: isto casu intelligitur si realiter exigat. *Bart. Bald. Cast. Alex. in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet.* cum alijs cumulatis à *Suarez in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iud. §. quia supra*

32 *visum est, num.* 16. & *num.* 17. Limitat † si addita sit clausula, & per pactum liberandi debitorem: vel procurator constitutus fuisset ad omnia negocia.

33 Duodecimo ad prorogandam † dilationem datam debitori ad soluendum. *l. qui Romæ, §. Callimach. ff. de verb. oblig. vbi Angel.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Mandato speciali opus est ad vocandum in ius personas, quibus debetur reuerentia, nisi sint obligatæ in forma Cameræ. 1. 2

Item ad introducendam causam in Romana curia. 3

Item ad recusandum iudicem. 4. *& quare.* 5. *Ampl.* 7

Iudex ordinarius non potest recusari. 6. *Ampl.* 7. *& quando dicatur mandatum satis speciale ad effectum recusandi iudicem.* 8

Mandato speciali opus est ad recusandum libellum 9. *& quare* 10. 12.

Item ad consentiendum, quod causa terminetur appellatione remota. & quare. 13. 14

Item ad dandum positiones, illis respondendum, & quare 15

Item ad petendum, vel offerendum iuramentum calumniæ. 17

Item ad petendum dilationem ad soluendum. 18

Item ad petendum à Principe, vt mandet summariè procedi in causa. 19

Item ad prorogandandam non sui iudicis iurisdictionem. 20

Item ad renunciandum appellationi. 22. *Ampl.* 23 24. 27. *Limit.* 26

Item ad appellandum, vbi causa non est appellabilis. 29. *& quare.* 30. *Ampl.* 31. 32. 34. 36. 37. *Limit.* 32

Item ad rescriptum ad lites impetrandum, et præsentandum. 40. *Ampl.* 41. 42. 46. *Limit.* 43. 44. 45. 46. 47

Item ad renunciandum liti. 48. *Ampl. ibid.*

Item ad petendam reductionem laudi ad arbitrii boni viri. 49. *Limit.* 50

Item ad prosequendam appellationem. 51

Item ad appellandum ab excessu. 52

Item ad allegandum locum, ad quem quis est citatus, esse suspectum. 53

Item ad suspendendum instantiam prosequendæ appellationis. 54

Item ad appellandum à sententia lata in remedio l. fin. C. de edict. diui Adrian. 55.

Item ad faciendum aliquem carceri mancipare. 56

Item ad dandum obiectus in personam electi. 57. *Ampl.* 58. 59

Item ad accusandum, seu redarguendum testes de falso. 60. *Ampl.* 61

Oradinus laudatur. 63

Item ad attentandum. 62. *& quare.* 64

Item ad declarandum, an quis velit vti testibus pro veris. 65

Item ad accusandum filium de ingratitudine. 66

Item ad repulsandum testes. 67

Item ad redarguendum testes de falso. 68

Item ad sanandam nullitatem citationis male exequutæ per comparitionem. 71

Item ad renunciandum exceptionibus peremptorijs. 72

Item ad offerendum iuramentum. 73

Item ad iurandum de veritate dicenda in examine. 74. *Contrarium.* 76.

Item in causa criminali. 77.

Item vbi petitur restitutio in integrum. 78. *Contrarium.* 80. *Concorda ibid. Ampl.* 82. 83. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 79. *Limit.* 79. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105.

Sententia lata in causa restitutionis in integrū, petita à procuratore, non habente speciale mādatum, non est nulla. 105

Mandatum speciale ad petendam restitutionem in integrum quando quis dicatur habere. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113.

Mandato speciali est opus ad producendum iura post conclusum in causa sibi ignota. 114

Item ad excipiendum de carceratione iniusta. 115

Item ad consentiendum prorogationi instantiæ. 116

Item ad petendam exequutionem obligationis, cū guarantigia. 117

Item ad emendum sub hasta. 118

Item in quacunque causa criminali. 119

Item ad acceptandum bona in solutum. 120

Item ad interpellandum creditorem, vt sit debitum interesse. 121.

Item ad iurandum de calumnia. 72

Item ad ratificandam sententiam inualidam. 122

Item vbi causa est grauis. 123

Item ad opponendum de nullitate citationis. 124

Item vt actio iudicati detur procuratori ad lites. 125. *Ampl. & Limit. ibid.*

Item ad nunciandum nouum opus. 126

Idem ad nunciandum, quod mulier sit grauida. 127

Item ad redarguendum testes de falso. 128

Item

RElatis casibus, quibus agitur de acquirendo, consetuando, vel amittendo iure per alium, si ad eum effectum habeat speciale mandatum; subdam casus, qui fieri non possunt in iudicio, vel sine iudice, sine speciali mandato eius, cuius nomine fiunt. Et vltra ea quæ retuli *supra* §.4,

1 Primus erit, si ad iudicium † sit vocandus aliquis ex personis, quæ sine venia in iudicium trahi non possunt. *Natta cons*. 445. *Arbitror. num*. 1. & *seq*.

Quæ autem personæ in ius vocari non possint sine venia; recensentur in titulo *Digest. de in ius vocand*. & ego dixi *in meis Collectaneis*
2 *ad textus eiusdem rubricæ*: Quos † cum limitari tradat in filio, aduersus patrem, de iure Canonico, *Vinc. de Franc. decis*. 162. *filius*, *num*. 4. addo quod post excogitata pacta executiua, & in Orbem Romanum inuectam formulam obligationis Cametalis, euanuit reuerentia debita maioribus, vel imperium habentibus, publicamue personam sustinentibus. An autem id factum libidine imperantium, vel socordia parentium, vel conscientia iniquitatis demandatæ sibi dignitatis, disquirant alij.

3 Secundo requiritur speciale mandatum † ad introducendam causam in Romana Curia. *Bellamer. decis*. 249. *in causa mea*, eam afferens rationem, quia nimis graue est ibidem litigare, post *Bellam*. idem censuit *Veral. decis*. 198. *mandatum part*. 2. *num*. 1. & *seq*. dum refert à decisione *Bellam*. fuisse recessum ex coniecturis quæ otiebantur ex mandato dato procuratori ab Vrbeuetano Ciue certante cum Episcopo Montisfalisci ex causa permutationis. Et hinc iustificatur vnum ex centum grauaminibus, quibus alias expostulabatur premi Germania ex amplitudine fori Romani, tractis ad suum molendinum, vt loquuntur rustici, quibuscunque ecclesiasticis causis etiam in prima instantia: cui incommodo fuit consultum ab Oecumenico Concilio *sess*. 24. *de reformat. cap*. 20. Quòd graue sit in Vrbe litigare (experto crede amice Roberto) cum iniquissimè fuerim tractatus vòtis quorundam, qui nihil præterea cogitantes quam sibi munire viam ad maiora, recti & iusti nullam habuerunt rationem; nec facientes sibi religionem cum ageretur de interpretatione capitulorum scripturæ confectæ, & deinde instrumento publico insertæ deponente vno teste enunciato in eisdem capitulis pro illorum consultore & auctore de illorum sensu cum tribus contestibus, fuit dictum de illo non habendam rationem, quia deponeret de tractu, & non de conclusione & tenore instrumenti. Heu iniquitas apud Deum & homines plectenda! nolentibus illis aduertere nihil præterea continere instrumentum notarij, quàm ratificationem. Nominibus parco, ne dicar confecisse libellos: confido tamen tantam iniquitatem non futuram impunitam, vt cæteris & mihi sint exempla non flectendi ad dexteram vel sinistram.

4 Tertio opus est speciali mandato ad † recusandum, seu allegandum iudicem suspectum. *cap. causam quæ, de election. Fel. in cap*. 1. *vt lite non contest. l. si procurator*. 6. *ff. de condict. indeb. vbi notant Doctores. Paris. cons*. 31. *omissa*, *lib*. 1. *num*. 112. *in fin*. & *num*. 113. *Veral. decis*. 168. *part*. 1. *Lancellot. de attentat. recusat. pendent. nu*. 5. *Ludouis. decis*. 368. *n*. 1. *Rebuf. ad concordat. de elect. derog. verb. speciale*, *vers. sextus*.

5 Et ratio est, quia † recusatio iudicis, seu suspicio in illum allegata, pendet ab animo mandantis, seu illius, cuius nomine obijcitur; ideo tanquam minime nota procuratori, cum solus Deus sit cordium scrutator, vt late probat *Capol. de simulat. contract. num*. 90. *circa med*. merito non auditur procurator in tali exceptione sine speciali mandato. *Alex. consil*. 78. *viso*, *libr*. 5. *num*. 14.

6 Notandū † quod iudex ordinarius non potest recusari, sed illi datur adiunctus. *auth. si vero*, *C. de iudic*. Delegatus vero secus, & in totum remouetur. *l. apertissimi*, *C. eod*. vbi in meis *Collectaneis* plura ad praxim congessi, de Iure ciuili non est necesse exprimere causam quare delegatus recusetur, secus de Iure canonico.

7 Ampl. etiam si allegatur suspectus iudex † cōpulsorialis. *Veral. decis*. 168. *compulsorialium p*. 1. qui licet asserat quòd de stylo Curiæ, non allegatur iudex compulsorialis, tamen tacite ex sequentibus affirmat posse allegari a procuratore habente mandatum speciale.

8 Mandatum autem † satis speciale isto casu dicitur, si in illo adsit clausula, ad iudices & notarios recusandum, & alios eligendum, vt censuit *Rota in Neocastrens. Archidiaconatus*. 9. *Decembris* 1588. *coram Gipsio*, & refert *Beltram. in supplementis ad decis. Ludouis*. 368. *num*. 8. *in fin*.

9 Quarto vbi procurator vult datum † a mandante libellum declarare. *Bald. & Angel. in l. Pomponius scribit*, §. *fin. ff. de rei vendicat. Alex. cons*. 78. *viso & diligenter. lib*. 5. *num*. 14. *Bart. in l. inter stipulantem*, 83. §. 1. *ff. de verb. obligat. num*. 9. *Paris*. loquens de libello emisso causa duelli *cons*. 31. *lib*. 1. *num*. 114. *Rebuf. ad concord*.

de

de elect. derog. verb. specifice vers. decimusseptimus. Mozius de mandato num. 44.

10 Et ratio est, † quia licet declaratio nihil addat actui declarato, *l. haeredes palam §.* 1. *ff. de test am.* cum alijs late cumulatis *à Brun. tract. de form. cap. quae res & person. comprehend. columm.* 3. *& seq.* & ideo exclusus à iure aliquid faciendi non sit exclusus à iure declarandi. *Socin. cons.* 96. *penult. in fin. lib.* 1. *Dec. cons.* 25. *col.* 4. *Crau. cons.* 398. *num.* 11. *Surd. decis.* 29. *num.* 5. *& seq.* inquiens quod declaratio adeo adheret; &, vt ego addo, in tantum inheret dispositioni declaratae, quòd censetur vna, & eadem dispositio. Attamen, quia certius sciri, & dici non potest, qualiter intelligenda sint prolata sub dubio, quam à proferente *l. Labeo, ff. de supel. legat. cap. intel-*
11 *ligentia de verb. signif.* verbaque † sunt intelligenda iuxta mentem proferentis. *l. inter stipulationem, §.* 1. *vbi Bart. ff. de verb. obligat. Natta cons.* 84. *num.* 2. propterea vbi nulla cadit ambiguitas, nulla admittitur declaratio. *Ripa in l.* 2 *ff. de vulgar. num.* 51. Merito ad de-
12 clarandum † libellum, & quemuis actum, & dictum dubium, speciali opus est mandato eius, cuius dictum, vel factum dubium, vel multiplicem patitur interpretationem.

13 Quintò ad consentiendum † quod causa terminetur appellatione remota, iuxta congesta per *Marchesan. de commis. part.* 1. *capit.* 8. *num.* 30. nam cum tali consensu tollatur mandanti beneficium appellationis, quae est theriaca aduersus venenum imperitiae, & iniquitatis iudicum. *l.* 1. *ff. de appellat.* absque expresso cōsensu nemini tolli potest beneficium à iure concessum. *l. si quis in conscribendo. C. de pact. Felin. cap. ex parte* 12. *de rescript. n.* 6. concludens
14 quod ad renunciandum appellationi opus sit speciali mandato. *Probus ad Monac. in cap.* 1. *de appellat. num.* 19.

Sexto opus est speciali mandato ad dandum
15 † positiones. *Neuizan. cons.* 7. *num.* 12. *Papiens. in form. position. actor. cap.* 3. *Rota recent. decis.* 749. *fuit resolutum, num.* 3. dum prius eam retulisset rationem, quod cum positio, sit species confessionis, *gloss. c.* 1. *verb. statuimus de confes. in sext.* non auditur procurator, si quid nomine mandantis confiteatur, sine speciali mandato. Addendo Rota *eadem decis.* non sufficere mandatum ad ponendum, *sed addendum esse ad sic vel taliter ponendum,* & sic opus est mandato in indiuiduo. *Franc. Marc. decis.* 527. *par.* 2. *nu.* 3.

Ratione confessionis resultantis ex positione,
16 quae detur a procuratore, idem dicendum est de responsione quae fieri debeat positionibus, vt illa non fiat nisi a procuratore cum mandato speciali, & in indiuiduo ad respōdendum sic, & sic. *Neuizan. cons.* 7. *num.* 12. *& seq. Rot. recen. decis.* 779. *p.* 2. *nu.* 3. *& seq. Serafin. decis.* 3. *Rebuf. ad concordat. de elect. derog. verb. speciale vers.* 31 *Mozzius de mandato, nu.* 51. *vers.* 74.

17 Septimo idem dicendum † siue procurator offerat iuramentum calumniae, siue illud praestet, quia sine speciali mandato non defertur, nec offertur, *cap. fin. de iurament. calum.* & late dixi *infr. §.* 9. vbi examinaui quando ad ostendendum, vel praestandum iuramentum, speciali opus est mandato.

18 Octauo, simili opus est † mandato ad petendum a Papa gratiam dilationis ad soluendum iuxta formam *cap. peruenit de solut.* vt censuit *Rota teste Puteo decis.* 83. *lib.* 1.

19 Nono ad petendum † a Principe, vt mandet iudici summarie procedere. *Rot. decis.* 28. *de rescript. in nou. nu.* 1. & ratio est, quia cum per eam clausulā tollantur substantialia plura iudicij, non potest procurator sine speciali mandato in ijs praeiudicare suo principali.

Decimo, ex ratione relata in antecedenti ca-
20 su, opus est speciali mandato, † si per procuratorem quis consentire velit quod non suus iudex cognoscat de causa, seu ad prorogandam iurisdictionem. *Angel. auth. & consequenter, C. de sent. & interlocut. omn. iud. num.* 7. *Innoc. in cap. de causis de offic. delegat. Cast. in repet. l.* 1. *ff. de iudic. in fine,* Fel. *in cap. P. & G. de offic. delegat. num.* 11. *vers. procurator. Honded. cons.* 21. *in proposita, lib.* 1. *num.* 25. *Vantius de null. cap* 11 *num.* 102. *circa med. Guid. Papa decis.* 285 *statuto num.* 2. *Rebuff. ad concordat. de elect. derog. verb. speciale, vers. vigesimustertius, Rota coram Penia in Romana Vineae,* 5. *Maij* 1606.

21 Vndecimo ad appellandum † quotiescunque causa non est appellabilis, seu non recipit appellationem. *Zucard.* loquens de appellatione interposita a sententia lata in remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. num.* 288. eam *n.* 290. afferens rationem, quia cum temere appellans a tali sententia immissionis puniatur de iure ciuili, licet secus sit de iure Canonico, ad effectum, vt quis per procuratorem incidat in poenam, speciali opus est mandato, vt dicam *infra vers. decimotertio.*

22 Duodecimo opus est speciali mandato † ad renunciandum appellationi, vel instantiae. *Alex. cons.* 22. *viso instrumento, lib.* 1. *num.* 6. *et seq. et num.* 10. eam afferens rationem, quia tali renunciatione quis abdicat à se omne ius litis, & & causae: ampliando etiamsi in mandato esset clausola quod possit facere praedicta, & connexa, ac dependentia ab eisdem, etiam si talia forent, quae mandatum exigerent speciale, &
23 renunciatio fiat † a syndico, vel ius non sit liquidum. *Bal. in l.* 1. *§. fin. col.* 2. *C. de temp. appel. Ang. et. Imol. in l. ab exequtore in fin. ff. de appel.*
24 ampliantes etiam † si procurator sit factus dominus litis, addente *Bal. in d. § fin.* idem dicē-
25 dum de Praelato † qui non possit expresse renūciare appellationi in causa suae ecclesiae, vt late examinant idem *Bal. in cap. ex parte G. de rescr. et Bertachin. tract. de episcop. par.* 4. *num.* 6. *Alexandrum* sequitur *Felin. in capit. ex parte de rescript. num.* 6. *vers. secundo.* Quod dixit, *Alex. d. cons.* 22. idem repetit *cons.* 115. *libr.* 3 *ex Bart. in l. postquam liti, C. de pact. num.* 10. vbi limitat. *Probus ad Monac. in cap.* 1. *de appell. num.* 19. *Gratian. discept.* 79. *num.* 7. *Serafin. decis.* 457. *num.* 3. *Tiraquel. l. si vnquam, §. donatione largitus, num.* 175. *Bero.*
26 *quaest.* 33. ampliando etiam si esset procurator cum libera, *num.* 2. *et num.* 8.

Limit.

27 Limit.vbi tacite † renunciet, vt puta non ap-
pellando infra decem dies *l. 1. in fin. ff. quando*
appelland.sit. Quia tamen alijs modis tacite quis
renuntiare potest, vt refert *Brederod.de appellat.*
par.2.cap.10.§.ex quibus caus.appel. renunciat.
videatur, an idem sit dicendum, *vide eundem*
ibidem. *Gallerat.de renuntiat.lib.3.cap.5.nu.7.*
et seq.pluribus. cum temperamento relato *inf.*
§.11.in princ.
28 Singulare notandum, quod † renuncians ap-
pellationi, non ideo dicitur renunciasse iuri
dicendi de nullitate. *Ang.in l.1.§.2. a quib. ap-*
pell.non licet. *Guid.Pap.decis.38.verum Vant.*
de nullit.cap.plus possit dicere de nullit.num.35
Natta cons.217.nu.5. Imo qui renunciauit ap-
pellationi, vel iuri appellandi, potest adhuc age-
re contra iudicem, qui male iudicauit, in syn-
dicatu. *Socin.cons.24.nu.7.lib.1.*
Decimotertio opus est speciali mandato ad
29 appellandum † ab exequutore, vel in causa
executiua, seu executione sententiæ. *Angel.*
de Aret in l.ab exequtione, ff.de appel.col. 4. ad-
dendo hoc notandum in practica, & ita obti-
nuisse, & menti tenendum refert, *Aret in §.*
præterea, 2.instit. de except.num. 38. *circa med.*
30 *vers.et idem in causa*, † cum alijs cumul. *à Rol.*
à Val.cons.43.de duobus lib.nu.11. Natt. 445.
arbitror.num.4.Socin.cons.120.lib.1.nu.7.Rol.
d.cons. 43.lib.1.num.11. eam afferens rationem
quia agitur, vt mandans incidat in pœnam si
succumbat in gradu appellationis. *Bero.cons.25.*
lib.3.nu.7.et seq.Iacob.Laurent tract. de iudic.
31 *suspect.cap.7.nu.10.* Limitando † de iure cano.
nico, quo est sublata pœna, in quâ incideret Do-
minus si succumberet in gradu appellationis,
Rebuff de sent.execution.art.7.glos.13. num.9.
32 addendo non sufficere generale mandatum † ad
lites, & causas, *Gallef.de oblig.Cam.quæst.32.*
qui loquitur de petente executionem obligatio.
nis Cameralis, & de appellatione ab executore,
33 addendo *nu.10.* quod si quis † alieno nomine
contraxit cum obligatione Camerali, non potest
petere executionem illius. *Caldas de restit. in*
int egr.§.implorandum num.7. vers.non obstat
el.2. vbi rationem refert, *Grat.discept.333. nu.*
17. Aret.§.præterea.Inst. de except. vers. quia
procur.ad lites, addendo rationem, & istum esse
intellectum l. ab executione, *Mozzius de con-*
tractibus, *capit. de mandat. num.* 45. *vers.* 78.
Surd.cons.358. lata nu. 7. & seq. vers. secun-
do, addendo procedere, etiam si in mandato
generali adsit clausula, & ad appellandum a
34 quacunque † sententia; concludens ad appel-
landum ab exequutore requiri specificum, &
mandatum cum libera, etiam quod exprimatur
aliqua, quæ requirant speciale mandatum, &
subijciatur generalis clausula, & ad quæcunque
alia, vel mandatum esset datum ante illatum
grauamen. *Bero. cons.25.lib.3. num.* 10. addit
35 procedere † etiam si procuratori data fuisset fa-
cultas appellandi, tam à diffinitiua, quam in-
terlocutoria, & ad alia mandatum speciale re-
quirentia. *Vantius de nullit. cap. 11. num.* 95.
36 Declarans procedere, † si per talem appellatio-
nem mandans incideret in pœnam aliquam,
Scaccia de appellatione quæst.5. num.28. vers.
quarto.
37 Contrarium teste *Galef. quæst. 43. num. 9.*
voluit, si procurator † habeat mandatum ad lites
præsentes, & futuras, *Bart. in l. si procurator*,
27. ff. de procur.num.2. & latius *in l.hoc iure*
86. ff. de solution.n.4. & seq. addendo præsertim
in causa, in qua ipse fuit procurator, & hoc esse
38 notandum. Sed parcat mihi † *Galesius qui n. 9.*
male notauit *Bar.* dissentire, quia ille non loqui-
tur vbi procurator vult appellare ab exequuto-
re, vel exequutione, sed vbi petit exequutionem
sententiæ latæ pro mandante, præsertim ipso pro-
curatore interueniente; quo casu quia abest ti-
mor pœnæ ex sententia fauorabili exequenda,
sufficit generale mandatum.
Concorda per *Rol.a Val.cons.26.lib.2.nu.23.*
39 † an appellando dominus incidat in pœnam vel
delictum, vel non; vt primo casu vera sit prima
opinio, secundo vero secunda.
40 Decimoquarto opus est speciali mandato † ad
præsentendum, seu rescriptum impetrandum ad
lites. *cap.nonnulli, §.fin.de rescript.cap.ex par.*
te decani, eod.tit. cum alijs cumulatis ab Alex.
cons.135.ponderatis, num.4.lib.2. addendo non
41 † sufficere quod in mandato essent enumerati
aliqui casus requirantes speciale mandatum, ad-
dita generali clausula, & ad omnia alia requiren-
tia speciale mandatum, quia vbi agitur de rele-
uantia negocij, & de exclusione fraudis, non
sufficit talis generalis clausula, & impetrationem
42 † rescripti sine mandato specifico non posse rati-
ficari, nec ex tali rescripto dari iudici iurisdictio-
nem: sequuntur *Bero cons.25.lib.3. num.8.et seq.*
Henning.Goden in proces.iudiciar.rub.3.nu.12.
43 *& seq.* vbi ex *Abb. & alijs* limitat, † vbi causa sit
profana, & non beneficialis. *Vestrius, in prax.*
lib.3.cap.4. num.1.in prin. & ascendens pro de-
scendente, & e contra, frater, vel soror, pro fra-
tre, vel sorore, maritus pro vxore, & e contra,
si caueant de rato, & agant tanquam coniuncti.
Et licet addat nunquam audiuisse fuisse reiectum
rescriptum, quia non impetratum a procurato-
re habente speciale mandatum; tamen semel
interrogante ipso, contra quem præsentabatur
Pontificium rescriptum, an præsentans fuisset
Romæ ad illud impetrandum, & negasset fuisse
Romæ, quòd a iudice fuit reiectum rescriptum.
Bursat.relato Alex. cons. 135. in consil.74. Mi-
44 *rabitur, num.78. & seq.* limitando † si procura-
tor fuit constitutus etiam cum clausula, Si talia
forent quæ mandatum exigerent magis speciale;
vel ad faciendum quæ dominus præsens facere
posset; quia dicitur illi datum mandatum cum
45 libera. † Vel vbi commissio impetratur a nepote,
vel hæc exceptio non fuit opposita, vel essemus
in secunda, vel alia vlteriori instantia, quia quis
potius dicitur defendere quam agere, & præser-
46 tim si petatur vt † mandetur iudici, qui summa-
rie procedat vt dixi *supra vers. nono amplia.*
Rebuf. ad concord. asserens nunquam vidisse
obseruari, *de elect. derogat. verb. speciale, vers.*
vigesimusextus.
47 Si tamen causa cognoscenda sit † in Romana
Curia, non refert, a quo impetretur rescriptum.
Cassad.

Cassad.decis.1.de procur. num.4. Rota decis.6.de iudic.in nou. concludentes dispositionem *cap. nõnulli,§ fin. de rescript.* idem testantur *Vant. de nullit.cap.fin.n.75.Vest.in praxi,lib.3.cap.4. num.2.addendo num.4 ibidem* clericos, & vt ego vidi, sacerdotes etiam contra regulas iuris, aduocationis & procurationis munere se immiscere. Sed antiqua est cautio, vt non quod Romæ fit, sed quod fieri debet sit spectandum, *l sed licet, ff. de offic.præsid.Gratian. discept.90.num.2.* refert generaliter non seruari *d.cap. nonnulli*, & late id comprobat, addendo idem dici de inhibitionibus quę impetrantur a iudicibus ad quos. *Vantius de nullit.ex defect iurisd.deleg.num.*87. refert de stylo Rom.Cur.non obseruari dispositionem *d.cap.nonnulli*, §.*fin.de rescript.*

Decimoquinto, vbi in iudicio seu ratione iudicij est præstandum genus aliquod iuramenti, vt dixi *infra* §.8.

48 Decimosexto speciali opus est mandato † ad renunciandum liti. *Bart. in l.postquam liti, C. de pact.num.*10.addendo procedere, etiam quod procurator sit factus dominus litis, posse tamen renunciare exceptionibus dilatorijs vel peremptorijs. *Tiraquel.in l.si vnquam, §. donatione, C.de reuocand.donat.nu.*173.*post med.& n.*174. *in fin.& num.*175.

49 Decimoseptimo † ad appellandum a laudo pœnali, seu reducendum laudum ad arbitrium boni viri. *Bero cõs.*25.*visis,lib.3.n.1.& seq.n.* 13. *& seq.* qui loquitur in casu quo frater appellauerit pro fratre, quod appellatio non releuabat, quia mandatum speciale & in indiuiduo non habebat: addendo etiam si in mandato generali adesset clausula, & ad omnia alia & quæcunque quæ etiam requirerent mandatum magis speciale & indiuiduum, & opus esse mandato in indiuiduo. *Bero ibidem, num.*14.*circa med.& n.*15.
50 *& seq.* limitat si expressa † fuerint maiora requirentia mandatum speciale.

51 Decimooctauo ad prosequendam † causam appellationis. *Bero cons.*114.*circa lib.3.num.9. Rebuf.ad concordat.de elect.derogat.verb.speciale vers.*

52 Decimonono ad † appellandum ab excessu. *Contard.de moment.possess.limit.*19.*num.*36.*relatis, Ias in l.procurator, ff de cond. indeb. Rol. a Val.cons.43.lib.1.num.*11.*& cons.*26. *nu.*24. *lib.*2.

53 Vigesimo ad allegandum, locum † ad quem est quis citatus, non esse tutum, vt examinat *Gabriel.de citation.conclus.*3.

54 Vigesimoprimo ad contentiendum † vt suspẽdatur instantia prosequendæ appellationis. *Felin. in cap.final.de sent.& re iud.num.*3.

Vigesimosecundo opus est speciali mandato
55 † si quis pro alio appellare velit a sententia lata remedio *l fin.* C. *de edict. diu. Adrian. tollend.* vbi *Zucard.num.*288,id expresse notat. *Caldas, de restit.in integr §.implorandum,num.7.vers. vnde quemadmodum.*

56 Vigesimotertio ad iurandum aliquem suspectum de fuga, vt dixi infra §. 18.

Vigesimoquarto ad dandum obiectus in per-
57 sonam vel electionem electi. *cap. procurator. de election. in sex. Bellam.decis.* 32.*Bero.cons.*25 *visis ac diligenter,lib.3.num.5. & seq.* addendo procedere etiam si procurator habeat mãdatum speciale circa aliqua, quæ requirunt speciale mandatum, cum clausula generali, & ad omnia quæcumque etiam maiora, quæ speciale manda-
58 tum requirerent; † sed opus est mãdato in indiuiduo ad obijciendum talem & talem defectum: & idem dicendum si agatur de excludenda fraude; vel causa esset magna; vel mandans incurreret pœnam aliquam. Quæ tamen dixerat *Bero.* de generali clausula, declarat *ibidem num.* 15. *& seq.plurib.*

Contra verò, quod sufficiat mandatum generale ad opponendum obiectus vel crimina, tenet *Rol.a Val.cons.26.lib.2.num.*17.

An autem sustineatur processus, si doceatur de
59 mandato in indiuiduo, postquam † dati fuere obiectus, vel dicatur superuenisse scientiam alterius defectus, qui nunc obijcitur, *Tiraquel. de retract lignag.§.1.glos.*10.*num.*94.*gloss. penult.in cap cit.circa de elect.in sext.*

60 Vigesimoquinto ad accusandum † vel redarguendum testes de falso, seu de crimine. *Bero, cons.25.visis,lib.3.num.* 11. addendo isto casu non sufficere mandatum generale cum plena, & libera administratione, *l.si pater ff. de ijs quæ in fraud. credit.* vbi concessa administratione cum libera, non ideo potest procurator fraudem vel aliud committere, quo dominus incidat in pœnam, † etiam quod expressis aliquibus casibus specialibus addita fuerit clausula & ad omnia alia, quæ requirerent speciale mandatum, vt subdit *Bero ibidem num.*12.*& seq.* & idem dicendum de quacunque alia oppositione in personas testium, quæ sapiant delictum, & ideo de illorum fide minuatur, *Clem. non potest, de procur.*

Vigesimosexto ad causandũ seu committendũ
62 † attentata. *Lancell.de attentat. par.* 1. *cap.*1. 1.*par.num.6.& seq.* vbi id late probat, & testatur ita a Rota decisum, coram Oradino: de quo cum ille plura & laudanda referat, addo quod etiam nunc dum hæc scribo, in Vrbe illius ingenium, † probitas singularis, in iure nostro interpretando, & in iudicando integritas conseruatur, laudatur, laudabiturque, & conseruabitur. Honesti enim, & recti perpetua est laus: Iniquus vero cum sua perit infamia, vt vidi factum de aliquo, qui, vt dixi, ita mortuus est.

64 Ratio autem relati assumpti est, † quia cum attentare sit delictum, vt notat *Franc. in cap. bonæ de appell.num.*14.*&* 39.& sonet in malam partem, *Bellam.decis.*18.*Lancell.de attentat.in præfat.num.*102.*&* 123. Attentando offendatur maiestas iudicantis, & lædatur ius colligantis, & ius ipsum. *Lancel. de attentat.in præfat. num.69. cum quinq. seq.* Attentatorum materia dicatur pœnalis, odiosiorque sit attentans spoliatore, vt concludit *Lancellot.ibidem, nu.* 103.*&* 105.

Ad reuocandum tamen attentata, quia agitur de fauore eius, qui illa est passus, sufficit procuratorem habere generale mandatum, vt conclu-

dit

dit *Lancellot. de attentat. part. 3. cap. 22. nu. 8. & seq.*

Vigesimoseptimo opus est speciali mandato,
65 † an quis velit vti testibus examinatis pro veris, & legitimis. *Luc. Pet. in prax. Capitolin. lib. 2. cap. 12. nu. 5.* addendo, quod sit esset procurator cum libera, quod posset declarare nolle vti; eam primæ partis suæ assertionis rationem referens, quia procurator generalis, etiam cum libera, non potest facere, vel aliquid dicere, propter quod mandans incidat in pœnam, vt dicam *infra* §. 11. *vers. item, non potest facere ea, per qua dominus.*

66 Vigesimooctauo ad accusandum filium de ingratitudine in patrem. *Gul. Benedict. in cap. Raynutius, §. eodem testamento el. 2. de testam. num.* 10. addendo idem dicendum, si per procuratorem accusetur vassallus de simili delicto, afferens rationem, quia ad petendum, agendumue aliquid, quod sit odiosum, vel contra ius commune, speciali opus est mandato, seu vt ego censeo verius, cum ingratitudo sit ciuile delictum, & plectendum, quatenus quis ad animum suum illud reuocat, nemo sine speciali mandato auditur ad declarandum ea, quæ sunt animi alterius, vt dixi *§. 16.*

67 Vigesimonono speciali opus est mandato † ad repulsandum testes examinatos. *Clement. non potest de procur.* per quem textum ita firmat *Amator. Rodriquez tract. de modo videndi proces. cap. 9. nu.* 43. vbi remissiue rationem refert, cum *nu.* 42. docuisset cautelam, ne non probata repulsa quis teneatur iniuriarum, & dixerat *Clar. §. iniuria, num* 13

Sicuti & eadem ratione eodem speciali man-
68 dato opus † est, ad arguendum testes de falso. *Bero. cons.* 25. *visis, lib. 3. nu.* 11. addendo non sufficere mandatum generale cum plena, & libera.

Trigesimo, quamuis citatione perperam exe-
69 quuta † sanetur illius nullitas, per comparitionem citati. *l. 1. ff. de ferijs, Marsil. de vnoquoque, ff. de re iudic. num.* 55. cum alijs cumulatis à *Gail. obseruat.* 48. *quoniam, num.* 4. & quæ dixi de citatione eadem sunt dicenda de intimatione *Card. Mantic. decis.* 172. *nu.* 1. *vers. neque, Natta cons.* 18. *viso, num. 2. & sequen.*

70 Ampliãdo † etiã si citatio sit nulla ratione incertitudinis loci, vbi citandus cõparere deberet. *Mantic. decis.* 309. *nu.* 5. *in fin.* asserens idem dicendum de Capitulo illegitime citato, à quo si constituatur procurator ad comparendum, etiam si constitutus fuerit tantum ad dicendum de nullitate citationis. *Serafin. decis.* 1441. *num.* 4.

71 Sed an sufficiat ad sanandum † hunc defectum comparitio procuratoris habentis generale mandatum, vel potius requiratur speciale, *Rota Romana* variauit, vt referunt *addentes ad Ludouis. decis.* 27. *domini, num.* 14. addendo credere veriorem esse opinionem, quod sufficiat generale. Cui adhærerem facile, si ageretur de sananda nullitate citationis in eum perperam exequutæ, vt puta, quia domi dimissa copia, vbi quis erat citandus personaliter, secus vbi citatio fuisset nulliter exequuta contra mandantem, nisi mandatum datum fuisset post eam citationem, vel ageretur de decreto fauorabili sequuto ex ea citatione: secus si præiudiciali, nisi probaretur scientia mandantis. *Serafin. decis.* 1366. *num* 2. & id ratione grauis præiudicij, si quod ex tali sanatione sequeretur, vt dixi in antecedentibus, vbi firmaui requiri mandatum in indiuiduo.

Trigesimoprimo opus est, speciali mandato
72 ad † renunciandum exceptionibus peremptorijs. *Ias. in l. iusiurandum, §. procurator, ff. de iureiur. num.* 4. *circa med. Honded. cons.* 66. *dubium lib.* 1. *num.* 82. *& seq.* addendo procedere etiam si esset procurator cum libera. *Callaret. tract. de renunciat. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. *& seq. Bero. quæst.* 33. *num.* 8. Quid autem dicendum de dilatorijs, *Gallerat. loco mox citato, & Tiraquel. in l. si vnquam, §. donatione largitus, num.* 173. *post med.* Limitando, si talis renunciatio fiat tacite. *Alex. cons.* 22. *lib.* 1. *num.* 9. *circa fin.* addendo idem dici de quocũque legitimo administratore bonorum, & iuriũ alterius, *Fab. Capic. Galeot. controuers. Iur. tom.* 2. *cap.* 29. *num.* 1.

73 Trigesimosecundo opus est speciali mandato † quoties de genere aliquo iuramenti offerẽdo, vel præstando agitur, vt dixi *infra* §. 8. & dixi etiam *supra vers. decimoquinto.*

Trigesimotertio cum testi non iurato minime
74 credatur, *l. iuris iur. C. de testib.* si testis examinandus velit per † procuratorem iurare, necesse est vt ille in specie det procuratori facultatem præstandi iuramentum de veritate dicenda. *Io. And. in cap. fin. de iuram. calum. in sext. cum cumulatis à Crot. de testib. par.* 9. *nu.* 26. *Rom. singul.* 8. *An iuramentũ*, asserẽs ita fuisse à Rota decisũ, quia non reperitur prohibitum iuramẽtum procuratoris habentis speciale mandatum, id est vt ego addo, quia ad iurandum sic & sic,
75 est iuramentum domini, † & omnia iuramentorum genera possunt præstari per procuratorem, & idem *Rom. & addentes late* probant. *Farin. de testib. q.* 74. *num.* 28. *post med.*

76 Contrarium, quod testis examinandus † non possit iurare per procuratorem habentem speciale mandatum, *est textus in cap. licet ex quadam, vers. proprio iuramento, de testib. & ibidem communiter Canonistæ notant, Bart. in l. sed si vnius, §. seruus meus, ff. de iur. iur. col. 2. & in l. qui bona, §. si alieno ff. de damn. infect. & ibidem etiam Alex. Crotus de testib. part.* 9. *n.* 26. *vers. contrarium,* & respondet obiectis, *relati à Farinac. de testib. q.* 74. *n.* 28. *in princ. & dixi infra* §. 8. *vers. Limit vbi agitur de examine.*

Trigesimoquarto speciali opus est mandato,
77 si causa † sit criminalis, *l. non solum* §. *fin. ff. de procur. Alex. in l. si quis, §. si procurator, ff. quod quisque iur. nu.* 7. *Mantic. decis.* 11. *nu.* 3. concludens causas criminales non posse tractari a procuratore generali. *Gratian. discept.* 97. *nu.* 22. concludens neminem sine speciali mandato, admitti ad accusandum, vel opponendum crimina. *Vantius de nullit. cap.* 11. *nu.* 92. *Io. de Amic. cons.* 132. *nu.* 5.

Trige-

Trigesimoquinto speciali opus est mandato, si
78 in † integrum petatur restitutio, *l. illud §. 1. ff. de minor. Alex. in l. t. ff. de offic. eius n. 73. in fin. Rota diuers. decis. 346. num. 7. par. 1. Bauer. in repet. l. cum filio, §. 1. ff. de legat. 1. n. 143. Menoc. cons. 100. num. 298. Decian. cons. 18. ex prædicta lib. 1. num. 233. Crauet. cons. 110. inter. num. 6. & cons. 238. Vicarius. num. 3. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. num. 1. Rol. a Val. cons. 26. lib. 2. n. 1. Mantic. decis. 11. num. 1. Mysinger. obseruat. 26. ad petendam*, centur. 2. vbi rationes plures refert, *Capel. Tholos. decis. 55.* & relatis contrarijs concludit. *Mauritius Dolanus de restit. in integr. cap. 23. His non relati. a Tusc. conclus. 279 restitutio. Rebuf. ad concordat. de electiõn. derog. verb. speciale vers. quartus,* † vbi limitat deinde si petatur incidenter, addendo si petatur principaliter esse in mandato exprimendam causam quare petatur. *Roman. sing. 126.* concludens requiri mandatum speciale, si petatur incidenter aduersus sententiam latam super interlocutoria

Contrarium quod sufficiat mandare generali-
79 ter quod petatur † restitutio in integrum, voluerunt relati *a Caldas de restit. in integrum, §. implorandum, num. 6. vers. Contrarium vsq. ad num. 8.* Præsertim si cum generalitate sint expressi aliqui casus requirentes speciale mandatũ, cum clausula generali, quod possit omnia quæ mandatum exigunt speciale: vel esset constitutus cum libera, vel cõstituens promisisset habere ratum quidquid a procuratore fuerit gestũ, *Bero. cons. 130. lib. 2. n. 52. et seq.* absolutè tenet sufficere generale mandatum, & comprobari potest ex dictis *Dolan. de restit. in integr. c. 23. His non, num. 2. & seq.*

Concordari possunt *ex Tusc. conclus. 279. restitutio, num. 6. & Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 31. artic. 14. & Rubeo in suis singul. ad Caffad. decis. 1. de procur.*

Ampl. vt non sufficiat mandatũ generale ad
80 petendam † restitutionem in integrum, sed opus est addere causam in qua illa petatur, *l. illud §. 1. Bart. l. generaliter vers. cui id nominatim, ff. de minor. vbi Bart. notat. cum glos. et in l. vnic. C. etiam per procur. caus. rest. it. integ. vbi Bald. notat. Ias. l. præses, C. de transact. num. 7. in fin. Menoc. cons. 100. qua nunc num. 298. et seq.* vbi alijs cumulatis concludit restitutionem in integrum peti per procuratorem habentem specialissimum mãdatum. *Rol. a Val. cons. 26. lib. 2. n. 7.* cum alijs cumulatis *a Caldas de restit. in integ. §. implorandum. num. 6.*

81 Differunt enim illa verba, nominatim † & specialiter, quia expressio specialis, vel de specialibus plura comprehendit, videlicet omnia sub specie contenta; secus nominatio specialis, quæ ad expressa tantum restringitur, vt voluit *Gul. de Cuneo, in l. sed et si quis. §. quæsitum ff. si quis caution.*

82 Ampl. præsertim vbi petitur † principaliter, *glos. et Doct. in cap. coram de rest. in integr, Couar resol. lib. 1. cap. 6. num. 1. Rol a Val. cons. 26. circa lib. 2. num. 1. in princ. Misinger. obseruat. 26. centur. 2. vers. verum. Aret. in §. præterea, inst. de except. num. 18. vers. tertio.*

83 Ampl. etiam si procurator generalis esset † coniuncta persona infra quartum gradum; vt volunt *relati a Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 5. vers. ego vero*, dum prius retulisset quæ contrarium suadent. *Surd. cons. 190. num. 1.*

84 Ampl. etiamsi petatur pro † minore. *Rebuf. de const. itut. art. 1. glos. 3. num. 32*

85 Ampl. etiam si petatur per † viam iustitiæ. *Decian. cons. 18. lib. 1. num. 235.*

86 Amplia etiam si petatur per viam † gratiæ. *Decian. cons. 12. lib. 1. num. 235.* addendo, si tali casu mandans non audiretur aduersus sententiam nisi personaliter compareret, quod eodem casu nõ posset peti per specialem procuratorem, sed ab ipsomet mandante esset petenda, & rationem concludentem refert.

87 Ampl. quod si petatur in † causa criminali, petenda sit ab ipsomet, cui sit concedenda, etiam quod esset minor. *Menoch. cons. 100. qua nunc num. 294. et seq.*

88 Ampl. etiam si fuerit constitutus † a Prælato Ecclesiæ & petatur principaliter, *Zabarel. in clem. 1. de restit. in integr. num. 12.*

Ampl. etiam si is, qui illam petit principali-
89 ter, sit † Prælatus Ecclesiæ, pro qua petitur. *Anchar. in Clem. 1. de restit. in integr. num. 1.* addẽdo aliud dicendum, si petatur incidenter.

Limit. vbi petitur restitutio in integrum ab
90 eodem procuratore † contra quem fuit lata sententia, *Cassador. decis. 2. de restit. in integr. num. 2.* eam afferens rationem, quia illa descendit ex primis actis, & tamquam incidenter, quo casu non est opus speciali mandato, vt dixi *infra num. 95.*

91 Limit. vbi restitutio petitur per viam † exceptionis, *Henric. Boic. in cap. sciscitata de restit. in integr. num. 4. Sfort. Odd. de restit. in integr. quæst. 31. art. 16. num. 83.*

92 Limit. in procuratore † domino litis effecto, *Capel. Tholos. decis. 55. relato Innoc. & alijs.*

Contrarium tenet *Couar. Var. resolut. lib. 1. cap. 6. nulla, num. 1. in fin. vers. ex his.*

93 Limit. quoad defendendum † aliquem in gradu restitutionis in integrum. *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. col. fin. vers. decimo.*

94 Limit. in tutore † & oeconomo, Prælato, si nomine sui officij seu ecclesiæ illam petat. *Abb. cap. sciscitata de rest. in integr. num. 66. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. col. fin. vers. nono,* addendo procedere in quibuscunque alieni patrimonij defensoribus. *Mysinger. obseruat. 26. centur. 2. in fin. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 55. num. 2.* addendo procedere in syndico & alio quocunque gerente officium publicum, si illam petat ratione officij. *Trentacinq. var. resol. lib. 2. de procur. resol. 1. num. 8.* addendo procedere in quocunque habente mandatum a lege.

95 Limit. vbi restitutio † in integrum petitur incidenter. *relati à Rol. a Val. testante præterea de communi, cons. 26. circa, lib. 2. num. 1. circa med. vers. secus incidenter. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. multa num. 1.* vbi testatur de communi, &
96 præterea declarat † quando restitutio in integrum dicatur incidenter peti. *Caldas de restit. in integrum, §. implorandum num. 11. Mysing. obser-*

R

obseruat.26. centur.2. verf. verum, vbi testatur de communi, & ita fuisse iudicatum. *Marchesan.de commis.restit.in integ.§.1. num.56. & seq.* vbi præterea declarat quando restitutio in integrum dicatur incidenter peti. *Tuscus conclus 279.restitutio, num.3.& seq.* idem repetit, præsertim si petatur a procuratore minoris. *Euerard.in suis locis legal. cap.a concession. antecedentis num.2. verf.quarto.*

97 Limit.in consorte † litis *relati à Cou.var.res. lib.1.cap.6.n.6.* qui licet aliud ipse sentiat, cum tamen appellatio prosit litis consorti, *cap.vna sententia de appellat. Put.decis.459. part.2. Bal. in l.1.C.si vnus ex plurib. appel. num.1. & seq. Fel.cap.cum super.de appellat.num.6.* non recedo a Ripa & aliis ab illo relatis *in cap. cum M. de constit.num.58.verf.contrarium.*

98 Limit.in procuratore † generali cum libera, vel cuius facta generaliter promisit dominus rata habere. *Caldas de restit in integ. §. implorandum num.7.in fin.*

99 Limit. vbi petitur incidenter † à procuratore generali constituto à Prælato, *Zabarel. in clem.1. de restit.in integr. num.12.*

100 Limit. vbi restitutio petitur aduersus procuratorē eius, aduersus quem restitutio competit. *Cassad.decis.2.de proc. Sfort. Oddus de restitut. in integr.part.1.q.31. artic. 16, num.* 84.

101 Limit.vbi petitur incidenter.† *Cast.in l.nam & postea, §. si minor, ff. de minor. num.2.in princ. Galganet. ad Statut. Vrbis lib. 1.cap.*50

102 Limit. in administratore publico, † qualis est Syndicus vniuersitatis. *Iasl.præses, C.de transact. numer. 7. verf. hinc. Abb. in capit. suscitata de restit. in integr. num.6.* qui idem dicit in tutore, curatore, & similibus habentibus mandatum a lege.

103 Limit vbi restitutio petitur a procuratore † rei. *Sfort. Odd.præceptor meus in suo celebri tract. de restit. in integr. part. 1. art.31. nu.* 82.

Singulare vnum addo, quod licet ad petendam restitutionem in integrum opus sit speciali

104 mandato, non † tamen illo opus erit ad defendendam causam restitutionis in integrum, *Cassador. decis.2. de procur.* & an in illo sit exprimenda causa ex qua petititur, vel persona aduersus quam petitur, videndus *Franc. in cap. qui ad agendum, §. fin. de procur. in sext. num.* 3. & dixi *supra ampl.* 1. *& verf.septimo.*

Cui subnecto aliud, quod si feratur sententia

105 † qua quis restituitur in integrum ex petita restitutione a procuratore non habente speciale mandatum, non ideo sententia est nulla. *Bald. in l.1.C. de manumis. vind. Felin.cap.cum venerabilis, de excep. col.2. 2.verf. adde secundo.*

106 Mandatum autem speciale † isto casu dicitur adesse, primo quoties exprimitur, quod quis constituitur procurator ad petendam restitutionem in integrum, quamuis non exprimatur actus, seu causa, super qua sit petenda. *Crauet. cons.119.inter alia, num.3.verf.similiter.* Nec minus persona contra quam petatur. *Couar. de restit.in integr.cap.4.num.2. verf. secunda, & var.resol. lib.1.cap.6.num.2.Rol.a Val.cons.26. lib.2.num.8.& seq.* dum prius retulisset, quæ contrarium suadent. *Mysinger. idem repetens, obseruat.26.centur.2. verf. an autem, Decian. cons.18.lib.1.num,233.* vbi refert qui velint exprimendum esse actum, aduersus quem petitur restitutio.

107 Secundo, quoties quis † constituitur procurator ad agendum, defendendum, & supplicandum. *Abb.cap.coram de rest.in integ. nu.*5. concludens non tantum expresse constitui procuratorem specialem ad petendam restitutionem in integrum, sed etiam tacite per verba generalia. *Cassad.decis.1.de procur.Couar. de rest.in integr.cap.4. num.2. verf. tertia:* & ratio est, quia virtualiter tali mandato inest facultas petendi restitutionem, arg. dictorum *Ioseph. Ludouic.decis. Perus.35.nu.3.* dum voluit mandantem incidere in pœnam ex facto procuratoris, vbi ex mandato elicitur data illi talis facultas.

108 Tertio, quoties expresso † casu aliquo requirente mandatum speciale, adiicitur generalis clausula, Et ad omnia alia requirentia mandatum speciale, *cap.qui ad agendum, de procur.in sext.Cassad.decis.1.de procur.Couar. de restit.in integr. capit.4. num.2. verf. quarto. Mantic. decis.11.num.2.*

109 Quarto, quoties quis constituitur † procurator cum libera, vel cum alia clausula illi æquipollenti: veluti si concedatur plena administratio, vel facultas agendi quidquid ipse mandans facere posset. *Couar. de restit.in integr. cap.4. num.* 2.

110 Quinto, quoties quis constituitur † generalis procurator cum promissione rati, vt volunt *Bart.et alij relati a Couar.var resol.cap.4. n.4.* licet ipse relata *gloss.* aliud sentiente, illi adhæreat, eo quia dicta clausula tantum operetur, vt excuset procuratorem a cautione rati.

111 Sexto, vbi quis constituitur procurator † ad omnia & singula quæ ipsemet constituens facere posset, etiam si talia forent, quæ requirerent speciale mandatum, *Cassad.decis.1. de procur. num.3.Mantic.decis.11.num.3.*

Septimo, quoties quis constituitur procura-

112 tor † ad petendam restitutionem in integrum in causa contra Titium: nam si dictum fuerit constitui generaliter ad petendum restitutionem in integrum in quacunque causa, & contra quascunque personas, non esset sufficiens mandatum, teste. *Bero cons.430.num.42.lib.2. & dixi supra, num.*80.

Contrarium, quod sufficiat generale mandatum sine expressione personæ, vel causæ, tenet *Rol. a Val.cons.26.lib.2.num.*19.

113 Octauo, quoties sub generalibus verbis † expressis poterit contineri restitutio in integrum. *Rol.a Val.cons.26.lib.2.num.17.& 18.*

114 Trigesimosexto speciali opus est mandato † vbi quis post conclusum in causa producit iura, quæ asserit prius sibi non fuisse nota, & illa producere non animo calumniandi. *Couar. pract.quæst.cap.20.num.7.verf.tertio & verf. est tamen.*

115 Trigesimoseptimo, vbi quis excipit † de nullitate carcerationis alicuius, & quod ideo sit relaxan-

laxandus, *l. Pomponius*, *ff. de procur.*. *Gigas. conf.* 162. *quod captura*, *num.* 5.

116 Trigesimooctauo ad consentiendum † prorogationi instantiæ. *Socin. conf.* 24. *vitis lib.* 1. *num.* 32. subdendo tamen sufficere mandatum cum libera.

Trigesimonono ad petendum exequutionem
117 † instrumenti cum guarantigia, etiam si tale instrumentum fuerit stipulatum cum ipso procuratore petente exequutionem. *Barzia tract. de Guarantig. par.* 1. *quæst.* 9. *in fin.* addendo quod si ipsi procuratori fuerit facta solutio, quod debitor liberetur, & dixi *infra* §. 20. *in ampliationibus*.

118 Quadragesimo opus est speciali † mandato vbi quis alieno nomine auctionari vult. *Ioan. Papon. lib.* 18. *titul.* 6. *de subhastation. in appen. arrest.* 46. *num.* 9.

119 Qeadragesimoprimo in quacunque † causa criminali, præsertim si agatur de fama accusati, *l. non solum in fin. ff. de procur. vbi glos. verb. nominatim, & ibi Bald. n.* 2. concludens omnem causam criminalem esse famosam. *Seuerol. tract. de citat. num.* 76.

120 Quadragesimosecundo ad accipiendum † bona in solutum, per adiudicationem, *l. non abstulit*, C. *de nouat.*

121 Quadragesimotertio ad Interpellandum † debitorem, quoad ratione moræ obligetur ad interesse. *Gratian. discept.* 42. *num.* 21. *& seq.*

122 Quadragesimoquarto ad ratificandam† sententiam inualidam. *Ruin. in conf.* 62. *discusso lib.* 5. *num.* 27.

123 Quadragesimoquinto vbi † causa est grauis. *Afin. in prax. cap.* 6. *num.* 21. *& seq. pluribus Rebuf. ad Concord. de elect. derogat. verb. speciale*, *vers. vltimo*.

124 Quadragesimosexto ad opponendum † de nullitate citationis, vt dixi *infra de deliberatione*, *cap.* 1. §. 2. *num.* 28. vbi retuli Rotam rotasse.

125 Quadragesimoseptimo, vt actio iudicati † detur procuratori ad lites, *l.* 2. *&* 3. *ff. de admin. tut.* nisi in mandato generali adsit clausula ad lites & negocia, vel fuerit concessa libera administratio litis, nam tunc poterit etiam transigere. *Rebuf. ad concordat. de derogat. electione. vers. speciale*, *vers. decimustertius*. Sed distingue per *Mathesilan. singul.* 30. *nota quod licet*. *Mozius de mandato*, *num.* 51. *vers. quinquagesimotertio*.

126 Quadragesimooctauo ad nunciandum † nouum opus, *glos. l. de pupillo*, §. *qui procuratorio*, *ff. de nou. oper. nunc. vbi Bart. & Ias.* tenent sufficere generale mandatum. *Rebuf.* ab illis disentit *ad concordat de elect. derog. verb. speciale*, *vers. vigesimusquartus*, *Mazzius de mandato*, *num.* 51. *vers.* 55.

127 Quadragesimonono in denunciatione † quam facit mulier, se esse prægnantem, *l.* 1. §. 1. *ff. de lib. agnos. vbi Bart. Rebuf. ad concord. de elect. derogat. verb. special*, *vers. vigesimusquintus*.

128 Quinquagesimo ad redarguendum testes de falso. *Mozius de mandato*, *vers.* 97.

129 Quinquagesimoprimo ad agendum† contra eum qui infamaretur, qui ideo fieret infamis. *Mozius de mandato*, *vers.* 74.

130 Quinquagesimosecundo ad defendendum † aliquem in iudicio euictionis, *c. fin. vt lite non contest. Rebuf. ad concord. de elect. derogat. verb. speciale*, *vers.* 37.

131 Quinquagesimotertio ad cognoscendum† de ijs, quæ Princeps sibi referuauit, *c. vt nostrum de appell. Rebuf. ad concor. de elect. derogat. vers.* 33.

132 Quinquagesimoquarto ad excusandum † tutorem *a tutela*, *glos. l. excusare de excusat. tut. Rebuf. ad concordat. de elect. derog. vers.* 34. *Mozius de mandato vers.* 56.

133 Quinquagesimoquinto ad carcerandum† & consentiendum excarcerationi, *l. non solum* §. *fin. ff. de procur. Rebuf. ad concord. de electione. derog. verb. speciale*, *vers.* 38. *Mozius de mandato*, *num.* 48. *vers. quadragesimusquartus*, *& num.* 51. *vers.* 63.

134 Quinquagesimosexto ad recognoscendum † schedulam. *Rebuf. ad concor. de elect. derog. verb. speciale*, *vers.* 42. *Mozius de mandato*, *num.* 51. *vers.* 65.

135 Quinquagesimoseptimo ad impetrandam † veniam ætatis, *l.* 2. C. *de his qui veniam ætat. Rebuf. ad concordat. verb. speciale*, *vers.* 44. *Mozius de mandato*, *vers.* 67.

136 Quinquagesimooctauo ad petendam † diuisionem bonorum. *Rebuf. ad concordat. verb. speciale*, *vers.* 47. *Mozius de mandato*, *vers.* 69.

Quinquagesimonono ad defendendum domi-
137 num† ratione euictionis. *Mozius de mandato num.* 51. *vers.* 58.

138 Sexagesimo ad agendum† ad caducitatem, *Mozius de mandato*, *vers.* 73.

139 Sexagesimoprimo ad petendam bonorum † possessionem, *glos. in l. per procuratorem* 89. *ff. de aquiren. hæredit. versic. item secus*: nam licet bonorum posessio effectu idem sit quod hæreditatis aditio, *Barbat. in Rubric. l. qui admitti*, *num.* 120. *in prin. & num.* 138. concludens illa in omnibus æquiparari, quia si non directò, saltem vtiliter bonorum posessor est hæres, §. *quos autem inst. de bonorum possession.* attamen quia illa non consistit in animo solo, *post. §. fin. inst. de hæred. qualitat. & different.* potest per alium adipisci. *Roman. d. l. per procuratores*, *vers. item secundo*. *Barbat. in rubric. C. qui admitti nu.* 126. *in princ. Odofred. d. l. per procuratorem*, eam afferens rationem, quia ad consequendam bonorum possessionem opus est petitione iudiciali, & non nuda voluntate acquiritur, *Goffred. idem ibidem firmat num.* 1. *& num.* 2. *rationem referens*.

140 Sexagesimosecundo item ad iurandum † de calumnia in animam mandantis. *Bart. in l. qui bona fide* 13. §. *si alieno*, *ff. de damn. nu.* 2. *& seq. subdens num.* 5. esse opus exprimere causam & collitigantem.

141 Sexagesimotertio vbi aliquid est constitutum vel faciendum fauore aduersarij. *Bart. l. filius* 7. *ff. de donat num.* 11.

142 Sexagesimoquarto, item ad petendam executionem sententiæ, vt ex *Bart.* & alijs concludit *Caccialup. de debit. suspect. de fuga*, *cap.* 2. *num.* 3.

143 Sexagesimoquinto, item ad appellandum ab executione sententiæ. *Ias. in l. si procurator ff. de condit. indeb. nu.* 10.

144 Sexagesimosexto ad petendum quem relaxari a carcere. *Alex. conf.* 133 *circa lib.* 6. *nu.* 1. *Petr. Pech. de iure sistend. cap.* 3. *nu.* 3. *vers. sed quod speciale.*

145 Sexagesimoseptimo, item ad recipiendum iuramentum a teste examinando: dixi *infra cap.* 8. §. 32. *num.* 3.

146 Sexagesimooctauo, item ad faciendum aliquem carcerari. *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 167. *num.* 27.

§. VII.

SVMMARIVM.

Mandato speciali est opus, vt quis faciat alium facto suo incidere in delictum. 1

Item vt quis incidat in pœnam. 2. *Limit.* 3. *Ampl.* 4.

Item in danda licentia promouendi ad sacros ordines. 5

Item in omnibus casibus, qui sapiunt delictum. 6

Item si agatur de ratificatione actorum, quæ alterius nomine sunt facta. 7

Item ad faciendum compromissum. 8. *Limit.* 9

Item ad petendam absolutionem a censuris. 10. *Limit.* 11

Item ad reuocandum mandatum datum argentario vt soluat. 12

Item ad obligandum aliquem, 13. *Ampl.* 14

Item ad exercendum quæ personæ sunt concessa. 15

Item ad petendum restitui legitimis natalibus. 16

Item ad petendam licentiam redimendæ vexationis ab inimicis, 17

Item ad interpellandum ne fiant melioramenta in re possessa, & restituenda. 18. *Ampl.* 19.

Item ad concedendum feudum, vel emphiteusim manus mortuæ. 20

Item ad dandum rem alienam in solutum. 21. *Ampl.* 22

Item ad repetendum libros scholaris. 23. *Ampl. ibid.*

Item ad declarandum an quis velit esse locum pœnæ legali vel conuentionali. 24

Item ad locandum. 25

Item ad recipiendum aliquid in emphiteusim. 26

Item ad habendum fidem de pretio in subhastione. 27

Item ad exigendum vel exacta recipiendum. 28

Item ad faciendum pacem. 29

Item ad petendum dispensationem 30

Item ad exemplandum antiqua instrumenta. 31

Item ad capiendam possessionem beneficij. 32

Item ad exigendum canonem ab emphiteota, qui cecidit ab emphiteusi. 34

Item ad consentiendum apponi clausulam constituti instrumento. 35

Item ad diuidendum rem communem. 32

Item ad petendum inuestituram feudi. 36

Relatis casibus, quibus speciali opus est mandato in ijs quæ per alium fiant in iudicio, transeundum est ad casus, qui extra iudicium peragi non possunt sine simili mandato, & vltra ea quæ dixi *supra* 9. 4.

1 Primus casus erit, ad faciendum † vt quis per alium incidat in delictum. *Natta. consil.* 445. *num.* 2. *Surd. conf.* 328. *num.* 5. *& seq.* addendo præterea esse exprimendam causam. *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num.* 94. concludens nunquam censeri constitutum procuratorem ad committendam fraudem. *Gratian. discept.* 81. *num.* 21. *Aufrer. ad Capel. Tholos. decis.* 132.

2 Secundus casus est ad effectum, † vt quis incidat in pœnam ex facto alterius. *Fel. in cap.* 1. *vt lite non contest. num.* 8. *Paris. conf.* 169. *n.* 7. *vol.* 3. *Rol. a Va. conf.* 71. *lib.* 1. *num.* 42. *Caldas de restit. in integr. cap. implorandum nu.* 7. *vers. non obstat. et* 2. *Mozzius de mandato nu.* 47. *Barbat. in rubr. C qui admit. num.* 128. concludens generaliter facientem actum alieno nomine, si ad illum faciendum non habebat speciale mandatum, non ideo ex generali afficiendum pœna, qua afficitur, qui eum actum facit; exemplum si is, cui data est generalis potestas ab vniuersitate condendi Statuta, excipiendi, vel dandi obiectus, non ideo puniendam vniuersitatem, si ille faciat Statuta contra libertatem ecclesiæ, vel non probet obiecta crimina; vel calumniose excipiat. *Vantius de nullit. ex defect. mandat. num.* 95. *Rol. a Val. conf.* 71. *viso lib.* 1. *num.* 42. *Rot. recent. decis.* 534. *fuit part.* 1. *nu.* 2. *Zucard. in repet. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. nu.* 288. *Contard. de moment. pos. limit.* 19. *num.* 36. *& seq. Serafin. decis.* 869. *num.* 6. *Vantius de nullit. cap.* 11. *num.* 94. addendo siue pœna sit temporalis, siue spiritualis. *Tiraquel. ad l. fin. cõnubias glos.* 7. *num.* 138. *&* 140. *& seq. plurib.*

3 Limit. vbi procurator † fuit constitutus ad actũ, per quem dominus potest incidere in pœnam, vel qui vnicus erat, quamuis generaliter fuerit expressus.

Hinc ad plura infert *Bero. conf.* 25. *visis lib.* 3. *num.* 14. *& seq. pluribus*, videlicet † quod 4 procurator ad lites, & causas, cum facultate appellandi, non potest appellare a sententia arbitri, si compromittentes sub pœna, & cum iuramento promiserunt stare illius laudo, etiã si in mandato procuratoris adsit, enumeratis aliquibus casibus requirentibus speciale mandatum, clausula, & ad omnia, quę speciale, vel specialius mandatum requirerent; nisi numerati casus essent ex illis qui gesti a procuratore faciunt constituentem incidere in pœnam, exempla plura referens, & alia similia congerit *Ias. l. si procur. ff. de condit. indeb. num.* 11. *& seq.* addendo *num.* 17. aliquos casus, in quibus mandans incidit in pœnam facto procuratoris.

5 Tertius casus est, quo sine speciali mandato non † valet actus, si concedatur licentia promouendi aliquem ad sacros ordines, nam concessa a Vicario cui non fuit talis specialis facultas, non valet. *Crescent. decis.* 1. *de offic. Vicar. nu.* 2.

6 Quartus casus, in quo requiritur speciale mandatum, † est in ijs omnibus, quæ sapiunt deli-

delictum. *Veral.decif.186.par.2.num.2.& feq. Honded.conf.96.num.20.Surd.conf.328. nu.5.*

7 Quintus cafus eft, fi agatur de † ratificatione actorum alterius nomine. *Ruin.confil.62.lib.5 num.27*

8 Sextus cafus, qui fine fpeciali mandato perfici † non poteft, eft fi agatur de compromiffo faciendo, *cap.per tuas de arbitr. vbi Abb. & reliqui. Marant.in praxi part.4.dift.14.num.4. alios refert. Rebuff. ad concordat. de elect. derog. verb. fpeciale verf. decimusnonus.*

9 Limit. ftante Statuto, † quod caufæ inter propinquos compromittantur, nam tunc procuratorcum generali mandato poteft compromittere in arbitrum iuris. *Alex. & reliqui in l. fi plures ff. de pact. Marant. in prax. part.4. diftin.14.num.4.* addendo idem dici de tutore, curatore, & fimilibus, qui fine decreto prætoris poffunt de alienis compromittere; quia id faciũt lege cogente, & comprobatur ex dictis *de Laudem. par.2. quæft.4.* vbi plura retuli, quæ excufantur folemnibus iuris, fi lege cogente fiant.

10 Septimo opus eft fpeciali mandato † ad petendam abfolutionem a cenfuris. *Card. Mant. decif.107. verf. tertio, Sayus in thefaur. caf. confcient. lib.2. cap.21. num.13. & feq.* & generaliter in omni abfolutione. *Rebuff. ad concord. de elect. derogat. verb. fpeciali verf.39.* Quod tamen

11 Limita, † fi Canonicus petat abfolutionem pro fuo Capitulo, nam illam petere poteft abfque aliquo mandato. *Marfil. in l. fiquis ne, ff. de quæft. num.116. Mozzius de mandato. nu.45. in fin.*

12 Octauo fimili opus eft mandato ad reuocandum † mandatum datum argentario, vel alteri, vt nomine conftituentis foluat, nam quamuis procurator proteftetur ne foluat, poteft ille, & debet foluere, nifi argentario intimetur fupertueniffe caufam non faciendæ folutionis, *Bart. in l. fi eum Cornelius, vbi Caft. num.2. ff. de folut. Serafin. decif.1126. num.6.*

13 Nono fimili opus eft mandato † quoties agitur de obligando aliquem, vt dixi *fupra §.11. verf. decimo.*

14 Ampl. præfertim de obliganda † vniuerfitate, *Menoc. conf.708. Caufa num.39. & feq.*

15 Decimo fpeciali opus eft mandato quoties † quis facere, dicereue velit, quæ conceffa funt alicui ratione perfonæ, feu exequendum perfonalia, *l. qui ita §.1. ff. ad Trebell. l. reftituta, §.1. ff. eod. Bart. in l. fi ftipulatus ff. de verb. oblig. Caldas* loquens de iure eligendi, vel nominandi, *de nominat. emphit. quæft.6. quæftio eft num.22.*

16 Vndecimo, fi quis velit reftitui legitimis † natalibus, debet id per fe ipfum, vel per procuratorem cum fpeciali mandato facere. *Bart. in l. Gallus, §. forfitan. ff. de liber. & poft. col.2. verf. quaro vtrum. Ruin. conf.73. in fin. lib.3. Dec. conf.55. num.6. cum alijs congeftis a Io. Bapt. Lup. tract. de illegitim. & natural. comment.3. §.1. num.3.*

17 Duodecimo, fi vaffallus ad redimendas † vexationes inimicorum, velit cum illis conuenire, aliquid dato, nam cum id non poffit fieri fine domini licentia, illa petenda eft per procuratorem habentem fpeciale mandatum; & idem dicitur fi illa fuerit concedenda a Prorege vel alio Vicedomino. *Grat. conf.5. lib.1.*

18 Decimotertio ad interpellandum, alienæ † rei vel reftituendæ, poffefforem, vel detentorem, ne faciat in re detenta, feu poffeffa melioraméta, *gloff. l. de pupillo §. qui procuratorio verb. merus, ff. de nou. oper. nunc. & in Clem. caufam, verb. fpecialiter, de elect. cum alijs cumulatis a Gratian. d. fcept.193. de probatione, nu.16.*

19 Ampl. præfertim † fi meliorammenta facienda funt exceffiua, & in feudo. *Rofental. de feud. cap.10. conclus.43. num.99.*

20 Decimoquarto, vbi inueftienda † eft ecclefia, vel alia manus mortua de emphiteufi, vel feudo. *Rofental. de feud. cap.3. conclus.9. nu.4.*

21 Decimoquinto opus eft fpeciali mandato ad dandum † rem alienam in folutum, tam vt extinguatur debitum dantis, quam illius cuius nomine datur. Nam cum datio in folutum fit ficta venditio, ficuti ad vendendum aliena opus eft fpeciali mandato vt dixi *fup. §.4. verf. fecundus cafus*, ita & in datione in folutum pari opus eft mandato; ne plus operetur fictio in cafu ficto, quam veritas in cafu vero, & eft textus arguendo a contrario, *in l. fundus ille, ff. de cont. emphit.*

22 Ampl. etiam fi fieret a † coniuncta perfona. *Afinius tract. de execution. §.7. cap.180. datio, num.2. & feq.*

23 Decimofexto, quamuis procurator dubium † habens mandatum admittatur cum cautione rati. *l.1. C. de procur. gloff. l. Pomponius, §. fed & ii, verb. de rato, ff. eod. Iaf. late in l. iufiurandũ, §. eod. n.6.15. & feq.* Si tamen confanguineus, vel amicus repetit libros fcholaris, quamuis cauere velit de rato; non auditur, nifi exhibeat fpeciale mandatum ad illos repetendum. *Alberic. in l. qui ita, §.1. ff. ad Trebell. fequitur Rebuff. de priuileg. fcholar. n.225.* vbi plura congerit fpecialia circa libros. *Mozius, de mandat. verf. fexagefimofexto.*

24 Decimofeptimo, fpeciali opus eft mandato † ad declarandum, quod quis velit effe locum pœnæ legali, vel conuentionali. *Verall. decif.301. par.1. Cornazan. decif.1. nu.3. Gonzal. ad reg. 8. gloff.56. n.48. & feq. & n.54. verf. adeo vt ad talem.*

25 Decimooctauo, opus eft fpeciali mandato, † fi quis velit aliena locare. *Carroc. de locat. cap. de procur. quæft.2. num.40. & feq. plurib.* vbi agit de locatione bonorum ecclefiæ; fequitur *Aldouin. conf.50 n.31.*

26 Decimonono, ad recognofcendum † rem aliquã in emphyteufim. *Ripol. var. refol. c.7. de iur. emph. n.456.*

27 Vigefimo, ad habendum fidem † de pretio rei venditæ fub hafta. *Bart. in l. a Diuo Pio, §. fed fi emptor, ff. de re iud. num.2. verf. in fpeciali.* quod genus mandati non præfumitur, nifi probetur. *Mantic. de tacit. lib.4. titul.21. num.6.*

28 Vigefimoprimo, ad recipiendam folutioné, † feu ad exigendum, etiam fi fit procurator ad li-

R 3 res,

tes, nisi sit constitutus cum administratione
specialis causæ. Mathesil.sing.30.nota,quod li-
cet n.2.& 3.
29 Decimusnonus est si agatur † de pace facien-
da. Roman.sing.466.numquid. Rebuf.ad con-
cord.de elect.derog.verb.speciale vers.vigesimus.
30 Vigesimo ad petendum dispensationem, †
Mozzius de mandato nu.51.vers.57. Rebuf. ad
concordat.de elect.derog.verb.speciale,vers.29.
31 Vigesimoprimo ad exemplandum instrumē-
ta † antiqua & vetustate consumpta. cap.fin. de
de fide instr. Rebuff. ad concord. de elect.derog.
verb.speciale, vers.27.
32 Vigesimosecundo ad capiendā possessionem†
beneficij.glos.c.cum nostris de conces.prabend.
Mozzius de mandato. vers.68.
33 Vigesimotertio ad diuidendam † rem com-
munem. Mozzius de mandato vers.69.
34 Vigesimoquarto ad exigendum canonem †
ab emphiteota, qui cecidit in commissum.
Mozzius de mandato vers.70.
Vigesimoquinto ad consentiendum apponi in
35 strumento † clausulam Constituti. Bart. l.1.
col.pen.vers.quæro pone quod tutor,ff. de acqu.
poss.Ruin.cons.143.num.7.lib.1. Cephal. cons.
147.proponitur num.3. Mozzius de mandato
num.48.in fin.
Vigesimosexto ad petendam inuestituram
6 feudi cap.1.§.vtrum per quos fiat inuest.rela-
ti a Menoch.cons.1.num.78.& a Mozzio de
mandat.n.51.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Mandato speciali est opus vbi agitur de præstan-
do iuramento. 1.& quare. 2.Ampl.6.7.8.9.10.
11.12.13.14.15.16.18.19.20.21.22.23.24.25.
26.27.28.29.30.31. Limit 34.35.36.37.38.40.
41.43.44.45.46.47.48.49.50.51.52.53.54.
Iurari an possit per procuratorem. 3.17
Iuramenti calumniæ formulam tradidit Pau-
lus V. 33
Auth.cassa. C.de sacrosecclef. Limitatur.42.
Clerici quando ligentur secularibus legibus. 42
Pater quando possit iurare pro filio & e contra.
55
Mandatum datum ad iurandum affirmatiue vel
negatiue prout visum fuerit mandatario est
nullum. 56
Mandati defectus an supleatur cautione rati. 57
Mandatum quod requiratur ad parendum manda-
tis ecclesiæ. 58

Dixi supra, §. 6. vers. trigesimosecundo,
1 quod quoties agitur † de præstando vel
offerendo quouis genere iuramenti,
opus esse speciali mandaro, & promisi me hic la-
tius acturam. Assumptum istud probatur l nam
postea quam, §. iusiurandum, ff. de iureiur.
vbi glos.verb.procuratoris, auth.& si principa-
lis, C.de iuram.calum. cap. final. de procur.&
firmant Bart.& Alex.in l.qui bona, §.si alieno,
ff.de dam.infect. Ias.cons.118.omitto lib.1.n.26.
& seq.Surd.decis.159. num.1. Grat.consil.104.
lib.2.num.19.Crauet.cons.238. Vicarius nu.3.
in fin.Ruin.cons.168.circa lib.1.num.6. Couar.
in cap.quamuis de pact.part.1 §.5.num.8.vers.
sit igitur Ias.in l.iusiurandum, ff.procurator,
ff.de iureiur. num. 5. Viuius opin.429. num.1.
2 vbi rationem refert, quia tunc dominus dicitur
iurare. Rebuf.ad concordat. de elect. derog. verb.
speciale vers.decimusquartus, & vers.decimus-
sextus.
3 Contrarium, quod per procuratorem non †
possit præstari iuramentum, tenent relati ab Al-
beric.in auth.Sacramenta puberum,C.si aduers.
vendit.num.6.in princ.vbi tamen nomina illo-
4 rum non refert. † Concordari tamen possunt ex
Couar.in cap. quamuis part.1.§.5.de pact.nu.8.
vers. qua quidem interpretatio, & dixi infra
limit.7.& seq.& §.13.
5 Concorda † per Cynum in auth. Sacramen-
ta pub.C. si aduers.vendit.num.9.
6 Ampl. etiam si procurator fuerit † coniuncta
persona, l.nec filius, ff.de reb.credit.& ibi Bart.
& late prosequitur Surd.cons.190. quæstio,n.1.
& 3.4.& cons.369.num.6. concludens coniun-
ctum pro coniuncto nihil facere posse, vbi opus
est speciali mandato. Serafin.de iuram.priuel.3.
num.3. in fin. Matiens. lib. 5. Recopil. de empt.
& retract.l.8.glos.14.num.2.post med.
7 Contrarium si agatur de iuramento † calum-
niæ, tenet Bart.in l qui bona fide, 13. §. si alie-
no, ff.de damn.infect.num.8.
8 Ampl.præsertim † in iuramento calummiæ,
cap.fin.de iuramento calum. in sexto, & dixi §.
seq.
9 Ampl. præsertim ad offerendum † iuramen-
tum litis decisiuum, l.iusiurandum, §.procura-
tor, vbi Cast.Alex.& Ias.notant, ff.de iureiur.
Papiens.in forma iuram.quod præst. a part. §.
Simoninus, & ibidem addent.Io.And.in cap.vt
circa de election.in text. num.9.Surd. cons.190.
num.2.in fin et n.4.in fin.Carroc.de iurament.
litis decis.quæst.9. decim.tert. quæst.num.1. &
seq.Addentes ad Franc.Marc.decis.477. part.2.
num.1. Rebuf. ad concord. de elect. derog. verb.
specifice, vers.decimusquartus.
10 Ampl.etiam quod quis † defensor municipū,
& cuiusuis corporis, l. iusiurandum, 34. §. de-
fensor, ff.de iureiur.
11 Ampl.vt iuramenti † specifica expressio fieri
debeat, ita vt non sufficiat relatio ad aliud iu-
ramentum præstitum. Socin.cons.99.lib.3.nu.2.
12 Ampl. præsertim ad iurandum † in animam
constituentis. Couar.pract.quæst.cap.20.nu.8.
vers.est tamen, & in c.quamuis de pact.par.1.
§.5.num.8.in princ.& fin. Mantic.decis.11.n.4.
dum prius num.2.& 3.limitasset in procuratore
cui datum sit generale mandatum, & enu-
13 meratis aliquibus † casibus requirentibus spe-
ciale, addita est generalis clausula, & ad omnia
quæ constituens facere posset. Ias.cons.118.
omitto lib.1.num. 27. declarando, si ex casibus
expressis aliquis sit grauior, vel æque grauis iu-
ramento, Mancin.de iurament.part.2. artic.1.
n.19

num 19. *Cotta in suis memoral.* plures consentientes congerens, *§ procurator potest*.

14 Ampl. præsertim ad præstandum † iuramentum veritatis, delatum domino. *Alex. in l. qui bona § si alieno, ff. de dam. infect. n.* 19. *circa med.*

15 Ampl. vt non sufficiat † speciale mandatum ad iurandum, sed præterea addendum est ad iurandum sic & sic. *Couar in cap. quamuis est de pact. part.* 1. *§.* 5. *num.* 8. *in princ. & Var. resol. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. *vers. eodem fere. Matien. sequitur, lib.* 5. *Recopil. de empt. & retract. l.* 8. *glos.* 14. *num.* 2. *post med. vers. nec satis.*

16 Ampl. præsertim in iuramento † assertorio, modo addatur mandatum in indiuiduo, *glos. in cap. licet mulieres, de iureiur. in sext. verb. proprio, arg. l. si quis id quod,* 7. *ff. de iurisd. omn. iud. l. furtum,* §. *siue autem, ff. arbor. fut. cæs. cap. fin. de maior. & obed. cap. quamuis de offic. ordin. in sext. glos. in sext. glos. in capit. sciendum* 27. *quæst.* 1. *verb. propriæ sponsionis*, per quæ iura, & alia ita firmat *Ierem. Sitser. tract. de iuram. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 9. *in fin. & nu.* 10. *& seq.*

17 pluribus vbi respondet obiectis, quę prius † retulerat quod per procuratorem non posset iurari.

18 Ampl. præsertim si agatur de † iuramento veritatis testandæ super articulis, & tota causa *Roman. singul.* 8. *num.* 3. *& seq.* & dixi §. 13.

19 Ampl. præsertim in iuramento † quo probetur ignorantia iurantis. *Alex. in l. qui bona §. si alieno ff. de damn. infect. num.* 26.

20 Amplia, etiam in iuramento † promissorio. *Couar. in cap. quamuis de pact. p.* 1. §. 5. *nu.* 8.

21 Ampl. præsertim † ad iurandum fidelitatem: *Couar. in cap. quamuis de testam. part.* 1. *§.* 5. *n.* 8. *vers. sit igitur*, declarando modo dominus nō contradicat; & dixi §. 2. *vers. prosequendo. Franc. Marc. decis.* 482. *par.* 2. subdens *decis. seq.* an idem dicendum in procuratore cum libera. *Ias. de feud. part.* 7. *num.* 20. *Iac. de S. Georg. de feud.* §. *qui quidem inuestit. num.* 11. *& seq. Viuius opin.* 426. *n.* 2. vbi plures refert, *Surd. dec.* 159. *n.* 1. *& n.* 17. *& seq.* limitat, & dixi infra *§.* 17.

22 Ampl. etiam ad iurandum † quod quis perhorrescat potentiam sui aduersarij. *Cassad. dec.* 1. *de iureiur. Rot. decis.* 3. *de rescript. in nou. n.* 3. *addentes ad Roman. singul.* 8. *in fin.*

Contrarium, sed quod sufficiat constituere procuratorem ad iurandum forum, tenet *Carauit. ritu* 128. *num.* 20.

23 Ampl. præsertim ad effectū † is cuius nomine est iuratum, incidat in pœnam *l. si quis maior. C. de transact. Ias. cons.* 118. *Omitto lib.* 1. *n.* 27

24 Ampl. in quocumque † iuramento præstando *Surd. cons.* 190. *quæstio num.* 2. *circa med. Serafin. de iurament. priuileg.* 3. *num.* 8. *in fin. vers. & dicta conclusio.*

25 Ampl. præsertim. ad iurandum † in litem, *Plotus de in litem iurand. num.* 641. *vers. vigesimo & num.* 811. addendo non sufficere speciale mandatum, nisi addatur forma sub qua fit iurandum, vt puta sic; nec sufficere mandatum generale ad iurandum in litem, vel ad quod libet iuramentum præstandum, sequitur *Surd. cons.* 190. *Quæstio num.* 2. *circa med. Serafin. de iurament priuileg.* 3. *num.* 3. *in fin. Bart. l. qui bona fide*, §. *si alieno ff. de damn. infect. num.* 20.

26 Ampl. etiā si præstandū sit † iuramentū confirmatorium contractus. *Franc. Marc. decis.* 480. *par.* 2. *Surd. cons.* 190. *nu.* 2. *circa med.*

27 Ampl. præsertim si agatur † de prestando iuramento veritatis, iuxta distinctionem *Bart. in l. qui bona fide* §. *si alieno, ff. de damn. infect. n.* 14, *& seq. & Alex. n.* 19.

28 Ampl. præsertim si agatur † de iuramento interponendo super obseruantia contractus, *Bart. l. qui bona fide* §. *si alieno ff. de dam. infect. n.* 19. *Alex. num.* 22.

29 Ampl. etiam † vbi est iurandum in supplementum plenæ probationis. *Mascard. de prob. conclus.* 650. *num.* 12. idem *Burg. de repul. fol.* 50. *num.* 306. *& seq.*

30 Ampl. etiam † si dominus esset in partibus remotis. *Ias. l. iurisiurandum* §. *procurator ff. de iureiur. num.* 5. vbi refert dissentientes.

31 Ampl. præsertim † vbi vellet deferre iuramentum super tota causa, secus si super aliquo incidenti. *Ias. l. iusiurandum §. procurator ff. de iureiur. num.* 5. *in fin. Crauet. cons.* 238. *num.* 3.

Ampl. etiam ad iurandum debitorem suspectum de fuga, vt dixi *infra §.* 18.

32 An autem sit † iurandum de calumnia in animam mandantis, vel mandatarij, videndi sunt *Franc. Marc. decis.* 477. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 132. *Bart. in l. qui bona fide* 13. *§. si alieno, ff. de dam. infect. num.* 2. *& seq. & num.* 8. *&* 11. *in fin. Farinac. de testib. q.* 74. *num.* 28. *in Mancin. de iuram. par.* 2. *art.* 1. *n.* 18. *& seq.*

33 Formulam huius iuramenti † tradidit Paulus Papa Quintus in *Bulla reform. tribunal.*

34 Limit. in tutore, curatore, † oeconomo, & quocunq. administratore dato a lege. *Bart. l. qui bona fide §. si alieno ff. de damn. infect. nu.* 8. *Surd. cons.* 180. *n.* 7. & 8. *circa med.* declarando procedere quoties aliæ desunt probationes: agendo etiam an possit recusari oblatum a tutore, vel curatore, minore, & pupillo.

35 Limit. in procuratore † ad negotia, si agatur de negotio ab illo gesto. *Auffrer. ad Capel. Tholos. dec.* 132. *n.* 4. *Franc. Marc. decis.* 477. *p.* 2. *n.* 2.

36 Limit. vbi quis est constitutus † procurator generalis ad omnia, excepto quod non possit respondere positionibus contra eum dandis, ex his quę dicuntur quod exceptio declaret, & firmet regulam in casibus exceptis a regula, vt late prosequuntur *Alex. cons.* 36. *lib.* 6. *num.* 2. *& seq. Cagnol. in l.* 1. *ff. de regul. iur.* & dixi *in meis Collectaneis ad glos. in l. quæsitum* §. *idem respōdit, verb. non potest ff. de fund. instruct.* & in terminis *Cæs. Barz. decis.* 125. *num.* 3.

37 Contrarium tenet † *Serafin. de iurament. priuileg.* 61. *num.* 6. *vers. sed contra illud num.* 8. *in fin.* Limitando quoad effectum, vt mandans obligetur pœnis periurij in foro poli *nu.* 9.

38 Limit: vbi constituitur procurator † cum facultate, quod ille facere possit quæcumque posset facere ipsemet constituens, si personaliter esset præsens, addito iuramento pro obseruantia contentorum. *Franc. Marc. decis.* 480. *par.* 2. *Serafin. de iurament. priuileg.* 61. *num.* 10. *et seq.* qui licet *num.* 11. *in fin.* dicat de veritate huius

limita-

& 23. & *Bart. num.*4. *Couar. in cap. quamuis de pact. in sext. part.* 1. §. *num.* 8. *vers. est tamen. Caldas de restitut. in integr.* §. *implorandum, num.* 6. *vers. non obst.*

3 Ampl. vt procurator† generaliter constitutus ad omnes causas, cum facultate iurandi de calumnia, possit in singulis tale præstare iuramentum, *Capel. Tholos. decis.* 232. vbi testatur ita communiter seruari, & idem affirmat *Auffrer. ibidem Franc. Marc. decis.* 477. n.10. vbi reprobat *Cynum* dissentientem, & ibidem *addentes Bart. in l qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 5. 7. & 11. testans de communi obseruantia.

Contrarium tenent relati à *Capel. Tholos. & Auffrer. ibidem decis.* 532. volentibus illis esse exprimendam singularem causam, in qua sit iurandum, & probat *Franc. Marc. decis.* 477. *part.* 2. *num.* 1. & 2. *Couar. de restit. in integrum cap.* 4. *num.* 2. addendo contrariam opinionem non esse tutam in conscientia.

4 Ampl. etiam in iudicio damni† infecti, si agatur de iuramento calumniæ ad solemnitatem vniuersalis iudicij. *Alex. in l. qui bona*, §. *si alieno. ff. de damn. infect. num.* 3. *in fin.*

5 Ampl. vt hoc iuramentum † sit præstandum à procuratore in animam suam, & domini. *Bart. & Alex. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. n.* 5. & *seq.* reprobando *Cyn.* aliud sentientem. *Franc. Marc. decis.* 476. & *decis.* 477. *p.* 2. *num.* 8. & *seq.* Syndicus vero, & oeconomus in animam propriam, vt idem subdit etiam de tutore, & similibus. *Mancin. de iuram. part.* 2. *artic.* 1. *num.* 20. & 44. *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 6. *col. fin. vers. nono*, consentit dictis *Franc. Marc.* idem repetit *Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *de procur. resolut.* 1. *num.* 8.

6 Ampl. etiamsi† mandans esset in longinquis partibus. *Alex. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 11. vbi refert *Imol.* dissentientem, quem reprobat.

7 Ampl. in iuramento calumniæ, quod † requiritur pro solemnitate iudicij. *Alex. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 14.

8 Ampl. etiam in iuramento calumniæ, † quod est probationis. *Alex. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 15. vbi refert dissentientes, quos reprobat, addendo *nu.* 16. formulam huius iuramenti.

9 Ampl. etiam in iuramento † calumniæ, quod est veritatis, si illud præstetur per modum voluntariæ iurisdictionis. *Alexand. in l. qui bona*, §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 19.

10 Ampl. vt dandus sit curator bonis† quoties constitutus fuit procurator, etiam iunctus sanguine, non data illi facultate iurandi de calumnia. *Franc. Marc. decis.* 478. *part.* 2.

Contrarium tenet *Bart. l. qui bona fide* 13. §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 8.

11 Ampl. vt hoc mandatum † debeat esse in indiuiduo; vt ex *Aret. & Alex.* refert *Caldas de restit. in integr.* § *implorandum num.* 7. *vers. non obstat el* 1. & refert *Bartolum* aliud sentire.

12 Limit. vbi procurator† est coniuncta persona. *Bart. in l. qui bona fide*, 13. §. *si alieno, ff. de damn. infect. num.* 8.

13 Limit. ad producendum† iura post conclusionem in causa, nam non sufficit præstare tale iuramentum à procuratore habente facultatem iurandi de calumnia; licet isto casu sit etiam tale iuramentum præstandum. *Couarr. pract. quæst. cap.* 20. *num.* 7. *vers. tertio, & tamen.*

14 Limit. vbi mandans longe † distat. *Bouer. singul.* §. *iuramentum num.* 10.

§. X.

SVMMARIVM.

Procurator cum libera æquiparatur procuratori habenti speciale mandatum. 1. *Quomodo cognoscatur taliter constitutus.* 2. *Potest transigere.* 4. *Ampl.* 5. *Quomodo possit deferre iuramentum in casibus relatis in l. iusiurandum*, §. *procurator, ff. de procur.* 6. 7.

Procurator cum libera an possit prorogare dilationem datam à mandante. 8.

Item an possit habere fidem de precio in re vendita. 9. 10. *Limit.* 17.

Potest renunciare societati, si iusta concurrat causa illam soluendi. 11. *Limit.* 17

Item si causa sit dubia, offerre iuramentum. 12

Item prorogare instantiam. 13. *Limit* 17.

Item facere nouationem. 14. *Limit.* 17.

Item alienare bona mandantis. 15. *Limit.* 17.

Limit. antecedentes casus. 17

Mãdatum cum libera qualiter intelligatur. 17. 18

1 QVia in antecedentibus §§. sæpe feci mẽtionem procuratoris, cum libera, † & illum dixi æquiparari habenti speciale mandatum. *cap. qui ad agendum, de procur. in sext. l. procurator cui, ff. de procur. Alex. in l. iusiurandum*, §. *procurator, ff. de iureiur. nu.* 1. *Ias. num.* 4. & 10. *Ripa in l.* 1. *ff. de acquir. poss. num.* 67. *Tiraquell. in tract. lignag.* §. 1. *glos.* 13. *num.* 32. *Vant. de nullit. ex defect. mandat. nu.* 87. *Alex. cons.* 22. *lib.* 1. *nu.* 8. *circa med. Couar. de restit. in integr. cap.* 4. *nu.* 3. *Monet. de option. cap.* 4. *num.* 56.

2 Necesse aut saltem vtile duxi referre quomodo† cognoscatur quem esse constitutum procuratorem cum libera, & quæ sit istius speciei procuratoris potestas, seu quæ alieno nomine facere possit, & non possit.

3 Quoad primum, tunc dicitur quis factus procurator cum libera, quoties in mandato est clausula cum libera, vel illi æquipollens: vt si alicui datur facultas faciendi quidquid ipse constituens posset, si præsens esset. *Alex. cons.* 44. *vol.* 2. *num.* 1. *Grat. cons.* 159. *num.* 8. *vol.* 2. *Cesar Barzia decis.* 125. *num.* 2. *Ias. in l.* 1. *C. de offic. procurat. Cesar. num.* 22. vbi *in fin.* refert *Io. Andr.* dissentire. *Couar. de restit. in integr. c.* 4. *num.* 3. *vers. sexto.* Clausulas alias æquipollentes refert *Georgius Barsman. in sua radice clausularum, cap.* 6. §. 1. *nu.* 16. *et seq. et* §. 4.

Vel

Vel vbi, quis est procurator vniuersitatis, licet non sit clausula, cum libera *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 2. num. 17.* addendo quod non tamen potest donare. Idem dicitur si quis est procurator legis, quali sunt administratores publici. *Mant. ibid. num. 10. & seq.*

4 Quoad secundu, procurator cum libera † potest transigere de re vel iure mandantis; *Iaf. in l. iusiurandum, §. procurator ff. de iur. iur. num. 4. in prin. cap. qui ad agendum de procur. in sex.* cum alijs cumulatis a *Couar. de restit. in integrum cap. 4. num. 3. Bero. quest. 33. num. 1. & 6. in fin Alex. cons. 22. lib. 1. num. 7.*

5 Ampl. idem dicendum † in procuratore cum libera dato à lege, qualis est maritus, procurator fisci, tutores, curatores, syndici vniuersitatis, & similes *l. præses 12. vbi glos. verb. non finet C. de transf. l. mandato generali 60. ff. de procur. vbi glos. verb. procurator Iaf. l. a diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. num. 8. l. maritus C. de procur. l. fin. C. de pact. conuent. Iaf. l. iusiurandum, §. procurator, ff. de iur. iur. n. 4. in princ.*

6 Item deferre potest † iuramentum in tribus casibus relatis in *l. iusiurandum §. procurator, ff. de procurat. vbi glos. penul. & Iaf. n. 3.* ibidem addit quartum, quoties procurator fuit constitutus cum potestate recipiendi solutionem. Itẽ si causa sit dubia, vt dixi *infr.*

7 Intellige prædicta omnia † vbi ius mandãtis est turbidum, seu incertum, secus si certum, vel liquidum. *Iaf. in l. contra iuris §. si filius ff. de pactis num. 52. & in l. ius iurandum. §. procurator ff. de iur. iur. num. 4. in princ. & vers. & ex hoc Alex. cons. 22. lib. 1. num. 7.* addendo idem dicendum si gratis remittat: idem censuit. *Bero. q. 33. n. 6. & seq.* si tamen iam non esset mota lis, vel leues factæ expensæ, *Iaf. d. §. si filius n. 17. & seq.* disputat an possit de tali iure transigi.

8 Item potest prorogare datam † a mandante dilationem ad soluendum *Rimin. sen. cons. 173. nu. 10. vol. 1. relato Paris. cons. 117. n. 24. vol. 1.*

Contrarium tenent *Zas. in l. qui Romæ, §. Callimachus ff. de verb. oblig. num. 7. & 8. Bero.* negans posse dare dilationem, *quæst. 33. nu. 5. in fin.*

9 Item potest habere † fidem de pretio rei vẽditæ, ad quam vendendam habebat mandatum cum libera, *l. cuicumque §. fin. ff. de instit.* retenta tamen distinctione *Bart. in l. a diuo Pio §. sed si emptor, ff. de re iud.* an is procurator sit constitutus ab homine habente liberam administrationem rei venditæ, vt est quilibet paterfamil. vel non, vt sunt oeconomi, tutores, procuratores, curatores executores nã isti non possunt nec per se habere fidem de pretio, si vendant rem ecclesiæ, pupilli, &c. *Abb. cons. 41. p. 1. num. 1. vers. tertio & num. 3. vers. solum ergo Mantic. de tacit. lib. 4. titul. 21. num. 1. & seq. Alex. loquens de exequutore in l. a diuo Pio, §. sed si emptor ff. de re iud. num. 5. & Bart. nu. 1.* & latedeinde est prosequutus *Castil. decis. 7. n. 2 & seq.* de procuratore fisci *Bart. in l. 1. C. de fid. instr. num. 6. & Bald. in l. & si instrumenta. C. eod. num. 1 lib. 10.* cum alijs cumulatis *in meis Collectaneis ad §. vendita vers. sed si is qui vendidit. inst. de rer. diuis. Bart.* distinctionem late prosequitur *Fab. de Monte tract. de emption q. 3. num. 29. & seq.* & remissiue *Stracca tract. de mercatur. capitul. de mandato num. 26. Vinc. de Hercul. in l. a diuo Pio. §. sed & emptor. C. de re iud. num. 17. in fin.* qui extendit etiam ad procuratorem specialem.

11 Item potest renunciare † seu soluere societatem initam Inter mandantem, & alios; si iusta solutionis concurrat causa. *Alberic. in l. actione 66. §. renunciare ff. pro socio. Bald. in l. si homi nem 30. ff. mandat. & ibidem Bart. in prin.*

12 Item potest offerre † iuramentum, si causa sit dubia, secus si clara. *Iaf. in l. iusiurandum §. procurator ff. de iureiur. nu. 4. in princ. vers. Lud. bic.*

13 Item potest instantiam † prorogare. *Socin. cons. 24. visis, lib. 1. n. 32.*

14 Item potest renouare. † *Imol. l. a diuo Pio, §. sed si emptor ff. de re iud. nu. 21. post med. vers. Item quia.*

15 Item alienare bona † mandantis, *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 2. num. 15.*

16 Item iurare debitorem suspectum de fuga. *Alex. cons. 133. circa lib. 6. nu. 5. & seq.*

17 Item facere aliquem carcerari. *Carpan. ad Stat. Med. cap. 167. num. 27.*

16 Mandatum cum libera habet procurator † fisci, ideo valet illius confessio de recepto. *Crot. cons. 290. in puncto nu. 13. & 14.* Quod tamen intellige vt dixi *infra lib. 3. cap. 16. §. 5. vers. dicendũ tertio.*

17 Limita generaliter quæcumque † dicta sunt circa auctoritatem procuratoris cum libera, vbi sequitur graue damnum, & præiudicium mandantis. *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 3. & in rubric. de testam. 2. par num. 14. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. num. 41. Amat. Rodriquez tract. de modo vidend proces. Cap. de procur. nu. 30. in fin.* ea motus ratione, quia clausula cum libera, potius de stylo, quam mandato mandantis apponitur a notarijs ignorantibus illius virtutem.

18 Mandatum cum libera † qualiter intelligatur, *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 10. si num. 35. vsque ad 41.*

§. XI.

SVMMARIVM.

Procurator cum libera non potest renuntiare appellationi. 1 *Limita, & limitationem declara* 2. 3.

Item nec agere nec renunciare retractui. 4

Item nec confiteri recepisse, si fuit constitutus tãtum ad recipiendum. 5

Item nec facere ea per quæ mandans incidat in delictum. 5. *Limit. ibid.*

Item nec iuri dicendi de nullitate. 7

Item nec renunciare liti & instantiæ. 8

Item nec facere vel consentire fauorabilibus aduersario mandantis. 9

Item

Item nec facere maiora expressi. 10.
Item nec remittere creditum liquidum mandantis, nihil recepto. 11.
Item nec donare bona vel iura mandantis. 12. *Lim* 13.
Item nec liberare debitorem mandantis per acceptilationem, et quare. 14
Item nec dare dilationem debitori postquam cessit, & venit dies 15
Item nec praeiudicare iuribus mandantis. 16
Item nec renūciare exceptionem peremptoriam. 17
Item nec mandantem obligare causa fideiussionis. 18
Clausulae aequipollentes clausulae, cum libera. 22
Procuratores plures cum libera constituti, an censeantur in solidum. 23
Procurator constitutus generaliter cum libera administratione omnium negociorum, & constitutus cū generali administratione omnium bonorum & rerum constituentis, differt. 24

1 QVoad tertium, procurator cum libera † non potest renunciare appellationi, seu facultati appellandi. *Bero. quaest. 33. nu. 2. Ias. l. contra iuris §. si filius ff. de pact. num. 6.* & alios retuli, & alias dixi *supra* §. 6. *vers. duodecimo, & seq. & vers. vigesimoquinto, & vers. vigesimonono, in fin.*

2 Limit. vbi talis renunciatio fit tacite, † vt puta non appellando, vel patiendo labi fatalia, vt in simili dixi de exceptione peremptoria, cui tacire renunciat procurator, sed non expresse, *sup.* §. 6. *vers. trigesimoprimo.* & iste est vnus ex casibus, in quibus limitatur regula, paritatis expressi & taciti, *vt declarat Alex. in cons. 5. lib. num. 1.*

3 Cum temperamento tamen, si procurator† sit soluendo, seu habeat in bonis tantum, quo satisfacere possit domino de omnibus damnis ideo passis, ex negligentia procuratoris, secus si non habeat in bonis, *Felin. cap. 1. vt lite non contest. num. 6.* quem refert & sequitur *Gail. obseruat. 45. communis lib. 1. n. 7.* concludentes isto casu tempus decendij ad appellandum, non currere nisi a die scientiae mandantis, & ita limitari *auth. hodie*, & pluribus comprobat concordat. *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 8. nu. 10.* & integrum restitui concludit *Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. quaest. 29. artic. 2. num. 2. quaest. 30. art. 4 num. 18. & seq.* refert & declarat praxim Rotae.

4 Item non potest nomine mandantis agere † ad retractum gentilitium, seu ex iure congrui, vt dixi *sup.* §. 2. *vers. decimoquarto.* sicuti nec etiam potest tali iuri renunciare. *Viuius opin.* 830. *Statutum, num. 20. & seq.*

5 Item procurator cum libera † constitutus ad recipiendam solutionem, non potest fateri recepisse, & si fateatur, si aliunde non appareat de solutione reali, nihil operatur confessio de recepto. *Cast. in l. si debitorem 21. ff. de nouat. Marsil. sing. 265. Rimin. iun. cons. 465. circa n.* Stracca, *de mercatu. c. cap. de mandato num.* 4.

6 Item non potest facere ea, † per quae dominus diceretur deliquisse. *l. procurator ff. de cond. indeb. l. 3. §. si procurator*, vbi *Alberic. notat. ff. quod quisq. iuris Ias. in l. iusiurandum.* §. *procurator ff. de iureiur. nu. 4. vers. secundo, & vers. quarto, Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 4. nu. 3. Natt. cons. 445. arbitror. nu. 11. et seq.* Nisi aliter mandatum intelligi non possit. *Tiraquel. ad l. fin. connubial gloss. 7. nu.* 138.

7 Item non potest renunciare † iuri dicendi de nullitate sententiae latae contra mandantem. *Bero. quaest. 33. num. 2. in prin.*

8 Item non potest renunciare† liti & instantiae, vt dixi *sup.* §. 6. *vers. duodecimo*, praesertim gratis. *Bero. quaest. 33. nu. 7.* & *nu. 8.* ampliat, etiam si talis procurator sit datus a lege.

9 Item non potest facere, † vel consentire ijs, quę sunt fauorabilia aduersario eius, a quo fuit constitutus procurator. *Bero. quaest. 9. num.* 10.

10 Item si in mandato cum libera sunt expressi † aliqui casus, non potest facere, quę sunt maiora expressis. *Bero. quaest. 33. num. 11. Cas. Barz. decis. 125. mandatum nu. 15.*

11 Item non potest gratis remittere † creditum mandantis, si illud est liquidum, praesertim si de illo adsit instrumentum habens paratam executionem. *Bero. cons. quaest. 33. nu. 3. et seq. et n. 9.* eam afferens rationem, quia talis remissio, effectu est donatio, quae est interdicta tali procuratori, vt mox dicam.

12 Item non potest donare iura vel bona† mandantis, *l. contra iuris ciuilis*, §. 1. *ff. de pact. vbi Ias. num. 2. l. filiusfam. ff. de donat. Ias. in l. iusiurandum*, §. *procurator ff. de iureiur. num. 4. in prin. et vers. confirmo, Alex. cons. 22. viso lib. 1. num. 7. Natta cons. 10. num. 4. et cons. 115. nu. 6. et seq. et cons. 641. num. 6. et cons. 342. num. 2. Gabriel. cons. 99. vol. 2. num. 35. Viuius opin.* 830. *Statutum, nu. 28. et 34.* addendo procedere etiam donando causa mortis. *Cas. Barzia decis. 125. num. 14. et 18. Gratian. discept. 75. n. 6 Paris. cons. 91. num. 14. vol. 1. Alex. cons. 72. nu. 8. vol. 6. Trentacinq. de procur. lib. 2. resolut. 1. n.*

13 *10. et seq.* limitando in † administratoribus vniuersitatum, declarando qui sint tales administratores. *Gratian.* tamen *discept. 106. circa n. 12. et seq. pluribus*, declarat procedere in administrationibus perpetuis, aliud affirmans in temporalibus, & vniuersitate non recognoscente superiorem. *Bero. quaest. 33. num. 5. circa med.* qui loquitur de procuratore, qui remiserat poenam conuentionalem *num. 6.* & dixi *supra* §. 4. *vers. decimus casus, Cald. as, de restit. in integr.* §. *implorandum num. 7. vers. ex quibus Fab.* Capic. *Galeot. controuers. iur. tom. 2. cap. 29. nu.* 2.

Item non potest facere quae requirunt mandatum in indiuiduo, vt dicam §. *sequenti.*

14 Item non potest liberare † debitorem mandantis per acceptilationem, quia est imaginaria solutio, & effectu donatio. §. 1. *inst. de acceptil. Bero. quaest. 33. n. 5. Ias. in l. iusiurandum*, §. *procurator ff. de iureiur. num. 4. vers. tertio.*

15 Item nec dare† dilationem debitoris postquā cessit, & venit dies solutionis, *Bero. quaest. 33. num. 5. in fin.*

16 Item nec vllo modo praeiudicare † iuribus mandantis. *Bero. q. 33. num. 6. et 10. in princ.*

Item

17 Item nec renunciare exceptionem† peremptoriam, etiam quod esset procurator datus à lege cum libera. *Bero.quæst.33.num.5. in princ. & num.8. et 10.circa med.*

18 Itē non potest mandantem† fideiussionis titulo obligare. *Caldas de rest. in integr. §.implorandum, num.7. in fin. vers. qua ratione.Fab. Capie.Galeot.controuers. iur. tom.2.capit.29. num.1. & 2.*

19 Item non potest facere quæ graue † damnum mandanti afferant. *Viuius opin.* 830. *nu.* 32.

20 Item procurator cum libera non† potest abuti bonis mandantis. *Mandel. cons.131.præmisso casu num.9.* Abuti autem, seu dilapidare dicitur procurator quoties bona mandantis donat, vel alias gratis remittit, vt dixi supra. *Mandel.cons.205.nu.2. & cons.525.num.4.Cæsal. cons. 220. proponitur, num. 25. & 26. Natt. cons.10. num. 4. & cons.641. num. 6. Viuius opin.830.num.27.*

21 Item non potest obligare bona † mandantis ad alterius vtilitatem fideiubendo. *l.si seruus inscio, ff.de fideius.* vbi *Bart. & reliqui Castr. in l.contra iuris in princ. & ibi Ias. in §. qui pecuniam, ff de pact. num.2. Angel.in l.in personam §.qui pecuniam, ff.de pact. num.2. Dec. cons. 90. num.1. in fin. Ancar. cons.332. Alex. cons.139. lib.5. Lupus* alios referens *in cap.per vestras, §. 18. num.9. ff.de donat.inter virum, & vxor* & fuit decisum *à Rota* in procuratore cum libera, qui accesserat societati officij, *corā bon.mem. Iusto 31.Ianuarij* 1600.

22 Quibus verbis æquipollentibus † constitutor procurator cum libera, *Ias.in l.1.ff.de offic. procur. Cæsar. num.21. & seq. Franc. in cap. qui ad agendum, §.fin. de procurat.in sext. num.6. vers.& circa, vsque in fin.* & dixi *infra Mozius de contract.de empt. & vend. capit. de personis, num. 29.*

23 Si constituti fuerint plures † procuratores cum libera, an intelligantur in solidum, videndi sunt *Bald. in rubr. C. de exercit. act. nu.13. vers. iuxta prædicta. Natt. cons.342. num.1. et cons. 428. num.10. Bisignet. decis. 7. de procur. Rota diuers.decis.850. part.3. Phil. Port. cons.171. num.9.*

24 Singulare vnum notandum, quod si quis,† cōstituatur procurator generalis cum libera administratione omnium negociorum, vel cum generali administratione omnium bonorum, & rerum constituentis; quod primo casu procurator non potest tractare extraiudicialia, quæ requirunt speciale mandatum, secundo autem non poterit tractare iudicialia. *Peregrin.Iannin. tractat.de citat.real. lib.3.cap.21.num.*187.*adpendo*, ad euitādam nullitatem actus, optimum esse addere clausulam, cum libera et generali administratione omnium rerum omniūque negocium, atque bonorum constituentis.

25 Singulare alterum est, quod præfata omnia quibus coarctatur potestas procuratoris cum libera, intelliguntur si ille constituatur ad lites, secus si quoad causas. *Gratian. disceptat.* 196. *circa, num.13.& seq.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Procurator generalis cum libera, specialis, et in indiuiduo, an differat. 1

Mandatum in indiuiduo, quando dicatur datum. 2

Mandatum in indiuiduo requiritur ad donandum. 3

Item vbi agitur de ijs, quæ non tendunt ad fauorem mandantis. 4

Item vbi agitur de quouis actu sapiente donationem. 5

Item in dandis et respondendo positionibus. 6

Item in faciendo actum æquipollentē donationi. 7

Item ad offerendum, et præstandum iuramentum. 8. *Ampl. ibid.*

Item ad contrahendum matrimonium. 9. *et* 16. *Ampl.* 17.18.19.20.21. 22.23.24.25.26. 28.

Item ad adeundam hæreditatem. 10

Item ad appellandum ab exequutore, et in exequutiuis. 11

Item ad appellandum à laudo. 12

Item ad dandum obiectus in electam. 13

Item ad redarguendam testes de falso. 14.

Item vbi agitur de interpretatione verborum, quæ sint dubia. 15

Item in omnibus causis spiritualibus. 17

Item ad vendendum bona ecclesiæ. 29

Item ad vbi agitur de graui et magno præiudicio mandantis. 30

Item vbi agitur de expressione beneficij si quis velit simul, et semel de alio prouideri. 31

Item vbi lex requirit expressionem indubitatam. 32

Item vbi agitur de interpositione iiramenti. 33

Item ad adeundam hæreditatem. 34

Matrimonium qualiter contrahatur per procuratorem. 27

Matrimonium contrahi non potest ab ascendente pro descendence, etiam cum promissione rati. 28

1 QVamuis *Bero.quæst.33.nu 9.* velit non differre, † an quis habeat mandatum generale, cum libera, vel speciale, vel in indiuiduo, censeo tamen illum non bene censuisse: quia si ista essent paria, idem, & par effectus ab vtrisque sequeretur, quod non est verum, cum in multis non sufficiat habere mandatum generale cum libera, vel speciale, sed opus est in indiuiduo. Ideo vt pateat veram non esse relatam paritatem, annectam hic casus, qui requirunt mandatum posterioris generis, & in quibus non sat esset habere mandatum cum libera, vel in specie. Quando autem dicatur da-
2 tum † mandatum in indiuiduo, colligi potest ex dictis *supra hoc cap.7.vers.notandum,* & latius *ex Tiraquel. ad l. fin. connubial. glos. 7. num. 128. vsque in fin.*

Primus casus est, quoties agitur de donatione,

quæ

3 quæ si fiat † per procuratorem, opus est mandato in indiuiduo, id est cum expressione, quid, quantum, quomodo, & cui sit donandum, vt dixi *supra §.4.vers.decimus casus, Bero.quæst. 33. num.9. in fin.*

Contrarium voluit *Bero. conf.* 130. *lib.* 1. *num.*48. licet ex illius dictis possit colligi concordia.

4 Secundus casus est, quotiescunque † agitur principaliter de ijs, quæ ad fauorem mandantis nullatenus tendunt, vt ex *Bart. Ancar. et Roman.* concludit *Bero. quæst. 33. si procurator, num.* 10.

5 Tertius casus est, quotiescunque † agitur de quouis actu sapiente donationem; vt concludit *Bero. quæst.* 33. *si procurator, num.* 10. *post med. vers. quia licet.*

6 Quartus casus est, si agatur † de dandis, vel de respondendo positionibus, vt dixi *supra §.6. vers. sexto.*

7 Quintus casus est, si agatur de † faciendo actu æquipollente donationi. *Ias. in l. iusiurandum. §.procurator, ff.de iureiur. num.4. vers. facit.*

8 Sextus casus est, si agatur de offerendo † vel præstando iuramento, vt dixi *supra* §. 8. *vers. ampl. vt non sufficiat*, & præsertim calumniæ. *Caldas de restit. in integ. §. implorandum, nu.7. vers. non obst. el* 2. vbi rationem refert.

9 Septimus casus est, si constituatur † procurator ad contrahendum matrimonium. *Bart. in l. filius familias, 7. ff. de donat. num.9. in fin.* & dixi *infra vers. vndecimus. Mantic. de tacit. lib.7. tit.2. num.*25. & dixi *infra num.*16.

10 Octauus casus est, si constituatur † procurator ad adeundam hæreditatem. *Bart. in l. filius familias, 7. ff. de donat. num.9. vers. fallit in additione.*

11 Nonus casus est, si agatur de † interponenda appellatione ab exequutione, seu exequutore, seu in causa exequutiua, vt dixi *supra* §. *6. vers. decimotertio. Rebuf. de sent. exequut. artic.7. glos.* 13. *num.* 9. *Natta conf.*445. *num.*4.

12 Decimus casus est, si † agatur de appellatione interponenda a laudo, vt dixi *supra §.6. vers. decimoseptimo.*

13 Vndecimus casus est † si agatur de dandis obiectibus in alicuius electionem, vel illius personā, vt dixi §.6. *vers. vigesimoquarto.*

14 Duodecimus casus † est ad redarguendum testes de falso, seu crimine, vt dixi, *§.6. vers. vigesimoquinto.*

15 Decimustertius casus est, † si agatur de interpretatione verborum quæ sint dubia, seu multiplicem patiantur interpretationem cōtra aduersarium. *Bart. l. filius familias, 7. ff. de donat. num.* 11. *Carroc. de locat. cap. de procurat. q.*2. *num.*44. *Barzia decis.*125. *num.*17. *cap.*1. §. *fin. & cap. procurator de elect. in sext. Clem. non potest eod. tit. Tiraquel. ad l. fin. connub. glos.7. num.*112. *& seq.*

16 Vndecimus casus est, si agatur de † matrimonio contrahendo, *cap. fin. de procur. in sext. Ias. in l. exigendi, C. de procur. num.9. vers. quinto*,
17 addendo idem dicendum in omnibus † causis spiritualibus. *Bero. conf.*25. *visis lib.*3. *num.*9. *Put. decis.*233. *lib.*3. *num.* 2. *Bero. quæst.* 132. *vtrum, num.*14. *late Sanchez de matrimonio, lib.*2. *disput.* 11. *num.*3. *& seq. Mantic. de tacit. lib.7. tit.2. num.* 25. concludena necesse esse ex-
18 primi nomen mulieris, † cum qua matrimonium est contrahendum, vt dixerat prius *Rol. a Val. conf.26. circa lib.2. num.* 4. *&* 21. *Caroc.* & ab illo relati *de locat. part.2. de procurat. num.*43. *Caldas. de restit. in integ. §. implorandum, nu.6. & vers. facit Maurit de restit. in integrum, c.*24. *nu.*6. *Ierem. Setser. tract. de iuram. lib.1. cap.*14. *num.*13. *Mozius de mandato num.* 11.

19 Ampl. idem dicendum, † si agatur de contrahendis sponsalibus. *Sanchez de matrimon. lib.2. disput.* 11. *num.3. in fin.* eam afferens rationem quia sponsalia sunt vehiculum ad matrimonium, seu verius quia idem iudicandum de præparatorio, quod de præparato, *l. abesse, l. si cui, §. tandiu in verb. statim, l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. ex quib. caus. maior. Alex. in l.* 1. *ff de officio eius. num.*54. *Dec. num.*66. *& seq. Alex. in l. diuertio* 8. *ff. sol. mat. num.*8. *& seq. Ierem. Setser. de iurament. lib.*1. *cap.* 14. *num.* 13. *in fin.*

20 Ampl. vt non sufficiat † mandare alicui vt sibi prouideat de vxore. *Bald. in l. mandato generali.* 34. *ff de ritu nuptiar.*

21 Ampl. idem dicendum † si agatur de matrimonio spirituali. *Ioseph. Lud. conclus.*30. *vers. duodecimo*: & ratio est, quia eadem viget ratio in matrimonio spirituali, quæ in carnali, videlicet propter magnum præiudicium, quod inde sequi potest illi, cuius nomine fit contractus, vt considerat *Bart. in l. filius familias, 7. ff. de donat. num.9. in fin. vers. item fallit.*

22 Ampl. vt non sufficiat † in mandato expressis aliquibus casibus requirentibus speciale mandatum, addere clausulam generalem, & ad omnia alia mandatum speciale requirentia, *glos. in cap. fin. de procur. in sext. verb. speciale. Sanchez de matrimon. lib.2. disput.* 11. *num.3.*

Ampl. vt non sufficiat habuisse, seu dedisse mandatum ad nuptias, seu sponsalia contrahen-
23 da in indiuiduo; sed opus † est præterea, vt tempore contractus mandatum non sit reuocatum, nam si reuocatum fuerit, quamuis ignorante procuratore non contrahuntur valida sponsalia, nec matrimonium. *Sanchez de matrimon. lib.* 2. *disput.*11. *num.6. & seq.* addendo idem dicendum si per nuncium, vel epistolam sit contrahendum matrimonium, & antequam contrahatur reuocetur nuncius, vel epistola.

24 Quæ dixi de reuocatione mandati, † idem *Sanchez ibidem, num.*8. *& seq.* ampliat, quamuis constituens iurasset non reuocare procuratorem constitutum, vel reuocatio esset interna, probata tamen externe, vel esset tacita reuocatio, vt puta facto contrario, dato mandato ad contrahendum cum alia. Et ratio est, quia in perfectione actus deficit mandantis consensus, qui est materia sine qua non, ipsarum nuptiarum, *l. nuptias ff. de regul. iur.*

25 Ampl. siue mandatum † detur fœminæ, siue masculo. *Sanchez de matrimon. lib.2. disput.* 11. *num.* 15.

26 Ampl. siue mandatum probetur datum † scri-

pto, siue oretenus. *Sanchez de matrimon. lib.2. disput.*11.*num.*14.

27 Forma autem matrimonij contrahendi per † procuratorem, præsertim post Concil. quæ sit, & ea non seruata in omnibus corruat matrimonium, sitque illud vere Sacramentum, siue fuerit contractum per procuratorem, vel epistolam, idem *Sanchez ibidem, num.* 16. *vsq. in fin. & disput.*12.

28 Ex præfatis colligitur, non posse † ab ascendente nomine descendentis, vel alterius consanguinei, sine mandato contrahi matrimonium, etiam cum promissione rati, sicuti & quoad lites matrimoniales, & alias spirituales; licet in hoc *Rota* quandoque sibi non constiterit, teste *Bero. quæst.*132. *num.*11.16. *& seq.* & dixi in meis *Collectaneis ad l. sed & ha, vers. & affines, ff. de procur.*

29 Duodecimus casus est, vbi procurator † constituitur ad alienandum bona ecclesiæ, vel minoris, & similium. *Caroc. de locat. cap. de proc. quæst.*2.*num.*45.*& seq.* dum prius *num.* 35. *& seq.* examinasset quæ bona possit procurator generalis ad vendendum vendere. Si autem procurator fuit constitutus a layco, & ad vendendū bona layca, sufficere mandatum in specie, nec requiri aliam expressionem, voluit *Dec. consi.*36. *num.*7.*vers. quarto*.

30 Decimustertius casus est quotiescunque † agitur de graui, & magno præiudicio mandantis, quia tunc quæuis generalitas non sufficeret, nec etiam specialitas, nisi is casus nominatim fuerit expressus. *Bart. in l. filius famil. ff. de donat. nu.*9. vbi duo exempla refert, si agatur de adeunda hæreditate, vel contrahendo matrimonio, quæ ambo grande continent grauamen, *l. pro omnibus C. de iur. dotium. l. si hæreditatem, ff. mand. l. more, ff. de acq. hæred. Alex. in l.*1.*C. qui admit. num.*4.*Rol. a Val. de lucro dotis num.*4. & considerat *Tiraquel. ad l. final. connubial. glos.*7. *num.*3.*Mantic. de tacit. lib.*7. *tit.*2. *num.*24.

31 Decimusquartus casus est, si agatur † de expressione obtenti beneficij, vbi quis vult simul & semel de alio prouideri, præsertim si onus hospitalitatis habeat annexum. *Tiraquel. ad l. fin. connub. glos.*7.*nu.*114.*& seq. & n.*147.

32 Decimusquintus casus est quoties † lex requirit expressionem per verba geminata, vel certitudinem indubitatam importantia. *Tiraquel. ad l fin. connub. glos.*7.*num.*117.*& seq.* subdens, *num.*141. præsertim procedere vbi expressio in indiuiduo requiritur pro forma.

33 Decimussextus casus est, si agatur † de interpositione iuramenti, an illud in actu fuerit vel non adhibitum, vel repetitum; quia nisi de illo constet in indiuiduo, non dicitur adhibitum, nec qui fecit actum peierasse. *Tiraquel. ad l fin. connub. glos.*7.*num.*121.*&* 122.

34 Decimoseptimus casus est, si agatur † de adeūda hæreditate, quia in mandato est præterea exprimendum, cuius hæreditas sit adeunda. *Maur. de restit. in integ. capit.*24.*num.*5. *Mantic. de tacit. lib.*7.*tit.*2.*num.*27. & *num.*28. refert Doctores dissentientes an hæreditas possit adiri per procuratorem.

35 Decimusoctauus casus, si agatur † de actu, per quem constituens incurrat pœnam, *l.*3.*§. si procurator, vbi Bart. & Alex. ff. quod quisque iur. l. si procurator. ff. de cond. indeb. Grat. consi.*159. *lib.*2.*num.*2. *& num.*23. limitat vbi procurator apponit pacta pœnalia solita & consueta.

---

§. XIII.

SVMMARIVM.

Procurator non admittitur, vbi fuit electa industria personæ. 1. *Ampl.*2.3.
Item ad adeundam hæreditatem, 5. *& quare ibid.* 7. 8. *Contrarium*. 6. *& quare*. 7. 8. *Ampl.* 9. *Limit.*10.11.12.13.14.15.16.17.
Procurator non admittitur ad petendam restitutionem integrum in causa criminali, 19.
Item vbi agitur de declaratione animi. 20.
Item ad confitendum delictum. 21
Item ad iurandum de dicenda veritate in causa.22
Item vbi requiritur iuramentum pro forma.23
Item vbi agitur de rogitu vel publicatione instrumenti. 24.
Item vbi agitur de legitimatione spurij 45.
Item si agatur de vitanda pœna imposita notario sibi vel alteri, per quem sentiat commodum, ascribendo aliquid in testamento vel codicillis. 26.
Item ad iurandum fidelitatem. 27.
Item ad iurandum non posse consequi iustitiam, vel perhorrescere potentiam sui aduersarij. 28.
Item ad præstandum iuramentum subiectionis.29
Item vbi agitur de adeptione. 44
Item si quid sit definiēdum singulari certamine. 30
Item vbi agitur de præstanda reuerentia, 31
Item ad perhibendum testimonium. 32.
Item ad recipiendum emphiteotam. 34. *Limit.* 35. 36.
Item ad emologandum laudum. 37
Item vbi in actu faciendo requiritur præsentia alicuius. 38. *Limit.*39.40.41.
Item ad profitendum religionem. 43
Item ad confitendum peccata Sacerdoti. 46
Item ad appellandum ab executione excessiua. 42
Testis non deponit scripto. 33. *Bonorum possessio, & aditio hæreditatis, sunt idem*. 18.

Relatis casibus, quibus opus est speciali mandato, vel in indiuiduo, vt quis per alium faciat, quæ per seipsum nolit præstare, addendi sunt casus, quibus nullus potest per alium præstare, quæ ipse facere vellet, seu vbi nullum genus mandati sufficit.

1 Primus itaque casus est, vbi ex conuentione † vel a lege, fuit electa industria personæ alicuius, vel personæ qualitas præcipue fuit considerata; nam cum personalia non egrediantur personam, illamque perpetuo sequantur, non aliter ac vmbra concomitatur corpus, *l. idem Iulianus §. si quis alicui, ff. de legat.*1.*l. & hæred. l. si tibi decem. §. si quis pacificatur, ff. de pact.* nullatenus talia fieri possunt per procuratorem etiam habentem spe-

2 ſpeciale mandatum, † præſertim ſi ſequatur al-
terius præiudicium. *Anton.Rub.in l non ſolum*
§.*morte*, *ff.* de *nou.oper. nunc n*.180. *poſt med.*
Franc.cap.vt circa, §.*alioquin.de elect. in ſext.*
col.fin.verſ. tu aduerte, etiam quod procurator
3 eſſet coniuncta † perſona, quæ potentia iuris eſſet
eadem perſona cum mandante, quia perſona-
lia cum perſona extinguuntur, *cap.priuilegium,*
de reg.iur.Dec.& Gagnol.l.in omnibus cauſis,ff.
4 *eodem*; nec fictio † extenditur, vbi opus eſt ve-
ritate, *l.3.§.hæc verba, ff.de negot.geſt.*

Secundus caſus eſt, quoties agitur de adeunda
5 hæreditate, nam † cum illius aditio pendeat à
pura, & ſimplici voluntate illius, cui eſt delata.
Bart.in l.per procuratorem,alias Paulus 89.*ff.*
*de acquir.hæred.num.*1.*verſ.ſed illud quod con-*
ſiſtit.nullatenus adiri poteſt hæreditas per pro-
curatorem, *d.l. per procuratorem*. 89. quam
corruptam & legendam *Paulus*, vult *Duaren.*
*anniuerſ.diſput.lib.*2.*cap.*27.*verſ.ſed illud*.con-
ſentiunt Bart.*Rub.Alex.in l.non ſolum.*§.*mor-*
te, *ff.de nou.oper.nunc*, *nu.*180. *in prin. Crot.*
*num.*37.*& ſeq.* vbi ſimilibus pluribus compro-
bat. *Menoc.* & ab illo relati, *præſumpt.* 101.
diſſeruimus, *lib.*4.*num.*26. *verſ. ſed illud My-*
*ſinger.obſeruat.*26. *centur.*2. *circa fin. Roman.*
d.l.per procuratorem, *num.* 3. *verſ. primo*, vbi
relatis contrarijs reſidet in iſta opin.*Iaſ.in l.*1.*ff.*
*de offic.procur.Cæſar. nu.*1. vbi præterea diſpu-
tat, an ſicut adiri non poteſt per procuratorem
ita pariter non poſſit repudiari. Idem firmat
Cuman.d l.per procuratorem, *num.*8. & *nu.* 4.
rationem refert, *& Odofred. num.* 1. aſſerens ſibi
placere opinionem *gloſæ*, ratione per eum rela-
ta. *Bero.quæſt.*64.*num.*3.

6 Contrarium tenent † *Cynus, et ab illo relati*
*in l.*1.*C.qui admit. col.*1.*verſ. iſta tamen diffe-*
rentia, *& poſt Cyn. Barbat. in rub.C. qui ad-*
*mit. num.*135.*et ſeq.* vbi aduerſus antiquam,
vt ille loquitur, & modernam iuriſprudentiam
reſpondendo ſingulis obiectis *Romani* aliud
ſentientis, concludit per procuratorem haben-
tem ſpeciale mandatum ad adeundam hæredita-
tem poſſe illam adiri, & à nemine fuiſſe animad-
uerſum *Bartolum* in hoc ſibi non conſtaſſe.
Idem cenſuit *Duaren.anniuerſ.diſpunct. lib.* 2.
cap. 27. aſſerens contrarium in iure non repe-
riri cautum.

Verùm tenendo primam opinion. quæ pro-
7 batur irrefragabili † ratione, quod cum hæredi-
tas, quæ eſt nomen iuris. *l.item veniunt.*§.*fru-*
ctus, *ff.de hæred. Bart.in l.fin.C.de pact.nu.*14.
& quidem vniuerſalis. *l.hæreditas*, *ff.de reg.iur.*
non circumſcripti mera aliqua loci, vel territorij.
l.fin.C. de præſcript. long.temp. l. Gaius, ff.de
legat. 2.*Corn.conſ.*49.*lib.*3. *nu.*10.*et ſeq. Lu-*
dou. Morot. conſ. 53.*num.* 14. animo adeatur,
licet nihil hæreditarium attingatur. *l. pro hæ-*
rede, *ff.de acquir. hæred. l.ſi ſorori*, *C.de iur. de-*
lib. ſtatim atque quis conſtituit procuratorem
ad adeundam hæreditatem, vel retinet rem hæ-
8 reditariam, † hæreditas dicitur adita. *Bald.in l.*
1.*C.qui admit. nu.*34. *verſ.ſed cur*, etiam quod
cõſtitutio eſſet nulla. *Surd.conſ.*128.*eſt à multis*
num. 22. *et ſeq.Corn. conſ.*112. *videtur lib.* 4.
*num.*2. 4. 15. quamuis conſtitutio, vel declara-
tio acceptationis hæreditatis ſit facta in abſen-
tia rei, vel partis. *Grauet. conſ.* 148. *nobilis*,
num. 10.

9 Ampl.præſertim, † ſi in mandato dato pro-
curatori ſit expreſſa perſona defuncta, de cuius
hæreditate agitur. *Maurit. de reſtit. in integr.*
*cap.*24. *num.*5.

10 Limit. vbi hæreditas eſt † delata Collegio,
vel cuiuis alio vniuerſali corpori, eccleſiaſtico,
vel ſeculari. *Goffred. in l. per procuratorem*
89.*ff. de acquir. hæred. num.* 3. *& ſeq.* Barbat.
*in rub C. qui admitti, num.*131.*circa fin. verſ.*
& ſic not.

11 Limit. in hæreditate delata † infanti, vel mu-
to, furioſo, & ſimilibus, qui non intelligunt
quid agant: nam quamuis illorum nomine cõ-
ſtituatur procurator ad adeundum, non ideo
hæreditas illis delata dicitur adita, quia vt ego
addo, non intelligentes illi quid ipſorum nomi-
ne agatur, non poteſt dici illos animo adijſſe
hæreditatem. *Roman. in l. per procuratorem*,
*ff.de acquir. hered. nu.*5. *Barbat. in rub. C. qui*
admitt. num. 134.

12 Limit. in hæreditate delata † ei, qui vt valide
adeat alterius eget auctoritate, veluti ſi heredi-
tas ſit delata pupillo, vel filio fam. maiori in
poteſtate patris exiſtenti, mulieri quæ ex forma
Statuti nõ poteſt abſque marito contrahere, vel
quaſi. *Bart.in l. per procuratorem* 89.*ff. de ac-*
quir. hæred. num. 1. *verſ.ſed illud, & ibidem*
Odofred. in fin. Barbat. in rub. C. qui admitt.
*num.*131.*verſ. idem dicit in caſu*; ſubdens *nu-*
mer. 134. *in fin.* idem dicendum de hæredita-
te delata Monacho. *Cuman. d. l.per procurato-*
rem, *num.*2.*circa fin.& num.* 8.*in fin.*

13 Limit. vbi hæreditas defertur † Cæſari, ſeu
fiſco, cuius procurator, ſi locupletem acceptet
hæreditatem, facit Cæſarem hæredem. *l.*1.*ff.de*
offic. procur.Cæſar.Bart. in l.per procuratorẽ,
89.*ff. de acquir. hæred. nu.*2. aſſerens hunc eſſe
caſum ſpecialem, & in contrarium eſſe ius com-
mune. Idem *ibidem* repetit *Gofred.num.* 2. *in*
fin. addendo, *num.*5. *& 6.* quod poteſt etiam
ſeruo Cæſaris iubere vt adeat. *Duaren. anni-*
*uerſ. diſpunct. lib.*2.*cap.*27.

14 Limit. quoties conſtituens † procuratorem
ad adeundam hæreditatem eſt ignarus virium
illius, ſeu eſt multum remota à mandante. *Cyn.*
*in l.*1.*C. qui admitt. col.*1. *verſ. præterea*, vbi
*Bald. num.*35. exemplum refert, ſi conſtituatur
procurator ad acceptandam hæreditatem quate-
nus ſit ſoluendo. *Roman. in l. per procurato-*
rem, 89.*ff.de acquir. hæred. num.* 5. *verſ. hinc*
eſt quod Bald.

15 Limit. in fiſco, & quocunque † alio, qui ad
acceptandum hæreditatem ſibi delatam, alterius
eget adminiculo. *Bald.in l.*1.*C.qui admit. n.*37.
circa princ. verſ. & ſic not.

16 Limit. in petenda acquiſitione hæreditatis †
quæ fiat per fideicommiſſi reſtitutionem, nam
illa fieri, & peti poteſt per procuratorem habẽ-
tem ſpeciale mandatum. *Barbat. in rub.C.qui*
*admitt. num.*126. *in princ.*

17 Limit. in petenda bonorum † poſſeſſione,

glos. in l. per procuratorē, 89. ff. de acquir. hered. vers. item secus. Nam licet bonorum pos-
18 sessio effectu idem sit, quod † hereditatis aditio, *Barbat. in rub. C. qui admitt. num. 120. in prin. & num. 138.* concludens illa in omnibus æquiparari, quia si non directo, saltem vtiliter bonorum possessor est hæres. *§. quos autem inst. de bon. poss.* attamen, quia illa non consistit in animo solo. *§. fin. instit. de hared. qualit. & diff.* potest per alium adipisci. *Roman. d. l. per procuratorem, num. 5. vers. item secundo. Barbat. in rub. C. qui admit. num. 126. in princ. Odofred. d. l. per procuratorem*; eam afferens rationem, quia ad consequendam bonorum possessionem opus est petitione iudiciali, & non nuda voluntate acquiritur. *Goffred.* idem *ibidem* firmat *num. 1. & num. 2.* rationem referens.

19 Tertius casus est, vbi petitur restitutio † in integrum, etiam a minore aduersus sententiā in illum prolatam in causa criminali, *Menoch. cons. 100. Qua nūc. n. 294. & seq.* qui loquitur in casu, quo minor fuerat sua confessione damnatus.

20 Quartus casus est quotiescumque agitur † de declaratione eorum, quæ in animo consistunt, nam per alium quam per eum, de cuius animo declarando agitur, non potest fieri declaratio. *Franc. in cap. vt circa §. alioquin de election. in sext. in fin.*

21 Quintus casus est, si agatur de † confitendo delicto capitali, nam ad illud confitendum non admittitur procurator etiam cum speciali mandato. *Bald. in l. 2. C. quor. appellat. Barbat. cap. si clerici de iud. num. 7. per textum in cap. ex litteris vers. ore proprio de excess. prælat. cum aliis cumulatis a Viuio. opin. 950. testis non potest tradere num. 8*

22 Sextus casus est si agatur de iuramento † præstando a teste, nam nemo potest mandare procuratori, vt pro ipso iuret, *l. de minore §. tormenta ff. de quæst.* per quē testū ita firmat *Bald. in rubr. ff. de iureiur. & Butr. et Abb. relati a Roman. singul. 8. in prin. Bart. et Rom. in l. qui bona §. in alieno ff. de damn. infect.* & factuum esse discedere ab ista opin. testatur *Viuius opinion. 951 testis non potest num. 2. Crot. de testib. par. 9. num. 26. Farinac. de testib. quæst. 74. num. 28. Monticel. de testib. cap. iurare debet testis per se et non per procur. Scaccia* testans de communi de *iudic. lib. 2. c. 3. n. 384. Thesaur. dec. 47. n. 16*

Contrarium censuit Rota, teste eodem *Rom. singul. 7. 2. et seq.* & post Rotam in ista opinione videtur residere *Curt. in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. num. 359.*

Septimus casus est, si a iure vel Statuto requi-
23 ritur † in aliquo actu iuramentum pro forma. *glos. c. vt circa de elect. in 6. Gemin post Arcbid. in cap Statutum, §. cum vero de rescript. in sext Bald. in rub. ff. de iureiur. Arcbid. cap. nulli verb. proprio iurament. de iureiur. in sext. Viuius opin. 429. iuramentum num. 10.*

Octauus casus est, vbi agitur de rogitu † vel
24 † publicatione instrumenti, quæ duo non possunt fieri per alium nomine mandantis, *§. nos igitur, auth. de inst. fide*, per quæ iura ita firmat *Couar. pract. quæst. cap. 21. num. 1. Bouer. sing. §. Notarius num. 26.* etenim cum ipsemet tabellio testari debeat de iis, de quibus conficit instrumentum, impossibile est ipsum perhibere testimonium de visu, vel sensu suo, vbi alius vidit, vel audiuit.

25 Contrarium tamen † seruatur in Vrbe, vbi rogati dicuntur notarij Curiæ Capitolij, Auditoris Cameræ, Vicarij, & Rotæ per suos substitutos, qui infiniti fere sunt, & alij nullam habent mercedem præter eam quam sibi conquirunt ex rogitu instrumentorum inter viuos, & causa mortis: & præterea vbi præfati notarij publicant rogitus alterius notarij, & ita quotidie practicatur. Noui tamen, notarios Auditoris Cameræ habere facultatem à Papa, vt per suos substitutos rogentur de instrumentis: verum quod vnus illorum publicet rogitus alterius absentis, vel impediti, non potui scire, quo iure id fiat: aduersatur enim regulæ, quod notarius non potest etiam per alium rogari, nisi ipse præsens sit, nec aliena manu scriptum instrumentum publicat, nisi subscribendo faciat mentionem scripturam esse alienam *Couar. pract. quæst. cap. 21. num. 1. in princ.* & dixi *infra cap. sequent. §. 18. vers. dixi postremo. Lanfranc. in prax. cap. 9. num. 14.*

Nonus casus esse potest, si agatur de euitanda
26 pœna imposita notario adscribenti sibi, vel alteri, per quem sentiat commodum. *l. 1. §. testamenta l. de eo, et l. seq. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi Bart. & Alberic. vbique*, nam cum illa euitetur si testator subscribat codicillos, vel testamentū in ea parte vbi notario fit legatū, vel fideicommissū, *l. 1. §. inter filiū & ibi glos. Bart. & Alberic. ff. de fals. l. diuus, §. plene ff. eod. Bald. cons. 92. nu. 2. lib. 5. Petr. Greg. in syntag. iur. lib. 36. cap. 5. n. 2. Peregr de iur. fisci lib. 3. tit. 12. num. 1. vers. lim. cum testator*, talis subscriptio non posset fieri per procuratorem. Si tamen testator ignarus esset litterarum, crederem posse per alium fieri subscriptionem coram testibus, qui deinde examinati deponerēt de suscriptione facta ipsis præsentibus, & videntibus, ita rogante testatore, ex his quæ dixi *infra c. seq. §. 18. vers. dixi postremo in fin.*

27 Decimus casus est, si agatur de † præstando iuramento fidelitatis, vt dixi *infra* §. 18.

28 Vndecimus casus est, si quis † excipiat non sperare consequi complementum iustitiæ, & aduersarium suum perhorrescere. *Bouer singul. §. iuramentum num. 11*

Contrarium, quod sufficiat speciale, † ac etiam inclusum in mandato speciali ad iurandum de calumnia & præstandum quodlibet honestum iuramentum, late probat *Carauit. ritu 128. nu. 20. 21. in fin.* addendo *ex Cassador.* ita seruari in Romana Curia, & dixi *supra* §. 7.

29 Duodecimus casus est, vbi præstandum † est iuramentum à subdito, ratione subiectionis, & iurisdictionis. *Bald. l. unic. §. ne autem. C. de caduc. tol. n. 20. Rom. l. qui bona §. si alieno, vbi Alex. num 25. ff. de damn. infect. Alex cons. 10. n. 7. vol. 5. Iac. de S. Georg. de feud. §. qui quidem, inuestit. num. 10. Bursat. cons. 285. nu. 23. Surd. cons. 172. Homines num. 7.* vbi plures consentientes refert.

Decimus

30 Decimustertius casus est, si † singulari certamine sit pugnandum, nisi ætas, vel infirmitas excuset. *gloss. in cap. 1. §. si iudex verb. An diuino, vers. sed quæro, de pace tenend.*

31 Decimusquartus est, si agatur † de reuerentia præstanda, nam qui illam debet, non satisfacit, si velit per alium illam præstare. *Castagna de benef. deduct. quæst. 7. fallentia 1. num. 4. in fin.*

32 Decimusquintus casus est, si agatur † de prohibendo testimonio, nam cum iudex debeat aduertere, qua voce, quo vultu, qua trepidatione deponat testis. *l. 3. de testib.* & ista non possint aduerti in procuratore testis examinandi, nullatenus testimonium veritati perhiberi potest per procuratorem, sicuti regulariter non

33 perhibetur † scripto. *Bossius tract. de opposit. contra testes, num. 87. Felin. in cap. de testibus, 29. de testib. num. 7.*

34 Decimussextus casus est, si agatur † de agnoscendo, seu recipiendo, seu inuestiendo nouum emphiteotam. *l. fin. C. de iur. emphit.*

35 Limit. in feudi inuestitura, vt notat. *in cap. 1. per quos fiat inuest.* & dixi *de laudem. quæst. 14. num. 19. in fin.*

36 Limit. vbi quis est procurator à lege, † dixi *de laudem. quæst. 14. num. 20. & 21.*

37 Decimusseptimus casus est, † si agatur de homologando laudo nullo seu sententia inualida. *Ruin. cons. 14. de pluribus lib. 2. num. 20.*

Decimusoctauus casus est, vbi ad peragen-
38 dum † actum aliquem opus est præsentia alicuius. *gloss. in clem. dudum, verb. præsentari de sepultur.* quam sequuntur relati à *Tiraquel. ad leg. fin. cōnub. gloss. 6. verb. consentiment. n. 31.* addendo illam notandam ad declarationem legis, vel Statuti disponentis aliquid fieri in præsentia alicuius.

Limit. vbi lex, vel Statutum requirit præsen-
39 tiam † vniuersitatis, vel alicuius corporis, vt puta Capituli, Collegij, & similium. *Archid. in cap. episcopus 15. q. 7.* quem sequuntur *Abb. & Dec.* vt refert *Tiraquel. ad l. fin. connub. gloss. 6. verb. consentiment. num. 32.*

40 Limit. concurrente legitimo † impedimento. *Angel. in l. Pomponius ff. de procurat. in princ.* quem sequuntur *Aret. & Dec.* vt refert *Tiraq. ad l. fin. connubial. verb. consentiment. nu. 34.* comprobans optimo simili, de forma, quæ per æquipollens adimpletur concurrente legitimo impedimento.

41 Limit. vbi lex, vel Statutum † requirit præsentiam in materia, quæ suapte natura non exigit præsentiam corporalem. *cap. penul. de iuram. calumn. Tiraquel. ad leg. fin. connubial. verb. consentiment. num. 36.*

42 Decimusnonus est, vbi quis appellat † ab exequutione, tanquam excessiua. *Felin. capit. quoad consultationem de re iudic. num. 21. Ias. l. procurator, ff. de cond. indeb. Rol. à Val. cons. 43. num. 11 lib. 1. & cons. 26. nu. 24. lib. 2. Contard. de moment. possess. limit. 19. nu. 36.*

43 Vigesimus vbi agitur de emittēda † professione in aliqua Religione. *Bald. cap. cum dilectus, de ordin. cognit. num. 18.*

44 Vigesimusprimus, vbi agitur de optione † *Bald. cap. cum dilectus, de ord. cognit. nu. 18.*

45 Vigesimussecundus, vbi agitur † de legitimatione spurij. *Bald. in cap. cum dilectus, de ord. cognit. num. 18.*

46 Vigesimustertius ad confitendum Sacerdoti † peccata in Deum, in proximum commissa. *Silvester & reliqui Summistæ, §. confessio 2, nu. 2. & seq.* subdens *numer. 16.* quando possit fieri scripto.

47 Vigesimusquartus est, † si agatur de libertate danda, nam si procurator non sit descendens mandantis, non potest illa dari. *l. nec mulierem, C. commun. de manumiss. l. si consentiente. l. nepos, ff. manumiss. condict. l. 1. §. fin. ff. de manumiss. Ardiz. in summ. de feud. lib. 1. capit. 50. talis.*

§. XIV.

SVMMARIVM.

Mandato non est opus in causa populari. 1. Limit. ibid.
Item ad petendum remissoriales, vel compulsoriales. 4. Limit. 5.
Item ad appellandum à sententia lata in criminali 6. Ampl. ibid. Limit. 7.
Item ad defendendum aliquem. 8
Item vbi quis est constitutus procurator à lege. 9.
Item vbi pater quid facit pro filio. 10
Item ad instituendum denunciationem euangelicam. 11
Item quando ad accusandum aliquem de delicto. 12
Item ad opponendum in personam electi. 13
Item ad reuocandum alienata perperam bona ecclesiæ. 14
Item ad petendam absolutionem Capituli à censuris. 15.
Item ad exhumandum cadauer vsurarij, qui non cauit de restituendis vsuris. 16
Item ad excipiendum, quod quis sit excommunicatus. 17
Item ad agendum, vt restauretur matrimonium male solutum. 18
Item ad defendendum pupillum. 19
Item ad acceptandum confessionem extraiudicialem ad fauorem absentis factam. 20
Causa pupillaris quæ dicatur. 2. & 3.

QVia sæpe quis admittitur in causa aliena, sine mandato, referam hoc §. quoties, & quando id contingere possit.

1 Primuscasus est, si causa † sit publica, seu popularis. *Marsil. l. si quis de, ff. de quæst. n. 100.* seu agitur de bono publico *Marsil. ibid. n. 127.* nisi tamen sit fœmina, vel pupillus, vel alius, qui diligenter causam publicam non sit acturus, vel non possit esse in iudicio. *Marsil. ibidem numer. 129.* vel offensa est iurisdictio iudicis, vel spretum illius præceptum, vel fracti fines.

2 *Marsil. ibidem num. 128.* Causa popularis est, defensio ecclesiæ, & bonorum illius, ne dissipen-

tur nedum a laycis, sed nec etiam ecclesiasticis, in foro tamen ecclesiastico, siue actio sit mota a clerico, siue a layco: hinc tot Conciliares sanctiones, de non dissipandis bonis ecclesiæ. *cap. cum simus 3.q.3.cap. Diaconum, cap. volumus cap. in quibusdam, dist. 89. cap. fin. de accus.* Item

3 si quid † a clerico sit omissum, vel commissum, vel neglectum, quo lædatur ius ecclesiæ, & dignitas clericalis, *cap. 1. & seq. 2.q.1.cap. 1. & seq. de accusat. cap. 1. & seq. de exces. prælat.* & late *Galganct. de iure public. lib. 4. titul. 49.*

4 Secundus casus est, si ab asserto procuratore † petantur remissoriales, vel compulsoriales ad effectum examinandi testes, vel exemplandi iura; si tamen caueat de rato. *Rot. decis. final. de test ib. in antiq. Vest. in prax. lib. 6. cap. fin. num. 1. vers.*

5 *& vbi*. Quod tamen † limitatur, si pars contra quam fit petitio, contradicat. *Crescent. decis. 10. de procur.*

6 Tertius casus est, vbi quis appellat † a sententia lata contra aliquem in criminalibus, *l. non tantum, vers. verum alij, ff. de appel.* etiam quòd cōdemnatus nollet appellari, vt tubdit idē textus *Marsil. l. si quis ne, ff. de quæstion. n. 101. & 102.* vbi plures congerit, & late agit. *Felin. in cap. cum super de re iud. num. 2. & seq.* ampliando etiam si appellans sit clericus, vel quis appellationem prosequatur, & non solum si agatur de capite, sed etiam de abscissione membri, vel de morte ciuili, & reus renunciasset appellationi interpositæ, vel interponendæ. Nisi tamen esse-

7 mus † in casibus, quibus valida est talis renunciatio, vel non liceret appellare, remissiue referendo qui sint isti casus.

8 Quartus casus est, vbi quis † vult alium defendere, *Thesaur. quæst. 63. Iuuenis lib. 4.* præsertim qui offendit vel occidit bannitum, qui ex Statuto vel edicto Principis poterat offendi. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. nu. 125. & seq.* vbi refert quæ requirantur, vt bannitus possit impune offendi.

9 Quintus casus est, vbi quis est constitutus † procurator a lege, vt dixi de *Laudemio lib. 1. q. 14. num. 20. & seq.* vbi dixi procedere etiam in casu quo speciali opus esset mandato: exemplum erit in patre, & quouis alio ascendente in administratione bonorum aduentitiorum filij, vt dixi *eodem lib. 1. quæst. 30. num. 74. & seq.*

10 Sextus casus est, si pater † aliquid gerat seu faciat pro filio. *Bero quæst. 132. vtrum pater, nu. 4. vers. sed his. Bursat. cons. 21. illustrissimi, nu. 4.* & dixi *de Laudem. lib. 1. quæst. 30. n. 75.*

11 Septimus casus in denunciatione † euangelica, ad quam instituendam quilibet admittitur, *cap. si peccauerit, 2. q. 1. cap. nouit. de iud. Marsil* alios congerens, *in l. si quis ne, ff. de quæstion. num. 104.*

12 Octauus ad accusandum delinquentem, † vbi quis suam, vel suorum prosequitur iniuriam, vel agitur de pœna applicanda fisco, vel iniuria illata Doctori salariato ex publico, vel clerico. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæst. num. 103. & 107. & 115. & 119.* Vel quod quis fregerit pacem. *Marsil. ibidem, num. 123.* Vel subtraxit acta iudicum vt occultetur veritas. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. num. 120.*

13 Nonus est ad opponendum † in personam electi in episcopum, vel parochum, nam quilibet de diœcesi, vel parochia auditur sine mandato cæterorum. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. num. 111.*

14 Decimus ad reuocandum alienata † quæ sunt ecclesiæ, si alienatio sit nulla. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion num. 113.* subdens *nu. 114.* quemlibet de clero audiri, si velit contradicere, ad euitandum damnum, vel dilapidationem ecclesiæ.

15 Vndecimus, vbi aliquis ex Canonicis † petit absolutionem a censuris pro suo Capitulo. *Marsil. in l. si quis ne. ff. de quæstion. n. 116.*

16 Duodecimus ad petendum exhumari † vsurarium, qui non cauit de restituendis vsuris. *Marsil. l. si quis ne, ff. de quæst. n. 117.*

17 Decimustertius ad excipiendum † quod quis sit excommunicatus. *Marsil. l. si quis ne, ff. de quæst. nu. 121.*

18 Decimusquartus ad agendum † vt restauretur matrimonium male separatum. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. n. 122.*

19 Decimusquintus ad defensam † pupilli. *Marsil. l. si quis ne, ff de quæst. n. 124.*

20 Decimussextus ad acceptandam † extraiudicialem confessionem ad fauorem absentis factam. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. num. 128.*

§. XV.

SVMMARIVM.

Mandati generalis defectus suppletur cautione rati. 1

Mandatum generale sufficit vbi apponuntur pacta pœnalia actui gesto. 2.

Item vbi procurator constitutus ad fideiubendum renunciat beneficio ordinis. 3.

POst examen eorum, in quibus sufficit, vel non sufficit speciale mandatum, addendi sunt casus, in quibus sufficit generale: &

1 præmisso quod vbi de illo dubitari contingit, † illius deficientia suppletur cautione de rato, *l. 1. C. de procur.* vbi late sum prosequutus *in meis Collectaneis.*

2 Primus est, vbi a procuratore † habente ad actum, quem facit, sufficiens mandatum, apponuntur pro obseruantia actus ab illo conclusi pacta pœnalia. *Menoc. cons. 203. num. 29. Salazar. de consuet. num. 8. & seq.* & dixi *de Laudemio, lib. 1. quæst. 41. num. 36.*

3 Secundus est, vbi procurator † constitutus ad fideiubendum renunciat beneficio ordinis. *Menoch. & Salazar mox citati.*

§. XVI.

§. XVI.

SVMMARIVM.

Iurisdictione mandata censentur mandata quæcunque, sine quibus illa non potest exerceri. 1
Absolutio a censuris ad cautelam impartiri non potest ab eo, cui a Papa sit commissa causa, nisi specialiter sit data talis facultas. 2
Mandatum speciale requiritur ad absoluendum a censuris ad cautelam. 2.
Item ad legitimandum infantem & quemuis alium qui consentire non potest. 3.
Item ad absoluendum a iuramento. 4
Item ad conferendum beneficium ecclesiast. 5.

1 QVamuis mandata iurisdictione † censeatur data omnis facultas, sine qua iurisdictio exerceri minime potest, *l.2.ff. de iurisdict. omn. iud. capit. præterea de offic. delegati. Mantic. decis.* 352. *placuit nu.* 20. si tamen alicui committatur causa a Papa, in qua principaliter,
2 vel incidenter agatur de censuris, non potest † iudex datus absoluere ad cautelam, nisi sibi sit specialiter data talis facultas, *glos. in cap. solet. verb. superiore, de sent. excom. in sext. & in cap. capitulum in glos final. de rescript. Dec. in l.2. ff. de iurisdict. omn. iud. nu.3. & 5.*
3 Item ad legitimandum † infantem, & quemuis alium, qui consentire non potest. *relati a Menoc. conf. 19. nu.1. & seq. vbi id late probant.*
Contrarium probat *Menoc. conf. 19. nu. 8. & seq. vers. re tamen.*
4 Item ad absoluendum a iuramento: † nam cum ea facultas sit de reseruatis episcopo, nisi specialiter concedat Vicario facultatem absoluendi a iuramento, non potest ille absoluere, *clem. dudum, §. si ijdem vbi glos. verb. concessa de sepult. Anton. Corn. tract. de absolut. forens. p.2. quæst.5. nu.1. & seq.*
5 Item ad conferendum beneficium † ecclesiasticum, *cap. fin. de offic. vicar. in sext. Rebuf. ad concor. verb. speciale, vers. vigesimusprimus: Sbrozius de offic. vicar. lib.1. quæst.7. num.11. Rebuf. in prax. cap. de vicarijs episcop. num.16. & seq.*

§. XVII.

SVMMARIVM.

Fidelitatis iuramentum præstari non potest per procuratorem. 1. *& quare.* 2.3. *Contrarium.* 4. *Ampl.* 5.6.7.8.9. *Limit.* 10.
Fidelitatis iuramentum quid debeat continere. 11.

ENumerando casus, quibus nullum mandati genus sufficit, ad faciendum per alium, quæ quis vult præstare vel debet, vel vellet, cum esse dixi, *supra §. 13. nu. 27.* vbi domino præstandum est fidelitatis iuramentum, quod
1 esse † præstandum a iurante probatur expresso textu *in cap. 1. §. verum de stat. regul. in sext.* vbi Abbatissæ Principibus secularibus astrictæ ad iurandum fidelitatem, personaliter exeundo monasterium iurant, si nolit dominus admittere quod iurent per procuratorem, & notat *ibidem Ancar. num.4. Bald. in l.1. ff. de rer. diuis.*
2 *num.45.* eam afferens rationem, quia fidelitatis iuramentum habet annexam reuerentiam, quæ vt ego addo, per alium præstari non potest, vt dixi *supra §. 13. num.31.* & opus est præsentia eius, qui alium reueretur. *Rebuf. in declarat. arboris feud. col.6. vers. notandum, motus d. §.*
3 *verum*, & ratione, † quia tale iuramentum est præstandum per verba indicantia personalitatem iurantis dicendo, *Ego N. iuro. cap. 1. de noua form. fidelit. cap. tibi domino Papæ dist. 63. clem. 1. §. ego Henricus, de iureiur. Siluanus de recognit. feud. quæst. 94. in princ.*
4 Contrarium † probatur per *cap. 1. § personam, per quos fiat inuest. clem. 1. de iureiur. Iacob. de Ardiz. in sum. feud. lib.1. cap. 50. talis. Afflic in § sed vtrum per quos fiat inuest. nu.2. in princ.* subdens in fine ita vidisse obseruari. *Bald. §. nulla, per quos fiat inuest. nu.2. circa med. vers. vel dic. & in l.1. §. in autem, C. de caduc. tol. nu.20. Iacob. de S. Georg.* relato *Bald.* sibi minime constante, testans de communi, & ita sæpe consuluisse, *de feud. §. qui quidem inuestiti, nu.10. in fin.* addendo, modo procurator habeat speciale mandatum. *Siluan. de feudis, quæst. 94. nu.3. vbi de communiori. Gail. arrest. 7. nu. 11.*
Amplectendo affirmantem opinionem pro regula, consequitur concordia relatæ contrarietatis, ex limitatione, quam subdam.
5 Ampl. præsertim † si iuramentum sit præstandum ab vniuersitate. *Bal. in l. summa ff de rerum diuis. num. 45. in fin.* quem sequitur *Afflic. in §. sed vtrum, per quos fiat inuest. nu.2. circa med. vers. sed Bal. & idem Bald. l. in §. nulla, per quos fiat inuest. num.2. vers. vel dic, el.2. Rebuf. de feud. col.6. vers. secundo limita. Iacob. de S. Geor. de feud. §. qui quidem inuest. n.11.*
6 Ampl. si iurans fidelitatem † habeat speciale mandatum. *Bal. §. nulla, per quos fiat inuest. num.2. vers. vel dic. el.1.*
7 Ampl. præsertim † in feudo fœmineo. *Alex. conf. 10. viso, lib.5. nu. 7.*
8 Ampl. præsertim † vbi vassallus legitima causa est absens extra prouinciam, ex causa necessaria præsertim, & diu, vel corporis, vel mentis infirmitate detinetur. *Iacob. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti, num. 10. & seq. Claper. decis. fiscal. centur. 1. caus. 9. quæst. 1. num. 10.*
9 Ampl. omni casu, † quo dominus non habet iustam causam contradicendi, quod per procuratorem iuretur fidelitas. *Claper. decis. fiscal. centur. 1. caus. 29. quæst. 1. nu. 8. vers. cæterum.*
10 Limit. domino contradicente. † *cap. 1. §. verum de stat. relig. in sext. Roman. sing. 707. habuisti. Rebuf. de feud. col. 6. vers. limita nisi. Iac. de S. Georg. de feud. §. qui quidem inuestiti. n. 12 vers. addit. Siluan. de feud. quæst. 94. nu. 4.* Et hac limitatione conciliatur relata contrarietas, quæ desu-

desumitur ex §. verum cap. 1. de stat. regul. in 6. & dixi supra §. 8. num. 21.

31 Iuramentum istud quid † continere debeat, Zasius de feud. par. 7. nu. 22.

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Mandatum speciale requiritur ad iurandum debitorem alterius suspectum de fuga. 1. & quare, Ampl. 3. 4. 5. 7. Limit. 8. 9. 10. 11

Mandatum speciale non requiritur ad iurandum debitorem alterius suspectum de fuga. 2

Carceratio minuit famam & patrimonium. 4

Ratihabitio retrotrahitur etiam in ijs, in quibus requiritur speciale mandatum. 6

1 INter cæteros casus, quibus dixi esse opus † speciali mandato ad iurandum, eum esse dixi supra §. 8. nu. 32. si quis velit debitorem alicuius, & non suum iurare suspectum de fuga, vt volunt Roman. cons. 241. spectabiles nu. 11. in prin. vbi rationem refert, quia procurator sine speciali mandato non potest facere vt constituẽs incurrat pœnam, vel delictum, in quod incurritur iurando aliquem suspectum de fuga. Post Rom. idem dixerat Aret. §. eum eo, Inst. de act. num. 3. Socin. cons. 120. lib. 1. num. 6. Trentacinque resol. 10. num. 29. de solut. lib. 3. Mozius de mandat. num. 51. vers. 63. addendo idem dicendum ad relaxandum a carcere: relatam Rom. rationem late prosequitur Ias. l. si procur. ff. de condict. indeb. num. 11. & seq. relatis Coler. de process. par. 2. num. 34. & seq.

2 Contrarium, scilicet, quod satis sit † habere mandatum ad lites, & causas, & ad agendum, firmat. Caccialup. tract. de debit. suspect. quæst. 2. Alex. cons. 133. circa lib. 6. num. 2. concludens sufficere generale mandatum, & num. 10. addit nõ requiri mandatum singulare, seu in indiuiduo, Ias. in §. supercst. de act. quem sequitur Marsil. singul. 243. satis. Petr. Pecch. tract. de iur. sistendi cap. 3. nu. 3. vers. contra tamen, sequendo Alex. & respondendo obiectis, & late Coler. tract. de process. par. 2. cap. 2. explicatis num. 40. vbi respondet obiectis.

Amplectendo tamen opinionem eorum, qui
3 in casu † propositæ quæstionis, volunt requiri speciale mandatum, cuius fines cum fine diligenter seruandi, & mandatarius tantum habeat de potentia, quantum sibi fuerit a mandante concessum. Ias. in l. non solum ff. sol. mat num. 16. Abb. in cap. pendentiam, 21. de offic. deleg. num. 5. vbi Dec. col. 2. num. 21. vers. quarto. Veral. decis. 284. par. 3. num. 2. nihil præter expressa potest procurator, præsertim si illa maiora sint expressis,
4 qualis est carceratio, quæ patrimonium † & carcerati famam lædit. l. 2. C. de abolit. & late Neuiz. cons. 52. num. 8. & seq. ex sequentibus cessabit relata contrarietas.

5 Ampl. vt debitor carceratus † instante procuratore non habente speciale mandatum ad illum iurandum suspectum de fuga, agete possit iniuriarum contra mandantem, si habita notitia carcerationis, illam non ratificauit, quia idem est ac si mandatum dedisset & ratihabitio
6 retrotrahitur etiam in ijs quæ requirunt speciale mandatum. Alex. cons. 133. circa lib. 6. nu. 7.
7 Ampl. præsertim vbi quis constituitur † procurator a cessionario creditoris. Petr. Peech. de iur sistend. cap. 3. num. 4. vers. quamuis, declarando modo constet de cessione.
8 Limit. vbi principalis creditor † ratam habet carcerationem. Petr. Pecch. de iur. sistend. c. 3. in fi.
9 Limit. in procuratore generali † cum facultate faciendi, quę constituens facere posset, seu cum libera. Alex. cons. 133. lib. 6. nu. 4. & 5. & 6.
10 Limit. vbi aliquo modo colligi † potest eam facultatem datam fuisse procuratori. Alex. cons. 133. circa lib. 6. num. 10. concludens sat esse mandatum tacitum, nec requiri mandatum singulare & in indiuiduo.
11 Limit. vbi debitor est in fuga, † vel apparent signa fugæ, seu se præparat ad fugã. Marsil. sing. 43. debitor. vbi ampliat etiam si esset clericus.

§. XIX.

SVMMARIVM.

Mandatum contrahitur multis modis. 1. est superfluum, si detur tantum mandatarij causa, & quare. 2

Institor in re propria quis dicatur. 5

Confiscatio fit in pœnam delicti. 6

Consilium quando sit obligatorium. 3

Procurator in rem propriam quis dicatur. 4. non est proprie procurator, & non continetur in Statuto faciente mentionem de procuratore, 8. Assẽrẽs se talem grauatur onere probãdi. 10. nũquam præsumitur taliter constitutus. 11. constitui debet in specie, & quare. 12. Ampl. 13. 14. 15. Limit. 20. Procurator Cæsaris quis dicatur. 7

Iuramentum in supplementum non admittitur, vbi requiritur plena probatio. 15. 16. & quare. 17. contrarium 19

Iuramentum non est probatio sed releuamen ab onere probandi 17. Ampl. 18

Procurator in rem propriam est vsufructuarius, & quibus casibus. 22.

Item emptor hæreditatis. 21

Item cessionarius. 23

Item fideicommissarius. 25

Item conductor gabellarum. 26

Item emphiteuta. 27

Item feudatarius.

Item superficiarius. 29

Cedere quando quis dicatur. 24

Procurator probatur plene cõstitutus in rem propriam, si quis tradat alicui instrumentum crediti, si aliunde aparet quod tradens voluerit illi dare facultatem exigendi. 30

Item si dictum fuit quod quis sit positus in locum et esse mandantis 32

Item si donetur instrumentum crediti. 31

Man-

1 MAndatum † contrahi pluribus modis, docuit Tribonianus, *in* §. 1. *inst. mand.* omissis cæteris, agam solum vbi mandatum datur tantum causa mandatarij, quod esse
2 † superfluum subdit idem Tribonianus *ibidem*, quia, vt ego addo, mandatum est de rebus alienis, vel communibus mandanti, & mandatario, non autem absolute proprijs mandatarij, & ta-
3 le mandatum potius sapit consilium, † in quo si absit dolus, nulla contrahitur obligatio. *l. consilij ff. de regul. iur. l. 2. in fin. ff. mandat.*

Genus hoc mandati, si mandatarius illud su-
4 scipiat, facit speciem procuratoris, quam † nuncupamus in rem propriam, quia getendo negociũ alieno nomine, vtilitas inde subsequens est propria ipsius procuratoris. *Fulgos. cons.* 202. *Gulielmus num.* 1. *circ a med vers. & quemadmodum*. Sicuti etiam de institore in rem propriam,
5 † qui præpositus quæstuariæ negotiationi, quæstum suum facit. *Abbas cons.* 74. *illud par.* 2. *n.* 1 subdens idem dicendum de ciuitate, cui ex priuilegio, vel consuetudine competit ius confiscandi, quæ fungendo vices procuratoris fisci,
6 † si ex crimine fiat confiscatio, si vero non ex
7 delicto, † Cæsaris, dicitur procurator in rem propriam, & ideo talis procurator non est proprie
8 † procurator, *glos. l. non solum verb. interrogationibus circa med. ff. de procur.* & Statuto aliquid disponente de procuratore, sub illo non comprenderetur *Bald. cons.* 186. *ad euidentiam, lib.* 2. *num.* 2. *vers. illud constat. Ias. in l. qui stipendia*, C. *de procur. num.* 2. *post med.* addendo *Speculat. et Io. Andr.* de istius assumpti veritate dubitasse.

Ratione itaque impropriettatis, & vi regulæ,
9 quod mandatum † non præsumitur nisi probetur *l. quæ omnia* §. *plane*, §. *de procur.* et dicen-
10 dum, si quis asserat fuisse constitutum † procuratorem in rem propriam, debere in specie assertionem suam probare, *l. quæ omnia* 25. §. *plane, ff. de procur. vbi* Bald. *num.* 2. qui d. §. legit sub antecedenti *l. mutari*, per quem textum *Rom. in l. in prouinciali*, §. 1. *ff. de nou. oper. nunc. nu.* 7.
11 concludit † nunquam præsumi, quem fuisse constitutum procuratorem in rem propriam, nisi probetur in specie taliter fuisse constitutum, dum prius retulisset plures formulas constituendi procuratorem, per quas arhui posset talis cõstitutio.

12 Ratio autem quare tale mandatum † debeat esse speciale, est, quia cum procurator in rem suam, exercendo sibi datum mandatum agat ad consequendum in proprium commodum, quod mandanti erat debitum, & sine speciali mandato nihil possit exigi, vel consequi alieno nomine, vt dixi *sup.* §. 6. tanto magis mandatum debet esse speciale, vt quis quod mandanti est debitum, & exactum, vel consecutum, vel retentum, vertat in suam vtilitatem.

13 Ampl. quod quamuis † procurator dubium habens mandatum, audiatur cum promissione rati. *l.* 1. *C. de procur.* attamen si aliqua apparet dubitatio circa mandatum datum procuratori in rem propriam, non auditur ille cum cautione rati. *Bal in l.* 1. *C. de procur. num.* 15. *Baldum* sequitur *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 2. *Hoc autem num.* 34. *in fin.*

14 Ampl. quod quamuis † vbi actor semiplene probauit, ad perfectam probationem faciendã, satis sit illum iurare quod vera sint quæ ille petit. *glos. in l. in bonæ fidei. verb. decidi oportet*. *C. de reb. credit.* attamen si mandatum in rem suam sit semiplene probatum, non admittitur
15 iuramentum † in supplementum plenæ probationis, *Cato Saccus in repetit l. admonendi, ff. de iureiur. num.* 68. *vers. tertio*, asserens id firmari a *Bald. ibid. & a glos. in l. non solum ff. de procur.* & ratio est, quia vbi plena probatio requiritur, vt in casu nostro, *l. quæ omnia* §. *plene, ff.*
16 *de procur.* † non est locus iuramento suppletorio. *Ias. in l. ait prætor* §. *si iudex. ff. de re iud. nu.* 36. referens, Bald. Sal. *& alios* idem dixisse, quia
17 iuramentum præsertim † suppletorium non est probatio, sed releuamen ab onere probandi. *l. eum qui iurauit ff. de iureiurand. Crauet. cõs.* 258. *num.* 22. *circa fin.* concludens quod vbi a
18 lege requiritur probatio, † non sufficit iuramentum, etiam in casu quo alias iuramentum probat.

19 Contrarium late † probat *Rom. in l. in prouinciali* §. *si in loco ff. de nou. oper. nunc. num.* 6. *&* 7. *vers. tu aduerte*.

20 Limit. vbi ex dispositione legis, seu † illius interpretatione, quis est procurator constitutus in rem propriam; nam tunc licet de mandato a lege non fiat mentio; sat est probare se talem, qualem requirit lex. Et quia id fit exemplis clarius, *l.* 1. *ff. de præscript. verb. l. bona fides, ff. depositi*.

21 Primum exemplum erit in † emptore hæreditatis. *Corn. in l.* 1. *C. de sent. et interlocut. omn. iud. num.* 8. *vers. quartus casus*, & dixi *supra cap.* 11. §. 11. *nu.* 8. *in prin.*

22 Secundum erit † in vsufructuario, vt colligitur *ex l.* 1. §. *vsufructuarius ff. de nou. oper. nun. vbi Alex. num.* 7. *et in l. in prouinciali* §. *si ego ff. eod.* non tamen generaliter, sed tantum in casibus a iure expressis, vt declarat *Alex. d. n.* 8. & sequitur *Mantic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 2. *Hoc autem*

autem n.30. & quoad spectantia ad vsumfru-
ctum. Angel. in l.2.§.fin.ff.dt nou. oper. nunc.
nu.1.& Alex.n.3. Ideo nomine domini & non
suo nunciat nouum opus. Coras. in l. ei qui, ff.
deseruit. post.n.6. Caldas de emption. c.24.n.25.
vbi rationem refert. Ias. l. 1. §. fin. ff. de nou.
oper. nunc. num.4. vers. tenendo.
23 Tertium † erit in cessionario. Spec. de procur.
§. sequitur, §. in summa, quem refert & sequi-
tur Ias. in l.4.ff.de re iud. num.8. Caldas de em-
24 ption. §.24. num 25. subdens num.26. tunc dici
factam cessionem, si cedens dicat, Cedo, conce-
do, vel mando.
25 Quartum † erit in fidecommissario, cui resti-
tuta est hæreditas per fideicommissum. Man-
tic. de tacit. lib. 7. tit. 11. hoc autem, n.31. Rom.
in l. in prouinciali, §. si in loco, ff. de nou. oper.
nunc. vers. tu aduerte.
26 Quintum erit, † in conductore gabellarum,
quia agit ad proprium commodum. Roman. in
l. prætor ait, §.1.ff. de aqua pluu. arcend. nu.2.
quem refert, & sequitur Mantic. de tacit. lib.7.
titul. 2. num.32.
27 Sextum erit, † emphiteotæ, qui non solum
extraneis, sed etiam domino directo potest nun-
ciare nouum opus, & ædificata destruere, si il-
li noceant. Bart. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou.
oper. nunc. num.9. in fin. Valas. de iur. emphit.
quæst. 18. num.23. in fin. subdens num.24. non
licere domino nunciare nouum opus emphiteo-
tæ, nisi ædificet cum perpetuo damno rei em-
phiteoticæ.
28 Septimum exemplum † erit feudatarij. Bald.
in cap. 1. de controuers. inter vasal. et alium,
num.2. Bart. in l. de die, §. quidem, ff. qui satisd.
cog. nu. 2.
29 Octauum exemplum † erit in superficiario.
Alex. in l. hoc amplius, §. quæsitum, ff. de damn.
infect. num.4. Caldas de empt. cap.24. n.24. circa
princ.
30 Procuratorem † fuisse aliquem constitutum
in rem propriam, specialiter, probatur plene,
si quis ei tradiderit instrumenta, & chirographa
debitorum: nam censetur ei præterea dedisse
mandatum ad exigendum, si tamen appareat
aliunde, quod tradens voluerit illi dare faculta-
tem exigendi. Curtosen. in l. debitorem, C. de
pact. numer. 11. & 12. quem refert & sequitur
Mantica de tacit. lib. 7. titul. 2. nu.36. Marant.
in repet. l. si actor, ff. de procur. num. 26. con-
31 cludens idem † dici si donetur instrumentum
crediti.
32 Item probatur si in † instrumento dictum fue
rit, quod quis ponatur in locum, ius, & esse mã-
dantis, præsertim si agatur de materia propor-
tionabili mandanti, & mandatario, vt ex Alex.
in l. in prouinciali, §. si ergo, ff. de noui oper.
nunc. num.6.7. & 8. Paris. cons. 107. num.35.
lib. 3. concludit Serafin. decis. 541. fuit resolu-
tum, num.4. & seq.
33 Cum morte tam † naturali, quam ciuili man-
dantis, regulariter expiret mandatum. l. manda-
tum, C. de procur. clem. fin. de procurat. Socin.
cons. 112. lib. 1. num. 12. & idem dicatur de pro-
34 curatore, † qui non solum morte, sed etiam mu-
tatione status, vel ciuili morte, desinit esse pro-
curator. Alex. in l. rogasti, §. si fugitiuus, ff. si
cert. pet. num. 2. & Ias. num. 3. & Purpurat.
num. 12. & seq. Stracca de mercatur. capit. de
adiecto part. 3. Noui, num. 110. & seq. Socin.
cons. 112. num. 15. lib. 1. Laderch. cons. 12. n.5.
& cons. 94. num. 1. vers. nec dicatur, & in istis
duobus casibus conueniant mandans & manda-
tarius:
35 Differunt tamen si agatur de mandato † in
rem propriam, quia morte mandatarij illud
soluitur, ex generali regula, quod mors omnia
soluit. l. inter causas, ff. mandat. non autem
mandantis, si ille reliquit hæredem, nam man-
datum directarum actionum non extinguitur,
quia mandatarius illas proponit nomine man-
dantis. l. plane, ff. famil. hercisc. & sicuti viuo
mandante poterat illius nomine agere, ita illo
defuncto aget nomine hæredis: secus tamen
esset si mandans decessisset sine hærede, quia
deficeret persona cuius nomine ageretur, sed in
subsidium mãdatarius ageret vtili actione ex per
sona propria. Bart. in l.2. §. sed si quis donatu-
rus, ff. de donat. num. 1. vers. opp. de l. illam, &
in l.1. C. de act. & oblig. num.4. & Bald. nu.3.
& 12. cum alijs congestis à Gabriel. de procur.
conclus. 2. num.37. Medic. tract. mors omnia
soluit, num.195. in fin.
36 Contrarium, quod nec † morte mandantis,
nec mãdatarij soluatur mandatũ in rẽ propriã,
sed quod transeat in hæredes vtriusque, firmat
Bald. in l.1. C. de action. & oblig. num.20.
37 Cum itaque procurator in † rem suam possit
nomine proprio agere vtili actione, & alieno,
seu procuratorio nomine intentando directam,
quod cognoscitur ex conclusione libelli, si agẽ-
dum sit ordinario iudicio, & petitione facta
nomine actoris, vel mandantis. Bart. & reli-
qui in l. qui stipendia, C. de procur. Angel. Aret.
38 cons. 53. Clarum num.4. & 5. Differt † tamen
an procurator in rem propriam intentauerit di-
rectas, vel vtiles actiones: quia si egit vtili actio-
ne, non obstat exceptio personalis, quæ com-
peteret contra mandantem, vt puta quod sit ex-
communicatus, vel bannitus: si autem egit di-
recta, secus est. cap. 1. de except. in sext. Ias. in
l. qui stipendia, C. de procur. num.3. vers. effe-
39 ctus. Item si intentetur † vtilis, priuilegia, quæ
sunt concessa personæ mandantis, vel cedentis,
non competunt mandatario, vel cessionario,
qualia sunt priuilegia actionis dotis: secus autem
si agat directa. Bart. in l. post dotem, ff. solut.
matr. in fin. Ias. l. qui stipendia, C. de procur.
num.3. in fin. Bald. in l.2. C. quando fiscus, vel
40 priuat. Si quis autem simpliciter agat tanquã †
procurator, non censetur egisse tanquam procu-
rator in rem propriam, sed tanquam procurator
alieno nomine. Angel. Aret. cons. 53. clarum
num.2. & 3. subdens num.5. & 6. vers. secundo
probatur, idem dici de obligatione facta procu-
ratori Episcopo, quæ censetur facta Episcopo,
quo mortuo euanescit mandatum, nisi procu-
rator cui fit obligatio, haberet solum mandatum
in rem suam, nam talis censetur illi facta obli-
41 gatio. Quæ autem † sequatur vtilitas procura-
toris

toris in rem suam, si potius intentet directam quam vtilem actionem, plures esse, & refert *Marant. in repet. l. si actor, ff. de procur. n. 25. & seq.*

42 Effectus duos † singulares aduerto sequi ex constitutione procuratoris in rem suam: Primus est, si talis constitutio facta fuerit ab Episcopo, vel illius procuratore habente facultatem faciendi talem procuratorem, quoad fructus Episcopatus, licet Episcopus moriatur, & separati fuerint fructus a solo, Episcopo viuente, quod sint procuratoris, licet dies solutionis faciendæ Episcopo aduenerit illo mortuo. *Angel. Aret. conf. 53. clarum, nu. 4. vers. sed tamen.*

43 Secundus est, † quod procurator in rem suam, non repetit expensas factas in consequutione rei, ad quam habuit mandatum, sed illas facit de suo. *Ias. in l. qui stipendia, C. mand. num. 2. in fin.*

44 His positis succedit quæstio, † an procurator in rem propriam possit reuocari, alio constituto: & negatiua probatur, quia cum mandatum da-
45 tum huic procuratori † sit gratia ipsius procuratoris tantum, *l. ficum emptore, ff. de pact.* & dicebam supra, *nu. 2.* & constitutione secundi pro-
46 curatoris, nisi fiat citra reuocationem primi, † reuocatur primus, *l. si quis cum procuratorio, §. fin. ff. de procur. cap. non iniuste, eod. tit. Rota, decis. 20. de procur. in nou. nu. 2. Natta, conf. 51.*
47 *num. 9. circa med.* † Vel nisi procurator primus sit specialis, & secundus sit generalis. *Rot. decis. 2. de procur. in nouis. Puteus decis. 167. lib. 3. Gratian. discept. 9. nu. 3. Gonzal. ad regul. glos. 5. §. 4. nu. 67.* nullatenus videtur reuocatus talis procurator, *l. Pomponius. 1. ff. de negot.*
48 *gest. & ibi glos. 1.* vbi firmatur † non posse reprobate, vel reuocare quod semel probaui; quibus adstipulatur regula, *nemo potest, ff. de reg.*
49 *iur. cap. quod semel* † *eod. tit. l. si vxor. §. fin. ff. de adulter.* præsertim si non superuenit causa mutationis. *Surd. conf. 68. nu. 19.* vel aderat, sed ignota erat reprobanti. *Cæsar. Imbrian. tract. de repul. testium part. 1. consid. 2. nu. 38. & seq.*
50 & quod procurator in rem suam † non possit firmat. *Petr. de Bellapertic.* vt refert *Bal. in l. mutari §. plane, ff. de procur. nu. 3. & relati a Dec. conf. 521. consultus, num. 9.*

51 Affirmatiuam † tenuit *glos. in l. ficut. 8. §. si procurator, verb. banc exceptionem, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur,* & ratio est, quia
52 procuratoris vsus † est voluntarius, *l. 1. §. vsus, ff. de procur.* siue reuocabilis, *Barbat. in rub. de rebus eccles. non alienand. num. 49.* vbi præterea
53 agit quid dicendum, si reuocationi † sit addita pœna, & iurans non reuocare procuratorem, possit illum reuocare, licet fiat periurus, *glos. in cap. final. verb. reuocatus, de procur. in sext. cum alijs congestis à Serafin. de iurament. priuil. 75. num. 7. Bal. in l. 1. C. de act. & oblig. n. 19.*

54 Ampl. præsertim † re integra, id est si a procuratore non sit lis contestata, vel partem debiti ille non recepit virtute mandati, vel idem denunciauit debitori ne mandanti solueret, stante mandato sibi dato in rem propriam. arguendo a contrario sensu, *l. 3. C. de nouat. vt tacite dixit glos. in l. ficut, §. si procurator, ff. quib. mod. pignus vel hypoth. sol. verb. hanc exceptionem, circa med. Bald. in l. mutare, §. plane, ff. de proc. num. 2. circa med. & in l. 1. C. de action. & oblig.*
55 *nu. 19.* non enim differt procurator † in rem suam a cessionario, vt ex *Spec. voluit* Caldas *de empt. cap. 4. nu. 225.*

56 Ampl. præsertim † in procuratore ad iudicia, vel negotia, quia cum illius vsus sit voluntarius, potest quandocunque reuocari. *Dec. conf. 521. Consultus, nu. 15. vers. secus.*

57 Ampl. præsertim † vbi clausula constitutionis procuratoris in rem propriam est posita in accessorijs contractus, & respicit executionem illius, nam dicitur apposita de stilo notarij, potius quã de voluntate mandantis. *Dec. conf. 521. consultus num. 16. vers. quarto.*

58 Limit. vbi cum † constitutione procuratoris, simul sunt mandatario cessa iura mandantis, nam non possunt alteri cedi, & si cedantur non valet cessio. *Iac. de Arena. in l. non quocun que, §. qui Caium ff. de legat. 1. quem sequitur Bald. in l. mutari, §. plane, ff. de procur. nu. 3.*

59 Limit. vbi quis fuit † constitutus procurator ex necessitate, qualis est qui fuit constitutus virtute contractus præcedentis, quem dominus etiam inuitus constituere debet, *l. si quis in rem, ff. de procur. l. Modestinus, ff. de solut. l. cum is, ff. de fideius. per qua iura ita firmat Bal. in l. 1. C. de action. & oblig nu. 19. Dec. conf. 521. consultus, n. 15 vers. vltimo. Rub. in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc.* concludens mandatum omne necessarium, non extingui morte mandantis, nec mandatarij, *num. 19.*

60 Limit. si ex reuocatione † sequatur præiudicium tertij, cui ex tali procuratoris constitutione fuit ius quæsitum. *Dec. conf. 521. consultus, n. 16. vers. allegata supra.*

Limit. vbi clausula constitues procuratorem in rem propriam est posita in executiuis contractus. *Dec. conf. 521. consultus, nu. 16. in fin.*

---

§. XX.

SVMMARIVM.

Obligatio quid sit. 1. *vnde deriuatur,* 2. *est stricti iuris, & quare.* 6

Debitor, est quodammodo seruus creditoris. 3. *Si quis tali nuncupetur nomine, afficitur iniuria.* 4. *est persona infelix.* 5.

Iniuria afficitur qui nuncupatur alicuius debitor. 4

Pactum quod debitor non possit liberari nisi arbitrio creditoris, non valet. 7

Procurator sine speciali mandato non potest mãdantem obligare. 8. *Ampl.* 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *Limit.* 18. 19. 20. 21.

Mandato speciali opus est ad iurandum. 10. *Limit.* 11.

Syndicus Capituli, vel oppidi, an ad obligandum Capi-

Capitulum vel vniuersitatem, egeat speciali mandato. 13

In solidum obligantur qui institorem negociationi praposuerunt. 22

Ex obligatione alterius nemo obligatur. 21

1 OBligatio cum sit † iuris vinculum, quo quis necessitate astringitur, ad aliquid dandum, soluendum, faciendum, præstandum ve iuxta ciuitatis Romanæ iura. *§.1.inst.de*
2 *obligat*. & denominetur † a verbo *obligo*, quod idem est, ae vincire sponte, vel coactè. *l.3.& seq.ff.de action. et obligat.* propterea eum quis
3 obligatione constituatur quodammodo† seruus gillius, cui obligatur. *glos.fin.in l.3.C.de nouat. plos. in l.fideicommissa,§.si rem verb.non accitere,ff.de legat.3. Bart.in l.si constante, §. quoties, ff.solut. matr. num.5. Crotus in l.4. §.Cato,ff.de verb.obligat. lect.2. num.83. Auendan. de potest in scipsum,lib.2.cap.23.num.3.in fin. Salamon.prouerb.cap. 22. num.7.* Ideo merito *Herman.Barens.in tract.de libellis formandis,*
4 *libello 95. num.3.* dicebat † quem alteri iniuriã facere, vbi illum nuncupat suum debitorem, qui
5 ratione obligationis, qua alteri est astrictus, † infelix est, *§. cognoscunt, auth. de fideius.* & com-
6 munis est regula, quod obligatio tanquam† homini inimica, qui in sua origine creatus fuit liber, stricti est iuris, & quid in ea est omissum habetur pro omisso *l. quidquid astringendæ, ff.*
7 *de verb. oblig.* nec valet pactum † quod debitor non possit, nisi arbitrio creditoris se liberare. *Castr. cons.144.lib.2. num.1.in princ.*

Ratione itaque duri nexus, qui gignitur ex valida obligatione, vt est demonstratum, ac quia alteri per alterum iniqua conditio non debet, nec potest inferri. *l. non debet, ff. de*
8 *reg. iur.* tuto † est concludendum, neminem obligari per procuratorem, nisi habeat ille speciale mandatum ad obligandum. *Couar. in cap. quamuis de pact. in sext.part.1. §.5.nu. 8. in princ.Paris.cons.115. lib.1. num.18. & seq.* vbi pluribus similibus comprobat.
9 Ampl. etiamsi is procurator † esset filius, vel consanguineus eius, quem sine speciali mandato obligauit. *l.filius paciscendo, C. de pact.*
10 Ampl. præsertim si † obligationi apponatur iuramentum. *Couar. in cap.quamuis de pact.in in sext. part.1.§.5. num. 8.in princ. Ias. cons. 118.omitto lib.1.num.29.* concludens quod li-
11 cet ad iurandum sit opus speciali mandato, † si tamen mandans erat solitus iurare contractum similem, poterit procurator absque alio speciali mandato iurare.
12 Ampl.præsertim † titulo fideiussionis, vt dixi *supra cap.7. §.4. nu.107.* & comprobari potest ex dictis a me *de laudemio, lib.3. quaest.28,* vbi egi, an fideiussionis causa sit debitum laudemiũ.
13 Ampl. in quocunque † qui aliena negocia tractat. *Paris.cons.115. Viso processu, lib.1.nu. 18.& seq.* vbi refert exemplum tutoris, & similium. *Menoc.* loquens de Syndico vniuersitatis. *cons.708. causa num.41.* & de Syndico Capituli, vel Collegij, *Ias. cons.118. omitto, lib.1. num.28.*

Contrarium in Syndico Ciuitatis, vel Castr tenet *Ias.cons.118. omitto lib.1.num.28.* & late *Capic. decis.5. num.1.* vbi plurea refert consentientes.
14 Ampl.præsertim ad† obligandum in forma Cameræ Apst. vel alio pacto habente paratam exequutionem. *Tiraquel de retract. lignag. §. 29. glos.fin. num.2.* & dixi *supra cap. 7.nu.42.* & comprobatur ex dictis *à me de laudemio, lib. 1.q.43. num.28.& seq.*

Limita in procuratore ad vendendum, quia illam potest apponere, si solita sit apponi, vt dixi *supra cap. 7.§.4. nu. 21. et de laudemio lib. 1. quaest.43. num.30.*
15 Ampl.etiam † si defensorio nomine tueretur partes eius quem obligare velit. *Paris.cons.115. Viso processu lib.1.num.19.*
16 Ampl. etiam si is, qui alium † obligauit, fiat hæres deinde obligati, si ille ex obligatione nihil receperit. *Bart.in l.filius fam. 22.ff. de solut. num.1.vers.quandoque,* eam afferens rationem, quia quæ ab initio non valent, non conualescũt ex extrinseco accidenti. & obligatio non potuit radicari in persona defuncti, quam obligans nũc repræsentat. *l.si seruo 20.ff.d qui & a quibus l. rem alienam,41.vers.non est idem dicendum, ff. qui & a quib. Ias. in l.filius, C.de pact.n.5.* vbi relatis quę videbantur obstare, resedit in hac sententia; quam credo veram, si non acceptauit hæreditatem eum beneficio legis & inuentarij; secus e contra, si hæreditas non sufficiat ad extinguendam obligationem.
17 Ampl.etiamsi quis † emat alieno nomine, & emptio esset vtilis ei, cuius nomine fit emptio, vt dixi *de laudemio, lib.1i. quaest. 22. artic. 1. num.15.*
18 Limit. vbi is qui alium † obligauit, aliquid ideo receepit, fiat illius hæres, nam tunc qui aliũ obligauit remanet ipse obligatus, & non potest excipere de nullitate obligationis. *Bart. in l. filius famil.22. ff. de solution. vers. quandoque liberauit.* & probatur expresso textu *in l.cum vir,ff.de vsucap.* vbi venditor rei dotalis, vel furtiuæ, non potest venditionem impugnare, si fiat hæres mulieris, vel domini rei furtiuæ.
19 Limit. vbi quis obligat † alium occasione rei communis, sibi, & obligato. *Bart. in l.filius familias, 22.ff.de solut.in fin.*
20 Limit. in institore † *l. 1. ff.de instit. action.* quia perinde est ac si is, cuius nomine facta est obligatio, se obligasset, & eum eo esset contractũ. *§.fin in fin.instit.quod cum eo, qui in alien. potest.at. l.prætor ait, §.sed si seruus ff. de edend.* nam vt inquit *Cast in rub.C.de exercit. action.*
21 hic est vnus ex casibus, † quo ex aliena obligatione quis obligatur. Ideo si quis sit plurium
22 † institor, omnes in solidum obligantur. *l.1.et 2.C.de exercitor. vbi glos.*

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

Executio est inualida si fuit facta in vim iurium quæ non sint in forma probanti. 1. *& quare.* 2. *Ampl.* 4.5.6.7.8.9.10.12.13.14. *Limit.* 11.10.
Sententia est iustificanda ex eisdem actis. 16. *& quare, ibid & 17. Ampl.* 17.18. *Limit.* 20.21
Captura inualida non fit valida ex iuribus deinde productis. 18
Clausulæ si quid exequendum, virtus. 19
Instrumentum nullum quando exequendum, si semel fuerit executum. 21.22. *quando omnia capita nullitatis illius opponenda.* 23

1 OCtauo aduertendum erit, an instrumentum, vel iura, quorum probatione lata fuit sententia & facta exequutio, sint † valida, & in forma probanti; nam si illa fuerint inualida, nec probent, exequutio facta reuocatur, & facienda retardatur. *Roman. conf.* 42. *Marsil conf.* 38. *& 49. cōcludit Rebuf. in commentar. de litter. obligat. ar.* 1. *glos.* 9. *num.* 4. *et art.* 2. *glos. vnic. nu.* 34. *Corn. conf.* 93. *quia causa lib.* 5. *num.* 2. *Cagnol. in l. librarius, ff. de reg. iur. num.* 38.

2 Ratio est, quia non esse, & inualide † esse, ac non facere, & nulliter facere, sunt paria. *l. quoties ff qui satisdar. cogant l. non putauit, §. non quauis ff. de bon. poss cont. tab §. ex eo autem, inst. quib mod. testam infirm.* Nec quod est in-
3 ualidum in principio † & radice, facere potest validam sequelam *l. 2. § qui habet ff. de seruit. rustic præd. Rom. in l. si aliquam rem, ff. de acq. poss. ff. num.* 3. *circa med. & conf.* 42. *nu.* 3. *vers. secundo, Rebuff. in comment. de litter. oblig. ar.* 2. *glos. vnic. num.* 34. *Bald. in l. etiam C. de execut. rei iud. num.* 3. qui plures rationes refert.

4 Ampl. præsertim vbi instrumentum, † cuius virtute facta fuit vel tentatur fieri exequutio, est nullum ex defectu solemnium illius, quæ quia plura sunt; ideo illa subdam §. 1. *& seq.*

5 Ampl. idem dicendum † si sententia exequuta, vel exequenda fuit lata ex examine testium inualido, vt dicam *§. 25. & seq.*

6 Ampl. etiam vbi sententia † lata fuit ex instrumento, cui testes instrumentarij contradicunt, *vt dicam* §. 11.

7 Ampl. etiam vbi sententia † fuit lata ex instrumento reprobato depositione quinque testium, vt remissiue dixi *infra* §. 22. *vers. et an testibus.*

8 Ampl. etiam si instrumentum† esset vallatum obligatione Camerali, vel Guarantigia, vel Statuto disponente contra illud, vel nullam, vel aliquas tantum exceptiones opponi posse. *Rom. conf.* 42. *Marsil. de fideiuss. num.* 104. *in fin. Rota relata a Zacchia de obligat Cam. decis.* 36. *Galg. ad Statut Vrbis lib.* 1. *cap.* 179. *fol.* 408. *vers. et etiam sciendum. Scaccia de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 76. *Ruginel. de appellat. §.* 2. *cap.* 3. *verb. oblig. Cameralis num.* 146. *Honded. conf.* 17. *num.* 5. *lib.* 2. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 33. *Caldas quæst.* 36. *num.* 3. *in fin.*

9 Ampl. etiam vbi instrumentum est nullum ratione personæ, cum qua fuit stipulatum, vt puta quia minor, filius fam. ex Statuto Vrbis id vetante prodigus, cui esset bonis interdictū; amens, vel alio morbo, vel vitio correptus, quo impediebatur contrahere. *Cast. in l. 1. ff. de constit. pecun.* quem sequitur, & pluribus comprobat *Marsil. conf.* 64. *plura profecto num.* 19.

10 Ampl. præsertim, si nullitas † colligatur ex ventre ipsius instrumenti. *Rom. conf.* 42. *num.* 3. *circa fin. vers. vt ex facie instrumenti. Capic ius decis.* 29. *num.* 2. *Afflict. de eis.* 160. *Rot. decis.* 5. *et* 6. *de fid. inst. in antiq. Marescot. resolut.* 121. *lib.* 2. *num.* 33. *in fin. et seq.* concludens instrumentum esse nullum, quia ex illius lectura non apparebat de loco vbi fuerat stipulatum, vt dixi *infra*, nec subscriptum a iudice iuxta stylum Curiæ Neapolitanæ: Limitando † si agatur de instrumento stipulato apud acta. *Vinc. de Frāc. decis.* 118. *num.* 7. *vers. obligationes, et num.* 8. *et seq. Thesaur. decis.* 29. *num.* 17. *vers. et ab hac.*

12 Ampl. vt simul debeat † instrumentum esse in forma probanti, id est habeat necessaria solemnia quæ refero §. *sequent.*

13 Ampl. vt Princeps de ordinaria † potestate sanare non possit nullitatem exequutionis, quæ fuerit facta in vim iurium, quæ sint inualida, vel in forma non probanti. *Abb. in cap.* 1. *de fid. inst num.* 1. *et Dec num.* 5. *vers. secundo.*

14 Ampl. etiam vbi instrumentum † fuit confectum a notario, qui non poterat rogari de illo, vt dicam *infra* §. 22.

15 Ampl. vt exequutio facta † ex instrumento inualido, non sustineatur etiam ex instrumento valido, quod non fuit productum, *glos. in l. Bebius ff. de pact. dotal. vbi Bald. num.* 2. *quem sequuntur M. lanens. decis.* 3. *num.* 10. *lib.* 2. *et Giurb. decis.* 10. *num.* 1. alios consentientes referendo, sicuti *et Milanens. decis.* 8. *lib.* 2. *nu.* 40.

16 Et ratio est, quia sententia † est ex eisdem actis iustificanda, non autem alibi desumptis, quia de illis iudex non cognouit, nec reus damnatus potuit aduersus illa se defendere. *Crauet. conf.* 840. *num.* 5. subdens *num.* 8. non sustineri
17 per clausulam, † ius & iustitiam ministrari, vel sola facti veritate inspecta. *Giurb. d. decis* 10. *n.* 6 addit idem dici de generali clausula omnium actorū, & iura producta sunt pars formalis exequutionis faciendæ, & vehiculum ad ferendam sententiam, *Bal. in cap. cum super de caus. poss. in fin. Menoch. conf.* 390. *controuersa nu.* 35. *circa med. Martin. Monter. decis.* 25. *num.* 47. *et* 148 *Bald. conf.* 318. *ista lib.* 4. *num.* 4. *et seq.* conclu-
18 dens † capturam non validari ex ijs quæ deinde allegantur. *Milanens. decis.* 8. *lib.* 2. *numero.* 42. vbi ampliat etiam si in productione instrumenti inualidi esset apposita clausula, adiunctis alijs actis ad validitatem exequutionis facientibus. Hinc dicitur quod vbi Signatura Iustitiæ rescribit cum† clausula, si quid exequendum, non potest validitas, & iustitia sen-

tentiæ iudici[s] a quo, iustificari nisi ex actis antecedentis instantiæ, vt censuit *Rota coram Pampbilio in Romana census*, 4. Decemb. 1595. vt refert *Marchesan. de appel. commis. in caus. Cam. oblig.* §. 1. *& coram Otemberg. in Roman. grani*. 19. Nouembris 1607. vt refert *Marchesan. de commiss. appellat. in Saluian.* §. 2. & est commune Curialium assumptum, quod clausula, si quid exequendum, est verificanda ex eisdem.

20 Nisi instrumentum, † quod post factam exequutionem producitur, tenderet ad confirmandam iustitiam factæ exequutionis, nam de illo iudex posset rationem habere, quia tendit ad perfectionem eorum, quæ sunt facta, nec quid de nouo dicitur fieri, & est eadem, & continuata instantia & dispositio, vt late ratiocinantur duo acuti Siculi, videlicet *Milanens. decis.* 8. *part.* 2. *nu.* 42. *Giurba decis.* 10. *n.* 11. *&* 12.

21 Limit. vbi instrumentum, quod excipitur nullum, fuit alias plures, aut semel tantum exequutum, nam non retardatur interim facta, vel facienda exequutio; vt puta si agatur de annua præstatione, vel censu, nam antequam illud fuerit declaratum nullum, si probatur vnica solutio, non retardabitur illius exequutio. *Lancel. de attentat. cap.* 17. *part.* 2. *n.* 159. *&* 161. vbi id late comprobat: excepto casu quod adueniente
22 alio termino † solutionis faciẽdæ, lata fuisset sententia, qua instrumentum pronunciatum esset nullum. *Io. Imol. cons.* 130. quem refert & sequitur *Tusc. conclus.* 136. *nullitas*, *num.* 39. 40. *&* 44.

23 Singulare illud notandum, quod excipienti † de nullitate, non sat est dicere instrumentum esse nullum, sed præterea addendum est caput nullitatis, si vnicum fuerit, vel si plura sint, ea omnia exprimenda sunt; alias generalis exceptio non releuaret; vt puta, quod instrumentum sit nullum, quia careat indictione, vel loco quo sit stipulatum, vel rogatum a minus legitimo notario, vel confectum cum minore, & alias legitimam personam non habente contrahendi, vel alia concurrant vitia, de quibus *in sequent.* §§. vt concludit *Rebuf. in comment. de litter obligat. artic.* 1. *glos.* 9. *num.* 4. *& seq. plurib. Lancel. de attent. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 164. dum speciẽ nullitatis opponendam, & si non opponatur, exequendum esse instrumentum, refert.

§. I.

SVMMARIVM.

Instrumenti solemnia omnia non sunt iure expressa sed plura consuetudine, & praxi introducta. 1.

Instrumenti substantiale vnum est, vt in illo apponatur inuocatio diuini nominis Christi Saluatoris nostri, 2. *& quare*, 4. *Contrarium*. 5. *Concorda*. 6. *Ampl. primam opin.* 3. 7. *& referuntur dissentientes*, 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15.

Electio Prælati qualiter fiat. 12

QVia in principio huius octaui Capitis dixi retardari, ac reuocari exequutionem, si illa facta fuerit ex instrumento carente
1 necessarijs solemnibus, † quæ licet teste *Niconit. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunc. nu.* 103. *vers. circa*, non legantur lege fuisse expressa, nisi tria, auctoritate tamen prudentum, & consuetudine regionum plura sunt, & illa substantialia. *auth. vt præponat. nomen Imp. &* §. *illud auth. quib. mod. natural. efficiant. legitim. glos. l. generali*, 3. *C. de tabul. lib.* 10. *Spec. de instrum. edit.* §. 1. *glos. in l. iuris gentium*, 7. §. *quod fere*, *ff. de pact. Bart. in l. si quis ex argentarijs*, §. *si initium*, *ff. de edend. nu.* 6.

Ordine itaque referendo instrumenti substantialia, ex quibus si aliquod deficiat, corruit, in-
2 choando a dignioribus; Primum † substantiale erit, quod in illo legatur inuocatio Diuini Nominis Christi Saluatoris Nostri, teste *Bart. in l. si quis ex argentarijs*, §. *si initium in* 2. *lectur. num.* 7. *Spec. de inst. edit.* §. 2. *num.* 2. *Abb. cap.* 1. *de fid. inst. nu.* 3. *vbi Felin. nu.* 2. *& relati a Dec. ibidem num.* 15. *& seq. Fulgos. in procem. Cod. num.* 3. *circa med. vers. mihi autem*, *per textum in* § *si qua vero*, *auth. vt præponat. nomen Imp. Niconit. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunc. n.* 113. 118. 120. *& seq.* probando hanc inuocationem
3 non esse leuem, vt aliqui volunt, † & si fuerit omissa, vitiari instrumentum, probans id noua inductione *d.* §. *si quaero n.* 10. *&* 13. & com-
4 probari potest † dictis *D. Pauli ad Corinth. relatis in c. non licet & in c. penul. in fin.* 26. *q.* 5. nempe, *Omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & sumus*.

5 Contrarium, † quod non sit de substantia, nec vitiet, tenent *Bald. Imol. relati ab Alex. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. num.* 8. *in prin. vers. istam partem*, concludens *num.* 10. *in fin.* ita tenendũ, *& num.* 11. *et seq.* respondet obiectis; cuius dicta comprobat *Niconit. ibidem nu.* 103. *et seq.* probando eam esse leuem solemnitatem. *Hormanet. Detus ibidem num.* 9. *et seq.* dum prius *num.* 7. retulisset *Romanum* dissentientem, & illius opinionem comprobasset. *relati a Couar. practic. quæst. cap.* 20. *num.* 1. *in prin. et num.* 2. Idem sensit *Gratian. decis.* 1. *nu.* 5. *et seq.* & priuš dixerat *Reusner. decis.* 1. *lib.* 1. *nu.* 9. *et seq. Crot. in d. rubr. num.* 52. *in fin.* testans de communi, & *Niconitius num.* 15. concludens in iudicando, & consulendo non esse ab ista communi recedendum. *Viuius opin.* 382. *nu.* 4.

6 Contrarietatem hanc † conciliare tentarunt relati *ab Horman. Deto. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunc. num* 6. sed eam conciliationem idem ibidem improbat. *Abb. in cap.* 1. *fid. instrum. n.* 3 *et Felin. d. cap.* 1. *nu.* 2. *vers. sed dic. Dec. n.* 16. *et seq.* licet ipse teneat negatiuam.

7 Ampl. præsertim, † si de vniuersali consuetudine notariorum, vbi stipulatum est instrumentum, consuetum est apponi, *Niconit. in repet. rubr. ff. de nou. oper. nunc. num.* 127. *et seq.* vbi plures præterea consuetudinis effectus refert, *et relati a Crot. ibidem n.* 53. *Siluest. Aldobrand. in procem. Instit. n.* 2. *& seq. Surd. cons.* 187. *sidem nu.* 14.

num. 14. Nicol. Honthem. tract. de art. notariat. lib. 2. cap. 6. num. 18. & seq. testans ita sancitum fuisse a Maximiliano eius nominis Imperatore II. & ita seruandum a notarijs Romani Imperij, alias instrumentum est nullum. Viuius opinion. 382. num. 4. circa med. vers. sed attenta. Abb. c. 1. de fid. inst. num. 3. in princ. concludens stante tali consuetudine non valere instrumentum, cui desit diuini nominis inuocatio.

8 Contrarium † tenent Crot. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunc. num. 53. & seq. Bart. in l. si quis ex argentarijs §. si initium in secund. lectur. ff. de edend. n. 7. circa med.

9 Ampl. præsertim, vbi notarius † consueuit illam addere in alijs instrumentis, & in aliquo illā omisit. Surd. cons. 187. nu. 13. in fin. & nu. 14.

10 Ampl. vt generalis sit consuetudo † omnium notariorum apponere instrumentis inuocationem diuini nominis. Fulgos. in proœm. Cod. n. 3. circa med. vers. demum, addendo ita obseruari.

11 Ampl. etiam si instrumentum † stipuletur inter Christianum, & Iudæum. Fulgos. in proœm. Codic. num. 3. in prin. Abb. in proœm. decret. Gregorius, 2. nu. 16. Fel. in cap. 1. de fid. inst. num. 2. vers. & ista consuetudo. Crot. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunc. n. 24. Honthem. de arte notariat. lib. 2. cap. 6. num. 27. distinguit, an stipulatio instrumenti concipiatur in persona Iudæi, & tunc omissa, ne dum non vitiat, sed est omittenda, quia censetur facta in contemptum. Aut vero concipitur in tertia persona, & non potest omitti, citra vitium nullitatis.

12 Ampl. vt notarius ex tali omissione † præsumatur non sanæ conscientiæ, cum deficiat solidum fundamentum, a quo optimus consequitur finis, vt in simili olim præsumebatur contra eligētes Prælatum, non præmissa Missa de Spiritu sancto, & electione facta non subsequente cantu hymni DD. Ambrosij, & Augustini, Te Deum laudamus. Mandagot. de election. prælat. par. 1. cap. 19. addendo nunc esse de substantia electionis, vt celebretur Missa de Spiritu sancto, & eligentes Eucharistiæ sacramentum sumant; alias electio sit nulla, vt latius prosequitur Castellin. in tract. de election. canon. cap. 52. vers. octauo. Quare caueant electores, ne extrinsecus verbis satisfacientes legi, seu Canoni, iudicium sibi manducent, non enim irridetur Deus; qui quo tardius, eo grauius punit in eum peccantes. Nec alia addo, vbi ex his quæ vidi, audiui, & probauit exitus, latus dicendi pateret mihi campus.

13 Ampl. vt satis sit notariū † scripsisse in nomine Domini, licet non addiderit reliqua ad eam expressionem necessaria. Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs §. si initium. ff. de edend. num. 8. Felin. cap. 1. de fid. inst. n. 2. vers. & si diceretur.

14 Ampl. vt facta inuocatio † diuini nominis in principio protocolli, trahatur ad sequentia omnia instrumenta. Bart. in repetit. l. si quis ex argentarijs, §. si initium ff. de eden. n. 8. et n. 10.

15 Ampl. presertim in instrumentis † confectis de rebus & negotijs arduis, & perpetuis. Fol. in cap. 1. de fid. instrum. nu. 2. ex Spec. de instr. edit. §. 2. num. 2. in princ.

§. II.

SVMMARIVM.

Instrumenti substantiale est, vt in eo describatur annus Dominicæ incarnationis, quo fuit stipulatum, & quare 1. 8. *Contrarium.* 9. *Ampl primam opin.* 10. 11. 12

Annus magnus qui sit. 2

Annus alius lunaris alius solaris. 3

Annus quando incipiat. 4. 5. *quomodo supputetur* 6

Annus ceremonialis. 7

Anni expressio si discordet ab indictione, error potius præsumitur in expressione indictionis, quā anni, & quare. 13

Annus appositus in principio protocolli censetur repetitus in sequētibus omnibus instrumētis. 14

Seruitus est tota in toto & tota in qualibet parte. 15.

Instrumentum sine die quando validum. 16. *si in vno sit annus, & mensis, in alio annus tantum, præfertur habens mensem, & annum.* 17

Instrumenta duo si exhibeantur vnum sine die, aliud cum die, præfertur habens diem. 18

Instrumentum sine expressione anni quando vitietur. 19

Post Diuini nominis inuocationem, vt in futurum constet, quo tempore fuerit stipulatum † instrumentum, subsequi debet annus Natiuitatis D. N. Iesu Christi, quo notarius fuit rogatus: temporis enim annotatio lux est veritatis, & tanquam viuentis lingua posteris profert rerum gestarum fidem, non enim apud eos veritatis ratio vlla haberi potest, si penes illos non conueniat temporum series. Et omissis quæ † de Anno Magno disputant multi, vt referunt Censorin. de die natali cap. 18. Domin. Arumeus, decis. fin. lib. 2. num. 9. & seq. aduerto multum variasse homines in dinumerandis temporum curriculis; alijs illa metientibus iuxta † Lunæ, alijs iuxta Solis cursum, constituentes annum in duplici differentia, Lunarem vnum nuncupantes, alium Solarem: non conuenientes pariter † in illius exordio, censentibus aliquibus annum inchoandum a verno æquinoctiali; alijs a Solstitio æstiuo, alijs a Calendis Ianuarij, alijs a die vigesimanona Augusti, alijs a Calendis Octobris, alijs sine initio vagantibus, vt Turcæ cum suis Hegiris, alijs eundem solis cursum † diuidentes in quatuor partes, vel tres, annum constituerunt tribus, vel quatuor mensibus, prout sibi commodius fuit id facere, vt refert Alex. ab Alexand. genial. dierum lib. 3. & ibidem Tiraquel. Laurent. Bochet in suo IC. Christiano. Caluis. in sua Chronolog. cap. 2. & sequent. Polidor. de rer. inuent. lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 7. cap. 48. Macrob. lib. 1. cap. 8. Gell. lib. 3. cap. 16. Couar. var. resol. lib. 4. cap. 18. Lyl. Gyrald. in lib. de Ann. & mensib. Scaliger. de emendat. temp. lib. 1.

Sicut dissensere, & dissentiunt nationes in diui-

diuisione & initio anni, sic non fuit vna omni-
6 bus temporis † supputatio: siquidem Hebræi a diluuio Noe, vel à mundi origine computarunt: Græci per Olympiades. Macedonen. & Hispani, per Aera: alij per lustra, vel secula. Romani quandoque ab Vrbe condita, quandoq; à Consulibus, quandoque per clauos, vel Consules à felici exitu pugnæ, vt puta Punico bello primo, vel secundo, vel ab Attiaca pugna, & similibus: & Christiani annum alij incipiunt ab Incarnatione, alij à Natiuitate, alij à Circumcisione Domini Nostri Iesu Christi. *Bart. in repet l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num. 9. Alex. Sard. de moribus gent. lib. 2. cap. 25. Dec. in cap. 1. de fid. instrum. num. 21. Dec. cap. 1. de fide instr. num. 20. vers. & ideo Scaccia de iudicijs lib. 2. capit. 11. num. 190. & seq. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 1. & seq. Gothofred. ad auth. vt præponat. nomen Imp. Nicol. Hontem. tract. de arte Notariat. lib. 2. cap. 7. num. 16. & 16. & seq.* vbi refert ab aliquibus annū inchoari à Natiuitate, ab alijs ab Incarnatione, ab alijs à Resurrectione Domini, alijs à Calendarijs Ianuarijs detractis, vel nō detractis diebus deceꝫ iuxta Calendariū Gregorianum: alijs à festo S. Ioannis Baptistæ ad festum eiusdem Sancti, appellantes eum annum
7 ceremonialem, seu verius pensionarium, cum hisce festis communiter soluantur pensiones impositæ Pontificis Summi actoritate super beneficijs ecclesiasticis.

Cum itaque tempus stipulationis instrumēti sit in illo exprimendum, quatuor insurgunt difficultates: prima circa annum, secunda circa diem, tertia circa horam, quarta circa mensem. Agam hic de secunda, & de reliquis insequentibus §§.

8 Et quod sit exprimendus annus Dominicæ † incarnationis apud Christianos, voluit *glos. in cap. inter dilectos, verb. indictionis, de fid. inst. Specul. de inst. edit. §. num. 4. in fin. & §. 9. n. 3. Dec. in cap. 1. de fid. inst. num. 18. Barbat. relato Specul. in repet. rub. de fid. inst. num. 42. Lanfranc. de probat. cap. de product. instrum. n. 9. Couar. pract. quæst. cap. 20. nu. 1. vers. primū, & num. 2. vers. secundo, & vers. tertio, Castr. in proœm. Cod. Mascard. de probat. qu. 6. n. 82. Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num. 9. glos. in auth. vt præpon. nom. Imp. verbo auctore, Abb. in proœm. decret. Gregorius el 2. n. 14. circa med. Angel. consf. 220. in princ. Dec. c. 1. de fid. instrum. n. 18*

9 Contrarium † tenent *Abb. Dec. & reliqui relati, Couar. pract. quæst. cap. 20. præter à n. 2. in princ. & Nicol. Hontem. de arte notar. lib. 2. cap. 7. num. 2. & seq.* vbi refert diuersas prouinciarum consuetudines in designando anno, seu tempore quo quid fuerit actum.

10 Sequendo *glos. opin.* eam † ampliabis præsertim si adsit consuetudo, vel Statutum, quod talis fiat expressio. *Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 2. in princ.* addendo stante consuetudine, vel Statuto, instrumentum esse nullum, nisi fiat talis expressio, & ita cautum esse apud Hispanos. *glos. auth. vt præpon. nom. Imp. verb. auctore, Abb. cap. 1. de fid. instrum. num. 1. vers. secundo.*

11 Ampl. quod si expressio anni † Dominicæ Incarnationis fuit omissa, instrumētum sit nullum *Specul. de instrum. edition. §. 2. num. 4. in fin. glos. auth. vt præpon. nom. Imp. verb. auctore, Couar. practic. quæst. cap. 20. num. 2. in princ. vers. nec enim, & vers. potissime*, addendo ita caueri lege Hispaniæ.

Contrarium deficiente consuetudine, tenet *Felin. in cap. 1. de fide inst. nu. 3.*

12 Ampl. vt non sit valida † contraria consuetudo. *Rot. decis. 6. de consuet. in antiq.* & dixi *infra* §. 3. vbi egi de expressione diei.

Notandum tamen, quod deficiente consuetudine super tali expressione, sufficit aliud addere, per quod concludatur certe ad tempus stipulationis, vt apud antiquos designabatur per Olympiades & reliqua *supra relata, vers. si-*
13 *cut.* Et si † expressio anni Domini discordet ab indictione, error potius præsumitur commissus in expressione indictionis, tanquam minus notæ, & quotidianæ, quam anni Domini, de quo millies in die contingit sermo. *Bart. in l. si librarius, 92. ff. de regul. iuris num. 6. et. 7.* quem sequitur ibidem *Gul. Mayner. numer. 39.* addendo *num. 31.* correctionem faciendam ex de ereto iudicis. *Ias. in repetit. l. admonendi, ff. de iureiur. num. 166.* vbi refert dissentientes. *Couar. testans de communi var. resol. lib. 1. ca. 12. num. 7. in fin.* & late *Surd. consf. 390. n. 33. Bald. in l. Imperator, ff. de stat. homin. num. 5. & 6.* & limitaui *infra, §. 7. vers. singularia.*

14 Si tamen notarius in principio † protocolli apposuit annum, quamuis in sequentibus instrumentis non exprimatur, censetur repetitus in omnibus, quia respicit omnia sequentia, vt
15 in simili dicitur de seruitute, † quæ est tota, in toto, & tota in qualibet parte. *Bart. in repet. in l. si quis ex argentarijs, § si initium, ff de edend. num. 7. circa fin. & num. 10. Mascard. de probat. quæst. 6. num. 83. et seq.* addendo, quod
16 si in exemplo instrumenti tradito parti † sit omissa dies, non ideo vitiatur instrumentum, sed est firmum, si in protocollo reperiatur apposita. *Lanfranc. in praxi de probat. cap. 9. de product. instrum. num. 35.* dum prius idem dixisset de quocunque solemni requisito ad validitatem instrumenti.

17 Si duo exhibeantur instrumenta, † quorum vnum habeat tantum annum, aliud habeat annum, & mensem, præfertur habens mensem. *Plaza de delict. lib. 1. cap. 39. num. 22. Cassad. decis. 4. num. 6. super regul.* quos refert *Gonzal. in §. 3. proœmial. ad regul. 8. num. 108. et seq.* ad-
18 dendo idem dicendum si exhibeantur † duo instrumenta eiusdem mensis, vno cum die, & alio sine die: quod tamen limitaui *infra* §. 4. *Mascard. de probat. conclus. 1228. prioritas num. 24. Dec. l. in ambiguis, 86. ff. de reg. iur. num. 3. circa med.*

19 Si annus non sit expressus in instrumento, nō ideo vitiatur, si fuit annotatus in matrice. *Lancell. de attentat. part. 2. cap. 20. ampl. 27. nu. 2. et 3.* vbi idem dici vult de die, indictione, & Pontificatu.

§. III.

§. III.

SVMMARIVM.

Dies quando incipiat. 2.5.6.7.11.12
Fur diurnus, et nocturnus. 3
Diei si fiat mentio à Statuto, exclusa est nox. 4
Nocte fieri non possunt, quæ in die sunt facienda. 7. *Iudex de nocte non impartitur officium suum, et sententia tunc lata est nulla.* 8. *fieri possunt contractus.* 16
Creditor an cogatur recipere solutionem noctis tempore. 8
Operas suas, qui locauit diurnas, non obligatur laborare noctis tempore, 9. *et quare* 10.
Dies duplex. 13
Lucem qui odit male agit. 14. *et quare ibid.*
Beneficij collatio an fieri possit noctis tempore. 15.
Contractus fieri possunt nocte. 17
Testamenta fieri possunt nocte adhibitis tribus luminibus. 15. *et quando* 18.19
Instrumenta fieri non possunt noctis tempore. 20
Instrumentum continere debet diem, qua fuit stipulatum. 21. *Ampl.* 22. 23.24. 25. 27.30. 31. *Limit.* 32.33.34.35.37.38.
Dies exprimitur diuersis modis in instrumentis. 36
Instrumentum sine die, quando sustineatur. 37. 38.39.40.
Notarius quando possit addere, vel detrahere; seu corrigere instrumentum de quo fuit rogatus. 41. *rogari potest die festo de instrumento.* 42. *Contrarium.* 43
Testes iurare non possunt de veritate dicenda die feriata. 47. *Limit.* 49
Certum esse per se, vel per relationem ad aliud, sunt paria. 46
Testes non iurant feriatis diebus. 49. *Ampl.* 48. *Limit.* 46. 49.50.51.52
Testes examinari possunt die feriata, si iurauerint die non feriata. 49.50.51.
Cap. 1. *de ferijs. Limitatur.* 46. *declaratur* 52
Feriatis diebus, quæ fieri non possunt in iudicio, extra. 53
Testamenta, & contractus fieri possunt noctis tempore. 54.
Dies stipulationis instrumenti, qualiter scribenda. 55
Instrumentum publicatum sine die si in matrice sit apposita dies, an probet. 56
Dies an exprimenda in scriptura priuata.
Instrumentum si fuerit in aliquo cancellatum, et in margine sine die dicitur delatum de consensu partium, an probet. 58
Notarius, an possit addere instrumẽto diem omissam. 59
Consuetudo contra substantiam actus non valet. 28
Dies apposita primo instromento protocolli censentur repetita in sequẽtibus. 60. *Ampl. ibid.*
Dies conclusionis contractus, non autem tractatus est exprimenda. 61. *Ampl. ibid.*
Instrumentum stipulatum noctis tempore, quã die dicatur stipulatum. 62. *et* 63.

POst anni expressionẽ, vt firmior pateat veritas gestorum, addendum est instrumento,
1 qua die † fuerit illud stipulatum: & omissa
varietate circa diei constitutionem, volentibus
2 alijs inchoari oriente † sole, & deficere eum sole, nulla noctis habita ratione, iuxta illud *Ge-*
3 *nes. cap.* 1. hinc furis nocturni † & diurni distinctio, *cap. si perfodiens. de homicid. l. furem, 9. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. si pignore* 54. §. 2 *ff. de furt.* & volente Statuto aliquid fieri † de die, non satis esse, si fiat noctis tempore, *Cast. Rom. et Ias. in l. more Romano, ff. de ferijs, Clar. §. fin. quæst.* 82. §. *Statutum, 9. num.* 4. latè declarans quando quid dicatur factum nocte, vel die, Ec-
5 clesiastici † incipiunt diem ab horis vespertinis vigiliæ, & continuant ad vesperas diei sequentis inclusiue: idem obseruan. in recitandis diuinis officijs, & concedendis innulgentijs, ex thesauro ecclesiæ, nisi aliud more regionis, vel tenore diplomatis Pontificij caueatur. *capit.* 2. *de ferijs, cap. literas,* 13. *de temp. ordin.* vbi *glos.*
6 *& Doctores:* alijs † aliud diei initium, & finem esse, vt referunt *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 11. *nu.* 1. *& seq. pluri b. Censorin. de die natali, cap. de diebus,* & per decem conclusiones declarat *Tabiena in summa, §. dies, Cotta in suis memoral. §. diem, & Clauius in gnomonic. cap. de quadruplici horarum varietat. vers. porro. fol.* 6. *Scaccia de iudicijs libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 294. *et seq.*

Licet more Romano dies incipiat à media nocte, & duret vsque ad aliam mediam noctẽ
7 † incluso toto tempore, quo sol zodiacum illustrat. *l. more Romano ff. de ferijs,* regulariter tamen fieri non possunt de nocte, quæ fiunt de
8 die. Inde dicimus iudicem † de nocte non obligari impartiri officium suum; sententiam ab illo prolatã noctis tempore esse nullam; creditorem non cogi eo tempore recipere solutionem, nisi aliud fauore rei, vel pœnæ euitandæ causa
9 sit sancitum; operas suas diurnas qui † locauit occidente sole, non est vlterius obligatus illas præstare. *Ias. & reliqui in l. more Romano, ff. de ferijs. Zas. lib.* 1. *singul. respons.* 3. *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 2. *glos.* 11. *num.* 7. *& seq. pluribus. Cotta in suis memoral. §. diem,* vbi præ-
10 terea late inquirit rationem, † quare more Romano, ita fuerit receptum: & noctis, ac diei di-
11 midium inchoatur † a sexta hora, vt post illum prosequutus est *Polid. Ripa de nocturn. temp. cap.* 3. *n.* 10. Cum tamen in indueijs belli Alexãder III. in Concil. Lateranen. relatus *cap.* 1. *de*
12 *treuga, et pace,* constituerit † diem inchoare
13 ab occasu solis. Dies etiam alius est, † artificialis, qui habet horas duodecim non æquales secundum circulum æquinoctialem, sed inæquales iuxta ascensiones zodiaci per sex gradus Alius naturalis, qui est integrum spatium horarum vigintiquatuor *Polidor. Ripa de nocturn. temp. cap.* 3. *numer.* 5. *&* 17. nulla noctis

ctis habita ratione; quare si notarius rogetur de instrumento noctis tempore, & de die tantum faciat mentionem, non committit falsum. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos.* 11. *num.* 3. *& seq.* Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 3. *quæst.* 294. *et seq.*

Quamuis dixerim regulariter non fieri nocte, quæ licet facere in die, non ideo volui dixisse nullum actum, contractum, vel quasi, non posse fieri noctis tempore, quia non leuis insurgit
14 contra illum suspicio iuxta illud, Qui † male agit odit lucem. *cap. perniciosam.* 18. *q.* 2. tenebræ
16 enim † magnum præstant adiumentum ad fabricandum falsum. *l.* 1. *§. si mulier, ff. de vent. inspic.*
16 quare non bene olet † collatio beneficij ecclesiastici nocturna, *cap. vt nostram, vt eccles. benef. confer. glos. cap. consuluit, de offic. deleg.* licet *Menoch. relatis Sylua, & Felin. de arbit. cas.* 48. *num.* 22. sine distinctione velit collationem beneficij fieri posse.

17 Attamen noctis tẽpore fieri possunt † contractus trãsactiones testamẽta, appellationes interponi, adhibita tamen maiori diligentia, ne in personarum, & rerum qualitatibus contingat notarium, vel testes errare, vel decipi, adhibi-
18 tis duobus † vel tribus luminibus. *l.* 1. §. *tria lumina, ff. de vent. inspic. Bart. & Ias. in l. nõ minorem, C. de transact. Petr. Rauen. singul.* 459. *addẽtes ad Mathesil. singul.* 124. *Nota quod licet, num.* 3. *Menoc. præsumpt.* 12. *lib.* 4. *n.* 5. *Honded. cons.* 47. *stante vol.* 2. *num.* 6. *& seq. Surd. cons.* 158. *testamentum, num.* 6. *& seq. et* 16. *et seq. Polid. Ripa de noctur. lun. temp. c.* 147. late agit quando requirantur tria, & quã-
19 do sufficiat vnum, & istam † vminum solemnitatem non esse necessariam, late defendit *Nicol. Hontem. de de arte notariat. lib.* 2. *ca.* 11. *nu.* 20. *& seq.*

Contrarium, quod de nocte, non possint fieri
20 † instrumenta, nisi ex causa vrgenti, voluit *Felin in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 9. & notarium cauere debere à rogitu instrumentum de nocte voluit *Dec. d. cap.* 1. *num.* 64. *& seq.* dum prius dixisset quod rogitus debet esse publicus, declarando, quando dicatur talis.

Dies itaque cum sit exprimenda in stipula-
21 tione † instrumenti, §. *sancimus, vers. diem auth. vt præpon. nom. Imperat. Badl. l.* 2. *ff. de ferijs num.* 2. *glos. in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. *Couar. testans de commun. pract. quæst. cap.* 20. *num.* 2. *vers. quarto. Rota decis.* 6. *de cõsuetud. in antiq. num.* 2. *Lanfranc. in praxi cap. de product. instrum. n.* 7. *Specul. de instrum. edition.* §. 2. *num.* 7. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, ff. de edend. num.* 16. *glos. l.* 1. § *editiones, verb. dic et consule, in fin. et verb. summa, ff. de edendo. Summ. art. notariat. to.* 2. *c.* 1. *vers. vide Ias. Felin. cap.* 1. *de fid. instr. nu.* 8. *Spec. de instr. edit.* §. 2. *num.* 1. *et* §. 9. *num.* 3. *Dec. cap.* 1. *de fide instrum. n.* 26. *Bero. cons.* 1. *lib.* 2. *num.* 53. *relati à Guid. Papa decis.* 582. *reperitur, num.* 1.

Ampl. quod si instrumento non sit apposita
22 † dies, illud sit nullum, §. 1. *auth. vt præpon. nomen Imper.* §. *ad hæc. auth. quibus mod. nat. offic. legitim. l.* 1. *C. de oper. pub. lib.* 10. *l.* 3. *C. de diuers. rescript. Spec. de inst. edit.* §. *instrum.* 9. *num.* 4. *et* §. 9. *nu.* 4. refert dissentientes, & concordat, sicuti & *Guid. Papa decis.* 582. *reperitur, num.* 1. *vers. In contrarium, et ibidem addentes late.*

23 Ampl. præsertim, vbi instrumentum † fuit factum de ijs, quæ aliter fieri non possunt, quã scripto. *l. contractus, C. de fid. instrum. Specul. de instrum. edit.* §. 9. *num.* 4. *Guid. pap. decis.* 582. *reperitur num.* 2. vbi refert plures actus, qui ad sui essentiam requirunt scripturam, quos latius congessi *in meis collectaneis, ad l. contrabitur, vers. et fine bis, ff. de pignor.*

24 Ampl. præsertim si agatur de prioritate. † *Ranchin. relato Angel. ad Guid. Pap. decis.* 582. *reperitur,* motus textu *in l. creditor l. qui potior. Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 33.

25 Ampl. vt non differat, an dies certa † exprimatur ex se, veluti die vigesimaquarta Iulij 1634. qua hæc scribo, vel per relationem ad aliud inuariabile, & certum, vt puta die festiuitatis S. Iacobi Apost. 1634. quæ celebratur crastina die, & idem dicendum de reliquis festis, quæ certa die mensis per annum celebrantur. Secus dicendum esset si is dies festus sæpius celebraretur infra annum, sed non eadem die, vel mense, vt dicitur de Paschate, quæ quater celebratur, nempe Epiphaniæ, Cœnæ Domini, Resurrectionis, & Missionis Spiritus sancti: &
26 ratio est quia paria sunt certum † esse per se, vel per relationem ad aliud. *l. certum, ff. si cert. pet. vbi Dec. num.* 3. *Aret. cons.* 28. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. Iud. quæst.* 68. *num.* 43. 52. *& seq. Surd. cons.* 378. *num.* 15. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs,* §. *si initium, ff. de edend. num.* 23.

27 Ampl. vt non valeret consuetudo † non apponendi diem stipulationi instrumenti. *Rota decis.* 6. *de consuet. in antiq.* ea ratione, quia aperiretur via mille fraudibus: & contra substan-
28 tiam † actus non valet consuetudo, dies autem est de substantia actus, vt prædixi, & dicam *infra vers. secundo, el* 1. *Couar. pract. quæst. cap.* 20. *nu.* 3. *in fin.*

29 Contrarium † tenet *Guido de Suzar. vt refert. Butr. in praxi decret.* §. 19. *in princ. Crauet. cons.* 216. *comparatio, num.* 4. *in fin.*

30 Ampl. vt sufficiat apponere † diem per relationem ad alium omni certitudine certum. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs,* §. *si initium, ff. de edendo, num.* 23.

31 Ampl. vt non possit suppleri, † seu addi a notario, cui sit commissa publicatio instrumentorum Notarij defuncti. *Natta cons.* 47. *nu.* 2.

32 Limit. vbi dies fuit † expressa in matrice, seu imbreuiatura, vt dixi. §. *præcedenti num.* 19.

33 Limit. vbi instrumentum † sit de ijs, quæ non requirunt scripturam. *l. penul. ff. de fid. instrum. l. contrabitur, C. de pignorib. Spec. de instrum. edition.* §. 9. *num.* 4. *Guid. Papa decis.* 581. *nu.* 2.

34 Limit. vbi instrumentum † conficitur de pactis, & conuentis in alia scriptura, quæ in illo inseritur, si in ea exprimatur dies. *Nicol. Hontem. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. Dubito

bito

bito tamen de veritate huius extensionis, præsertim si agatur de prioritate, considera tamen.
35 Limit. in testamento † inter liberos. *Alexan. cons.4.lib.7.num.*13. subdens idem dicendum ad piam causam. *auth. quod sine C. de testam. de* cuius intellectu dixi *in meis Collectaneis*.
36 Expressio autem diei diuersis fit † modis, vt puta Calendis, vel prima die Maij, vel secunda die intrante Maio, & sic de singulis, vsque ad decimam sextam inclusiue qua lapsa dicitur die decimaquinta exeunte Maio, & ita successiue vsque ad penultimam, & vltimam, & sic de singulis mensibus constantibus triginta & vna die: in reliquis habentibus tantum triginta procedit vsque ad decimamquintam cum nota instantis vel exeuntis mensis, *Spec. de instrum. edition. §.2. num.*7.

Relatis casibus, quibus in instrumentis est exprimenda dies, addenda sunt singularia aliqua. Primum est, quod si in exemplo instrumenti notarius non apposuit diem, quod † nihilominus
37 sustinetur exemplum, si collato originali reperiatur appositus, vt pluribus probat *Mascard. de probat. quæst.6. num,*83. *& seq. Lanfran. in prax. de probat de instrum. product. num.* 34. addendo idem dicendum de quocunque alio solemni requisito in instrumento, *Spec. de inst. edition. §.9. num.*8.
38 Secundo notandum est, † si notarius in imbreuiatura non notauit diem rogitus, si velit quod omisit addere, quia asserat recordari diem, quamuis *Natt. cons.*146. *num.*10. *vsque in fin.* prober affirmatiuam, distinguendum est, an ex appositione diei sequatur præiudicium alterius, quàm contrahentium, vt puta de prælatione crediti in actione hypothecaria & tunc non potest diem addere, nisi assertio notarij adsuuctur alia probatione & accedente iudicis de-
39 creto. Aut vero † non consequitur præiudicium, nisi contrahentium, & tunc sufficit sola notarij assertio. *Bart. in l. si librarius ff. de reg. iur.* quem sequuntur *ibidem Dec. nu.*6. *& seq.* aliam referens distinctionem *Cagnol. num.* 22. addendo idem quod dixi in primo capite, dicendum si copia instrumenti fuit data parti. *Gul. Mayner. ibidem nu.*15. addendo ex tali omissione non ideo vitiari instrumentum, probato quod negligentia, vel imperitia fuerit omissus, quamuis coram testibus fuerit expressus dies rogitus: aliã
40 *num.*29. addendo † distinctionem, an notarius compleuerit scripturam, illamque in mundum redegerit, vel an talis correctio fiat in continenti, vel ex interuallo: concludendo si vnus dies fuit appositus pro alio, non posse emendari errorem, nisi ille testibus, vel aliter legitime probetur, & idem dicendum de errore mensis. La-
41 te distinguit † *Bald. in vtraq. lectura l. Imperator ff. de stat. homin. num.*1. *& seq.* quando notarius possit corrigere, declarare, vel addere, vel detrahere scripturæ instrumenti: quod prius tradiderat *Spec. de inst. edit. §.9. num.6. & seq. & num.*13.

Secundo notandum, quod notarius potest die festo etiam solemni rogari de instrumento,
42 † nec dubitatur de illius validitate; sicut etiam si contractus fieret in ecclesia, quamuis contrahentes peccent, vt concludit *Thom. Massot. spec. notar. lib.4. specul.6. num.*12. quod prius dixerat *Cagnol. in l. si librarius, ff. de reg. iur. n.*76 *Surd. cons.*87. *num.*14, & ita vidi seruari in Vrbe tam a notarijs Cur. Capitolij, quam Cardinalis Vicarij. & Aud. Cam. Quidquid in contrarium
43 velit *Amanel. de claris Aquis singul.2. per textũ in l. fin. C. de ferijs.*
46 Tertio, quod quamuis in *cap.* 1. *de ferijs* † prohibeatur die festo, & Dominico præsertim, aliquod genus iuramenti præstari, excepto causa pacis vel necessitatis. Et per eum textum ita firmet *Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra, de probat. in prin. nu.*32. *& §. testium depositio nu.*12. *Surd. cons.*87. *Iure nu.* 15. concludens,
47 testes de veritate † dicenda non posse iurare die feriato in honorem Dei, quamuis possint illa die examinari, *& latius probat Viuius opin.* 992. *testis iurans*, subdens quæ dies feriata attendatur, an loci examinis, vel rei, vel actoris, vel delegati, Rectorem, qui iurat eadem die
48 seruare † Statuta, non obligari eo iuramento, & sine metu periurij posse contrauenire; addendo id notandum ad infirmandos contractus minorum, & donationes, quæ sine iuramento non valent. *idem repetens num.*17. *& cons.*122. *primo nu.*5. non relato *Ploto*, a quo ea omnia desumpserat, *in l. siquando C. de in litem iurand. nu.* 755. cui addo *Lamberteng. de contract. lib. §. fin.*
49 *nu.66. & seq.* limitando † in criminalibus, in quibus ad offensam, & defensam recipiuntur iuramenta testium. & in ciuilibus quoad examen,
50 si † illi die non feriata iurauerint; & secus esse si iurauerint die feriata, & deponant non feriata; nisi testes sint valetudinarij, aut de illorum morte vel absentia dubitetur. & ita iudicasse: &
51 quæ dixi de † examine testium faciendo die feriata, & iuramento non præstando die feriata, late prosequitur *Rulant. Ruger. tract. de commissar. par.2. lib.2. cap.*11. *& seq.*
52 Contrarium tamen † censuit Rota teste *Serafin. decis.*782. *Illustrissimus nu.* 8. vbi relatis qui testantur dispositionem *cap.* 1. *de ferijs*, esse de consilio in extraiudicialibus, & de præcepto in iudicialibus, addit qui testentur, eundem textum de consuetudine non seruari, contrariã opin. esse recentiorum non præferendam anti, quis Canonistis & in Vrbe Sum. Pont. solere præstare iuramentum officialibus die vltima anni, quæ a communiter accidentibus est septima dies hebdomadæ, quo Deus post perfectum mundi opificium quieuit.

Sunt præterea alij actus, tam iudiciales, quam
53 extra, qui fieri possunt diebus † feriatis in honorem Dei, vel ferijs repentinis, vel publicis vel rusticis, quos longum, & potius laboriosũ, quam ingeniosum foret, referre, & perquirere: ideo sat erit remittere ad dicta Doctorum in omnibus Rubric. Digest. *Cod. & extra de ferijs & ad Thom. Massot. specul. notar. lib.4. specul. 6.* referentem, qui id late præstiterint.

Illud non omittam, quod cum fieri possint
54 † contractus, & testamenta, de nocte. *l. non minorem C. de transact.* quod notarius rogatus potest

potest diem scribere, nulla noctis mentione habita, nec ideo punietur: tutius tamen esset, quod notarius describat horam noctis, quoad certo sciatur veri diei, præcedenti, an sequenti, actus attribuatur: verum attestante notario fuisse rogatum tali die de nocte nimis scrupulosa est *Bald.* diligentia, cum adsit attestatio notarij.

Et quod idem cauere debet, ne in expressio-
55 ne temporis, † tam anni, quam diei, vtatur arithmeticis characteribus, vel alijs numeris facile mutabilibus, aliquid addendo, vel detrahendo, vel mutando. Quare recol. mem. Gregorius Papa XIII. anno ab incarnatione 1578. die 14. Maij constituit quod in litteris apostolicis dictiones numerales per litteras, & syllabas scriberentur.

56 Singulare vnum notabis, quod † si notarius dedit exemplum instrumenti sine die, si imbreuiatura habeat diem, quod nihilominus exemplum probabit. *Lanfranc. in praxi, §. 9. num. 34.*

57 An autem in priuata scriptura † sit exprimenda dies. *Lanfranc. in prax. cap. 9. n. 48. Dec. in cap. 1. de fid. instrum. num. 25.* vbi distinguit.

58 Si autem instrumentum † sit in parte cassatū & in margine fuerit scriptum cancellatum per errorem, vel deletum de voluntate contrahentiū, & non sit apposita dies, *Bald. in rub. C. de fide instrum. num. 52.*

59 An notarius possit addere omissum † diem, si de ille recordetur, dixi *sup. nu. 38.*

60 An autem dies apposita † primo instrumento, censeatur apposita sequentibus, illa carentibus, *Bart. in l. si quis ex argentarijs, ff. de edend. in secund. lectur. num. 18. & seq. & 24. n. 27. circa fin. vers. dico oppositum.* vbi agit quid dicendū si dies est apposita tantum in medio, vel fine protocolli: & quid dicendum si dies sit posita in instrumento non scripto in protocollo, sed in filcis. *Spec. de inst. edit. §. 9. nu. 8. Menoch. cons. 288. num. 15. vsq. in fin.*

Singularia alia circa expressionem diei vide in *§. antecedenti in fin. & infra §. 7. vers. singularia:* & adde quod est exprimenda dies conclu-
61 sionis, † non autem tractatus contractus, & si de conficienda scriptura de contractu fuerit conuentum, quod dies confectionis, & non alius est apponendus, *Dec. in cap. 1. de fid. inst. nu. 28. & seq. vers. quinto.*

Item quod si notarius dicat rogatum fuisse de
62 † instrumento die 22. Augusti 1634. quo hæc scribo, erit verum rogatum fuisse ea die, licet instrumentum confectum fuerit de nocte. *Innoc. & reliqui in cap. consuluit de offic. delegat. Bald. Imol. & Aret. in l. qua ætate ff. de testam.* cum alijs cumulatis a *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num, 8.* & ita seruari vidisse & iudicasse refert *Ioseph. Lud. decis. 116. nu. 3.* dum prius *n. 2 & num. 6. & seq.* dixisset tutius esse a notario exprimi horam noctis, quoad cognoscatur quo die dicatur stipulatum instrumentum, vel collatum beneficium; in quo conferendo & iudicado ad quem spectet collatio, seruatur *l. more Romano, ff. de ferijs.* Si tamen cœptum fuit stipulari instrumentum paulo ante mediam noctem, & compleatur stipulatio post mediam noctem, no-
63 tarius † debet apponere diem, quo completa nō autem quo cœpta est stipulatio. *Cagnolin. l. si librarius ff. de reg. iuris nu. 72.*

Si autem instrumento desit dies, dixi *§. antecedenti in fin.*

---

§. IV.

SVMMARIVM.

Dies quare diuisus duplicato duodenario numero. 1

Horarum duo genera. 2. *quo genere horarum vtatur Ecclesia* 4. *horæ inæquales* 3. *horæ æquales, & qui illis vtuntur* 4. 5

Theodosius Rubeus edidit opus horarium. 5

Horæ expressio non est de substantia instrumenti nec alterius actus. 6. *Limit.* 7

Horæ expressio in delictis non consideratur, 8. *quando facienda in ante inquisito.* 9

Horæ expressio anterioratem arguit in actu quo exprimitur, si concurrat actus eadem die factus. 10. *Contrarium.* 11. *Ampl. priorem opin.* 12. 14 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. *Limit.* 13. 23. 24. 25. 26. 27. 28

Qua die dicatur stipulatum instrumentum, si stipulatio perficiatur post mediam noctem. 29.

Testis deponens fuisse stipulatum instrumentum hora duodecima & ante, vel plus, an probet anterioritatem 30. 31

Horæ expressio semel facta in toto corpore iuris. 7.

In delictis non habetur ratio horæ. 8

Hora quando exprimenda in inquisitione. 31. *quomodo diuiditur.*

Momentum quantum tempus designet. 15. *quid operetur ibid.*

Diem esse spatium vigintiquatuor horarum, & inchoare more Romano a media nocte, dixi in antecedenti §. quare
1 autem id tempus diuisum † potius fuerit duplicata duodenarij numeri dimensione, dixi *de Laudem. lib. 1. quæst. 77. & seq.*

Sicuti non apud omnes gentes, non idem fuit diei principium, vt dixi in antecedenti §. sic non omnes nationes pares habuerunt horas.
2 Principio enim quo horæ fuere † institutæ, duo fuere illarum genera: vnæ quidem æquales, & inæquales alteræ; hora inæqualis est pars duodecima, tam diei, quam noctis; diuidebatur enim olim quæuis artificialis dies, & quælibet nox in duodecim partes æquales, & hæ vocabantur. Antiquæ horæ, eo quod apud omnes antiquos is erat vsus: & dicebantur † inæquales, non quia inter se non essent pares, sed quia cum dies artificialis, & nox sint inæquales, horæ diei, vel noctis longioris, maiores sunt horis diei vel noctis breuioris; quando enim duæ magnitudines inæquales diuiduntur in partes numero æquales, necesse est partes magnitudinis maioris effici inæquales singulis partibus minoris. Quare accepto æquinoctiali die horæ nocturnæ semper sūt inæquales diurnis, & e cōtra. Hisce horis inæ-

qua-

qualibus vtebantur olim Iudei,& Romani, di-
stribuentibus istis noctem in quatuor vigilias,
singulis vigilijs ternas tribuendo horas, & Ec-
clesia † Romana laudes Deo referens, quas ab
horarũ nomine Canonicas horas vocat, eadem
quaterna distributione vsa, illas numero prima,
tertia, sexta, & nona nuncupat:

5 Hora verò æqualis† est vigesimaquarta pars
diei naturalis, qui ex die nocteque conficitur:
dictæque sunt æquales, quia æquali temporis
spatio semper emergunt Grad. 15. Æquatoris,
qui cuique tribuũtur supra Horizontem. Siqui-
dem in omni regione vniformiter eleuatur, ac
deprimitur infra Horizontem circulus Æqui-
noctialis.

5 Heris æqualibus non † omnes nationes vte-
bantur olim, sicut nec hodie, non conuenien-
tibus in principio diei naturalis, vt dixi §. *ante-
cedenti in principio.* Quo fit vt apud aliquas gẽ-
tes, & Astronomus hora, quæ dicitur decima-
tertia; appelletur prima post mediam noctem, &
quæ apud illos est decimaquarta à meridie, ea
dicitur secunda post mediam noctem, & sic de
ceperis; & quæ apud Romanos; vel Ægyptios
appellatur decimatertia post mediam noctem
apud Europos dicitur prima post meridiem: &
quam illi vocant decimaquartã, à media nocte,
dicitur Europeis secunda à meridie, vt latius
prosequitur *Clauius in sua Gnomonica lib. 1.
cap. de quadruplici horarum varietare in proœ-*
5 *mio fol. 6. et 7.* & latius *Theodosius de Rubeis
in suo Horario propediem edendo.*

Superstitiosi, aut saltè nimium diligentes li-
cèt fuerint Romani, & reliqui in dinumerandis
diei partibus, seu horis, de illis non fuerunt
tamen soliciti Imperatores in constituendis so-
lemnibus instrumentorum, nullam de illis fa-
cientes mentionem: quare communis est con-
6 clusio, quod expressio horæ † non sit de sub-
stantia instrumenti. *Io. And. ad Spec. de instrum.
edit.* §. 2. *num. 7. Felin. cap. 1. de fid. instr. n. 12.*
Nec in toto corpore Iuris nobis à *Triboniano* &
socijs confarcinato, reperitur facta expressio ho-
7 ræ ad actus validitatem, † nisi semel. *Bald. ad
Specul. de instr. edition.* §. 2. *num. 7. vers. dies,*
videlicet ad excludẽdam præsumptionem, quod
quis clam ædificauerit. *l. aut qui aliter in prin.
vers. Labeo, ff. quod vi, aut clam.* & tamen de
mense, & die aliud referunt. *l. libellorum, ff. de
accus. l. 1.* § *nunciatio, ff. de nou. oper. nunc.* &
dixi §. *antecedenti, vers. dies itaque, et dicam* §.
8 *seq.* Nec vnquam horę † in delictis habetur ra-
tio, nisi certis horis quid sit punibile, alijs nõ
punibile. *Bart. in l. libellorum, ff. de accusat. n.*
12. idem concludens dicendum de die, si aliqua
parte mensis factum aliquod non sit punibile,
& latius prosequitur *Clar.* §. *final. quæst. 12. nu.*
9 3. *et seq.* agendo quando in inquisitione, † seu
petente inquisito sit exprimenda dies, qua as-
seritur commissum delictum.

Quamuis, vt prædixi, Iuris nostri conditores
semel tantum voluerint pro forma actus expri-
mendam esse horam, quo illa sit gesta; plures ta-
men et vtiles ex illius expressione sequuntur ef-
fectus, quos inter legendum collectos referam.

10 Horæ itaque expressio in confectione actus †
operatur, vt si duo actus pugnantes, vel cõ-
cordes fiant, quod is censeatur prius confe-
ctus, in quo sit expressa hora. *glos. l. si ex plu-
ribus,* §. *fin. verb. obligauit. ff. de solut. Mat-
thesil. sing. 319. hora. glos. cap. duobus verb. si
non appareat, de rescript. in sex. Cassad. decis. 20.
de præbend. & decis. 4. super regul. nu. 7. relati
à Mascard. de probat. conclus.* 1228. *prioritas,
num. 26. et a Menoc. de arbitr. iud. casu 48. &
seq. Ripa in l. 1. ff. solut. matr. num. 7. circa fin.*
concludens verius censuisse *Socin.* dum tenet
hanc opinionem, licet consulendo aliud dixe-
rit. *Cagnol. l. in ambiguis 86. ff. de regul iur. nu.
4. Dec. num. 3. circa med. et ibidem addentes,
verb. horæ. Surd. cons. 117. sustineri, n. 17.*

11 Contrarium late defendit † *Felin. in cap. pa-
storalis, de rescript. num. 5. vers. sed aduerte,*
& idem dixisse *Socin.* sibi contrariũ refert *Ma-
scard. de probat. conclus.* 1228. *prioritas, n. 32.*
addendo quomodo ex *Dec.* conciliari possit: sed
eam *Decij* conciliationem improbat *Menoch.
de arbitr. Iud. casu 48. num. 33. et seq. et post
Felin. Crot. in in l. 1. ff. solut. matr. n. 29. et seq.
Peregrin. de iur. fisci lib. 6. titul. 6. nu. 37. vers.
aduertendum, relatis Fel Socin. Dec. et alijs,* ad-
dendo præsertim procedere, si qui nõ habet ho-
ram, est in possessione.

12 Ampl. etiam in † testamentis, nam si exhi-
beantur duo eadem die confecta, illud præsu-
mitur prius confectum, in quo est apposita ho-
ra. *Curtius iun. in l. fin. C. de edict. diui Adrian.
toll. n. 79. et Zuccard. n. 461. Menoc. de acquir.
posses. remed. 4. num. 792.* dum in antecedenti-
bus, & sequentibus examinasset quæstionem,
quod testamentum præferatur, si duo exhibeã-
13 tur eadem die cõfecta. Sed limita vbi non ha-
bens horam esset in possessione. *Put. decis 313
lib. 1. in fin.* vbi relatis dissentientibus refert a
maiori parte ita decisum. *Felin. cap. pastoralis,
de rescript. nu. 5. in princ.*

Ampl. vt quæ dixi de hora, eadem sint di-
cenda de quauis illius parte, nam cum iuxta
Iurisperitorum opinionem, illa diuidatur in
momenta, & puncta, decem momenta confi-
ciant punctum, & quatuor puncta constituant
horam. *Io. Andr. in c. 1. de caus. posses. num. 7.*
concludens momẽtum esse quadragesimam par-
tem hore: sequitur *Abb. ibid. num. 7.* & vtrun-
que *Afflict. ad constit. Regni lib. 2. rub. 16. n. 7.*
Quare decipitur *Ias.* qui *in l. 1.* §. *qui præsens,
ff. de verb. oblig. num.* 10. voluit quod momen-
tum sit quartæ pars horæ, ex *Io. Andr.* quia ex
eodem est tantum decima: & verum dixisset in
puncto: & iuxta Astronomorum sententiam
14 † hora diuiditur in sexaginta minuta, & quod-
libet minutum in sexaginta secunda, & quodli-
bet secũdum in sexaginta tertia, & ita successiue
vsque ad minuta decima, vt tradit *Clauius in
suis commentar. ad sphæram cap. 1. de circulo
Zodiaco fol. num. 287. vers. eodem modo,* & idem
dixerat prius *glos. fin. et Alciat. in l. cum bisse-
xto, ff. de verb. signif.* & idem *Io. Andr. d. c. 1.
de caus. posses. nu. 7.* nisi me decipiat corrupta
lectio textus, dum dixit, Momentum † proprie

est

est vna pars diei de nongentis sexaginta, quod patet, quia hora est vigesimaquarta pars diei, punctum est quarta pars horæ, momentum est decima pars puncti. Si itaque producerentur duo instrumenta rogata die vigesimaseptima Iulij 1634. in quorum vno esset expressa hora cum aliqua illius parte, vt puta trientis, vel quadrantis, ac etiam puncti, censeretur prius stipulatum instrumentum hoc posterius, ratione certioris expressionis temporis, nec stipulatio in principio horæ excludit quin in medio, vel fine illius potuerit aliud stipulari. *l. Arethusa in fin. & l. seq. ff. de stat. homin. l. si quis cum §. si suo testamento, ff. de vulgar. l. si mulier. ff. de reb. dub.* vbi *Socin.* notat *glos. l. si ex pluribus §. final. verb. die. ff. de solut. l. omnes. C. de ferijs, vers. ne ocasione momenti prætereat commoditas cælesti prouisione concessa, cum alijs cumulatis a Tiraquel. de iur. primogen. quæst.* 2. Menoch. de arbitr. *iud. casu* 48. *num.* 3. *Peregrin. de iure fisci. lib.* 6. *titul.* 6. *num.* 35. *in fin. & nu.* 37. & hoc declaratur ex historia Esau, & Iacob: nam ille prior egressus de vulua matris, nactus fuit iura primogenituræ, quamuis nullo temporis interuallo interiecto natus fuisset Iacob, & illius plãta pedis manu tenens videretur continuato partu simul natus. *Lazar. Penut. tract. de mom. tempor. cap.* 32. *num.* 3. *& seq.* concludens fœ-

14 minam exclusam † per existentiam masculi semper excludi, si tempore delatæ successionis adesset masculus, qui momento tantum vixerit; posthumum rumpere paternum testamentum, licet momento tantum vixerit defuncto patre; idem dici de substituto, qui excluditur extante instituto, qui momentum vixerit; maritum lucrari dotem, licet matrimonium durauerit momento tantum; dotis priuilegia competere matrimonio momentaneo, & alia similia plura refert & in terminis collationis beneficij, *Gonzal. ad regul.* 8. §. 3. *prooemial. num.* 106.

15 Ampl. etiam in concursu † causæ piæ, & alterius, quæ data paritate temporis esset præferenda. *Menoch. de acquirend poss. remed.* 3. *n.* 782. *& seq. & de arbitr. iud. casu* 48. *num.* 35. *Mascard.* cæteris clarius, *de probat. conclus.* 1171 *pia causa nu.* 35. *& seq. &* 77. *rationem refert.* & diu dubitaui de ista extensione, stante infinitate singularium iurium piæ causæ, & similium, donec reperi *Mascardum*, plures consentientes referentem loco citato. *idem Mascard. conclus.* 574. *num.* 6. *Rip. in l.* 1. *ff. sol. mat. num.* 7. *& relati a Crot. ibidem num.* 29. *in princ.* licet ipse deinde plura afferat in contrarium. *Peregrin.* loquens de dote, & Fisco, *tract. de iur. Fisci, lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 35.

16 Ampl. etiamsi aliunde † probaretur actum sine expressione horæ consueuisse fieri a faciente ante horam expressam in scriptura facta eadem die: nam nisi probetur in indiuiduo hora actus, in quo fuit illa expressa, semper præfertur; *Caputaquens. decis. fin. par.* 3. *nu.* 3. *&* 4. *Gonz. ad regul.* 8. §. 3. *prooemial. nu.* 101. *& seq.* qui loquitur de prouisione Papæ, qui à communi signat prouisiones de mane. *Cassad. decis.* 19. *de prabend. num.* 1. *&* 2.

17 Ampl. etiam si per expressionem † horæ probaretur actum fuisse factum in fine diei. *Cassad.* loquens de eo, qui adeptus erat possessionem hora vigesimasecunda diei, quod præferatur ei, qui eadem die tantum probabat cœpisse possidere. *decis.* 20. *de prabend. in fin.* vide §. *seq. in limitationibus.*

18 Ampl. præsertim si agatur de validitate † actus, veluti si eadem die sine expressione horæ fuit alicui collatum beneficium, & eadem die cum expressione horæ factus fuit idem clericus; nam ad sustinendam collationem, clericatus præcessisse præsumitur, etiam quod diceretur factus de nocte. *Crescent. decis.* 4. *de præsumpt. Gonz. ad regul.* 8. §. 3. *prooemial. num.* 104. *Vistarin. in l.* 1. *ff. sol. matr. num.* 46. *& seq. Peregrin. de iur. fisci, lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 39.

19 Ampl. etiam in concursu † contendentium de possessione. *Cassad. decis.* 20. *de prabend. in Crescent. dec.* 16. *de prabend. Mohedan. decis.* 12. *de restit. spol. num.* 2. *Gonzal. ad regul.* §. 3. *prooemial num.* 67. *Menoch. de arbitr. casu* 48. *nu.* 33. *in fin. & nu.* 34.

20 Ampl. etiam contra fiscum, † nam quamuis ille in paritate temporis præsumatur prior, *Fel. in cap. pastoralis de rescript. num.* 5. *Rip. in l.* 1. *ff. sol. mat. num.* 5. si tamen instrumentum priuati habet horam, præfertur. *Rip. ibidem nu.* 7.

21 Ampl. præsertim, si ista † plura instrumenta fuerunt rogata a diuersis notarijs. *Ripa. in l.* 1. *ff. sol. mat. num.* 9.

22 Ampl. siue hora apponatur in rescripto † gratiæ, vel iustitiæ, vt puta in rescriptis ad lites, vel in priuilegijs, vel concessionibus feudalibus, vel beneficialibus ecclesiasticis, vt dixi §. *seq. & probat in cap. pastoralis de rescript. Felin. n.* 5 *in princ.* quamuis deinde ex sequentibus videatur aliud sentire, & relinquat lectorem in incerto.

23 Limit. vbi ordine naturæ, seu ordinis vel intellectus, † debebat præcedere actus, in quo non fuit expressa hora; veluti si exhibeatur instrumẽtum donationis factæ filio, in quo sit expressa hora, & instrumentũ emancipationis sine hora, vel instrumentum testamenti, vel codicilli, in quo quis priuetur legato, vel aliquod dubium declaretur, in quo sit apposita hora, & instrumentum testamenti, vel codicilli, vel donationis, in quo non sit posita hora: nam ratione ordinis intellectus, & naturæ, censetur prius stipulatum instrumentum carens hora, quia priuatio supponit habitum, exhæredatio præcedentẽ factam a lege vel ab homine institutionem, separatio thori matrimonium præcedens, dismembratio vnionem, pax supponit bellum, declaratio actum declaratum, reuocatio actum præcedentem declaratum. *l. ex empto* §. *is qui vina ff. de act. empt. l. decem.* §. *decem ff. de verb. oblig. l. mulier ff. de diuort. Oldrad. conf.* 297. *de iure, num.* 4. *Veral. decis.* 210. *nu.* 9. *& seq. par.* 2. *& decis.* 244. *num.* 4. *&* 5. *par.* 3. *Bart. in l. legata* 14. *ff. de adimend. legat. num.* 3. *&* 4. *Socin. conf.* 89. *lib.* 1. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. *Mascard. de probat. conclus.* 1228. *num.* 23. *&* 34. *Peregrin. de iur. fisci lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 39.

Limit.

24 Limit. vbi quis probat seu† exhibet instrumentum continens horam tantum, & alius exhibet instrumentum continens diem tantum, quamuis in vtroq. exprimatur annus. *Mascar. de probat. conclus.* 1228. *prioritas nu.* 27

25 Limita multis modis † vt dicam §. *seq.*

26 Limit. præterea, vbi is qui habet instrumentum † sine hora, vel die, vel mense, testibus probaret prioritatem suam, vt dicam §. *sequenti*.

27 Limit. vbi actus sine expressione † horæ, erat tanquam præambulum actus sequentis facti cũ expressione horę, *l. cum in testamento* §. *hac verba, ff. de hæred. inst.* & ratio est, quia in concursu præsumptionum fortior quæ est, præualet & præfertur, *Bellon. conf.* 10. *num.* 4. *Grauet. cõs.* 258. *num.* 20. *circa fin. Borgnin. decis.* 46. *part.* 1. *num.* 243. & conferunt dicta *Fel. in cap. pastoralis de rescript num.* 5. *vers. ad identitatem. Crot. in l.* 1. *ff. sol. mat.* 11. 31. *in princ. Peregrin. de iur. fisci lib.* 6 *tit.* 6. *n.* 39. *post med.*

28 Limit. vbi is, qui non † habet horam in sua scriptura, esset in possessione, & qui exhibet instrumentum cum hora, non possidet, vt dixi §. *seq. in limit. Cagnol. l. in ambiguis.* 86. *ff. de reg. iur. nu.* 4.

Singulare illud addo, quod si inchoatur stipu-

29 latio antę † mediam noctem, & prolixitate scripturæ differatur post mediam noctem, stipulatio est concipienda sub die quo fuit perfecta, non autem sub quo fuit inchoata. *Inn. in cap. consuluit de offic. delegat. Bal. l. si quis cum, §.* 1. *ff. de vulgar Fel. in cap. pastoralis, de rescript. num.* 6. *in princ.*

Item aliud, si testes deponant stipulatum fuis-

30 se instrumentum † hora duodecima Iulij & ante, quod remanet probata anterioritas respectu eius qui exhibet instrumentum stipulatum hora duodecima. *Fel. cap. pastoralis de rescript. nu.* 5. *vers. tamen si interdicto, Menoch. de arb. iud. cas.* 47. *num.* 9. *Mascard de probat. conclus.* 1228 *prioritas num.* 28. *& seq.* An autem idem di-

31 cendum † si testes dicant hora duodecima & plus, *Ias. in l.* 1. *ff. sol. matr. num.* 5. *Menoc de arbitr. iud. casu* 47.

§. V.

SVMMARIVM.

Hora expressio cum die facit præferri collationem Ordinarij, cuius erat collatio, collationi Papæ. 1
Ampl. 2. 3. 5. *Limit.* 4. 6. 7. 8. 10
Menoc. declaratur. 9

Horæ expressionem † multum prodesse ei, ad cuius fauorem quid Princeps rescripsit in forma communi, vel gratiosa, vel aliter aliquod singulare concessit, dixi simpliciter in præcedenti §. latius hic explicando quæ breuiter ibi dixi.

1 Ampl. quod si eadem die Papa sine expressione horæ conferat beneficium aliquod, cuius collatio spectabat ad Ordinarium, qui illud eadem die, cum expressione horæ, contulit, quod Papa non dicitur præuenisse, sed Ordinarius, cuius prouisio præfertur prouisioni Papali, contra *cap. si a sede, de præbend. in sext. Socin. in l.* 1. *col.* 2. *ff. sol. matr. sequuntur Dec. cons.* 169. *diligenter nu.* 6. *vers. & si probaretur*, addendo approbatum fuisse a Rota. *Marsil. singul.* 319. *Hora Gonzal. ad regul.* 8. *§.* 3. *proœmial. n.* 101. *& seq. Mascard. de probat. conclus.* 1228. *prioritas num.* 31. *Ias. in l.* 1. *ff. sol. mat. nu.* 6. *in princ. & fin.* asserens ita fuisse Romę iudicatum. *Crescent. decis.* 4. *de præsumpt. num.* 3. *&* 4.

Contrarium tenent relati *a Ias. in l.* 1. *ff. solu. matr. nu.* 6. *vers. in contrarium*, & dixi supra §. *antecedenti in prin.*

2 Ampl. vt Ordinarij collatoris † prouisio valida, cum expressione diei & horę præferatur prouisioni Papæ factæ eadem die sine hora, etiam quod habeat clausulam Anteferri, seu Gratificationis. *Crescent. decis.* 16. *de præbend. Gonz. ad regul.* 8. *§.* 3. *proœmial. num.* 68. *&* 105.

3 Ampl. præsertim si exprimatur † prima hora diei. *Menoch. de arbitr. iud. casu* 48. *num.* 18. *et seq.* vbi concludit arbitrarium esse iudici iudicare de prioritate, si agatur de prouisione minoris & superioris collatoris, secus si eiusdem.

4 Limit. vbi prouisus † eadem die sine expressione horæ, est in possessione, prouisus autem cum expressione diei, & horæ non possidet, nec de possessione probare potest. *Dec. & alij ab illo congesti in cap. pastoralis de rescript. num.* 5. *vers. sed considerando opin. Puteus decis.* 313. *fuit dubitatum, lib.* 1. *in fin. Rebuf. de pacific. poss. num.* 299. *Mascard. relato Dec. in cap. pastoralis de rescrip. de probat. conclus.* 1227. *prioritas nu.* 33. *Gonzal.* relatis dissentientibus, ad *regul.* 8. §. 3. *proœmial. num.* 64. *& seq.* late probat, addẽdo hunc vnũ esse ex pluribus effectibus resultãtibus ex possessione, quos esse innumeros dixi *in meis Collectaneis ad §. commodum. instit. de interdict.*

5 Contrarium defendit † *Menoch. de arbitr. iud. casu* 48. *num.* 33. *in fin. & nu.* 34.

6 Limit. vbi is qui habet Principis † rescriptum, vel priuilegium, vel aliam concessionem, seu exhibet instrumentum sine hora, vel die, vel mense, in concursu alterius qui habeat horam, mensem, vel diem, probat esse anteriorem in tempore, vt pluribus probat *Menoc. de arbitr. iud. casu* 48. *Non semel, num.* 4. *et seq. Mascard. de probat. conclus.* 1234. *num.* 32. *& conclus.* 1171. *pia causa num.* 37. addendo procedere etiam contra piam causam. *Gonzal. ad regul.* 8. *§.* 3. *proœmial. n.* 110. etiam minimo, vt dixi *§. antecedenti in prin. et fin.*

7 Probatio ista quia tangit qualitatem, † non autem substantiam gratiæ, probari potest testibus vel confessione concurrentis, vel prioritate scripturæ in registro. *Gonzal. ad regul.* 8. §. 3. *proœmial. num.* 110. *et seq. et n.* 143. *vers. quib.*

8 Limit. vbi exhibetur rescriptum † cum data posterioris horæ diei, & exhibetur aliud rescriptum sine hora, & eiusdem diei, nam istud præfertur tanquam anterius. *Socin. in l.* 1. *ff. sol. mat. nu.* 57.

num.57. & Ripa num. 8. addendo procedere etiam si qui habet horam hãc diei posteriorem, esset in possessione. *Menoch.* tamen *de arbitr. casu* 48. *num.* 21. *& seq.* vult esse arbitrarium iudici iudicare, quod rescriptum, vel beneficij prouisio præcesserit; & si detur casus duorum instrumentorum, certius fieri posse iudicium ex qualitate actus. *Mascard. de probat. conclus.* 174. *nu.* 7. Censeo tamen opinionem *Menoch.*
9 tenendam, si instrumentum sine hora est adeo prolixum, vt verisimiliter non potuerit scribi, vel stipulari eadem vltima hora.

10 Limit. si in registro, seu protocollo, † vbi registratum est vtrunque rescriptum, seu priuilegium, vel prouisio beneficij, seu concessio, prius reperitur scriptum instrumentum, vel rescriptum, sine hora. *Felin. in cap. pastoralis de rescript num.* 5. *vers. est etiam alia doctrina. Gonzal. ad regul.* 8.3. *procemial. nu.* 143. *vers. quibus*, addendo consuluisse habẽti prouisionẽ Apost. vt citius curet illam registrari. *Felin.* tamen *ibidem* sublimitat, si ordine intellectus, vel naturæ, quod postremo fuit scriptum, debebat præcedere. *Mascard. de probat. conclus.* 1228. *prioritas, num.* 13. *& seq.* vbi late comprobat, *& conclus.* 171. *pia causa num.* 35. *& concl.* 574. *nu.* 7. addit procedere etiam contra piam causam. *Ripa in l.* 1. *ff. solut matr. num.* 9. declarans procedere, si protocollum sit eiusdem notatij. *Ripa in l.* 1. *ff. sol mat num.* 9. *Mascard. de probat. conclus.* 574. *num.* 8. *Bald. Nouel. in repet. l.* 1. *ff. solut. matr. num.* 241. *Vistarin. num.* 46. *Peregrin. de iur. fisci libr.* 6. *titul.* 6. *num.* 38.

§. VI.

SVMMARIVM.

Mensis quid sit. 1. *quomodo distinguatur ab Hebrais, et Latinis.* 3. *quot diebus constet.* 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. *species plures.* 2. 15

Mensis si fiat mentio in dilatione data, dilatio durabit tot diebus, quot continet mensis nominatus. 10

Dies intercalaris non computatur in numero dierum datæ dilationis. 17

Dies termini non computatur in termino. 13. *si non est integra, pariter non computatur.* 14

Mensis est exprimendus in stipulatione instrumenti. 16. *Ampl.* 17. 18. 19. *Limit.* 20. 22

Mensis expressus in antecedẽti instrumẽto an censeatur repetitus in sequenti instrumento. 21.

An si fuit omissus in scriptura instrumenti, possit addi a notario, si de illo recordetur. 23.

POst ea, quæ dixi de anno, die, & hora, agendum est de mense, vt is a notario apponẽdus sit instrumento, de quo fuit roga-
1 tus. Mensis enim † cùm a dimensione dicatur, & sit quasi mensura, qua cursus luminum Solis, & Lunæ mensuratur; inde factum, vt tria fiant
2 † mensium genera. Vsuale vnum, quo aliud sit allo differt iuxta partium placita. Lunare aliud, quod ex Lunæ cursu nuncupatur, dum illa ab vno puncto, Firmamenti recedens, ad idem deinde redit, & hoc mense tempora distinguebant Hebræi, aliter † distinguentibus Latinis,
3 qui menses ex cursu Solis distinguunt, & hinc natus & dictus annus Solaris, qui constat duodecim lunationibus, & diebus vndecim. vbi Hebræi sectantes cursum Lunæ, tertio quoque anno mensem addunt, aut octauo anno tres menses adiiciunt, quia Solaris annus Lunarem excedit vndecim diebus, & horis sex, vt late prosequitur *Couar. var. resol. lib.* 4. *cap.* 18. *in ea, nu.* 1. & de diuersitate mensium apud *Græcos* dixerat idem *eod. lib.* 4. *cap.* 14. *Gelasius, n.* 12. *vers. verum illud est adnotandum. Mandagot. de electión Prælat. cap.* 3.

Ex relata mensium diuersitate inde nota est
4 diuersa mensium † supputatio, nam alibi mensis continet dies triginta, & vnum. *l.* 2. *§. quod si primo, & l. cum anterioribus, C. de temp. et reparat appellat.* Alibi diginta dies cum dimidio diei. *l. vbi lex, ff. de regul. iur.* Alibi mensis computatur pro triginta diebus, *auth. iubemus*, *C. de iudic. l. ædiles aiunt*, §. 1. *ff. de redhibit. l. si maritus*, §. *nec non*, *l. miles* §. *sexaginta, ff. de adulter l. iure mariti*, *C. eod.* Alibi pro vigintiquinque diebus. *l. lecta. ff. si cert. petat.* Alibi pro vigintiocto, aut nouem, si accidat intercalaris dies. *l. eum bissextum, ff. de verb. signif.* Alibi & de generali consuetudine pro quatuor septimanis. *Abb. in cap. licet magister* 4. *de supplenda neglig. Prælat. nu.* 6. Et in meis temporibus aliam vidi in patria mea fieri mensis supputationem in erogatione militaris stipẽdij, supputantibus regijs ministris mẽsem septimanis sex, & quandoque pluribus, deficiente pecunia; seu verius ob ingluuiem ministrorum qui per fas & nefas ditari volunt, non aliter ac fecisse dicitur A. Clodius, Galliæ præfectus; quam cum vniuersam grauasset menstruo tributo, constituit annum quatuordecim mensium, quoad frequentior esset tributi exactio.

Ex qua vaga mensium supputatione sex facio
5 Conclusione. Prima † est, si in computatione mensis de numero dierum fuerit conuentum tot dies habebit mensis, quot illum habere fuerit conuentum, *Matthesil. in repet. l.* 2. §. *quod si ab arbitrio*, *C. de temp. & reparat. numer.* 2. quæ reperitur impressa inter illius singularia, quia æquitati conuenit pacta seruare. *l. contractus, ff. de reg. iuris*, & iudex iudicare debet prout partes conueniant. *l. si conuenerint, ff. de re iud. Afflict. decis.* 191. *num.* 7. *& seq. Ias. in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. num.* 213. & dixi *in meis collectaneis ad d. l. si conuenerit, et ad cap. tuis vers. nisi facile de testib.*

6 Secunda conclusio est, quod † in iure † cõstitutus est numerus dierum in casu, de quo agitur, tot dies computandi sunt, quot lex, vel Statutum constituit. *Host. & Abb. in c. licet magister de supplenda neglig. prælat.* vt in Vrbe, vbi *Statut. lib.* 1 *cap.* 197. declaratum fuit menses triginta dierum singulos computari.

Tertia conclusio est, si agatur de agnoscendo pa-

7 partu, † quod triginta dies constituant mensem. *l. septima mense, ff. de stat. homin. l. 3. §. fin. ff. de suis & legitim.* vbi Gottifred. *in*
8 *suis notis.* Et hac suppositione legitimus † partus est, qui fuit emissus in vndecimo mense, vel septimo, licet quandoque properare, & remorati eam metam referat *Dominic. Arumaus decis. final. lib. 2.* & ego alios & alia addidi *in meis collectaneis ad d. l. septimo mense.*

Quarta regula, si versemur in materia fauora-
9 bili, † & res accelerationem, vel moram requirit; & tunc mensis paucioribus diebus triginta, vel pluribus triginta, vel triginta tantum constabit. *l. lecta, ff. si cert. pet. l. fin. §. 1. C. de iur. delib. l. vbi lex, ff. de regul. iur. Matthesil. in l. 2. §. quod si ab arbitrio, C. de temp. & reparat. in fin. vers. sed si non est, apostil. Bart. in l. cum bissextus 98. ff. de verb. signif.*

10 Quinta regula est, † quod si loquamur de vno, vel pluribus mensibus, respectu alicuius mensis, vt puta Augusti, qui inchoabitur die crastina scribendo hæc die vltima Iulij 1634. & tunc mensis habebit tot dies, quot habet mensis nominatus: & idem dicitur, si detur dilatio sex, aut plurium mensium, succesiue qui durent. Si vero fiat mentio mensis, vel detur dilatio mense cœpto, tunc mensis continuabitur vsque ad eandem diem sequentis mensis, veluti si concedatur dilatio menstrua sexta Ianuarij, nã finietur illa, sexta Februarij, & si concedatur sexta Februarij, desinet illa sexta Martij, nec curatur, quod ista si breuior, illa longior. *Matthesil. d. §. quod si ab arbitro, post. med. vsque in fin. glos. cap. quam sit, verbo mensem, de elect. sext. Cast. auth. iubemus, C. de iudic. Bart. in l. cum bissextus, ff. de verb. signif. in fin.*

11 Sexta conclusio est, † quod de generali consuetudine, mensis intelligitur de tempore quatuor leptimanarum. *Abb. in cap. licet Magister de supplend. neglig. prælat. in fin.*

Singularia aliquod addam. Nam si constitua-
12 tur terminus vel dilatio † per dies, quod dies intercalaris facit diem; si verò per mensem, vel menses, is dies non facit diem. *Bart. in l. cum bissextus, 98. ff. de verb. signif. in princ.* Quod si statutus sit in citatione terminus vnius
13 mensis, quod diescitationis † non computatur in termino, vt de veriori, & vsitatissima opinine Cameræ Imperialis testatur *Mysing. obseruation. 93. In quæstione, centur. 5. in fin. & est textus in l. 1. ff. si quis caution.* vbi plura dixi *in meis collectaneis.* Et quod dies, si nõ
14 est integra † iuxta ciuilem computationem, nõ numeratur inter dies, *l. anniculus, 134. ff. de verb. signif.*

Ex relatis regulis clare colligitur, verum dixisse Censorinum, qui lib. *de die natal. cap. 18*
15 mensium † duo genera constituit: vt alij sint naturales, alij ciuiles. Naturalium species duæ, quòd partim Solis, partim Lunæ esse dicuntur. Secundum Solem fit mensis, dum Sol vnumquodque in Zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris autem, est temporis quoddam spacium a noua Luna. Ciuiles menses sunt numeri quidam dierum, quas vnaquæq; Ciuitas suo instituto obseruat: vt nunc Roma à Calendis in Calendas. Naturales, & antiquiores, & omnium gentium comunes sunt: ciuiles, & posterius instituti, et ad vnamquamque pertinent Ciuitatem.

16 Mensem itaque apponendum † esse à notario in rogitu de instrumento. *glos. l. generali, C. de tabul. lib. 10. verb. seruituti vers. tertio mensis. Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num. 6. vers. quarto mensem. Couar. pract. quæst. cap. 20. numer. 2. vers. quarto,* vbi testatur de communi. *Specul. de instrum. edit. §. 2. num. 7. & §. 9. numer. 3. Summ. art. notariat. tom. 2. cap. 1. vers. quarta. Dec. cap. 1. de fid. instrum. nu. 06. vers. quinto.*

Ampl. vt non referat, an expressio mensis fit
17 certa ex se, † vel per relationem, seu expressionem alterius, quod fit certum, & inuariabile, vt puta si dicatur anno Domini 1634. die festo Assumptionis Beatæ Mariæ, vel Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, & similium. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num. 23.* & conueniunt dicta supra §. 3. *ampliat.* 4.

18 Ampl. vt illius omissio † vitiet instrumentum. *glos. auth. vt præponat. nomen Imperat. verb. auctore.*

Contrarium tenet *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend.*

19 Ampl. vt non possit suppleri, † seu addi a notario, cui commissa est publicatio instrumentorum notarij defuncti. *Natta cons. 47. numer. 2.*

20 Limit. vbi eum expressione anni adderetur † numerus dierum eiusdem anni, vt puta die vigesima, vel trigesima, vel sexagesima prima, aut alia vlterior dies, vsque ad 361. quibus expletur annus.

21 An idem mensis censeatur repetitus in † instrumento sequenti, qui fuit scriptus in antecedenti, videndus *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num. 24. Felin. in cap. 1. de fide instrum. num. 11.*

Limit. vbi exprimitur dies notabilis totius
22 anni, † vt puta die festo Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, vel Domini Nostri Iesu Christi, nam omissio mensis non vitiat. *Felin. in cap. 1. de fide instrum. num. 10.*

23 An notarius possit omissum diem addere, † si de illo recordatur. Affirmatiuam tenet *Natta cons. 146. num. 10. vsque in fin.* & repeti possunt, quæ dixi de die *supra §. 3. vers. secundo.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Periculum vbi maius imminet, cautius est agendum. 1

Tempore prior potior est in iure. 2

Indictio, quid significet. 3. *quomodo numeretur.* 5. 7. *origo indictionis.* 6. 8. 11. *anni parte.* 12

V Su-

Superindictum quid sit. 4.
Olympiadibus annos numerari quando cessatū. 7
Glos. in auth. vt præponatur nom. Imper. verb. Indictionis, reprobatur. 9
Lucas a Penna reprobatur. 10
Indictio est apponenda instrumento. 13. *Ampl.* 14.16.17.18.20.21.24.25.26.28.30. *Limit.* 31.32.33.34.35.36.34.35.37.
Expressum dicitur, quod colligi potest ab expresso. 22
Certum esse per se, vel per relationem ad aliud, sunt paria. 23
Indictio an præsumatur erronea, vbi facto calculo non conuenit anno expresso. 38. 39. *posita in aliquo instrumento protocolli, an censeatur repetita in omnibus instrumentis.* 40. *Corrigi potest a notario rogato de instrumento, non autem abeo, qui sit subrogatus ad exemplandum instrumenta notarij defuncti.* 41
Notarius quando possit corrigere errorem commissum in rogitu instrumenti. 42
Indictio si fuit omissa, quomodo cōsulatur parti. 43

1 QVia vbi maius imminet periculum, ibi cautius est agendum. *l. 1. §. sed & si quis ff. de Carbon. edict.* cum ex prioritate, & posterioritate temporis oriatur potioritas iuris. *cap. qui prior. de regul. iur. l. quoties vtriusq; ff. eod.* vulgatum enim est illud, quod qui habet
2 primum esse, etiam & primum frui, & posse, ut dicebat *Bald. in l. si plures, C. de condit insert. num. 3. cum alijs in meis collectaneis ad d. cap. qui prior.*

Ideo Imperatores, ac Principes, quibus cara est subditorum quies, & vtilitas, mirum in modum fuere diligentes, ne quid fraudis committeretur in instrumentorum stipulatione, adhibitis pluribus solemnibus, constituentes, vt
3 vltra supra recensita adderetur Indictio, † quo nomine licet significetur omne genus tributi, vel exactionis, quod à Principe populo indicitur, hoc est imperatur, vt indicat *titulus, C. de indiction. lib. 10.* pro modo patrimonij. *l. 3. C. de annon. & tribut. lib. 10.* aut etiam fructuum *l. quaero 28. ff. de vsu, & vsufruct. legat.* Ceterum, quod supra consuetudinariam functionem augmenti nomine indicebatur, Superindictum
4 nuncupabatur. *l. 1. & toto titul. C. de superindict. lib. 10.*

5 Porro cum indictiones essent anniuersariæ, † inde cœptum est, annos numerari per illas, ita tamen, vt earum numerus non excederet decimumquintum, & illo peracto, eodem quidem numero inchoato, eundem in orbem reuolui.
6 De origine tamen † indictionis non conueniūt scriptores, censentibus aliquibus inchoatam imperante Constantino anno humanæ salutis tricentesimotertio, ante diem octauam Calendarum Octobris, quo die victus Massentius Christiana religio in libertatem vindicata est. Ideo quasi e primordijs Christianæ libertatis Niceni Concilij auctoritate institutum fuit, vt
7 sublatis † Olympiadibus, annorum ratio ab eo tempore haberetur; sicque, vt decimoquinto quoque anno, noua esset indictio: Alijs ante
8 natum Christum cœpisse vsum indictionis volunt, deducendo illam à noua edictione, quā anno quarto ante Christum natum, instituit Augustus, vt refert *Dio Cas. lib. 55.* & istorum opinionem probat calculus, qui fiat indictionis indagandæ causa, nam addito triennio annis Christi, & tota annorum summa diuisa per quindenia anni, annus qui superest ad complendum quindenium, denominat currentem indictionē, vnde versus *Specul. de instrum. edit. §. 2.*

Si per quindenos Domini diuiseris annos,
His tribus adiunctis, indictio certa notatur.

glos. auth. vt præponat. nomen Imper. verb.
9 *Indictionis* Commentitium tamen est, † quod illa ibidem addit, quod primo quinquennio à Romanis indictum fuisset ferrum ad armandos milites, secundo argentum, ad præstanda eisdē stipendia, tertio aurum reponendum in ærario.
10 Sicuti à veritate † abest, quod scripsit *Luc. a Penn. in l. indictiones, C. de annon. et tributis. lib. 10.* dicente illo, Indictionem trilustria ideo continere, quia primo lustrio Asia, secundo Africa, tertio Europa censeretur, vt late prosequitur *Gottifred. ad rub. C. de indiction. lib. 10.* relatis dictis Cedreni Panuin. & aliorum referendo aliquos voluisse originem
11 † indictionis cepisse tempore Theodotij Magni, alios tempore Iustiniani Imperatoris. *Hanneton tract. de arte notariat. lib. 2. cap. 8. & seq. Alciat. Parergon lib. 8. cap. 1. Brisson. in suo lexico verb. indict. Summ. art. notariat. tom. 2. cap. 1. vers. tertio.*

Sicuti dissentiunt scriptores circa annum cœptæ indictionis, pariter dissentiunt qua anni
12 parte illa inceperit, censentibus aliquibus cœpisse de mense Octobris, vt dixi: alijs à Calendis Septembris, per textum *in l. fin. C. de annon. & tribut. lib. 10. & l. 1. C. de milit veste lib. 12.* Quidam à Natiuitate Domini, inchoando simul, & mutando annum, & indictionem, & ita seruatur in Vrbe. Alij à die vigesimaquarta Septembris, & ita seruare Imperiales notarios testatur *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 12. num. 6. circa fin.* Alij circa tempus mutandæ indictionis, regionis consuetudinem obseruandam esse volunt. *Specul. de instrum. edit. §. 2. num. 5. circa* med.

13 Indictionem itaque apponendam † esse instrumento, probatur expresso textu, vt *præponat. nom. Imper. §. quantum, auth. quib. mod. nat. effic. legitim. Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. n. 12. Spec. de instr. edit. n. 5.* Couar *testans, de communi var. resolut. lib. 1. cap. 12. n. 7. & pract. quæst. cap. 20. num. 1. in fin. Angel. cons. 220. in prin. Crauet. cons. 216. num. 2. Specul. de instr. edit. §. 9, num. 3. Dec. in cap. 1. de fide instr. nu. 30. vers. sexto. Specul. de instrum. edit. §. 2. num. 1.* Dec. *in l. si librarius, ff. de reg. iur. num. 5. &* Cagnol. 19. *Maynen. num. 27. in princ. Natta plures congerens cons. 46. num. 1. Canar. de exequut. instr. quæst. 11. num. 21. Marsil sing. 431. num. 3. Hanneton de arte notariat. lib. 2. cap. 9. num. 10. Mascard. de probat. quæst. 6. nu. 26.*

num.86.sum.art. notariat.tom. 2.cap. 1. vers. vide Ias.

14 Ampl. quod si fuerit omissa, † instrumentum corruat. Spec.de inst.edit.§.2.num.5. addendo idem dicendum de testamentis, priuilegijs, & alia quacumque solemni scriptura. Couar. var. resol.lib.1.cap.12.num.7.Natt.cons.47. num.2.

15 Soc.iun.cons.127.viso lib.3.num.3. † Nisi fuerit omissa in testamento inter liberos. Nicol. Reusner.decis.1.nu.1.& seq.p. 1. testans ita decisum Dec.in cap.1.de fid.inst.nu.30. vers. sexto. Cagnol.in l.si librarius ff.de reg.iur. nu.19.

16 Ampl. vt defectus indictionis † non possit a Principe sanari, de ordinaria potestate, si agatur inter subditos, nec de absoluta si agatur de præiudicio non illius subditi. cap. 1 de fid.instrum. Innoc & Butr.in cap.nouit.de iud. Natt. cons. 47.an imbreuiatura.num.5.& 6.

17 Ampl.vt expressio debeat † esse specifica,ita vt non sufficiat posse exprimi per relationem ad aliud. Natt.cons.47.an imbreuiatura nu.2. Dubito tamen de veritate huius assumpti, cum non differat, an quid sit certum per se, vel per relationem ad aliud, & comprobatur ex dictis supra §.3.Ampliat.6. & 9. antecedenti ampl. 1.

18 Ampl. vt non possit suppleri,† seu addi a notario,cui commissa sit publicatio rogituum, seu instrumentorum notarij defuncti. Io. Andr. ad Spec.de inst.edit.§.ostenso,vers. quid si imbreuiatura.Pelin.in cap.cum P.tabellio, de fid. inst. num.5.in fin. asserendo omnes Doctores ibidē idem tenere.

Contrarium latè defendit idem Natta cons.
19 47.num.2.et cons.146. num. 10. vbi declarat † dicta Io Andreæ, & reprehendit Pelinum in relata assertione.

20 Ampl.etiam si aliunde illius † defectus posset certo suppleri, veluti si notarius scripsisset. Anno Domini 1633.die 22. Decembris coram N.N. testibus D. Antonius Niger ex Arce Annoni,Astensis diœcesis hæc mihi dictauit. Natt.
21 cons.47.an imbreuiatura num.2.addendo † procedere etiam si notarius scripsisset vltra annum mensem, & diem, indictionem cum clausula & cætera. Corn.cons.93.lib.4.num.4.in prin.& vers.sed in solemnitatibus,et vers.et ideo.

Contrarium tenet Rusner. decis.1.lib.1.n.12 & comprobari posset ex his quæ dicam infra, de die, qui est vnum ex substantialibus instrumenti, & illius opinio comprobari potest,quòd satis
22 dicitur † expressum,quod colligitur ab expresso, vel sub illo continetur.Crauet.cons.130.col.3. et cons.257.n.6.et in l.cum filio famil.in 3.part.n.9 ff.de legat.1.Camil.Gallin.de verb.signif. lib. 2. cap.5.num,10.Surd.cons.294.nu.21. post prin. et cons.391.num.40.et decis.254.nu.28.et cons. 319.num.17. addendo etiam quod expressa est generalia. Nec differt,an quid sit certum
23 † per se, vel ex alio certificari possit l.certum, ff.si cert.pet. Aret.cons.28. diligenter nu.3. Menoch.de arbit.iud.quæst.68.num. 43. 52. et seq. Et quod non vitietur instrumentum, si notarius
24 scripsit † indictionem sine numero, firmauit Bald.in cap.inter dilectos de fid.inst.n.14. quem
25 sequitur Surd.cons.390. nu. 33.post med.† & idem dici si penitus fuit omissa, sed tamen expressi anni rogitus.

26 Ampl.etiam vbi illa est apposita,† seu expressa, sed illius dinumeratione erratum fuit Surd. cons.390.Ne homines num. 9.

Contrarium tenet Surd. cons. 390.Ne homines nu.33.vbi quamplures refert tenentes hanc opinionem, & quod potius præsumatur erratum
27 † in indictione, quam in anno. Cagnol.in l. si librarius ff.de reg.iur.num. 19. Marsil.et ab illo relati singul.431.num.2.in prin. Couar.var.resol.lib.2.cap.12.num.7.

28 Ampl. etiam vbi instrumentum † esset corrosum in ea parte, in qua consueuit scribi indictio.Corn.cons.93.lib.4.nu.4. in princ. reprobando Baldum aliud sentientem.

Contrarium tenet Bald.in l. vnum ex familia § si omissa ff.de leg.2.Imol.in l.1.col.fin.ff. de his,quæ in testam.delent.concludens,si indi-
29 ctio fuit † rasa,vel alias non possit legi, validum esse instrumentum, quia ex inspectione detegitur talem defectum superuenisse post stipulatū instrumētum:et Corn.reprobat Crauet.de antiq. temp.par.1.§.viso de fam.num.39. et Crauet. sequitur Surd. cons.390. Ne homines, num. 33. circa fin.

30 Ampl.vt indictionis expressio † falsa vitiet instrumentum. Lanfranc.cap quoniā contra de probat §.9.plura nu.9. vbi plures consentiētibus & dissentientes refert.

31 Limit.vbi illius † omissio additur a Notario rogato de instrumento. Natta cons.146. nu. 10. vers.Nam non possumus, vbi late probat, si nōdum data fuit copia parti;si autem data fuit,corrigi posse ex decreto iudicis parte citata.

32 Limit.vbi fuit erratum in indictione,† & Notarius rogatus corrigit errorem suum. Natta cons.47.num.3. et cons.146.num.10.in princip. Socin. iun. cons. 127. viso lib.3.num.24.et seq. Cagnol.in l. si librarius ff. de reg.iur. num. 18. circa med.et Dec.nu.5 in fin.

33 Limit. in instrumento testamenti † inter liberos, Nicol.Reusner.decis.1.par.1. nu. 15. & comprobatur ex dictis Doctorum in l. hac consultissima §.ex imperfecto C.de testam.

34 Limit.in instrumentis,quorum † rogitus est minus solemnis, seu minorem solemnitatem requirit, vel actus est priuilegiatus.Reusner. decis.1.par.1.nu.10.in fin.

35 Limit.vbi Notarius post expressionem † anni, diei, & mensis reliquit cartam vacuam,qua addi posset indictio.Bal.in l.penul.C.de accus. cum alijs cumulatis à Cagnol in l. si librarius,ff. de reg.iur.n.19.in prin.Dec.in cap. 1. de fid. instr. num.31.et seq.vers.sexto.

36 Limit. vbi indictio fuit apposita † in principio protocolli, quia censetur repetita in instrumentis sequentibus.Alex.et Ias.in l.prætor ait. §.si initium ff.de edend. quos refert & sequitur Cagnol.in l.si librarius, ff.de reg.iur. num.20.

37 Limit. vbi contraria adesset † consuetudo. Spec.de inst.edition.§.2.num.5.circa med.sequitur Couar.var.resol.lib.1.cap.12.nu. 7. Angel.

*conf.*220.*Ad hoc col.*1.*Crauet.conf.*216.*comparatio num.*4.*in fin.Cagnol.l.si librarius, ff. de reg.iur.num.*19.*Surd.conf.* 390, *num.* 37. *circa med.*

Singulare illud addo, quod si expresso anno,
38 † facto calculo comperiatur indictionem non conuenire, potius præsumi fuisse erratum in indictione, quam in anno. *Couar.var.resol.lib.* 1.*cap.*12.*num.*7.& dixi *supra* §.3.*vers.notandũ, addo Marsil.singul.*431. *dixi num.* 3. *sum, Art. notariat.tom.*2.*cap.*1.*vers.vid.Ias.*

39 Sed hæc præsumptio cessat vbi † sequeretur absurdum, vel nullitas actus, quia tunc præsumitur non erratum in eo, in quo cessat absurdum, vel nullitas, *l.Titia* 134.§.*idem respondit.* 1. *ff. de verb.obligat.lib.*1. *ff. eo quod cert.loco Bellam decis*118.*si instrumentum.*

40 Si autem indictio † posita fuerit in principio protocolli in vno contractu, vel in medio, vel in fine eiusdem libri instrumentorum, an censeatur repetita in sequentibus, vel antecedentibus instrumentis, videndus *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs* §.*si initium ff.si cert.petat.n.* 13. *& seq.Cagnol.in l.si librarius,ff.de reg.iur.n.*20.

41 Corrigi tamen potest a † notario, si in illa erratic. *Natt.conf.*44. *An imbreuiatura, nu.*3. *Soc.iun.conf.*127 *viso lib.*3.*num.*24.*& seq.* Non tamen suppleri, seu addi potest a notario, cui data fuerit facultas publicandi rogitus notarij defuncti. *Natt.conf.*47.*An imbreuiatura num.*2. *& conf.*146.*num.*10. vbi respondet obiectis *Io. Andr.* tenentis contrarium, *Bald.* tamen *in l fin, C.de eden, num.*18, Limitat, si fuerit data copia parti, & concludit non posse corrigi, sine decreto iudicis; addendo *nu.*20. posse, notarium conuenire partem vt sibi restituatur ad effectum
42 corrigendi: & generaliter † quando notarius possit errorem suum corrigere, distinguit *Lanfranc.in praxi* §.9.*num.*21.

43 Si omissa fuit, † quid dicendum, viden. *Lancel, de attentat.par.*2.*cap.*20.*ampl.*27.*num.*2.3.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Instrumento est apponendum nomen Imperatoris, & quo anno cœperit regnare. 1.3.4.11.12.13.13 14.15.16.17.*Lim.*20.22
Rub.auth.vt prapon.nom.Imp.declaratur. 1.2
Regis Romanorum potestas. 4
Extensio non dicitur fieri vbi eadem viget ratio. 5
Imperator nullam habet iurisdictionem in terris Ecclesiæ 6,7. *Ampl.*8
Imperator est inferior Papæ, & quomodo 9
Papa dedit facultatem Electoribus eligendi Imperatorem. 10.*potest priuare Electores facultate eligendi Imperatorem, & quando.* 10
Annus Imperij, vel Pontificatus an incipiat a die electionis, vel coronationis.
Notariorum Rota, & Cameræ Apost.stylus circa expressionem anni Pontificatus. 19
Cancellaria apost.stylus in expressione anni Pontificatus, & appositionem plumbi 10. *circa med.*
*Annus Pontificatus, vel Imperij appositus in principio protocolli censetur repitur in alijs.*22
Notarius Imperialis si rogetur de instrumento in terris Ecclesiæ, vel Roma, an apponere debeat nomen Imperatoris. 23

1 SExtum substantiale † instrumenti est appositio nominis Imperatoris. *Rub. auth. vt præponat. nom.Imp.* quam rubricam cum tota dispositione nigri esse odiosam, quia illius inobseruantia inducit nullitatem, vult *Abb. in*
2 *procem.Decret.Gregorius* el.2.*nu.*15, & ideo † seruandam solum in terris Imperij, dixit *ibidem num.*15, Notandum tamen Iustinianum constituisse, cum nomine Imperatoris esse præterea
3 exprimendum quoto † anno ille imperare cœperit, vt legitur *eius Nouella* 47. *& nouella Maxim.*2. additũ vt etiã Imperiales notarij mentio
4 nẽ faciat Regis Romanorũ, de cuius iurisdictione, & potestate latè agit *Cassan. Catalog. glos. mund.p.*5. *consid.*29. Quia tamen vbi eadem vi-
5 get ratio, † nõ dicitur fieri extensionẽ sed potius interpretationem, & comprehensionem. *Alex. conf.*75.*lib.*5.*num.*3.*& seq.Parif.conf.*83.*lib.*2. *num.*21 *Abb.in procem.Decret.Gregorius,*2. *nu,* 15.*circa med.* quæ sunt dicta de appositione nominis Imperatoris, & Regis Romanorum,
6 eadem sunt dicenda de nomine Papæ † in terris Ecclesiæ, & Romæ præcipuè nullam ibidem Imperatore, vel Romanorum Rege exercente nec exercere valente iurisdictionem, non tan-
7 tum circa † spiritualia, quibus illi sunt incapaces. *cap.decernimus de iudic. glos. cap. si iudex. verb.spirituali de sent.excom.in sex.* nec etiam de partium consensu, *cap. contingit.de arbitris,* sed etiam circa temporalia, existente Romanorũ
8 † regno penes Summum Pontificem, ex donatione Constantini, & acquiscentia populi Romani. *Cassan. d.consid.*29.*col.penul.vers.ad hoc*
9 *est clara*, & Imperator † est inferior Papæ habitu in temporalibus, & in spiritualibus actu, cum acceptet electionem de illo factam a Principibus septem Germaniæ, è quibus tres sunt Archiepiscopi, & quatuor layci, electi omnes ab ipsomet Papa. *cap. venerabilem*, §. *verum, vbi glos.verb.transtulit de election.Cassan. catalog.gloria mund. part.*5.*consid.* 29.*col fin.* &
10 quos † iure eligẽdi priuat, in contumaciam præsertim in non eligendo, *Ias.in l.si pecuniã, ff. si cert.pet.num.*16, sed etiam suo arbitrio priuare potest, ex causa præcipue. *Aluarus Pelag. de planct.eccles.cap.*41.*col.*3.*de vers.de istis*, & dixi late *in meis Collectaneis, ad d.cap.per venerabilem*. Ideo cum de exprimendo nomine Imperatoris, & Regis Romanorum habeamus expressos textus, & Imperatorum sanctiones; & de exprimendo nomine Papæ, & alterius qui iura habeat & exerceat Imperialia, nos cogat idẽtitatis ratio,

11 Regulam constituam, quod de substantia † instrumenti est, vt in illo apponatur nomen Imperatoris, cum anno quo imperare cœperit, *auth.vt præponat.nomen.Imperat.in fin. Bart. in*

in repet. l. si quis ex argentarijs, §. *si initium*, *ff. de edend. numer.* 24. *verſ. quinto*. *Couar. practic. quaeſt. cap.* 20. *num.* 1. *verſ. ſecundo*, *Abb. capit.* 1. *de inſtrum. num.* 1. *verſ. tertia*, *& Felin. num.* 5. *verſ. item requiritur*. *Dec. num.* 22. *Specul. de inſtrum. edit.* §. 2. *num.* 8. *&* §. 9. *n.* 3. *Maſcard. de probat. quaeſt.* 6. *n.* 88. *Dec. cap.* 1. *de fid. inſtr. nu.* 22.

12 Ampl. praeſertim † in terris Imperij. *Abb. in procem. Decret. Gregor.* 2. *num.* 14. *in princ. Maſcard. de probat. quaeſt.* 6. *num.* 87. *in fin. Viuius opin.* 382. *num.* 7.

13 Ampl. vt identitatis † ratione, idem ſit de nomine Papae, & anno Pontificatus illius. *Bart. in repet. l. ſi quis ex argentarijs*, §. *ſi initium*, *ff. de edend. num.* 24. *verſ. quinto Abb. in procem. decret. Gregorius*, 2. *nu.* 14. *Couar. pract. quaeſt. cap.* 20. *num.* 1. *verſ. ſecundo. Abb. in cap.* 1. *de fid. inſtrum. num.* 1. *verſ. tertio*, addendo apponendum eſſe annum Pontificatus. *Specul. de inſtrum. edit.* §. 2. *num.* 8. *& &* §. 6. *numer.* 3. *Viuius opin.* 382. *num.* 7. *Dec. cap.* 1. *de fide inſtrum. num.* 22. *Bero. conſ.* 1. *lib.* 3. *n.* 53.

14 Ampl. praeſertim in terris † Eccleſiae. *Abb. in procem. Decret. Gregorius* 2. *nu.* 14. *Maſcard. de probat. quaeſt.* 6. *num.* 87. *in fin.*

15 Ampl. vt omiſſio † nominis Imperatoris in terris Imperij & Papae in terris Eccleſiae, vitiet inſtrumentum. *Abb. in procem. Decret. Gregor.* 2. *num.* 15. vbi reſpondet obiectis, quae fieri poterant, quare idem non eſſet dicendum de inſtrumētis rogatis in terris Eccleſiae, quae ſunt conſtituta de inſtrumentis rogatis in terris Imperijs, diſtinguente eod. *Abb. numer.* 19. quando inſerendum nomen Antipapae.

Viuius tamen *opin.* 382. *Inſtrumentum ex Bart. in l. admonendi*, *ff. de iureiur.* diſtin-

16 guit † an notarius rogatus de inſtrumento viuat, & vera ſit ampliatio: vel ſit mortuus, & faciat ſemiplenam probationem, teſtans de communi.

17 Ampl. vt eadem ratione, qua † conſtitutum fuit, vt inſtrumento praeponatur nomen Imperatoris, ſit praeponendum nomen Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, & ſimilium, qui habent à Deo imperialem poteſtatem. *Couar. practic. quaeſt. cap.* 20. *num.* 1. *verſ. idem ipſe dicerem. Laurētius Kirchouius comm opin.* §. *Princeps. Abb. in cap.* 1. *de fide inſtrum. n.* 1. *verſ. tertio*, *& in procem. Decret. Gregor.* 2. *num.* 16. *circa fin.* loquens de inſtrumento confecto in loco, vbi imperat Antipapa. *Felin. ſequitur Abb. in d. cap.* 1. *num.* 5. *in fin. & Dec. num.* 22. *Spec. de inſtrum. edition.* §. 2. *nu.* 8.

Dubium, nū annus Pontificatus, vel Imperij,

18 initium † ſumat à die electionis, vel Coronationis, & an mutetur cum ipſo currenti. Quoad Pōtificatum Cur. Rom. obſeruat die coronationis inchoare annum, nulla facta memoria Pontificatus ante coronationem: ſed electo Pōtifice conſueuit Apoſt. Cancellaria in litteris ab illa expeditis expreſſo nomine Pōtificis electi in principio, addere in fine clauſulam, Dat. ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officij anno: & ita obſeruatum vidi: ſicuti etiam vidi factum, quod cum litterę Apoſt. ad illarum faciendam fidem indubiam, habeant appenſum plumbum cum cordulis aliquādo ſericis, aliquando lineis, iuxta negociorum diuerſitatem, & in eodem plumbo ex vno latere cudantur Capita Sanctorum Petri, & Pauli, in altero nomen; Pontificis, ſi contingat ante coronationem expediri litteras, ſub plumbo, facies illa, in qua imprimendum erat nomē Pontificis, relinquitur vacua. Si quis tamen eas litteras, tanquam non legitimas, vel auctoritate carentes impugnaret, anathema eſſet *extrauag. final de ſentent. excommun.*

19 Obſeruaui quandoque, † notarios Rotae, & Cam. Apoſt. in regeſtris, quibus modum imponere tentarunt ſaepe Pontifices, apponere diem obitus Papae, introitus Cardinalium in Conclaue, electionem noui Pontificis, Coronationem illius, acceſſum ad Baſilicam S. Ioannis Lateranen. & diffuſis, & profuſis verbis, plures cartas cum ſuo compendio, & litigantium diſpendio implent. Prodeſt quidem talis annotatio ad fundandam iudicis iuriſdictionem circa lapſum terminorum ſubſtantialium, cum tamē ſatis eſſet referre ſeriem rei geſtae: nocet tamen non parum miſeris litigantibus, quorum crumenae modis pluribus, rectis, & obliquis emunctae remanent inanes vacuae, & impares ad proſequendum dominorum optima iura. Quo vero ad annum Imperij videndus *Viuius opin.* 369 *Imperatores*.

20 Limit vbi contraria adeſſet † conſuetudo, ſaltem quadragenaria. *Couar. practic. quaeſt. cap.* 20. *nu.* 1. *verſ. nam ipſe non tanti facio. Abb. conſ.* 53. *attingendo lib.* 2. *n.* 1. licet ipſe in caſu ſuo aſſerat non probari talem conſuetudinem ex inſtrumentis decem notariorum, qui nomen

21 Imper. non appoſuerant ſuis inſtrumentis, † etſi iudex idem fieri teſtaretur; quia ille non habeat officium atteſtandi, ſed iudicandi, ſubdens idē dicendum de quocunque, aliquid faciente non ſpectante ad illius officium, & idem expreſſius firmauit *in procem. Decret. Gregorius* 2. *numer.* 14. *verſ. nam conſuetudo. Felin. in cap.* 1. *de fid. inſtrum. num.* 5. *verſ. item requiritur*. *Dec. cap.* 1. *de fide inſtrum. num.* 22. *in princ.*

22 Si autem † nomen Papae Imperatoris, vel Regis fuerit appoſitum in principio protocolli in vno inſtrumento, cenſeatur repetitum in ſequentibus, late agit *Bart. in repe.*, *l. ſi quis ex argentarijs*, §. *ſi initium*, *ff. de edend. n.* 25.

23 Si Imperialis notarius † rogetur Romae, vel in alia parte dominij eccleſiaſtici, vel Apoſtolicus in terris Imperij, an ille Pontificis, iſte Imperatoris nomen apponere, vel publicare debeant, videndus *Nicol. Hontem. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 14. *& ſeq.*

§. IX.

SVMMARIVM;

Instrumento apponi debet locus stipulationis illius 1. 4. *Ampl.* 2. 3. 5. 6. 18. 19 20. 23. 24. 25. *Limit.* 26. 27. 28. 29. 30. *Sublimit.* 31.
Rota decis. 5. *de consuet. & decis.* 5. *de fide. instr. in antiq. declaratur.* 10. 13
Consuetudo non apponendi locum, vbi instrumentum est stipulatam, non est valida. 6. *Ampl.* 14. *Limit.* 15. *Contrarium scilicet, quod sit valida.* 7. *& quare.* 11. *Concorda.* 8. 9. 12
Roncalia qui locus sit, vbi Imperator Romanus veniens sepe rescripsit in libris feudorum. 16 17
Zongus Hondedeus secundus Collateralis Curiæ Capitolij. 21
Examen testis non expresso loco, vbi illud fuit factum est nullum. 22
Notarius si errauit in descriptione loci, vbi stipulatum est instrumentum, velillum omittit, an possit errorem corrigere, vel locum addere. 32
Locus an sit apponendus priuatæ scripturæ. 33. *an expressus in antecedenti censeatur repetitus in sequenti.* 34.

1 Septimum substantiale † instrumenti est, vt in illo apponatur, seu exprimatur locus, vbi fuerit stipulatum *auth. vt præponat. nomen Imperat.* §. *quantum. auth. quib. mod. natural. efficiant legitim. glos. in cap. quoniam contra, verb. loca de probat. & in l. optimā verb. dic C. de contr. & commit. stipulat. vbi Angel in fin. Specul. de instr. edit.* §. 2. *nu.* 9. *&* §. 9. *n.* 5. vbi rationem refert. *Couar. practic. q.* 20. *nu.* 3. *vers. quinto. Bart. in l. si quis ex argentarijs, in* 2. *lectur.* §. *si initium ff. de edend. num.* 26. *Mascard. de probation. quæst.* 6. *num.* 89. *Angel. cons.* 220. *ad hoc col.* 1. *vers. item non tenet. Felin. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. *& Abb. num.* 3. *vers. quinto, & Dec. num.* 23. *Capel. Tholos. decis.* 492. *Rota decis.* 6. *de consuet. in antiq. glos. in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. *Soc. iun. cons.* 127. *lib.* 2. *nu.* 5. *Put. decis.* 328. *lib.* 1. *Roman. l. de pupillo,* §. *qui nunciat, ff. de nou oper. nunc.*

2 Ampl. vt non solum sit exprimendus † locus in genere, vt puta Romæ, vel oppido Arcis Hannoxi, sed etiam locus loci, seu specialissimus, vt puta in domo Domini Antonij Nigri; sita in Agone. *Specul. de instrum. edit.* §. 2. *num.* 9. addendo apponi debere locum loci, vt puta in domo Domini Bartolomæi Nigri, sita in foro arcis Hannoni in sala superiori, cum nomine Patochiæ, infinitos refert *Grat. discept.* 379. *num.* 47. *& seq.* vbi illos cumulat ad demonstrandum quod ista opinio sit communior; Ampliando *num.* 55. *& seq.* præsertim in Ciui-
3 tate numerosa, & data notarij consuetudine, & saltem instrumentum fieri suspectum, & partem grauari onere probandi locum loci. *Cast. cons.* 420. *lib.* 2. *num.* 1. Quod præcipue vidi obseruatum Romæ, vbi vltra expressionem domus & illius partis, vbi stipulatur instrumentum, additur regio Vrbis, quæ est diuisa in quatuordecim regiones videlicet, Burgi, Transtiberis, Parionis, Pontis, Regulæ, S. Eustachij, Campimartij, Montium, Triuij, Campitelli, Co-
4 lumnæ, &c. † Post *Spec. idem censuere Iac. de Aren Cyn. & reliqui relati à Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs* §. *si initium. ff. de edend. num.* 26. *Bart. l. de pupilo,* §. *qui nunc. ff. de nou. oper. nunc. num.* 3. *Veral. decis.* 98. *part.* 1. *Rota diuers. decis.* 527. *part.* 3. *num.* 8. *Gonzal.* plures congerens *ad regul.* 8. *glos.* 62. *nu.* 24. *Menoch. cons.* 288. *num.* 2. vbi plures. *Felin. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. *vers. & quod de iure. Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 90. *& seq. Angel. cons.* 220. *ad hoc col.* 1. *Theodos. Rub. ad Acorambon. decis.* 4.

Limitabis, si expressione generali loci sequitur tacite expressio loci specialis, vt puta si in litteris Papæ dictum fuit, Romæ, nam sequitur expressio loci, vbi residet Papa. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *circa med.* vel agatur de actu, qui vbilibet fieri potest. *Peregrin. cons.* 52. *lib.* 3. *numer.* 15. Limitando, si contraria adsit consuetudo. *Crauett. cons.* 217. *nu.* 2. *Dec. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 24. *Cagnol. l. si librarius, ff. de iureiur. n.* 82. vbi alios refert. *Theodos. Rub. in suis sing. ad Puteum decis.* 336. *part.* 1. pluries ita censuisse Rotam. *Rota decis.* 5. *de fid. instr. in antiq.*

5 Ampl. vt non sufficiat exprimere locum † in genere generalissimo, vt puta in terris Imperij, vel Ecclesiæ, vel diœcesi *Felin. in capit.* 1. *de fide instrum. numer.* 6. *vers. an autem sufficeret. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *vers. & tunc assignatio.*

6 Ampl. vt non sit valida † consuetudo, quod non exprimatur locus vbi stipulatum fuit instrumentum. *Rota decis.* 6. *de consuet. in antiq. Couar. practic. quæst. cap.* 20. *num.* 3. *circa fin.* addendo talem consuetudinem esse iniquam, & aperire fores mille fraudibus. *Dec. in cap.* 1. *de fide instr. num.* 23. *& seq. vers. quarto,* confutando argumenta tenentium contrarium. *Castr. cons.* 420. *lib.* 2. *ante fin.*

7 Contrarium tenent † *Barbat. de fid. instr. instrum. in Rub. num.* 69. *Alexand. in l. de pupillo,* §. *qui nunciat ff. de nou. oper. nunciat. num.* 10. *& seq.* addendo in suo codice non legi relatam Rotæ decis. nec credere illam veram, & eiusdem opin. videtur *Felin. qui fuit Rotæ Auditor in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. dum prius relata dicta decis. Rotæ, & qui illam sequantur, refert qui aliud sentiant; concludens, quod circumscripta consuetudine, de iure sit exprimendus locus stipulationis instrumenti.

8 Contrarietatem, hanc quam † non sustulit *Put. decis.* 328. *lib.* 1. cum coram illo fuisset excitata difficultas, an valida esset consuetudo non apponendi locum stipurationis instrumenti, relatis *decis. Rotæ* 6. *de consuet. in antiq. & Alexand.* illam impugnante, conuerso fermone ali., refert quid censuerit Rota de expres-

fione

sione loci loci, censeo tolli posse, si duos casus constituamus.

9 Primus est, si quæratur † an valeat consuetudo, quod validum sit instrumentum sine expressione alicuius loci, vbi illud fuerit a partibus, & notario stipulatum: & illam omnino esse inua-
10 lidam censeo, & ita † intelligenda est *decis. Rotæ 6. de consuet. in antiq.* ex rationibus relatis *a Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 3. circa med.* quia non vrgent argumenta *Alex.* aliod
11 sentientis; & pro confirmatione aliam † considero rationem, quod cum omnia entia locum occupent; nam omne corpus alicubi collocari est necesse, & sine loco, artificialia, vel naturalia esse non possint. *Plat. in Timæo. Mercur. Trimegist. in Asclep. cap.* 8. vt refert *Io. Bapt. Bernard. in suo Seminar. Philosoph. §. locus*, si concederemus validam esse consuetudinem stipulandi instrumentum valide sine expressione loci, necesse concederemus existentiam rei, quæ esse ignoraretur, & quæ existere minime posset, quia quod non conceditur esse, vel in cœlo, vel in terra, nihil est, vt inquit *Plat. in Timæo, teste Ioan. Bapt. Bernard. loco mox citato.*

Secundus casus est si agatur de consuetudine
12 † non requirente expressionem loci loci: & tunc dicendum est, illam esse validam, & ita loquitur
13 *decis.* 5. † *de fid. instrum.* quam refert & sequitur *Put. decis. 32?. lib.* 1. testando ita alias decisum, idem repetens *decis. 7. de pension.* hanc concordiam colligo ex subobscure dictis *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *& Theodos. de Rubeis ad dec. Put.* & aliorum ab eo relatum, *dec.* 328. *lib* 1. & consideratis relatis duabus *decis. Rotæ*, quæ re vera non sunt contrariæ, cum vna neget valere consuetudinem, quod generaliter non exprimatur locus stipulationis instrumenti; alia, quod valida sit exprimi locum loci, quia non sequitur impossibilitas existentiæ locati, vt supra ex *Plat.* & alij sum ratiocinatus. *Veral. decis.* 98. *par.* 2. testans de consuetudine Hispaniæ.

14 Quæ tamen dixi primo casu, † addas procedere etiamsi exprimeretur locus generalissimus, vt puta actum in diœcesi Astensi, vel in Dominio Mediolani, quia locus est nimium incertus, nec agitur de re locata occupante totum locum. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *vers. & tūc.*

15 Nisi tamen † ex expressione loci generalissimi sequeretur expressio loci specialis certissimi, vt legimus in libris feudalibus, Datum apud Roncalias. *auth. habita C. ne fil. pro pat. cap.* 1. *de probib. feud. alien. per Lothar.* inquiens. *Dum*
16 *apud* Roncalias † *secundum antiquorū Imperatorum consuetudinem pro iustitia & pace componenda consideremus*, & *de probib. feud. alien. per Frideric. in princ.* inquiens. *Dum ex prædecessorum nostrorum more vniuersalis Curiæ Roncaliæ, pro tribunali sederemus.*

17 Quæ fuerit autem Roncalia, declaratur ex † *Oth. Frisingen. in Frideric. libr.* 2. *cap.* 12. cuius verba versibus expressit *Gunther. Carmin. lib.* 2.

Tum demum signa reuellens
Roncalia properat rapidis attingere rastris.
Est locus Italiæ modicum sciunctus ab vrbe
Cui quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen;
Planus, & Eridani placido iunctissimus amni,
Effundit latos spatioso limite campos.
Hinc quoties claram Regnator *tendit ad Vrbem*
Theutonus, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet ligno suspenditur alte
Erecto clypeus: tunc præco regius omnes
Conuocat à dominis feudalia iura tenentes,
Excubias Regi prima celebrare fideles
Noctē vetustorum debent ex more parentum:
At quicunque domi, domino nolente, relictus
Defuerit, feudo priuari Curia *censet, &c.*

18 Ampl. quod si non fuerit expressus † locus in quo fuerit stipulatum instrumentum, illud sit nullum & non probet. *Spec. de inst. edit. §.* 2. *n.* 9. *& §.* 9. *num.* 5. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium ff. de edend. num.* 25. *in fin.* concludens expressionem loci esse de substantia instrumenti, nec reperiri textum in toto corpore iuris, qui vrgeat ad dicendum contrarium. *Marescot. resolut.* 121. *lib.* 2. *num.* 34. *Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 90. *relatis Boer. decis.* 32. *num.* 37. *& Ruin. cons.* 154. *num.* 4. *&* 10. *vol.* 3. *Veral. decis.* 97. *par.* 2. *Menoch. & ab illo relati cons.* 288. *num.* 1. *Viuius opin.* 383. *Instrumentum.*

19 Ampl. quod si specialis locus † stipulationis instrumenti in illo non exprimatur, instrumētum fiat suspectum, & grauetur qui illud produxit, testibus probare, vbi fuerit illud stipulatum. *Cast. cons.* 420 *lib.* 2. *nu.* 1. *Aufrer. ad Capel. Tholos.* 492. *circa fin.*

Ampl. præsertim vbi conficitur instrumentū
20 † de actu requirente pro forma certum locum, vt puta si in contumaciam debitoris sit conficiendum a iudice instrumentum dationis in solutum, seu adiudicationis: nam cum istud fieri debeat iudice pro tribunali sedente, exprimi debet locus specialissimus, vt puta, sedente Illu-
21 stri & Excellenti D. Zongo Hondedeo † nobili Pisaurien. Cur. Capit. Secundo Collateralis amico meo, pro tribunali in Aula Capitolij, vbi iura reddi solent, præuijs solitis bannimentis, & relationibus peritorum, idem D. Secundus Collateralis dedit in solutum domum & reliqua: *Bart. l. de pupillo §. qui nunciat. ff. de nou. oper. nunc. nu.* 3. *in fin. & Alex. num.* 6. *Cast. cons.* 420. *lib.* 2. *num.* 1. *vers. sed locus. Fel. in cap.* 1. *de fid. instrum. nu.* 6. *vers. Nota secundo, & vers. de modo,* & ita censuit *Rota teste Puteo decis.* 256. *Senatori,* concludens examen testum non
22 † expresso loco facto a iudice esse nullum. *Suarez commun. opin. §. instrumentum nu.* 139. *&* 140.

23 Ampl. præsertim vbi instrumentum † fit in loco exempto a solemnitate, quę generaliter esset necessaria ad illius substantiam in toto territorio, vt in casu quo consuluit *Rol Val. cons.* 33 *Illustris, lib.* 3. *num.* 23. *& seq.* dum voluit testamentum conditum in ecclesia S. Hieronymi Mediolani sustineri, quamuis in illo non essent seruatæ solemnitates statutariæ, quia confectum

in

in loco exempto à Statuto. Et idem dicendum si instrumentum fuit confectum in loco, vbi notario erat interdictum rogari de instrumentis. *glos. in ca. Abbate de re iudic. in sext. verb. censeretur in fin.*

24 Ampl. vt testamentum † sit nullum, nisi in illo exprimatur locus loci, vbi sit confectum. *Alex. cons. 59. viso processu lib. 2. num. 5*

25 An locus expressus † in antecedenti instrumento censeatur repetitus in sequenti. *Alex. cons. 59. viso processu lib. 2. n. 6.*

26 Limit. vbi locus tacite † exprimitur per coniunctionem causæ, vel personæ, vel rei gestæ; *addentes ad Specul. de instrum. edit. §. 2. n. 9. vers. adde, vbi plene, Bald. cons. 277. lib. 3. Alex.* loquens de solutione facta Thesaurario, *in l. 2. ff. de liber. & post num. 8. circa med. Bald. l. comparationes, C. de fide instrum. nu. 13.*

27 Limit. vbi negocium non † exigit expressionem certi loci, nam tunc sufficit exprimere locum in genere, vt puta Ciuitatem. *glos. l optimam. C de contr. & commit. stipulat. Pelin. in cap. 1. de fide instrum. num. 6. vers. de modo.*

28 Limit. ad faciendam semiplenam † probationem. *Pelin. in cap. 1. de fid. instrum. nu. 7. sequitur author tract. Art. notariat. tom. 2. cap. 1. vers sexto, relatis Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. vers. quid si in instrumento, & Felin. in dict. capit.* 1. declarando, modò notarius rogatus sit mortuus, nam viueret si conueniretur ad interesse. *Vtuius opin. 382. instrumentum, num. 5. & 9. Alex.* idem voluit *in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de nou. oper. nunc. num. 7.*

29 Limit. quoad expressionem loci † specialissimi, vt puta in domo D. Antonij Nigri, & in illius bibliotheca. *Bart. & communiter reliqui in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de nou. oper. nunc. Ruin. cons. 154. vol. 3. num. 10. sequitur Mascard. de probat. quæst. 6. num. 9 1.* recentis tamen terminis, de quibus *in septima, & seq.* ampliat. late *Socin. iun. cons. 127. lib. 3. n. 26. & seq.* dum prius *num.* 5. retulisset qui velint exprimendos esse confines.

30 Limit. vbi per relationem, † seu continuationem ad præcedens instrumentum nihil obstat, sed potius constet subsequens instrumẽtum fuisse stipulatum in loco expresso in præcedenti: veluti si notarius in principio actorum dicat, actum in Palatio, vbi iura reddi solent: vel si notarius in principio protocolli instrumẽtorum Basilicæ alicuius Vrbis dixisset, Angelus Caninius compatermeus, & notarius Curiæ Capitolij. Actum in Capit. Ecclesiæ S. Ioannis in Laterano in loco solito, reliqua instrumenta sine expressione loci, in quibus agitur de interesse, & præsentia Capituli censentur confecta in eodem loco. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium ff. de edend. num. 27. Nicol. Hontem. de arte notariat. lib. 2. c. 13 num. 24.*

31 Sublimita: vbi † expressio loci requiritur pro forma: *Menoc. con. 288. num. 15. & seq.* subdens idem dicendum, si singularis requiritur expressio, vel relatio non sit ab eodem notario, *num. 17. & 20.*

Si autem notarius errauit in expressione loci

32 † vel illum omisit, an possit errorem corrigere, vel addere, videndi sunt *Specul. de instrũ. edit. §. 9. num. 6. Papiens. in form. opponend. contra instrum. §. caret, & ibi addentes, Veral. decis. 97. part. 2. num. 4. Mascard. de probation. conclus. 4. Abbreuiaturam, num. 16, & seq. & nu. 25.*

33 Quid autem dicendum † de priuata scriptura. *Alex. in l. de pupillo, §. qui nunciat. ff. de nou. oper. nunc. num. 8. & seq. Lanfranc. in praxi §. 9. nu. 42.*

34 An autem locus appositus præcedenti † instrumento censeatur repetitus in sequenti. *Menoch. cons. 288 num. 15. vsque in fin.* & similia sunt quæ dixi de die, *supra §. 3. vers. an autem dies.*

---

§. X.

SVMMARIVM.

Instrumentum vt sit validum est opus, vt illud stipuletur coram testibus. 1. *Ampl.* 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. *Limit.* 14. 15. 16

Subscriptio testium in instrumẽto an requiratur 2. 19.

Testes instrumentarij quales esse debeant. 3. *quot requirantur in instrumentis.* 4

Nomen, & cognomen testis sunt exprimenda in stipulatione instrumenti 9. *Limit.* 10.

Testes an sint rogandi in stipulatione instrumenti. 17. *An descripti in primo instrumento protocolli censeantur repetiti in sequentibus carentibus testibus.* 18. *An debeant cognoscere partes roganti notarium de stipulatione instrumenti.* 20

1 Octauum substansiale est, vt stipulatio instrumenti fiat † coram testibus. *Specul. de instrum. edition. §. 2. num.* 10. addẽdo, nomina testium quandoque exprimi per genitiuum, quandoque per accusatiuum, & quandoque per ablatiuum. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium. ff. de edend. num. 3. in fin. vers. septimo. Pelin. in cap. 2. de fide instrum. num. 14. & Abb. num. 3. vers. nono Dec. nu. 34. vers. octauo. Marsil. singul. 56. Couar. pract. quæst. cap.* 20. *num.* 3. vbi plures refert addendo nomina testium inscribẽda esse a no-

2 tario, & non requiri † illorum subscriptionem regulariter. *Crauet, cons. 56. nu. 1. & cons. 216. comparatio, nu. 2. in princ. Specul. de instru. edit. §. 2. nu. 10,*

3 Cauere tamen † debet notarius, vt testes sin honestæ conditionis, quod sint rogati ad interessendum instrumento, & quod illi se subscribant instrumento, ijs omnibus casibus. qui bus illorum est necessaria subscriptio, ex lege, vel Statuto, vt in Vrbe, *lib. 1. cap. 149. et dicam infra*, cum in contrarium sit regula, vt non sit necesse quod illi se suscribant, vel rogentur.

Spe-

Spec de instrum. edit. §. 2. *num.* 10. *in fin, l. in donationibus, vbi glos. et Bald.* C. *de donat. Auth. tract. art. notariat. tom.* 2. *cap.* 1. *vers. septimo* ,
4 † addendo tot testes esse adhibendos, quot natura actus de quo conficitur instrumentum, requirit, vt puta septem in testamento, vel confectione scripturæ de recepto, si de debito constet publica scriptura, vel de repudio, *l. hac cõsultissima* C. *de testam. auth. rogati* C. *de testib.* in Codicillis vel donatione causa mortis quinq. *l. fin.* C. *de codicil. l. cum de mortis* C. *de donat. caus. mort.*

5 Ampl. vt adeo testes † sint de substantia instrumenti, quod si vnus illorum contradicat ijs, quæ scripsit notarius, vacillet illius fides, vt dixi *§. seq. n.* 11.

6 Ampl. vt testes debeant † esse præsentes in eodem loco, & tempore, dum notarius rogatur de instrumento, vt dicam *infra* §. 12.

7 Ampl. vt præterea † testes debeant videre partes rogantes notarium de confectione instrumenti, vt dicam *§.* 13.

8 Ampl. vt instrumentum, in quo † non asseritur adhibitos fuisse testes, & non exprimantur illorum nomina, & cognomina, nihil probet. *Crauet. cons.* 216. *comparatio num.* 2. *vers. item nulli testes. Alex. cons.* 13 *lib.* 1. *num.* 8. *Lupus allegat.* 81. *non valuit num.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 1095. *num.* 7.

9 Ampl. vt nomina testium † cum duabus qualitatibus sint in instrumento exprimenda; *l. hac consultissima in prin.* C. *de testam. Alex. cons.* 153. *lib.* 2. *nu.* 4. comprobans id exemplo eorum, quæ dicuntur de expressione loci, & personæ, in quam inquiritur; in quibus vt cesset error, vel dubitatio, duæ demonstrationes sunt addé-
10 dæ, nisi adeo singulare † esset nomen, quod illius sola expressione certa redderetur persona, vt accidisse mihi quandoque retulit *Leander Galganetus*, de nomine Maphæi, dum Pisis legum studijs operam daret, vbi audito eo nomine, sine alia additione cognominis, patriæ, vel parentum, intelligebatur de Maphæo Barberino, qui deinde ad Apostolatus apicem euectus dictus fuit Vrbanus VIII.

11 Ampl. vt notario asserenti † quid fecisse, & non addat, præsentibus N. & N. testibus, non credatur. *Crescent. decis.* 4. de *fid. instrum.* Put. loquens de citatione exequuta a notario, *decis.* 5. *lib.* 3.

12 Ampl. vt irrationalis † & inualida sit consuetudo, vt in præiudicialibus credatur scripturæ notarij, sine testibus. *Hontem de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 44. *in fin.*

13 Ampl. quod si testes nominati † in instrumẽto, sint mortui paulò post rogatum instrumentum, insurgat grandis suspicatio falsitatis, *Neuiz. cons.* 27. *num.* 15.

14 Limit. vbi viget contraria † consuetudo. *Abb. in cap.* 1. *de fid. inst. nu.* 2. *vers. dicit tamen*, quem sequitur *Fel ibidem num.* 14. asserens hanc esse opinionem *Innocentij*, & probari hanc limitationem *arg. text. in cap. cum dilectus, de fide instrum.*

15 Limit. vbi instrumentum fieret † de actibus indicialibus, *arg. notat. in cap. quoniam contra de probat. Fel in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 15. & dicam *infra* §. 14.

16 Limit. vbi instrumentum † fieret in publico Parlamento populi, seu Principis Concistorio; *Specul. de instrum. edit.* §. *restat. num.* 18. *circa med.* sequitur *Felin. in cap.* 1. *de fid inst. num.* 16 addendo per verbum *forte*, idem esse dicendum de instrumentis factis coram Papa, *idem firmat Marsil sing.* 56. ad validitatem.

17 Testis autem instrumentarij † an debeant esse rogati, vt pro testibus adsint stipulationi instrumenti, videndi sunt *Felin. in cap.* 1. *de fide instrumentorum num.* 16. *vers. testis autem*, *& late dixi in meis Collectaneis ad auth. rogati* C. *de testib. Lanfranc. in cap. quoniam contra de testib.* §. *testium depositiones. vers quæro vlterius. Hontem. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 50. *Magon. decis. Lucens.* 32. *num.* 6. *&* 37. *Ias l. hac consultissima*, §. *ex imperfecto* C. *de testam. num.* 2. *Bald. tract. de tabellion. num.* 95.

An autẽ testes descripti in principio protocol-
18 li, seu primo † instrumento, censeantur adhibiti in sequentibus instrumentis, in quibus non sunt descripti testes, viden. *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs* § *finitium ff. de edend. num.* 28.

19 An præterea testes, debeant † subscribere instrumentum. *Dec.* relatis dissentientibus concludit satis esse illorum nomina inscribi a notario, *in cap. quoniam contra de probat. num.* 74. *vers. in glos.* 3. *Hontem. de arte notariat. lib.* 2. *c.* 16. *Abb. cap.* 1. *de fid. instrum. num.* 3. *vers. sed glos.* vbi late egit.

20 An testes debeant cognoscere † partes rogantes notarium. *Hontem. de art. Notariat. lib.* 2. *cap.* 18.

---

§. XI.

SVMMARIVM.

Testis instrumentarius si contradicat contentis in instrumento minuit illius fidem. 1. 11. *Amp.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 19. 20. 21. 22. 23, 24. 25. 26. 27. 28. 29.

Instrumentum stipulatum coram pluribus testibus, qui de necessitate non erant adhibendi, est suspectum. 20

Testis instrumentarius contradicens instrumento qualiter debeat deponere. 30

Testis instrumentarius examinatus ad comprobandum contenta in instrumento, vbi alius cõtradicit, qualiter debeat deponere. 31

1 TEstem instrumentarium contradicentem contentis † in instrumento, in quo fuit pro teste adhibitus, vel rogatus, minuere fidem instrumenti, probat textus *in l.* 1. *§. fin. ff. quemad. testam. aper. & volunt Franc. Marc. decis.* 151. *par.* 1. *nu.* 5. *Franc. Bec. cons.* 86. *videbatur num.* 11. *Surd. cons.* 387. *supersunt. numer.* 11. *Crauet. cons.* 56. *in princip & num.* 20, 21. *Menoch. de arbitrar. iud. casu* 105 *nu.* 13

num.13.Franc.Marc. decis.486.num. 8.par.1. Neuiz.cons,27.nu.19.

2 Contradicere dicitur testis instrumento † si deponat, non recordari quod fuerit adhibitus pro teste in tali instrumento, & quod recordaretur si fuisset adhibitus. *Crau.cons.56. Antonius in in prin. & 14.in fin.* vel deponat quod non interuenit pro teste tali instrumento, vt late deinde declarat *Fel.in cap. cum Ioannes, de fid. instrum.nu.48.& seq.*

3 Ampl. vt ad victoriam † eius, contra quem producitur instrumentum, sufficiat vnum ex instrumentarijs testibus illi contradicere. *Franc. Bec.cons.86.videbatur num.11.in fin.& nu.12.*

4 Ampl. quod si ex duobus † testibus descriptis in instrumento, vnus sit mortuus, alius dicit non interuenisse instrumento, resultat magna suspicio, quod illud non sit verum, *Neuiz. cons. 27. n. 15.circa fin.*

5 Ampl. vt vnicus testis instrumentarius † contradicens instrumento, præferatur depositioni duorum testium deponentium pro instrumento, si illi non sint instrumentarij. *Crauet.* ita declarans *Imol.in cap. cum Ioannes heremita de fid.inst.cons.56.Antonius num. 15. relato Corn.cons.232.col.2.lib.1.*

6 Ampl. etiam in testamentis.† *Neuiz.cons.27. num.19.vers non obstat,* addendo non suppleri depositione notarij, qui est loco vnius testis.

7 Ampl. præsertim, si alius testis, qui de † necessitate instrumenti fuit adhibitus, est mortuus, & non deposuit pro instrumento. *Crauet. cons.56. Antonius num.5.vers tertio*, eam afferens rationem, quod licet testis mortuus præsumatur stare pro instrumento, cum tamen alius testis instrumentarius viuat, & contradicat instrumento, cessat talis præsumptio. *Menoc. de arbitr iud.cas.105.n.25.vide inf. vers.Surdus autem Neuiz.cons.27.nu.15.vers.facit.*

8 Ampl. præsertim vbi is testis † est omni exceptione maior. *Crauet. cons.56.Antonius nu. 14.* qui loquitur de I.C. seu aduocato.

9 Ampl. præsertim † si agatur de scriptura priuata. Fel *cap.cum Ioannes, de fid.instrum.n.50. vers.secundo.*

10 Ampl. præsertim vbi is testis † est ex necessarijs ad substantiam instrumenti. *Socin. cons.28. lib.3. in prin.* cum alijs relatis à *Menoch.de arbi. iud.cas.105.qui in foro num.15. & a Surd.cons. 378.supersunt num.10.& seq.* relato *Alciat.* addente *Iasonem*, qui aliud respondit, non fuisse sanæ mentis, & illius verba esse ad Ephesios, relati à *Mascard.de probat.quæst.6.nu.43.& 56. Viuius opin.888.testes duo num.2.* testans de communi, siue agatur de instrumento contractus, siue testamenti.

Contrarium voluit *Fulgos.cons.79.quidam nomine, col.2.vers.alterius vero testis.Cyn.Bal.* & alij relati à *Surd.* dum probat præcedentem extensionem *cons.378.num.25. & seq.* asserens hanc opin. esse verissimam, *relati a Menoc. de arbitr.iud.cas.105.num.17.Mascard. de probat. quæst.6.num.59.*

11 Arbitrio iudicis id totum remittendum, † siue agatur de instrumento testamenti, in quo septem testes requiruntur, ex quibus si vnus tantũ contradiceret, & reliqui præsumptiue starent pro instrumento, quia mortui; facile inclinarem in secundam sententiam *Fulgosij*, ratione numeri testium: secus si ageretur de contractu, in quo duo tantum adhibentur, licet *Boer.decis.118.nu. 12.* idem velit, censuit Menoch.*de arbit.iud. casu 105.num,19. ex Costant.* Hermanopul. *prompt. iur.lib.1.tit 6. rub. de non script. testimon.* addendo *num.23.& seq.* multum tribuendum diligentiæ iudicis in veritate indaganda.

Surdus autem *cons.378.supersunt. num.28. & seq.vers.& quod,* distinguit, an testes qui sunt ex necessarijs, fuerint examinati, & conuincunt contradicentem instrumento de mendacio; & tunc vera est extensio nostra, seu prima opinio, vt puta si testis necessarius dicat non fuisse præsentem stipulationi instrumenti, vel non fuisse rogatum pro teste, vel negat audiuisse; & reliqui necessarij deponant illum fuisse præsentem, vel rogatum, vel audiuisse, vel audire potuisse, addendo *num.29.circa fin.* idem dicendum si idem testis conuincatur de mendacio ex testibus non instrumentarijs; *& nu.30.& 32.* latius id probat. Obstant tamen dicta *Viuij opinion. 899.testis si deponat. num.3.* Si vero alij testes non sunt examinati, vel sunt mortui, & tunc instrumentum fit suspectum; non tamen falsum. *Papiens.in form.libel.oppon.cont.instrum.§.dignoscitur n.4.* & alij relati *a Menoc.de arbit.iud. cas.105.n.13* addẽdo *n.22.et seq.* relatã, *a Surd.ex Papiens.* distinctionẽ, quã idem *num.29.& seq.* late comprobat. Idem censuit *Ioseph.de Sesse decis.119.num.30.* si plures testes cum notario, vel sine deponãt pro instrumento. Post hæc scripta reperi *Aluar.Valas.* qui *cons.173.quæstio, num.1.vsque in fin.150.* latissime loquens de testamento hunc articulum prosequitur: illum vide, si præfata non satisfaciunt.

12 Ampl. vt † si duo testes instrumentarij deponant contra substantiam instrumenti, vt puta, quod aliter fuit dictum, quam scriptum, tunc instrumentum fiat falsum, *l.cum precibus C. de probat.* Menoc.*de arbitr.iud.casu.105.qui in foro,n.32.Fel.cap.cum Ioannes,de fid.inst.nu.50.*

13 Ampl. quod si omnes testes † contradicant instrumento, illud careat omnino fide, ita vt dicatur falsum, *Bald.in l.1.§.siquis neget.ff. quemad.testam.aper.num,6.Fel.c.cum Ioannes de fide instr.num.46.Menoch.de arbitr. iud. casu. 105,qui in foro num.9.* reprobando opinionem illorum qui volunt debere esse contestes; & procedere, etiam si alij testes non instrumentarij deponerent pro instrumento. *Soc.iun.cons.189 lib.2.num.93.& seq.*

14 Ampl. etiam si testis contradicens † instrumẽto, non sit omni exceptione maior, *Natta cons. 95.quidam,num 9.vbi de communi,& num.11. & cons 97.Valde num.14.* vbi reprobat dissentientes, relati *a Surd.cons.378.supersunt.n.12. Mascard.de probat quæst.6.num.56.in fin. & nu.67.*

Contrarium tenent relati *a Natta cons. 97.n. 14.& a Crauet.cons. 56. Antonius num. 3. & seq.Veral.decis.100.par.2.num.2.Franc. Marc.*

decis.

decis. 486. *num.* 15. *&* 17. *Dec. in cap. tertio loco, de probat. nu.* 32. *col.* 3. *vers ult. not. Felin. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum. num.* 44. addendo, quod præterea est probandum illos esse omni exceptione maiores.

Concorda, & declara per *Crauett. cons.* 56. *Antonius num.* 9. *& seq. Surd. cons* 378. *supersunt nu.* 12. 27. 33. *& seq.* Veral. *decis.* 279. *p.* 3. *Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 59. *Ancar. Regiens. quæst.* 71. *lib.* 1. *num.* 2. *& seq.*

15 Ampl. etiam, vbi testis non † contradicit substantiæ instrumenti, sed tantum negat adfuisse illius stipulationi. *Natta cons.* 124. *nu.* 9. *&* 11.

16 Ampl. præsertim, vbi caueatur † Statuto, quod contradicente teste instrumentario, corruat fides instrumenti, etiam quod esset supernumerarius, vt apud Aragones teste *Ioseph Sesse decis.* 119. *num.* 48. vbi *num.* 19. *& seq.* refert quomodo temperetur rigor illius Statuti. *Valas. cons.* 183. *in prin.*

17 Ampl. præsertim, † vbi testis contradicens instrumento, habet contestes, siue illi sint ex necessarijs ad actum, siue non. *Felin. in capit. cum Ioannes, de fid. instrum. num.* 43. *&* 51. *vers. limita secundo*, subdens quid dicendum si impugnantes, vel adiuuantes testes, sunt pares, vel dispares numero, vel conditione personæ.

18 Ampl. siue is testis sit ex † necessarijs ad solemnitatem instrumenti, siue non. *Felin. in cap. cum Ioannes, de fide instrum. nu.* 46.

19 Limit. vbi superest sufficiens † numerus testium, qui pro instrumento deponerent; veluti si in instrumento venditionis adhibiti fuerint tres testes, & illorum vnus cõtradicat instrumẽto. *Crauett. cons.* 56. *Antonius num.* 15. *vers. secundo, relati à Menoch. de arbitr. iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 11. modo isti superextãtes examinati deponant pro instrumento, secus si non fuerunt examinati, vel sint mortui, vt ex Bald. *cons.* 228. *lib.* 2. *subdit idem Crauet. ibidem num.* 16. Surd. *cons.* 378. *num.* 26. addendo procedere, siue illi testes sit mortui, siue haberi non possint, vel non examinentur, & notabiliter loquitur, vt solet in cæteris. *Papiens. in forma oppon. contra testes, §. dignoscitur, n.* 5. *Menoch. tamen sequitur Crauet. d. cons.* 56. quod necesse sit, vt illi examinati deponant pro instrumento, secus si non examinentur, vel examinari non possint quia sint mortui, *de arb. iud. cas.* 105. *qui in foro, num.* 24. *cum sex seq. Franc. Marc. decis.* 331. *part.* 1. *decis.* 486. *nu.* 9. addendo procedere, etiam quod illi sint mortui, *& num.* 11. *&* 16. *in princ. Mascard. de probat. quæst.* 6. *nu.* 44. *& seq.*

Proximam, & præcedentẽ limitationem esse
20 periculosam, † & adiuuare falsariorum fraudes & astutias, dum adhibito supernumerario numero testium, facile possunt suas fraudes defendere, aliquibus testibus, vel notario, mortuis, vel absentibus à loco conditi testamenti, vel deponentibus non recordari de contentis in testamento, in quo fuerunt adhibiti testes, considerant *Menoch. & ab illo relati, de arbitr. iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 25. *& seq. Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 74. Ideo inter cætera argumenta, quibus dicebam esse suspectum, & corruere testamentum Iuguli, qui apoplexia correptus, factus mutus, exclusa germana sorore cum nepote ex fratre, instituerat nutu, ad interrogationem duorum notariorum N. meretricem cum N. Naldino, dum ægrotus iaceret in domo meretricis, asserentibus eisdem notarijs coram multitudine testium, qui bis, ter, si non quater excedebant necessarium numerum pro validitate testamenti, testatorem capite annuisse interrogatis, qui cum scribere posset, & nosceret, scripturam tamen à notarijs confectam non subscripsit, prout erat subscribenda, iuxta textum *in l. discretis, C. qui testam. facere possunt.* addendo præterea N. sororem dicti Iuguli, quæ transegerat cum Naldino, mediante certa quantitate infra certum tempus soluenda, posse citra pœnas indictas *in l. si quis maior, C. de trans.* dictam transactionem infringere, iuxta ea, quæ alias censuit Rota in pari casu, teste *Veral. decis.* 317. *transegit*, & late est prosequutus *Intrigl. tract. casib. consuet. centur.* 1. *casu* 14. *n.* 97.

21 Limit. vbi ex consuetudine loci, † vbi confectum est instrumentum, testes non requiruntur, nam si fuerint adhibiti, & vnus illorum cõtradicat instrumento, non minuitur illius fides. *Boer. decis.* 118. *num* 27. quem refert & sequitur *Menoch. de arbitr. iud. casu* 105. *nu.* 21.

22 Limit. vbi is testis, qui † contradicit instrumento, sua subscriptione illud approbauit. *Capic. decis.* 192. *num.* 5. *Menoch. de arbitr. Iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 23. *vers. declaratur.*

23 Limit. vbi is, qui induxit testem † contradicentem instrumento, multum temporis est passus labi à die, quo instrumentum impugnare poterat; ita vt verisimiliter dici, seu suspicari possit illud distulisse impugnationem, quoad alij testes instrumentarij essent mortui. *Boer. decis.* 118. *num.* 21. *Bald. cons.* 36. *quidam lib.* 3. *Fulgos. cons.* 79. *quidam*, quos refert *Menoch. de arbtr. iud. cas.* 105. *qui in foro, nu.* 30.

24 Limit. vbi testis contradicens † instrumento, consequitur aliquod commodum, vacillante fide instrumenti. *Veral. decis.* 100. *part.* 2. *num.* 1. *Franc. Marc. decis.* 486. *par.* 1. *nu.* 14.

25 Limit. vbi instrumentum coadiuuatur † alijs testibus non instrumentarijs, vel alio adminiculo. *Franc. Marc. decis.* 486. *part.* 1. *nu.* 16. *circa med. Ioseph. de Sesse decis.* 119. *num.* 31. Surd. *cons.* 378. *in princ. Felin.* late hoc examinans *in cap. cum Ioannes* 11. *de fid. instrum. num.* 51. *vers. limita secundo, & Alex. cons.* 17 *vol.* 3. *num.* 14. *in fin.* Crescent. *tamen, relato Felin. decis.* 1. *de testib.* sublimitat, si testes non instrumentarij patiantur aliquam legitimam exceptionem.

26 Limit. vbi is testis, non refert † rationem suæ depositionis, quamuis non fuerit interrogatus. *Franc. Marc. decis.* 486. *part.* 1. *nu.* 18. *Felin. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum. n.* 42. *Veral. decis.* 100. *par.* 1. *nu.* 3.

Limit.

27 Limit. vbi causa † est leuis. *Felin. in capit. cum Ioannes, de fid. instrum. num. 51. Menoc. de arbitr. iud. casu 105. qui in foro, num. 20.* exemplum referens si agatur de causa possessorij.

28 Limit. vbi cęteris † paribus, maior pars testium deponit pro instrumento. *Arg. l. ob carmen, ff. de testib. cap. in nostra, eod. tit. per quæ Iura* ita firmat *Franc. Marc. decis. 151. par. 1. num. 6.*

29 Limit. vbi testis directè † non contradicit instrumento. *Franc. Bec. cons. 86. nu. 1. circa fin.* declarando quando testis dicatur directò contradicere.

30 Testis contradicens instrumento † qualiter debeat deponere. *Ancar. Regiens. quæst. 71. par. 1. num. 12. & seq.*

31 Testes instrumentarij, si examinentur † ad comprobandum instrumentum, vbi aliquis illorum contradicit, quomodo debeat deponere, videndi sunt *Bald. Alex. Ias. in l. cum antiquitas, C. de testam. Rom. cons. 8. Alex. cons. 77. lib. 2. Vasq. de success. creat. §. 32. nu. 91. Cras. recept. sent. § testamentum, quæst. 59. num. 2. Mascard. de probat. quæst. 6. num. 40.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Testes debēt esse præsentes dum rogetur notarius vt de placitis partium conficiat instrumentum. 1. Ampl. 4. 5. 11

Testes an rogandi, & quando, vt adsint stipulationi instrumenti. 3. Quando dicantur præsentes. 6.

Ex præsentia quando arguatur scientia. 7

Testes ignorantes latinum sermonem, si adhibeātur stipulationi instrumenti, sat est idiomate illi noto explicare contenta. 8. 9. & quid si examinentur. 9. an debeant videre contrahentes. 10.

1 EXaminando articulum propositum supra *§. 10. ampliat.* 11. testes debere esse præsentes, dum mandatur notario, vt de promissis, datis, vel conuentis conficiat publicum instrumentū, probatur *§. sed et si, §. oportet auth. de instr. cautel. & fide cap. 2. de fide instr. c. de procur. glos. l. generali, C. de tabul. lib. 10. & in cap. post. cessionem, verb. litteras, de probat. Specul. de instrum. edit. §. 2. num. 10.* addendo

2 quandoque † nomina testium exprimi per genitiuum, quandoque per ablatiuum casum. *Alex. cons. 13. ex his lib. 1. num. 8.* vbi plures consentientes congerit. *Marsil. singul. 56. Abb. in cap. 1. de fid. instrum. num. 2. vers. nono. Dec. 34. vers. octauo, & Felin. num. 14.*

Singulare vnum, ante omnia est notandum, quod quamuis communiter notarij non facta distinctione, addant instrumentis testes fuisse

3 vocatos, & rogatos, quod de solemnitate non est necesse vt illi rogentur. *Specul. de instrum. edit. §. 2. num. 10. in fin. Felin. in cap. 1. de fid. instrum. num. 16. vers. testes, & Dec. num. 35.* remissiue illis referentibus, quibus casibus testes sint rogandi vt adsint instrumento, & dixi allaliqua in *in meis collectaneis ad auth. rogati, C. de testib.*

4 Ampl. vt debeant esse præsentes toti stipulationi † instrumenti, nam si illorum aliquis recederet, etiam coactus, & intermissa stipulatione non rediret, vel alius illius vice, cui enunciarentur quæcunque in præcedentibus conuenta nullum esse instrumentum. *l. qui testamento, §. vteris, ff. de testam. glos. & communiter Doct. in l. casus, C. de testam. verb. remissum. Paris. loquens de stipulat. testam. cons. 33. lib. 2. n. 28. l. testium, C. de testib. cap. 2. de consuet. §. sed et si, auth. de inst. cautel. l. qui testamento 20. §. fin. ff. de testam. & qui test. Nicol. Hontem. tract. de arte notariat. lib. 2. cap. 14. num. 25. & seq. plurib.*

5 Ampl. vt testes debeant præterea intelligere † quæ à partibus agantur, & à notario scribantur, percipiendo mentem contrahentium, alioquin enim non dicerentur illi esse præsentes. *l. coram ff. de verb. signif.* ignorans enim non intelligitur præstare præsentiam, vel consensum. *Bald. in rub. C. qui admit. nu. 4. & seq.* inherens iudicem, vel consanguineum non præstitisse consensum actui simulat, quem partes nuncupabant verum; Quamuis effectu iuris considerato

6 præsentia † importet concomitanter intelligentiam. *l. diem ff. de arbitr. Card. in clem. causam de elect. num 6. Imol. in l. hæredes palam, ff. de de testam. num. 2. Cefal. cons. 185. in causa mihi commissa, num. 18. seq. pluribus. Menoch. præsumpt. 21. lib. 6. num. 1. & seq. Polyd. Ripa in tract. de nocturn. temp. num. 1.* ambo late,

7 examinantes quando ex præsentia † arguatur scientia, tam in te deponente de alienius præsentia, quam in notario, qui asserat quem fuisse præsentem, vel certioratum de beneficio legis, cui præsens renunciare asseritur.

8 Notandum tamen, quod si adhibeantur testes ignorantes † latinum sermonem, sat est illis à notario vulgari idiomate declarari, quæ latina oratione scripsit, & per interpretem percipere, quid fuerit actum. *Ias. in l. 1. §. eadem autem, ff. de verb. oblig. num. 4.* non enim, vt inquit *Vlpianus in l. qui testamento 20. §. fin. ff. de testam. & qui testam. fac. poss.* sermonis intelligentiam exigimus, si quis sensu percipiat, cui rei sit testis adhibitus. *Ias. in l. si non speciali, C. de testam. num. 6.* & late *Nicol. Hontem. in suo tract. de arte notariat. lib. 1. cap. 33. num. 1. & seq.* vbi ex *Ias. Cast. et alijs in d. §. eodem autem, et Canonistis in cap. ex litteris de sponsal. Mysing. obseruat. 26. centur. 5.* refert quid

9 seruandum si stipuletur † instrumentum à notario Italo, vel alterius gentis, inter Galloa, vel Germanos, qui se inuicem: non intelligunt & quid seruandum tali casu circa interpretem, & de iudice proferente sententiam inter homines diuersi idiomatis, vel si examinantur testes ignorantes idioma iudicis.

10 An autem testes debeant præterea † videre partes

partes rogātes notarium de confectione instrumenti dicam *§. seq.*

Ampl. vt testes sint etiam adhibendi in scrip-
11 tura † priuata ad effectum, vt creditor concurrere possit cum creditore instrumentario *l. scripturas. C. qui potior. in pign. hab.* ad cuius textus intelligentiam dixi plura *in meis Collectaneis ibidem*.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Præsentia includit visum. 1
Præsens quis dicatur. 2
Visus nomine omnis sensus corporis intelligitur. 3
Testes adhibiti in instrumento sat est quod audiāt licet non videant contrahentes, modo notam habeant illorum vocem. 4. 5. 6. *Ampl.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 28. *Declara* 19. *Limit.* 20. 21. 22. 24. 27. 29. 30. 31. 32
Testes adhibiti in testamento ad illius validitatem opus est vt videant testatorem. 34. 36. *Ampl.* 37 38. 39. 46. 50. 52. *Limit.* 45. 47. 48. 49. 51. 53. 54. 55. 56
Scotatio est solemnitas antiquitus adhibita in donatione rei stabilis, quæ fiebat ecclesiæ. 22
Copula carnalis an probetur testibus cortinarijs. 23. 33
Memoria quomodo probetur. 25
Visus quoties requiritur in teste. 26
Testis de auditu quando probet 28.
Glos. in l. si non speciale, C. de testam. reprobatur, et approbatur. 35

1 QVia præsentia † necessario non includit visum, *cap. 2. de consuetud. §. hinc nobis debæred & Falcid.* præsens enim
2 habetur † & qui in hortis, vel in foro, vel vrbe vel in continentibus ædificijs reperitur, dummodo ramen audire possit, quæ ab alio dicuntur, & notam habeat illius vocem, *l. 1. §. eodem testo. ff. ad Syllan. l. præsens & l. seq ff. de procur. Spec. de teste, §. 1. num.* 52. addendo tale testimonium
3 dici de visu † quia nomine visus omnis corporis sensus intelligitur, & probari contractum fuisse matrimonium ab ijs qui verba consensus nuptiarum protulerant; licet testis illos loquentes non viderit, sed audiuerit.

Ideo probabiliter dubitari potest, an ad vali-
4 ditatem † instrumenti sit cum præsentia testium addendum quod illi videntur contrahentes. Quāuis *glos. in §. hinc nobis, verb. et vidisse. auth. de hered. et falcid.* cōcludat teste debere videre, iuxta verba eiusdem textus, qui copulariue requirit testes debere esse præsentes, & videre, & conuenit illud *Euang. Io. c. 3. Quod scimus loquimur, & testimonium nostrum verum est*; attamen quia ille textus loquitur de annexis vltimæ voluntati, duos casus constituam,
5 Primus, quod in contractibus † sufficit testes esse præsentes, & intelligentes mentem contrahentium, licet illos non videant, si modo illorum vocem notam habere asserant, *glos. communiter recepta in l. 2. §. itē Labeo ff. de aqua plu. arcend. num. 4. & Cuman. num.* 8. addendo hoc esse periculosum, cum sæpe hominum voces mutentur; idem repetens *Rom. ibid. num.* 8. plura hine inde afferens, residens in hac opin. si contrahentes soli sint. *Mathesil. singul.* 124. *et ibi addentes, num.* 11. & 12. *Anton. Trigon. sing.* 98. *Viuius opin.* 990. *Testes de auditu. Alex. cons.* 99. *in casu lib. 3. num.* 5. *et ibi addentes* alios referunt, *Ias.* plures cumulans, *in l. si non speciali, C. de testam. num. 9. relati a Farinac. de testibus, quæst. 69. cap. 5. num. 164. & cap. 6. nu.* 175. *& nu.* 176. referens dissentientes. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 7. & seq. & nu.* 32. *& seq.* vbi rationem refert *& num.* 81. *& seq.* & alios refert *Menoch. de arbitr. iud. cap.* 475. *num.* 16. *Abb. cap. præterea 27. de testib. nu.* 6.

6 Quæ dicentur de probatione, quā facit instrumentū stipulatū de cōtractu, non visis cōtrahentibus ab ipsis testibus rogatis pro solēnitate instrumenti, eadem sunt dicenda, si agatur de probando aliquid quod dicatur factum, vel dictum testibus tantum audientibus. *Spec. de tut. §. 1. num.* 53. 54.

7 Ampl. etiam vbi perfecte contrahentes † non visuntur, sed velcum aliqua difficultate, vt puta per rimulam; velerates, vel cancellos ligneos, vel ferreos, modo absolute non impediatur auditus testium. *glos. fin. in cap. nihilominus* 3. *q.* 9.

8 Ampl. etiam si ageretur de probando † matrimonio contracto inter aliquos, *Spec. de teste, §. 1. num.* 53. sequitur *Ias. in l. si non speciali, C. de testam. nu. 9. Viuius opin.* 990. *testes de auditu nu. 1. in fin.* afferens ita decisum coram Oradino præceptore suo Rotæ Auditore. *Farinac.* plures cumulans *de testib. quæst. 69. cap. 6. num.* 177. *& & seq.* vbi refert dissentientes, & concordat.

9 Ampl. etiam si testes non deponant † habuisse notam vocem contrahentium, si alia concurrat indicia, quod testibus nota esset vox contrahētium, *Viuius opin. 990. testes de auditu. nu.* 2. referens ita fuisse decisum.

10 Ampl. non solum si cancellum † vel cortina, sed etiam si paries fuerit intermedius. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num.* 8. vbi plures congerit. *Bart. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcend. num. 4. Alex. in l. si non speciale. C. de testam. nu. 6. in fin.* & *num.* 7. respondet obiectis *Ioan. And.* tenentis contrarium. *Mich. Graf. recept. sent. sent. §. testamentum n. 4. in fin. Ias. d. l. si non speciale nu. 9. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. nu. 32. in fin. vers. ex quibus.*

11 Ampl. vt tales testes probent † contractum, alijs adminiculis non concurrentibus; vt reprobatis dissentientibus concludit *Farinac. de testib. quæst. 69. cap. 6. nu. 188. & seq.*

12 Ampl. præsertim vbi testes paulo ante † viderunt cōtrahentes in loco, in quo deponunt illos audiuisse contrahere. *Abb. in c. cum causam el 1. de testibus num. 9. vers. & faciunt*, refert, & sequitur *Pacian. de probat lib. 1 cap. 10. num.* 26.

13 Ampl. præsertim, vbi non aderat causa, † qua testes falli possent, in agnitione cuius est vox, vt pura dicendo quod contrahentes erant sani. *Io. Imol. in l. 2. §. idem Labeo ff. de aqua plu. arcēd.*

X *Alciat.*

Alciat.conf.60.num.12.tom.3.lib.9.& conf.94. col.fin.verf.fecundo lib.9. quos refert *Pacian. de probat.lib.1.cap.10.num.30.*

14 Ampl. præfertim fi agatur de probando† contractu, qui perficiatur folis verbis, vt puta quod Titius mandauerit, vel fit ftipulatus, vel illi quid promiffum, & fimilia. *Alberic.in l.2.§.idem Labeo, ff.de aqua plu.arrend.num.5.Pacian. de probat.lib.1.cap.10.num.37.& feq.& 39.*

15 Ampl.præfertim vbi teftes notario † vel iudici afferant habere notiffimas voces contrahentium. *Aret.in cap.cum caufam.de teft.ib. n. 45.verf.tertia conclufio.* concludens tunc plufquam femiplene probate:fecus fi deponant notas tantum habere.

16 Ampl. etiam quod teftes fuerint requifiti vt ftatent retro cortinam, † vel intermedio pariete, quoad partes audiant, & deinde deponant, quæ audiuerint. *Imol.in cap.præterea, de teftib.n.7. & Fel.num.4.verf.& per hoc datur. Caft. in l.fi non fpeciali num.6.& Iaf.num.9. Marfil.de probat.num. 328. verf.* Remedium eft, *& 332.* concludentes hanc effe optimam cautellam extorquendi confeffionem a contumaci debitore, qui coram teftibus renuit fateri debitum, & late profequuntur. *Hect.Armil.tract.de teftib.§. teftis actum probans num.4.& §.teftis auditū proprium num.48.& multis feq.* vbi plures cafus refert, & ante illum *Menoch.de arbitr.Iud. cafu 471.difputari num.16.& feq.*

17. Ampl. etiam fi notarius non † videat contrahentes, impeditus pariete, vel cortina. *Alex.conf. 190.Vifis lib.7.num.10.*

Ampl. præfertim vbi ipfi teftes effent fide digni,† familiares, amici, vel confanguinei contrahentium: nam cum illi verifimiliter non potuerint decipi in agnitione vocis, & credibile fit, quidquid eft verifimile, optime tunc probant. *Alex.* loquens de fratre & forore, *conf.24. nu. 10.verf.fed eni dub.vol.2.Pacian,loquēs de amico,de probat. lib.2.cap.10.num.45.& feq.*& facit illud *Genef.cap.27.Vox quidem Iacob, fed manu, Efau.*

18 (margin numeral for the preceding paragraph)

19 Intelligas tamen teftes cortinales probare,† fi illi examinati deponant bene habuiffe notas voces contrahentium, vel donatoris caufa mortis, vel codicillantis, vel teftantis, vel notarius rogatus afferat ipfos teftes fibi affirmaffe bene nofcere voces eorum, quos non vident. *Alciat. conf.94.col fin.lib.9.*fequitur *Pacian.de probat. lib.1.cap.10.num.24.*

20 Limit. vbi teftes non paulo ante contractum † fed diu ante vidiffe ibidem contrahentes, afferunt, *Pelin.in cap.præterea 27.de teftib. nu.4. verf.Hoc limitat.* concludens teftes de auditu fuper contractu probare, fi paulo ante contractum vidiffe contrahentes deponerent, ingredi locū, vbi audierunt illos contrahentes. *Farinac.* alios congerens *de teftib.quæft.69.cap.6.n.195*

21 Limit. vbi agitur de contractu, † qui vltra verba, requirit præterea factum vifibile, vt in cafu *cap.2. de confuet. vbi Abb.& reliq. Canonifta*: nam cum pro firmitate donationis, quæ fiat ecclefiæ, neceffaria fit fcotatio, id eft, vt donans acciperet modicum terræ, & illud fupra altare poneret, vel extremitate pallij, quod manu Prælati fuftentabatur, & donans dicebat audientibus teftibus, & videntibus: Ego dono talem fundum Bafilicæ S. Petri, pro remedio animæ meæ: Ideo cum vltra verba requireretur factum, non probaretur talis donatio teftibus cortinarijs refert, & fequitur *Pacian.de probat. lib.1.cap.10.num.75.& feq.* concludens, ea quæ duplici fenfu percipiuntur non probari vno fenfu tantum.

22 Limit. in teftibus deponentibus † de feparatione, feu actu impeditiuo matrimonij, nam nifi deponant de vifu partium, non probant. *glof.in cap præterea de teftib.* quam fequuntur, & fingularem dicunt *Alex.in l. fi non fpeciali, C.de teftam.num.7.in prin.& Iaf.num.9. in fin.addentes ad Matthefil.fingul.124.n.10.* late tamen profequitur *Farinac.de teftib. quæft. 69.cap.7.* quando teftes de auditu retro-cortinā

23 † probent carnalem copulam. *Menoch.de arb. Iud.cafu 475.difputari num.21.Pacian.de probat.lib.1.cap.10.num.10.*

24 Limit. fi agatur de contractu, † in quo factum requiratur, & non fufficeret fola verborum expreffio, feu vbi agitur de contractu, qui vifu tantum percipitur, *Archid.cap.hoc videtur.22. quæft.5.loquens* de captura poffeffionis, vt puta fi agatur de probando mutuo, *Alberic.in l. 2.§.idem Labeo ff.de acqu. plu. arcend. num.4.*

25 † fubdens *num.10.* quomodo probetur memoria, *relati a Pacian.de probat.lib.1.cap.10. nu. 45.in fin.& num.46.* fubdens *num. 47. & feq.*

26 *plurib.* qui fint actus vifus † oculorum requirentes.

27 Limit. vbi teftes non † coarctant illorum dictum ad perfonas, quæ contraxiffe afferuntur tantum; vt puta dicendo, quod in loco parietis intermedij, vel vltra cortinam, non aderant nifi Titius, & Mæuius, qui contraxerunt, nec alij adeffe poterant, quos fciuiffent. *Alberic.in l.2.§.idem Labeo, ff.de aqua plu. num.3.* addendo quod etiam fufficiens effet probatio, fi teftes

28 deponerent † audiuiffe Titium promififfe Scio, & eos cognouiffe ex voce, & hanc effe probationem multum difficilem; idem ex *Innoc. Ioan. And. Imol.& alijs repetit Roman ibidem.nu.8. verf.aut contrahentes*, fubdens aliud dicendum fi eum illis fint alij. *relati a Pacian.de probat.lib. 1.cap.10.n.27.& feq Farinac.de teftibus.quæft. 69.cap.6.num.194.*

29 Limitatur in probando quafi contractu, feu delicto † *addentes ad Mathefil fingul.24.nu.13.* dum prius *num.9.* retuliffet quid in contingentia facti fuerit factum, & late examinat *Farin. de teftib.quæft.69.cap.5.nu.165.& feq & cap.6 num.183.& 189.& feq.Pacian.de probat.lib.1. cap.10.num.12.& feq.*examinat, *Montem. de arte notariat.lib.2.cap.15.num.12.& feq.*

30 Limit. vbi teftis non deponeret † habere notam vocē contrahentium de recenti, fed vel de adolefcentia, & contrahentes effent facti viri, vel fenes. *Aret.in cap.cum caufam de teftib.nu. 49.Farinac.de teftib.quæft.69.cap.5.num.174.* dum prius *num.169.* firmaffet teftes debere deponere bene habere notam vocem contrahentium,

tium, ita ut decipi non posset, & talem notitiam probari, quia testis sit vicinus domui contrahétium: & idem dicerem, si assidua esset consuetudo, vel esset affinis, remittendo ista omnia arbitrio iudicis. *Anton. Trigon. sing.* 98. *Audi. n.* 4. *Bursat. consf.* 316. *num.* 21. *Alex. conf.* 99. *In casu nu.* 4. *vers. sed tamen & num.* 5. *vbi apost. vers. notas. lib.* 3.

31 Limit. vbi contrahentes, vel vnus † illorum esset infirmus. *relati a Farinac. de testib. quaest.* 69. *cap.* 6. *nu.* 188.

32 Limit. vbi iudex arbitratur † non esse adhibendam fidem hisce testibus cortinarijs, inspecta qualitate testium, contractus, & alijs quæ mouere possunt iudicem ad arbitrandum talem esse facti veritatem. *Menoch. de arbitr. iud. casu* 475. *num.* 19. *& seq. & nu.* 22. *Pacian. de prob. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 41. *& seq. Farinac. de testib. quaest.* 69. *cap.* 6. *num.* 196.

33 An autem carnalis copula probetur † testibus cortinarijs, seu de auditu proprio, remoto visu, videntur. *Farinac. de testib. quaest.* 69. *cap.* 7. *Addentes ad Mathesil. singul.* 124. *n.* 10.

34 Secundus casus est in vltimis voluntatibus, † & tunc pro regula constituendum est, si de testamento conficiatur instrumentum, quod ad illius validitatem necesse est, quod testes videant testatorem. *l. si non speciali, C. de testam. Bart. in l.* 2. §. *idem Labeo, ff. de aqua plu. arcend. n.* 4.

35 *vers. sed in testatore*, addendo Cyn. & alios † reprobare *glos.* aliud sentientem *in d.* §. *Labeo, verb. audierit*, & illam esse falsam, afferunt addentes *ad Bart. idem vers. contra hanc glos. Alberic. ibidem num.* 2. afferens hanc opinion. esse tutiorem iuxta *Oldr.* licet ipse *Alberic.* aliud sentiat dum testatur *glos.* bene dicere. *Roman. ibidem num.* 8. *& Angel. num.* 2. *Iaf. in l. si non*

36 *speciali, C. de testam. nu.* 5. concludens † testes debere esse in præsentia testatoris, & illum videre oculata fide, alias testamentum non valet. *Mathesil. singul.* 124. *relati à Farinac. de testib. quaest.* 69. *cap.* 5. *nu.* 173. *& cap.* 6. *n.* 185. *Menoc. de arbitr. iud. cas.* 475. *disputat. in.* 23. *Pacian. de probation lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. *et seq.* testans de veriori, relatis qui aliud sentiant, *& num.* 81. *& seq.* rationem refert. *Clar.* §. *testamentum, quaest.* 59. *Paris. conf.* 33. *lib.* 2. *nu.* 1. *& seq.*

37 Ampl. etiam si testator † non esset infirmus, vt colligitur ex *Roman. in l.* 2. §. *idem Labeo, ff. de aqua plu. arcend. in princ. nu.* 8.

38 Ampl. etiam si visus testium † impediretur cortina, seu linteo, vel tenui pariete, adeo quod non videatur testator à testibus, etiam quod asserent habere notam vocem testatoris. *Iaf. in l. si non speciali, C. de testam. num.* 7. *&* 9.

39 Ampl. vt corruant legata in eodem † testamento relicta, addentes *ad Mathesil. singul.* 124. *num.* 6.

40 Ampl. idem in instrumento † inuentarij. *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 40. §. *si vero absunt, auth. de hared. & Falcid. Socin. regul.* 384. *nu.* 2. *Iaf. in l. scimus*, C. *de iur. delib. num.* 4.

41 Ampl. etiam quod in testamento † sit posita clausula codicillaris, vel donationis causa mortis. *Ancar. Regiens. quaest.* 11. *part.* 2. *num.* 12. 16. 20. *& seq.*

42 Ampl. præsertim si testator † sit infirmus. *Farinac.* plures referens *de testibus quaest.* 69. *c.* 6 *num.* 188

43 Ampl. vt nec Princeps possit rescribere † testamentum valere testibus non videntibus testatorem, *addent ad Clar.* §. *Testamentum, quaest.* 59. *in fin.*

44 Ampl. vt testator reciproce † debeat videre testes. *Paris. conf.* 33. *lib.* 2. *num.* 36.

45 Limit. in codicillis, † *Mathesil. singul.* 129. *circa med. Alex. ad Bart. in l.* 2. §. *idem Labeo ff. de aqua plu. arcend. vers. contra hanc glos. relat. Menoc. de arbtr. iud. casu* 475. *disputari, nu.* 24. *relati à Farinac. de testib. quaest.* 69. *cap.* 6. *num.* 187

46 Contrarium tenent † *Menoch. & ab illo relati de arbitr. iud. casu* 475. *disputari, num.* 24. *vers. contrarium*, addendo hanc esse probabiliorem opin præsertim si codicillos faciens sit infirmus. *Pacian.* alios referens *de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. *Ancar. Regiens. quaest.* 11. *p.* 2. *num.* 12. *& seq.* præsertim vbi testator volebat testari. *relati à Farinac. de testib. quaest.* 68. *c.* 6. *num.* 186. *Dec. conf.* 354. *in casu, nu.* 3.

47 Limit. in donatione † causa mortis. *Alex. ad Bart. in l.* 2. §. *idem Labeo, ff. de aqua plu. num.* 4. *vers. contra hanc glos. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. *in fin. Hontem. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. *& seq.*

Contrarium tenent *Farinac. & ab illo relati de testib. quaest.* 69. *cap.* 6. *num.* 186.

48 Limit. vbi testator † videretur à testibus cum aliqua difficultate, vt puta per rimulum, vel foramen. *Iaf. in l. si non speciali, C. de testam. n.* 7. *vers. limitat tamen*; exemplo eorum qui deponunt vidisse fabricantes falsam monetam, vel bonam rodentes, vel adulterantes alienam mulierem. *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 21. *Farinac. de testib.* 69. *cap.* 6. *nu.* 185. *circa med.*

49 Limit. vbi testamento condito † retro cortinam, vel pariete impediente visum testium, addita est clausula codicillaris, vel donationis causa mortis. *addentes ad Mathesil. singul.* 125. *n.* 3. *&* 4.

50 Contrarium † tenet *Corn. conf.* 19. *principale vol.* 2. vt referunt *addentes ad Mathesil. sing.* 124. *num.* 4. *&* 5. & dixi *sup. nu.* 41.

51 Limit. vbi adesset Statutum † vel consuetudo contraria. *Iaf. in l. si non speciali. C. de test. num.* 1. & persuadetur ex dictis *Gail. obseruat.* 123. *& Iaf. ibidem num.* 2. *& seq.*

52 Contrarium † voluit *Hontem. de art. notar. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 31. *&* 32.

53 Limit. vbi instituitur † ecclesia, vel pius locus, nam valet testamentum, & sunt debita legata, etiam ad non pias causas relicta. *Corn. & reliqui relati ab addentibus ad Mathesil. sing.* 124. *nu.* 6. *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 23.

54 Limit. in testamento † condito tempore pestis, si testes notam habeant vocem testatoris. *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 22. vbi refert *Alciat.* sibi non constasse *Mysinger. obseruat.*

§. IX.

SVMMARIVM.

Instrumento apponi debet locus stipulationis illius 1. 4. *Ampl.* 2. 3. 5. 6. 18. 19 20. 23. 24. 25. *Limit.* 26. 27. 28. 29. 30. *Sublimit.* 31.
Rota decis. 5. *de consuet. & decis.* 5. *de fide. instr. in antiq. declaratur.* 10. 13
Consuetudo non apponendi locum, vbi instrumentum est stipulatum, non est valida. 6. *Ampl.* 14. *Limit.* 15. *Contrarium scilicet, quod sit valida.* 7. *& quare.* 11. *Concorda.* 8. 9. 12
Roncalia qui locus sit, vbi Imperator Romanus veniens sæpe rescripsit in libris feudorum. 16 17
Zongus Hondedeus secundus Collateralis Curiæ Capitolij. 21
Examen testis non expresso loco, vbi illud fuit factum est nullum. 22
Notarius si errauit in descriptione loci, vbi stipulatum est instrumentum, vel illum omittit, an possit errorem corrigere, vel locum addere. 32
Locus an sit apponendus priuatæ scripturæ. 33. *an expressus in antecedenti censeatur repetitus in sequenti.* 34.

1 SEptimum substantiale † instrumenti est, vt in illo apponatur, seu exprimatur locus, vbi fuerit stipulatum *auth. vt præponat. nomen Imperat.* §. *quantum, auth. quib. mod. natural. efficiant legitim. glos. in cap. quoniam contra, verb. loca de probat. & in l. optimã verb. dic C. de contr. & commit. stipulat. vbi Angel in fin. Specul. de instr. edit.* §. 2. *nu.* 9. *&* §. 9. *n.* 5. vbi rationem refert. *Couar. practic. q.* 20. *nu.* 3. *vers. quinto. Bart. in l. si quis ex argentarijs, in* 2. *lectur.* §. *si initium ff. de edend. num.* 26. *Mascard. de probation. quæst.* 6. *num.* 89. *Angel. cons.* 220. *ad hoc col.* 1. *vers. item non tenet. Felin. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. *& Abb. num.* 3. *vers. quinto, & Dec. num.* 23. *Capel. Tholos. decis.* 492. *Rota decis.* 6. *de consuet. in antiq. glos. in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. *Soc. iun. cons.* 127. *lib.* 3. *nu.* 5. *Put. decis.* 328. *lib.* 1. *Roman. l. de pupillo,* §. *qui nunciat, ff. de nou oper. nunc.*

2 Ampl. vt non solum sit exprimendus † locus in genere, vt puta Romæ, vel oppido Arcis Hannoxi, sed etiam locus loci, seu specialissimus, vt puta in domo Domini Antonij Nigri; sita in Agone. *Specul de instrum. edit.* §. 2. *num.* 9. addendo apponi debere locum loci, vt puta in domo Domini Bartolomæi Nigri, sita in foro arcis Hannoni in sala superiori, cum nomine Parochiæ, infinitos refert *Grat. discept.* 379. *num.* 47. *& seq.* vbi illos cumulat ad demonstrandum quod ista opinio sit communior: Ampliando *num.* 55. *& seq.* præsertim in Ciui-
3 tate numerosa, & data notarij consuetudine, & saltem instrumentum fieri suspectum, & partem grauati onere probandi locum loci. *Cast. cons.* 420. *lib.* 2. *num.* 1. Quod præcipue vidi obseruatum Romæ, vbi vltra expressionem domus & illius partis, vbi stipulatur instrumentum, additur regio Vrbis, quæ est diuisa in quatuordecim regiones videlicet, Burgi, Transtiberis, Parionis, Pontis, Regulæ, S. Eustachij, Campimartij, Montium, Triuij, Campitelli, Co-
4 lumnæ, &c. † Post *Spec. idem censuere Iac. de de Aren Cyn. & reliqui relati à Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs* §. *si initium ff. de edend. num.* 26. *Bart. l. de pupilo,* §. *qui nunc ff. de nou. oper. nunc. num.* 3. *Veral. decis.* 98. *part.* 1. *Rota diuers. decis.* 527. *part.* 3. *num.* 8. *Gonzal.* plures congerens *ad regul.* 8. *glos.* 62. *nu.* 24. *Menoch. cons.* 288. *num.* 2. vbi plures. *Felin. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. *vers. & quod de iure. Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 90. *& seq. Angel. cons.* 220. *ad hoc col.* 1. *Theodos. Rub. ad Acorambon. decis.* 4.

Limitabis, si expressione generali loci sequitur tacite expressio loci specialis, vt puta si in litteris Papæ dictum fuit, Romæ, nam sequitur expressio loci, vbi residet Papa. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *circa med.* vel agatur de actu, qui vbilibet fieri potest. *Peregrin. cons.* 52. *lib.* 3. *numer.* 15. Limitando, si contraria adsit consuetudo. *Crauett. cons.* 217. *nu.* 2. *Dec. in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 24. *Cagnol. l. si librarius, ff. de iureiur. n.* 82. vbi alios refert. *Theodos. Rub. in suis sing. ad Putcum decis.* 336. *part.* 1. pluties ita censuisse Rotam. *Rota decis.* 5. *de fid. instr. in antiq.*

5 Ampl. vt non sufficiat exprimere locum † in genere generalissimo, vt puta in terris Imperij, vel Ecclesiæ, vel diœcesi *Felin. in capit.* 1. *de fide instrum. numer.* 6. *vers. an autem sufficeret. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *vers. & tunc assignatio.*

6 Ampl. vt non sit valida † consuetudo, quod non exprimatur locus vbi stipulatum fuit instrumentum. *Rota decis.* 6. *de consuet. in antiq. Couar. practic. quæst. cap.* 20. *num.* 3. *circa fin.* addendo talem consuetudinem esse iniquam, & aperire fores mille fraudibus. *Dec. in cap.* 1. *de fide inst. num.* 23. *& seq. vers. quarto,* confutando argumenta tenentium contrarium. *Castr. cons.* 420. *lib.* 2. *ante fin.*

7 Contrarium tenent † *Barbat. de fid. instr. instrum. in Rub. num.* 69. *Alexand. in l. de pupillo,* §. *qui nunciat ff. de nou. oper. nunnciat. num.* 10. *& seq.* addendo in suo codice non legi relatam Rotæ decis. nec credere illam veram, & eiusdem opin. videtur *Felin. qui fuit Rotæ Auditor in cap.* 1. *de fide instrum. num.* 6. dum prius relata dicta decis. Rotæ, & qui illam sequantur, refert qui aliud sentiant; concludens, quòd circumscripta consuetudine, de iure sit exprimendus locus stipulationis instrumenti.

8 Contrarietatem, hanc quam † non sustulit *Put. decis.* 328. *lib.* 1. cum coram illo fuisset excitata difficultas, an valida esset consuetudo non apponendi locum stipulationis instrumenti, relatis *decis. Rotæ* 6. *de consuet. in antiq. & Alexand.* illam impugnante, conuerso sermone alio, refert quid censuerit Rota de expressione

sione loci loci, censeo tolli posse, si duos casus constituamus.

9 Primus est, si quæratur † an valeat consuetudo, quod validum sit instrumentum sine expressione alicuius loci, vbi illud fuerit a partibus, & notario stipulatum: & illam omnino esse inua-
10 lidam censeo, & ita † intelligenda est *decis. Rotæ 6. de consuet. in antiq.* ex rationibus relatis *a Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 3. circa med.* quia non vrgent argumenta *Alex.* aliod
11 sententiis; & pro confirmatione aliam † confideto rationem, quodcum omnia entia locum occupent; nam omne corpus alicubi collocari est necesse, & sine loco, artificialia, vel naturalia esse non possint. *Plat. in Timæo. Mercur. Trimegist. in Asclep. cap.* 8. vt refert *Io. Bapt. Bernard. in suo Seminar. Philosoph. §. locus*, si concederemus validam esse consuetudinem stipulandi instrumentum valide sine expressione loci, necesse concederemus existentiam rei, quæ esse ignoraretur, & quæ existere minime posset, quia quod non conceditur esse, vel in cœlo, velin terra, nihil est, vt inquit *Plat. in Timæo, teste Ioan. Bapt. Bernard. loco mox citato.*

Secundus casus est si agatur de consuetudine
12 † non requirente expressionem loci loci: & tunc dicendum est, illam esse validam, & ita loquitur
13 *decis.* 5. † *de fid. instrum.* quam refert & sequitur *Put. decis. 32?. lib.* 1. testando ita alias decisum, idem repetens *decis. 7. de pension.* hanc concordiam colligo ex subobscure dictis *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 492. *& Theodos. de Rubeis ad dec. Put.* & aliorum ab eo relatum, *dec.* 328. *lib* 1. & consideratis relatis duabus *decis. Rotæ*, quæ re vera non sunt contrariæ, cum vna neget valere consuetudinem, quod generaliter non exprimatur locus stipulationis instrumenti; alia, quod valida sit exprimi locum loci, quia non sequitur impossibilitas existentiæ locati, vt supra ex *Plat.* & alij sum ratiocinatus. *Veral. decis.* 98. *par.* 2. testans de consuetudine Hispaniæ.

14 Quæ tamen dixi primo casu, † addas procedere etiamsi exprimeretur locus generalissimus, vt puta actum in diœcesi Astensi, vel in Dominio Mediolani, quia locus est nimium incertus, nec agitur de re locata occupante totum locum. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 492. vers. & tūc.*

15 Nisi tamen † ex expressione loci generalissimi sequeretur expressio loci specialis certissimi, vt legimus in libris feudalibus, Datum apud Roncalias. *auth. habita C. ne fil. pro pat. cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar.* inquiens. *Dum*
16 *apud Roncalias † secundum antiquorū Imperatorum consuetudinem pro iustitia & pace componenda consideremus*, & *de probib. feud. alien. per Frideric. in princ.* inquiens. *Dum ex prædecessorum nostrorum more vniuersalis Curiæ Roncaliæ, pro tribunali sederemus.*

17 Quæ fuerit autem Roncalia, declaratur ex † *Oth. Frisingen. in Frideric. libr. 2. cap. 12.* cuius verba versibus expressit *Gunther. Carmin. lib. 2.*

Tum demum signa reuellens
Roncalia properat rapidis attingere rastris.
Est locus Italiæ modicum seiunctus ab vrbe
Cui quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen;
Planus, & Eridani placido iunctissimus amni,
Effundit latos spatioso limite campos.
Hinc quoties claram Regnator tendit ad Vrbem
Theutonus, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet · ligno suspenditur alte
Erecto clypeus: tunc præco regius omnes
Conuocat à dominis feudalia iura tenentes,
Excubias Regi prima celebrare fideles
Nocte vetustorum debent ex more parentum:
At quicunque domi, domino nolente, relictus
Defuerit, feudo priuari Curia censet, &c.

18 Ampl. quod si non fuerit expressus † locus in quo fuerit stipulatum instrumentum, illud sit nullum & non probet. *Spec. de inst. edit. §. 2. n. 9. & §. 9. num. 5. Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium ff. de edend. num. 25. in fin.* concludens expressionem loci esse de substantia instrumenti, nec reperiri textum in toto corpore iuris, qui vrgeat ad dicendum contrarium: *Marescot. resolut. 121. lib. 2. num. 34. Mascard. de probat. quæst. 6. num. 90. relatis Boer. decis. 32. num. 37. & Ruin. cons. 154. num. 4. & 10. vol. 3. Veral. decis. 97. par. 2. Menoch. & ab illo relati cons. 288. num. 1. Viuius opin. 383. Instrumentum.*

19 Ampl. quod si specialis locus † stipulationis instrumenti in illo non exprimatur, instrumētum fiat suspectum, & grauetur qui illud produxit, testibus probare, vbi fuerit illud stipulatum. *Cast. cons. 420 lib. 2. nu. 1. Aufrer. ad Capel. Tholos. 492. circa fin.*

Ampl. præsertim vbi conficitur instrumentū
20 † de actu requirente pro forma certum locum, vt puta si in contumaciam debitoris sit conficiendum a iudice instrumentum dationis in solutum, seu adiudicationis: nam cum istud fieri debeat iudice pro tribunali sedente, exprimi debet locus specialissimus, vt puta, sedente Illu-
21 stri & Excellenti D. Zongo Hondedeo † nobili Pisaurien. Cur. Capit. Secundo Collateralis amico meo, pro tribunali in Aula Capitolij, vbi iura reddi solent, præuijs solitis bannimentis, & relationibus peritorum, idem D. Secundus Collateralis dedit in solutum domum & reliqua: *Bart. l. de pupillo §. qui nunciat. ff. de nou. oper. nunc. nu. 3. in fin. & Alex. num. 6. Cost. cons. 420. lib. 2. num. 1. vers. sed locus. Fel. in cap. 1. de fid. instrum. nu. 6. vers. Nota secundo, & vers. de modo,* & ita censuit *Rota teste Puteo decis. 256. Senatori,* concludens examen testium non
22 † expresso loco facto a iudice esse nullum. *Suarez commun. opin. §. instrumentum nu. 139. & 140.*

23 Ampl. præsertim vbi instrumentum † fit in loco exempto a solemnitate, quę generaliter esset necessaria ad illius substantiam in toto territorio, vt in casu quo consuluit *Rol Val. cons. 33 Illustris, lib. 3. num. 23. & seq.* dum voluit testamentum conditum in ecclesia S. Hieronymi Mediolani sustineri, quamuis in illo non essent seruatæ solemnitates statutariæ, quia confectum

in

Spec.de instrum. edit. §.2.*num.*10.*in fin,l. in donationibus, vbi glos.et Bald.*C.*de donat.Auth. tract.art.notariat.tom.*2.*cap.*1. *vers.septimo*,

4 † addendo tot testes esse adhibendos, quot natura actus de quo conficitur instrumentum, requirit, vt puta septem in testamento, vel confectione scripturæ de recepto, si de debito constet publica scriptura, vel de repudio, *l.hac cōsultissima* C.*de testam.auth, rogati* C. *de testib.* in Codicillis vel donatione causa mortis quinq. *l.fin.*C.*de codicil. l. cum de mortis* C.*de donat. caus.mort.*

5 Ampl. vt adeo testes † sint de substantia instrumenti, quod si vnus illorum contradicat ijs, quæ scripsit notarius vacillet illius fides, vt dixi *§.seq. n.* 11.

6 Ampl. vt testes debeant † esse præsentes in eodem loco, & tempore, dum notarius rogatur de instrumento, vt dicam *infra* §.12.

7 Ampl. vt præterea † testes debeant videre partes rogantes notarium de confectione instrumenti, vt dicam *§.*13.

8 Ampl. vt instrumentum, in quo † non asseritur adhibitos fuisse testes, & non exprimantur illorum nomina, & cognomina, nihil probet. *Crauet.cons.*216.*comparatio num.*2. *vers.item nulli testes.Alex.cons.*13.*lib.* 1.*num.* 8. *Lupus allegat.* 81. *non valuit num.*3.*Mascard.de probat.conclus.*1095.*num.*7.

9 Ampl. vt nomina testium † cum duabus qualitatibus sint in instrumento exprimenda; *l.hac consultissima in prin.* C.*de testam. Alex. cons.* 153.*lib.*2.*nu.*4.comprobans id exemplo eorum, quæ dicuntur de expressione loci, & personæ, in quam inquiritur; in quibus vt cesset error, vel dubitatio, duæ demonstrationes sunt adden-

10 dæ, nisi adeo singulare † esset nomen, quod illius sola expressione certa redderetur persona, vt accidisse mihi quandoque retulit *Leander Galganetus*, de nomine Maphæi, dum Pisis legum studijs operam daret, vbi audito eo nomine, sine alia additione cognominis, patriæ, vel parentum, intelligebatur de Maphæo Barberino, qui deinde ad Apostolatus apicem euectus dictus fuit Vrbanus VIII.

11 Ampl. vt notario asserenti † quid fecisse, & non addat, præsentibus N. & N. testibus, non credatur. *Crescent. decis.*4.*de fid.instrum.* Put. loquens de citatione exequuta a notario, *decis.* 5.*lib.*3.

12 Ampl. vt irrationalis † & inualida sit consuetudo, vt in præiudicialibus credatur scripturæ notarij, sine testibus, *Hontem de arte notariat. lib.*2.*cap.*44.*in fin.*

13 Ampl. quod si testes nominati † in instrumēto, sint mortui paulò post rogatum instrumentum, insurgat grandis suspicatio falsitatis, *Neuiz. cons.*27.*num.*15.

14 Limit. vbi viget contraria † consuetudo. *Abb. in cap.*1.*de fid.inst.nu.*2.*vers.dicit tamen*, quem sequitur *Fel ibidem num.*14.asserens hanc esse opinionem *Innocentij*, & probari hanc limitationem *arg.text.in cap. cum dilectus, de fide instrum.*

15 Limit. vbi instrumentum fieret † de actibus iudicialibus, *arg.notat.in cap.quoniam contra de probat.Fel in cap.*1.*de fide instrum.num.* 15. & dicam *infra* §.14.

16 Limit. vbi instrumentum † fieret in publico Parlamento populi, seu Principis Concistorio; *Specul.de instrum. edit.* §.*restat.num.*18.*circa med.* sequitur *Felin.in cap.*1.*de fid inst.num.*16 addendo per verbum *forte*, idem esse dicendum de instrumentis factis coram Papa, *idem firmat Marsil sing.*56.ad validitatem.

17 Testis autem instrumentarij † an debeant esse rogati, vt pro testibus adsint stipulationi instrumenti, videndi sunt *Felin.in cap.*1.*de fide instrumentorum num.*16.*vers. testis autem*, *& late dixi in meis Collectaneis ad auth. rogati* C.*de testib. Lanfranc.in cap. quoniam contra de testib.* §.*testium depositiones. vers quæro vlterius.Hontem.de arte notariat.lib.*2.*cap.*50.*Magon.decis.Lucens.*32.*num.*6.*&* 37.*Ias l.hac consultissima.* §.*ex imperfecto* C.*de testam. num.*2. *Bald.tract.de tabellion.num.*95.

An autē testes descripti in principio protocol-

18 li, seu primo † instrumento, censeantur adhibiti in sequentibus instrumentis, in quibus non sunt descripti testes, viden. *Bart.in repet. l.si quis ex argentarijs* § *finitium ff.de edend.num.* 28.

19 An præterea testes, debeant † subscribere instrumentum. *Dec.* relatis dissentientibus concludit satis esse illorum nomina inscribi a notario, *in cap.quoniam contra de probat.num.*74.*vers. in glos.*3. *Hontem. de arte notariat.lib.*2.*c.*16. *Abb.cap.*1.*de fid.instrum.num.*3.*vers. sed glos.* vbi late egit.

20 An testes debeant cognoscere † partes rogantes notarium. *Hontem.de art.* Notariat. *lib.* 2. *cap.*18.

---

§. XI.

SVMMARIVM.

*Testis instrumentarius si contradicat contentis in instrumento minuit illius fidem.*1.11.*Amp.* 3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.*Limit.*19.20.21.22.23,24.25.26.27.28.29.

Instrumentum stipulatum coram pluribus testibus, qui de necessitate non erant adhibendi, est suspectum. 20

Testis instrumentarius contradicens instrumento qualiter debeat deponere. 30

Testis instrumentarius examinatus ad comprobandum contenta in instrumento, vbi alius cōtradicit, qualiter debeat deponere. 31

1 TEstem instrumentarium contradicentem contentis † in instrumento, in quo fuit pro teste adhibitus, vel rogatus, minuere fidem instrumenti, probat textus *in l.*1.*§. fin.ff. quemad. testam. aper. & volunt Franc. Marc.decis.*151.*par.*1.*nu.*5.*Franc.Bec. cons.* 86. *videbatur num.*11. Surd. *cons.* 387. *supersunt. numer.* 11.*Crauet.cons.*56.*in princip & num.* 20, 21. *Menoch. de arbitrar. iud. casu* 105 *nu.*13

num.13.Franc.Marc. decis.486.num. 8.par. 1. Neuiz.cons.27.nu.19.

2 Contradicere dicitur testis instrumento † si deponat, non recordari quod fuerit adhibitus pro teste in tali instrumento, & quod recordaretur si fuisset adhibitus. *Crau.cons.56. Antonius in in prin.& 14.in fin.* vel deponat quod non interuenit pro teste tali instrumento, vt late deinde declarat *Fel.in cap. cum Ioannes, de fid. instrum.nu.48.& seq.*

3 Ampl. vt ad victoriam † eius, contra quem producitur instrumentum, sufficiat vnum ex instrumentarijs testibus illi contradicere. *Franc. Bec.cons.86.videbatur num.11.in fin.& nu.12.*

4 Ampl. quod si ex duobus † testibus descriptis in instrumento, vnus sit mortuus, alius dicit non interuenisse instrumento, resultat magna suspicio, quod illud non sit verum, Neuiz. *cons.27. n.15.circa fin.*

5 Ampl. vt vnicus testis instrumentarius † contradicens instrumento, præferatur depositioni duorum testium deponentium pro instrumento, si illi non sint instrumentarij. *Crauet.* ita declarans *Imol.in cap. cum Ioannes beremita de fid.inst.cons.56.Antonius num. 15. relato Corn.cons.232.col.2.lib.1.*

6 Ampl. etiam in testamentis.† *Neuiz.cons.27. num.19.vers.non obstat,* addendo non suppleri depositione notarij, qui est loco vnius testis.

7 Ampl. præsertim, si alius testis, qui de † necessitate instrumenti fuit adhibitus, est mortuus, & non deposuit pro instrumento. *Crauet. cons.56. Antonius num.5.vers.tertio,* eam afferens rationem, quod licet testis mortuus præsumatur stare pro instrumento, cum tamen alius testis instrumentarius viuat, & contradicat instrumento, cessat talis præsumptio. *Menoc. de arbitr iud.cas.105.n.25.vide inf. vers.Surdus autem Neuiz.cons.27.nu.15.vers.facit.*

8 Ampl. præsertim vbi is testis † est omni exceptione maior. *Crauet. cons.56.Antonius nu.14.* qui loquitur de I.C. seu aduocato.

9 Ampl. præsertim † si agatur de scriptura priuata. *Fel cap.cum Ioannes, de fid.instrum.n.50. vers.secundo.*

10 Ampl. præsertim vbi is testis † est ex necessarijs ad substantiam instrumenti. *Socin. cons.28. lib.3. in prin.*cum alijs relatis à *Menoch.de arbi. iud.cas.105.qui in foro num.15. & a Surd.cons. 378.supersunt num.16.&seq.* relato *Alciat.* addente *Iasonem*, qui aliud respondit, non fuisse sanæ mentis, & illius verba esse ad Ephesios, relati à *Mascard.de probat.quæst.6.nu.43.& 56. Viuius opin.888.testes duo num.2.* testans de communi, siue agatur de instrumento contractus, siue testamenti.

Contrarium voluit *Fulgos.cons.79.quidam nomine, col.2.vers.alterius vero testis.Cyn.Bal.* & alij relati à *Surd.*dum probat præcedentem extensionem *cons.378.num.25. & seq.* asserens hanc opin. esse verissimam, *relati a Menoc. de arbitr.iud.cas.105.num.17.Mascard. de probat. quæst.6.num.59.*

11 Arbitrio iudicis id totum remittendum, † siue agatur de instrumento testamenti, in quo septem testes requiruntur, ex quibus si vnus tantũ contradiceret, & reliqui præsumptiue starent pro instrumento, quia mortui, facile inclinarem in secundam sententiam *Fulgosij*, ratione numeri testium: secus si ageretur de contractu, in quo duo tantum adhibentur, licet *Boer.decis.118.nu. 12.*idem velit, censuit Menoch *.de arbit.iud. casu 105.num.19. ex Cost ant. Hermanopul. prompt. iur.lib.1.tit.6. rub. de non script. testimon.* addendo *num.23.& seq.* multum tribuendum diligentiæ iudicis in veritare indaganda.

Surdus autem *cons.378.supersunt. num.28. & seq.vers.& quod,* distinguit, an testes qui sunt ex necessarijs, fuerint examinati, & conuincunt contradicentem instrumento de mendacio; & tunc vera est extensio nostra, seu prima opinio, vt puta si testis necessarius dicat non fuisse præsentem stipulationi instrumenti, vel non fuisse rogatum pro teste, vel negat audiuisse; & reliqui necessarij deponant illum fuisse præsentem, vel rogatum, vel audiuisse, vel audire potuisse, addendo *num.29.circa fin.* idem dicendum si idem testis conuincatur de mendacio ex testibus non instrumentarijs; *& nu.30.& 32.* latius id probat. Obstant tamen dicta *Viuij opinion. 899.testis si deponat. num.3.* Si vero alij testes non sunt examinati, vel sunt mortui, & tunc instrumentum fit suspectum; non tamen falsum. *Papiens.in form.libel.oppon.cont.instrum.§.dignoscitur n.4.*& alij relati *a Menoc.de arbit.iud. cas.105.n.13* addẽdo *.n.22.et seq.* relatã, *a Surd.ex Papiens.*distinctionẽ, quã idem *num.29. & seq.* late comprobat. Idem censuit *Ioseph.de Sesse decis.119.num.30.* si plures testes cum notario, vel sine deponãt pro instrumento. Post hæc scripta reperi *Aluar.Valas.*qui *cons.173.quæstio. num.1.vsque in fin.150.* latissime loquens de testamento hunc articulum prosequitur: illum vide, si præfata non satisfaciunt.

12 Ampl. vt † si duo testes instrumentarij deponant contra substantiam instrumenti, vt puta, quod aliter fuit dictum, quam scriptum, tunc instrumentum fiat falsum, *l.cum precibus C. de probat:*Menoc.*de arbitr.iud.casu.105.qui in foro,n.32.Fel.cap.cum Ioannes, de fid.inst.nu.50.*

13 Ampl. quod si omnes testes † contradicant instrumento, illud careat omnino fide, ita ut dicatur falsum, *Bald.in l.1.§.siquis neget.ff. quemad.testam.aper.num,6.Fel.c.cum Ioannes de fide instr.num.46.Menoch.de arbitr. iud. casu. 105.qui in foro num.9.*reprobando opinionem illorum qui volunt debere esse contestes; & procedere, etiam si alij testes non instrumentarij deponerent pro instrumento, *Soc.iun.cons.189 lib.2.num.93.& seq.*

14 Ampl. etiam si testis contradicens † instrumẽto, non sit omni exceptione maior, Natta *cons. 95.quidam,num 9.vbi de communi,& num.11. & cons 97.Valde num.14.* vbi reprobat dissentientes, relati a Surd.*cons.378.supersunt.n.12. Mascard.de probat quæst.6.num.56.in fin. & nu.67.*

Contrarium tenent relati a Natta *cons.97.n. 14.& a Crauet.cons. 56. Antonius num. 3. & seq.Veral.decis.100.par.2.num.2.Franc. Marc. decis.*

decis. 486. *num.* 15. *& 17. Dec. in cap. tertio lo-co, de probat. nu.* 32. *col.* 3. *vers ult. not. Felin. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum. num.* 44. addendo, quod præterea est probandum illos esse omni exceptione maiores.

Concorda, & declara per *Crauett. cons.* 56. *Antonius num.* 9. *& seq. Surd. cons.* 378. *super-sunt nu.* 12. 27. 33. *& seq. Veral. decis.* 279. *p.* 3. *Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 59. *Ancar. Regiens. quæst.* 71. *lib.* 1. *num.* 2. *& seq.*

15 Ampl. etiam, vbi testis non † contradicit substantiæ instrumenti, sed tantum negat adfuisse illius stipulationi. *Natta cons.* 124. *nu.* 9. *&* 11.

16 Ampl. præsertim, vbi caueatur † Statuto, quod contradicente teste instrumentario, corruat fides instrumenti, etiam quod esset super-numerarius, vt apud Aragones teste *Ioseph Sesse decis.* 119. *num.* 48. vbi *num.* 19. *& seq.* refert quomodo temperetur rigor illius Statuti. *Valas. cons.* 183. *in prin.*

17 Ampl. præsertim, † vbi testis contradicens instrumento, habet contestes, siue illi sint ex necessarijs ad actum, siue non. *Felin. in capit. cum Ioannes, de fid. instrum. num.* 43. *&* 51. *vers. limita secundo*, subdens quid dicendum si impugnantes, vel adiuuantes testes, sunt pares, vel dispares numero, vel conditione personæ.

18 Ampl. siue is testis sit ex † necessarijs ad solemnitatem instrumenti, siue non. *Felin. in cap. cum Ioannes, de fide instrum. nu.* 46.

19 Limit. vbi supersunt sufficiens † numerus testium, qui pro instrumento deponerent; veluti si in instrumento venditionis adhibiti fuerint tres testes, & illorum vnus cōtradicat instrumēto. *Crauett. cons.* 56. *Antonius num.* 15. *vers. secundo*, *relati à Menoch. de arbitr. iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 11. modo isti superextātes examinati deponant pro instrumento, secus si non fuerunt examinati, vel sint mortui, vt ex *Bald. cons.* 228. *lib.* 2. *subdit idem Crauet. ibidem num.* 16. *Surd. cons.* 378. *num.* 26. addendo procedere, siue illi testes sit mortui, siue haberi non possint, vel non examinentur, & notabiliter loquitur, vt solet in cæteris, *Papiens. in forma oppon. contra testes, §. dignoscitur, n.* 5. *Menoch. tamen sequitur Crauet. d. cons.* 56. quod necesse sit, vt illi examinati deponant pro instrumento, secus si non examinentur, vel examinari non possint quia sint mortui, *de arb. iud. cas.* 105. *qui in foro, num.* 24. *cum seq. Franc. Marc. decis.* 331. *part.* 1. *decis.* 486. *nu.* 9. addendo procedere, etiam quod illi sint mortui, *& num.* 11. *&* 16. *in princ. Mascard. de probat. quæst.* 6. *nu.* 44. *& seq.*

20 Proximam, & præcedenti limitationem esse periculosam, † & adiuuare falsariorum fraudes & astutias, dum adhibito supernumerario numero testium, facile possunt suas fraudes defendere, aliquibus testibus, vel notario, mortuis, vel absentibus à loco conditi testamenti, vel deponentibus non recordari de contentis in testamento, in quo fuerunt adhibiti testes, considerant *Menoch. & ab illo relati, de arbitr. iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 25. *& seq. Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 74. Ideo inter cætera argumenta, quibus dicebam esse suspectum, & corruere testamentum Iuguli, qui apoplexia correptus, factus mutus, exclusa germana sorore cum nepote ex fratre, instituerat nutu, ad interrogationem duorum notariorum N. meretricem eum N. Naldino, dum ægrotus iaceret in domo meretricis, asserentibus eisdem notarijs coram multitudine testium, qui bis, ter, & non quater excedebant necessarium numerum pro validitate testamenti, testatorem capite annuisse interrogatis, qui eum scribere posset, & nosceret, scripturam tamen à notarijs confectam non subscripsit, prout erat subscribenda, iuxta textum *in l. discretis, C. qui testam. facere possunt.* addendo præterea N. sororem dicti Iuguli, quæ transegerat cum Naldino, mediante certa quantitate infra certum tempus soluenda, posse citra pœnas indictas *in l. si quis maior, C. de transf.* dictam transactionem infringere, iuxta ea, quæ alias censuit Rota in pari casu, teste *Veral. decis.* 317. *transegit*, & late est prosequutus *Intrigl. tract. casib. consuet. centur.* 1. *casu* 14. *n.* 97.

21 Limit. vbi ex consuetudine loci, † vbi confectum est instrumentum, testes non requiruntur, nam si fuerint adhibiti, & vnus illorum cōtradicat instrumento, non minuitur illius fides. *Boer. decis.* 118. *num* 27. quem refert & sequitur *Menoch. de arbitr. iud. casu* 105. *nu.* 21.

22 Limit. vbi is testis, qui † contradicit instrumento, sua subscriptione illud approbauit. *Capic. decis.* 192. *num.* 5. *Menoch. de arbitr. Iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 23. *vers. declaratur.*

23 Limit. vbi is, qui induxit testem † contradicentem instrumento, multum temporis est passus labi à die, quo instrumentum impugnare poterat; ita vt verisimiliter dici, seu suspicari possit illud distulisse impugnationem, quoad alij testes instrumentarij essent mortui. *Boer. decis.* 118. *num.* 21. *Bald. cons.* 36. *quidam lib.* 3. *Fulgos. cons.* 79. *quidam*, quos refert *Menoch. de arbitr. iud. cas.* 105. *qui in foro, nu.* 30.

24 Limit. vbi testis contradicens † instrumento, consequitur aliquod commodum, vacillante fide instrumenti. *Veral. decis.* 100. *part.* 2. *num.* 1. *Franc. Marc. decis.* 486. *par.* 1. *nu.* 14.

25 Limit. vbi instrumentum coadiuuatur † alijs testibus non instrumentarijs, vel alio adminiculo. *Franc. Marc. decis.* 486. *part.* 1. *nu.* 16. *circa med. Ioseph. de Sesse decis.* 119. *num.* 31. *Surd. cons.* 378. *in princ. Felin.* late hoc examinans *in cap. cum Ioannes* 11. *de fid. instrum. num.* 51. *vers. limita secundo, & Alex. cons.* 17. *vol.* 3. *num.* 14. *in fin. Crescent. tamen, relato Felin. decis.* 1. *de testib.* sublimitat, si testes non instrumentarij patiantur aliquam legitimam exceptionem.

26 Limit. vbi is testis, non refert † rationem suæ depositionis, quamuis non fuerit interrogatus. *Franc. Marc. decis.* 486. *part.* 1. *nu.* 18. *Felin. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum. n.* 42. *Veral. decis.* 100. *par.* 1. *nu.* 3.

Limit.

27 Limit. vbi causa † est leuis. *Felin. in capit. cum Ioannes, de fid. instrum. num.* 51. *Menoc. de arbitr. iud. casu* 105. *qui in foro, num.* 20. exemplum referens si agatur de causa possessorij.

28 Limit. vbi ceteris † paribus, maior pars testium deponit pro instrumento. *Arg. l. ob carmen, ff. de testib. cap. in nostra, eod. tit. per quæ Iura* ita firmat *Franc. Marc. decis.* 151. *par.* 1. *num.* 6.

29 Limit. vbi testis directè † non contradicit instrumento. *Franc. Bec. cons.* 86. *nu.* 1. *circa fin.* declarando quando testis dicatur directo contradicere.

30 Testis contradicens instrumento † qualiter debeat deponere. *Ancar. Regiens. quæst.* 71. *par.* 1. *num.* 12. *& seq.*

31 Testes instrumentarij, si examinentur † ad comprobandum instrumentum, vbi aliquis illorum contradicit, quomodo debeat deponere, videndi sunt *Bald. Alex. Ias. in l. cum antiquitas*, C. *de testam. Rom. cons.* 8. *Alex. cons.* 77. *lib.* 2. *Vasq. de success. creat.* §. 32. *nu.* 91. *Cras. recept. sent.* §. *testamentum, quæst.* 59. *num.* 2. *Mascard. de probat. quæst.* 6. *num.* 40.

§. XII.

SVMMARIVM.

Testes debēt esse præsentes dum rogetur notarius vt de placitis partium conficiat instrumentum. 1. *Ampl.* 4. 5. 11

Testes an rogandi, & quando, vt adsint stipulationi instrumenti. 3. *Quando dicantur præsentes.* 6.

Ex præsentia quando arguatur scientia. 7

Testes ignorantes latinum sermonem, si adhibeātur stipulationi instrumenti, sat est idiomate illi noto explicare contenta. 8. 9. *& quid si examinentur.* 9. *an debeant videre contrahentes.* 10.

1 EXaminando articulum propositum supra *§.* 10. *ampliat.* 11. testes debere esse præsentes, dum mandatur notario, vt de promissis, datis, vel conuentis conficiat publicum instrumentum, probatur *g. sed etsi*, §. *oportet auth. de instr. cautel. & fide cap.* 2. *de fide instr. c. de procur. glos. l. generali*, C. *de tabul. lib.* 10. *& in cap. post cessionem, verb. litteras, de probat. Specul. de instrum. edit.* §. 2. *num.* 10. addendo

2 quandoque † nomina testium exprimi per genitiuum, quandoque per ablatiuum casum. *Alex. cons.* 13. *ex his lib.* 1. *num.* 8. vbi plures consentientes congerit. *Marsil. singul.* 56. *Abb. in cap.* 1. *de fid. instrum. num.* 2. *vers. nono. Dec.* 34. *vers. octauo, & Felin. num.* 14.

Singulare vnum, ante omnia est notandum, quod quamuis communiter notarij non facta distinctione, addant instrumentis testes fuisse

3 vocatos, & rogatos, quod de solemnitate non est necesse vt illi rogentur. *Specul. de instrum. edit.* §. 2. *num.* 10. *in fin. Felin. in cap.* 1. *de fid instrum. num.* 16. *vers. testes, & Dec. num.* 35. remissiue illis referentibus, quibus casibus testes sint rogandi vt adsint instrumento, & dixi aliaqua in *in meis collectaneis ad auth. rogati*, C. *de testib.*

4 Ampl. vt debeant esse præsentes toti stipulationi † instrumenti, nam si illorum aliquis recederet, etiam coactus, & intermissa stipulatione non rediret, vel alius illius vice, cui enunciarentur quæcunque in præcedentibus conuenta nullum esse instrumentum. *l. qui testamento, §. veteris, ff. de testam. glos. & communiter Doct in l. casus*, C. *de testam. verb. remissum. Paris. loquens de stipulat. testam. cons.* 33. *lib.* 2. *n.* 28. *l. testium*, C. *de testib. cap.* 2. *de consuet.* §. *sed etsi, auth. de inst. cautel. l. qui testamento* 20. *§. fin. ff. de testam. & qui test. Nicol Hontem. tract. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 25. *& seq. plurib.*

Ampl. vt testes debeant præterea intelligere
5 † quæ à partibus agantur, & à notario scribantur, percipiendo mentem contrahentium, aliter enim non dicerentur illi esse præsentes. *l. cum qui ff. de verb. signif.* ignorans enim non intelligitur præstare præsentiam, vel consensum. *Bald. in rub.* C. *qui admit. nu.* 4. *& seq.* inferens iudicem, vel consanguineum non præstitisse consensum actui simulat, quem partes nuncupabant verum; Quamuis effectu iuris considerato
6 præsentia † importet concomitanter intelligentiam. *l. diem ff. de arbitr. Card. in clem. caus. im de elect. num* 6. *Imol. in l. hæredes palam, ff. de de testam. num.* 2. *Cesal. cons.* 185. *in causa mihi commissa, num.* 18. *seq. pluribus. Menoch. præsumpt.* 21. *lib.* 6. *num.* 1. *& seq. Polyd. Ripa in tract. de nocturn. temp. num.* 1. ambo late
7 examinantes quando ex præsentia † arguatur scientia, tam in te deponente de alicuius præsentia, quam in notario; qui asserat quem fuisse præsentem, vel certioratum de beneficio legis, cui præsens renunciare asseritur.

Notandum tamen, quod si adhibeantur te-
8 stes ignorantes † latinum sermonem, sat est illis à notario vulgari idiomate declarari, quæ latina oratione scripsit, & per interpretem percipere, quid fuerit actum. *Ias. in l.* 1. §. *eadem autem, ff. de verb. oblig. num.* 4. non enim, vt inquit *Vlpianus in l. qui testamento* 20. *§. fin. ff. de testam. & qui testam. fac. poss.* sermonis intelligentiam exigimus, si quis sensu percipiat, cui rei sit testis adhibitus. *Ias. in l. si non speciali*, C. *de testam. num.* 6. & late *Nicol. Hontem. in suo tract. de arte notariat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. *& seq.* vbi ex *Ias. Cast. et alijs in d. §. eodem autem, et Canonistis in cap. ex litteris de sponsal. Mysing. obseruat.* 26. *centur.* 5. refert quid
9 seruandum si stipuletur † instrumentum à notario Italo, vel alterius gentis, inter Galloa, vel Germanos, qui se inuicem non intelligunt & quid seruandum tali casu circa interpretem, & de iudice proferente sententiam inter homines diuersi idiomatis, vel si examinantur testes ignorantes idioma iudicis.

10 An autem testes debeant præterea † videre

partes

partes rogātur notarium de confectione instrumenti dicam §. seq.

Ampl. vt testes sint etiam adhibendi in scriptura
11 † priuata ad effectum, vt creditor concurrere possit cum creditore instrumentario *l. scripturas. C. qui potior. in pign. hab.* ad cuius textus intelligentiam dixi plura *in meis Collectaneis ibidem*.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Præsentia includit visum. 1
Præsens quis dicatur. 2
Visus nomine omnis sensus corporis intelligitur. 3
Testes adhibiti in instrumento sat est quod audiāt licet non videant contrahentes, modo notam habeant illorum vocem. 4.5.6. *Ampl.* 7.8.9.10.11. 12.13.14.15.16.17.18.28. *Declara* 19. *Limit.* 20. 21.22.24.27.29.30.31.32
Testes adhibiti in testamento ad illius validitatem opus est vt videant testatorem. 34.36. *Ampl.* 37 38.39.46.50.52. *Limit.* 45.47.48.49.51. 53.54. 55.56
Scotatio est solemnitas antiquitus adhibita in donatione rei stabilis, quæ fiebat ecclesiæ. 22
Copula carnalis an probetur testibus cortinarijs. 23.33
Memoria quomodo probetur. 25
Visus quoties requiritur in teste. 26
Testis de auditu quando probet 28
Glos. in l. si non speciale, C. de testam. reprobatur, et approbatur. 35

1 QVia præsentia † necessario non includit visum, *cap. 2. de consuetud. §. binc nobis debæred & Falcid.* præsens enim
2 habetur † & qui in hortis, vel in foro, vel vrbe vel in continentibus ædificijs reperitur, dummodo tamen audire possit, quæ ab alio dicuntur, & notam habeat illius vocem, *l. 1. §. eodem textu. ff. ad Syllan. l. præsens & l. seq. ff. de procur. Spec. de teste, §. 1. num.* 52. addendo tale testimonium
3 dici de visu † quia nomine visus omnis corporis sensus intelligitur, & probari contractum suisse matrimonium ab ijs qui verba consensus nuptiarum protulerant; licet testis illos loquentes non viderit, sed audiuerit.

Ideo probabiliter dubitari potest, an ad vali-
4 ditatem † instrumenti sit cum præsentia testium addendum quod illi viderint contrahentes. Quāuis *glos. in §. binc nobis, verb. et vidisse. auth. de hered. et falcid.* cōcludat testē debere videre, iuxta verba eiusdem textus, qui copulatiue requirit testes debere esse præsentes, & videre, & conuenit illud *Euang. Io. c. 3. Quod scimus loquimur, & testimonium nostrum verum est*; attamen quia ille textus loquitur de annexis vltimæ voluntati, duos casus constituam,
5 Primus, quod in contractibus † sufficit testes esse præsentes, & intelligentes mentem contrahentium, licet illos non videant, si modo illorum vocem notam habere asserant, *glos. communiter recepta in l. 2. §. itē Labeo. ff. de aqua plu. arcend. num. 4. & Cuman. num. 8.* addendo hoc esse periculosum, cum sæpe hominum voces mutentur; idem tepetens *Rom. ibid. num.* 8. plura hinc inde afferens, residens in hac opin. si contrahentes soli sint. *Mathesil. singul.* 124. *et ibi addentes, num.* 11. & 12. *Anton. Trigon. sing.* 98. *Viuius opin.* 9990. *Testes de auditu. Alex. cons.* 99. *in casu lib. 3. num, 5. et ibi addentes* alios referūt. *Ias.* plures cumulans, *in l. si non speciali, C. de testam. num. 9. relati a Farinac. de testibus, quæst. 69. cap. 5. num. 164. & cap. 6. nu. 175. & nu. 176.* referens dissentientes. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 7. & seq. & nu. 32. & seq.* vbi rationem refert *& num. 81. & seq.* & alios refert *Menoch. de arbitr. iud. cap. 475. num. 16. Abb. cap. præterea 27. de testib. nu. 6.*

6 Quæ dicentur de probatione, quā facit instrumentū stipulatū de cōtractu, non visis cōtrahentibus ab ipsis testibus rogatis pro solenitate instrumenti, eadem sunt dicenda, si agatur de probando aliquid quod dicatur factum, vel dictum testibus tantum audientibur. *Spec. de tut. §. 1. num.* 53. 54.

7 Ampl. etiam vbi perfecte contrahentes† non visuntur, sed vel eum aliqua difficultate, vt puta per rimulam; vel etates, vel cancellos ligneos, vel ferreos, modo absolute non impediatur auditus testium, *gloss. fin. in cap. nihilominus 3. q. 9.*

8 Ampl. etiam si ageretur de probando † matrimonio contracto inter aliquos, *Spec. de teste, §. 1. num.* 53 sequitur *Ias. in l. si non speciali, C. de testam. nu. 9. Viuius opin. 990. testes de auditu nu. 1. in fin.* asserens ita decisum coram Oradino præceptore suo Rotæ Auditore. *Farinac.* plures cumulans *de testib. quæst. 69. cap. 6. num. 177. & & seq.* vbi refert dissentienter, & concordat.

9 Ampl. etiam si testes non deponant † habuisse notam vocem contrahentium, si alia concurrāt indicia, quod testibus nota esset vox contrahētium, *Viuius. opin. 990. testes de auditu. nu. 2.* referens ita fuisse decisum.

10 Ampl. non solum si cancellum † vel cortina, sed etiam si paries fuerit intermedius. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num.* 8. vbi plures congerit. *Bart. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcend. num. 4. Alex. in l. si non speciale. C. de testam. nu. 6. in fin. & num. 7.* respondet obiectis *Ioan. And.* tenentis contrarium. *Mich. Graf. recept. sent. sent. §. testamentum n. 4. in fin. Ias. d. l. si non speciale nu. 9. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. nu. 32. in fin. vers. ex quibus.*

11 Ampl. vt tales testes non † contractum, alijs adminiculis non concurrentibus; vt reprobatis dissentientibus concludit *Farinac. de testib. quæst. 69. cap. 6. nu. 188. & seq.*

12 Ampl. præsertim vbi testes paulo ante† viderunt cōtrahentes in loco, in quo deponunt illos audiuisse contrahere. *Abb. in c. cum causam el 1. de testibus num. 9. vers. & faciunt*, refert, & sequitur *Pacian. de probat. lib. 1 cap. 10. num. 26.*

13 Ampl. præsertim, vbi non aderat causa,† qua testes falli possent, in agnitione cuius est vox, vt puta dicendo quod contrahentes erant sani. *Io. Imol. in l. 2. §. idem Labeo ff. de aqua plu. arcēd.*

Alciat.conf.60.num.12.tom.3.lib.9.& conf.94. col.fin.verf.fecundo lib.9. quos refert *Pacian. de probat.lib.1.cap.10.num.30.*

14 Ampl. præfertim fi agatur de probando† contractu, qui perficiatur folis verbis, vt puta quod Titius mandauerit, vel fit ftipulatus, vel illi quid promiffum, & fimilia. *Alberic.in l.2.§.idem Labeo, ff.de aqua plu.arrend.num.5.Pacian. de probat.lib.1.cap.10.num.37.& feq.& 39.*

15 Ampl. præfertim vbi teftes notario † vel iudici afferant habere notiffimas voces contrahentium. *Arct.in cap.cum caufam.de teft.ib. n. 45.verf.tertia conclufio*. concludens tunc plufquam femiplene probare:fecus fi deponant notas tantum habere.

16 Ampl. etiam quod teftes fuerint requifiti vt ftarent retro cortinam, † vel intermedio pariete, quoad partes audiant, & deinde deponant, quæ audiuerint. *Imol.in cap.pratcrea, de.teftib.n.7. & Fel.num.4.verf.& per hoc datur, Caft. in l.fi non fpeciali num.6.& Iaf.num.9. Marfil.de probat.num. 328. verf.* Remedium eft, *& 332.* concludentes hanc effe optimam cautellam extorquendi confeffionem a contumaci debitore, qui coram teftibus renuit fateri debitum, & fate profequuntur. *Hect.Armil.tract.de teftib. §. teftis actum probans num. 4.& §. teftis auditu proprium num.68.& multis feq.* vbi plures cafus refert, & ante illum *Menoch.de arbitr.Iud. cafu 471.difputari num.16.& feq.*

17 Ampl. etiam fi notarius non † videat contrahentes, impeditus pariete, vel cortina. *Alex.conf. 190.Vifis lib.7.num.10.*

Ampl. præfertim vbi ipfi teftes effent fide di-

18 gni,† familiares, amici, vel confanguinei contrahentium: nam cum illi verifimiliter non potuerint decipi in agnitione vocis, & credibile fit, quidquid eft verifimile, optime tunc probant. *Alex.* loquens de fratre & forore, *conf.24. nu. 10.verf.fed cui dub.vol.2.Pacian,loquēs de amico,de probat. lib.2.cap.10.num.45.& feq.*& facit illud *Genef.cap.27.Vox quidem Iacob, fed manu, Efau.*

19 Intelligas tamen teftes cortinales probare,† fi illi examinati deponant bene habuiffe notas voces contrahentium, vel donatoris caufa mortis, vel codicillantis, vel teftantis, vel notarius rogatus afferat ipfos teftes fibi affirmaffe bene nofcere voces eorum, quos non vident. *Alciat. conf.94.col fin.lib.9.*fequitur *Pacian.de probat. lib.1.cap.10.num.24.*

Limit. vbi teftes non paulo ante contractum

20 † fed diu ante vidiffe ibidem contrahentes, afferunt, *Pelin.in cap.præterea.27.de teftib. nu.4. verf.* Hoc limitat. concludens teftes de auditu fuper contractu probare, fi paulo ante contractum vidiffe contrahentes deponerent, ingredi locū, vbi audierunt illos contrahere. *Farinac.* alios congerens *de teftib.quaft.69.cap.6.n.195*

21 Limit. vbi agitur de contractu, † qui vltra verba, requirit præterea factum vifibile, vt in cafu *cap.2. de confuet. vbi Abb. & reliq. Canonifta*; nam cum pro firmitate donationis, quæ fiat ecclefiæ, neceffaria fit fcotatio, id eft, vt donans acciperet modicum terra, & illud fupra altare poneret, vel extremitate pallij, quod manu Prælati fuftentabatur, & donans dicebat audientibus teftibus, & videntibus: Ego dono talem fundum Bafilicæ S. Petri, pro remedio animæ meæ: Ideo cum vltra verba requireretur factum, non probaretur talis donatio teftibus cortinarijs relert, & fequitur *Pacian.de probat. lib.1.cap.10.num.75.& feq.* concludens, ea quæ duplici fenfu percipiuntur non probari vno fenfu tantum.

22 Limit. in teftibus deponentibus † de feparatione, feu actu impeditiuo matrimonij, nam nifi deponant de vifu, partium; non probant. *glof.in cap.præterea de teftib.* quam fequuntur, & fingularem dicunt *Alex.in l. fi non fpeciali. C.de teftam.num.7.in prin.& Iaf.num.9. in fin.addentes ad Matthefil.fingul.124.n. 10.* late tamen profequitur *Farinac.de teftib. quaft. 69.cap.7.* quando teftes de auditu retro cortinā

23 † probent carnalem copulam. *Menoch.de arb. Iud.cafu 475.difputari num.21.Pacian.de probat.lib.1.cap.10.num.10.*

24 Limit. fi agatur de contractu, † in quo factum requiratur, & non fufficeret fola verborum expreffio, feu vbi agitur de contractu, qui vifu tantum percipitur, *Archid.cap.hoc videtur.22. quaft.5.loquens* de captura poffeffionis, vt puta fi agatur de probando mutuo, *Alberic.in l. 2.§.idem Labeo ff.de aqu. plu. arcend. num.4.*

25 † fubdens *num.10.*quomodo probetur memoria, *relati a Pacian.de probat.lib.1.cap.10. nu. 45.in fin.& num.46.* fubdens *num. 47. & feq.*

26 *plurib.*qui fint actus vifus † oculorum requirentes.

27 Limit. vbi teftes non † coarctant illorum dictum ad perfonas, quæ contraxiffe afferuntur tantum; vt puta dicendo, quod in loco parietis intermedij, vel vltra cortinam, non aderant nifi Titius, & Mæuius, qui contraxerunt, nec alij adeffe poterant, quin fciuiffent, *Alberic.in l.2.§.idem Labeo, ff.de aqua plu. num.3.* addendo quod etiam fufficiens effet probatio, fi teftes

28 deponerent † audiuiffe Titium promififfe Scio, & eos cognouiffe ex voce, & hanc effe probationem multum difficilem; idem ex *Innoc.Ioan. And.Imol.& alijs repetit.Roman.ibidem.nu.8. verf.aut contrahentes*, fubdens aliud dicendum ficum illis fint alij, *relati a Pacian.de probat.lib. 1.cap.10.n.27.& feq Farinac.de teftibus.quaft. 69.cap.6.num.194.*

29 Li nitatio probando quafi contractu, feu delicto † *addentes ad Mathefil fingul.24.nu. 13.* dum prius *num.9.*retuliffet quid in contingentia facti fuerit factum, & late examinat *Farin. de teftib.quaft.69.cap.5.nu.165.& feq & cap.6 num.183.& 189.& feq.Pacian.de probat.lib.1. cap.10.num.12.& feq.*examinat, *Montem. de arte notariat.lib.2.cap.15.num.12.& feq.*

30 Limit. vbi teftis non deponeret † habere notam vocē contrahentium de recenti, fed vel de adolefcentia, & contrahentes effent facti viri, vel fenes. *Aret.in cap.cum caufam de teftib.nu. 49.Farinac.de teftib.quaft.69.cap.5.num.174.* dum prius *num.169.* firmaffet teftes debere deponere bene habere notam vocem contrahentium,

tium, ita ut decipi non posset, & talem notitiam probari, quia testis sit vicinus domui contrahentium: & idem dicerem, si assidua esset consuetudo, vel esset affinis, remittendo ista omnia arbitrio iudicis. *Anton. Trigon. sing. 98. Andr. n. 4. Bursat. cons. 316. num. 21. Alex. cons. 99. In casu nu. 4. vers. sed tamen & num. 5. vbi apost. vers. notat. lib. 3.*

31 Limit. vbi contrahentes, vel vnus † illorum esset infirmus. *relati à Farinac. de testib. quaest. 69. cap. 6. nu. 188.*

32 Limit. vbi iudex arbitratur † non esse adhibendam fidem hisce testibus cortinarijs, inspecta qualitate testium, contractus, & alijs quae mouere possunt iudicem ad arbitrandum talem esse facti veritatem. *Menoch. de arbitr. iud. casu 475. num. 19. & seq. & nu. 22. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 10. num. 41. & seq. Farinac. de testib. quaest. 69. cap. 6. num. 196.*

33 An autem carnalis copula probetur † testibus cortinarij, seu de auditu proprio, remoto visu, viden. *Farinac. de testib. quaest. 69. cap. 7. Addentes ad Mathesil. singul. 124. n. 10.*

34 Secundus casus est in vltimis voluntatibus, † & tunc pro regula constituendum est, si de testamento conficiatur instrumentum, quod ad illius validitatem necesse est, quod testes videant testatorem. *l. si non speciali, C. de testam. Bart. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua pluu. arcend. n. 4.*
35 *vers. sed in testatore*, addendo *Cyn.* & alios † reprobare *glos.* aliud sentientem *in d. §. Labeo, verb. audiuerit*, & illam esse falsam, asserunt addentes *ad Bart. idem vers. contra hanc glos. Alberic. ibidem num. 2.* asserens hanc opinionem esse tutiorem iuxta *Oldr.* licet ipse *Alberic.* aliud sentiat dum restatur *glos.* bene dicere. *Roman. ibidem num. 8. & Angel. num. 2. Ias. in l. si non*
36 *speciali, C. de testam. nu. 5.* concludens † testes debere esse in praesentia testatoris, & illum videre oculata fide, alias testamentum non valet. *Mathesil. singul. 124. relati à Farinac. de testib. quaest. 69. cap. 5. nu. 173. & cap. 6. n. 185. Menoc. de arbitr. iud. cas. 475. disputari n. 23. Pacian. de probation lib. 1. cap. 10. num. 17. et seq.* testans de veriori, relatis qui aliud sentiant, *& num. 81. & seq.* rationem refert. *Clar. § testamentum, quaest. 59. Paris. cons. 33. lib. 2. nu. 1. & seq.*

37 Ampl. etiam si testator † non esset infirmus, vt colligitur ex *Roman. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. arcend. in princ. nu. 8.*

38 Ampl. etiam si visus testium † impediretur cortina, seu linteo, vel tenui pariete, adeo quod non videatur testator à testibus, etiam quod asserent habere notam vocem testatoris. *Ias. in l. si non speciali, C. de testam. num. 7. & 9.*

39 Ampl. vt corruant legata in eodem † testamento relicta, addentes *ad Mathesil. singul. 124. num. 6.*

40 Ampl. idem in instrumento † inuentarij. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 40. §. si vero absunt, auth. de hared. & Falcid. Socin. regul. 384. nu. 2. Ias. in l. scimus, C. de iur. delib. num. 4.*

41 Ampl. etiam quod in testamento † sit posita clausula codicillaris, vel donationis causa mortis. *Ancar. Regiens. quaest. 11. part. 2. num. 12. 16. 20. & seq.*

42 Ampl. praesertim si testator † sit infirmus. *Farinac.* plures referens *de testibus quaest. 69. c. 6 num. 188*

43 Ampl. vt nec Princeps possit rescribere † testamentum valere testibus non videntibus testatorem, *addent ad Clar. §. Testamentum, quaest. 59. in fin.*

44 Ampl. vt testator reciproce † debeat videre testes. *Paris. cons. 33. lib. 2. num. 36.*

45 Limit. in codicillis, † *Mathesil. singul. 129. circa med. Alex. ad Bart. in l. 2. §. idem Labeo ff. de aqua plu. arcend. vers. contra hanc glos. relat. Menoc. de arbtr. iud. casu 475. disputari nu. 24. relati à Farinac. de testib. quaest. 69. cap. 6. num. 187*

46 Contrarium tenent † *Menoch. & ab illo relati de arbitr. iud. casu 475. disputari, num. 24. vers. contrarium*, addendo hanc esse probabiliorem opin praesertim si codicillos faciens sit infirmus. *Pacian.* alios referens *de probat. lib. 1. cap. 10. num. 19. Ancar. Regiens. quaest. 11. p. 2. num. 12. & seq.* praesertim vbi testator volebat restari. *relati à Farinac. de testib. quaest. 68. c. 6. num. 186. Dec. cons. 354. in casu, nu. 3.*

47 Limit. In donatione † causa mortis. *Alex. ad Bart. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. num. 4. vers. contra hanc glos. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 16. num. 19. in fin. Hontem. de arte notariat. lib. 2. cap. 15. num. 8. & seq.*

Contrarium tenent *Farinac. & ab illo relati de testib. quaest. 69. cap. 6. num. 186.*

48 Limit. vbi testator † videretur à testibus cum aliqua difficultate, vt puta per rimulum, vel foramen. *Ias in l. si non speciali, C. de testam. n. 7. vers. limitat tamen*; exemplo eorum qui deponunt vidisse fabricantes falsam monetam, vel bonam rodentes, vel adulterantes alienam mulierem. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 21. Farinac. de testib. 69. cap. 6. nu. 185. circa med.*

49 Limit. vbi testamento condito, † retro cortinam, vel pariete impediente visum testium, addita est clausula codicillaris, vel donationis causa mortis, *addentes ad Mathesil. singul. 125. n. 3. & 4.*

50 Contrarium † tenet *Corn. cons. 19. principale vol. 2.* vt referunt *addentes ad Mathesil. sing. 124. num. 4. & 5.* & dixi *sup. nu. 41.*

51 Limit. vbi adesset Statutum † vel consuetudo contraria. *Ias. in l. si non speciali. C. de test. num. 1.* & persuadetur ex dictis *Gail. obseruat. 123. & Ias. ibidem num. 2. & seq.*

52 Contrarium † voluit *Hontem. de art. notar. lib. 2. cap. 15. num. 31. & 32.*

53 Limit. vbi instituitur † ecclesia, vel pius locus, nam valet testamentum, & sunt debita legata, etiam ad non pias causas relicta. *Corn. & reliqui relati ab addentibus ad Mathesil. sing. 124. nu. 6. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. nu. 23.*

54 Limit. in testamento † condito tempore pestis, si testes notam habeant vocem testatoris. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 22.* vbi refert *Alciat.* sibi non constasse *Mysinger. obseruat.*

obstruat. 96. centur. 1. Paris. cons. 33. lib. 2. nu. 22. & seq. vbi late comprobat.

55 Limit. in testamento † condito in domo obscura, si testes notam habeant vocem testatoris. addentes ad Mathesil. singul. 124. nu. 8.

56 Limit. vbi testes non sunt † probatæ vitæ, & fidei. Abb. cap. 2. de consuet. num. 6. & vt ego addo aliquam patiffitur exceptionem iuridicam, de quibus in ff. de testib. Hontem. de art. notariat. lib. 2. c. 15. num. 34.

§. XIV.

SVMMARIVM.

Iudicij calor multa operatur. 1
Acta iudicij non requirunt præsentiam testium. 2. *& quare* 3. *Ampl.* 5. 6. 8. *Limit.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16
Acta iudicij quæ dicantur. 4

1 Quos pariat effectus iudicij † calor, longum esset referre, vt patet ex congestis a Cotta in suis Memoral. §. Iudicis præsentia, & a me in meis Collectaneis ad cap. Bonæ. §. contra legati de elect. Cæteris omissis is est præcipuus, vt acta iudicij † non requi-
2 rant præsentiam testium ad illorum validitatem cap. quoniam contra. de probat. vbi Anton. de Butr. & Abb. Lapus allegat. 81. non valuit. n. 3. in prin. Alex. cons. 13. ex bis lib. 1. nu. 8. vers. & quandoque. l. scimus. l. in donationibus. C. de donat. per quæ iura ita firmat Amanel. de Clerag. singul. 98. Dec. cap quoniam contra. de prob. num. 76 vers. in fin. glos. plures consentientes referens. Spec. de inst. edit. §. 8. restat. num. 18. circa med. † vbi rationem assignat.
3
4 Acta autem † iudicij quæ dicantur, videndus Dec. in cap. quoniam contra de probat. num. 44. & seq. vers. decimo, et nu. 56. vers. vndecimo, et num. 57 et seq. Aret. num. 28. et seq. Felin. nu. 7. et seq. plurib.

5 Ampl. etiam in examine testium. † Dec. capit. quoniam contra, de probat. num. 76. in princ. vers. in fin. glos. vbi de communi, vbi refert rationes aliud persuadentes.

6 Ampl. etiam in mandato, † quod alicui datur apud acta. Aretin. in cap. quoniam contra. de probat. num. 28. cum quatuor seq. idem censuit Rota teste Mandos. ad Lapum. allegat. 81. Non valuit num. 3. vers. quoniam contra in fin. addendo, modo mandatum sit datum præsente iudice, & illo mandante sibi apud acta.

7 Contrarium tenent † relati a Dec in cap. quoniam contra. de probat, num. 77. et seq. vers. retenta tamen. vbi respondet singulis argumentis Aretini, & concludit illius opinionem veram, vbi mandatum fuit rogatum apud acta de commissione iudicis, expressa, vel tacita. Socin. regul. 384. num. 5.

8 Ampl. etiam in testamento facto † apud acta, nam valet etiam si non fuerint adhibiti testes. Bart. et reliqui in l. omnium. C. de testam. vbi Alex. num. 4. Michael Graf. §. testamen tum quæst. 54. num. 18.

9 Limit. vbi iudex facit † fidem de actis iudicialibus. Spec. de inst. edit. §. restat, num. 18. in princ. vers. et quia.

10 Limit. vbi agitur de probanda † solemnitate actus iudicialis. glos. l. in donationibus, verb. sub notatione. C. de donat.

11 Limit. in non pertinentibus ad expeditionem † iudicij; seu quæ extrinsecus inseruntur, seu accidunt, iudicio. Mastard. de probat. conclus. 1095. num. 6.

12 Limit. in subdelegatione † quæ fiat a iudice. Felin. in cap. quoniam contra. de probat. nu. 9. in prin. addentes ad Lapum allegat. 81. Non valuit num. 3. vers. super eo.

13 Limit, vbi grauitas causæ † aliud suadet, vt puta si agatur de causa hæresis. cap. vt officium §. 1. de heretic. in sexto. Socin. regul. 384. num. 3. Mandos. ad Lap. alleg. 81. num. 3. dum voluit in causis grauibus cautionem esse adhibere testes.

14 Limit, vbi adesset consuetudo contraria † Soc. regul. 385. nu. 4. relato Io. And. in cap. quoniam, contra. de probat. Mandos. ad Lap. alleg. 81. Non, num. 3: testans de consuetudine vrbis in prolatione sententiarum, appellationibus; quod tamen meis temporibus non vidi seruatum, nam stylus Curiæ, modo est albus, modo niger.

15 Limit. quod acta † quæ fiunt coram compromissarijs. Alexan. consil. 13. libr. 1. num. 8. in fin. vers. tamen. Mastard. de probat. conclus. 105. num. 11.

16 Limit. vbi iudex † quid committit alicui, & præsertim notario. Ruin. cons. 49. quia libr. 5. num. 23. Dec. cap. quoniam contra de probat. nu. 49. vers. et notario, et Aret. num. 28.

§. XV.

SVMMARIVM.

Instrumentum vt sit validum opus est vt de illo conficiendo rogetur notarius a contrahentibus. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11.
Rogitus notarij probatur testibus asserentibus fuisse præsentes stipulationi. 12. *Ampl.* 13
Item assertione notarij. 14
Item si post clausulam, actum, vel aliam, addita sit clausula, et cætera. 15.
Item alijs modis relatis num. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
Amplia relatos modos probandi rogitum notarij. 38
Notarius an præsumatur rogatus. 39. *Qua pœna afficiatur si patiatur rogari de actu non licito, et qui sint tales actus,* 41. *Censetur rogatus vt apponat clausulas solitas et consuetas, et quæ illæ sint.* 42

1 Non um substantiale instrumenti est, quod notarius probetur † rogatus ad illud conficien-

sciendum. *l. si quis ex argentarijs, §. pertinet. ff. de edend. & nos autem. auth. de tabellion. vbi glos. verb. iungatur, cum alijs relatis à Mantic. de coniectur. lib. 2. tit. 12. num. 3. Alex. conf. 153. lib. 2. nu. 15. vers. sed de solemnitate, & conf. 110 eod. lib. in prin. Menoch. præsumpt. 81. Dubitari, lib. 2. num. 4. vers. verum. Corn. conf. 70. libr. 4. num. 4. Alex. conf. 1. lib. 6. num. 8. Specul. de instrum. edition. §. 2. num. 13. Dec. in cap. 1. de fid. instrum. n. 54. vers. duodecimo. Casal. conf. 294 num. 37.*

2 Ampl. quod si notarius non fuit rogatus† ad conficiendum instrumentum, illud sit nullum, *Casal. conf. 294. in causa nu. 37. relatis Angel. conf. 230. num. 3. & Crauet. conf. 219. num. 6. in fin. Angel. conf. 275. ex nu. 2. vers. tertio, Rol. a Val. conf. 26. lib. 3. num. 12. Spec. de inst. edit. §. 2. num. 13.*

3 Ampl. etiam si ageretur de instrumento† testamenti; *Casal. conf. 294. In causa nu. 37. & seq. Rub. Alex. conf. 14. num. 2. Angel. conf. 275. num. 2. vers. Ipsum enim Mantic.* concludens non valere, *de coniect. vltim. vol. lib. 2. tit. 4. num. 6.*

4 Ampl. quod si aliquo modo† non constet notarium fuisse rogatum de instrumento, non possit in publicum extendi scriptura, quæ asseritur confecta inter aliquos, *Angel. conf. 220. nu. 3. Innoc. in cap. 1. de fid. instrum. num. 7.* addendo præsertim procedere, si notarius, qui asseritur rogatus, sit mortuus, vel viuus asserat non recordari quod fuerit rogatus. *Rol. a Val. conf. 44. præsens num. 26. in fin. Angel. conf. 275 ex num. 1. in prin. & vers. Hinc causatur Alex. conf. 153. lib. 2. num. 9.*

5 Ampl. vt non satis sit fuisse rogatum † ab vna parte, seu vno ex contrahentibus, sed rogari debet ab omnibus. *Spec. de inst. edit. §. 3. nu. 5. 7. Alexan. consil. 110. eximie libr. 2. in princip.* declarando, modo instrumentum fiat inter plures, secus si fiat de ijs quæ à volentate vnius pendent, vt est testamentum, hæreditatis aditio, & similia. *& conf. 138. consultus. lib. 7. n. 1. Cagnol. in l. si librarius ff. de reg. iur. num. 16. Rom. conf. 204. nu. 2. Guid. Pap. decis. 122. n. 1. circa med. Lanfranc. in praxi cap. 2. num 12.*

Limit. si de interesse vnius tantum agatur, vt late declarat *Dec. in cap. 1. de fide instrum. n. 57. & seq.*

7 Ampl. etiam si instrumentum conficiatur† inter mercatores, vel alios, cum quibus est remissus rigor iuris, & attenditur æquitas. *Alexan. conf. 38. Consultus lib. 7. num. 8.*

8 Ampl. quod si instrumentum reperiatur † penes alterum ex contrahentibus, vel aliam personam, & ex illo non probetur expresse rogitus notarij, quod cessant omnes coniecturæ, & præsumptiones, quibus posset præsumi. *Menoc. præsumpt. 81. lib. 2. num. 16.*

9 Ampl. siue rogitus sit verus,† siue fictus, siue tacitus. *Alex. conf. 33. num. 11. vers. præterea, & n. 16. vers. nec etiam alij testes lib. 3. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 12. nu. 3. in fin.*

10 Ampl. vt rogitus notarij † inducat probationem perfectionis instrumenti, de quo fuit ille rogatus. *Ruin. conf. 1. lib. 2. num. 23.*

11 Ampl. quod si testator iusserit vocari notariũ, † qui rogaretur de testamento, iuxta voluntatem quam coram testibus declarauerat, & antequam aduenisset notarius, testator sit mortuus, dicatur idem intestatus decessisse. *Oldrad. conf. 119. relati a Couar. cap. relatum, el. 1. n. 9. de testam. Clar. § testamẽtum, quæst. 7. Magdalen. late de numer. testium par. 2. cap. 5. num. 8. & seq pluri.* extendendo etiam contra piam causam: idẽ tenent *Bertaz. conf. ciuil 86. viro processu. n. 5. Dec. conf. 159. casus num. 12.* vbi de communi, *& conf. 488. in causa & lite nu. 12. & seq. Paris. conf. 24. duo, num. 11.* & ita iudicauit Senatus Mantuanus teste *Surd. decis. 292. Annibal. nu. 11. & seq. Gabriel. de testam. conclus. 9. nu. 2.* vbi extendit, etiam quod instituti fuerint filij. *Surd. conf. 187. fidem num. 32.* qui loquitur de testamento inter liberos, relati *a Crescent. decis. 3. de testam. nu. 1. in fin. vers. aliam. Magon. decis. Lucens. 32. nu. 11. Caldas de emption. c. 19. n. 6.* vbi plures consentientes refert: relati *à Gabriel. de testam. conclus. 9. num. 3. Ruin. conf. 1. vol. 3. num. 7. & seq. plurib. & num. 27.* ampliando, etiam si testamentum esset ad pias causas, *relati a Ruin. conf. 15. vol. 2. n. 5. & seq.* relati *a Mart. decis. 8. num. 24. et seq.* ampl. præsertim si Statutum velit testamentum publicari, & idem lata comprobat *Thesaur. quæst. 28. lib. 4. num. 6. et seq.*

Contrarium volunt relati *infra §. 17. ampl. si. vers. contrarium*, vbi deinde subdo conciliationem.

12 Rogitus notarij probatur multis modis:† primo assertione ipsius notarij in eodem Instrumento. *Angel. conf. 220. nu. 3. Mantic. de coniectur. lib. 2. titul. 12. nu. 4. et 7. Alex. conf. 153. num. 9. lib. 2. et 110. eod. lib. vbi addent. dicto notarij. Boer. decis. 35. num. 7. post med. vers. et sic notario:* addendo præsertim si addat, & ego scripsi &c. *Paris. conf. 28. lib. 2. num. 52. et 53. in fin. Corn. conf. 70. num. 4. lib. 4. Afflict. decis. 245 num. 9.*

13 Item probatur † testibus, *Angel. consil. 275. num. 2. circa fin. vers. non enim:* & in tantum probatur testibus, quod si notarius asserat non recordari fuisse rogatum de tali instrumento, quod ab illo exhiberi petitur, & si rimatis illius bastardellis, & protocollis, non comperiatur scriptum instrumentum, examinatis testibus de rogitu, conficiendum est instrumentum iuxta dicta testium, quæ publicata habent vim protocolli. *Bald. l. fin. C. de edend. num. 21.* Si tamen notarius instaret examinari testes, vt fieret certus de rogitu, non auditetur, *Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. prætor. ff. de edend. n. 4. Ruin. conf. 1. lib. 4. num. 4. in fin* concludens sufficere duos. *Neuiz. conf. 27. num. 46. in fin.*

14 Item si notarius in instrumento † asserat, Ego N. notarius recepi instrumentum, quia non potest verificari receptio nisi præcedat rogitus. *Rol. a Val. conf. 44. præsens lib. 1. num. 44.*

15 Item si notarius apposuit † instrumento clausulã, renunciantes ambæ partes &c. iurantes &c. Inde &c. quia sub ea clausula, & cætera, intellegun-

ligunrur comprehendi communia aliorum contractuum. *Rol.a Val.conf.44.præsens lib.1.n.46. & seq.*

16 Item si notarius asserat † scripsisse instrumentum. *addentes ad Alex.conf.153. videtur lib.2. num.9.vers.Contrarium. Boer.decis.35. nu.7. post med.* addendo sufficere si dicat, scripsi &c. *Paris.conf.104.lib.1.num.71.*

17 Item vbi notarius asserit † se a partibus fuisse vocatum & cætera. *Alex.conf.38.consultus lib.7.num.4.*

18 Item si notarius in fine instrumenti † addat clausulam: Et ego Angelus Caninus publicus, & Imperiali auctoritate, & Cur. Capitolij notarius, ac iudex ordinarius Castri Vitorciani Populi Romani, dictam scripturam vt supra propria manu scripsi, subscriptosque testes subscribi vidi eorum proprijs manibus, vt supra, signumque meum apposui, quod apponere cōsueui ad robur &c. *Alex.conf.48.In causa lib.5 num.3.in fin.*

19 Item si carta instrumenti † inuenta in quaternis rogationum habeat signum notarij, & clausula, ego N. notari us scripsi. *Alex.conf.48.In causa lib.5.nu.4.*

20 Item si in principio imbreuiatura † seu protocolli fuerit scriptum: Quaternum rogationum protocollorum, & cæterarum scripturarum ad manus mei notarij peruenrarum. *Boer.decis.35. num.7.in fin. Menoch.præsumpt.81. lib.2.n.17. Mascard.de probat. conclus.1007.nu.13. Mant. de coniect.lib.2.titul.11.10.* Si autem talia verba fuerint scripta in medio, vel fine, vel etiam in principio, distinguit *Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §.si initium, ff.de edend. num.30. et seq. & 35.*

21 Item si notarius apponit clausulam, subscripsi † & publicaui. *Paris. conf.28.lib.2.num.52. Mascard.de probat.conclus. 1097.nu.10.et seq.* vbi refert dissentientes, *Angel.conf.275. ex n.2. in prin. Mantic.de coniectur.lib.2.tit.12.nu.7.*

22 Item si notarius † apposuit clausulam, testibus ad hæc vocatis, & rogatis, in quorum, & mei notarij, *Neuiz.conf.26.nu.43.* vel testibus præsentibus, & rogatis, *Menoch. præsumpt. 81. lib.2.num.11.*

23 Item si notarius dicat, † ego notarius scripsi. *Menoch.præsumpt.81.lib.2.num.12.& seq.* vbi refert dissentiētes, addendo *n.14.* præsertim procedere, si notarius addidit signum sui tabellionatus. *Mascard.de probat. concl.1097.n.10.& seq.*

24 Item si instrumento infit clausula, ego † subscripsi &c. nam vi huius clausulæ, & cætera, quæ est corroboratiua, & suppositiua eorum, quæ deficiunt, rogitus præsumitur, *Mascard.* plures congerens, *de probat. conclus. 1097. num. 14. Mantic.de coniectur.lib.2.tit.12.nu. 9.*

25 Item si notarius † addat clausulam, subscripsi & recepi. *Mascard.de probat.conclus.1097. nu. 19. Mantic.de coniect.lib.2.tit.12.n. 7. circa fin.*

26 Item si notarius † viuens asserat fuisse rogatum, & bene recordari de rogitu, *Mantic. de coniectur.lib.2.tit.12.nu.4.in fin.*

27 Itē si notarius asserat, v.g. † ego Angelus Caninus publicus Imperiali auctoritate notarius, suprascriptis omnibus præsens fui, & hoc instrumentum fideliter tradidi, & scripsi, atque manu propria subscripsi cum appositione soliti signi mei, in testimonium omnium præmissorum. *Mantic.de coniect.lib.2.cap.12. num. 7. in fin.*

28 Item si notarius apposuit † in instrumento clausulam, actum, &c. *Paris.conf.104.lib.1.nu.72.& conf.28.lib.2.num.55.Menoch.præsumpt. 81.lib.2.num.10.Mantic.de coniectur.lib.2. tit. 12.n.8.* qui referunt, qui velint id esse verū, si talis clausula sit posita in fine; quibus non assentitur. *Menoc.ibid.Roland.conf.44.lib.1.n.43.* qui dicit idem esse si dicatur, actum in loco seu Castro Hannonij, non addita clausula, & cætera. *Boccat.ad constit.March.glos.7.n.19.circa med. Rol.a Val.conf.32.lib.2.n.32.Neuiz. conf. 26. num. 42.* addendo procedere etiam si fuerit posita in principio instrumenti.

Contrarium tenet *Paris.conf.27.lib.1.n.15 & seq. & relati a Mascard.de probat.conclus. 1097.num.16.& seq.* quos diuinatiua concordia conciliat.

29 Item si instrumentum † reperiatur inter alia instrumenta in filcia, in quibus est scriptum, ego Angelus Caninus rogatus. *Mantic. de coniectur.lib.2.titul.12.nu.11.*

30 Item si notarius exprimat † nomen officij sui & dicit se scripsisse tamquam notarium. *Mantic. de coniectur.lib.2.tit.12.circa med.* eam afferens rationem, quia notarius non potest scribere instrumentum, nisi fuerit rogatus.

31 Item si notarius asserat in † instrumento se illud scripsisse, & publicasse. *Corn. conf.70.lib. 4.nu.1.in prin.*

32 Item si addat, præsentibus † N. N. testibus & cæt. *Alex.conf.54 lib.6.num.32.*

33 Item si cæteræ solemnitates † concurrant, vt late probat *Mantic.de coniectur.lib.2.tit.12. n. 13.& sq.in fin.* & respondet contrarijs.

34 Item asserendo † suam scripturam esse authēticam, *Menoch.præsumpt.132.lib.3.num.10.*

35 Item si notarius in eodem instrumento † addet clausulam, publicaui. *Rol. a Val. conf. 44. præsens, lib.1.n.45.Corn.conf.70.Duo lib.4.n. 5.Boer.decis.35.nu.7.post med.Paris.conf.104. lib.1.nu.71.& conf.28.lib.2.num.5. in fin. Menoch.præsumpt.81.lib.2.num.8.* vbi plures congerit, & reprobat dissentientes. *Corn. conf.70. lib.4.num.1.circa med & fin.*

Contrarium tenent *Paris.conf.27.lib.2.n.16 et relati a Menoch.præsumption.81 lib.2.nu.8.*

36 Item si notarius asserat scripsisse, † & apposuit suum tabellionatus signum. *Menoch. præsumpt.81.lib.2.nu.14.*

37 Item si in instrumento † vel illius imbreuiatura exprimatur locus & testis. *Neuiz.conf.26. num.45.circa fin.*

38 Relatas præsumptiones & coniecturas † circa rogitum notarij amplia procedere etiam, si notarius negaret fuisse rogatum de instrumento. *Mantic.de coniectur.lib.2.tit. 12. nu.25.*

39 An autem notarius præsumatur rogatus, † controuersia est opinio, vt patet *ex Mascard.de probat.conclus.1097.num.1.et seq.Mantic.de coniectur.lib 2.tit.12.num.5.et seq.Menoch.præsum. lib.2.*

lib.2.num.1.et seq.Bart.in repet.l.si quis ex argentarijs §.*si initium , ff. de edend. num.* 29. *et seq.Spec.de inst.edit.*§.2.*num.*13.*Alex.cons.*153 *lib.3.num.9.et seq.*Dec.*cap.*1.*de fid,inst. nu.*54. *et seq.*addendo a quibus debeat rogari Menoch. *præsumpt.*14.*lib.*6.*num.*12.17.*et præsumpt.*81. *lib.4.num.*10,*et præsumpt.*81.*lib.*2.*num.*5.

40 Notarius qua pœna afficiatur,† si patiatur rogari de contractu illicito, *Cagnol.l.si librarius , ff.de reg.iur.num.*39.Nicol.*Hontem.de art.not.*
41 *lib.3.cap.*14. vbi refert de quibus notarius† non possit,vel non debeat rogari : & meis tẽporibus vidi Io.Bapt.de Octauianis notariũ Capitolinũ mulctatum in bonis, & persona,quia tradiderat instrumentum exequutæ citationis in Vrbe, per quam quis extra Statum Ecclesiæ vocabatur, non habita licentia illam exequendi : & forte euasit impunis Bernardinus Fuscus notarius Aud. Cam. qui non præcedente licentia Summi Poncificis vendendi feudum, fuerat rogatus de venditione Castri.

42 Notarius censetur rogatus † vt instrumento apponat omnes clausulas solitas apponi. *Cagno. in l.si librarius, ff.de reg.iur.num.*48. qui præaerea refert quæ sint, & non sint tales clausulæ, *l.generaliter. vers.et in vsu quotidiano,C. de fideius.* ad quem textum plura congessi *in meis Collectaneis*.

§. XVI.

SVMMARIVM.

Instrumentum vt sit perfectum & probet, debet habere clausulam, Actum 1. *Ampl.*2.3.4.5.6.7. *Limit.*9.19
*Rimin.Iun.reprobatur.*11

1 DEcimum substantiale instrumenti est, † quod in illo adsit clausula, actum , per quam arguitur illud fuisse a partibus habitum pro perfecto. *Ias.in l.si ita scriptum, ff. de legat.*1.*Gerard.Mazol.cons.*1. *num.*116. *Cagnol.in l.si librarius , ff.de reg.iur.nu.*71.*Hond. cons.*33.*lib.*1.*num.*45.*relati à Marescott. resol.* 68.*lib.*2.*num.*6.addendo *num.* 7. quod ideo redigi possit in publicam formam. *Neuiz. cons.* 26.*nu.*42. *Magdalen.tract.de numero testium in testam.par.*2.*c.*5.*n.*18.*Serafin.decis.*902.*n.*2. *Menoch.cons.*224.*num.*3.*Marta decis.*8.*n.*14. *Dec.in l.semper in stipulationibus , ff.de reg. iu. num.*6.*in fin.Mantic.de coniect.lib.*2.*tit.*4.*n.*7. cum alijs cumulatis à *Franc.* Nigro *ad Martam clausul.*5.

2 Ampl. præsertim , vbi talis clausula † est posita in fine instrumenti,vt latè probat *Roland. à Val.cons.*32.*viso processu, lib.*2.*num* 33.*Marescot.resol.*68.*lib.*2.*num.*8.*Paris.cons.*27.*n.*17. *lib.*2.

Contrarium, scilicet quod procedat etiam si talis clausula sit posita in principio,probant *Menoch.præsumpt.*81.*lib.*2. *num.*10.*in fin.Neuiz consil.* 26. *numer.* 42. *in fin.*

3 Ampl. præsertim si iungatur † clausula, & cætera *Mant.decis.*3.*num.*2.

4 Ampl. vt suppleat defectum † inuocationis diuini nominis , Pontificatus , signi notarij, & subscriptionis. *Mantic.decis.*3.*num.*1.*vers. neq. obst.* addendo *num.*3. multo magis procedere si tales defectus reperiantur scripti in cartono filciæ notarij.. *Serafin.decis.*888.*fuit dubitatũ; num.*9.*Bart.in repet.l.si quis ex argentarijs,* §. *si initium ff.de edend.num.*35.

5 Ampl. quod si non legatur † in instrumento clausula,actum , illud præsumatur imperfectum. *Serafin.decis.*949.*n.*1.*&* 7. *Bolog.cons.*53.*n.*2.
Contrarium voluit *Menoch.cons.*224. *n.* 34.

6 Ampl. quod si posita fuerit † in subsequenti instrumento se referente ad præcedens , in quo illa non legitur , inducat perfectionem eiusdem instrumenti illa carentis , *Serafin.decis.*888.*fuit dubitatum num.*1 *relatis Ias.in l. si quis,* § *initium, ff.de edend.n.*8.*Ruin.cons.*159. *lib.*4.*n.*10.

7 Ampl. vt imbreuiatura notarij † cum hac clausula possit redigi in publicum instrumẽtum. *Serafin.decis.*898.*nu.*1.*&* 3.

8 Ampl. vt ex illa probetur † instrumentum fuisse lectum a notario coram testibus. *Hond. cons.*33.*dubium lib.*1.*num.*45.*Magdalen. de numero testium, par.*2.*cap.*5.*num.*18. qui loquitur de testamento , & in eodem casu *Marta decis.*8.*num.*12.14.*&* 16.

9 Limit.vbi non est scripta † manu notarij, quà dicitur rogatus. *Rol.à Val.cons.*32. *viso proces. lib.*2.*num.*34.*Serafin.decis.*949.*nu.*8.

10 Limit. vbi ad validitatem contentorum † instrumenti seu contractus , est opus stipulatione, quæ tamen non legitur, nam ex clausula,actum non præsumitur interuenisse. *Marescott. resol.* 68.*lib.*2.*num.*9.*& seq.* referens Rotam† reprobasse *cons. Rimin. iun.* 84. *num.* 26, qui volebat istam clausulam positam in testamento cæci, deficientibus solemnibus *l. hac consultissima , C. de testam.* sustineri in vim donationis causa mortis.

§. XVII.

SVMMARIVM.

Instrumentum est legendum , & publicandum tempore stipulationis illius,alias non probat. 1 *Ampl.*2.7.26. *Limit.*27.28.29.30
*Testamentum an dicatur perfectum, si coram testibus non sit lectum & publicatum, vbi testator testibus declarauerat voluntatem suam. Affirmant relati . nu.*8. *Negatiuam tenent relati num.*8.*Concorda.* 9. 10. 11. 14.15.17.18.20. 21.22.23.24.25
Oldrad.declaratur. 12.16.19
Testator quando dicatur testari , vel præparasse se ad testandum. 13
L. Contractus C.de fid.inst.declaratur. 16.

1 VNdecimum substantiale instrumẽti est, † vt illud a notario coram testibus, & contrahenti-

hentibus probetur publicatum, seu lectum, *Alex. cons.* 114. *visa scriptura lib.* 7. *nu.* 7. concludens publicationem esse de solennitate instrumenti. *Io. de Anan. cons.* 57. *visis & consideratis in fin.* concludens in fine testamenti debere notarium scribere, lectum, factum, & perfectum. *Dec. in cap.* 1. *de fid. inst. nu.* 40. *vers. decimo, & num.* 41.

2 Ampl. præsertim vbi agitur † de probando testamento per scripturam. *Serafin. decis.* 581. *fuit dubitatum. num.* 6. *in prin. Ruin. cons.* 1. *vol.* 1. *num.* 22. *& cons.* 1. *lib.* 3. *num.* 3. *in prin.*

3 Publicatio autem probatur, † si instrumento insit clausula, actum, *Surd. cons.* 350. *num.* 22. *in fin.* vbi plures congerit *num.* 23. *Serafin. dec.* 902. *fuit dubitatum num.* 2. *Honded. cons.* 33. *lib.* 1. *nu.* 55. *Mantic. de coniect. lib.* 2. *tit.* 4. *nu.* 7.

4 Ac etiam † depositione duorum restium, etiam quod agatur de instrumento requirente maiorē numerum testium, vt puta testamentum. *Surd. cons.* 350. *num.* 23. *in fin. Ruin. cons.* 2. *lib.* 2. *n.* 22. *in prin. et cons.* 1. *lib.* 3. *num.* 12. *et seq. vers. est er-*

5 *go*, vbi refert quomodo † debeant deponere, & quot requirantur, *num.* 18. *&* 21. *et seq. Marta*

6 *decis.* 8. *num.* 33. *et seq.* addendo † qualiter fiat publicatio.

7 Ampl. vt instrumentum † non dicatur perfectum, nisi fuerit coram restibus lectum, & publicatum. *Ruin. cons.* 1. *lib.* 3. *num.* 22. *Mantic. loquens de testamento de coniect. vltim. vol. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 6. *relati a* Magdalen. *de numer. test. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. plures, & pluribus comprobans.

8 Quæ extensio multo magis † procedit, vbi testator iussit accersiri notarium, qui conficeret scripturam sui testamenti, cuius tenorem declarasset coram testibus, *vt dixi supra §.* 15. *Ampliat.* 9. vel scripturam confectam publicaret *Ruin. cons.* 1. *vol.* 1. *num.* 8. *et seq.*

Contrarium tenent Bertazol. & ab illo relati *consil. ciuil.* 86. *viso processu num.* 2. *et seq.* addēdo *num.* 10. *hanc* opin. esse verissimā & frequentissimam, *Mart. decis.* 8. *declarauimus nu.* 7. 13. 15. *et seq. plurib. et num.* 21. *et seq. plurib. Serafin decis.* 581. qui teste *Magdalen. de numero testiū par.* 2. *cap.* 5. hunc casum in terminis decidit. *nu.* 14. *post med.* alios idem sentientes referens, *relati a Crescent. decis.* 3. *de testam. num.* 17. testantes de communiori opin. *Curt. Iun. cons.* 303. *n.* 22. *et seq. relati a Gabriel. de testam. conclus.* 9. *num.* 8. *et seq. Ruin. cons.* 15. *lib.* 2. *num.* 9. *et seq. vers. sed tamen præmissis, et relati ab eodem cons.* 1. *lib.* 3. *num.* 1. *vsque ad* 7. *relati a Marta. decis.* 8. *nu.* 25. *et seq. late declarando cons. Oldr.* 119. in quo fundatur contraria opinio. *Thesaur. quæst.* 28. *quidam lib.* 4. *num.* 1. *et seq.* latè examinat.

Contrarietatem istam, quæ ex vno tantum

9 † voto superabundante non fuit decisa a Rota teste *Crescent. decis.* 3. *de testam. in fin.* & in qua eadem Rota in eodem casu variauit, teste *Magdalen. tract. de numero testium par.* 2. *cap.* 5. *n.* 21 *in fin.* nonnulla indigna in eum Consilium conijciens, tentarunt plures conciliare.

10 Alij namque distinguentes † an tale testamentum esset conditum inter liberos, seu descendentes, vel inter extraneos, concludunt in priore capite esse validum, in secundo nequaquam. *Iasl. l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam. num.* 4. addendo modo illi sint iusti filij, id est legitimi & naturales, nec fuerit illorum aliquis præteritus, vel grauatus, & pater potuerit testari seruatis solemnibus ordinarijs, vel aliqua ex causa non impediretur testari, vt puta quia esset vsurarius; & limitando e contra si filius testaretur inter ascendentes. *Ruin. cons.* 15. *lib.* 2. *num.* 9. *in fin. et seq. pluribus et cons.* 1. *lib.* 3. *num.* 2. *in fin. et* 10. *in fin. et num.* 11. *et seq. et* 25 *et seq. &* 28. *in prin.* subdens deinde qui hanc nolint distinctionem. *Boerius decis.* 240. *nu.* 4. *et* 5. declarando, modo perfecta esset testatoris voluntas, vel ab illo scripta, vel ab alio, illo mādante, & sequuntur relati *a Gabriel. de testam. concl.* 9 *num.* 13 *circa fin. Alex. cons.* 4. *vol.* 7. *nu.* 13. *et cons.* 114. *vol.* 7. *num.* 7. *Thesaur. quæst.* 28. *lib.* 4. *num.* 16.

Contrarium, quod nec sustineatur inter liberos, firmant *Soc. iun. et ab illo relati cons.* 189. *lib.* 2. *nu.* 94. *et seq. et Crescent. decis.* 3. *de testam.* nolint pro filijs iudicare, licet ex nouem Auditoribus quinque votassent contra filios, nulla facta distinctione, an testamentum esset conditum ad pias causas, vel aliter considerantes.

11 Alij, an talis scriptura † testamenti facta fuerit per modum præparationis ad testandum, vel ad effectum vt illa esset testatio mentis scribentis, vel scribere mandantis, concludunt priori casu non esse testamentum, secundo autem secus, *Ruin. cons.* 15. *lib.* 2. *num.* 9. *in fin. et seq. et num.* 18. *circa med. vers. non obst. el* 2. addendo

12 priori casu ita intelligi † *Oldrad. cons.* 119. & alios ab eodem ibidem congestos *nu.* 2. *et* 3. *et* 26. addendo procedere etiam si ageretur de testamento ad pias causas, *et num* 28. *in fin.* de-

13 clarando quomodo cognoscatur † testatorem potius voluisse testari, quam præparasse se ad testandum, *nu.* 10. *et seq. Ruin cons.* 137. *lib.* 5. *n.* 11 *Serafin. decis.* 581. *num.* 6. dum *nu.* 1. *vsq. in fin.* retulisset signa quibus probetur testatorem habuisse suum testamentum pro perfecto, idem repetens *decis.* 622. *nu.* 3. *et seq.* cum infinitis relatis *a Magdalen. de numero testium in testam. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. extendendo primum caput etiam cōtra piam causam & liberos, referens plures testātes contrariam opin. esse falsam. *Magdalen. de numero testium. par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 15. *et seq. Caldas de emption. cap.* 19. *num.* 6. *in fin. & num.* 7.

14 Alij facientes differentiam, † an testamentum fit ad pias causas, vel non, concludentes fauore piæ causæ, validum esse testamentum, non lectum, nec publicatum: si vero agatur de non causa pia, secus. *Io. de Anan. cons.* 57. *visis et cōsideratis circa fin. Ruin. cons.* 15. *lib.* 2. *num.* 20. *Calcan. cons.* 13. *Boer. decis.* 240. *num.* 4. *et* 5. declarando, modo testatoris voluntas esset perfecta.

Contrarium quoad piam causam tenent *Cāpeg. post cons. Ruin.* 1 *lib.* 3. *num.* 27. referens ita sentire *Angel. Soc. Iun. cons.* 189. *lib.* 2. *num.* 94. *et seq. Paris. cons.* 24 *lib.* 3. *nu.* 11. *et seq.* & si præ-

cedat

cedat aliud testamentum. *Alex.cons.4.lib. 7. nu.*
15.*circa fin.Curt.Iun.cons.*303.*nu.*27.addendo
præsertim si præcedat testamentum validum.
15 Alij distinguunt, an constet testatorem † omnino
voluisse suum scriptum testamentum publicari
a notario, & tunc non valere, aut dubitari,
& secus dicendum, *Gabriel.de testam.conclus.*
2. *num.* 16.*Serafin.decis*603.*num.* 8. Magdalen.
*de numero testium part.*2.*cap.*5.*num.* 8. *et seq.*
15. *et seq.et nu.*21.*circa fin.vers videlicet ex vocatione*,
*Curt.Iun.cons.*303.*num.*1. *in fin. et* 2.
extendens etiam contra piam causam, si tamen
constat testatorem noluisse testamentum valere
nisi fuerit a notario publicatum, & rogatum,
vt subdit *idem Curt. num.* 27. *vers. secundum*,
dum prius *num.*5.6. *et seq. late* declarasset tex-
16 tum † cum *glos. l. contractus* C. *de fide instr.*
*et num.*72.*vers.non obstat.* ita intelligendum
esse *Oldrad.cons.*119, latè comprobans *num.* 3.
et seq. alijs modis declarando idem *cons.Oldrad.*
eandem distinctionem tenent relati *a Thesaur.*
*q.*78.*nu.*6.*et seq plurib.* addendo num.11. satis
dici testatorem voluisse suum testamentum publicari
a notario, si illum voluit adhibere. *Gras.*
§.*testamentum*, *quæst.*10.*num.*1.*et seq.* distinguendo,
quid dicendum si non constat de tali
voluntate, vel quod voluerit scriptis, vel sine
testari.
17 Alij considerantes, an publicatio † facienda
potius esset solemnitatis, quàm voluntatis, concludunt
primo casu validum esse testamentum,
secundo nequaquam. *Serafin.decis.*581.*num.*5.
et 6. hæc conciliatio coincidit cum secunda, quã
supra retuli, *Serafin.decis.*623.*nu.*4.*et seq. Magdalen.de numer.testium par.*2.*cap.*5.*num.*5.*et* 6.
18 Alij distinguentes, an præcedat † aliud testamentum
omnino validum, & tunc non attendatur
istud secundum, cui opponitur defectus
publicationis: aut non præcessit tale testamentum,
& sustineatur istud secundum. *Alex. et ab
illo relati*, *cons.*4.*vol.*7.*nu.*13.*et* 14.*Curt.Iun*
19 *cons.* 303. *nu.*27. addendo ita † intelligendum
*Oldrad.cons.*119.
20 Alij aduertendo, an testamentum † sit scriptũ
manu testatoris, vel alterius de illius voluntate,
concludunt illud in primo capite validum esse
quamuis non fuerit publicatum, si factum fuerit
inter liberos, vel ad fauorem piæ causæ: si vero
conditum fuerit ad fauorem aliorum, secus. *relati
a* Magdalen.*de numero tertium, part.*2.*cap.*5
*num.*21.*Curt.Iun.cons.*303.*nu.*26.
21 Alij distinguunt, an post † declaratam voluntatem
coram testibus mortuus sit testator antequam
notario publicante testamentum nominatus
esset hæres, vel postquam fuit ille in scriptura
lecta a notario nominatus, vt priori casu
validum non sit testamentum, secundo autem
secus. *Thesaur.quæst.*28.*quidam lib.*4.*nu.* 14.
et seq.
22 Alij considerantes, an ex verbis † prolatis a
testatore resultet perfecta hæredis institutio, vel
secus, vt puta, si testator coram testibus dicat,
volo instituere hæredem, veniat, vel vocetur
notarius qui scribat, vel rogetur de testamento:
& distinguunt, an instituatur pia causa, & tunc
per ea verba importari hæredis institutionem;
quamuis nõ aduenerit notarius, vel testator morte,
vel infirmitate impediatur suam voluntatem
scriptis redigere: aut instituitur alius, & secus dicendum.
Curt.iun. cons. 303. *num.*46. *& seq.
plurib. & num.*57. *& seq.*
Alij facientes differentiam inter publicatio-
23 nem † voluntatis, & testamenti nuncupatiui,
concludunt illã esse validam, si fiat coram testibus
tantum: publicatio autem testamenti si non
fiat, non ideo irritari testatoris voluntatem corã
testibus declaratam. *Calcan. cons.* 91. *num.*4.
vers. differentia. Marta decis. 8. *num.*3. *& seq.*
vbi plures consentientes refert, addendo *n.* 16.
& seq. & 21. *& seq.* scripturæ publicationem
non esse partem integralem testamenti nuncupatiui.
24 Alij facientes differentiam, † an constet testatorem
scripto testari, vel per nuncupationem,
posteriori casu validum esse testamentum, quãuis
non scriptum, vel non publicatum a notario:
primo autem secus. *Caldas de emption.
cap.* 19. *num.* 7. *& seq.* declarando quomodo
cognoscatur testatorem altero ex relatis modis
voluisse testari. *Bertazol. cons. ciuil.*86. *nu.*11.
vers. ex quibus, *& num.*11. *& seq.* subdens qui
testes possint adhiberi, & qualiter debeant deponere.
25 Alij distinguentes, an testator declarauerit †
voluntatem suam coram sufficienti numero testium,
vel secus, concludunt priori casu validum
esse testamentum, quamuis in actu publicationis
faciendæ à notario moriatur testator: secus
si non aderat sufficiens numerus testium, *relati
à Thesaur. quæst.* 28. *quidam lib.*4. *numer.* 2.
& seq.
26 Ampl. præsertim, vbi extaret Statutum, †
quod testamentum publicetur, quale extat Venetijs,
vt consuluit *Cato Latius teste Marta
decis.* 8. *num.*28. *& seq.vers.quantum vero attinet.*
27 Limit. vbi constat de voluntate † contrahentium,
vel testatoris. *Ruin. cons.* 1. *lib.* 3.*nu.*2.
28 Limit. vbi agitur de probando testamento †
per testes. *Ruin. cons.* 1. *lib.* 2. *num.*3. *in prin.
& cons.*1.*lib.*3. *num.* 21. *& seq.* agit quot testibus
isto casu probetur testamentum. *Serafin.
decis.* 581.*num.*6. *Calcan. cons.* 91. *num*.4.addendo
quomodo fiat talis probatio. *Marta decis.*8. *num.*6.
29 Limit. vbi vrgentes concurrunt † coniecturæ
perfectionis testamenti, quamuis non fuerit
illud à notario publicatum. *Marta decis.* 8.
*num.*8. *& seq. plurib.*
30 Limit. vbi scriptura testamenti fuit † dictata,
& scripta coram testibus, & videntibus. *Marta
decis.*8. *nu.*27. *in fin. & nu.*27. *&* 29. addendo
idem dici de contractu.

§XVIII.

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Instrumentum vt sit in forma probanti, qualiter subscribatur a notario. 1

Notarij nomen & cognomen quare apponendum publicationi instrumenti. 2. 3

Zifra, id est, notá: 3

Notarius dicitur etiam iudex. 4. *qua solemnitate & ceremonia creatur.* 5. *Creatus a Papa, vel ab Imperatore an possit ille in terris Ecclesiæ, iste in Imperij de rebus temporalibus, vel spiritualibus rogari.* 5. *Affirmatiua num.* 6

Concil. Tridentinum constituit notarios examinandos circa peritiam in negotijs ecclesiasticis 7

Instrumentum rogatum a notario non matriculato an probet. 8. 9. 10. 11

Notarius creatus a Rege, vel Duce non habente vniuersalem iurisdictionem, an rogari possit extra regnum, & instrumentum ab illo publicatum probet. 13

Consuetudo circa rogitus notariorum inspicitur: 14

Instrumentum vt probet est subscribendum a notario tanquam notario, & quare. 15

Præsentia quando noceat præsenti. 16

Notarius in subscriptione instrumenti non debet facere mentionem qualitatis contentæ in instrumento, veluti quod sit donatio, vel alius contractus. 17. *Limit.* 18. *Vt euitet pœnas falsi, si quid contineat instrumentum ab illo stipulatũ concernens illius commodum, quid obseruet.* 19

Instrumentum debet esse subscriptum a notario rogato de illo, vt sit in forma probanti. 20. *Ampl.* 21. 22. 23

Notarij plures si rogentur de eodem instrumento, qualiter fiat illius publicatio. 23

Notario si a Statuto sit data forma rogitus, an iuramento addito possit illa non obseruari. 27

Subscriptionis effectus. 28

Subscriptio qualiter facienda. 29

DVodecimum substantiale instrumenti est vt a notario qui de illo fuit rogatus, sub-
1 scribatur, & in fine † apponatur nomen, & cognomen ipsius notarij cũ clausula, quod præmissis omnibus vnà cum testibus nominatis, & tanquam notarius Apostolica vel Imperiali, vel Ducali vel alia auctoritate rogatus interfuit, & subscripsit, & instrumentum in publicam formã redegerit. *Spec. de instrum. edit.* §. 2. *n.* 11. *Alex. cons.* 14. *lib.* 6. *num.* 30. *in fin. & num.* 31. *& seq. Crauet. cons.* 216. *num.* 2. *vers. item deficit subscriptio*, cum alijs cumulatis a *Paris. cons.* 12. *par.* 2. *num.* 12

Antequam deueniam ad examen propositæ
2 regulæ, notandum me † non sine causa dixisse, nomen, & cognomen notarij esse exprimendũ expresse, vt indicarem quod quamuis notarius dicatur a nota, indicarem non esse id faciendũ
3 per † Zifras, quas I. C. Paulus notat appellat *in l. sed cum patrono* §. *fin. ff. de bon. possess.* sicuti nec ipsa scriptura instrumenti, *Spec. de inst. edit.* §. 9. *num.* 26. Item dixi, præmissis omnibus vnà cum testibus nominatis, vt cesset vitium rogitus si de illo idem notarius non asserat se rogatum, vt dixi *supra* §. 15. vbi retuli quibus modis probetur rogitus notarij. Dixi, Imperiali, vel Apostolica, vel Ducali auctoritate, tum vt constet a quo habeat auctoritatem conficiendi instrumẽta. *Spec. de edit. inst.* §. 2. *num.* 11. debet enim quisque auctoritatis sibi demandatæ auctorem recognoscere, exemplo iudicis delegati, qui si aliter iudicet, vel procedat, illius processus cum sententia est nullus, vt dixi *supra cap.* 6. §. 8. *vers quintus casus.*

4 Nam & notarius dicitur etiam † iudex, & obligantibus se contrahentibus cum guarantigia, fingitur illum partibus præcepisse, vt adimpleant hinc inde promissa: diciturq. iudex chartularius, vt late explicat *Barzia tract. de Guarantig. quæst.* 1. *num.* 1. addendo in priuilegio tabellionis semper addi clausulam, creamus te notarium & iudicem ordinarium. *addentes ad Guid. Pap. decis.* 117. *fideiussor. vers. Guarantig. Menoch. præsumpt.* 78. *lib.* 2. *num.* 1. Qua forma
5 & cæremonijs crearentur antiquitus † notarij à Papa, refert *Spec. de inst. edit.* §. 9. *nu.* 37. *addendo num.* 38. *& seq.* quomodo creantur a reliquis.

Debet præterea notarius enũciare, a quo habuerit auctoritatem conficiendi publica documenta. Nam licet non conueniant Doctores,
5 an notarius † creatus a Papa possit de temporalibus extra ditionem temporalem Sum. Pont. rogari, seu conficere instrumenta, & e contra creatus ab Imperatore possit de spiritualibus rogari, vt patet ex relatis a *Gabriel. de fid. instru. conclus.* 1, *num.* 7. *& seq. Specul. de inst. edit.* §. 2. *num.* 11.

6 Verior tamen est opinio & † communis, quid quid distinguendo dicat *Abb. in cap. cum P. tabellio* 15. *de fid. instr. num.* 9. *Boer. dec.* 242. *nu.* 3. notarium creatum a Papa, vel Imperatore posse vbique rogari de omni genere instrumẽtorum, & id ratione vniuersalis iurisdictionis, quam quisque illorum habet in orbe Romano, vt de communi testatur *Gail. obseruat.* 70. *lib.* 2. *n.* 13. *Rota decis. fin. de fid. inst. in nouis*, & de facto ita seruari testatur, *Abb. in cap. sicut te* 8. *ne cleric. vel monac. num.* 13. *Fel.* testans ita seruari de consuetudine *in cap. cum P. tabellio. de fide instrum. num.* 17. *Bonacos. com. opin.* § *tabellio*, cum alijs cumulatis a *Gabriel. de fid. instrumen. conclus.* 1. *num.* 5. subdens *num.* 9. ita seruari de consuetudine, prout mihi asseruit seruari Venetijs Alexander Zarotus Aduocatus ibidem primarius: in Regno tamen Neapolis, *Vrsil. ad Afflict. decis.* 245. *nume.* 11: refert notarios creatos a Papa posse conficere instrumenta de rebus ecclesiasticis, non seruatis solemnibus inductis ex Regni constitutionibus, sentiens tacite aliud dicendum de rebus laicis, prout expresse caueri apud Gallos refert *Rebuf de liter. oblig. art.* 65. *glos.* 1. *num.* 37. *& seq.*

Notandum tamen, quia animaduersum fuit

nimium

nimium faciles esse Comites Palatinos, & reliquos habentes à Papa, vel Imperatore auctoritatem creandi notarios, in vsu potestatis sibi datæ, & sæpissime eligere ignorantes, quorum imperitiam implere capsas I.C. abijt in prouerbiū,
7 † *Concil. Trident. sess. 22, de reformat. cap. 10.* dedisse facultatem Episcopis examinandi notarios creatos auctoritate Pont. vel Imperiali, vel Regia, circa peritiam in negotijs, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus, & illis non repertis idoneis, vel delinquentibus, illos interdicendi ad tempus, vel in perpetuum ab officio notariatus: & exemplo Concilij Principes constituerunt in suis territorijs, quod illi matriculentur seu describantur in albo publicorum notariorum, aliàs illorum instrumenta esse nulla vt apud Gallos testatur *Bocr. decis. 242. num. 4.*

Ex qua constitutione matriculandi notarios
8 insurgit difficultas, an instrumentum † confectum à non matriculato probet. Et breuiter dicendum, quod aut constitutio, vel Statutum simpliciter prohibet notarium non matriculatum facere instrumentum, non procedendo vlterius ad annullationem, seu cassationem illius, & validum erit instrumentum. *Bart. & Angel. in l. vniuersos, C. de decur. lib. 10.* quos refert & sequitur *Petr. Rauen. 820. vidi semel. Dec. cons. 17. viso puncto num. 1. & seq. relati à Marescot. resol. 20. quidam. lib. 2. nu. 14.* quidquid in contrarium deduci posset ex congestis à *Puteo decis. 330. Constitutio lib. 1. num. 6. & seq. & ex Dec. d. cons. 17. in princ. & cons. 502. ex duobus, num. 1.*

9 Aut vero constitutio, vel Statutum † vltra prohibitionem vlterius procedit annulando, & tum instrumentum rogatum à non matriculato notario nullam fidem facit. *Angel in l. vniuersos, C. de tabul lib. 10.* quem refert, & sequitur *Dec. in l in ambiquis 85. §. non est nouum, ff. de regul. iur. num. 6. & seq.* vbi plura similia con-
10 fert. Quod tamen † limitatur si agatur de instrumento rogato tempore pestis, vt pluribus probat, & refert decisum. *Mysinger. obseruat. 96. quando centur. 1.* vel † constaret de veritate acti, & legalitate notarij rogati. *Puteus dec. 296. libr. 1.*

12 Si autem agatur de notatio creato † à Principe non habente vniuersalem iurisdictionem, sed tātum in suo Regno, Ducatu, Marchionatu, Principatu, vel Comitatu, tunc extra fines dominatus illius, qui illum creauit notarium, non potest conficere instrumenta. *Rota decis. fin. de fid. instrum. in nouis. Specul. de instrum. edit. § 8. num. 25. circa med.* vbi relatis diuersis distinctionibus concludit *in fin.* standum consuetudini. *Bart. l. apud proconsulem, ff. de manumiss. vindict. Abb. in cap. cum P. tabellio. 15. de fide instrum. num. 9. in fin. & vers. aut extra ter-*
13 *ritorium*; ampliando notarium † conficientem instrumeneum extra territorium Principis, vel populi, qui illum creauit notarium, non probare, nec inter subditos, nec exteros, etiam si rogatus fuerit de partium consensu, vt volunt relati à *Gabriel. de fide instrum. conclus. fin. n. 2. & 4.* quibus addo *Aluar. Valas. consultat. 9. duo, & Fel. d. cap. cum P. tabellio, num. 18. vers. contrarium*, idem tenet, quoad non subditos: licet *Gabriel. d. num. 4.* referat dissentientes quoad subditos, sicuti & *Felin. infra allegandus, num. 18.* Instrumenta tamen confecta intra territorium Principis, qui notarium creauit, vbique probant, siue illa fuerint confecta, inter subditos, siue exteros. *Abb in cap. cum P. tabellio, 15. de fide instrum. num. 9. vers. instrumentū. Gabriel. d. conclus. final, num. 10. & seq.* Con-
14 suetudo † tamen prælatis omnibus derrogat, si exter contraria, teste *Abb d. cap. cum P. num. 9 in fin. & Felin. num. 18. in fin. Couar. pract. quæst. 20. num. 9.*

Dixi præterea notarium debere subscribere
15 † instrumentum tanquam notarius, tum vt sit certum quo iure, quaue auctoritate scripta affirmat, quàm etiam vt demonstrem non omnes subscriptiones factas ab eo qui sit notarius, habere eam auctoritatem, quam habent, si fiant tanquam à notario: potest enim notarius adhiberi vti testis in priuata scriptura, & non tamen illa concurrit cum instrumento confecto ab eodem. *Felin. in cap. 2, de fide instrum. nu. 4. vers. quarta declaratio, Crauet. cons. 216. num. 16. in princ.* & comprobatur ex pluribus similibus,
16 quod quis præsens † actui ad alium effectum, quam ad illum approbandum, in sui præiudiciū non ideo sibi nocet. *Tisaquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 141. & seq et 149. in fin. et 267.* & ratio est, quia ad vnum finem inducta, non debent alium operari. *l. Labeo, ff. de arbitr. l. ab emptione, ff. de pact.* & late *Gabriel. conclus. 3. de præsumpt. num. 23. et seq.*

Dixi postremo, Et instrumentum in publicam
17 formam † redegerit, vt indicarem regulariter non requiri fieri expressionem de qualitate, seu contentis in instrumento, veluti quod sit donationis, vel renunciationis, vel testamenti. Sunt
18 tamen tres † casus, in quibus de aliquibus contentis in instrumento notarius debet in subscriptione facere mencionem: videlicet, si instrumentum non fuerit scriptum ab ipsomet notario, quia meminisse debet, quod aliena manu fuerit scriptum, & facta collatione concordare cum originali, nisi tamen qui scripsit esset filius notarij; vel adsit aliqua rasura, vel additio, nam de illis debet facere expressionem. *Bart. in l. diuus, 15. ff. ad leg. Cornel. de fals. num. 3. et 4. Paris. cons. 12. lib. 2. nu. 19. et seq. pluribus*, & ita cauetur Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 36. Lanfranc. in prax. cap. 9. nu. 14.* Quæ tamen dixi de mentione facienda scriptum fuisse instrumentum aliena man, nunquam vidi obseruatum in Vrbe à notarijs Capitolij Cur. nec Auditoris Camer. vel Cardinalis Vicarij, vel Rotæ Et tertio vbi notarius sibi in instrumento aliquid adscripsit, vt euitet pœnas falsi, & illius scriptum instrumentum probet. *l. si quis. l. 1. §. ad testamenta. l. diuus ff. ad leg. Cornel. de fals. Franc Bec. cons. 103. num. 1. et 2.* qui ampliat etiam in filio scribente pro patre, vt late est prosequutus *Io. Baptista Barbob. in tract. de filijs famil quæst. 46. Farinac. de falsitat. q. 150. num. 175. et seq.* debet partem seu capitulum instrumenti continētem

19 tem † illius commodum fuit subscriptam à testatore, si agatur de testamento, vel codicillis, vel à cōtraheotibus : si contrahentes, vel testes instrumentarij deponūt esse vera, quæ suot scripta in instrumento. *Marsil. de fideius. num.* 288. *Honten. de arte notariat. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 8. *vers. specialis.* Et hac cautela vsus Angelus Caninius Cur. Capit. notarius rogatus de testamēto Liuiæ Capranicæ relictæ Michaelis Bonelli, Pij V. ex sorore pronepotis, consequutus fuit scuta ducenta, quæ illi in suo testamento reliquerat, affirmante testatrice io margine testamēti sua scriptura, tale fuisse eidem Angelo legatum. *Farinac. de falsitat. quæst.* 150. *num.* 21. *et seq.* addendo an requiratur specialis, vel sufficiat generalis subscriptio.

20 Posito itaque, quod subscriptio † notarij de instrumento rogati sit vnū de substantialibus illius, vt dixi *in principio huius §. & probatur in princ. auth. de instrum. cautel. et fide. Bellam. decis.* 209. *Couar. practic. quæst. cap.* 20. *nu.* 5. *Crauet. consil.* 216. *num.* 2. *vers. item deficit.*

21 Ampl. etiam si fuerit integre † scriptum ab ipsomet notario. *Guid. Papa singul.* 104. *Instrumētum. Amanel. de Claris aquis singul.* 118 *textus est, moti l. final. C. de nou. cod. compen. l. fin. C. de conuenend. fis. debit. l. in contractibus, C. de non num. pecun.*

22 Ampl. quod si imbreuiatura, seu originale † instrumeoti oon sit scripta maou alterius, & non subscripta à notario ; qui dicitur rogatus, non possit ex illa sumi publicum instrumeotum. *Nicol. de Matarel. et Bald. in l. contractus, C. de fide instrum. col.* 2. *vers. sed quaro,* cum alijs cumulatis *à Paris. consil.* 12. *lib.* 2. *num.* 121. *et seq. pluribus* reprobatis dissentientibus, relatis pluribus, quibus probetur oullitas imbreuiaturæ notarij.

23 Ampl. quod si duo notarij sint † de eodem iostrumeoto rogati, illud non sit in forma probanti, nisi fuerit ab vtroque subscriptum ; vt ad partes examioata quæstione, concludit *Guido Papa decis.* 122. *an instrumentum num.* 1. *et* 2.

24 Limitando si ambo ambo rogati fuissent † insolidum, quia quisque illorum facta mentione rogitus insolidum, cum alio ootario, potest dare publicum instrumentum ab illo solum scriptum, vt idem *Guid. Papa* subdit *num.* 3. vbi *Ranchin.* pluribus comprobat, & addit aliam limitatio-

25 nem, si alius notarius simul rogatus sit mortuus. *Boer. decis.* 21. addendo idem dici si tres, vel alij plures fuerint adhibiti, *num.* 2. *et* 7. & limitan-

26 do *nu.* 3. *et seq.* si alius notarius adhibitus † esset iosamis, vel officio notariatus fuisset priuatus, vel vnus illorum, vel ambo mortui essent, referens Statuto Parisiensi, & constitutione *Ludouici XII.* requiri duos notarios in cōfectione cuiusuis notarij : & Mediolani cum vno notario adhibetur alius, qui vocatur secundus notarius ; & hoc modo euitantur mille falsitates, facilius est enim corrumpi vnum quam plures : non relato *Guido Papa*, idem censet alijs additis *Bouer. singul.* §. *notarius, num.* 19.

Singulare addo, quod in casu Statuti Parisiēsis & aliorum, quos supra retuli, si ab vno nota-

27 rio tantum conficiatur instrumentum, quamuis contractus † fuerit iuramento firmatus, non ideo validum erit instrumentum. *Marsil. sing. final.*

28 Subscriptiooìs effectus † plures sunt & referuot *Mascard. de probat. concl.* 1341. *Gabriel. de præsumpt. concl.* 3. *nu.* 9. *et seq.*

29 Intelligas subscriptionem † faciendam cū expressione nominis, & cognomiois notarij rogati, & qua auctoritate, scilicet Imperiali, Apostolica, vel Ducali, seu Regia, ac etiam Reipublicæ, si ab illa sit creatus, vt puta Veneta, vt dixi supra *vers. debet præterea.*

§. XIX.

SVMMARIVM.

Instrumentum, vt sit in forma probanti, debet habere signum notarij, qui de illo est rogatus. 1. *Vnde cœpta talis solēnitas.* 2. *& quare* 3. *Ampl.* 4. 7. 8. 9. *Limit.* 10.

Notarij signum, est instar tesseræ militaris. 5. *quale esse possit, et fiat.* 6.

Decimumtertium substantiale instrumenti, vt sit in forma probanti, est, quod illi
1 addatur signum † quo notarius vti consueuit in publicandis instrumentis. *l. fin. C. de assessor.* §. *oportet auth. de instrum. cautel.* §. *ite lex Cornelia. inst. de pub. iud. Bart. in repet. l. si quis ex argētarijs, §. si initium, ff. de edend. n.* 32. asserens omnes Doctores concordare, signum notarij esse de substaotia publici instrumenti. *Lanfranc. in praxi,* §. 9. *num.* 8. *Angel. consil.* 220. *in prin. Corn. et ab illo relati consil.* 70. *lib.* 4. *n.* 2.

2 *Specul. de instrum. edit.* §. 2. *num.* 15. addendo † hoc habere initium à sacra Scriptura *Ierem. c.* 32. *in fin.*

3 Ratio est, quia † ex signo probatur cuium sit sigoatum. *l. quod si neque,* §. *fin. ff. de peric. et cō. mod. rei vend. Ioan. de Palat. in l stigmata, C. de fabric. lib.* 11.

4 Ampl. vt notarius non apponens instrumento solitum † signum, sed aliud, puniatur de falso. *Lanfranc. in praxi cap.* 9. *num.* 8. *circa med. Cagnol. l. si librarius, ff. de regul. iur. nu.* 36. est enim

5 tabellionis signum † instar militaris tesseræ, quā quis non mutat citra capitis periculum. Sigoum

6 autem † notarij potest esse, vel manu factum, vel per impressionē typi, quod tutios est manu facto, cum ex calamo, atramento, charta, & alijs possit videri diuersus, vt ratiocinatur *Imp. in §.* 1. *auth. de instrum. cautel. et fide.*

7 Ampl. vt instrumentum † absque signo notarij, qui de illo fuit rogatus, non probet. *Doctores in l. contractus, C. de fide instr. Viuius opin.* 242. §. *notarius,* testans de communi, relatis dissentieotibus pariter de communi testantibus. *Corn. consil.* 70. *lib.* 4. *num.* 2. *vers. quæ opinio,* addendo præsertim, vbi adest consuetudo, quod illud apponatur.

8 Ampl. vt instrumentum sine signo † notarij, qui

qui de illo fuit rogatus non valent. *Corn. conf. 70. lib. 4. num. 2. verf. quæ opinio. & infra, Dec. in cap. 1. de fide inft. num. 37. verf. nono.*

9 Ampl. etiam in protocollo† cui fi defit fignū non poreft ex illo fumi inftrumentum in forma probanti. C*Corn. confil. 70. lib. 4. num. 3.*

10 Limit. vbi contraria†adeft confuetudo. *Corn: conf. 70. lib. 4. num. 2. circa fin.*

§. XX.

SVMMARIVM.

Inftrumentum debet habere omnia folemnia folita apponi in loco vbi illud fuit ftipulatum 1. & quare. 2. Ampl. 3. 5. 6

Inftrumentum, an potius papiro, vel membranis fit fcribcudum. 6. 7

Notarius, an debeat apponere inftrumento omnes claufulas folitas. 8

1 Decimumquartum fubftantiale inftrumēti eft † quod in illo apponantur quæcūque folemnia, quæ de confuetudine apponi folent in loco vbi ftipulatum fuit inftrumentum. *Crauet. conf. 216. num. 2. verf. item deeft* vbi plures confentientes, *refert. Lanfranc. de probat. cap. 9. num. 7. circa fin. verf & generaliter. Hontem* de arte notariat *lib. 2. cap. 44. verf feptimo. Couar. pract. quæft. cap. 20. nu. 5. verf hæc fane, Gail. obferu. 119. lia. 1. numer. 4.*

2 eam † afferens rationem, quia confuetudo facit autenticum, quod non eft, & è contra. *Bal. in rub. C. de fide inft. num. 50.*

3 Ampl. vt omiffio folemnitatis† quæ adhibetur de confuetudine, fi fuerit omiffa, æque vitiet inftrumentum, ficuri vitiat omiffa folemnitas requifita de iure. *§. erit ergo auth. vt præpon. nom Imper. vbi glof. Alex. conf. 166. colun. pen. lib. 6. & conf. 37. col. 4 poft med. lib. 3. cum alijs cumulatis a Crauet. 216. num. 4.* addendo

4 non vitiari inftrumenrum ex omiffione † folemnitatis, quæ de iure eft neceffaria, fi confuetudine omitti poteft.

5 Ampl. vt notarius † omittens folitas, & neceffarias folemnitates, præfumatur falfarius, & puniri poffit pœna falfi. *Cyn. Alberic. Angel. Caft. reliqui in l. iubemus C. de teftam.* quos cum alijs refert. *Viuius opinion. 542. Notarius, num. 1.* addendo *num. 2. & feq.* qui diffentiant.

6 Ampl. etiam fi talis folemnitas † verfaretur, circa accidentia ipfius inftrumenti, vt puta quod fit fcriptum in membrana, & non papiro. *Gail. obferuat. 119. omnes lib. 1. nu. 3.* addendo à Maximiliano I. Imperatore fuiffe cautum, anno 1512. omnia inftrumenta effe conficienda in membranis, vt fit de quibufcumque litteris Apoft. quorum tamen fides non improbatur, fi feruatis feruandis fuerint exemplatæ in papiro, & quotidie ad Rom. Cur. tranfmittuntur proceffus in papiro, in quibus funt infertæ litteræ Apoftolicæ, de eadem Imperiali ordinatione facit mentionem. *Myfinger. obferuat. 80. cent.*

7 *tur. 1.* agendo prętetea an de† iure inftrumentum fit fcribendum in pergameno, & tutius effe fcribi in papyro, quod minime fine apparenti vitio radi poteft concludi. *Nicol. Hontem. de arte notariat. lia. 1. cap. 29. nu. 24. & alius tract. de art. notar. fine auctor. tom. 2. cap. quid fit inftrumentum in fin.*

8 An autem notarius debeat apponere †inftrumento de quo rogatur folitas claufulas non eft fuus locus hic examinandi eam difficultatem, interim tamen videndi funt, quæ dixi *in meis Collectaneis ad l. generaliter verf. & in vfu. C. de fideiuf.*

§. XXI.

SVMMARIVM.

Imbreuiatura notarij an debeat habere omnia folemnia apponenda inftrumento. 1

Quantum illi tribuendum. 2

Notarius an poffit corrigere errorem commiffum in fubftantialibus inftrumenti. 2

Sigifmundus Scaccia laudatur. 4

Romana Curia, an amica mater, vel nouerca eorum, qui de iurifprudentia, vel bonis litteris funt meriti. 5

Relata folemnia adeffe, & ineffe debent inftrumento, quoties illud traditur parti, vt illo vtatur in iudicio, vel extra, vel illud eft a notario extenfum, feu vt dicitur

1 ingroffatum, † an autem eadem folemnia debeat habere imbreuiatura, videndi funt *Angel. conf. 220. Crauet. omnium latiffime, conf. 216. num. 5. & feq. Lanfranc. in praxi. cap. 9. nu. 15. & feq. Alex. conf. 153. lib. 2. num. 12. verf notatertio, & num. 14. Corn. conf. 70. lib. 4. num. 2: in fin. & 3. Neuiz. conf. 26. num. 47. Dec. cap. 1. de fid inft. num. 38. & 32. Surd. conf. 187. nu. 11: & feq.*

2 Quantum que fit tribuendum†imbreuiaturæ late agunt. *Mafcard. de probat. conclus. 1243. Puteus, decif. 279. lib. 2. Peregrin. decif.* Patauin. 33. *Doctores in cap. cum P. tabellio. de fid. inftr. & addentes de Nigris ad Mafcard. de probat. conclus. 4. num. 1. & feq. Neuiz. conf. 26. nu. 45 & feq.*

2 An autem notarius poffit corrigere† errorem in vno, vel pluribus ex relatis folemnibus, conftitueram examinare, fed quia id comperij fuif-

4 fe præftitum *a Scaccia* † *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1202.* ad ea quæ vir valde peritus & de iurifprudentia benemeritus, fcripfit me remitto, dolendo iniquam eius fortem afcribendumque cum virum in cataloho eorum quos congeffit Bellunenfis in fuo opere de infelicitate litteratorum, cum fenex, & fere egens mortuus fit,

5 apud fuos, relinquens Rom. Curiam, † quæ an fit amica, vel inimica, mater, an nouerca eorum, qui domi forifque litterariam rempubl. auxerant, exitus ipfe probat, & ego aptius alibi id declarabo.

§. XXII.

SVMMARIVM.

Notarij defectus seu crimen non nocet contrahētibus bona fide. 1. in illis quae obijci possint. 1.
Cogi potest vt recepta mercede rogetur de instrumento, & recusando sit periurus & priuari potest officio notariatus. 3
Exceptiones quae opponi possunt instrumento. 4
Instrumentum an reprobari possit testibus non instrumentarijs. 5. & quot requirantur. 6
Et quomodo debeant deponere. 7
Notarius quando possit corrigere errorem suum & qualem. 8

EXplicatis solemnibus instrumenti, agendum esset de exceptionibus, quae opponi possunt in notarium, & instrumentum, quae si fuerint releuantes, parum prodesset adhibita fuisse relata solemnia. Verum † quia
1 defectus personę, notarij non nocet contrahētibus qui bona fide, & publico errore ducti illius opera sunt vsi *Doctores in l. barbarius ff. de offic. praetor. Gabriel. de probat. conclus.* 8. *Nicol. Hontem. de arte notariat. lib. 1. cap. 9. num. 5. et*
2 *seq.* quaquae excipi possunt † in personam notarij late refert eodem tractatu. *lib. 1. cap. 22. cum quatuor seq.* & aliqua prius dixerant *in cap. 1. de fid. instrum. Dec. nu. 66. & seq. Neuiz. cons. 27. num. 1. & seq. et num. 8. et 21. et 26.*
3 Et quae in instrumentum † excipi possunt, vel tangunt illius solemnia, latè dictum est supra, vel negotium, seu rem de qua fuit contra-
4 ctum, nam licet notarius cogi † possit, vt rogetur de instrumento, soluta competenti mercede, & recusans rogari, sit periurus, & priuari potest notariatus officio. *Dec. in l. inuitus, ff. de regul. iur. num.* 4. Attamen non de omnibus rogari potest; & punitur si de illicitis rogetur, vt dixi *supra* §. 15. *vers. notarius qua poena*, &
5 de exceptionibus † quae contra instrumentum opponi possunt, late agit. *Papiens. in prax. cap. forma opponendi contra instrumentum.* properando ad alia, ad ea me remitto, quibus addo si excipiatur non fuisse seruata solemnia quae sint a consuetudine inducta, vt dixi *supra* §. 22 videndus. *Spec. de inst. edit.* §. 19.

Et an testibus reprobari possit, & postquam de instrumentarijs dictum est *supra* §. 11. si du-
6 bitetur de non † instrumentarijs videdi sunt. *Fel. cum Ioannes de fid. instrum. nu. 35; cum decem seq. Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 105. *qui infero, num.* 33. *vsque in fin.* & quot requirantur † ad elidandam illius fidem. *l. testium C. de fide inst.* vbi plura dixi *in meis Collectaneis*, & praecipuè
7 quomodo debeant † deponere relatis qui hanc difficultatem latè examinant. *Mascard. de probat. quaest. 6. num. 59. & seq. vers. offert & num. 65. & seq. Specul. de instrum. edition.* §. 8. *nu. 5. vt supra in fin.* & latissime *Nicol. Hontem. tract. de art. notariat. lib. 3. cap. 25. Abb. in capit. cum Ioannes* 10. *de fid. inst. num. 13. vers. primo casu vbi Felin. num. 35. et seq. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 919. num. 9. seq. Ioan. Pebs. in suo process. tit. 38. num. 5. et seq. Menoch. de arbitr. a iud. casu 105. quid in loco num. 37. & seq. Ceual. Spec. commun. part. 1. quaest. 43. difficilis, num. 1. & seq. Roman. singul. 191. dubitatur Amat Rodriquez tract. de modo vidĕ process. cap. 7. num. 13. Castr. cons. 48. lib. 2. n. 2. Cancer. var. resolut. de sententijs et eorum exequut. num. 311. et seq.*
8 Et quando notarius possit corrigere † errorem commissum, & qualem videndi sunt. *Dec. l. si librarius ff. de reg. iur. vbi Mayner. nu. 26. et seq. plurib. Farinac. de falsit. par. 1. quaest. 156 Regul.*

§. XXIII.

SVMMARIVM.

Instrumentum quibus solemnibus sit exemplandum. 1
Debitor cogi potest ad faciendum aliud instrumētum, vel apocam si creditor excipiat illud fuisse deperditum, vel perijsse. 2. Ampl. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 15. 17. 18. 19. 23. 24. Limit. 24. 25. 26. 28. 29. 33. sublimit. 27.
Creditor non cogitur facere generalem liberationē suo debitori. 20. 21. coram quo iudice conueniatur ad faciendam liberationem receptorum. 22
Debitor coram quo iudice cōueniatur ad faciendum instrumentum debiti. 22
Venditor an cogatur facere instrumentum venditionis. 24
L. si chirographum, ff. de probat. declaratur. 30. 31. 32
Debitor cogitur facere instrumentum debiti cum obligatione Camerali. 35. Ampl. 36. Contrarium. 34. Concorda. 37. 39. 40
Consuetudo non inducitur ex actibus, quos singuli faciunt. 38
Pactum omne non habet paratā executionem. 39
Instrumentum cuius expensis faciendum. 41

EXplicatis solemnibus instrumentorum agendum esset de solemnibus seruandis
1 quoties illa petuntur † exemplari ab eodē notario rogato de instrumento, vel ab illius successore in officio notariatus, vel ab Archiuista custode generali rogituum notariorum defunctorum, vel illis existentibus poenes haeredem legatarium, vel donatarium petuntur exemplari. Sed laborem istum mihi ademit. *Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 11. part. 2. num. 524. vsque ad 1070.* referens formulam cōpulsorialium *n. 882. & seq. et num. 896. vsque ad 1095.* refert quando sit necessaria recognitio instrumenti, & quibus fiat modis. *Couar. pract. quaest. cap. 21.*

Non omittam tamen excutere difficulta-
2 tem an debitor † excipiente creditore de amissione apochae, vel instrumenti sui crediti possit cogi ad faciendam aliam apocham, vel instrumentu,

mentum, & è contra debitor qui soluit cogere possit creditorem ad faciendum instrumentum liberationis, & vtroque casu amplectendo affirmatiuam, probatur illa singulari textu in *l.plures apochis*, C.*de fide instrum. l.sicut datam*, C. *de liberal.caus. Alex.in l.si finita, §. eleganter*, *ff.de dam. infert.num.35.in fin.* addendo negā-
3 tem † facere instrumentum de datis, vel promissis allegare turpitudinem, & iniquitatem suam, & non audiendum. *Ias. in l.ex ea parte, ff. de verb.oblig. num.11. Natta.cons.382. n.2. Bart. in l.si finita,§.eleganter,ff.de damn.infect. num.3.in fin.relati à Granut. Theorema,9.n.2. Caldas de empt.cap.19. num.22*

4 Ampl. non solum in casu, quo deperditum † sit instrumentum, sed etiam, vbi verisimiliter dubitari potest probationem eorum de quibus fuit illud confectum futuram difficiorem, vt puta si directus petat ab emphiteota instrumentū
5 † corruptionis emphitheusis, quia mutati sunt confines, rei emphiteoticæ, vel mutatio fit personæ emphiteotæ ex donatione, vel cessione, & alio simili, vel dissimili titulo. *Specul. de locat. §.nunc aliqua, num.165.per textum in l.omnes, §. fin.ff.vsufruct.quomod.caueat. Bal. auth. siquas vnius*, C. *de sacros. Eccles. nu.6. et seq.* concludens, ratione vetustatis, quia instrumētum sit antiquum, & ideo prosit domino illud renouari, vel ratione mutatæ successionis particularis, vel vniuersalis, vel ex consuetudine, vel conuentione, vel dubitationis tollendæ causa aduertendo *num.7.* renouationem
6 fore † vtilem nouo emphiteotæ, quia illa facta, non considerabitur generatio, seu ius auctoris, sed ius renouatum, & generatio successoris dicta. *Bald. in d.auth.quas ruinus*, C. *de S. Eccl. num.6.* late comprobant. *Natt. cons.382. n.2. et seq.Surd.cons.144. num.2. et seq. pluribus et cons.208. num. 10. et 16. vers.secundo. Guido Papa decis.417. Dominus Magon. decis.Lucēs. 95. expleto, nu.15.et seq. Tiraquel. de retract. lignag.§.20. glos.5. num. 1. et seq.* qui agit de
7 emptore, † & venditore, qui inuicem tenentur facere instrumentum de emptione, & venditione. *Mandel.cons.10.num.23.*

8 Ampl. vt non solum sit à debitore, † vel creditore faciendum instrumentum, sed etiam illud reficiendum iuxta tenorem primi, si iusta subsit causa. *glos.§.1. verb. reparare auth. de hared. & Falcid. l. chirographis, ff. de admin. tutor. Bart. notat. num.5. cap.cum olim de priuileg.* cum alijs cumulatis à *Surd.cons. 144. n.9. & seq. Alex.in l.si finita, §.eleganter, ff.de dam. infect. num.19.* exemplum referens si tempore sit consumptum.

9 Ampl. etiam, vbi instrumentum † fuit culpa notarij amissum. *Bald.in rub.C.de fide instrum. num.49. et seq.* addendo pœna arbitraria iudici
10 puniendum notarium † qui fuit negligens in custodiendis protocollis. *Ruin cons.11. nu. 19. lib.3. Menoch.de arbitr.iud.cas.370. reuocat.*

Ampl. vt negans facere instrumentum debiti
11 † vel solutionis, non sit audiendus, tanquam allegans iniquitatem, & turpitudinem suam. *Alex.in l.si finita, §.elegantur, ff.de dam.infect.* *num.30.in fin. Natta cons.382. miror. num.2. part.med. Magon. decis. Lucens. 95. numer. 15. et seq.*

12 Ampl. contra quemcunque † obligatum aliquid facere, vel dare. *Natta cons.382. nu. 2.*

13 Ampl. præsertim si noua † superuenit causa, vt puta si mutati sint confines, vel persona debitoris. *Surd. cons. 208. num.12. vers.sexto, et num.14. 16. vers. tertio. Alex. l. si finita, §. eleganter, ff. de damn. infect. num. 31. circa med.*

14 Ampl. etiam si quis † non sit simpliciter debitor, sed vel in diem. *Enriquez cons.6. fuit num.15. Alex.in l.si finita, §. eleganter, ff. de damn. infect. num.17.*

15 An autem de iure sibi competenti † tam agēdo, quam excipiendo possit quis agere, vel petere sibi confici instrumentum. *Alex.in l.si finita §. eleganter ff.de dam. infert. num. 13. et seq. et 16. et 22. Bart. num.3. et seq.*

16 Ampl. etiam si de præsenti quis agere † non possit. *Alex. l. si finita §.eleganter, ff. de dam.infect. num. 30.* exemplum referens si adsit pactū de non petendo ad tempus.

Ampl. vt tale instrumentum sit conficiendum † in forma efficaci idest quod ex illo agi possit. *Granut. Theorem.9. num 10. in fin.* subdens *num.11.* non esse conficiendum verbis generalibus, quia vt vulgus curialium loquitur, verba generalia non sunt appicigatoria *And.ab exa.de pact.par. 1.num. 27. Marsil.singul.464. Boer. decis. 153. Ioan. Anton. Niger. in cap. Regni frequens, & ineffrenata. num.73.*

18 Ampl. præsertim in vsufructuario † qui debet declarare habere solum vsumfructum, & illo finito obligare se ad restitutionem fundi, quo fruitur. *Alex.cons.58. Arebita num. 8. lib. 3. et cons.267. num.6. lib.4.*

19 Ampl. præsertim de solutione † facta. *l. dissoluta C de cond.ex lege l.sicut datum C.de liberal. caus. Bald.cons.458. in fin. lib.1. et cous. 230. in lib.2. Spec.de instr. edit. §.3. nu.8. Granuc. Theorem.9. num.3.*

20 Quod tamen intellige † de solutis, & receptis tantum, non autem generaliter. *Bald. cons. 230. in fin. lib.2. Alex.cons.58. lib. 3. num. 8. et l.si finita §.eleganter, ff. de dam.infect. num.21.* & ratio est quia † creditor non cogitur facere generalem liberationem. *Thesaur. decis.74. n.1. & seq.* & late prosequitur. *Tusc. conclus. 327. liberationem generalem.*

Si soluens sit clericus, & recipiens sit laycus
22 † coram quo iudice, terminabitur controuersia confectionis instrumenti, & illius formulæ. *Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. & vxorem. decis.2. num.126.*

23 Ampl. vt instrumentum sit † conficiendum cum obligatione bonorum non tamen cum fideiussione. *Bald. cons.410. an ille lib.3. in fin.*

24 Quid autem dicendum sit de † venditore. *Tuscus conclus. 258. instrumentum num. 1. et seq.* distinguendo, an venditor possideat, vel non, & an solitum sit fieri instrumentum cum hipotheca, vel an emptor soluerit integrum prætium, vel non, vt prioribus casius teneatur, secundis

nequaquam, & late repetit. *concluſ.* 54. *venditor*.
25 Limit. vbi aliunde probari † poteſt ſcripto id
de quo quis inſtat confici, ſeu refici inſtrumen-
tum, vt puta ex apoca ſubſcripta à teſtibus. *gloſ.*
l. ne caſu, C. de diſcuſ. lib. 10. *vbi Bart.* Mandel,
conſ. 33. *ſtantibus num.* 1. *Surd. conſ.* 144. *nu.* 7.
& conſ. 208. *nu.* 2. *&* 16. *verſ. non etiã, Granue.*
Theorema 9. *nu.* 10.
26 Limit. vbi inſtrumentum futurum † eſt inutile. *Bald. in rub. C. de fide inſtrum. num.* 48. *verſ.*
concluſio, exemplum ſi debitum ſit purum. *Alex.*
l. ſi finita, §. eleganter, ff. de dam. infect. num. 32.
27 † ſublimitans in debito ex vltima voluntate.
Granue. Theorema 9. *in princ.* addendo idem
dici oc quibus actibus ex quibuſuis non oritur
actio ſaltem de iure ciuili.
28 Limit. vbi ex inſtrumento † ius debitoris fie-
ret aliquo modo deterius, *Iaſ. in l. ex eaparte*,
ff. de verb. obligat. num. 11. *circa med.*
29 Limit. vbi aliqua accuſari poteſt † negligen-
tia petentis ſibi fieri inſtrumentum. *l. modeſti-*
nus, ff. de ſolution. per quem textum *Specul. de*
inſtrum. edit. §. 3. *num.* 9. concludit ſi debitor
ſolutis decem creditori ſibi reſtitura apoca, dein
de petat ſibi fieri inſtrumentum ſolutionis non
audiri, quia illud debebat petere tempore factæ
ſolutionis, qua facta nullæ ſuperſunt agendi re-
liquiæ; *& num.* 16. late comprobat, addendo
quid dicendum ſi debitor conuentus ad ſolucn-
30 dum † exhibet inſtrumentum ſibi traditum, &
ex tali traditione probari ſolutionem excipiat.
31 *iuxta l. ſi chirographum ff. de probat.* quam †
probationem fragilem, licet dixit *Gail. obſeru.*
37. *creditor lib.* 2. *num.* 7. attamen pluribus caſi-
bus eſſe concludentem retuli *in meis collecta-*
neis ad eundem textum.
32 Contrariam † tenet *Franc. Marc. deciſ.* 370.
num. relatus a Granue Theorema 9. *num.* 7. *&*
5. concludens ſi debitori ſit reſtitutum inſtru-
mentum cancellatum, creditorem debere facere
inſtrumentum recepti, & relato Rebuf. diſſen-
te, indeciſam reliquit difficultatem. *Alex.* tamen
d. §. eleganter, aſſentitur dictis. *Specul.*
33 Limit. vbi petitur generale inſtrumentum †
liberationis. *l.* 3. *§. contrarium, ff. de tont. &*
vtil. action. tutel. Rom. conſ. 155. *num.* 5. *Alex.*
l. ſi finita, §. eleganter, ff de dam. infect. nu. 21.
Io. de Amic. conſ. 129. *oritur Granue. Theore-*
9. *nu.* 7. dbi plures congerit.
An autem cogatur facere inſtrumentum cum
obligatione Camerali, vel cum guarantigia.
34 Negatiuam tenent † *Tiraquel. & ab illa relati*
de retract. lignag. §. 29. *gloſ.* 5. *nu.* 2. vbi plures
conſentientes refert *Alexand. in l. ſi finita, §. ele-*
ganter, ff. de dam. infect. num. 32. *verſ. vltimo.*
Rota teſte Zacbia de obligat. Cam. quæſt. 28.
num. 2. *relati a Granue. Theorema* 9. *num.* 12.
verſ. ſed in contrarium, relati à Surd. conſ. 144.
num. 7. *Tuſcus concluſ.* 258. *inſtrumentum*
num. 14. *& ſeq.*
35 Affirmatiuam † tenent *Cabalin. Mille leg.*
196. *Galleſ. de obligat. Cameral. q.* 28. *num.* 3.
et ſeq. aſſerens idem dici à *Barzia. tract. de*
Guarantig. quæſt. 5. *prim. part.* & iſtam pluri-
bat. *& Zacbias ibidem* alios refert, *Cald. et ab*
illo relati de emption. cap. 19. *num.* 23. *ſequen-*
do Galleſ et illius dictis relatis. Rebuf. de litter.
36 *obliggat. artic.* 65. *nu.* 38. Ampliando † etiam
in fideiuſſore. *Iaſ. in l. ex ea parte, ff. de verb.*
oblig. num. 11.
37 Contrarietatem hanc † conciliauit *Zacbias*
loco max. relato ex Barzia ibidem relato & an-
te Zacbiam Rebuf de litter. obligat. art. 65. *n.* 90
vt negatiua ſit vera, vbi non adeſt conſuetudo
illam apponendi. Affirmatiua autem, vbi talis
adeſt conſuetudo. Verum cum vinculum obli-
gationis Cameral. pendeat à puro facto contra-
hentium, & illorum voluntate. *l.* 1. *§. ſi conue-*
niat, ff depoſit. l. ſicut, C. de act. et oblig. l. 1. *C.*
commod. Franc. Bec. conſ. 92. *num.* 28. *Giurba*
deciſ. 79. *nu.* 21. *et ſeq.* nec ex his quæ ſinguli
38 † faciunt non inducitur conſuetudo, vel com-
munis vſus, vel abuſus ſeu error, quo nolen-
tes aſtringuntur. *Iaſ. in l. Barbarius, de offic.*
prætor. n. dicas abſolute eſſe veram Rotæ de-
ciſionem, niſi expreſſe eſſet conuentum de obli-
gatione Camerali, & ſimili exequutiua via,
quia vltra quod quis per eam formulam effica-
cius obligatur, vt admittunt tenentes affirmati-
uam, dicitur etiam ex ea grauari obligatum.
Rota coram Card. Ieronymo Pamphilio in Ro-
mana depoſit. 15. *Iunij* 1596.
39 Cum quoduis pactum † paratam non habet
à iure exequutionem. *Roman. l.* 1. *ff. de re iudic.*
num. 23. ſicuti nec quoduis inſtrumentum *l.*
minor. ff. de minorib. Theſaur. deciſ. 26. *num.* 1.
Franc. Bec. conſ. 17. *num.* 1. *Seraſin. de iura-*
ment. priuileg. 77. *num.* 1. aut cogitandum de
alia concordia, videlicet, vt affirmatiua procedat,
ſi adſit in prouincia conſtitutio, quæ mandet
exequi pub. inſtrumenta, vt in Dominio Me-
diolani. *Alexand. l. ſi cum dotem, §. eo tempo-*
re, ff ſolut. matr. num. 6 *Menoc. de arbitr. iud.*
caſu 17. *Cæſareo, num.* 2. *addente Alex. ibidem*
talem conſtitutionem, tanquam iuris commu-
nis correctoriam eſſe odioſam, & ſtricte intel-
40 ligendam. Negatiua † autem ſi abſit talis con-
ſtitutio, cum contrahentes potius de iure com-
muni cogitaſſe præſumantur. vel etiam dicitur
conſideratis dictis. *Mandel. conſ.* 33. affirmati-
uam procedere ſi priuata ſcriptura de quo peti-
tur fieri publicum inſtrumentum habent obli-
gationem Camer. & procedat affirmatiua, & ſi
non habet procedat negatiua.
41 Cuius autem expenſis † fieri debent inſtru-
mentum dixi de *Laudemio, lib.* 1. *quæſt.* 33.
numer. 37. *et ſeq. Auffrer. ad Capel. Tholoſ.*
deciſ. 47.

§. XXIV.

SVMMARIVM.

Instrumentum casu perditum si fuit rogatum ad vnius tactum instantiam est reficiendum petente illo refici. 1
Quid si confectum ad instantiam plurium. 4. 5. *Quid si supersint reliquia instrumenti*. 7. *Quid si deperditum sit exemplum instrumenti*. 8. 9.
Instrumenti exemplum publicatum a notario rogato dicitur originale. 8
Notarius negligens in custodia instrumentorum punitur. 3
Reficere quid sit. 2
Instrumenti amissio qualiter probetur. 6
Notarius requisitus ad dandum exemplum instrumenti debet statim tradere. 10

SI contingat protocollum, seu originale instrumentum incendio, ruina, vel alio casu absumi, & perire, an sit petente, eo qui rogauerat notarium aliud ab eodem conficiendum tres casus sunt constituendi. Primus est si agatur de instrumento † rogato ad vnius tantum instantiam, & ille illud putat refici, & esse a notario reficiendum concludit. *Spec. de inst. edit.* §. 3. *num.* 1. *&* 2. *vers. si autem*, exemplum referens, si agatur de testamento, mandato procuræ, emancipatione, tutela, cura, & similibus ex quibus nullum imminet periculum, nec alteri fit peræiudicium, etiam si plura repetiantur instrumenta eiusdem tenoris. *post Spec. idem repetit auctor. tract. artis notariat. tom.* 2. *tom.* 2. *fol.* 7. *cap. de refectione*. Reficere † enim cum reste. *Spec. de expens.* §. 1. *num.* 3. idem fit, quod remedium factæ reifacere, & prohibitus facere, non sit illi interdictum reficere. *Alex. in rub. ff. sol. matr. num.* 21. *relatis, Bald., & Ang. in l.* 1. *ff. de noctur. inferend.* quorum lecturas ad eum textum censeo deperditas cum illas non habeam in meo Codice, quiecens est, vera sunt tamen quæ Spec. in casu isto voluit. Qua autem pœna afficiatur notarius, † qui fuit negligens in custodiendis scripturis videndus. *Bal. in rub. C. de fide instrum num.* 49. *& seq.*

Secundus casus est si agatur de instrumento
4 † rogato ad instantiam plurium, & tunc conuenientibus omnibus in refectione, idem dicendum, quod dixi in primo casu, nam si iudex cum imperio debet iudicate prout partes conuenerint. *l. si conuenerint. ff. de re iud. Afflic. decis.* 191. *Abbas num.* 7. *& seq.* tanto magis notarius reficere debet instrumentum iuxta partiũ
5 placitum. Si vero dissentianr tunc † ex decreto iudicis citatis omnibus interesse habentibus, erit illud reficiendum, probato casu consumptionis originalis. *Spec. de inst. edit.* §. 3. *num.* 11. vbi
6 addit præterea casum † amissionis probari iuramento petentis referens *ibidem num.* 12. formulam talis iuramenti, & instrumenti refecti, licet *Surd. consf.* 144. *num.* 1. 10. *in fin. & num.* 11. *& seq.* alia velit requiri ad eam probationem faciendam. *Bald. in rub. C. de fid. inst. nu.* 47. *circa med. subdens in fin & num.* 48. quæ dixi velle, Spec. licet de illo non faciat mentionem.

7 Tertius casus est, si super sunt † reliquiæ aliquæ originalis instrumenti, & tunc si ex illis colligi potest sensus eorum, quæ fuere conuenta, vt puta, quia consumptum fuerit in ea parte, vbi erant descriptæ Clausulæ generales, & tunc notarius potest ex seipso instrumentum reficere. vt concludit *auctor. tract. de arte notariat. tom.* 2. *fol.* 7. *de refectione*. addendo formulam talis refecti instrumenti tradi in suo formulario a Stefano Marcelleto; & in eodem instrumento inserendas esse eas instrumenti reliquias.

Potest etiam contingere, quod refectio instrumenti petatur, in casu, quo originale instrumentum non sit casu, vel aliter consum-
8 ptum. Sed exemplum † datum ab eodem notario rogatum fuerit deperditum, nam & illud dicitur originale, quia originatum ab ipsomet notario rogato, *Bald auth. si quis in aliquo C. de edend. num.* 6. addendo de eodem facto plura confici posse instrumenta, & omnia esse originalia, quia omnia procedunt ab eadem autoritate. eiusdem tabellionis, modo illa pluta instrumenta sint eiusdem formæ, vt voluit. *Spec. de inst. edit.* §. 3. *num.* 1. *in fin.* addendo cautos notarios cum partibus exhibenr instrumenta in suis registris retinere ipsorum instrumentorum formas, & id fieri vtile esse quia primis casu perditis, facile illa possunt reficere sub eadem forma, & si de fide priorum dubitetur facile erit tollere dubitationem ex recursu ad formam extensam. §. *illud quoque auth de tabellion.* Re-
9 ficiendum est † enim deperditum instrumentũ sub eadem forma qua prius fuit confectum. *Spec. de inst. edit.* §. 3. *nu.* 1. *in fin.* & cum eisdem solemnitatibus. *l. si vt proponis, C. de nuptijs, Fel. in cap. arcend. el* 1. *de litis contest.* Si autem petatur instrumenti copia a notario non rogato dicam. §. *sequent.*

10 Sed an notarius debeat sine mora satisfacere petenti aliud instrumentum † afferendo perdidisse quod alias habuit *Specul. de inst. edit.* §. 3. *num.* 2. *&* 3. præmissis quæ affirmatiuam suadebant, tenet negatiuam, & illum sequitur auctor *tract. de art. notar. to.* 2. *fol.* 7. *de refectione*.

§. XXV.

SVMMARIVM.

Instrumenti nomine quid contineatur. 1. 2
Positiones & articuli differunt. 3

QVia appellatione instrumentorum † continetur, omne id per quod iudicium, vel iudex instruitur. *cap fin. de dolo, & contum. l.* 1. *ff. de instrum. Spec. de inst. edit.* §. 1. & ideo nomine instrumenti, quod alijs verbis dicitur munimentum, vel documentum, quia partem muniat & iudicem instruat, vt subdit

idem *Spec.* ibidem & probant addentes *ad Alberic.in Dictionar.§ instrumentum*, comprae-
2 hendantur † scriptura priuata, & testes, *Spec. ibidem* & late. *Mascard.de probat.quaest. 6.nu. 26.& seq. & num.101. & seq.* agendum esset, quid seruandum, vbi sententia, est ferenda in vim scripturae priuatae, vel depositionis testium.

Sed, quia vtrumque caput est prosequutus *Scaccia de iudic. lib. 2. dum cap. 8. nu.725.vsque in fin.* & latissimè egit si testes examinentur extra territorium iudicantis mediantibus litteris quas vocamus remissoriales. *& cap.11.n.1070 vsq;in fin.* & agit de scriptura priuata, & praecipuè de apoca, cuius dicta latius reassumpsit Genua, qui integrum volumen conscecit de omni genere priuatae scripturae, & de remissorialibus volumen confecit. *Hercul. Seuerol.* & aliquat radit, *Vest.in prax.lib.6.cap.fin.* Ideo ne de carta in papyrum transferam dicta *Scacc.*
3 in quibus si methodum diligentiorem seruasset per omnium manus versarentur facile illius scripta? referam examinis testium substantialia quibus deficientibus tetardanda, vel reuocanda est exequutio sententiae, quae pro fundamento habeat tantum testium dicta, & continuata, §§. serie tamquam articulis huius nostri Octaui ui capitis, referam quae alij omisere.

Et praemisso quod testes examinantur, vel super articulis, vel positionibus, quae productae parte citata ad dicendum contra iuxta regulam; *l.de vnoquoque, ff.de re iud.* quae admittuntur, cum salutari clausula, saluo iure impertinentium
3 & non admittendorum. Licet positiones † & articuli differant, vt dixi *de differentijs verborum iurisf.§. positio & articulus differt*, ad effectum tamen probationis faciendae ex dictis testium, non refert, an illi deponant super articulis vel positionibus parte aduersa citata datis, pergendo itaque ad examen substantialium examinis testium.

§. XXVI.

SVMMARIVM.

Examen testium vt sit validum opus est citare aduersarium ad videndum iurare testes, cum expressione loci examinis. 1. *Ampl.* 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *L.mit.* 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. *Sublimit.* 18

Citatio ad videndum examinari testes qualiter concipiatur. 45

Examen ad perpetuam rei memoriam, vt fieri possit quae requirantur. 32

1 PRimum substantiale examinis † testium, sine quo non probat, est, vt fiat, parte citata ad videndum illos examinari. *cap.2. de test.ib. vbi Abb.& comm4niter reliqui. Rot. de test ib.§.7.num.23.l. si quando, C. de test ib.* Cum expressione loci examinis testium, vt dixi *infra* § 41.

2 Ampl. etiam si iudex procedat † ex officio. *Io. And.ad Spec.de t. st. § nunc tractandum, in prin. Gul de Suzar.in l iusiurandi. C.de test ib:* quos refert, & sequitur. *Fel.in cap. 2. de testib. num.5.& Dec.nu.39. Osasc.decis.79.num. 19.*

Contrarium tenent relati a *Gabriel. de citat. conclus.1.num.229.*

3 Ampl. vt aliter factum examen † neque faciat indicium. *Fel.in cap.2.de testib.num.3.Mascar* & ab illo relati qui sunt fere infiniti, *de probat. conclus.1336.num.1.Clar.§ fin.quaest.11.nu.2. vbi Baiard.num.14.Dec.d cap.2.nu.31. Osasc. decis.19.num.18.vers.nec etiam.*

4 Contrarium tenent relati † a *Mascard. de probat.conclus.682.examinatio, num.3.& seq.* vbi infinitos congerit relatis dictis. *Dec.in cap. 2.de testib.num.31.& seq.*

5 Concorda an agatur ad effectum † inquirendi, vel condemnandi, nam in primo casu verum erit facere inditium, in secundo nequaquam, ita colligo ex *Clar.§.fin. quaest. 11. & 45. Baiard.& alijs relatis in fin. ampliat. & Mascard. de probat.conclus.1366.testis num.6.et seq.Fel. cap.2.de testib.num.9.*

6 Ampl. etiam si iudex posset procedere † iuris solemnitate non seruata. *Bart in l filius familias 7.ff.de donat.num.4.in fin.Fel. in cap. 2. de testib.nu.4.* vel manu regia, *Ias.§. in bona fidei Instit.de act.nu.26.Mascard.de probat.conclus. 1366.num.5.et conclus.682.examinatio. nu. 9.* vel sine strepitu, & figura iudicij. *Bursat. cons. 20.num 65.circa med. Dec.cap.2.de fid. inst.nu. 35.vers secundo Osasc.decis.79.nu.18. in fin.*

Ampl. si quis fuisset deputatus ad recipiendū
7 † examen testium tantum. *cap.1.cap. praeterea, de offic.deleg.Fel.in cap.2.de testib.num. 5. vers. quarto Mascard.de probat.conclus.682.nu.11. Dec.d.cap.2.num.41.vers.quarto.*

8 Ampl. etiam in causis mercatorum † in quibus sola aequitate inspecta proceditur, non seruatis iuris solemnibus. *Bart.l.filius fam.7. ff.de donat.num.4.Fel.in cap.2.de testib.nu. 4. Mascard.de probat.conclus.1366.num.4.*

9 Ampl. etiam si testes sint † repetendi in criminalibus. *Bursat.cons.20.num.65.Clar.§.fin. quaest.45.nu.13.vers.et aduerte.* concludens in repetione esse obseruanda omnia solemnia solemnis examinis. *Baiard.ad Clar.§ fin. quaest. 45.num.14. et seq.* late comprobans, & exornans hanc extensionem sicuti. *Eucrard.* loquens in ciuilibus, *de testib.cap.2.part.3.num.16.*

10 Ampl. vt nec probent ad fauorem † non citati ad videndum illos examinare. *Bonifat.Vitalin.in clem.2.de testib.nu.91. Anton. August. de testib.decis.1.* quos refert & sequitur. *Bursat, cons.20.num.66.in prin.* etiam in criminalibus idem *Bursat.cons.34.num.6.*

11 Ampl. etiam quod examen esset factum † in tortura. *Clar.§ fin.quaest.11.num.2.et ibidem, Baiar.num.4.* testantes de communi opinione, & praxi si tamen sequatur testium contronatio tollit hunc defectum, *Clar. ibidem quaest. 45. vers.14.*

Ampl.

12 Ampl. etiam si agatur de † recognitione iurium. *Veral.decis.4. part.3.*

13 Ampl. præsertim † in causis criminalibus. *Scaccia de iudic. lib.2.cap.11.num.1. & seq.* vbi *latissime examinat.*

14 Ampl. vt non referat † an testes fuerint examinati die feriata, vel non feriata, vt dixi *infra §.43.*

15 Limit. vbi pars contra quam factum † fuit examen declatat in ciuilibus, vel criminalibus habere testes pro rite, & recte examinatis. *Baiard. ad Clar. § fin. quæst.11. num.5. Mascard. de probat. conclus. 682. examinatio num.29.* concludens idem dicendum, si quis det facultatem iudici examinandi eo absente, quia quisque potest fauori suo renunciare.

16 Limit. vbi agitur de probando casu † qui acciderit in longinquis partibus, vbi non poterat pars citari. *Bart. in l.2. C.de naufrag. lib.11.& & ibidem Alex.* addendo, quod tale examen iuuat si infra annum parti denuncietur exemplum referens eius, qui passus naufragiũ proiecit merces in mare exonerãdæ nauis causa, *Bart. sequuntur Crot. & ab illo relati de test.ib. par.7. num.24. Soc.Sen.conf.262.lib.2.num.10. Mantic.decis.297.num.2.& seq.* qui late versatur circa materiam *d.l.2. Pelin.cap.2.de testib. nu.10. Dec.cap.2. de testib. num.52. & seq.* vbi late probat *Marsil.singul.24.num.2.* † *clin.d.capit.2. num.10. Gabriel de citation. conclus. 1.nu.336. Marsil in l de vnoquoque, ff.de re iud.num.86.* & declarat quæ post examen fieri debent, & late *Scaccia de iudic.lib.2. cap.8. nu.3. & seq.*

17 Limit. vbi iudex vellet se informare † super notorio, vel fama. *Mascard. de probat.conclus. 682.num. 15.* vbi infinitos congerit. *Roman. sing.369.vers sexto, Felin.cap.2.de testib. nu.7.*

18 *& Dec.num.44.* Quod tamen † sublimita si super ea informatione ferenda esset sententia, quia formiter essent examinandi. *Mantic.decis. 206.nu 3.relatis Bart.in l.fin.ff. de quæst.n.8. & Felin.in cap.2.de testib.nu.10. Asin.in prax. §.7.cap.5.limit.94.num.2.*

19 Limit. vbi timetur de morte testium, † & is contra quem fit examen est persona potens, minax, & solitus exequi minas, & ideo quis paucat, illi examen denunciare. *Mascard. de probat. conclus.682.num.24.& seq.* addendo idem dici si testes sint absuturi, & quod isto casu iudex diligenter debet sustinere partes rei in examine faciendo, reseruãdo eidem competẽtes exceptiones tã in dicta quã in personas testium. Limitando, si absit timor mortis, & absentia non est futura diuturna. *Roman. singul.369. vers. tertio fallit Felin.cap.2.de testib. num.13. Dec. in cap.2. de testib. num.51. & Felin. num.13.* qui plura cumulat. *Gabriel. de citat. conclus. 1. num.326.* vbi refert dissentientes. *Marsil.l. de vnoquoque, ff.de re iud. num.76. & 79. in fin. Euerard. de test.ib. cap.2.par.4.nu.21.*

20 Limit. vbi testes examinantur † à cognitore, an quis sit idoneus ad dignitatem, seu beneficium. *Inn. in cap.fin. de transf. prælat. & in cap. dudum de præsumpt. Roman. singul. 369. vers. quarto Crot. de test.ib. part.7. num.31.*

21 Limit. in causa † hæresis. *Roman. singul.369. vers. quinto. Mascard.* plures congerens, *de probat. conclus.682. examinatio, num.36. Fel. cap.2. de testib.num.17. Dec.num.30. Felin.cap. 2. de testib. num.17. Dec.num.50. vers. quarto. Gabriel.de citat. conclus.1.num.328.* vbi distinguit *Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. num.77.* declarando si inquisitus sit potens.

22 Limit. vbi testes examinantur † vltima die termini in contumaciam citati. *Roman singul. 369. fuit vnus in fin. Asin in prax.part.2.§.7. cap.5. limit.50.in fin. Mascard. de probat.concl. 682.num.38. Marsil. in l.de vnoquoque, ff.de re iud. num.79.*

23 Limit. vbi periculum est † in mora *Soc. Sen. cons.2. in causa lib. 2. num. 11.* & comprobatur ex regula, quod vbi mora est periculum allatura, receditur à regulis iuris, veluti si testis sit in articulo mortis. *Mascard. de probat conclus. 1366. testis nu. 10. Crot. de testib. par.7. num.29. Euerard. de testib. cap.2.part.3.nu.21. Scaccia de iudic. lib.2. cap.8.num.83.& seq.* vbi exempla plura refert.

24 Limit. vbi lex, vel Statutum † non exigit plenam probationem, sed contentatur solis indicijs, vel argumentis. *Soc.Sen. conf.262.lib.2. num.11. circa med. Felin.cap.2.de testib.num.11. Dec.num.54. Mascard. de probat. conclus. 682. examinatio, num. 22. & seq.* vbi refert dissentientes. *Marsil. singul.24.num.2. Felin.cap.2. de testib. num.11. Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re indic. num.90. Gabriel.de citat concl.1. num.343.* vbi refert dissentientes, & concordantes *& Scaccia de iud.lib.2.cap.8. numer. 394. & seq.*

25 Limit. in examine testium † facto coram arbitratore, quia nullus ordo iuris coram illo est opus. *Bald.cap.quintauallis, nu.9.vers.ex prædictis, de iureiur. sequitur Opizon. in l. si quis arbitratu, ff de verb. obligat num.73. vers sed quid. Mascard. de probat. conclus. 682. examinatio, num. 42.*

26 Limit. si agatur de probanda consuetudine † alicuius populi. *Mascard.relato Butr.de probat. conclus. 682. æstimatio, num.34.& 43. Felin. cap.2.de test. num.16. vers.duodecimo. Ias. in repet.l. admonendi, ff.de iureiur. num 232. Fel. cap.2. de testib. num.16. vers. vers. duodecimo. Marsil.in l de vnoquoque, ff.de re iudic. nu.87.* late examinat. *Scaccia de iud. lib.2.cap.8.num. 322.& seq.plurib.*

Limit. vbi testes examinantur in casu in quo

27 non requiratur causæ cognitio. *glos.l.3. si sine causa cognita, verb.pro tribunali, ff.de bon. poss. ff. Roman. conf.61. nu.1. Mascard. de probat.conclus. 682. examinatio, num.44. Felin.in cap.2. de testib.num.48.* exemplum referens si examen fiat an quis sit dignus, & idem repetit. *Crot. de testibus part.7.nu.31. Roman.singul.369. vers. quarto. Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re iudic. num.92. Ias.in repet.l.admonendi ff.de iureiur. num.233. Euerard. de testib.cap.2.part.3.n.19. Scaccia de iudic.lib.2. cap.8.num.389.*

28 Limit. in summarijssimo † possessorio. *Masc. de probation. conlus. 1366. testis, numer. 9.*

Scac.

Scacc.ce iudic.lib.2.cap.8.num.395.

29 Limit.ad effectum inquirendi † vel carcerandi eum, qui de delicto fuit denunciatus. *Mascar. de probat.concluf.*1366.*testis nu.6.& seq. Dec. in cap.2. de testib. num.* 49. *Mascard. de probat. conclus.*682.*examinatio num.* 19. præsertim contra insignes latrones *Osasch.decis.*79.*nu.*19. *vers.præterea*, *Fel.cap.2.de testib.num.9. Dec. num.*49.*Gabriel.conclus.*1.*de citat.num.*324.& conciliat dissentientes,

Contrarium *tenet.Osasc.decis.*79.*num.*19.

30 Limit. vbi reus citatus, tẽpore † citationis respondit, quod dabat se pro citato. *Cas.de Grass. decis.*15.*num.*5.*&* 6.*de testib.Gonzal. ad regul.* 8.*cap.annot.cont.nullit.num.*75. comprobatur ex dictis. *Vant.de nullit.cap. fin. num.*116.*in fin.*

31 Limit.vbi testes examinantur † ad perpetuam rei memoriam. *Marsil in l.de vnoquoq. ff. de re*

32 *iud.num.*76.*in fin.&* 77.*& seq.*vbi plura † refert requiri vt possit fieri tale examen sine partis citatione *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*8.*num.* 120. *& seq.pluribus* vbi examinat materiam examinis testium ad perpetuam rei memoriam.

33 Limit. vbi pars contra quam † examinantur testes dedit interrogatoria, & super illis fuit factum examen, quod si non est validum saltem sanatur ex gratia principis. *Crescent.decis.*1.*de ferijs nu.*1.*put.decis.*306.*lib.*3.*Veral.decis.*273. *num.*3.*par.*3.cum alijs cumulatis *a Gonzal. ad regul.*8.*cap.annot.cont.nullit.num.* 77. *& sæpe obtinuit* a Paulo V, cum clausula arbitrio Rotæ, per quam remittitur vigor iuris, vt subdit idem *Gonzal.ibidem.*287.*& seq.plurib.* & quia pars dãdo interrogatoria consentit examinari testes quomodolibet fuerint inducti. *Puteus decis.* 300.*lib.*3.*Scac.de iudic lib.*2.*cap.*8.*num.* 392.

34 Limit. vbi testes examinatur † ad declarandũ aliud examen.ab illo factum. *Fel.in cap.* 2. *de testib.num.*15.addendo isto casu, nec requiritur iuramentum testis, & ratio est quia declarans nihil de nouo facit. *Dec.d.cap.*2.*nu.*55.*Mascar. de probat.conclus.*782.*examinatio num.*31.*Fel. d.cap.*2.*num.*15.*Marsil in l. de vnoque. ff. de re iud.num.*93.*Scaccia deiudic lib.* 2. *cap.*8. *nu.* 386. vbi etiam rationem affert.

Contrarium tenet *Euerard.de testib. cap.* 2 *cap.* 2 *par.*3.*num.*16.

35 Limit. vbi pars † esset presens. *Fel.cap.*2.*de. testib.num.*16.*in fin.* dubitando quid dicendũ si pars sit præsens casu. *Mascard.de probat con. clus.*682.*examinatio nu.*35.*Euerard. de testib. cap.*2.*part.*3.*num.*25.

36 Limit. in examine † extraiudiciali. *Dec. cap.* 2.*de testib.num.*47.

37 Limit. vbi agitur de probando † crimine læsæ maiestatis humanæ. *Dec. in cap.* 2. *de testib. num.*56.

Contrarium tenet *Osasc.decis.*79. *numer.* 18. *vers.nec etiam.*

38 Limit. vbi contraria † adesset consuetudo, vel stylus. *Alex.conf.*65.*Habita lib.*2.*col final Dec. in cap.*2.*de testib.num.*57.*vers.Item postremo*, *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*8.*num.* 390, vbi plures consentientes congerit.

39 Limit. in examine † testis, cuius dicto est standum veluti in testator iussit hæredi vt stet dicto Sempronij *Dec.cap.*2. *de testam.num.* 63. testans de communi relato. *Abb. dissentiente. Marant.in prax.par.*6 *cap.de citat.n.*28. *Alex. cons.*130.*difficultas lib.*1 *num.*6 *Grat.ad Vest. in praxi lib.*6 *cap.*11.*num.*30. *vers.tertio Masc. de probat.conclus.*682.*examinatio nu.* 30. *Fel. d.cap.*2.*num.*14 vbi refert dissentientes. *et Dec. nu.*63.*Gabriel.decit.conclus.*1.*n.*33. *Euerard. de testib.cap.*2 *par.*3.*num.*24. & late *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*8.*num.*364.*et sep.plurib.*

40 Limit. vbi † examinatur testes in partibus rematis, vel super euidentia facti, vt puta damni dati. *Marant. in prax. part.* 6. *de citation. num.*26.

41 Limit. concurrente æquitate † quæ comitem habeat impossibilitatem facti reficiendi, vt puta si testes examinati non citata parte ad videndũ illos examinari sint mortui *Mobed.decis.* 7. *de testib.num.*3.*Neuiz. cons.*26.*num.*34. *Gonzal. ad regul.*8.*cap.Annot.cont.nullit num.*76.*Gabriel.de citat.conclus* 1.*num.*341. *Marsil.in l. de vnoquoque ff.de re iud.num.*88.

42 Limit. vbi iudex examinat testes † ad suam informationem *Marsil.l.de vnoquoque ff.de re iud. num.*82.*circa fin.et* 89.*Euerard.de testib.cap.*2 *par.*3.*num.*18.*et* 22.

43 Limit.vbi examinantur † testes quibus nihil potestes opponi. *Marsil.in l. de vnoquoque, ff.d. re iud.num.*83. & comprobari potest ex dictis eiusdem *ibidem num.*9.dum vult non esse citãdum qui nullam habet defensionem.

44 Limit. vbi iudex † recipi testes ad suam informationem super notorio, vel fama. *Euerar. de testib.cap.*2 *part.*3.*num.*18.

45 Citatio autem † qualiter sit concipienda dixi *infra* §.29.vbi alia cumulaui communia huic *& seq.* §.

46 Limit.vbi proceditur inspecta † naturali æquitate. *Gabriel de citat.conclus.*1.*num.*341.*Limit.*20.*Scaccia de Iudic.lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 360. *Mobed.decis.*7.*de testam.*

47 Limit. quando proceditur † sola facti veritate inspecta. *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*8. *n.* 361. *et seq.* qui late comprobat, et addit idem dicẽdum si testes sint examinandi coram arbitratore.

48 Limit: vbi esset examinanda † aliqua honesta mulier, vt dixi §.*seq.Limit final.*

§. XXVII.

SVMMARIVM.

Testis qui hodie iurauit & cras examinatur, non ideo ratione successiui tatis temporis est suspectus. 1 *iuratus deposuisse dicitur qui post iuramentum statim iurauit.* 2

Examen testium, vt sit validum opus est, vt citetur aduersarius ad videndum iurare illos. 3.*et quare.* 4.8. *Ampl.*5.6.9.10.11.12.13.14.15.16. 17.18.19.20.21.22.25.33.*Limit.* 26.27.28.29. 30.

29.30.31.32.34.35.36.37.38.39.40.41.42.43. 44.45.48.

Iuramentum testium an sit diuini, vel humani iuris. 7

Citatio ad videndum iurare testes qualiter concipiatur. 8

Testes absuturi qualiter debeant iurare. 22

Testes non possunt iurare die feriata, sed examinari. 23

Testes iurare debent de veritate dicenda super articulis, & tota causa. 24. *quid si fuerint examinandi pro informatione iudicis. Vel ad perpetuam rei memoriam.* 46

Examen testis factum citato principali ad videndum iurare testes, vbi procur. fuerat litem contestatus, an validum. 47

Testis an die iuramenti possit valide examinari. 49

Testis an possit iurare die sequenti feriata si pars citata fuit ad videndum illum iurare die feriata. 42

Testis qui iurauit intra terminum ad probandum potest lapso termino examinari. 50

Testis si non iurauit ante examen, si iuret statim post examen, an illud sit validum. 51

ORdinis iure dicenda hoc §. præcedere debebant, quæ scripsi, in antecedenti §. Verum, quia omnium habere memoriam, & in nullo errare, diuinitatis potius est, quam humanitatis, parcendum est mihi si vsus schemate Isteron Protheron postposuerim ante locanda, & iste error tantominus meretur reprehendi, cum plura prius dicta conueniant hic dicendis. Quare *Crotus tract. de testib. p.* 7. *num.* 23. *& seq.* constituendo negatiuam regulam, quam mox firmabo, illam ijs omnibus modis ampliat, & limitat, quibus ampliaui & limitaui præcedentem, cum tamen iuramentũ testis, & illius examen, sint duo actus, qui facti diuerso tempore, & non successiue, nullo
1 modo dici possunt suspecti† vel vitiosi argumẽto eorum, quæ tradunt. *Marsil. de fideiuss n.* 77 *& seq. &* 87. *& seq Tiraquel. de retract. lignag.* § 1. *glos.* 7. *num.* 77. *& seq. Surd. dec.* 24. *num.* 13. *Farinac. de testib. quæst.* 74. *num.* 33. concludens multo magis admittendã esse depositionẽ testium, qui vna die iurauerant, & alia deposuerunt, quamuis *Io. monac. in cap. vt circa.* 4. *de election. in* 6. *num.* 15. velit quod testis possit prius iurare, & deinde ex interuallo deponere, nec esse faciendam vim de eodem contextu, & illum sequitur *Monticel. de testib. cap iurasse testem fol.* 131. *col.* 1. *in fin.*

2 Et testis dicitur iuratus deposuisse, † qui post depositionem incontinenti iurat. *Crot. de testib. par.* 7. *n.* 6. ex regula. *l lecta ff. si cert. pet.* & idem tradit. *Grauat. ad Vestrium in prax. lib.* 6. *cap.* 2 *num.* 36. vbi refert dissentientes, *Mascard. de probat. conclus.* 1362. *num.* 11. *dum prius nu.* 10 aliud dixisset, *& nu.* 12. *conciliat. Ias. in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. nu.* 227. *& seq. Gail. obseruat.* 101. *lib.* 1. *nu.* 9. *Trentacinque, resol.* 2 *de testib. num.* 2. *Euerard. de testib. cap.* 7. *par.* 3. *num.* 5. In Romana tamen Curia obseruaui, & obseruatum vidi, vt non eadem die testis iuret, & examinetur, nisi in casu quo periculum esset in mora.

3 Secundum itaque substantiale† examinis testium est, quod is, contra quem sunt examinandi testes, citetur ad videndum illos iurare, alias illorum examen erit nullius momenti, *l si quando, & auth seq C. de testib. glos. cap.* 2. *verb. audire, vers. idest videre de testib. Aretin. cons.* 13. *num.* 18. *Lanfranc in prax.* §. *testium depositio num* 10. *Paris. cons.* 59 *lib.* 4 *nu.* 14. *Ludou. decis.* 268. *num.* 2. *Afflict decis.* 28. *lata, num.* 1. *Gonzal ad regul.* 8. *glos.* § *Nullitat & attentat. in caus. benef. num.* 48. *Mantic. decis.* 155. *num.* 1. *Dec. in cap.* 2. *de testib. num.* 28. *vers primus intellectus,* Marsil. *singul.* 24. *in prin. Papiens. in prax. cap. form. iuram. test.* §. *citati, num.* 1. *post med. Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 17. *& seq.*
4 vbi rationem † etiam refert. *Viuius Opin.* 966 *testes non. nu.* 1. *& seq. Rol. à Val. cons.* 29. *lib.* 1. *num.* 45.

5 Ampl. & limita ijs omnibus casibus † quibus ampliaui regulam constitutam in præcedenti, §. 26. *& per Crot. de testib. part.* 7. *num.* 23. *& seq.*

6 Ampl. etiam vbi testes recipiuntur † ad perpetuam rei memoriam. *Euerard. de testib. cap.* 2 *par.* 3. *num.* 10.

7 An iure diuino, vel humano † iuramentum sit deferendum testibus in examine, videndus, *Scaccia, de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 431. *& seq. pluribus.*

8 Solemnia huius citationis; & † quare illa requiratur, *dixi infra,* 28. *&* § 42.

9 Ampl. etiam si testes † sint examinandi corã Principe, *Curt sen. cons.* 21. *decis nu.* 15. *Marsil. in l.* 1. *ff de quæst. num.* 7. *Gram. decis.* 103. *n.* 233. *Scaccia de iud. lib.* 2. *cap.* 8 *num.* 65.

10 Ampl. vt testes examinati non † præcedente citatione ad videndum illos iurare, neque faciãt indicium contra eum, contra quem fuerunt examinati. *Bart. l. maritus, ff de quæst. col.* 1. quem refert & sequitur. *Dec. in cap.* 2. *de testib. nu.* 31. *vers. prædicta.* subdens deinde quæ contrarium suadent. *Rol. a Val cons.* 8. *sententiam lib.* 4. *n.* 6 *circa med. Crescent. decis.* 2. *de testib. num.* 6. *Euerard. de testib. cap.* 2. *par.* 3 *num.* 7.

11 Ampl. vt in citatione † sit exprimendus dies præstandi iuramenti, & si non fiat expressio intelligitur ad primam diem. *Mantic. decis.* 155. *conclusum num.* 2. subdens examen esse nullum si eadem die iuretur quo facta fuit citatio.

12 Ampl. etiam si causa sit summaria, † vel in qua procedi possit omissa solẽnitate iuris. *Bart. l filius fam ff de donat. Aret. in cap. in nomine, ff. de testib. num.* 9. *in fin. & num.* 10. *& Fel. n* 4. *Crot. de testib. par.* 7. *num* 27. *Scaccia de iud. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 64. *Dec. in cap.* 2. *de testib. num.* 35. *vers secundo.*

13 Ampl. etiam si iudex procedat † ex officio. *Dec. cap.* 2. *de testib. num.* 39. *vers. tertio Marsil. in l. de vnoquoque ff. de re iud. num.* 78. *& nu.* 82 refert dissentientes. *Euerard. de testib. cap.* 2. *p.* 3. *num.* 8. vbi refert & reprobat dissentientes.

14 Ampl. etiam si agatur dẽ † recognitione iurium.

rium. *Veral. decis. 4. parte 3.*

15 Ampl. etiam in delegato † cui simpliciter esset commissa receptio testium. *Dec. in cap. 2. de testib. num. 31. vers. quarto. Euerard. de test ib. cap. 2 par. 3. num. 9.*

16 Ampl. etiam si testes essent † omni exceptione maiores. *Gabriel. de citation. conclus. 1, num. 474.*

17 Ampl. etiam in causis † criminalibus. *Surd. cons. 328. num. 3. circa med. & num. 3.* extendit etiam in causa hæresis, & alio delicto occulto, *& num. 4.* declarat, an defectus citationis ad videndum iurare suppleatur ex confrontatione. *Osasc. decis. 79. num. 19. vers. nec etiam Viuius opin. 966. testes non num. 3.*

18 Ampl. etiam si causa tractaretur † coram iudice habente facultatem procedendi sola facti veritate inspecta. *Surd.* loquens de Senatu Montisferrati *cons. 129. recte num. 33. Osasc. dec. 79,*

19 *num. 19. vers. nec obstat*, limitando † in criminime enormi, & contra insignes latrones, *Viuius opin. 966. testes non num. 5.*

20 Contrarium tenent † relati à *Surd. cons. 129. recte num. 7. Marsil singul. 343. verisimilitudo num. 5.* addendo si illorum depositio sit vetiss-lis. *Dec. cons. 54. col. 2.*

21 Ampl. vt sint citandi omnes † habentes interesse, alias quoad non citatos examen erit nullum. *Bald. auth. hoc amplius, C. de fideicom. n. 1. Gonzal.* testans ita à Rota decisum *ad regul. 8, glos. 9. §. 1. cap. annotat. contr. nullit. num. 49.*

22 Ampl. quod si fuerint examinandi † testes ab futuri, triplex ab illis exigendum sit iuramentum vnum de veritate dicenda super tota causa, aliud quod finito examine sint ab futuri, & tertium quod non reuelabunt sua dicta antequam fuerit illa iudicialiter publicata. *Vestrius in praxi lib. 6. cap. 2. num. 20. circa med.*

Addam aliqua huic §. conuenientia, quod li-

23 cet testes † non possint iurare die feriata in honorem Dei, vt dixi *infra* §. 8. possunt tamen examinari die feriata, modò iurauerint intra terminum Statutum in citatione ad videndum iurare, ac etiam lapso termino ad probandum, *Veral. decis. 275 testis part. 3. Euerard. de testib. cap. 7. part. 3. num. 4. circa fin.* limitando *nu. 5. in princ.* nisi datus esset terminus ad probandũ & probatum habendum intra certum tempus.

24 Item † quod testes debent iurare de veritate dicenda super articulis, & tota causa, alias si iurarent deponere super articulis, etiam absque taxatiua tãtum nihil illi probarent, tanquã non iurati, vel de cõtentis extra articulos deponẽtes. *Spec. de test. §. 4. n. 3. Alex. in l. fiduo 13. §. idem, Iulianus ff. de iureiur. num. 16.* si tamen cautus procurator in citatione dixisset videndum iurare super articulis & tota causa, & notarius scripsisset testem iurasse aliud esset dicendum, vt subdit *Alex. num. 17.* alia dixi *infra* §. 18.

25 Ampl. vt de tali citatione † constare debeat apud acta nec creditur assertioni notarij, quod fuerit testis citatus. *Ioan de Amic. cons. 73. n. 18. in princ. Euerard. de test ib. cap. 7. part. 3. nu. 4. in fin.*

26 Limit. vbi testis iterum † producitur ad effectum declarandi precedentem suam depositionẽ *Euerard. de test ib. cap. 7. part. 3. num. 16.*

Limit. vbi fuit præfixus † terminus ad producendum testes, & producuntur vltima die termini. *Euerard. de testib. cap. 2. part. 3. num. 11. & seq. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 321.*

27 Limit. vbi à lege, vel Statuto † cõsuetudine, vel partium consensu remissum esset iuramentum, vt dicam *§. sequenti.* vbi agam de iuramento testium.

28 Limit. vbi agitur de probando † casum, ad effectum ne quis indebite, & rite sua culpa damnum patiatur in casu difficilis probationis, velut naufragij, incursus latronum, & similium, quia tunc sufficit absq; partis citatione indicijs & coniecturis in loco viciniori, vbi accedit casus examinate testes, vel sumi indicia ex decreto iudicis & capi informationes. *Dec. cap. 2. de test ib. num. 53. vers. secundo.*

29 Limit. vbi de consuetudine, † vel Stylo Curiæ non requiritur talis citatio *Asinius in praxi part. 1. §. 7. cap. 5. limit. 80.* vt in foro Capitulino testatur. *Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 2. & seq. & plurib.* vbi late defendit eum stylum, in quo subesse videtur falsitas, sicuti adest, vt idem subdit apud notarios Rotæ in productione iurium, per compulsum. Idem seruatur in Curia Gubernatoris Vrbis, cum tamen per appellationẽ introducta fuisset causa alimentorum de Maximis in Rota, vbi à Gubernatore, seu Locumtenente fuerant illa decreta Ferdinando, & Orintiæ filijs naturalibus Lucæ Marchionis de Maximis, & daretur de nullitate examinis, quia non fuerat pars citata ad videndum iurare testes, & & notarij illius tribunalis attestarentur de stylo non seruari eum terminum in ea Curia noluit facere periculum de validitate, & exequutione sententiæ, ad illorum fauorem in dicta Curia latæ, cum teste Ioã ne Papa XXII. relato a *Bart. in princ. minori carum sæpe ibi periclitetur veritas* habito recursu ad signaturam S. D. N. Paulus Papa V. relatis sibi quibuscunque actis in causa à R. P. D. Paulo Taurello Pij V. Sum. Pont. ex sorote trinepote, vtrinsque signaturæ referendario, remisit arbitrio Rotæ, an obstaret nullitas ex defectu cittionis ad videndum iurare testes, & coram R. P. D. Pegna fuit resolutum esse locum arbitrio, & ita cuasi disputationem nullitatis examinis.

30 Limit. si agatur de probanda † consuetudine, vt late examinat. *Scaccia de iudic. lib. 2. capit. 8. num. 322. & seq. pluribus.*

31 Limit. ijs omnibus casibus † quibus non est opus partem citare, qui autem sint isti casus, retuli *in meis collectaneis ad l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Asinius in prax. part. 1. §. 7. cap. 5 limit. 50.* concludens non est opus citatione ad videndum iurare testes, vbi illi iurant vltima die termini dati ad probandum, addendo quod si probatio fiat instrumento, non requiri citationem cum productione illius.

32 Limit. vbi est examinanda † aliqua honesta mulier. *Marant. in prax. part. 6. cap. de citation. num. 27. Grauat. ad Vcii. in praxi lib. 6. cap. 2. num. 30. vers. quinto. Asinius in praxi part. 1* §. 7.

8.r.20.cap.5.limit. 14. in princ. Mascard.de probat.concl.682.examinatio,nu.32. Rom.sing. 369. Felin.cap.2.de testibus, num.16. Gabriel. de citation. conclus.1. num. 322. vbi refert dissentientes. Marsil.in l.de vnoquoque, ff.de re iudic. num.74. vbi refert dissentientes. Seaccia de iudic lib.2. cap.8.num.378. & seq.vbi refert dissentientes, & tentat concordare. Sociu.regul. 496.num.8.

33 Contrarium † tenent. Abb.in cap. si quis testium 8 de testibus, nu.2. & ibidem Felin. n.4. Bart.in l.ad egregios, de iureiur.cum alijs relatis a Mascard.de probat. conclus. 682. num.33. addendo hanc esse saniorem sententiam. Rom. singul. 369. vers. sed non est verum. Qui concordari possunt, quod pars sit citanda ad videndum mulierem iurare, sed iuramentum praestandum coram iudice absente parte. Asinius in praxi part.1. §.7. cap.5. limit.14. in fin. Aret. conclus.13.num.20.in fin.

34 Limit. vbi pars esset † praesens, & monetur. Mascard. de probat. conclus. 682. examinatio, nu.35. addendo quid dicendum si quis sit praesens casu. Marsil.singul. 30. num.2. Gonzal.ad regul.Cancel.cap.annot. contr. nullit. num.71. vbi plures refert Aretin.cons.13. num.20. circa med.

35 Limit. vbi testes sunt † examinandi, an quis sit idoneus ad munus aliquod. Mantic.dec.154. num. 6. Roman.singul. 369. vers. quarto. Dec. cap.2. de testibus,nu.45.vers.secundo, & n.48. Marsil. in l. de vnoquoque, ff.de re iud.num.76 in fin.Seaccia de iudic.lib.2. cap.8. num.72.Soc. regul. 406. num.2.

36 Limit. vbi examinandi sunt testes † extra territorium iudicis, si quis priu, fuit citatus in loco decretae remissorialis. Serafin. decis. 1010. numer. 3.

37 Limit. vbi quis fuit admissus † ad causam durante termino ad videndum iurare testes. Serafin. decis.1071.num.1.& seq.

38 Limit. vbi quis fuit † contumax in antecedentibus actis, si fuit citatus ad totam causam, & ad singulos actus simul, & semel cap. 2. de dolo & contum.in sext.Gonzal.asserens ita decisum à Rota,, ad regul.Cancel. cap.annot. cont.nullit. num.74.

39 Limit. vbi agitur de † informatione notarij. Dec. plures congerens, in cap.2.de testib.nu.44. Seaccia de iud.lib.2.cap.8. nu.79. & seq. Socin. regul.406.num.1.

40 Limit. vbi periculum est † in mora. Socin. regul. 406. num.6. & cons. 262. in causa magnific. lib.2. cum.10. & seq.Ias.l.admonendi, ff. de iureiur. num. 189. Crot. de testibus, part.7. num.29. Vest.in prax. lib.6.cap.2. num.3.Gabriel. decitat. conclus.1. num.302. veluti si testes sunt senes infirmi mori proximi, vel sint abfuturi, vel debitor est suspectus de fuga, vel testes examinandi sunt contra tyrannum. Seaccia de iudic. lib.2. cap.8. num.86. Socin. regul.406. num.6.

41 Limit. omnibus † casibus quibus dixi limitari regulam antecedentis, §.

42 Limit. vbi testes † iurant vltima die termini dati ad probandum. Bald. l.si quando, C. de testibus, num.4.Cast. l.qui ante Calendas 13. ff. de verb. oblig. num.4. ex Ias.num.7.in fin.Afflict. decis.47. fuerunt.,nu.5.vers. quoad secundum. Seaccia de iudic. lib. 2.cap.3.num.362.

43 Limit. vbi testes fuerunt † examinati cum interrogatorijs partis aduersae, nam nullitas examinis sanatur, rescripto Principis, cum clausula arbitrio iudicantis. Viuius opin. 931. testes cum num.6. & opin. 969. num.9.

44 Limit. vbi examinanda † est persona, cui nihil opponi possit, vt puta, quia sit omni exceptione maior, & illius dicto sit standum. Viuius opin.966. num.7. Socin.regul.406.nu.7.

45 Si autem dum testis iurat, nec citatus † nec citans fuerit praesens an validum sit examen videndus. Mascard. de probat. quaest.5. num. 86. & post illum Seaccia de iudic. lib. 2. cap.8. numer. 643. Lanfranc. in praxi, §. testium depositio, num.10.vers.vnum.

46 Quid autem dicendum † si testes sint examinandi ad solam iudicis informationem; vel ad perpetuam rei memoriam, late Seaccia de iudic. lib.2.cap.8. num.70. & seq. & num.120.& seq. pluribus.

47 Si procurator sit litem contestatus † & fuit citatus dominus ad videndum iurare testes, an examen deinde factum sit validum, videndi sunt Viuius opin.931. testes cum iuramento, n.10. Seaccia de iudic.lib.2 cap 8. num. 664. & seq. pluribus.

48 Limit. vbi examinandus † est testis cuius dicto necessario est standum. Alex.cons.130.vol. 1. Marant. in praxi, part.6.§.proposui, n.28.

49 An autem testis possit eadem † die qua iurauit examinari dicas de stilo Cur. Romanae, quod non; sed quod saltem expectandus lapsus vnius diei, teste Salust. Tiber. in praxi, AC. libr.2. cap.13. num.7.

50 An autem testis, qui iurauit † infra terminum datum ad probandum, possit termino lapso examinari. Lanfranc. in praxi, §. testium depositio, nu.11. & dixi §. seq.in fin.Guid.Pap. decis.125.practicatur. Capic.decis.90. in causa magnific. num.1. Seaccia de iudic. lib.2. cap.8. nu. addentes ad Vestrium in praxi lib.6. cap.2. num.59.& seq.

51 Si testis † non iurauit ante examen, sed post, an validum sit examen. Monticel. de testibus, §. iurasse testem, an & quand. praesumpt. vers. testis potest. Seaccia de iudicij libr.2. cap. 8.num.533. & seq.seq.

52 Si autem quis citetur pro certa die † ad videndum iurare testes, & illa sit feriata, an possit valide iurari die sequenti, videndus Guid.Pap. decis.542.si pars.

§. XXVIII.

SVMMARIVM.

Testes debent deponere cum iuramento. 1.3. & quare. 2. Ampl. 5.7.9.11.12.13.14. 15.16.17. 18.

18.19.20.21.22.23.27.27.28. *Limit.* 29.30.31 32.33.34.35.36.37.38.39.40.43.44.46

Testis si iurauit post examen an probet 47. *Si iurauit durante dilatione an examinari illa finita.* 48.

1 TErtium substantiale examinis testium est vt testes; † medio iuramēto deponat alias non probant. *l. iusiurandi*, C. *de testib.* M*arsil. sing.* 214. *n.* 1. *etuis de testib. l.* 3. §. *Sabinus*, *ff. eod. Crot. de testib. par.* 7. *n.* 1. *Decian.*

2 *consf.* 66. *num.* 7. *in fin.* eam † afferens rationem, quia iuramentum est anima, & spiritus fidei, quæ præstatur testibus. & *cōs.* 28 *lib.* 3. *n.* 10. *Mar-*

3 *sil. in praxi* † §. *diligenter*, *n.* 63. *Gail. obseru.* 101. *notum num.* 1. *Trentacinque resolut.* 5. *de testib. lib.* 2. *num.* 1. *et* 6. *Spec. de teste* §. 4. *nu.* 6. *Papiss. in prax. cap. forma iuramenti testium.* §. *constituti*. *Scaccia de idic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 400. *subdens num.* 623. per † quæ possit quis iurate. *Fel. in cap. tuis* 38. *de testib. n.* 1. *relati a Vinio. opin* 931. *testes cum iuramento num.* 4.

5 Ampl. etiam quod testis † esset Cardinalis, vel alias decoratus simili dignitate. *gloss. in cap. cum olim verb. fratrum de priuileg.* Ripa *in l. admonendi ff. de iureiur.* & conferunt quæ de iuramento flaminisdialis refert. *Alex. ab Alex. Genial. dier. lib.* 5. *cap.* 10. *Crot. de testib. par.* 7. *n.* 1 *Cast. cons.* 70. *lib.* 1. *num.* 4. *Cotta in suis Memorial.* §. *testi non iurato. vers. & ideo dicebat gloss. Trentaciuq. lib.* 2. *de testib. resol.* 5. *n.* 1. eius ta-

6 men depositio faceret † præsumptionem, & adiuuaret aliorum dicta. *Alex. cons.* 24. *animaduersis lib.* 2. *Marsil sing.* 606. *in pluribus*, *num.* 2. *Ias. in repet. l. admonendi*, *ff. de iureiur. nu.* 221. & *seq. Scaccia de iud. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 403. *et*

7 *seq.* Limitando † si testaretur de gestis cotam illo vel vbi de stylo Curiæ illi datur fides.

8 Ampl. etiam quod essent † plures testes concordes. *Domin. in cap. multis dist.* 44. *Ias. in repet. l. admonendi*, *ff. de iureiur. num.* 234. *Crot. de testib. par.* 7. *num.* 1. *vers. tertio Mascard. de probat. conclus.* 1362. *nu.* 9. *ampliando*, etiam si essent mille testes, *Ias. in repet. l. admonendi*, *ff. de iureiur. num.* 234. *Cæsal. cons.* 294. *num.* 34 *Trentacinque lib.* 2. *de testibus*, *resolut.* 5. *nu.* 1.

9 Ampl. etiam † si testis esset persona cuius dicto ex dispositione statuti esset standum. *Marsil. singul.* 460. *notissimum et singu.* 214. ad validi-

10 tatem, Limitando † si prius iurasset ante examen, *et in praxi* §. *diligenter*, *num.* 64. *circa med. Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 416. vbi latè comprobat.

11 Ampl. etiam si partes † pactæ fuissent de stando illius dicto. *Marsil sing.* 214. *ad validitatem. et in prax.* §. *diligenter*, *num.* 64. *Scaccia de iud. lib.* 2 *cap.* 8. *num.* 406. *et seq.* vbi late hoc comprobat.

12 Ampl. etiam in iudice † attestante de gestis coram illo. *Crauet. cons.* 48. *num.* 1. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 420.

13 Ampl. vt nec Papa † possit dispensare, vt credatur testi absque iuramento. *Crescent. decis.* 4. *de testib. num.* 4. *Rol a Val. cons.* 8. *sententiam. lib. num.* 14. *addent. ad Mathesil. sing.* 38. *Nota quod num.* 7. *Mascard. de probat. conclus.* 1361. *num.* 2. *Marsil. sing.* 214. *num.* 4. *et sing.* 434. *alias dixi Grauat. ad Vestr. in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 38. *Cæsal. cons.* 294. *num.* 32. addendo etiam si Papa rescriberet credendum testibus sine iuramento. *Marsil. in praxi* §. *diligenter num.* 66. *Cotta. in suis memoral.* §. *testi non iurato*. *Gail. obser.* 101. *lib.* 1. *num.* 12. *August. de Ancon. de potest. eccles. quæst.* 55. *art. fin.* quem refert, & sequitur *Fel. in cap. constitutus de rescript. num.* 16. *et respondet obiectis*.

14 Ampl. etiam si quis † eligatur in testem a iudice, vel a partibus. *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *memoria num.* 2. *et seq.*

15 Ampl. etiam si professus esset † aliquam religionem, & esset magnæ sanctitatis. *Rol. a Val. cons.* 8. *sententiam*, *lib.* 4. *num.* 13. 10. *Annibal. in repet. l. post contractum. C. de donat. num.* 174. *Crot. de testib. par.* 7. *num.* 1. *in prin. et numer.* 2.

16 addendo † procedere etiam si deponeret de emendatione vitæ alicuius, vt late prosequitur. *Ias. in repet. l. admonendi*, *ff. de iureiur. nu.* 235. *Cæsal. con.* 294. *num.* 31. *Gail. obseru.* 101. *lib.* 1. *num.* 1. *Scaccia de iudic. lib. cap.* 8. *num.* 401.

17 Ampl. etiam si optimam † redderet rationem sui dicti, *Bald. in l.* 1. *ff. si cert. pet. num.* 5.

18 Ampl. etiam coram † iudice, qui potest summarie, de plano, & sine figura idicij procedere, *Crot. de testib. par.* 7. *num.* 1. *vers. secundo Mascard. de probat. conclus.* 1362. *num.* 5. *et num.* 7. refert dissentientes, sicuti *et Ias. in repet. l. admonendi ff. de iureiur. num.* 225. *et seq. Cotta in suis memoral.* §. *testi non iurato*, *Viuius opin.* 931. *testes cum nu.* 16.

19 Ampl. præsertim in criminalibus † *Marsil. in prax.* §. *diligenter num.* 66. *post med.* addendo etiam si quis sit socius criminis, & semel eua sisse quemdam *pœna mortis*, qui captus cum socio pro furto, qui tortus confessus erat furtum quia socius cum iuramento non fuerat confessus in tortura Naldinum fuisse consocium furti admonendo latronculatores, vt aduertant quod reus iuret de veritate dicenda, quoad socios, & auxiliatores illius delicti, & hoc notandum, & multos doctissimos viros in hoc errare. *Gail. obseruat.* 101. *num.* 1. *circa fin. lib.* 1.

20 Ampl. etiam si deposuissent † coram iudice, qui posset procedere, summarie sola facti veritate inspecta non seruata forma, seu solemitate iuris. *Cæsal. cons.* 294. *num.* 33. *Trentacinque resol.* 6. *de testib. lib.* 2. *numero* 13. vbi refert dissentientes. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 422. & 424. & *seq.* vbi refert dissentientes quos comprobat, & 427. & *seq.* latius examinat.

21 Ampl. vt nec valeat Statutum, vel consuetudo, vt credatur testibus sine iuramento, relati à *Gail. obseruat.* 101. *notum lib.* 1. *num.* 11. subdens *num.* 13. validum esse Statutum, & consuetudinem si illud esset speciale respectu certarum personarum insignium, secus si generale. *Trentacinque resol.* 5. *de testibus lib.* 2. *num.* 11. & eandem distinctionem facit *Euerard. de testibus*, *cap.* 7. *tertiæ part. num.* 3. testaus alicubi extare tale Statutum.

Ampl.

22 Ampl. etiam si causa † sit summaria. *Imol. Iaf. Menoch. relati à Trentacinque de testibus lib. 2. resolut. 5. num. 1. circa med. Viuius opin. 931. num. 16.*

23 Ampl. etiam in teste † perito electo, vt late distinguendo prosequuntur. *Trentacinq; resol. 5. lib. 2. de testibus, num. 15. vers. secunda conclusio.* Mandos. ad Roman. *conf. 20. vers. admittitur, & distinguit Crot. de testibus, par. 7. n. 7. circa med.* an deponat de veritate, vel credulitate. *Staccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 417. & seq.* vbi examinat veritatem distinctionis *Crot.* licet de illa non faciat mentionem.

24 Quomodo autem probetur testem † iurasse dixi *infra §. 25:*

25 Qualiter autem† testes debeant iurare viden *Alberic. de Malet. de testibus, cap. 7. num. 55. & seq. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 619. & seq.* & dixi §. 27.

26 Ampl. etiam si iudici † data esset facultas procedendi arbitrio suo *Scaccia de iudic. lib. 2. c. 8. num. 423.*

27 Ampl. etiam, vbi semel fuit † examinatus, & productis nouis articulis iterum est examinandus, nisi tamen illi pertinerent ad causam, & testis iurasset dicere veritatem super tota causa. *Abb. cap. fraternitatis. 17. de testibus, nu. 1.*

28 Ampl. quod si † examinandi sint testes absuturi, triplex ab illis sit præstandum iuramentum. *Vestrius in praxi; lib. 6. cap. 1. num. 20. circa med.*

29 Limit. vbi testis est persona † nobilis & mortuus. *Viuius opin. 931. testes cum. iuramento, num. 5.*

30 Limit vbi lege, vel consuetudine † iuramẽtum esset testibus remissum. *Euerard. de testib. cap. 7. tertiæ part. num. 3. Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 2. num. 7. vers. admoneo, Felin. in cap. tuis 38. num. 2. vers. alius est,* vbi præterea dubitat de veritate huius limitationis. *Viuius opin. 931. testes cum. nu. 20. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 582. & seq.* late agit.

31 Limit. in teste cuius dicto † cogitur quis acquiescere *Abb. in cap. 2. de testibus, numer. 13.* exemplum referens si testator mandauit hæredi, vt stet dicto alicuius de voluntate sua informati.

32 Limit. vbi agitur de probanda † consuetudine inducta à populo *Inn. in c. 1. de postul. prælat. But. cap. cum in tua, de sponsal.* quos refert, & sequitur *Euerard. de testibus, cap. 8. capit. 3. num. 3. circa fin. Felin. in cap. tuis 38. de testib. num. 2.*

33 Limit. vbi iudex examinat † testes ad suam tantum informationem. *Inn. in cap. cum in tua de sponsal.* sequitur *Bald. in l. qui testamento, § per contrarium, ff. de testam. Cotta in suis memoral. §. testi non iurato, in fin. Cro. de testib. part. 7. num. 32.*

34 Limit. vbi testes† examinantur pro informatione famæ promouendi ad dignitatem aliquam *Felin. cap. tuis 38. de testibus, num. 2. versic. alius est.*

35 Limit. vt saltem faciat † † præsumptionem, *Dec. conf. 559. num. 8. Mascard. de proqat. conclus. 1362. num. 18. relati à Trentacinque. resol. 5. de testibus, lib. 2. num. 7. Decian. conf. 66. num. 8. lib. 2. & conf. 128. lib. 3. num. 11.*

36 Limit. vbi data est potestas † iudici; vel arbitro procedendi de facto, & sententiam ferre de iure. *Cotta in suis Memoral. §. testi non iurato, vers. sed in contrarium, Crot de testibu, p. 7. num. 5*

37 Limit. in possessorio † *Rol. a Val. conf. 8. lib. 4. num. 31. Neuiz. conf. 80. num. 7.*

38 Limit. in mero exequutore † gratiæ apost. in forma dignum, vel cum clausula si idoneum reperies, vt dixi *supra §. 15. limit. 7. Cro de testibus, part. 7. num. 10.*

39 Limit. vbi testes † recipiuntur super notorio, & consuetudine populi. *Mascard. de probat. conclus. 1362. num. 17.* & dixi *supra §. 15. limit. 6. Crot. de test. par. 7.*

40 Limit. vbi de † consensu expresso vtriusque partis remittitur iuramentum testi. *Abb. c. tuis 38. de testibus, num. 3.* vbi rationem refert *Iaf. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. num. 235. post med.* subdens *num. 236.* an præterea requiratur consensus iudicis. *Crot. de testibus part. 7.*

41 *num. 12.* sublimitando *num. 21* † si agatur de dirimendo matrimonio, secus si de coniungendo *Viuius opin. 931. num. 18.* declarando procedere in ijs quæ à partium voluntate pendent. *Gail. obseru. 101. notum num. 2. vers. potest,* vbi rationem refert, subdens *num. 5.* iudicem posse deferre iuramentum non obstante partium

42 remissione † sublimitando si agatur de fauore publ. vel animarum salute. *Trentacinq; resol. 5. lib. 2. testib. num. 8.* referendo qui velint sufficere consensum eius, contra quem inducitur examinando, *num. 9. & seq.* an etiam requiratur iudicis consensus, quem non requiri concludit. *Enerad. de testibus, cap. 7. part. 3. in fin. testans de veriori Marant. in prax. port. 2. §. aggredior. num. 39. Afflict decis. 191. num. 7. vers. item de Scaccia late de iudic. lib. 2. cap. 8. nu. 561. & seq.*

43 Limit. vbi testis fuit † electus, vt deponeret, quod sibi videretur *Roman. conf. 20. viso puncto, num. 6.*

44 Limit. vbi testis iterum † examinatur per modum declarationis prioris examinis. *Rom. conf. 482. num. 8. & 9.* vbi late compobat. *Gail. obseru. 101. notum. lib. 1. num. 15. Trentacinq; resol. 5. lib. 2. de testibus, num. 10. Viuius opin. 931. testes cum num. 19.*

45 Contrarium † tenet *Felin. in cap. præsentata de testibus, num. 4 relaţi a Trentacinq. resol. 5. num. 2. vers. est adeo de testibus, lib. 2.* si examinetur iterum super eisdem articulis.

Concorda per *Trentacinque resol. 5. num. 2. vers. est adeo de testibus, lib. 2.*

46 Limit. vbi testis fuisset † ab vtraque parte approbatus. *Roman. & Bartol. relati a Trentacinque var. resol. lib. 2. de testibus, resol. 5. n. 12. Euerard. de testibus, cap. 7 part. 3. num. 3. vers. item si vtraque.*

47 Quid si non iurauit † ante examen, sed post, videndi sunt. *Tiraquel de retract. conuention. §. 1. glos. 5. num. 8. Rebuf. de inquisition. art. 12. glos. 1. num. 5. Mellus a S. Gemin. de testib. n. 60. & seq.*

& seq. Fel. cap. de testib. 29. *de testib. num.* 5. *&*
seq. addentes *ad Vestr in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 36.
Scaccia de iudic. lib. 2. *cap.* 8. *num.* 533. *& seq.*
48 Si iurauit testis durante † dilatione, & exa-
minetur illa finita dicitur deposuisse infra dila-
tionem *Nellus a S. Gemin. de testib. num.* 71. *&*
72. eam afferens rationem, quia depositio testis
trahitur ad tempus iuramenti, & dixi §. antece-
denti in fin. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 3. *&*
seq. plurib. vbi defendit stylum Cur. Capitolij a
quo videtur induci falsitas subdens illam ea cõ-
suetudine in multis excusari, & pati. *Guid. Pap.*
decis. 125. *practicatur. Bero. in cap. licet causam.*
de probat. nu. 76. *& seq. examinant. addentes ad*
Vestrium in prax lib. 6. *cap.* 2. *nu.* 59. 60. *& seq.*
Euerard. de testib. cap. 7. 3. *par. num.* 5. vbi limi-
tat si datus sit terminus ad probandum, & pro-
bationem faciendam nisi testes degant in lon-
ginquis.

---

§. XXIX.

SVMMARIVM.

Citatio ad videndum iurare & examinari testes, qualiter concipiatur. 1. 5
Quarela in notarios Rota porrecta a Scaccia. 2
Recognitio instrumenti, vel apoca qualiter fiat. 3. 4.
Citatio quando producuntur articuli qualiter cõcipiatur. 6. *et examinatur illius formula.* 7
Examen testium non citata parte ad dicendum contra articulos est nullum, & non probat. 8. *Ampl. ibid. Limit.* 9. 10. 11. 12. *Stilus Curiæ Capitolij in examine testium.* 13

SVbdam hoc decimonono, §. & sequentibus
aliqua præcedentibus tribus. §§. commu-
nia: nam cum sup. *§.* 25. *& seq.* dixerim
partem colliticaneam esse citandam ad viden-
dum iurare, & examinari testes si quæratur qua-
1 liter concipiatur † talis citatio. Notandum est,
quod vel agitur de examine testium super reco-
gnitione iurium, vel super articulis ad aliquid
probandum. Si primum præmisso nomine Iu-
dicis. Citationis tenor coram A. C. & alijs iudi-
cibus Romanæ Curiæ, is est. *Citetur N. ex ad-*
uerso principalis ad dicendum contra iura pro-
ducta, & repetita: videndum iurare, recipi,
& examinari testes super illorum recognitione,
quatenus opus sit, & probandum admitti: &
mandari restitui dimissa copia cum originali
concordata ad primam diem, excipiente, vel
non excipiente reo, iudex semper admittit iura,
si & inquantum, & mandat recognosci, nisi ad
primam diem cum intimatione, si autem pro-
ducantur iura in Rota, vbi notarij præcipuam
mercedem habent, ex confarcinatione registro-
rum, cartulam citationis extendendo, & dila-
tando centenis folijs cum † mille falsitatibus de
stylo, quæ non puniuntur, vt conqueritur,
Scaccia de iudic. lib. 2. *cap.* 8. *nu.* 3. *& seq. plurib.*
additur terminus, *ad videndum committi nota-*
rio iuramenta testium, vt dicam de citatione
ad dicendum contra articulos. Productis iuri-
bus notario, nisi pars citata excipiat, non reco-
gnosci nisi cum interrogatorijs dandis ab exci-
piente, vel per bucos & fenestrellas, inducun-
tur die productionis, vel deinde quandocumq.
testes, qui cum iuramento illa recognoscant de-
3 ponendo † quod illa sint scripta a Titio, quia
notam habent illius manum, seu scripturam,
Vest. restans ita seruari *a Rota in prax. lib.* 6. *c.* 1.
num. 8. *vers. nihilominus*, quamuis id sit contra
4 iuris communis dispositionem. Latius † tamen
de requisitis, vt solemnis sit talis recognitio a-
gunt. *Alex. cons.* 7. *lib.* 3. *num.* 1. *& seq. Ioseph.*
Ludouic. dec. Perus. 7. *Genua, tract. de priuat.*
scriptur. lib. 2. *quæst.* 1. *num.* 202. *& seq. plurib.*
& 225. *& seq. Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.*
933. *& seq. plurib. Farinac. cons.* 70. *ad fin. nu.* 12
vsq. in fin. Gonzal. ad regul. 8. *glos.* 64. *Grammat.*
Theorem 15. & dixi etiam *in meis Collectaneis*
ad §. si quis igitur. vers. etenim tales de instru.
Cautel. & fide. reliquis omissis, quia deseruiunt
5 quæ mox dicam. Dixi super recognitione † iu-
rium, quia si is terminus esset omissus nihil ope-
raretur facta recognitio. *Veral. decis.* 4. *par.* 3.
Si vero agatur de examine testium super posi-
6 tionibus, vel articulis. † Citationis formula
est, vt præmisso nomine iudicis, citetur pars
ad dicendum, contra articulos facto in actis da-
tos, videndum illos ad probandum admitti, in
Curia, & extra; & committi notario iuramen-
ta testium cum illorum examine ad primam
diem, & post quam commissum fuerit viden-
dum iurare testes super articulis & tota causa,
pro utraque parte dicere veritatem, in eorum,
vel notarij domibus, & vbi reperti fuerint, ad
primam diem cum viginti sequentibus, dandũ
interrogatoria, quatenus dare intendat, alias
videndum mandari examinari sine, ad primam
diem.
7 Dixi, *ad dicendum* † *contra articulos facto*
datos, quia in quolibet actu alicui præiudiciali
semper est citandus is de cuius præiudicio agitur
eum actum fieri. *l. de vnoquoque ff. de re Iud.*
Ideo examen testium factum non præmissa ci-
tatione ad dicendum contra articulos est nullũ,
8 † & non probat. *Abb. in cap.* 2. *de testib. num.* 16
& late Fel. nu. 32. *Dec. num.* 69. *vers. successiue*
ampliando etiam si quis fuisset ab initio citatus
ad totam causam. *Cas. de Gras. decis.* 14. *de te-*
stib. num. 2. *Rota decis.* 8. *de testib. in nou. Guido-*
bon. decis. 79. cum alijs cumulatis *a Gabriel. de*
citation. conclus. 1. *num* 104. Nisi tamen aliud
9 seruetur † de stylo alicuius prouinciæ, vel
Curiæ, vt in Hispania, teste *Gonzal. ad regul.* 8
cap. annotat. contra nullit. num. 108. asserendo
eum stylum fuisse approbatum a Rota, saluando
examen factum sine citatione ad dicendum con-
10 tra articulos. Vel nisi per † æquipollens ser-
uatus fuisset is terminus. *Gonzal. ibidem. n.* 109
& seq. referens modos æquipollentes. Aequi-
11 pollentia autem † adesset si partibus præsenti-
bus fuissent recepti a iudice articuli, & quamli-
bet partium ad probandum admisisset intentio-
nem suam salno iure impertinentium, & non
admit-

admittendorum cum termino competenti, & partibus communi, vt censuit Rota coram *Comitulo in Colagaritana oblationum* 26. *Maij*
12 *1690. relato Veral.decis.149.part.3.* † velintimatur commissio receptoris, in qua continetur, quod examinabuntur testes super articulis hinc inde productis. *Gonzal.d.cap.annot.num.*110. *Cas.de Grassis decis.* 14. *de testib. num.* 4. Hæc dixi vbi testes sunt examinandi in Rota, vel co-
13 ram Auditore Cameræ, vel Vrbis Vicario † si autem in Curia Capitolina videndus, *Scaccia, de iudic.lib.2,cap.8,num.1.& seq.*

---

§. XXX.

SVMMARIVM.

Citatio an requiratur ad videndum admitti articulos ad probandum. Negatiua. 1. *Affirmatiua. Et quod iudex debeat interloqui super admissione.* 2. *& quare.* 4. *Ampl.*5

Clausula Saluo iure *impertinentium, et non admittendorum articulorum virtus.* 7. 8

Articuli quando dicantur impertinentes. 8. 9. *in dubio censentur pertinentes.* 9. *obscuri, et qui longa egent disputatione sunt admittendi cum* Clausula *Saluo iure impertinentium.* 10. *Ampl.*11. Cautio *circa illorum conceptionem:* 12

Clausula Et cetra virtus. 13.

Fama qualiter probetur depositione testium. 14

1 DIxi secundo, *videndum* †. *illos ad probandum admitti,* quia licet aliqui affirment iure cautum non reperire, iudicem debere super admissione articulorum interloqui. *Vest.in prax.lib.5.cap.15.num.*1. addendo adhuc non inuenisse rationem huius praxis, quia quoties iudex recipit articulos apud actuarium suum, tacite dicitur illos admisisse, & ita censuit Rota in causa attentatorum, & quacumque beneficiali, modo ius dantis contineant, *decis. 10.de testib.in nou.et decis.*11. *de probat. in nou. post med.* concludens non esse magnum peccatum si seruatis omnibus terminis reciperentur testes super articulis pertinentibus, nihil de admissione pronunciando, quia iudice recipiente testes, admittit articulos saltem tacite, & iudices de partibus numquam interloqui super admissione, vel repulsione articulorum, nec ista esse de substantia ordinis iudiciarij, nec illius omissio vitiat receptionem testium, idem censuit. *Abb.teste Fel.in cap.2.testib.num.32.vers. sed aduerte relati a Franc.in cap.præsentium. §.testes de testib.in sext.nu.* 4. *in fine relati a Mascard.de probat.conclus.*131.*numer.* 2. *vers. Contrarium.*

2 Verior tamen est opinio quod parte † citata fieri debeat à iudice decernente, quod admittantur articuli ad probandum. *Fel.cap.2.de testib. num.*32. reprobato *Abb.* aliud sentiente, & refert alios eum consentientes, & præcipue *Rotam decis.90.in nouis.* Franc. *in cap. præsentium §, testes de testib.in sexto num.4.* vbi alios congerit *Alberic.de maletis tract.de testib.par.7. n. 6.et seq.et 9.* concludens quod licet controuersa sit quæstio an a iudice sit interloquendum super
3 admissione articulorum † optimum esse citare partem pro admissione articulorum, & ita vidisse seruari, cum alij cumulatis *a Mascard. de probat.conclus.*131.*num.* 1: *et seq.* & ratio est,
4 quia † cum articuli possint esse impertinentes, & præiudiciales ei, contra quem producuntur, citandus est is, cui expedit illos non produci, et admitti, *l.de vnoquoque ff.de re iud.Ias.in in l. nequidquam, ff. de offic.proconsf.num.* 23. constituens pro regula in omni interlocutoria citandam esse partem.

5 Et in tantum est necessaria citatio et † decretum admissionis articulorum, vt detur appellatio ad vtrunque effectum. *Franc cap.præsentium §.testes de testib.in sex.num.4.vers.secundo,* referens plures Rotæ decis. quas repetit *Vest.in*
6 *prax.lib.5.cap.15.num.4.* Quibus autem † ex causis impugnentur articuli, ne admittantur, videndi sunt. *Spec de positionibus §. 7. num;* 1. *vsque in fin.* Vest. *in prax.lib.5.c.15. n.* 4. et notissime *Nicol.Caluol.in prax.§. artic. conclus.*1. *num.3.vsque in fin.* Si tamen tantum esset quæ-
7 stio de pertinentia† vel impertinentia articulorum, ne de lite fiant lites, stylus est, interloqui iudicem, admittendo articulos Saluo iure impertinentium, et admittendorum, qua reseruatione remanent illæsa iura eius contra quem illi producuntur præsertim vbi contra eosdem fuit dictum generalia contra, per quam præseruantur omnes exceptiones reo competentes. *Vestr.in prax.lib.6.cap.*14.*num.6.* Articuli au-
8 tem quando dicantur impertinentes † videndi sunt. *Bald.in l.si defensor.ff.de interrog.art. nu. 23.Ias.l.si duo patroni, §.idem Iulianus, ff.de iureiur.num.*13.*Dec.in cap.2.de testib.num.73. Paris.cons.*122.*clarissimus num.1.et 6.liq.*1. *et cons.67.num.12.et cons.31.nu.54.et seq. vol. 4. et cons.60.num.7.vol.3.Bertrand.cons.142.n.8. vol.1.et cons.198.vol. 3. Papiens.in praxi cap. forma cap.actor.§.1.num.6.* In dubio tamen
9 † quia non sunt angustandæ probationes articuli semper admittuntur Saluo iure impertinentium. *Dec.cap.2.de testib.nu.*74. addendo hanc esse praxim. *Alberic.de Maletis de testib. par.7:*
10 *num.*100. concludens † articulos obscuros, vel qui longam recipiant disputationem esse admittendos, Saluo iure impertinentium. *Paris.cons. 67.capitulũ n.38.et seq.lib.3.Mascard. de prob.*
11 *conclus.*132.*articulos numer.4.et seq.* & † sæpe etiam post lapsum terminũ datum ad probãdum, & publicatis dictis testium. *Mascard.de probat. conclus.*133.*et seq.articulos.Vestr.in prax,lib.5. cap.15.num.8.et dixi in meis Collectaneis ad auth.at quisemel* C.*de probat. et clem.* 2. *de testibus.*

Circa articulorum conceptionem duo quamuis videantur non conuenire præcedentibus sũt
12 notanda † quod si agatur de probando actu aliquo requirente certum temporis spatium, vel qui sit factus multos ante annos, addatur clau-
13 sula † et citra, vt puta ita seruatum a decem an-

Z 2 nis

nis & citra, nam sine copula, & non concludit de certo tempore, quia verificari potest de die hesterna, aut quod ita fuerit seruatum tres ante dies. *Bart. in l. celsus, ff. de vsucapien, num.22. & seq.* vbi *Baldus quæst. 1. numer.9. Serafin. decis.469.num.1.* cum alijs cumulatis à *Gonzal. ad regul.8.e.annot.contra nullit.n.85. & seq.* addendo, *num.88. & seq.* cessare talem difficultatem, si articuletur de tempore continuato, & de tempore continuo deponat testes

14 Secundo, quod testis deponens † super articulo famæ, debet deponere non solum de tempore præsenti, sed etiam de præterito, vt puta fuit, & est fama *cap. licet ex quadam 47. de testib.* vbi *Ancar.num.5. Abbas. nu.3. vers. item nota Alex.cons.150. lib.5. num.18. Veral.decis.9.& 413. part.2.* cum alijs cumulatis à *Gonzal. ad regul.8. cap.annot.contra nullit. num. 93.* addendo multum posse in hac materia iudicis arbitrium:

§. XXXI.

SVMMARIVM.

Examen vt sit validum exprimendus est locus, vbi illud fiet. 1. Ampl. 4. Limit.2.
Collaterales Curiæ Capitolij anno 1634. fuere Laurentius, Marcellus, Veliternus, & Zongus Hondedeus Pisauriensis ciuis. 3
Examen testium factum extra locum deputatum est nullum. 7. Ampl.7. Limit. 8.9.10.

1 DIxi tertio, *in Curia, & extra*, vt admoneam † pro validitate examinis exprimendum esse locum, vbi illud fiet, exemplo eorum quæ dixi de substantialibus instrumenti *supra §. 9.* quæ ad casum nostrum considerat *Put.decis.256.Senator lib.1. num.1. & Mantic. decis. 64. fuit in princ.* Notandum

2 tamen quod aut examen fiet coram ordinario, & sat est exprimi locum in genere, vt puta in Curia, & ita seruatur in praxi, quia per expressionem antecedentem nominis iudicis, vt puta Senatoris, Vrbis, vel vnius ex duobus Collate-

3 ralibus illius, qui hoc anno 1634. sunt † primus Laurentius, Marcellus, ciuis Velliternus, & secundus est Zongus ex nobili familia Hondedæorum in ciuitate Pisauri, cum subsequenti appositione nominis notarij certo scitur, vbi fieri debeat testium examen. *Veral.decis.274. n.4.*

4 *part.1.* Aut vero examen † fit coram delegato, & tunc quia is non habet certum locum, vbi exequatur sibi demandata, debet ideo illum eligere, cum expressione loci, & parti intimare alias examen est nullum. *Natta cons. 23. viso num.1. Puteus decis. 156. Senator. par. 1.* Nisi ex præcedentibus circumstantijs expressis

5 colligi potest † certitudo loci futuri examinis, vt arguendo ab instrumento in quo locus de substantia est exprimendus, censuit *ex Bart. in repet. l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend. num.27. & Bald. cons. 208. lib.1. nu. 2. & 4. Veral.decis.274.part.3.num.1. Rota teste Mantic.decis.64. fui num.1.* vbi ex hac ratione excusatus fuit processus remissorialis factus Madriti *& in Callaguritana oblationũ.36. Martij 1590.coram Comitulo.* Ideo examen factũ extra

6 † locum deputatum est nullũ vt dictum fuit coram *Orano in Portalegren. decimarum 11. Februarij 1591. per cap. statutum, §. si in nullo de rescript. in sext. Cassad. decis. 8.n.10. de rest. spol. Puteus decis.262. Senatus. lib.1.* addendo

7 procedere etiam si notarius † per errorem expressisset locum, vbi factum fuit examen, & in contingentia facti talis erroris, & exciperetur de nullitate examinis, Rotam censuisse, vt per signaturam Papæ sanaretur talis defectus, cum ambæ partes consensissent in loco erroneo expresso fieri examen, subdendo hanc nullitatem

8 cessare si de expresso partium consensu factum fuisset examen extra locum deputatum. *Rota*

9 *decis. 15. de offic. deleg. in nou.* vel factum † in loco alias electo iudice delegato noto partibus.

10 *Veral.decis.274. num.4.* vel contrarius † esset stylus non exprimendi locum, vt idem subdit, *num.5.*

§. XXXII.

SVMMARIVM.

Iuramenti testis receptio, an committi possit notario à iudice. 1.2.3. cautio adhibenda, quando fit talis commissio. 4.ampl.& limit.6.
Iuramenti delatio est actus competens, habenti iurisdictionem. 2. non potest fieri die feriata. 5.

1 DIxi quarto, † *committi notario iuramenta testium;* & omisso examine, an index possit id facere, & affirmatiua sit recepta de stylo omnium Curiarũ. *Seaccia de iud. lib.2. cap.8. nu.36. & seq. Farinac. de testib. quæst. 77. num 178. & seq plurib.* dicendum est cum

2 delatio iuramenti, sit actus competens † habenti iurisdictionem. *cap. fin. de iuriur.* non valet talis delatio, nisi fiat à iudice, vel alio de illius mandato, *cap. fin. de iuriur. cap. sicut de probat. Bart. in l. videamus, §. deferre, ff. de in litem. iurand.num.1. in fin.* quem sequitur *Felin.in cap. tuis 38. de testib. nu. 7.* addendo re-

3 quiri expressum † mandatum iudicis ad recipiendum iuramentum, nec sufficere tacitum ex præsentia iudicis non contradicentis, dum illud defertur, & recipitur.

4 Notandum tamen, quod notarius † cui index committit receptionem iuramenti testium, vt ille notet in suis actis, qua die, mense & anno, datum sibi fuit tale mandatum, & receperit iuramentum, nam licet die feriata possit examinari testis, non tamen feriata die potest † reci-

5 pi iuramentum, vt dixi *§. seq. vers. septimo,* exceptis tamen casibus priuilegiatis de quibus *in cap. 1. de ferijs,* vbi *gloss. & DD. & in cap. decreuit 22.q.5. Spec. de ferijs, §.2. num.3. Seaccia de iudic. lib.2.cap.8. num.127.& seq.*

Posi-

6 Posito ergo, quod iudex potest † committere notario receptionem iuramentorum testium, ampliari, & limitari potest, hoc assumptum, omnibus casibus, qui colligi possunt ex dicendis, *§. sequenti*, magnam enim connexitatem habent duo isti actus, iuramenti delatio, & examen testium.

§. XXXIII.

SVMMARIVM.

Examen testium non potest committi notario. 1. 10. *et quare.* 2. 6. 7. 8. *Ampl.* 4. 5. 9. *Contrarium.* 11. *Ampl.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. *Limit.* 21. 23. 24. 25. 26. 27. *sublimit.* 22

L. 3. §. ideoque, ff. de testib. declaratur. 3. 8.

Stylus Cur. Neapolit. in examine testium. 17. *item Bononiensis. ibid. Vrbis.* 18.

Interpretes eliguntur in examine, & qualis sit illorum munus. 19. *peccant & puniendi sunt reuelantes dicta testium.* 20

Notario, an credatur qui in suis rubricellis notauit sibi fuisse commissum examen. Negatiua. 31. *Affirmatiua.* 32. *Concorda.* 34. 35

Notario exemplanti instrumentum ab alio rogatum ex auctoritate sibi data datur fides. 33

Examen testium si alicui committatur est etiam commissa receptio testium. 36. *an fieri die praestiti iuramenti.* 36. *factam a notario non praecedente commissione iudicis nullam.* 39. 41. *limit.* 40

Notarius non potest examinare testes, nec iuramenta illorum recipere sine commissione iudicis. 31.

Stylus Rom. Cur. in examine testium. 38

Confessio facta absente notario, & iudice, non probat plene, nec est iudicialis. 42

Iuramentum in litem, non potest deferri a notario, nisi iudice praesente, & mandante. 43

Testes iurati die iuridica possunt examinari die, non iuridica. 44

Testes si iurarunt durante dilatione, possunt examinari illa finita, nisi sit data cum copula, & ad probatum habendum. 45. *limit.* 47

1 Dixi quinto, *eum illorum examine*, quia de iure communi testes † sunt à iudice, ipso, & non ab alio examinandi, *l. 3. §. ideoque diuus, ff. de testib. l. mulier, C. de iudic. §. illud auth. vt defunct. seu funer. eorum*, vbi iudicibus praecipitur, ne per suos consiliarios testes recipiant. *l. solam, C. de testib. quare Cicer.*
2 *in topic.* dicebat † saepe vultus, rubor, & titubatio faciũt, vt minus fidei alicui praestetur. Ideo Calistratus in *l. 3. §. ideoque*, † *ff. de testib.* dicebat, *tu magis scire potes quanta fides sit adhibenda testibus, & qui simpliciter visi sunt dicere*, an ad ea quae interrogaueras ex tempore verisimiliter responderint, per vnum, & eumdem meditatum sermonem per quem textum. *Spec. de testib. §. 7. num. 5. & seq.* concludit iudicem debere curare, vt à notario scribatur, quod aliquem ex testibus repererit vacillantem, dum examinaretur, exprimendo modum vacillationis, titubationis, tremendo, sudando, loqueretur, vel efficeretur pallidus, dolens tacite, *ibid. num. 2. in princ.* id non obseruari in Rom. Cur. *Ias. & ab illo relati, in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. num.* 215, negat examen testium pos-
4 se committi notario. † Imo illud esse nullum concludit *Crot. de testib. part. 7. num. 36. Grau. ad Vestrium in prax. lib. 6. cap. 2. n. 47.* & adeo est inualidum examen testium factum coram
5 notario absente iudice, quod si falsum deposuit non puniatur poena falsi. *Bart in l. si quis legatum, ff. ad l. Cornel. de falsi. Agel. 1. C. de sepul. violat.* quos refert & sequitur *Grauat. ad Vestr. d. cap. 2. num. 49.* inde factum assumptum, quod
6 ad iudicem † spectat recipere testimonium, scribere vero testium dicta ad notarium. *Marsil. in prax. §. postquam, num. 18. & in l. de minore, §. plurimũ, ff. de quaestion. nu 12. relati a Scac. de iudic lib. 2. cap. 8. num. 36. & seq. et 45. et seq. et cap. 9. num. 652. Viuius opin. 927. testium examinatio.*

Ex ijs quae retuli sancita fuisse *in. l. 3. §. ideoque, ff. de testibus*, nata est apud nostros iuris interpretes controuersia, an iudex possit notario committere testium examen, & qui negatiuam
7 † sunt amplexi ea mouentur ratione, quod cum pesitum sit in iudicis arbitrio, quam fidem praestet testibus, & ex ore, oculis, voce, gestu illorum arguatur veritas eorũ, quae deponunt *Crot. in l. Titius. ff. de ijs qui not. in fam. num. 4. et ad uertit Scaccia de iudic. lib. 2. cap. . nu. 36. circa fin. & cap. 9. num.* 880. vbi refert singularẽ cautelam, vt iudex, qui committat examen extra suũ territorium informaretur de persona, & qualitate testis si iudex non videat, nec audiat vultũ, & verba testium, non poterit animum suum informare quantam fidem adhibeat eorum dictis.

8 Addatur, quod cum a lege sit electa † iudicis industria in examine testium, dum referente Calistrato in *d. l. 3. §. ideoque, ff. de testib.* rescripsit *Adrianus Imperat.* magis potest scire quanta fides sit habenda testibus *Innoc. in cap. eum Bertoldus de re iudic num. 4. Crescent. decis. 1. num. 2. & 6.* non potest iudex alium eligere,
9 qui testes examinet † praesertim si iudex sit delegatus quales sunt omnes iudices in curia, seu faciẽ Principis.

10 Huius negantis opinionis † fuere. *glos. in auth. sed iudex verb. ministris, C. de Episcop. et cleric. & Salic. ibid. nu. 2. vers. opp. contra. Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. num. 42. & seq.* cuius dicta repetit *Ias. ibid. in secund. centur. nu. 208. et plurib. probat. num. 212.* cum alijs cumulatis *à Farinac. de testib. quaest. 77. cap. 4. n. 175 et 179.* addentes *ad Vestrium in praxi, lib. 6. cap. 2. num. 45.*

11 Contrarium scilicet, quod iudex † possit cõmittere examen notario firmarunt. *glos. in c. 1. verb. eorum nuncio de testibus cogend. vbi Imol. in princ. vers. item nota quod articulus receptionis testium est delegabilis, et Ancar. num. 4. vers. ex quo collige Abb. in tertio notab. Io. de Anan. nu. 2. in primo. not. Cyn. in l. iudices circa* fin.

fin. verf. tu dicat C. de fid. istrum. vbi Fulgos. verf. Nota examinationem. *Bal. in c. si qui testium de testib. num.* 1. *verf. Scias, quod nullus tabellio potest in absentia iudicis recipere testes, fine speciali mandato, Campeg. de testib. regul.* 285. *circa med.* asserens quotidie obseruari quod iudex committat examen notario, & ita communi stylo obseruari, & non esse ab ista opinione recedendum, tamquam communiori testatur *Farinac. de testib. quaest.* 77. *cap.* 4. *num.* 178. *& 178. in fin.* idem firmat pluribus cumulatis. *Scaccia de iudic. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 42. *et seq.* & ita censuit Rota teste *Beltramin ad Ludouis. decis.* 368. *num.* 9. *Alber. in auth. sed iudex*, C. *de episc. n cleric. num.* 1. *circa med. Viuius. opin.* 927. *testium examinatio num.* 17.

Amplectendo itaque affirmatiuam opinioné, vt iudex possit committere notario examen te-
12 stium † illam praeterea ampliambis, si iudex multitudine causarum, non potest adesse examini. *glos. auth. sed iudex verb ministris C. de episc. & cleric. ibi Alberic. num.* 1. pluribus hoc probat *& Sal. num.* 2. *verf. oppono contra Vest. in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 12. testans ita seruari in Romana Curia. *Farinac. de testib. quaest.* 77. *cap.* 4. *num.* 195. *Capic. decis.* 90. *num.* 7. *circa med. Saccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 44.

13 Ampl. etiam vbi agitur † de examine testium super recognitione instrumentorum. *Cyn. in l. iudices, C. de fid. instrum nu.* 1.

14 Ampl. etiam vbi alia iusta causa † impeditur iudex ipse examinare. *Capic. decis.* 90. *num.* 6. *circa med.* addendo si examen testium reperiatur a iudice notario commissum, praesumitur cõmissum ex iusta causa licet de illa non appareat. *Vestrius in prax lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 12. *circa med. Viuius opin.* 927. *Testium examinatio num.* 17 *Campeg. de testib. regul.* 286. *Quando iudex. verf. Tertio fallit.* asserens de consuetudine, vt ob impedimentum, possit iudex committere examen notario, tacite innuens id illi concedi etiá vbi non est impeditus *Farinac. de testib. quaest.* 77. *cap.* 4. 292. *& 193. dum prius num.* 182. *firmasset* causam praesumi, vbi iudex commisisset examen notario, etiam non constito de impedimento idem firmat. *Capic. decis.* 90. *num.* 6. *in fin. Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 44.

15 Ampl. etiam sine causa, *Campeg. de testib. regul.* 186. *verf. Tertio fallit. Farinac. de testib. quaest.* 77. *cap.* 4. *num.* 195. *in fin.*

16 Ampl. praesertim si agatur de examine † testis, qui sit infirmus, senex, vel alias impeditus venire coram iudice, vel sit mulier, vel persona egregia. *Bal. in cap. si qui testium de testib. num.* 2.

17 Ampl. praesertim si agatur de examine † testium, vbi de consuetudine, vel stylo tribunali iudex committit examen testium. *Campeg. de testib. regul.* 286. *verf. Tertio fallit. Capic. decis.* 90. *num.* 7. *Scaccia de Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 40. qui testantur de consuetudine Neapolitana, & Bononiensi, & ego addo, & testor talem esse consuetudinem omnium tribunalium vrbis, & eamdem consuetudinem viguisse antiquitus, dum *Spec. de Testib. §.* 7. *num.* 5. *& seq.* Lamentatur in Rom. Curia, non obseruari, vt testes examinentur coram iudice, nam ab anno 1599. quo in Vrbem veni, & vbi assidue sum moratus, alienas, & quandoque proprias lites agendo, & defendendo, sine controuersia vidi committi examen notario super articulis, vel positionibus, vel recognitione iurium electo vno interprete pro reo, altero pro actore, qui examini assistant, & examinent coram notario, prius super interrogatorijs, deinde super articulis, & vbi interpretes duo, non conueniunt eligitur tertius, qui illorum vices gerat, & talis electio fit a Iudice, a communiter accidentibus interpretes praefati solent statim post examen significare ei pro quo interrogarunt quid & quantum testes deposuerint, non aduertentes in ius & officium suum peccare, & puniri posse, vt latè prosequitur. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 620. *& seq.* & prius firmauerat *Euerad. de testib. par. tertia cap.* 7. *num.* 6. *vsque in fin.*

18 Ampl. praesertim, vbi committitur † notario Curiae iudicis committentis. *Scaccia, de indic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 50. *in fin. & num.* 51. *& seq.* rationem refert *& cap.* 9. *num.* 667.

19 Ampl. etiam in iudice delegato. *Innoc. in cap. cum Bertoldus de sent. & re iudic. numer.* 3. *Rota diuers.* 630. *Comes. par.* 1. *num.* 1. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 51. *& cap.* 9. *num.* 687. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cap. Annotat. cont. nullitat. num.* 115.

20 Ampl. etiam sine consensu † & cum contradictione partium, si iudex occupetur multitudine negotiorum. *Mohedan. decis.* 4. *de testib. relato. Alex. in l. hac consultissima. § si quis autem C. de testam.*

21 Limit. in criminalibus † *Bal. in cap si quis testium de testib. in prin. & num.* 1. *Campeg. de testib. regul.* 28. *verf. secundo fallit, & ibi ad-*
22 *dentes verf. Regulariter.* vbi limitat † & *Bald. auth. apud eloquentissimum* distinguit *Farinac. de testib. quaest.* 77 *cap. num.* 196. *& seq.* examinat sicuti *& Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 605. *& seq. &* 651. *& seq. &* 671. *& seq.*

23 Limit. in causis grauibus † *capit. a nobis qui matr. accus. pos. vqi glos. Bal. in cap.* 1. *si de inuest. feud fuer. content. Campeg. de testib. regul.* 286. *verf. Decimo fallit. Capic. decis.* 90. *num.* 5. *Farinac. de testib. quaest.* 77. *cap.* 4. *num.* 199.

24 Limit. vbi alicui & commissum nudum, & merum examen testium. *Alberic in auth. sed iudex C. de episc. & cleric. num.* 2. *Farinac. de testibus quaest.* 77. *cap.* 3. *num.* 150. *& seq* pluribus vbi hanc limitationem examinat. *Scacc. de iudic lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 683. *in fin. &* 688. vbi in fin. reprobat *Abbatem* male allegantem *Innocentiũ* pro contraria sua opinione.

25 Limit. vbi cum examine † data esset facultas notario citandi & compellendi testes ad subijciendum se examini. *Rot diuers. decis.* 630. *Comes par.* 1. *num.* 2. *verf. Nec multum. Beltram. ad Ludouis. decis.* 360. *num.* 9. *circa med.* cum assercntes rationem, quia Citatio, & compulsio sunt actus iurisdictionis, qui notario demandari non possunt.

26 Limit. vbi cum examine daretur † notario facultas

cultas cognoscendi de pertinentia, vel impertinentia atticulorum, vel interrogatoriorum. *Felin.in cap.cum causam de testib.nu.*30.*Campeg.de testib.regul.*286.*vers.octauo fallit*, quia talis facultas est actus iurisdictionis, vt dicebam in antecedenti limitatione. *Scaccia de iudic.lib.* 2.*cap.*8.*num.*51.*vers.Creditorem.*

27 Limit. vbi notarius deputatus † a iudice fuit cum iuramento recusatus, etiam causa non expressa. Nam si ille examinet testes nihil probat *Alex.cons.*104.*circa, lib.*5.*num.*2.*vsque ad* 6. *Gonzal.ad regul.*8.*Cap.Annot.contra nullitat. num.*98.*et seq.*

28 Limit. in causis † arduis. *Capic.decis.*90.*Farinac.de testib.quæst.*77.*cap.* 4.*num.* 196. Quæ
29 autem sit causa † ardua tradit. *Thesaur. decis.* 61.*Iuramentum num.*2.*et seq.* vbi præmisso, quod causa dicatur ardua, vel ratione personarum, contendentium, vel ratione rei, vel iuris de quo contenditur, tandem id remittit iudicis arbitrio, propterea quandoque vidi testes examinari in domo Auditoris Rotæ, vel vt facilis esset recursus ad iudicem discordantibus interpretibus circa scripturam depositionis testium, vel interrogatoriorum faciendorū testi, vel quia reus, vel actor, eum locum elegerit, praxis ta-
30 men admittendi in examine testium † interpretes, sicuti admittitur contra ius commune, ita sæpe parit turbas.

31 An autem credatur notario asserenti qui † in actis suis scripsit, sibi fuisse commissum examen testium, negatiuam tenent. *Host.Ioan. Andr. Butr.et Abb. quos refert et sequitur Alex. cons.* 104.*circa lib.*5.*num.*6. & alios contententes. *Guid Pap.decis.*126.*an in hac*, addendo ita iudicatum fuisse, & publico Edicto ita sancitum *Afflict.decis.*317.*In causa* vbi referr, ita decisum, late comprobans hanc negantem opinionem *et Vrsil* alijs relatis testatur de communi. *Bal.in l iurisiurandi C.de testib num.*12.*Rebuf. in Commentar. De Citat.artic* 5.*glos.*1.*num.*4. testatur de cōmuni *et in tract. de reprobat. test. numer.* 421. & alijs cumulatis & probantibus affirmatiuam. *Bartoli* opinionem quem mox referam cum suis asseclis non esse veram. *Curt. Iun.cons.*166. *Sacratissimæ*, *num.* 12.*circa med.relati a Fel.in cap.Quoniam contra. de probat.num.*4.*vers.Contrarium. Marsil.* alios referens *in l.*1.§. *plurimum ff.de quæst.nu.* 20. *Campeg.tract.de testib. regul.*286. *vers. quarto fallit. Farinac.* alijs cumulatis *tract. de testib. quæ.*77.*cap.*4.*num.*185.

32 Affirmatiuam tenent † *Bart.in l ex sententia, ff. de testam.tutel.num.*3. *in fin. Salic. in auth. apud eloquentissimum, C. de fid.inst. Angel. & Alex in l.sciendum.* 30.*ff.de verb.oblig.num.*7. *Fel.in cap Quoniam contra de pro at.num.* 4. *vers.& retenta Marsil.in l.de min.*§.*pratera,ff. de quæstion.nu* 90.*Vrsil.ad Afflict.decis.*317.*n.* 3.*Veral.decis.*268.*part.*2. asserens ita obseruari de stylo Rotæ, licet aliud esset dicendum de iure communi, & ita a die quo in Vrbem veni vidi obseruari ab omnibus iudicibus Romanæ Curiæ. *Farinac.* & ab illo relati, *de Testibus, quæst.*77.*cap.*4.*num.*186. Et hæc affirmans opinio probatur concludenti simili, relato a *Guid.Papa decis.*404. licet dum concludit credi notario exemplanti instrumentum ex rogitibus notarij defuncti: asserendo talem sibi datā commissionem, ab eo tamen ditentit. *Curt. Iun.cons.*166.*num.*13.*dum num.* 3. addidisset, procedere etiam si plures notarij ita assererent.

34 Contrarietatem † hanc est conatus conciliare *Ba.d.in l iurisiurandi C.de testib. num.*12. distinguendo, quod aut notarius asserens sibi fuisse commissum examen fuit assumptus solus, aut cum Collega, vt priori casu vera sit negatiua, posteriori autem vera sit affirmatiua. Sed quia eius conciliatio est diuinatiua, crederem difficultatem silere ex consuetudine, & stylo Curiæ, vbi examinandi sunt testes, & ita procedunt, quæ retuli *ex Verall.vt refert Rebuf. de reprobat.testium nu.*421. *& in Comment. De Citat: artic.*5.*glos.*1.*num.*4. vbi relatis quæ sunt constituta a iure communi, refert aliud obseruari de consuetudine Franciæ, aliud de stylo Curiæ,
35 & edicto Delphinatus. Eandem † contrarietatem sustulerunt *Farinac. de testib. quæst.* 77. *cap.*4.*num.*187.*vsque ad* 92.*et Scaccia de iudic. lib.*2.*capit.*7.*num.*59.*vsque ad* 63. vbi constituta regula illam ampliant & Limitant.

Singularia aliqua ante dictis congruentia ad-
36 dam † & primo si notario, vel delegato iudici, sit commissum examen testium, consequenter illi est commissa receptio iuramenti, tamquam antecedens necessarium ad illud perhibendum. *arg.l.*2.*ff.de iurisdict.omn.iud.*& dixerunt *Put. decis.*158.*lib.*1.*Mobedan.decis.*4.*& 6.de testib.*

Secundo quod non refert an testis examine-
37 tur † eadem die, qua iurauit, vel deinde post præstitum iuramentum. *Euerard.de testib. cap.*73.*par n.*5.*de stylo* tamē in Rom. 38 † Cur. consuetum est testem examinari die sequenti post præstitum iuramentum, & intimato pro ea die reo, vel actore contra quem examinandi sunt testes.

Tertio quod examen testium factum coram
39 † notario absque commissione iudicis non valet, quia factum a non habente iurisdictionem. *Bal in cap.si qui testium de testib.inum.* 1. *vers. sciat quod nullus tabellio*, attamen, si exami-
40 nentur testes in partibus † remotis, vel in mortis atticulo constituti, seu vitæ periculo, vel mora sit periculum allatura, faciunt talem qualem probationem, seu præsumptionem, vt late probat. *Ias.in repet.l.admonendi, ff.de iureiur. num.*214. & possent addi plures casus constituti pro limitatione regulæ, quod testes sunt examinandi parte ad videndum illos iurare citata quos refert *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*8. *nu.* 68. *& seq.et dixi infra* §.36.

Quarto quod notarius non potest absque
41 † iudicis decreto recipere dicta testium, nec illorum iuramenta, etiam quod partes consentiunt receptioni. *Bald.de pace Constant. nu.*18. *Marsil* sequendo *Bald et Spec.*idem repetit, *in l.de minore* §.*plurimum* .*ff de quæst.num.*12.

Quinto quod confessio facta notario, iudice absente † non facit plenam probationem, nec dicitur iudicialis confessio, seu in figura iudicij,

eo

eo quia non fuit facta iudice præsente *Bald.in l. iubemus C.de liberal.cauſ.* cum alijs cumulatis ab *Afflict.deciſ.*345.*nu.*8.*circa prin.Marſil.in prax.§.poſtquam num.*19. eam afferens rationem, quia probationes ſunt faciendæ iudici, & non alteri, idem repetens, *in l.de minore* §. *plurimum .ff.de quæſt.nu.*11.*in fin.* & conferunt dicta *ſupra* §.5.*cap.*2. *de fideiuſſione iudicij.*

43 Sexto quod notatius non poteſt deferre iuramentum † in litem, niſi iudice præſente, & mandante .*l.*4.§.*deferre*, vbi *Bart. & Bald. & Agel. num.*2.*ff.de in litem iurand.*vbi *Iaſ.nu.*1. *&* 2. *Afflict.deciſ.*245.*magnifici,num.*8.*Ierem. Seſter.tract.de iurament.lib.*5.*cap.*3.*nu.*4.*&* 5.

44 Septimo, quod ſi die iuridica † teſtes iurarunt, poſſunt valide examinari die non iuridica, vel feriata.

45 Octauo, quod ſi teſtes iurarunt durante † dilatione ad probandum, poſſunt, & valide examinari illa finita, niſi dilatio data eſſet ad probandum, & probatum habendum. *Butr. in cap.licet cauſam de probat. num.*12.*et iqidem Felin. verſ.tertius caſus. Papienſ.in prax.cap. forma oppon.contr. teſt.* §. *ſunt que publicatis, nu.*16.*et iqidem addentes*, & late examinat *Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.*3.*num.*182.*vſque ad* 204. *Bald.l.ſi quando*, C.*de teſtib. nu.*18.*et ſeq.Surd. conſ.*8. *in iudicio, num.*1.*et ſeq.* vbi plura congerit, & comprobat .*num.*13.*verſ.ſecundo & nu.*14. *et ſeq.Mantic. deciſ.*352.*nu.*14. *Ludou. deciſ.*327.*num.* 8.*et* 17. *relati a Cartar. deciſ.* 101. *ſtante num.*2. vbi *num.*7.8. declarat procedere in dilatione data † ab homine, ſecus ſi

46 à Lege, vel Statuto, vel data non eſſet per verbum præteriti temporis, vel eſſet data ad producendum teſtes, vel ad probandum, & probatum habendum, vel examinandum teſtes.*Gratiat. ad Veſtr. in praxi lib.*6.*cap.*2.*num.*60.

---

§. XXXIV.

SVMMARIVM.

Clauſula ad primam diem, quare in admiſſione articulorum apponatur . 1. 3. *Intellige.* 4
*Dilationes ſunt iudici arbitrariæ.*2
Citatio executa die feriata ad diem non feriatam eſt valida . 5. *limit.* 6. *ſi in ea non exprimatur dies ad videndum committi iuramenta teſtium cum illorum examine* , *intelligitur de prima iuridica* , *& ſequenti*. 7. *facta ad primam diem, vel alium infra quem citatus non poſſet comparere non valet* . 8. *Ampl.*9.10. *Vaga* , *vel generalis* , *vel cum nimis longo termino ad videndum examinari teſtes non valet* . 11.*Generalis quando valida.* 12

1 Dixi ſexto,† *ad primam diem*, non quia minime poſſit iudex eadem die qua executa eſt citatio, vel etiam alio longiori termino decernere, quæ ſibi petuntur in tali cita-

2 tione, quia omnes dilationes, † ſunt iudici arbitrariæ, qui ex cauſa poteſt illas contrahere, & differre . *Clem.*1. *de offic. eleg. l.iudices*, C. *de fide iuſtrum. Veral. deciſ.*58. *part.*3.*num.*9.Sed

3 quia conſuetum eſt, ita fieri † ſaltem ex vrbanitate, ne reus conuentus nimium propere vrgeatur. Ideo ſolet qui articulos producit petere à iudice, vt ad primam diem admittat illum ad probendum articulos, ſeu poſitiones datas, & eadem die committat notario receptionem iuramentorum teſtium, cum illorum examine.

Notandum tamen eſt primo, quod ea prima

4 † dies intelligitur de iuridica, non autem feriata in honem Dei, vel hominis, & feriæ ſine ordinariæ, vel repentinæ, vt dixi *infra* §.43.vbi plura dixi quæ hic dici conueniret. Hinc eſt

5 quod non ideo † corruit citatio facta die feriata, cum termino ad primam diem, quia intelligitur de prima iuridica. *Rota deciſ.* 1. *de ferijs in*

6 *nou. in princ.& num.* 2. limitando † ſi citatio fiat per edictum, vel contradictas, quia iudex ſuper illa debet interloqui.

7 Secundo quod ſi in citatione † non fuit expreſſa dies ad videndum committi notario iuramenta teſtium cum illorum examine,intelligi ad primam diem iuridicam immediate ſequẽtem executæ citationis.*Puteus deciſ.*207.*part.*2.*Mantic. deciſ.*8. *num.*3. *& deciſ.*155.*num.*2.

8 Tertio ſicuti non eſſet valida † citatio ad primã,vel aliam diem intra quam reus non poſſet comparere coram iudice. *Bald. in l.*2.*C.de Epiſcopal. audient. num.*8. vbi etiam agit, an liceat

9 citato appellare . *Puteus deciſ* 156. *lib.* 3. *nu.* 1. *& ſeq.*vbi etiam declarat opinionem eorum qui volunt iſto caſu eſſe appellandum . *Creſcent. deciſ.*6.*de dolo* , *& certum* , addendo etiam eſſe

10 † nulla quæ fiunt virtute talis citationis. *Mantic.deciſ.*8.*num.*2.addendo citatum neque obligatiad comparendum. Ita ſi fuerit vaga, vel

11 † cum nimis longo termino, vt puta ad trigeſimam diem, erit inualida. *Puteus deciſ.* 148. *part.* 2. *Mantic. deciſ.*243. *num.*1. *& ſeq. Rota diuerſ. deciſ.*311.*part.*1.*nu.*3. *Alex.conſ.*5.*lib.*2. *nu.*2. *Socin.in rubr.de dilation.art.*22.vbi exa-

12 minat quando † citatio generalis ſit valida. *Mohedan. deciſ.* 4. *de teſtib. num.* 3.& dixi *infra* §. 43.

---

§. XXXV.

SVMMARIVM.

Clauſula, & poſtquam commiſſum fuerit examen, quare apponatur citationi in productione articulorum, vel iurium . 1

1 Dixi ſeptimo, † *& poſtquam commiſſum fuerit*, ram ex iis, quæ dixi *ſupra* §.32. quam quia actus receptionis iuramenti eſt ſeparatus ab illius commiſſione, & vtrque committatur notario, ex recepto potius ſtylo, & praxi, qnam iure communi, vt dixi *d.* §. 32. *& ſeq.*oceeſſe eſt citare reum ad reliqua facienda

da post commissionem examinis, iuxta *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.*

§. XXXVI.

SVMMARIVM.

Eamen testiumest nullum si pars non fuit citata ad videndum iurare testes. 1

Iuramentũ est præstandum ex necessitate si quis cogatur, non autem sponte. 2. *non passim præstandum.* 3. *& quare.* 4. *an semper sit probibitum prestare.* 5. *Socratis opinio de iuramento praestando.* 6. *æquiparatur sententiæ.* 7. *antidotum est euertendi actionem æris alieni confessi.* 8. *perpetuus mortalium morbus.* 9. *procuratorum abusus in iuramento præstando.* 10. *inter iuramentum & simplicem loquelam, Deus non facit differentiam.* 11. *a pari procedit cum promissione sub fide.* 12. *Ampl. et Limit.* 13

Iuramentum qualiter præstabatur ab Hæbreis. primarijs. et ratiocius solemnitatis. 14. 15. *Inferiores hebrei qualiter iurarent.* 16. 17. *mutata iurandi ab Hæbreis consuetudo.* 19. *qualiter præstabatur a Frãcis, Medis, et Romanis.* 20. *qualiter Acabes.* 21. *Tactu rei sacra, et quare.* 23. 25. *Siracusani qualiter iurabãt.* 26. *qualiter Germani.* 27. *qualiter Romani, et Cartaginẽses.* 28. *qualiter Athenis.* 29. *varij ritũs illud præstandi.* 30. 31. 35. 38. 40. *Scytæ.* 18. 46. 39. *Aegyptij.* 39. *Aetyopes.* 45. *Arabes.* 46. *quando ex illo grauius arguatur futurum delictum.* 47. 49. *Christiani qualiter antiquitus præstiterint et nunc præstent* 50. *obligatorium si per salu- principis iuretur.* 44. *Vinculum enormissimi sceleris.* 47

Iuramenti formulæ diuersæ. 54. 61. 63. 64. 70. 71

Iuramenti conceptio. 55. 55. 58. 59.

Delictum grauius punitur ratione loci commissi delicti. 22

Annibal qua solemnitate iurauit patri perpetuo fore Romanorum inimicum. 24

Corpus physicum, quando optime sanum. 33

Deus varie à gentibus nuncupatur. 37

Periurij pæna. 41. 72. 73

Axioma dominandi præcipuum. 42

Deus hebreorum quare à Romanis non receptus. 43

Clausulæ insolitæ faciunt actum suspectum. 48

Iuramentũ quò solẽnius, eo est suspectũ magis. 49

Pedemontani pauci idiotæ. 51.

Longobardorum mos in decidendis litibus. 52

Candens ferrum quid. 53

Paulus Quintus laudatur. 60

Gulielmi Durandi encomium. 62

Hominum tria genera in religione. 65. 69. 74

Iustis non est posita lex. 66

Rex qui dicatur. 67

Iuramentum, et simplex loquela, quando idem sunt. 68

Fidem fallere graue est. 72

Iuramentum deferre ei, quem deferens scit peieraturum peccatum est. 75

Iurare per humanam creaturam, quando peccatum, et quando non. 76. 77. 84

Principis præsentia supplet omnem defectum. 77

Apocalipsis. cap. 19. declaratur. 79. 79

Imprecationis iuramentum, quale sit. 80

Vgo Doncl. Ierem. Sister. reprobatur. 81

D. Georgius as Baptista Monachus congregationis S. Bernardi, sententiam auctoris probat. 82

Iurare licitum est. 83

1 DIxi octauo, *ad videndum iurare testes*: † ni-
si enim citaretur is in quem faciendum
est examen, illud esset nullum, & testes
non probarent quod cum *supra* §. 27. late exa-
minauerim, libet hic addere circa iudiciale, vel
promissorium iuramentum, aliqua non ingra-
ta ijs, qui iuris nostri, & solemnium illius sci-
2 re volunt initia, & progressus. Cum enim † ad
iuramentum non deberet quemquam sponta-
nea voluntas inducere, sed necessitas *cap. ita
ergo, cap. tu malum.* 22. *quest.* 1. & ideo non
3 † frequentandum, quia ex frequenti, & incau-
4 ta iuratione, periurium, sæpe † contingit non
aliter, ac ex immodico vsu vini, sequitur ebrie-
tas *Ecclesiast. cap. 25. D. Chrisost. in Math. c. 5.
et si Christus, §. quædam, de iureiur.* ideo dubi-
x bitant aliqui † an iuramentum vsque sit vetitum
*Lorinus in ecclesiast. cap. 9. num. 2. in fin. Abb.
et reliqui in d. cap. et si Christus num.* 12. *Sot. de
iust. et iur. lib. 8. quæst.* 1. *art.* 2. & dicebat So-
5 crates † teste *Laertio* in vitis philosophorum.
Viri boni non est Deum suorum negociorum
testem facile accersere. Cum tamen iusiuran-
dum concederetur, vel dirimendarum litium
causa *Abb. in rubr. de iureiur. in princ. vers. est
7 enim* æquiparatur enim sententiæ *l. qui iurasse
§. fin. ff. de iureiur. Ias. l. cum quib. § si iurauero, num. 8. et in l fin. num. 2. ff de iureiuran.* &
late *Petr. Fab. in l. res iudicata, ff. de regul. iur.*
cũ eo processisset hominum impietas, fuit com-
perium antiquitus, teste *Gallio Noct. Attic. lib.* 6
8 *cap.* 7. *in fin.* vt crederent † aliqui iuramentum
esse emplastrum æris alieni interuertendi, vel
acquirendi. *et Cic. ad Attic. lib.* 12. aduertens
homines esse faciles ad iurandum, vt testatus est
deinde *Vlpianus in l. quæ sub conditione, ff. de
9 cond. instit.* nuncupar † iuramentum, *perpe-
tuum mortalium morbum*. inde *Iuuenal. satir.*
13. *et* 14.

Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

& nostris temporibus adeo frequentia sunt iu-
ramenta, vt merito dixerint *Coler. decis.* 115.
nu. 10. *et Io. Scultes obseruat.* 50. *nu.* 5. procu-
10 ratores † quosdam, seu verius fori rabulas, non
pluris facere iuramenta, quam faciunt vetustæ
domus & Pastorum casæ fumum. Inde vt iura-
menti redintegraretur religio, & timor dicen-
dæ veritatis iurantibus incutiatur, licet Deus
11 non faciat differentiam inter simplicem loque-
lam, & iusiurandum. *cap. iuramenti* 22. *q.* 5.
Ias. in rub. ff. de verb. oblig. num. 6. Ripa n. 27.
12 *vers. quarto facit*, nec differat, an quis † iuret
& promittat fidem seruaturum, *cap. ad aures de*
ijs quæ

ÿs qua vi metus ve cauſ. & late dixi *ibidem in*
meis Collectaneis, *Gail.obſeruat.* 59. *interpoſi-*
13 *tionem*, *lib.*2.*num.*1. preſertim † ſi qui ſub fi-
de promittit Princeps eſt. *Myſinger. obſeruat.*
17. *Centur.*1. Quod tamen Limita quoad pœ-
nam periurij, *Rota Biſignet. deciſ.* 1. *de pactis.*
*Gabriel.de contractat.concluſ.*1.*n.*29. Excogi-
tatæ fuere iurisiurandi præſtandi formulæ, tam
quoad locum, & res, vbi, & per quas iuran-
dum erat, quam quoad verba, quibus iurare-
tur & hinc varij, & diformes iurandi ritus, &
modi plures quibus puniantur periuria adin-
uenti. *Domin.Nanus in ſua poliantbea* §.*per-
iurium.*

Et vt antiquitatis aliqua noſtris modernis mi-
14 ſceamus ſcripis. Primiores hæbrei † iurabant
per eleuationem manus dextræ *Macab.cap.*11.
*num.*11.*&* 26. inde factum vt perſuaſum habe-
rent homines religionem quamdam deſtris ineſ-
ſe vt refert *Alex. ab Alex.Genial.dier.lib.*2.*cap.*
29.& quandoque etiam per eleuationem dextræ
& ſiniſtræ, vt legitur *Daniel.cap.*12.*nu.* 7. Non
15 quod in † corporis membris repoſitam eſſe fi-
dei obſeruantiam crederent, ſed quod Deo ali-
quid promittente, ſcriptum reliquiſſet Moy-
ſes, illum manum ſuam eleuaſſe. *Deutor.c.*32.
*num.*4. *& Ezechiel.cap.*36.*num.*37.& hoc mo-
do iuraſſe etiam Angelos refert *Ioan. Apocalip.*
*cap.*10.*num.*5. *&* 6. Inferioris autem conditio-
16 nis † homines iuraturi non eleuabant manus
dextras, ſed fæmori eius cui iurabant ſuppone-
bant, vt legitur *Geneſ.*24.*num.*2.*& ſeq.* feciſſe
Abraham, dum a præfecto domus ſuę exquiſi-
uit iuramentum circa nuptias filij, inquiens
Pone manum tuam ſubter fœmur meum, vt
adiurem te per Dominum Deum Cæli, & Ter-
ræ, vt non accipias Vxorem filio meo de filia-
libus Chananeorum, inter quos habito, & idẽ
legitur. *Geneſ.cap.*47.*num.*29 dum Ioſeph iu-
rauit patri oſſa illius ex Aegypto in terram
17 Canaan translaturum eſſe, & Leuitam † in po-
pulo Iudaico iuraſſe per membra vxoris ſuæ
adulterijs enecatæ ad vindictam delicti, legitur.
*Iudit.cap.*19. ſicuti deinde factum fuit cum
euerſione Gabaa Beniamin. quod genus iura-
18 menti in vlciſcendis iniurijs receperunt † Scytæ
ſecto boue in fruſta refert. *Suid.* §. *in Corio ſe-
dere.*

Laxiori facta iuris iurandi religione reperio
omiſſa cæremonia eleuationis deſtræ, vel ſini-
19 ſtræ † Iacob iuraſſe per timorem Iſaaci patris
ſui cum pactum iniit cum Labano. *Geneſ.* 31.
*num.*5. Ioſeph per ſalutem Pharaonis, *Geneſ.*
42.*num.*15. Saul iurauit hac formula. *Viuit Do-
minus quia non occidetur*, & eadem iurandis
formula legitur. *Num.cap.*21.*& Hierem.c.* 4.
Vrias Etheus per ſalutem Dauidis & ſuam 2.*reg.*
*cap.*11. Iurauit Nabuchodonoſor pe thronum,
& regnum ſuum, *Iudit.* 1. Moyſes inuocauit
cælum, & terram teſtes in veritatem ſuæ pro-
miſſionis. *Deutor.cap.*30.*num.*19.*& Geneſ.*31.
*num.*45.*& ſeq.* Laban. & Iacob. in teſtem ini-
ti fœderis, volunt eſſe tumulum lapideum ab
illis erectum. Dauid ſæpe iurauit per ſalutem
ſuam. 1.*Reg.cap.*24.*num.*7.*& cap.*26.*num.*11
& 2.*Reg.cap.*23.*num.*19.*& Nabot.*3.*Reg.c.*21.
*num.*3. requiſitus ab Achab. rege de venditio-
ne paternæ vineæ iurauit per ſalutem ſuam, in-
quiens, *propitius ſit mihi Dominus ne dem ha-
reditatem patrum meorum tibi*. ſæpe cum im-
precatione omnis mali in peierantes, vt legitur
*Ruth.cap.*1.*num.*17.*&* 1.*Reg.cap.*14.*num.*44.
*& cap.*20.*num.*12.*& ſeq. & cap.* 25. *num.* 22.
& 2. *Reg.cap.*4.*num.*35.

Hæbræos æmulatæ gentes aliæ in vſu dextræ,
& alijs ritibus præſtandæ fidei ſymbolo dextræ,
illam ſignificarunt quare apud Virgil. exclamat
Dido in Aeneam

En dextra fideſque
Quem ſecum patrios aiunt portare penates

& alibi

*Dat dextram, atque animum præſenti pi-
gnore firmat.*

20 & hoc iure iurandi genere † vſos fuiſſe. *Græ-
cos Medos, & Romanos refert. Tiraquel. ad
Alex.Genial.Dierum lib.*5.*cap.* 3. *verſ.* Mediſq.
21 Arabes, † teſte *Pierio in ſuis Hieroglific.lib.*
35.*cap.de manu.*§.*fides.* Fidem in manibus adeo
colebant, vt fœdus nunquam facerent, niſi
ſanguine ex vola iuxta maiores digitos eorum,
qui fœdus percuterent lapide quodam eliſo, in-
tinctoquè inde flocco aſſillitis lapidibus ſeptem
in hunc vſum comparatis, ſuis interim Oratal,
& Alilat numinibus inuocatis, Non contentæ
gentes in ſignum inuiolabilis fidei tactu dextræ,
alia excogitarunt firmiora vincula obſeruationis
22 promiſſorum, quapropter credentes grauius † pu-
niri periurium, quo locus præſtiti iurisiurandi,
vel res ſuper qua illud fuerit præſtitum eſſet ſa-
nctior *cap.qui peierat.* 22.*q.* 1. & tactu rei ſa-
cræ, vel imprecatione Deorum in deierãtes fie-
ri inuiolabile, quod ſinguli, vel vniuerſi ſpon-
dent. *l.*3.*C.ſi maior.ſe maior.dixerit*, inde nata
ſolemnia apud Græcos in Romanos in pactio-
23 nibus & fœderibus tangendi † aras, & ſacra,
vt meminit. *Virgil.lib.*4.*&* 12.*Aeneid.inquit.*

Talibus orantem dictis, araſq. tenentem.
*Tango aras medioſque ignes & numina
teſtor.*

Et hac ceremonia iuraſſe Annibalem † iuſſu
Amilcaris ſui patris quod futurus eſſet perpetuus
hoſtis S. P. Q. R. referunt. *Liuius. Hiſt.lib.*31.
& 35. *Florus lib.*61. *Aemil.prob.in vita Anni-
bal. Appian.Alexand.in Iberico et Libico.Polyb
Hiſt.lib.*3. in certamen Olympicum. qui deſcẽ-
25 debant † eorum parentes, & patres ſuper exta
immolati porci iurabant, etiam nihil fraudis
feciſſe, quod non paterentur Olympiacæ legea.
Pauſan.in Eliacis. a quibuſdam ebibitis aquis in-
dicari periuria ſcribũt, *Plin.nat.hiſt.lib.*31.*c.*2.
*Philoſtrat.in citrà Apolon.Thianon lib.*1.*Ma-
crob.Saturnal.libr.*5.*cap.*19. *cum alijs relatis a
Couar.in cap. Quamuis de pact.*§.1.*nu.*2.
26 Siracuſani † iurabant tacto igne cerei accen-
ſi, & ita iurauit Agatocles Amilcari. *Iuſtin.in
27 epitom.lib.*22. Germanorum † populi quidam
iurabant eductis mucronibus quos pro numini-
bus habebãt. *Beat.Renan rer.German.lib.*1.*&*
eodem iure iurandi genere vſum fuiſſe M. Fla-
uoleium primipillum dum pugnandum eſſet

cum

cum Etruscis refert *Halicarnas lib.9.* Romani,
28 † & Cartaginenses iurabant silice lapide adhi-
bito, læua manu a sacerdote cum imprecatione,
quod si quis eorum fœdera violasset, aut illã
sciens falleret, ita illum Iupiter feriret, quem-
admodum ipse porcam, si Romanus, vel agnũ
si Cartaginensis, percuteret, qua percussa eodem
silice, & proiecto in vulgus mox igne, & aqua
in sacris adhibitis illa immolabant, qua cæsã
iura pacis, & fœdera conuenta sanctissima pu-
tarent, idque fiebat ante meridiem, nam post,
eas præcationes, aut fœdus percutere non lice-
bat. *Alex. ab Alex. & ibidem Tiraquel. Genial. Dier. lib.6. cap.3. in prin.* & quæ de lapide dixi
clariua expressit *Plautus in Aulular.* inquiens.

Si te ego sciens fallam, ita me eyciat Diespiter,
Bonis, salua vrbe, & arce vt ego hunc lapidem.

quo vsos fuisse in eisdem Arabes dixi supra ex
Pierio Valerian. & scripsit *Herodot. in Caliop. Aristotiles, politic. lib.3. cap.* 10. refert Athenis
29 in litibus decidentis † iuramentum contenden-
tibus fuisse oblatum per scepturi eleuationem.
*Pompon. de situ orbis, lib.1. cap.*8. refert Ar-
30 gilas † populos minoris Aphricæ, cum crede-
rent naues Deos esse, per illas iurabant ab eis-
demque oracula & auxilium petebant. Veteres
alij iurabant per brasicam, alij per capparim, alij
per Canem & ansarem. iurauit Cyrus per Mythram & magnum numen persarum quod erat
sol, alij per platanum, alij per sceptrum gladio
decorticatum, quod folia amplius non fouebat
nuncupantes ea Rhadamanthea iuramentã. *Athaneus. Dipnosoph. lib.* 10. *cap.* 1. *Plato. in Ayppia Philostrat. in vita Socrat. Apol. Rhod. lib.2. Argonaut. fol.65. Xenoph. in oeconom. Petrus Gregor. Syntag. iur. lib.50. cap.8. num.* 22.
31 *& seq.* sanctum maximumque creditum † est
aliquando dijs stupendum omnibusque venerã-
dum, & maximum iuramentum, Stygiæ palu-
dis de qua Virgil.

& stat. *Stygiam que paludem*
Dicuius iurare timent & fallere numen.

& Ouid. *Nec Styge iurata nec pallicis arte rogatus*
Nubila promisi Styx mihi testis erit.
Imperiurata laberis amnis aqua.
Iurari dignata palus picis horrida viuo.

32 Iurabant † Pythagorici per quaternariũ
numerum, tamquam angulari lapide, quo fi-
des nitatur & credulitas firmari possit, viri que
33 probi symbolum est † Cubus. *Pier. Valerian. in suis Hieroglipb. lib.39. cap. De Quadrato.* §.
*Vir probus quare Cornel. Cels. lib.2. cap.*1. cor-
34 pus † illud optime compositum tradit esse, si
fuerit quadratum, neque gracile, scilicet, nec
obesum, nam longa statura, in iuuentute de-
cora est in senectute deformis, solent enim ho-
mines huius generis turpiter incuruari, gracile
corpus infirmum est obesum vero iners et hæ-
35 bes. Aliam iuris iurandi superstitionem † per
quaternarium pythagorici excogitarunt *teste Lucian. in Dialog. vitar. in prin.* quia nomẽ
36 Dei † fere vbique quatuor litteris describa-
37 tur. Arabes enim Deum † nuncupant. Alla.
Persæ. Sire, Magi, Orsi, Mahumetistæ Abgd.
Græci, Theos, Tusci, Esar, Latini Deus, Galli,
Dieu, Hæbrei Ieua, diuersa referuntur † a Virgil. & Ouid. iuramentorum solemnia dicentes.

Per sydera iuro,
Per mare, per terras per tertia numinã iuro.
Per te præsentem conspicuumque Deum.

39 Scythæ per ventum † & acinacem iuramentã
sua concipere solebant Aegyptij per alium, &
cœpas: quare Iuuenalis:

Porrum, & cæpe nephas violare, & frangere morsu.

40 Defuncto Hæphestione † quem Alexander pro
Deo coli iussit, nullum sanctius iuramentũ,
quam per illius nomen. Caligula religiosissimũ
iusiurandum censuit per nomen Drusillæ, &
viuente Augusto iurabant Romani per nomen,
& numen illius quare Horat. canebat.

Præsentem tibi maturos largimur honores.
Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

& *Tertulian in Apolog. aduersus gentes*, dice-
bat *Maiori formidine, & timiditate callidiori Cæsarem obseruatis, quam ipsum de Olympo, Iouem, citius denique apud vos per omnes Deos quam per vnum Genium Cæsaris peieratur*, &
Minutius felix in Octauio aiebat, *Tutius est*
41 *Iouis genium peierare quam Regis*: nam † per-
iurus infulatus per compita, & vicos derisus, &
fustigatus ducebatur *l. si duo patroni.* §. *fin. ff. de iureiur. Alciat. dispunc. lib.4. cap.2.* Tiberius
tamen Cæsar sicut feriari vetuit die sui natalis
ita interdixit iurari per fortunam suam, & pe-
ierantes noluit puniri. *Dio. Cas. Histor. lib.* 57.
Nouerat enim ille vt erat artis dominandi pe-
42 ritissimus † tutissimam sibi ad imperium mu-
nire viam, in nondum confirmato monarchi-
co statu, si nihil sibi præcipuum, vel quod ple-
bi & patribus non esset commune nolle, asciscere
Concessum quoque fuit ciuibus Romanis, qui
non ignorauerunt ritus & Cæremonias Hæbreo-
43 rum, & quorum † Deus in vrbe non fuit rece-
ptus, quia vellet esse solus, & myriadem suo-
rum Deorum expulsurus esset, vt deinde factum
fuit: non abnuentibus vndique conquisita & ex-
cogitata supplicia Christi militibus viris virgini-
bus, & viduis quoad testatum relinquerent aliã
non dari religionem nec Dei Cultum, quã
D. Petrus, cum socio Paulo ibidem & alibi erant
testati.

Tribonianus, & socij in iure quod nobis cõ-
paginarunt referunt Vlpianum censuisse obli-
44 gatorium † esse iuramentum etiam quoad pœ-
nas periurij, si quis iurasset per principis, vel sa-
lutem suam, per caput suum, & filiorum suo-
rum, & per id omne, quod quis postulasset si-
bi iurari *l.3.* §. *fin. & l.4 & 5. ff. de iureiur. l. si*
45 *quis maior. C. de transact.* Apud † Aethiopes
grande fuit iuramentum, & fidei datæ testimo-
nium per cineres patris, matris ve iurantis. *Dio. Sicul. lib.4. cap.1. Brisson. de formul. lib.7. vers. verum solemne.* & eo peruenisse iurandi apud
antiquos libidinem, licet ex relatis aduertere,

vt

vt liceret offerre, vel referre iuramentum per
ea, quæ quis crederet maioris, vel dignioris esse
venerationis.
Obseruaui tamen, quod vbi grauiores, seu
strictiores, seu extrinsecus conquisitæ sunt iu-
risiurandi formulæ, id factum, vel à babaris, vt
dixi de Arabibus, & Scytis, testibus Solin. &
46 Herodot, qui fœdera † & iuramenta firmant
haustu, vel litura sanguinis pacifcentium, & fœ-
dus percutientium, vel in argumentum vindi-
ctæ futuræ enormissimi sceleris, vt dixi factum
à Leuita, qui vxoris suæ artus in frusta sectus,
illa per totum Iudæorum regnum publice cura-
uit appendi, quo efficacius, & clarius vniuersi
Iudæi vlciscerentur necem mulieris adulteræ
† Gabanistis. Vel fuisse Iniquissimum enormis-
47 simi sceleris committendi à pluribus † vincu-
lum, vt legitur factum ab impio Catilina, qui
cum alijs eius farinæ hominibus occiso puero,
iurarunt super illius visceribus, quæ vna postea
comederunt, & humanum sanguinem vino per-
mixtum, cum inde omnes degustassent inde
consilium suum inscijs aperuit *Salust. de coniu-
ratione Catilinæ, & Dion. Cassius histoziar.
lib.* 37. parum dissimilia, & exempla refert *Annæ
Robert. rerum iudicat lib.* 1. *cap.* 11. *col.* 11. *vsq.
in fin. & post eum Petr. Gregor. syntagm. iuris
lib.* 50. *cap.* 8. *num.* 9. & 10. vai refert solemnia
adhibita ad vindicandam pudicitiam Helenæ,
& Briseidis, præstito iuramento super testibus
equo exsectis, & deinde cum equo sepultis, &
immolati apri excisis setis. Sicuti enim insoli-
48 tæ contractuum † clausulæ fraudis suspitionem
inducant. *Ripa cap. ex parte de rescript. nu.* 32.
Couar. resolut. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 2. *Asinius in
prax. part.* 2. *§* 1. *cap.* 64. *num.* 2. *Federic. Prue-
man. cons.* 39. *num.* 54. *Alex. cons.* 28. *in causa
lib.* 5. *num.* 8. *Mascard. de probat. conclus.* 740.
49 *num.* 37. Ita † in iuramentis quo plus ceremo-
niarum accedit cò minus fidei, & honesti esse
solet teste *Laertio in Diogene*. Christianos an-
50 tiquitus † etiam iurasse super aris, probatur ex
dictis *D. Chrisostomi Homil.* 15. *ad populum
Antiochen*, & recentioribus etiam temporibus,
& nostris probatur decreto Ducum Sabaudiæ,
& Regum Hispaniæ, qui iuramentum huiusmo-
di, & præcipuè ad aram S. Antonij interdixe-
runt, vt late est prosequutus *Sola ad decret. Sa-
baudiæ, titul. de iuramento, & Couar. in capit.
quamuis de pact. §.* 1. *vers. hodie vero*. Idiotæ
51 enim Pedemontani † quorum exigus est nume-
rus, grauius esse, vt ego addo peierare per san-
ctum Antonium credebant, quam per Deum
cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt aucto-
rem, & Creatorem, teste *Thesaur. decis.* 61. *n.* 7.
*vers in contrarium & D. Paulus ad Rom. cap.
iurauit his verbis* testor Deum, testis est mihi
Deus, & *cap.* 2. & 15. *ad Corinth.* per animam
suam videtur iurasse, & gloriam alienam.
Obliuiscebar referre quæ initio dicere debe-
bam de moribus Longobardorum, cum ex ea
prouincia sim oriundus, videlicet quod circa
iuramentū, quo lites sæpe finiuntur. *l. manife-
52 sta turpitudinis, ff. de iureiurand.* mos fuit †
Longobardis causas gladio, seu singulari certa-
mine dirimere, & aliquando iudicio aquæ fer-
uentis, vel vomeris candentis. *glos. cap.* 1. *§. si
rusticus de pact. tenend. & eius violat. verb. an
53 diuino. Thesaur. decis.* 47. *num.* 15. vsum † can-
dendentis ferri mutuarunt illi à Græcis, qui in
feriendis fœderibus tenebant candens ferrum,
præcantes Deum, vt tamdiu fœdus duraret,
quamdiu ferrum illud mare immissum appare-
ret.
54 Quia vltra iuramentorum † formulas, quo-
rum aliquas retulerunt nobis Tribonianus, &
socij *in l. si quando in l. seruus patroni. l. seruus
patroni, §. fin. l. si libertus, ff. de oper. libert. l. si
quis pro eo, ff. de fideiuss. l. fin. ff. ad municip.*
Iustinianus vnam in *auth. iusiurand. quod præ-
stat ab his*, quas alijs additis congessit. *Barnab.
Brison. in tract. de formulis lib.* 8. reperio apud
nostros, & probos auctores sæpe dici. Concipi
iuramentum, vel conceptionem iurisiurandi.
l. iusiurandum, ff. de iureiur. quod idem est,
quod iuxta præscriptam formam verborum a
contendentibus, vel à iudice, iurare, à qua nisi
cum manifesta turpitudine recedere licebat, obla
to, vel relato iuramento; & illa non adimpleta
non obligabatur iurans, nec is in quem iuraba-
55 tur, quare inter formulam † & conceptionem
iuramenti ea erat differentia, vt formula esset
data à lege, conceptio vero à iudice, vel à parti-
bus. *l.* 3. *l. non erit ratum l. iusiurandum & ad
§. qui iusiurandum, ff. de iureiur.* inde *Cicer.
pro Cluent et Valer. Max. lib.* 4. *cap.* 1. referunt
P. Africanum clara voce, vt omnis concio au-
dire posset præeunte alio idest iuxta ea quæ ab
alio fuerant dictata exclamasse C. Licinium cē-
sorem verbis conceptis peierasse.
56 Quare conceptis verbis iurare † est dictatis
verbis à præeunte deferente ex arbitrio iuramē-
tum deferentis, vel postulantis iurare *l. quidquid
astringendæ, ff. de verb. obligat.* cognoscebatur
enim ex negatione, vel mutatione verborum,
quibus erat iurandum, an quis rectam haberet
iurandi conscientiam, dicente *Tacito annal.* 2.
*Senatus inchoantibus primoribus iuramentum
concepit, quo certatim omnes Magistratus cæte-
ri, vt sententiam rogabantur, Deum aduoca-
bant nihil opesua factum, quo cuiusquam sa-
lus læderetur: neque se præmium, aut honorē
ex calamitate ciuium cœpisse trepidus, et ver-
bis iusiurandi mutantibus, quibus flagitij con-
scientia inerat* id est qui delationem conscien-
tia vrgebantur, *conceptionem* id est formulam
iurisiurandi *mutantibus*, vt solent qui fallaciter
iurant, et *Plin. in panegir. ad Traianum inquit
Nescio iam, nescio vlterius ne sit illud, quod
præeunte nullo*, an hoc, quod alio præeunte iu-
rasti. Et in Epist ad eundem dum Bithyniam
regens pro consul. ad faciendum periculum ali-
quorum qui se Christianos nuncupabant inquit
*Cum præeunte me Deos appellarent et imagini
tuæ, quam propter hoc iusseram cum simula-
cris numinum afferri thure, et vino supplicarēt*.
ex quibus liquido apparet, verba illa *præeunte
me*, vel alio idem esse, quod me, vel alio verba
57 proloquente. Quare nūc dicemus † verbis con-
ceptis iurare Senatorem, Conseruatores, & ali-

quos

quos Vrbis Officiales, nec non, & sacti Palatij
Auditores, & Cameræ Apostolicæ Clericos,
qui iuxta conceptam verborum formã eis obla-
tam iurant, dum sibi collatum munus suscipiũt
58 Conceptis † etiam verbis dicuntur peierare,
idest inexpiabili periurio se contaminare, vt in-
quit *Budæus in annotat. ad Paudert in l.iusiu-
randum et ad pecunias, ff. de iureiur. vers. ast
autem*, nostris temporibus, qui conscij aliter
59 rem † esse verbis vnum dicunt, & facto aliud
fieri iurant de Calumnie, ixta formam reforma-
60 tionis tribunalium Vrbis Pauli V. nunquam
satis laudati Pont. cum ab illa sit præscripta ver-
bo tum conceprio, quibus sit iurandum, eo iu-
ramenti genere, quod cum sepæ viderim sine
delectu præstari, vereor ne renouati sint mores,
quos notauit *Gel. Noct. Attic. lib. 16. capit. 7.
in fin.*

Accedendo propius ad tempora nostra Iu-
61 stinianus iuris, quo vtimur aucor † aliam ex
cogitauit iutisiurandi formam, & conceptionẽ,
nempe, vt administrationem suscepturi, iurent
per Deum, & Christum eius vnigenitum filium,
ac spiritum Sanctumque Deigenitricem & sem-
per Virginem Mariam, quatuor Euangelia,
sanctos Archangelos Michaelem, & Gabrielem
fideliter administraturos sibi commissa, cum
imprecatione, si aliter fecetint, habituros par-
tem cum Iuda, Lepram, Giezi, & tremorem
Caini §. 1. *et final. autb. iureiurant. quod præ-
stat. ab bis qui admin.*

62 Gulielmus Durandus † in suo aureo, & nun-
quam satis laudato *iuris speculo*, vt fuit vir acu-
tissimi ingenij, teste *Zasio in l. properandum.
de iudic. num.* 13. & quem vetustioris seculi in-
signem practicum nuncupat *Dcmauder. in suo
tract. de subbastat. cap. 4. num. 3. in eodem Spe-
cul. titul. de teste, §. 4. num. 2. in fin.* præmissa
monitione iudicis, quale, & quantum sit onus
eius, qui veritatis est testimonium perhibitu-
63 rus, concludit *num. 4. in fin.* testem debere † iu-
rare tactis Euangelij, cum imprecatione: *Sic
me Deus adiuuet, et bæc sancta Dei Euangelia*
Eadem imprecatione iurant recipiendi in sacro
Rotæ Auditorio, & qui laurea Doctorali in
vtroque iure, vel in arte medica, decorantur in
Vrbe, & sæpe fui testis horum iuramentorum,
quæ omnia desinunt cũ ominatione omnis mali
in peierantes. eodem iuramenti genere per ta-
ctum Euangeliorum esse præstãdum à testibus,
& quoties iuratur de calumnia, vel à lege præ-
cipitur iurari, concludit *Innoc. in c. et si Chri-
stus de iureiur. num. 3. vers. in iuramentis, et
post illum. Abb. ibidem num.* 10. & quandoque
clausulæ, *et me Deus addiuuet* addita fuit clausu-
la, *et Sanctorum reliquiæ, cap. ab isto die in
fin. 35. quæst. 6.*

64 Carolus V. Imperator, † & Duces Bauariæ,
ille in cpnstit. Imperij. *de iureiur.* isti *in refor-
mat. Bauaric. titul 9. art. 6.* tacta differentia,
an iuramentum sit præstandum à viro, vel a mu-
liere, voluerunt, vt viri iurarent érectis duobus
digitis, medio scilicet, & indice, reliquis con-
tractis manus dextræ, mulieres vero iuraturæ
erectis eisdem digitibus dextræ, pariter manus
illam apponant pectori, sinistræ partis in dicta
pœna peierantibus, abscissionis digitorum qui-
bus peierando essen. vsi.

65 Cum enim tria sint hominũ genera † vt alij
dicantur Pij, qui Deum tanquam venerabile
numen filiali amore, & reuerentia venerentur,
& ament, & istis superfluum fuit ponere legem
66 † iuramenti. *Abb. in proœm. decret. Rex pa-
dificus in princ.* vbi *addentes verb. executio le-
67 gis*. Rex enim † vt dicebat Auson. in monosyl.
non est qui dominatur, sed qui recte facit, nec
iustis est posita lex. *cap. due sunt* 19. *quæst.* 2.
& in istis est verum illud assumptum, quod non
68 sit differentia † inter iuramentum, & simplicẽ
loquelam & conuenit illud D. *Mat. cap. 5. nu.* 37.
69 sit sermo vester est non est. Alij † sint supersti-
tiosi, qui deum timent, non quia illum ament,
& colant, sed formidine pœnæ, horrent ne quod
malum in illorum corpus, vel bona in pœnam
periurij immittat Deus, quare dicebat Petro-
nius.

Primus in orbe Deis fecit timor.

& hos à periurijs optime factum, & forsan ne-
cesse fuit arcere in dictis pœnis, si deierassent, ac
exquisitis solemnibus deterrere à falso iureiurã-
70 do † per Iouem lãpidem Castorem Pollucem
Herculem, Cererem, Neptunũ, Mineruam, Dia-
nam, Venerem, & reliquos falsos Deos mares,
vel fœminas per Solem, Lunam, & reliqua sy-
dera, ignem, aquam, terram, aerem, ventum,
ventrem exsectum, vomeres, sceptra aras, ca-
put, per dextram tantum, vel dextram, & sini-
stram simul per Naues, earumque instrumenta,
per alium, cæpas, brasicam, capparim, canem, an-
serem, plaranum, verbenam, mirram, acinacem,
paludes, lacus, flumina, Maria, aquas stantes, sa-
lientes, decurrentes, feruentes, claras, vel atras,
ternarium, vel quaternarium numerum, frusta,
corporis rationalis, vel sine ratione, per cineres,
vel ossa parentum, manes amasiæ, singulare
certamen per erectionẽ duorum, vel trium digi-
torum appositione manus ad latus dextrum, vel
sinistram diurni, vel nocturni temporis fidem,
& numen, sub dio, sub tecto, per propriam, vel
filiorum, vel Principis genium salutem, vel Prin-
cipatum, seu Regnum superum, vel inferum,
periculum ferri candentis.

71 Cum imprecatione † ita me Deus amet, vel
ita me Dij ament, vel ita me Dij seruent: vel
ita Deos mihi velim propitios: vel ita Deum
Almum, & felicem habeam, vel ita viuam, vel
neuiuam, vel nulla sit mihi grata dies: vel si fal-
lam, terram matrem Deosque manes oro ne
mortuo sedem vllam nisi inter impios dent.

Morem hunc imprecandi in dicentes falsum,
vel non obseruantes promisa mutuarũt Romani,
& gentes reliquæ ab Hæbreis, apud quos graue
72 † fuit fidem fallere, vel testari falsum, vt legi-
tcat *Ruth. cap. 1. num. 17. et 1. reg. cap. 14.
num. 44. et cap. 20. num. 12. et seq. et cap. 25. nu.
22. et lib. 2. reg. cap 4. num.* 35. Imprecationes
enim quando cum periurio falsoque testimonio
in alterius perniciem coniunctæ sunt, celeri pe-
de, vt ait Poeta pœna grauior manet, & sæpe
cum extinctione lineę periurorum, sicuti e con-

tra longa legitur feries descendentum a dicentibus verum, et obseruantibus promissa. Vnde versus oraculi instar.

Stans pactis longa sit posteritate beatus.

Quare Agesilaus vt refert *Aelian.lib.14.* Laudare solebat Barbaros, qui iurisiurandi religionem violassent, eo quod peierando, sibi ipsis Deos

73 infestos redderent.† Nam periuria se Deus vlturū esse in consumationem generis & fortunarum deierantis minatus est per Zachariam Prophetam. *cap.4.num.4. & Malachiam cap.3. nu. 5.* inquiens. *Dominus excercituum veniet ad domum furis & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris & periuris, & qui calumniantur*, vt factum fuisse, legimus eum Zedechia. *lib.4.Reg.cap.fin.* eum Sennachebatin. *4. Reg. cap.18. & seq.* cum Philippo Macedone, qui fidem, et iuramenta frangere dominandi causa nihili faciebat, debito illius genere in filio Alexandro, vt testatur. *Pausanias in Boet.* cum Iasone qui fracto iuramento Medeæ tandem conscientia sceleris violati thori, seipsum interfecit vt refert. *Diodor. Sicul.lib.6.Antiquit. & Hesiodus*, vt refert *auctor.Polianthea.* §. *periurium*.

Qui testimonijs sponte iusiurandum iurans mentietur,
In eoque iustitiam lædens immedicabiliter læsus est.
Huius obscurior proles in futurum relinquatur.

& Caudiam in Curtium.

Viri autem vere iurantis proles in futurum melior.
In prolem dilatarunt periuria patris
Et pœnam merito filius ore luit.
Et quas fallacis collegit lingua parentis
Hac eadem nati lingua refudit opes.

74 Alij sint † tertij generis homines impij, & Atheistæ, qui nullum numen credant, quo ista inferiora regantur & de istis sit sermo apud Iuuenal. *Satir.13. & 14.*

Falsus erit testis vendet periuria summa,
Atque ideo intrepidus quæcumque altaria tangit.

Nec virum impium deterrent sacræ ceremoniæ, & audacem periurum non comprimit externa superstitio, & apud istos iuramentum fit idoneus magister falendi, & vt dicebat Philippus Macedo, seu Alexander illius filius vterque tyrannus, *teste Plutar.in Laconicis. & refert, Aelian.var.Histor.lib.2.* sicuti decipiuntur pueri astragalis, vel globulis, ita viros iursmentis, & periurijs circumuenire oportet. Cum istis non est agendum de iuramento, & peccaret grauiter apud Deum *cap.ille qui 22.q.5.* & apud homines notatur imprudentiæ, & inscitiæ, is, qui

75 defert iuramentum † ei, quem scit deieraturū teste *Aristophan.vt refert Domin.Nam.in sua Polyanthea. §.per iurium dicebat.*

Qui iuramentum à malo viro postulat, insanit.

nam sicuti qui portat ignem vnde conflatur incendium, non est alienus ab incendio, & qui gladium porrigit vnde homicidium committatur, est homicidij socius, sic & qui occasionem periurij præstat, collega est peierantis vt arguit, *D.Chrysost.in Math.cap.5.*

Nos autem qui Christianam religionem profitemur, & quibus non per ambages nel ænigmata innotuit verus Dei cultus, quia iuramentum pertinet ad cultum latriæ, qui soli Deo est debitus, non possumus citra peccatum idolatriæ

76 † iurare per humanam creaturam, rationem habentem, vel ratione carentem; Sed tantum per creatorem ipsum cum attributis illi conuenientibus. *cap. & si Christus de iuretur. §. 1. auth.vt non luxuriet contra naturam.*

Sufficit enim Dei auctoritas ad omnimodam factorum confirmationem, non aliter ac præsentia † principis seculi supplet omnem defectū *l.omnium C.de testam.* & sicuti incredulis legitur Deum per se ipsum iurasse, *Genes. 22.* quia maiorem per quem iurauit se ipso non habebat. Ita homines Dei opus non per aliud, quam per suum autorem, & creatorem iurare debent, cui soli is superioritatis bonos est debitus, & vlciscendi peierantium scelus facultas est data, & is tantum & non alius scire potest eorro, qua fide quaue conscientia iuretur. *cap. nouit. de iudic. cap.Deus omnipotens 2.q.1.*

77 Licet tamen iurare per † Creaturas quatenus in eis micat diuina auctoritas, vt inquir. *Sot.de iust.& iur.lib.8.art.6.in prin.seu, vt distinguit Abb.in cap.quærelam 10.vers.Non enim debent, & in cap.& si Christus 26. de iureiur. num.6.in prin.* licere iurare per humanam creaturam, quatenus habetur respectus ad ipsum creatorem, secus si ad ipsam creaturam dumtaxat, intendens illam inuocare in testimonium veritatis, seu confirmationem actus iurati, quia isto casu honorem Deo debitum impendendo creaturæ, & non creatori iurans committeret idolatriam, refercus Host. reprehendentem, qui plus homines quam Deum honorant, qui videntes dominum suum iungendo, plectendo manus, genua, capite aperto, & inflexo, con-

78 tra id quod legitur *Apocalip.19.*† vbi Angelus recusauit B.Ioannem sibi in genua cadere, inquiens *Conseruus tuus sum*, cum vterque esset creatura viuentis, & dominantis Dei. Honor quidem & reuerentia maioribus est debita, sed modus in rebus vitra citraq. nequit consistere rectum, & alia addit qui si vidisset pompum, & obsequia, quæ verbis, & facto exhibetur superioribus nunc nostris longe plura dixisset in titulos eminentiæ, altitudigis maiestatis, & similium fastum, & superbiam potius arguentes, quam homini dominantis debitam reuerentiā *Abbatis* distinctionem alijs verbis sequtos reperio. *Siluest.in sum.§.iuramentum 2.nu.2. & Couar.in cap. quamuis de pactis §. 1. numer.5.*

79 ambo addendo qualiter intelligendum † sit iuramentum Ioseph; & aliorum bene sentientiētium de vero Deo, dum iurarunt per suum, vel alienum caput, propriam, vel aliorum salutem principis præsertim; & latius cæteris, *Suarez.*

de re-

de religion.tom.2.de iurament. assertor. cap. 5.
80 *vers. Alter*, declarando † quod nam sit iuramētum imprecationis, & idem repetit. *Tabien.in sum.S.iuramentum num.5.*

Quare toto cœlo errarunt insignes I. C. Ger-
81 mani † nempe *Hug.Donel. Comment. de iur. Ciuil.lib.21.cap.13.in prin. Vesembec. in suis paratis. de iureiu.num.6.& Ierem.Setser.trac. de iurament.cap.3.num.4.& seq.* putantes iurare tactis Euangelijs, Cruce, aut alio quid, esse superstitiosum, vel idolum vel vice piaculi & sacrilegij, quatenus intellexerint habito respectu ad creatorem & conuincerentur de euidenti inscitia & voluisse calumniari catholicorum vsum vel a Romana ecclesia verissimam et receptam consuetudinem, per quam tāquam per picturas vt ego addor, idiotis renouatur memoria creatoris, quem testem habent veritatis dicendæ, non autem quod eis, vel alicui creaturæ diuinus præstetur cultus.

82 Cum præfata communicassem † D. Georgio a S. Baptista Monacho Cisterciensis Congregationis S. Bernardi, et requisiuissem quid sentiret de scriptis a I.V,D. in hæc quæ sequuntur verba mihi respondit. *Ex his quæ omni genere doctrinæ vidi a te scripta, duæ videntur subesse difficultates: prima est, an liceat Christia-*
83 *no † homini iurare: et affirmatiue respondeo, et hæreticum esset aliud dicere, et iste fuit error Anagbatistarum Pellagianorum.*

84 *Secunda est an liceat iurare per † humanam creaturam, et cum qualibet illarum dupliciter consideretur, nempe secundum se, absque vllo ordine, ad diuinam bonitatem, sapientiam, et veritatem in ipsis relucentem, et hoc modo illicitum est iurare, secundo modo humana creatura sumitur in ordine ad ipsum Deum, seu quatenus præfata quatuor attributa in eisdem manifestantur, et hoc modo licitum est iurare per humanam creaturam, nam in primo committitur actus idolatriæ, in secundo est religionis. Primum Christus prohibuit secundum vero concessit in casu necessitatis, vel magna, vtilitatis. idi verbis. D. Math. cap.5.non iurare omnino. neque per cœlum, neque terram neque Hierosolymam, neque per caput tuum. et ita intelligunt. August. de sermon. Dom. in mont. Chrisost. in Homelia relatus a D. Thom. in sua Catena. Glos. ordinaria Lyran. ibidem. Iason.in concor.Euang cap.49. et communiter, ibidem reliqui interpretes idem sentiunt Theologi Magist.sent.dist.39. vbi D Thom q.1.ar.1. Item 22.q.89.artic.6. S.Bonauent.3.sent. dist. 39.not.2.q.2. Alens.3.par. quæst. 31. Memb. 3. art.3.Ricard.3.sent.dist 92.Gabriel.ibid quæst. 1.art.2.Gregor.de Valent.tom.3.disput.4.q.7.de Iuram.prin.2.et 3.Suarez. de relig.tract. 5.lib. 1.cap.5.num.10.Sayrus de iuram.cap.3. nu.14. Nauar.in manual. De secund. precept. cap. 12. num.5. Armilla in sum.§.iurare.num.4. Tolet. in sum.lib.4.cap 20.num. 203. Azorius libr.2. Instit.moral.capit.3.Reginald.libr.18. capit. 2. nu. 22.*

§. XXXVII.

SVMMARIVM.

Iuramentum testis probatur si notarius, dispositiue, & non enuntiatiue asserat quod iurauerit manu tactis scripturis. 1. 6. ampl. 7.8.11 14.15.16. Limit.9.13.17.18.19.21. 22.23.24. 25.26.27.28.29.30.31

Notarij assertio quod certiorauerit contrahentes de beneficio sibi competenti probat. 10

Rota defenditur a contrarietate, 12

Notarij assertio quod testis iurauerit coram iudice, vel parte, an probet, & reijci nonus proban di contrarium in negontem. 20.21

Adminicula quibus probatur testem iurasse tactis scripturis. 33.33.35.36.37

Clausula manu tactis scripturis quare apponenda iuramento testis. 38

Iurare vnde natum istud verbum. 2

Iuramentum quid sit.3. pro forma examinis requiritur. 4

Iurasse varijs modis quis dicitur. 5

VT validum sit testis examen inter cætera requiri quod iuratus deponat, et quod citetur pars ad videndum illum iurare dixi supra §.27.*et seq.* agendum est hic qualiter
1 † probetur testem iurasse. Et quamuis ad substantiam iuramenti non sit necesse quod exprimatur verbum, Iuro, sed sit satis quod ad confirmationem veritatis quis interponat ipsum Deum explicite, vel implicite vt voluit, *Abb. in cap.et si Christus. 26.de Iur.iur. num.3. et*
2 illius opinio probetur ex † interpretatione verbi Iurare, quod idem est, quod aliquid Deo te-
3 ste dicere, & diffinitione Iuramenti † quod sit actus, per quem aliqnid honestum, licitum, et possibile sacræ rei attestatione firmatur, dicaturque iuramentum, quasi per sacra astringimentum, vt idem argumentatur, *in Rub de Iureiu. num.1.in prin.* attamen quia in examine te-
4 stium † pro forma est constitutum, vt testis iuret. *l.iurisiurandi, C. de testib.* omisso quod
5 varijs modis quis dicatur † iurasse, vt referunt, *glos.in Clem.1.§. porro. verb.tract.de hæretic. c. et si Christus de iurior. Abb.in cap querelam, 10.de iureiur.nu.5.vers.Imo quod plus est.* constituam regulam.

6 Testem iurasse probetur † si notarius dispositiua non autem enuntiatiue asserat quod iurauerit manu tactis scripturis. *Lanfranc.cap.quoniam contra de probat.§.testium depositio n.3. Veral.decis.123.& 248.par.2. & decis. 285. & 295.par.3.vbiq.sequendo Lanfranc.*

7 Ampl, vt examen † quod non probatur factum cum tali iuramento, sit nullum. *Veral. decis.123.& decis.248. par. 2.* concludens examen esse nullum nisi notarius dispositiue scribat N. testis iurauit tactis scripturis.

Ampl. vt iuramentum testis non probetur
8 enuntiatiue † notarij N. testis iuratus deposuit,

etiam si dicat tactis scripturis. *Rota decis. 293. in recent.par. 1.nu.*8.*Ludouis.decis.39.num.* 3. asserens sæpe ita fuisse decisum. *Felin. in cap. tuis 39.ff.de testib num.*6. *Veral. decis.* 123. & 248.*p.*2.& *decis.*285.& 295.*par.*3. *Io.de Amic. decis.*73.*numer.*18.*Fel.in cap. tuis.*38.*de testib. num.*6.*Butr.in capit. quoniam contra* 11. *de probat.num.*58.*vers.dicit etiam vbi Lanfranc.* §.*testium depositio num.*3.*circa med.Brun.trac. de form.cap.ex quib.consistant forma & solem. col.*14.*vers.& est aduertendum.Rot. diuers. recent.decis.*587.*par.*2.*num.*2.eam afferens rationem, quia est assertio actus de præterito, qui tanto minus præsumitur interuenisse. *Veral.decis.*285.*par.*3.*num.*2.*Fel.cap.tuis de testib. n.*6. *in prin.& in fin.* reddit rationem, addentes, *ad Ludouis.decis.*39 *num.*4.vbi refert pluries ita Rotã censuisse. *Salic.in l.iurisiurandi C. de testib.num.* 4.vbi rationem refert *Marsil. in l.* 1. §. *si quis dicatur ff.de quæst.num.*6.vbi alios refert. *Scacc.de Iudic.liq* 2.*cap.*8.*num.*618.

9 Contrarium † tenent *Florian.de S. Petro in l. lege Iulia, ff. de testib.num.* 2 addendo procedere etiam si tantum dictum fuisset testis iuratus &c. *glos. in l. Theopompus verb. iuratus, ff.de dote prælegat. Alciat.in l sciendum* 30 *ff de verb. oblig.num.*23.*in fin vers finge.* Bald. *in e. cum in iure de offic.delegat.num.*6.*in fin.* Abbas, *in cap.tuis* 39.*ff.de testib num.*8.*circa. med.*eam afferentes rationem, quia notarius asserit ea, quæ tunc interuenire poruerant, & sicuti statur

20 assertioni † notarij, quod certiorauerit mulierem, vel alium, de beneficio sibi competenti, pariter illi danda est fides de iuramento testium quod asserit ab illis præstitum, vt late prosequitur *Alciat.præsumpt.*13.*Regul.*3. & hanc opinionem tamquam veriorem sequitur. *Mancin. de iurament par.*4.*effect.*135.*num.*12.*relati a Marsil.in l.*1.§.*si quis dicatur ff.de quæst. nu.*7. *in fin.Bald in l.presbiteri* 8.*C.de episc. et cleric. num.*9.*in fin.Papiens. in prax c.forma iuram. test.*§.*citati.num.*2.*Masuer.ibidem verb.scriptũ* testatur de eomm uni relati à *Couar.in cap.quãuis de pact.*§.1.*num.*3.*in fin.*

11 Verior tamen est præcedens opinio † & ideo, qui secundæ videntur adhærere suadent tutum esse, & omnem tolli dubitationem, si fiat scriptura de iuramento *Bart.in l. Theopompus* 15. *ff.de dote prælegat.num.*3.*Couar.var.resol.lib.*2 *cap.*13.*num.*2.*in fin.Viuius opin.*931.*num* 21.

12 Nec est verum Rotam † variasse in hoc articulo vt refert, *Mancin de iurament.par.*4.*effec.* 135.*num.*11. quia tam Peregrinus quam *Veral. lus* ab illo citati, tenent ampliationem nostram, seu præcedentem opinionem.

Hodie tamen teste *Gonzal.ad reg.*8. *cap. Annotat.cont. nullit.num.* 113. Rota vtilitaris publicæ gratia, ad sustindum acta, præsertim quæ

23 sunt facta extra Curiam, constanter tenet † probari testium iuramenta ex enunciatiua notarij, testis iuratus deposuit vt infra et comprobari potest hic Rotalis sensus ex opinione eorum, qui negant tactum scripturarum non requiri de necessitate in iuramento, vt refert *Alciat.ad rub. de iur.iur.num*·28.*et* 29.*in fin.* vbi idem ipse

ipse concludit & sentit.

14 Ampl. præser.im † vbi testis non fuit examinatus a iudice. *Sal.in l.iurisiurandi C. de testib. num.*4.*vers.secus si testis.*

15 Ampl. præsertim † vbi dic quo notarius asserit testem iurasse, non potuit legitime iurare *Sal.in auth.si quis in aliqua C.de edend.nu.* 12. *in l.iurisiurandi C.de testib. num.* 4. *vers.secus si testis.* Exemplum erit, si exptus sit terminus expressus in citatione ad videndum iurare testes, vel dies examinis erat feriata, vel locus examinis non erat habilis seu conueniens vbi reciperetur iuramentum.

16 Ampl.etiam vbi notarius † scripsit N.testem iurasse secundum morem prouinciæ. *Oldrad. cons.*323.*circa num.*6.nisi tamen addatur fuisse iuratum iudice præsente, vt tacite ex eodem colligitur quod tamẽ declarabis vt dixi, *Lim.*7.

17 Limit. vbi notarius † enunciat simul partem fuisse præsentem, videlicet N. testis iuratus parte præsente deposuit *Bart.in l.Theopompus,* 15. *ff de dote prælegat.nu.*3.*in fin.Fel.in cap. tuis de testib.nu.*6. *vers.in quantum,* addendo procedere quando talis enuntiatio est facta loco, & tempore iuridico. *Alberic.de Maletis de testib. cap.*7.*num.*51.*circa med.vsque in fin. Thesaur. decis.*47.*num.*18.*Alciat.in rub.de iureiur.n.*36. *et seq* præsertim si pars non contradicat *Ias.in l.sciendum ff.de verb.oblig.num.*12. eum decla-

18 ratione † de qua in seq. Limit,allata a *Fel. Gabriel.cons.*127.*lib.*1.*num.*11.

Limit. vbi testes fuerunt examinati coram

19 iudice † nam enunciante notario, quod testis iuratus deposuit coram iudice, probatur illum iurasse. *Bald. in l.iurisiurandi. C.de testib.n.*2. *et Sal.num.*4.*a Rota recent.decis.*34.*part.*1.*n.*3. *te sæpe ita Rota decisum refert Beltramin. in additionibus, quibus ornauit Lodouis.decis.*39. *num.*0.*Alberic.de Maletis de testib.cap.*7.*n.*51. *circa med vsque in fin.*vbi rationem refert *Thesaur.decis.*47.*num.*18.*Alciat.in Rub.de iur.n.*36 *et seq.Vestrius in prax.lib.*6.*cap.*2.*num.* 21. *in*

20 *prin.* addendo partem † negantem fuisse præsentem, grauari probatione negatiuæ. *Abb.cap. fraternitatis* 17.*de testib.num.*13.*in fin. Felin. cap.fraternitatis* 17.*de iureiur.num.*12. *vers.et si diceretur.et in cap.tuis* 38. *eod.tit. vers. Item*

21 *in quantum,* declarando procedere † si notarius attestetur de præsentia partis die iuridico. *Gabriel cons.*127.*Cornelius lib.*1.*num.*11.*Ias.l.*

22 *sciendum ff.de verb.oblig. num.* 12. Limitat si pars contradicat *Rota recent.decis* 34.*par.*1.*n.*4

23 Limit. ijs omnibus † casibus quibus datur fides testibus, absque iuramento; quos congessi supra. §.17.

24 Limit. vbi adesset stylus, quod iuramentum probetur sola assertione notarij. *Bald.et Alciat. relati a Menoc.cons.*114. *de multa num.* 18. & ita sæpe indicasse Rotam testantur addentes, *ad Ludouis.decis.*39.*num.*6.*Alciat in rub.de iureiurand.num.*38.*vers.tertius.*

25 Limit.vbi testes examinati † fuerunt tamquã periti. *Neuizan cons.fin.num.* 4. *quem refert. et sequitur Menoch cons.*114.*per multa.nu.*16. *Serafin.decis.*857.*num.*26.

Limit.

26 Limit. vbi pars aduersa † examinauit testes inductos, cum eadem assertione notarij, quod iurati deposuerint.

27 Limit. vbi testis fuit examinatus † coram iudice tempore, & loco quo potuit tunc legitime iurare. *Salic.in l.iurisiurandi, C. de testib. n.4. vers.solut.* quod si testis, veluti si examen factũ fuit durante termino ad videndum testes iurare, vel non die feriata, vel loco minus conuenienti *Marsil. in l. 1. §. si quis dicatur, ff. de quæst. num.6.*

28 Limit. vbi examen † testis fuit factum intra terminum præfixum ad probandum, & dies, qua notarius asserit testem iurasse non erat feriata. *Bald. auth.si quis in aliquo, C.de edend. nu.12.*

29 Limit. vbi notarius † scripsit, testis iuratus, &c. *Alciat. in rub.de iureiur. nom.37. vers.secundus*, & ita hodie obseruat Rota, vt dixi *supra vers.verior.Thesaur. decis.47. iuramenti, num.18.circa med.*

30 Limit. vbi testes examinati fuerunt † in iudicio, licet notarius enunciet tantum testem iurasse. *Purpur. cons. 31. num. 16.*

31 Limit. concurrentibus adminiculis, † & circumstantijs facti, quibus verisimiliter credi potest testem tempore examinis iurasse, licet in actis non sit scriptum tactis scripturis. *Rota recent. 393. testes num.10. & seq.* vbi plures re-
32 fert, veluti † si in extensione examinis notarius addat testis iurauit, & de nouo ad cautelam iurat, & suo iuramento testificando dixit, vel no-
33 tarius † testatur de iuramento testis in actu separato ab actu examinis sub certa die, & hora, vel notarius scripsit testis iurauit &c. præsertim si talis scriptura sit facta durante termino ad videndum iurare testes. *Serafin.decis.857.nu.25.* subdens idem dici si notarius addat iuramentũ fuisse conceptum in forma iuris *Serafin.dec.857. num.26.* & sequitur *Rota recent. d. decis.393.*
34 *part.1.num.9.* vel testis † iurauerit præsentibus iudice & partibus contendentibus. *Menoc.cons.*
35 *114.permuta num.17.* vel iudice † tantum præsente addentes *ad Ludouis. decis.39.num.9.* vel
36 iuramentum præstitum† enunciatur sub termino ad videndum iurare *Rot diuers. recent.decis. 393. num.11.part.1.* & ita sæpe Rotã censuisse referunt addentes *ad Ludouis.decis.39.nu.7.*

37 Notandum me dixisse manu † tactis scripturis, quia non esset satisfactum formæ iuramenti, si cubito, vel pede, is qui dicitur iurasse, tangat scripturas. *glos. cap.4. verb. corporali de electione.in sext. Alberic. de Maletis tract. de testibus cap. 7. num. 50. & quidem dextra. Ioan. Lecirier.tract. de primogen. lib.2. quæst. 3. nu. 31.* quem refert, & sequitur *Scaccia de iudic. lib. 2.cap.8.num.628.Felin in cap.fraternitatis 17. de testibus num. 12.vers. & oportet.*

§. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Iuramenti duplex forma. 1. intrinseca. 1. extrinseca. 5

Testis iurando non opus est, vt dicat iuro. 2

Peierare dicitur etiam qui paratus est falsum iurare. 3

Destinatum habetur pro facto. 4

Scriptura tactus, an sit sit de forma iuramenti. 6

Iudicandum est iuxta probata non autem iuxta conscientiam iudicantis. 7

Iurandum qualiter fit. 8.9.12.16

Iuramentum est præstandum tactis scripturis. 10. Ampl. 11.12.13.14.15.17.18.22.23.24.31. 34.35.36.37.38.39.41.43.44.45.46.47.48.49. 50.51. Limit. 52.53.54.56.57.14.26.30. sublimita. 55.60.61.

Iurandum quando tactis Euangelio, vel Euangeliorum libro tantum præsente. 16.39.43.47. 48.49.50.60.65.

Periurium committitur tam tactis, quam non tactis Euangelijs. 19. grauius qua ratione puniatur delictum. 20.21

Iuramentum solemne, quod dicatur. 23

Auth. iusiurand. quod præstatur ab ijs declaratur. 25

Iuramentum præstitum tactis libris veteris testamenti, an obliget. 27

Iuramentum, an præstandum tacta quauis scriptura. 29. an execrabili aliqua forma veluti addattare. S. Antonij. 32.33

Christianus iurans per falsos Deos, an obligetur. 42.73

Clericus examinatus coram iudice layco, an debeat iurare iuxta formam Statuti layci. 62. coram quo iudice, iuret. 66

Iuramentum reale efficacius obligat verbali. 64

Iudæus qua formula iuret. 68. 69

Turcæ, & similes qualiter iurent. 71.72

Testis iurans non tactis scripturis si peierat. an puniatur pœna falsi.

QVia proximo & antecedenti §. tanquã per regulam firmaui, probari testem iurasse, si dispositiue in actis notarius scripserit, testem iurasse tactis scripturis, agam hoc §. an ad iuramenti substantiam, seu formã requiratur tactus scripturarum, & quod genus illarum sit tangendum manibus, & an tangendo alia, validum, & obligatorium sit tale iuramentum.

Præmisso, quod iuramenti duplex sit forma
1 † intrinseca vna, videlicet, vbi quis animo concipit qualiter sit iurandum, & ita iurare destinat, vel iurari instat, & hoc sensu verum est, quod dixit *Abb. in cap.& si Christus 26.de iureiurand. num.3.* dum voluit ad substantiam
2 iuramenti, non esse necesse, quod à iurante † exprimatur verbum iuro, cui assentitur. *Couar. in cap.quamuis de pact. in princip.num.4.* con-

cludendo in iuramento non requiri verba, vt
prius dixerat *Alciat. in rub. de iureiur. num.* 20.
& seq. & 23. *& seq.* sed satis sit Deum habere
testem suæ mentis, eo quod ille iudicat, non
ex operibus, sed ex cogitationibus, & corde,
3 quare eum † peierasse dicimus, qui paratus est
peierare. *cap. qui peierare* 22. *quæst.* 5. iuxta re-
4 gulam, quod destinatum † habetur pro facto.
gloss. fin. cap. 2. *de instit. l. lana l. vestimentum*,
5 *ff. de aur. & arg. legat.* Et alia sit extrinseca †
quæ perficitur, seu dicitur constituta a lege, vel
ab homine, quoties quid est præstandum à iura-
te, veluti quod tangat scripturam. *Lanfranc.
in cap. quoniam contra de probat.* §. *testium de-
positio, num.* 3. *in fin.* & huius generis formæ
erunt ea omnia solemnia antiqua & præsentia,
quæ retuli supra §. 25.
Duplici itaque existenti iuramenti forma, vi-
delicet intrinseca, & extrinseca duplex consti-
tui posset regula affirmatiua vna, & negatiua
altera, & quod de substantia iuramenti sit, &
non sit tactus scripturarum, vera existente ne-
6 gatiua † in forma intrinseca, & affirmatiua in
extrinseca. Cum tamen de intrinsecis iudicet
solus Deus, & vt inquit textus *in cap. si quid in-
ueniſti* 14. *quæst.* 5. *& in clem. exiui*, §. *quam-
uis de verb. signific.* qui absconditorum cogni-
tor ministrantium sibi animum non autem ma-
num respicit. Homines vero iudicant tantum
quæ sensu percipiuntur, vel sunt concludentes
7 probata exclusa facultate † iudicandi iuxta pro-
priam conscientiam. *l. illicitas*, §. 1. *ff. de offic.
præsid. Abb. in prax. cap.* 107. *n.* 5. *Natta cons.*
276. *num.* 3. *Gul. Mayner. in l in totum, ff. de
reg. iur. num.* 31. *Couar. reprobatis dissentien-
tibus. varr. resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. *vsque
in fin.*
Agendo de iuramento, quod per extrinsecam
formam perficitur, notandum pluses fuisse apud
eos qui verum Deum nouerunt, & noscunt iu-
risiurandi conceptas formulas, vt dixi *supra.* §.
25 *vers. & vt ab antiquis, & vers. quare con-
ceptis vsque in fin.* adducto circa sacram, vel pro-
8 fanam rem tangendam † proforma extrinseca
iuramenti, quandoque nihil dici de tactu, sed
tantum iurandum per Euangelium Christi, vel
illius Corpus, vel Crucem, per Sacramentum,
vel ordinem sacrum, aut sanctos, vt notatur *in
cap. si aliqua* 22. *quæst.* 1. quandoque simpliciter
esse iurandum, quandoque corporaliter præ-
standum esse iuramentum, quando tactis Euã-
gelijs, quandoque Euangelijs in præsentia iu-
rantis tantum positis, & non tactis. *cap. quo-
ties* 1. *q.* 7. *cap. fin. de iurament. calumn.* cum alijs
cumulatis a *Couar. cap. Quamuis de pact.* §. 1.
num. 3. *cap. hortamur.* 3. *quæst.* 3. *Felin. cap. tua
de testibus num.* 5.
Varietatem extrinsecæ formæ iurisiurandi,
cum consuetudo gentium, & præcipue Italorum
9 sit interpretata † quod sufficiat quemuis librum,
& quamuis scripturam tangere. *gloss. in clem.* 1.
§. *porro, verb. tacta in fin. de heretic.* addendo
procedere etiam si a lege præcipiatur corporali-
ter esse iurandum, nisi in specie dicatur super
qua re, sit præstandum iuramentum expressa

creatura, sed habita relatione ad creatorem, vt
ex *D. Thom.* & alijs voluit *Tabien. in summ.* §.
iuramentum el 1 *num.* 6. *Couar. c. quamuis de
pact.* §. *num.* 5. scribens ergo in Italia, & Italus,
constituam regulam, quodlibet iuramentum
10 esse præstandum tactis scripturis. *l. generaliter*,
§. *fin. C. de reb. credit. Bald. in repet. l.* 2. *ff. de
iureiurand. num.* 74. *cap. si quis præsbiter.* 2. *q.* 4.
Franc. Marc. decis. 674. *num.* 4. *&* 11. *Thesaur.
testans de magis communi decis.* 47. *iuramenti,
num.* 1. *circa med. Iaſ. auth. Sacramenta pube-
rum, C. si aduersus vendit.*
11 Ampl. præsertim, vbi examinandus est, † te-
stis. §. 1. *auth. iusiurand. quod præstat ab his*,
vbi *gloss. verb tenco, & in clem.* 1. §. *porro, verb.
tacta de heretic. Bald. in l.* 1. *C. si aduers. vend.
num.* 1. *Lanfranc. in cap. quoniam contra de
probat.* §. *testium depositio, numer.* 3. *circa med.*
addendo notarium, qui testes examinat debere
scribere, quod iuramentum delatum fuit tactis
12 scripturis, † & si talis clausula non fuit apposita,
sed dictum suo iuramento deposuit inutilis est
illius depositio. *Francisc. Marc. decis.* 674. *nu.* 4.
& 11. *part.* 1.
13 Ampl. vt omni casu quo lex, vel Canon † vel
collitigans exigit iuramentum, sit iurandum ta-
ctis Euangelijs, *gloss. in cap.* 4. *verbo corporali,
de elect. in sext. gloss. in clem.* 1. §. *porro, verb. ta-
cta de heretic. Innoc. cap. et si Christus de iure-
iurand. num.* 3. *vers. iuramento. Cast. in l.* 3. §.
iurari, ff. de iureiur. num. 3. *Franc. cap. vt circa
de electiõ. in sext. num.* 9.
14 Nisi tamen aliud † consuetudine obseruetur.
gloss. in cap. 4. *de elect. in sext. verb corporali. Bal.
auth. sacramenta, C. si aduers. vendit num.* 8. *in
fin. & in cap.* 1. *de pace iuramẽt firmand. nu.* 4.
gloss. clem. 1. § *porro, verb. tacta in fin. de heretic.
Abb. cap. tuis* 39. *de testib. num.* 7. *& in cap fra-
ternitatis* 17. *eod. titul. nu.* 13. *Couar. cap. quam-
uis de pact.* §. 1. *num.* 2. *in fin. vers. nam cum
iuramento*, & ita seruatum vidi quoties offer-
tur iuramentum litis decisiuum. *gloss. tamen in
clem.* 1. § *porro, verb. tacta de heretic.* aliud vi-
detur sentire. *Thesaur. decis.* 47. *iuramenti, n.* 6.
addendo procedere parte non opponente.
15 Ampl. præsertim, vbi iurandum est de calum-
nia. *cap. fin. de iuram. calumn. Alciat. in rub. de
iureiur. num.* 33.
16 Imo dicto casu esse iurandum tactis † Euan-
gelijs, voluit *gloss. cap.* 4. *verb. corporali, de
elect. in sext. & in clem.* 1. §. *porro, verb. ta-
cta de heretic.*
17 Ampl. præsertim vbi iurandum † est in iudi-
cio ex præcepto iudicis. *Thesaur. decis.* 47. *iu-
ramenti, num.* 4. *relatis Bald. in sua Margari-
ta*, §. *iuramentum; Imol. in clem.* 1. *de heretic.
num.* 16.
18 Ampl. præsertim ad effectum, † vt iurantes
deterreantur à periurijs, præsentia rei sacræ, vel
alterius rei, per quam veluti per picturam reno-
uetur illis memoria diuinæ vltionis, in peieran-
tes, vt dicebam *supra* §. 25. *in fin. vers. quare*
19 *toto cœlo*, nam licet idem contrahatur † periu-
rium ab eo, qui simpliciter iurauit, & ab eo,
qui tactis sacris Euangelijs, iuramentũ præstitit,
maior

maior tamen pœna plerumque a legibus imponitur peieranti tactis sacris, ex adiacente qualitate grauante peccatum: Quanto enim id per quod repræsentatiue, vt ego addo, sanctius est
20 † tanto grauius puniendum est periurium, ex contemptu rei sacræ, cum firmiori deliberatione illam contemnendi, & scandalo inde sequenti cap. mouet. te. 22. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 98. Couar. cap. quamuis de pact. in sex. §. 1. n. 1. vers. quandoque. Abb. cap. fraternitatis 17. de testib. num. 13. in fin. Luc. a pen. in l. si qua C. de vendend. rebus ciuit. lib. 11. nu. 6. in prin. idemq.
21 obseruasse ethnicos in puniendis periurijs † refert. Couar. in cap. quamuis de pactis. §. 1. n. 2. vers. Cuius & aliorum, & vers. Hac sane ratione.
22 Ampl. præsertim si lex, vel Canon † vel etiã is, in quem est iurandum, exigit solemne iuramentum Alciat. in rub. de iureiur. num. 34. circa med. & tunc iurandum esse tactis euangelijs, cõcludit ex Innoc. Bald. in cap. 1. de pace iurament. firmand. num. 4. Alex. in l. 3. §. iurari ff. de iureiur. num. 3. declarando iuramentum dici solemne, si deferatur ex forma iuris, vel Statuti Franc. cap. vt circa de elect. in sext. num. 9.
23 Ampl. præsertim vbi lex vel statutum requirit † corporale iuramentum, glos. in Clemen. 1. verbo tacta de hæretic. & in cap. vt circa de elect. in sex. Abb. in rubr. de iureiur. numer. 2. & Alciat. num. 30. & 34. Thesaur. decis. 47. Iuramenti num. 4. vers. præsertim.
24 Ampl. præsertim. vbi lex præcipit † iurandum esse tactis sacris scripturis, vel alia re sacra. Bald. relato Inn. in c. 1. de pace iuram. firmand. num. 4. & in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. num. 8. vers. Rationabilius. glos. in Clem. 1. §. porro verb. tacta de hæretic. in fin. Fel. cap. fraternitatis 17. de testib. num. 12. vers. dicas tamen. Alciat. in rub. de iureiur. num. 30. in fin. & hoc sensu procedit quæ constituit Iu-
25 stinianus † in auth. Iusiurandum quod præstatur ab ijs, dum voluit iusiurandum præstandum ab his, qui administrationem suscipiunt per Deum, & Christum eius vnigenitum filium, Spiritũm sanctum, Virginem Mariam, quatuor euangelia, & reliqua ab eodem tradita. Couar. cap. quamuis de pact. §. 1. nu. 2. in fin. vers. quod si lex.
Quæ tamen extensio cessat si consuetudine
26 † aliud seruetur. Bald. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. num. . in fin Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. num. 21. ibidem addentes referunt ita consuetudine esse receptum, vt super quauis scriptura iuramentum recipiatur. aliud tamen sentit glos. in Clem. 1. §. porro verb. tacta, in fin. de hæretic. sed an sit satisfactum legi si iu-
27 retur tactis libris Genæscos † vel psalmorum, vel alijs sacris scripturis, affirmatiuam tenet. Bald. in cap. 1. de nou. form. fidelit num. 2. Negatiuam vero amplexus est. Couar. in cap quamuis de pact. in sex. §. 1. num. 2. in fin. vers. nam cum iuramento relati a Scacc. de Iudic. lib. 2. c. 8. num. 130. Imo si tali casu testis iuraret cum
28 enunciatiua † quod iurauit tactis Euangelijs, non esset periurus si falsum iurasset, Alberic. de Malet. de testib. cap. 7. num. 53. & seq. vbi vero
29 lex exprimit corporaliter esse iurandum † satis est iurare tacta quauis alia scriptura, præsertim accedente consuetudine taliter iurandi. Couar. d. §. 1. nu. 2. in fin. vers. Nam cum in iuramento, & ante illum idem dixerat. Bald. in cap. 1. de pace iuram. fieri nu. 4. in prin. concludens sufficere si iuretur super quauis scriptura in qua Deus nominetur, vel aliquid de euangelio contineatur, vel iuretur super tabula picta exprimẽ-
30 te Dei maiestatem, † & in omnibus seruandum esse consuetudinem.
31 Ampl. præsertim in iuramento † quod alicui in controuersia defertur si petatur iurari tactis scripturis. Io. And. in cap. & si Christus de iureiur. col. 2. Curt. l. 3. §. iurari ff. de iureiur. num. 1. vbi rationem refert, & nu. 2. addi aliter præstitum iuramentum non releuare iurantem Alcia. in rub. de iureiur. num. 32. vers. fallit secundo. reprobando Host. qui voluit ita esse iurandum, quamuis collitigans non petat ita iurari, & hic repetenda sunt quæ dixi, supra §. 25. vers. quæ conceptis verbis. Si quis tamen peteret præ-
32 stari iuramentum † addita aliqua execrabili, vel non consueta formula non conuenienti negotio de quo agitur, non esset eo modo iurandum.
33 Alciat. ibidem nu. 33. hinc sublati mores † Longobardorum, & interdictum iurari ad altare, S. Antonij, vt dicebam d. §. 25. vers. obseruaui in fin. Thesaur decis. 61. Iuramentum in fin.
34 Ampl. præsertim vbi adesset † consuetudo taliter iurandi. Alciat. in rubr. de Iureiur. nu. 34. vers. fallit. quarto.
35 Ampl. vt vbi lex exprimit iurandum † esse super euangelijs, nisi ita iuretur, iuramentum sit nullum. Cassan. ad consuet. Burgund. Rub. 10. ll. 12. vers. Ou per le serement. num. 7.
Ampl. præsertim, vbi a iure ciuili vel Cano-
36 nico † exigitur iuramentum. Alciat. in rub. de iureiur. num. 33. vers. fallit. tertio. addendo nu. 34. tanto magis procedere si lex sit odiosa.
37 Ampl. vt testes examinati non tactis † scripturis, cum iuramento, non probent. Fel. in cap. tuis 38. de testib. num. 5. vers. Dicas tamen Lanfranc. in cap. quoniam contra de testib. §. testiũ depositio num. 3. vers. vnde, concludens quod
38 notarius † asserens detulisse testibus iuramentum, nisi addat tactis scripturis iurasse, illorum depositio nihil releuat.
39 Ampl. quod vbi lex requirit iurari † tactis scripturis, vel euangelio, non satis est, illa esse in præsentia iurantis, sed necesse est illa tangi, aliter non dicitur iuratum. glos. cap. 1. verb. corporali de election. in sext. & in Clem. 1. §. porro, verb. tacta de hæretic. & respõdet obiecto; quod sit de l. quod meo §. si per venditorem & l. 1. §. penult. ff. de acquir. possess. Fel. cap. tuis 38. de testib. num. 5. vers. sed verum Thesaur. decis. 47. Iuramenti num. 5. qui loquitur de † constitutione Sabaudiæ, quæ vult iurandum esse tactis euangelijs, & si isto casu aliter iuraretur iuramẽtum non releuaret. Cast. in l. 3. §. iurari ff. de iureiur. num. 1. etiam si fuisset iuratum super Cruce, vel veteri testamento, vel imagine sanctorum, vel epistolis D. Pauli, vt subdit idem
Cast.

Cast. num.2. Luc. à Pen. in l. si quod, C. de vendendis reb. ciuit. lib. 11 num.6.

41 Ampl. vt adeo in iuramento † tam ad effectum obligandi iurantem, quam periurij, sit necessarium tactus scripturarum tempore, quo quis iurat, vt non sufficiat facere relationem ad aliud iuramentum præstitum tactis scripturis. *Marsil. singul.415. iuramentum numer.1.* exemplum referens si quid promitto tibi, & iuro solemniter, & deinde alio tempore dicam per iuramentum alias factum promitto tibi dare decem, non ideo obligor ad iuramentum, nec ad periurium.

42 Quæ dixi de necessario tactu † scripturæ tempore quo iuratur, an possint præstare argumentum, quod iurans per falsos Deos, sit à Christiano seruandum; & rationem habeat vim iuramenti, quoad periurium, & alios effectus iuris, & negatiuam, probat textus *in cap. ecce duo 22. quæst.5.* quem late explicat, & exornat *Couar. in cap. quamuis de pact. §.1.num.7. & seq.*

43 Ampl. vt in magnis causis iurandum † sit super Euangelijs. *Bal. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. num.8.* quem sequitur *Felin. in cap. fraternitatis. 17. ff. de testibus nu.12. in princ. Thesaur. decis.47. iuramenti, num.4. Ias. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. num.13. circa med.*

44 Ampl. etiam si esset scriptura † profana. *Guid. Pap. cons.31. num.8. circa fin.* addendo idem dici si iuretur super lapide, extra casum quo iuretur à teste, vel de calumnia.

45 Ampl. quod si agatur de iuramento † litis decisiuo, aut purgationis, vel in litem, aut veritatis in arduis causis, sit iurandum tactis Euangelijs. *Thesaur. decis.47. iuramenti nu.5.*

46 Ampl. præsertim vbi est iurandum † ex præcepto iudicis. *Thesaur. decis. 47. iuramenti, num.4. & 5.*

47 Ampl. vt parte petente iurandum † sit tactis Euangelijs, quamuis causa sit minima, & extaret consuetudo iurandi tacta alia scriptura. *Thesaur. decis.47. iuramenti, num.6.*

48 Ampl. vt si agatur de iuramento † purgationis vuulgaris, vel canonica, vel præstando ab officiali ratione officij administrandi, vel fidelitatis præstandæ à Vassallo, illud sit præstandum tactis Euangelij. §.1. *auth. iusiurandum, quod præstat ab his qui admin. Alciat. in rub. de iureiurand. num.30. cap.1. qualit. vassal. iurar. debeat Thesaur. decis.47. iuramenti; num. 14.* subdens *in fin.* aliter præstitum iuramentum actum esse nullum, & late *num.15.* addendo idem dici de

49 iuramento † præstando à tutore, vel curatore, & vbi quis admittitur impotens ad cautionem iuratoriam.

50 Ampl. quod si testes debent iurare † ex forma iuris, vel Statuti, quod debeant iurare tactis Euangelijs. Addentes *ad Lanfranc in cap. quoniam contra de testibus, §. testium depositio, num.3.*

51 Ampl. vt proprie iurari dicatur † quando tanguntur sacræ Scripturæ. *Cassan. ad consuet. Burgund. rub. 10. §.12. vers. super le ferment. n.8.*

52 Limit. in iuramento præstando † à iudice electo ad iudicandum. *l. 2. C. de iureiur. propt. calumn. Thesaur. decis. 47. iuramenti nu. 12. & 16. vers. nam quod* concludens isto casu, sat esse scripturas esse præsentes, licet non tangantur.

53 Limit. in Principe, & quibuscunque alijs, in quibus fides exuberare debet, *capit. ad apostolica,* vbi *Innoc. de re iudic. Laudens de princip. num.158. Mysinger. obseru. 17. quando centur. 1.* vbi refert ita fuisse decisum. *Gail* extendens ad quoscunque illustres personas. *obseru. 59. interpositionem lib.2. nu.6.* asserens in Camer. Imperij ita iudicarum.

54 Limit. vbi agatur de iuramẽto promissorio, † vel assertorio, nam non requiritur tactus scripturarum, & licet de consuetudine rangi soleant, deferente notario iuramento, de necessitate tamen non requiritur is tactus, vt pluribus probat. *Thesaur. decis.47. iuramenti, num. 3. & seq. Guid. Pap. cons.31. num.8. circa fin.*

55 Sublimita in feudali contractu † initio eum domino, seu in iuramento, quod præstatur ratione feudi, quia illud præstatur tactis Euangelijs. *cap. 1. qualit. vasal. iur. debeat fid.* & late prosequitur *Syluan. de feud. recognit. q. 109. quæro* subsequenter, *num. 1. & seq.* & dixi *supra in ampl.*

56 Limit. in perito † qui deponit in casu suæ peritiæ, quia deponit de credulitate sub fide sua. *cap. fraternitatis de frigid. & malefic.* quem textum ita intelligit. *Felin. in c. tuis 38. de testib. num.5. vers.* Non obst. *cap. fraternitatis.*

57 Limit. in iuramento non solemni, † nam sufficit tangere quamuis scripturam. *Cast. l. 3. §. iurari, ff. de iureiur. num.2. in fin.*

58 Limit. quoad veram iuramenti religionem † *arg. textus in cap. clerici, vel vouent,* vbi votum simplex non distinguitur à solemni, quoad Deũ quoad veram voti obligationem. ita distingui non debet iuramentum præstitum tactis, quoad veram iuramenti religionem, vel non, scripturis *cap. quamuis de pact. in sext. cap. etsi Christus de iureiur. cap. si aliquem, 22. quæst. 1. Felin. in cap. fraternitatis 17. de testib. num.12. vers. iuramentum tamen est validum.*

59 Limit. in Sacerdote, & reliquis † ecclesiasticæ militiæ ascriptis, vel præpositis, nam illi iurant tacto pectore, creditenim vulgus illorum manus sacris addicta, maculati contactu alterius rei *Alciat. in rubr. de iureiur. num.35. cap. fin. de iurament. calumn. Couar. cap. quamuis de pact. num.3. lib.6. cap.2. num.7. Thesaur. decis.47. num.12.*

60 Sublimita, vbi † Episcopus, vel alius in dignitate ecclesiastica emittit professionem fidei, vel lapsus in hæresim recõciliatur ecclesiæ Romanam tunc iuramentum præstatur tactis Euãgelijs. *cap. quoties cordis 1 quæst. 7.* sicuti & in qualibet aliã causa graui excepto iuramento calumniæ. *cap. fin. de iuram. Calumniæ,* vel à Canone, vel lege, sit expressum clericum, vel Episcopum debere iurare tactis Euangelijs. *Couar. cap. quamuis de pact. §. 1. num. 3.* vel nisi iu-

61 ramentum sit de re graui † vel sit iuramentum purgatorium, nam tunc tangenda sunt Euangelia.

gelia. *cap. quoties §. porro de purgat.* Canon. si
62 tamen clericus † deberet iurare coram iudice
layco, debeat iurare iuxta formam statuti layci
videndus, *Thesaur. decis. 47. iuramenti nu. 12 in fin.*

63 Limit. vbi iuramentum non defertur a lege,
† vel a iudice, vel a parte in iudicio, sed adhi-
betur ad confirmationem actus, nam tunc non
requiritur tactus scripturarum, vt puta quando
contrahentes pro obseruantia contractus iurant
Gallef. de obligat. Cameral. quast. 25. *numer.* 9.
64 efficacius tamen obligat † iuramentum corpo-
rale, quam verbale, *glos. clem.* 1. §. *porro verb.
tacta de haeretic. Gabriel. cons.* 127. *Cornelius lib.*
1. *num.* 9. *Thesaur. decis.* 47. *iuramenti num.* 10.

65 Limit. in Cardinalibus, Episcopis † quia illi
iurant propositis, sed non tactis Euangelijs.
Nellus a S. Gemin. de testib. part. 1. *num.* 59. *circa fin. Scaccia de Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 633.
Vidi tamen sæpius in Vrbe Cardinales, & Epi-
scopos iurare tacto pectore tantum, & quando
debeant iurare tactis Euangelijs dixi *supra vers.
sublimita.* aliud ab eodem Nello traditum loco
66 citato, quod si clericus, † vel sacerdos exami-
netur testis in causa, coram iudice layco,
quod ille debet iurare coram Episcopo, addo
quod id minime vidi obseruari in Vrbe,
& recordor semel fuisse examinatum quemdam
Canonicum Lateranensem coram magistris via-
rum in leui causa, & coram illis iurauit absque
interuentu superioris ecclesiastici, qui si falsum
67 † deposuisset, an ab eisdem potuisset puniri,
videndi sunt. *Frd. de senis. cons.* 93. *factum n.* 5.
in fin. Afflict. decis. 230. *fuit & ibidem visit.
Auffrer. in repet. Clem.* 1. *de offic. ordin. nu.* 81.
*& seq. vers. quaeritur vtrum, & in tract. de po-
test. secul. super eccles. regul.* 1. *num.* 6. *Rol. a Val.
cons.* 12. *prima lib.* 2. *nu.* 26. *& seq. Host. in cap.
verum* 7. *de foro compet. nu.* 4. cum alijs cumu-
latis *in meis Collectaneis ad glos. in l. nullum
verb praescriptionem C. de testib. Viuius opin.*
931. *testes cum nu.* 15.

68 Limit. vbi Iudæus iurat † nam non super
scriptura testamenti noui, vel alia profana iurat
sed super calamo, iuxta praxim Rom. Cur. de
qua testari possum. *Specul. tamen de Iurament.
Calumniae* §. *restat.* 3. *num.* 17. refert plures for-
69 mulas quibus cogi potest † Iudæus ad iurandū,
vt puta per decem præcepta data Moysi, per
Deum patrem omnipotentem Sabaot, vel per
Deum qui apparuit Moysi in Rubo, vel per ver-
bum Adonai patrem, vel per Deum Eloim, &
similia, vel cum imprecatione lepræ, & aliorum
malorum, quibus puniti fuere alij peierantes.
70 An autem Iudæi † obligentur lege ciuili, vel
Canonica circa iuramentum. *Alex. in l.* 3. §. *iu-
rari ff. de iureiur. num.* 10.

Quæ dixi de iuramento præstando a Iudæo
eadem sunt dicenda de iuramento cuiusuis alte-
71 rius religionis quales sunt † Mahometani, Ara-
bes, Scytæ, & reliqui profitentes aliam religio-
nem quam Christianam, vel Iudaicam, vt illi
iurent inuocato Deo, quem colunt in testem
veritatis, quam dicere profitentur, quare Iaco-
bus, Philippus Surdus filius legitimus & natu-
ralis Ioan. Petri I.C. nostræ ætatis celeberrimi
testatus est mihi dum Melitæ inseruiret a sacre-
tis R. P. D. Antonio Torniello inquisitori gene-
72 rali illius insulæ, sæpe vidisse Turcas † in eorum
controuersij derimendis sublata dextra iurasse,
dicendo *Allah Allah*, & non peccare Christia-
num exigentem tale iuramentum a Turca, con-
cludunt. *Couar. in cap. Quamuis de pactis.* §. 1.
num. 9. *vers ac per hoc. & nu.* 10. *vers. quia ille
qui petit. Innoc. cap. & si Christi de iureiur. n.* 2.
peccaret tamen, & obligaretur iuramento si il-
73 le per falsus Deos iuraret † vt idem subdit idem
voluit *Alex. in l.* 3. §. *iurari ff. de iuriur. num.* 7.
& Cast. num. 2.

74 An testis iurans non tactis scripturis, † & de-
ponat falsum puniatur de periurio. *Fel in cap.
tuis* 38. *nu.* 7. *circa med.*

---

§. XXXIX.

SVMMARIVM.

Testis deponens extra articulos, vel positiones nō probat. 1. *& quare.* 3. *Limit.* 4. 5. *Quando testis dicatur deposuisse extra articulos.* 2

Iurans dicere veritatem super articulis & tota causa, virtus huius clausulæ. 1. 6. *& seq.* 9

Testis inductus ad probandam possessionem non potest interrogari de proprietate. 6. *Limita vbi iurauit dicere veritatem super articulis & tota causa,* 7

Interrogatoria impertinentia. 10

1 Dixi nono super † articulis & tota causa
quia cum iurans dicere veritatem super
positionibus, vel articulis datis ab acto-
re, si quid extra illos deponat inutilis est illius
depositio *cap. de testib vbi Fel nu* 2. *Alex. cons.*
90. *viso lib.* 3 *num.* 7. *& in l.* 1. *ff. si cert. pet. n.* 12.
& in l si ita stipulatus §. *Chrisogonus ff. de
verb. obligat. numer.* 13. *vers. nec obst. praedictis.
Surd. decis.* 16. *quia sola nu.* 6. *Gramat. decis.* 103.
num. 81. *& late Farinac. de testib. quast.* 71.
Mascard. de probat. conclus. 1365 *Trentacinque
de testib. resolut.* 7. *In vna. lib.* 2. Quando autē
2 † testis dicatur deposuisse extra articulos, vidē-
di sunt Bart. *in l si duo patroni*, §. *Item Iulia-
nus, ff. de iuriur. num.* 8. *in fin.* Bald. *cons.* 54.
Casus. lib. 1. *vers. ex hoc Vestr. in prax. libr.* 6.
3 *cap.* 2. *num.* 10. & ratio sit, quia † eo casu testis
dicitur deposuisse de ijs super quibus non
iurauit deponere, etiam quod aliquo modo illa
pertineant ad causam, *glos. et DD. in l. si quis li-
bertatem in fin. ff. de pet hared. Cyn. in l. momen-
tanea C. de his qui legitim. person. in iud. non
hab. quast fin. Papiens. in prax. cap. forma Iu-
4 ramenti.* §. *super*. nisi tamen † esset de appen-
dicijs, vel connexis, & dependentibus. *Nellus
a S. Gemin. de testibus num.* 67. *et* 69. Quæ ra-
5 tio cessat vbi testis † iurat deponere super tota
causa, quia quidquid idem deponit pertinet ad
causam, & probat pro vtraque parte. *l. si quan-
do C. de testib. Nellus a S. Gemin. de testib. nu,* 67

adden-

addendo idem dicendum si simpliciter iurasset.
*Aret.conf.*140.*factum num.*2

Iuramento præstito a teste de veritate dicen-
6 da super † articulis & tota causa sequuntur sin-
gularia plura, nempe quod licet testis inductus
super possessione non possit interrogari de pro-
prietate quia possessio nihil commune habet
cum proprietate. *l. naturaliter. §. nixil com-*
7 *mune ff.de acquir.possess.* si tamen † iurauit mo-
do prædicto, posset interrogari, & probaret.
*Fel.cap.de testibus de testib. num.*2. Item quod
testis probat si deponat de ijs, per quæ deueni-
tur ad probationem negotij articulati, veluti si
deponat quis de nominatione, tractatu, filiatio-
nis articulatæ licet nihil fuerit articulatum de
nominatione, vel tractatu. *Felin.ibid. num.*4.
8 *circa fin.* Item quod si testis † quid deponat ex-
tra articulos quod nihilominus probat. *Felin.*
*ibidem.num.*4.*in princ.* Testis autem simpliciter
9 † iurans intelligitur iurasse super tota causa, *Fel.*
*ibidem numer.*13. Item quod interrogatoria
10 non possunt † continere nouum capitulum diuersum
ab articulis. veluti si inducti sint testes
ad probandum mutuum, non sunt admittenda
interrogatoria de solutione. *Io. And.ad Spec. de*
*Test.§.iam de interrogatorijs nu.*4. *vers. Caus.*
Scaccia de Iudic.*lib.*2.*cap.*8.*num.*882.*et seq.*

---

§. XL.

SVMMARIVM.

1 DIxidecimo pro † traque parte. *glos.et*
Bart.in auth.sed iudex C.*de episc.et cle-*
*ric.glos.cap.non sanc.*14.*q.*5.*glos.et Bal.*
*et reliqui in l.*2.C.*de edend.glos.in cap.fraterni-*
tatis de testib.Lanfranc. in prax. §.testium de-
*positio num.*4.*in prin.* addendo sub tali iuramé-
2 to comprehendi † clausulam, quod nec odio,
nec amore, nec timore deponent. *Marant. in*
*prax.cap.sextus actus num.*20. *Ripa testans de*
*communi in l.*2.*C.de edend.num.*23.*addentes ad*
*Vestr.in prax.lib.*6.*cap.*2. *num.* 44. *Rota Aue-*
nionens. decis. 116. *procurator. num.* 2.

3 Ampl. vt testis recusans deponere† veritatem
pro vtraque parte efficiatur suspectus, addentes
ad Papiens.in prax.cap.formam iuramenti. §.
dicere, vers.pro vtraq. & quod debeat iurare
4 deponere veritatem † pro vtraque parte examinat.
*Tuscus conclus.*168. *testes regulariter.*
*Aretin.conf.*140.*factum num.*2.

5 Ampl. quod si testis recuset respondere † in-
terrogatorijs partis côtra quem inducitur, quod
nihil probat. *Specul.de testib.§. iam de interro-*
*gatorijs sequitur, Ripa in l.*2.C.*de edend. n.*23.

Quæ dixi de teste quod efficiatur suspectus
nisi respondeat interrogatis pro vtraque parte
multo magis procedunt contra iudices, & testiũ
6 † examinatores quos nuncupamus interpretes,
vt integra testium dicta scribere curent cum
contigerit testes ipsos partim pro actore, partim
verò pro reo testimonium veritatis perhibere.
Nec agant, vt nonnulli inuersam habentes cõ-
scientiã, qui solum ea scribunt, quæ ad testes
7 † producentis fauorem tendunt, &, quod per-
niciosius est, criminalibus in causis malum hoc
agunt, ea tantum adnotantes quæ pro fisco fa-
ciunt, cùm ad informationem (vt dicunt) te-
stes examinant; non videntes miseri, quòd dum
reo defensiones sic subtrahunt ipsi Cælorum
regno priuantur. iure ergo Carolus Imperator
8 eius Nominis † Quintus in regno Neapolitano
pragmatica sanctione cauit. Incipiente, *Item*
quia nobis, quod integra testium depositio etiam
contra fiscum scribere debeãt, & contrarium fa-
cientes pœnis subijci statuit.

9 Virtute relatæ Clausulæ † pro vtraque parte
consequitur, quod is qui induxit testes non
potest pœnitere, nec impedire quo minus exa-
minentur, instante eo contra quem sunt indu-
cti. *Innoc.& Butr.in cap.præsentium de test ib.*
quos refert, & sequitur. *Aretin.conf.* 140.*fa-*
*ctum. num.*2.*vers.ad quæsitum*, eam afferens
10 † rationem quia facti sunt communes partibus,
exemplo eius quod dicitur de rescripto, quod
fit partibus commune, vbi iudici fuit præsenta-
tum, & citata pars ad dicendum contra illud.
*idem Aretin.conf.*33.*consultatio num.*3. *in fin.*
vers.& primo, & late Beltramin. ad Ludouis.
*decis.*552.*fuit dictum num.*7.*Aretin.d conf.*140.
sequitur Crauet.*de antiq.tempor.par.*1. *quari-*
*tur num.*2.*Capic.decis.*39.*in causa Francisci,*
*num.*3.concludens doctrinam *Innoc. in d. cap.*
præsentium, intelligendam, testes inductos, &
iuratos posse examinari instante eo contra quẽ
fuerunt inducti, non autem quod qui illos in-
duxit cogatur illos examinare, quia esset nimis
graue, quod quis contra se arma pararet, vt con-
siderat Rota *Auenion.decis.*116.*procur.num.*6.
nec aliter loquitur Capic.*d.decis.*39.quem aliud
11 dixisse † male dixit *d.Rot.eadem decis.*116.*in*
fin.

12 Ampl. vt possit examinari † absque alia cita-
tione ad videndum illos iurare. *addentes ad*
Capic.*decis.*39. *In causa Francisci nu.*3.

13 An autem si conducti fuerint testes † e lon-
ginquis partibus, qui illos examinat, debeat in
expensis contribuere videndi sunt addentes
ad

ad Capie.decis. 90. vers. ad expensas elconora.
14 An autem qui testes induxit † possit illos reprobare videndi sunt *Butr.in cap. praesentium. de testib. num.6. cum alijs cumulatis in meis Collectaneis ad l. si quis testibus C. de testib. & ad l. si uxor. §.fin.vers. fero enim ff. de adulter. Crauet.de antiq.temp.part.1.§.quaeritur. n.13. & seq.*

§. XLI.

SVMMARIVM.

Dicere veritatem clausula quasit virtus. 1
Testis debet deponere de ijs qua nouit per vnum saltem ex quinque testibus. 2. *Limit.* 3. *quando illius dictum praesumptiue concludat.* 4

1 Dixi vndecimo dicere † veritatem, quod ex me ipso addidi, non autem quod eã solemnitatem, seu terminum viderim obseruari in Curia, sed quia illa vidi apponi a notarijs, dum recipiunt sibi commissa iuramenta testium, supplentes illi tamquam iudices in facto, quæ partes non præstiterunt, exquisito iuramento a teste, quod sit dicturus veritatem,
2 quam † nouit ex aliquo ex quinque sensibus corporis videlicet, visu, tactu, odoratu, gustu, vel auditu proprio, & raro de alieno, prout ratio exegir. *Papiens.in form.Capitul.§.1.n.5.*
3 Valida tamen est † aliquando testium depositio, quæ sensu corporis non percipitur, sed mente, & ratione, concludenti, & conuenienti actui, de quo testis deponat veluti si quis deponat aliquem esse sanæ mentis, vel dementem, sanum, vel infirmum, paupetem, vel diuitem *& similia Alex.in l.1.ff. si cert. petat. num. 19.* bonæ, vel
4 malæ famæ declarando quando † sit verum quod sufficiat dictum testis præsumptiue concludere.

§. XLII.

SVMMARIVM.

Locus est exprimendus quoties agitur de actu praestando. 1. *sine eo nec naturalia nec artificialia esse possunt* 2
Ad personas egregias mittitur notarius ad recipiẽdum illarum examen & cuius expensis. 3
Iuramenta testium, vbi praestanda sint denuntiandum est collitiganti. 4. *si testes iurent extra locum intimatum examen est nullum.* 5
Sententia lata extra locum solitum est nulla. 6

Dixi duodecimo in, *eorum, vel in notarij domibus*, quia cum citata fuerit pars ad videndum restes iurare, vt dixi *supra §.35.* necesse est exprimere locum vbi iurerur, nõn aliter ac dixi esse de substantia instrumenti enunciare locum, vbi illud stipulatum fuerit, vt dixi supra hoc cap.§.9. Quoties enim
1 cumque agitur de facto præstando † locus est de substantia actus. *l.qui insulam, ff. de verb. obligat.* nam cum omne quod est, necesse sit vt occupet locum quemdam, & quod nec in cœlo, nec in terra est, nihil sit, vt inquit. *Plat. in Timæo, & vt inquit Mercur.Trimegis.in Pimand.cap.11.* Locus † nisi esset naturalis, & vt
2 ego addo, etiam artificialia esse non possent. Ideo vt validum sit testis examen denunciandus est collitiganti locus præstandi iuramenti a testibus, qui cum possint esse personæ eggregiæ, vel infirmitate, vel ætate impeditæ, vel sit mulier ad illas mittitur notarius, qui ab eis reci-
3 piat in ipsorum † domibus iuramentum. *l. ad personas.15.ff.de iureiur.* Cuius autem expensis mittatur notarius ad recipiẽdum iuramentum ab eisdem testibus videndi sunt. *Boer.decis.303. num.5.Capel Tholos.decis.100.& ibidem Auffrer. Menoch.de arbit. iud. Casu. 228. Absenti.* Vel testes sunt personæ, quæ sine læsione suæ dignitatis, possunt accedere ad domum notarij causæ, ideo apposita sunt verba illa videndum
4 † iurare testes in notarij domibus, quoad citatus sciat certo vbi iuramentum sit præstandum. Ex qua expressione loci iuramenti tacite censetur expressus locus examinis, qui pariter est pariter intimandus cum expressione loci, loci nisi hæc posterior expressio aliunde colligatur facta, vt resolutum fuit *à Rota teste Mantic.decis. 64. fuit resolutum.*
5 Notandum quod si testes iurent extra † locũ intimatum, illorum examen est nullum, *Seacc. de iudic.lib.2.cap.8.num.34.& seq.* vbi rationem assignat. *Vest.in prax.lib.6.cap.2.num.16.Vãtius, de Nullit.ex defect.citat.num.73.Bald.* lo-
6 quens † de sententia lata extra locum solitum, *in l.1.C.quomod.& quand. Iud. num. 14. vers. per Eyn.& Bart.*

§. XLIII.

SVMMARIVM.

Clausula, & vbi reperti fuerint in citatione ad videndum iurare testes improbatur cum stylo illam apponendi. 1. *& quare* 2. 3
Testis non potest iurare extra locum iudicij. 3

1 Dixi decimo tertio † *& vbi reperti fuerint* Ita practicatur in Roman. Curia, & semper dixi eam praxim nimis exorbitare a iure communi, cum ista citatio requiratur ad videndum iurare testis quoad quis fiat certus ex habitu, vel aspectu an illi sint personæ viles, miserabiles, diuites vel pauperes, idemque testis non cognitus facili mutato habitu, sæpius examinati possit sub diuersis nominibus, vt contigit superioribus annis in tribunali Aud.Cam. a vbi ex tortis litteris missiuis loco remissorialiũ, modo ad iudicem vnius loci, modo alterius, semper idem testis examinabatur, & si recte recolo idem testis cum inducente laqueo vitam finiuit

finiuit, & publice dicebatur vocari. *Ioan.Bap. tistam Naldinum*. Quod vbique recipiatur iu-
2 ramentum † testis, & quod vbique comparere debeat citatus est contra ius, quo disponitur testem non † posse iurare extra iudicium. *Lanfranc.in prax §.Testem depositio nu.13.* & ratione incertitudinis videtur nulla, & inualida talis citatio, vt dixi *tract.de except.c.15.§.3.vers. Citatio & vers.Item citatio dicitur* Ideo Viu. *opin. 931. testem cum iuramento num. 12. & seq.* vrget & exclamat, vt is contra quem sunt examinandi testes, illos videre procuret, & hac cautela sæpe separasse victoriam, & tanto magis abhorreo hanc praxim recipiendi vbique iuramenta testium, si deinde contingat impotentia, vel negligentia, vel imperitia citati, vel illius procuratoris, testes, examinati sine intertogatorijs eius, contra illi testes sunt inducti, practicatur tamen modo prædicto, & cum frequentes fiant tribunalium reformationes, nemo tamen aduertit tollere hunc abusum, sæpe habētem comitem falsitatem, cum videtim notarios recipientes iuramenta testium in plateis, vijs, & in compitis scribere iuratum fuisse apud acta ruimus in peius venite ad Oremus.

§. XLIV.

SVMMARIVM.

Clausula ad primam diem cum viginti sequentibus apposita citationi ad dicendum contra articulos examinatur. 1. *& seq.*

Testis de veritate dicenda debet iurare die iuridica. 2. *Ampl.* 3. *Limit.* 4. 5. 6.

Testes iurati die iuridica examinari possunt die feriata 7. *& quare*. 8

Testium probatio pendet a iuramento solemniter præstito. 8. *ampl.* 9. 11

Iuramenti delatio in teste est iuris diuini. 10

Statutum quod credatur testi sine iuramento an valeat. 11

Examen testis retrotrahitur ad diē præstiti iuramenti. 12

Terminus ad videndum iurare testes non debet esse nimis breuis nec longus alias facit examen nullum. 13. *& quare ibidem.*

Citatio ad videndum iurare testes debet esse certa ratione loci & temporis. 14. *ampl.* 15

Citatio cum nimis breui termino non arctat citatum ad comparendum. 16. *dat causam appellādi*. 17. *facta sine expressione termini intelligitur ad primam diem iuridicam*. 18. *declara* 19

Citatio facta contra putantem sua interesse ad videndum iurare testes die prima iuridica & deinde singules diebus & horis an sit valida. 20

Examen testis est nullum si ille iurauit die non expressa in citatione. 21

Sententia lata die non expressa in citatione est nulla. 22.

Testes qui iurarunt durante dilatione data possūt quandocunque examinari, 23

Certitudo requiritur in iudicijs. 24

Libellus debet esse certus. 25

Sententia incerta non valet. 26

Citatio ad videndum iurare testes an illi cum die sit apponenda hora. 27. *facta ad diem non iuridicam intelligitur pro prima die iuridica*. 28

Dixi decimo quarto, *ad primam diem † cum viginti sequentibus*. Ad explicationem horum verborum plura sunt
2 notanda. Primo quod dies in qua † testis iurat de veritate dicenda, debet esse iuridica, & non feriata in honorem Dei, vel sanctorum *Alex.cons.213.lib.2.num.3. Lanfranc.in praxi. §.Testium depositio num.12. & 13. Abb. cap. 1. de ferijs num.9.vers.& hoc Scaccia.de iudic.lib.2 cap. 8.num.459.in fin.* concludens hoc non habere difficultatem, nec in theorica. nec in
3 praxi addendo *nu.* † 458. de partium consensu non posse deferri die feriata in honorem Dei, vel principis, vel hominum vtilitatem. *Alex*
4 *cons.213.lib.2.*† Limitat in ferijs vendemiarum
5 si pars consentiat. Nisi tamen testes sint † absuturi, vel iudicantis iurisdictio esset peritura, seu periculum est in mora *addentes ad Lanfranc. in praxi §.testium depositio. num. 12. & 13. in fin.* & idem dicendum in omnibus casibus qui-
6 bus † examinari possunt, non citata parte ad videndum illos examinare, vel iurare, quos cōgessi *supra §.26.& seq.Spec. de ferijs §.2. nu. 3. & seq.Scaccia de iudic.lib.2.cap.8.nu.459.*
7 Secundo quod testes qui die iuridica iurarunt † possunt valide die feriata examinari. *glos.1. in Clem.iudices de offic.delegat.Spec.de ferijs. §. 2. num.6.Guid.Papa decis.125.practicatur.*
8 Et ratio est † quia cum vis, & virtus depositionis testium pendeat a iuramento præstito. *l.iurisiurandi,C.de testib.vbi Bald.in fin.* concludit testimonium sine iuramento non habere formam, nec substantiam, nec figuram, ita vt
9 Papa † non possit dispensare ne sine iuramento credatur testi. *addent ad Mathesil.sing.38.Nota quod num.37 Crescent decis. 4. de testib. nu. 4. Rol.a Val.cons.8.sententiam lib.4. nu.14.* quia
10 illius † delatio, & præstatio est de iure diuino. *Aug.Triumph.de potest.eccles. q. 55. art. final.* quem sequitur, *Marsil.singul.214.ad validitatem num.4.Menoch.de arbit.iudic.q.26. nu. 3. & 4.* & quamuis aliqui velint valere statutum
11 † quod credatur testi, absque iuramento, communis tamen est in contrarium, vt refert. *Afflictus in prax.§.19.cap.28.nu.1. & seq.* vbi plu-
12 ribus probat. potentia tamen iuris examen † testium retrotrahitur ad diem præstiti iuramenti, vt dixi *sup.§.28.in fin.*
13 Tertio quod nec nimium † breuis, nec nimis longa debet esse dilatio, ad videndum testes iurare, vtroq. enim casu inducitur nullitas examinis, ex breuitate enim inducitur impossibilitas, & ex longitudine seruitus, & vtrumque
14 in iudicijs, reprobatur, ideo citatio † ad videndum iurare testes debet esse certa, tam ratione loci, quam temporis. *Cæsar. de Graf. decis. 15. de testib.nu.3.I ut.decis.148. Coram D. Aquin. lib.2.*

lib.2. & decis. 252. *fuit etiam, & decis.*91.*com-*
15 *miserat num.*2.*lib.*1.alias † non obligat cita-
tum. *l.aut qui aliter.ff. quod vi aut clam. Alex.*
*cons.*147.*lib.*2.*num.*13. *Rom.cons.*359.*num.*8.
*Vantius de nullit. ex defect. citat.num.*29. So-
16 *cin.de citat.art.*20. *num.*14. ad comparendum
si fuerit terminus nimium breuis. *Abb.cap. cum*
*dilecti de dolo & contum.nu.*50. *Cassad. decis.*6.
eod.tit. Crescent, decis. 6. *de dilation.* Caputaq.
decis. 161. *num.*8. *part.* 2. *Put. decis.*150. *con-*
17 *clusimus lib.*3.addendo talem citationem † da-
re iustam causam appellandi. Hinc factum, vt
18 citatio † facta absque expressione termini intel
ligatur facta ad primam diem iuridicam. *Puteus*
19 *decis.* 207. *vigesima tertia lib.* 2. si tamen † ea
die quis comparere potest, alias intelligitur de
congruo termino. *Vant. de nullit. ex defect. ci-*
*ciot.num.*71. *vers.contrarium*, addendo tutum
esse exprimi diem, ac etiam horam, quia tempus
iudicialium actuum conuenit esse omnino cer-
tum, & quamuis. *Bald.in l.*1.*ff.si quis caution.*
8. *in fin.* quem sequitur *Veral.decis.*113.*citatio,*
20 velit citationem † factam contra putantem sua
interesse ad videndum iurare testes pro tali die
iuridica hora solita causarum, & deinde singu-
lis diebus, & horis esse validam, & bonam. Ro-
ta tamen contrarium tenet testibus *Anton.Au-*
*stin.in Repertor. §.de citatione,num.*24. Man-
*tic.decis.*9.*fuit num.*2. *Theodos. Rubeus in suis*
singul. vbi. & Bald.in hoc sibi non constasse.
Scaccia *tamen de iudic.lib.* 2.*cap.*8. *num.*25. *&*
seq. plura circa hoc dicit.
21 Quarto sequitur, quod si testes † alia die iu-
rauerint non comprehensa in citatione, examen
ex defectu citationis sit nullum. *cap.si à iudice*
de appellat. vbi *Io. Andr. verb.in termino*, &
eum textum in hunc sensum ponderat. *Bald. in*
l.cum non eo, in fin.C.quand.prouocar. non est
*necess.*cum alijs cumulatis *a Vantio de nullit.ex*
*defect. citat.num.*73. *Scaccia de iudic. lib.*2.*cap.*
22 8. *num.*25.& idem dicitur de sententia † lata
die non expressa tacite, vel expresse in citatio-
ne ad illam audiendam. *Bald in l.*1.*C.quomod.*
& quand.Iudex num. 14. *Vestr. in praxi lib.*6.
*cap.*2. *num.*16.
23 Quinto, quod si testes iurauerint † infra ter-
minum expressum in citatione, possunt illi exa-
minari etiam lapso termino dato ad examinan-
dum, vt dixi §.27. *& seq.* vbique *in fin.* quare
cauti Curiales dato termino pro exequutione re
missorialium, vel data dilatione statutaria, cu-
rant, testes iurare durante termino, vel dilatio-
ne, & deinde ad libitum examinant illos, &
examen dicitur factam infra dilationem, & ter-
minum, vt dixi *supra vers. secundo*.
24 Quia in iudicijs † omnimoda requiritur cer-
titudo. §.*si vero quidem auth.de exhiben. reis*,
25 ideo dicimus, quod libellus † debet esse certus.
*glos. in l.*1.§.*si quis argentum, verb iuranti, ff.*
deposit. Ias.§.*curare, Inst.de action.num.*7. *in*
26 *prin.* & sententia † incerta non valet. *d. §. cu-*
rare, ad quem plura congeri *in meis collectaneis*
*Grauet.cons.*79.*num.*5. non esset absonum di-
27 cere, quod cum die † exprimenda esset hora,
qua iurabunt testes, aut saltem restringendum
ad horam audientiæ, qua iudex ius redit, vel
qua talia peragi solent. *cap. consuluit de offic.*
delegat. Bald. in l sicut proponis, 2.C. *quomod.*
*& quand.Iud. num.*3. *Felin.in cap.cum m. de*
*constit. num.*6.*vers. & si habentes*, & quod sit
exprimenda hora iuramenti præstandi. *Veral.*
*decis.*285. *testes iuratus .part.*3. *num.*3. Scaccia
de *iudic. lib.*2. *cap.*8. *num.*26.
Septimo, quod si quis fuit citatus ad viden-
28 dum † iurare testes pro die non iuridica, quod
illi non possunt iurare die iuridica, immediate
sequenti, quia citatio pro die expressa est circũ-
ducta. *Rota decis.* 15. *de test.b. in nou. Felin.in*
cap in nomine de testib. num. 37. *vers. vltimo*
scias, quod tamen non seruari de stylo Curiæ
Delphinatus tradit *Guid.Pap.decis.* 125. *in fin.*

---

§. XLV.

SVMMARIVM.

Interrogatoria debent esse pertinentia. 1. *in dubio sunt iudicanda, nec referanda.* 2. *quæ rescanda.* 3. *quibus respondendum.* 4. *Stilus Rotæ in rescandis interrogatorijs.* 5.

Peritiores consulendi. 6

Marcus Antonius Eugenius commendatur. 7

Interrogatoria, an de iure, vel stylo dentur. 8. *quid sint.* 9

Interrogatoria sunt generalia, vel specialia,

Interogataria generalia, omnibus testibus fieri possunt in quacunque causa. 10 *quæ sint.* 11

Interrogatoria specialia, quæ sint 12. *est magni momenti illa conficere.* 13. *quare fiant* 14. 15. *qualia admittantur.* 16. 17. Cautio *in illis conficiendis*. 18. 19.

Seruitus non acquiritur absque scientia eius in cuius præiudicium quæritur. 20. *quomodo probetur talis scientia.* 21. *an vera, vel præsumpta requiratur.* 22

Testes singulares, quando falsi dicantur, & puniendi de falso. 23. 24

*Aretin.cons.*71. *num.*3. *reprobatur.* 25

Testium contrarietas præbet indicium ad inquirendum in illos de falso. 26

*Statut.Vrbis lib.*2.*cap.*47. *declaratur.* 27

Interrogatoria specialia qualiter conficiantur. 28 *qualia fiant in exemplatione iurium.* 29. *dantur si illa petantur dari.* 30. *Iudex supplet, vbi illa non dantur. & quomodo. alius examen est nullum.* 32. 33. 34

Interrogatoriorum copia non datur parti, sed bene articulorum 35. 36. 37. 38. *& quare ibidem. Limit.* 37. 47. 39.

Examen est nullum si iudex non examinat super omnibus interrogatorijs. 40. *Ampl.* 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. *Limit.* 48. 49.

Examen testium est validum licet testes non sint examinati iuxta interrogatoria. Sed tantum salua facultas interrogandi, etiam post publicationem. 51. *Ampl.* 52. 53. 55. 56. *Limit.* 57.

DIxi decimoquinto, *& ad dandum interrogatoria*. Omisso examine, an interrogationes, & interrogatoria sint idem, cum id præstiterim *in tract. de differentijs verborum iuris*, §. *interrogatoria*, & inter alia dixerim interrogationes fieri aduersario litiganti, Iterrogatoria vero testibus examinādis ab actore, vel reo. Notandum est ante omnia, quod sicuti *supra* §. 30. *vers. articuli*, dixi articulos debere esse pertinentes, seu conuenientes cau-
1 sæ, ita † & interrogatoria non debent esse impertinentia, vel captiosa, ambigua multiplicem haben: ia sensum, alias possunt à iudice resecari. *Specul. de teste*, §. 6. *nu.* 3. *circa med. Gail. obseru.* 95. *Innoc. num.* 1. *lib.* 1. *Mandel. in repet. l.* 1. *ff. si cert. petat. num.* 78. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8.
2 *num.* 878. *& seq.* addendo † in dubio non esse resecanda, *& num* 891. *& seq. & num.* 894. *&*
3 *seq.* refert plura interrogatoria † quæ resecantur *Bart. auth. si testis, C. de testib. Abb. in praxi,*
4 *cap.* 84. qui referunt quibus † interrogatorijs testes non debent respondere, *Teoat conclus.* 141. *cap.* 8. idem facit, sicuti, *& Tuscus concl.* 322. *interrogari, Crotus de testibus part.* 7. *nu.* 178. *Alberic. de Matel. de testibus cap.* 8. *num.* 2. *Campeg. de testib. regul.* 274. *vers quinto, el* 2.
5 & vidi sæpe in Rota† eam resecationem committi alicui causarum patrono, qui referret, quæ sint resecanda, cognitio enim istorum ad eos est remittenda, qui quotidie in istis versantur, nam legimus, & Scæuolam legum clarissimum, & certissimum vatem, quotiescunque consuleretur de iure prædiatorio, causam ad Furium, & Ca-
6 sellium reiecisse, quia huic scientiæ † dediti erāt, teste *Valer. Max. lib.* 8. *cap.* 13. Et ego, qui in materia Laudemiorum, postposita cura, & diligentia conquirendi clientes, & neglectis obsequijs, quæ volunt sibi præstari ius dicentes, intra priuatos parietes latui, examinando controuersam, & implicitam laudemiorum materiam, quotidie aliquem habeo, etiam ex primarijs Curiæ Aduocatis, qui à me exquirat, quid sctipserim in hoc, vel illo articulo, & meis laboribus contra morem Scæuolæ lucrantur. Excepto
7 Marco Antonio Eugenio nepote alterius Marci Antonij insignis nostra ætate. I. C. qui consultus, an ex affrancatione rei emphiteoticæ esset debitum laudemium, causam ad me remisit, & & iuxta votum meum fuit iudicatum, negatiue.

Circa interrogatoriorū materiam plura scribi possunt, si omnia quæ in singulis causis sunt obseruanda referrem, cum tamen cautus causarū patronus ex generalibus colligere possit specialia, breuius quo fieri poterit referam, quæ plu-
8 ribus essent explicanda. interrogatoria † ergo
9 quæ an sint † iuris, vel consuetudinis, distinguit *Mandel. in repet. l.* 1. *ff. si cert. petat. n.* 77. & dixerat *Spec. de teste*, §. 6. *num.* 1. cum sint quæstiones quædam, quæ mouentur testibus, tam super negotio principali, quam circa illius accidentia, *cap. præsentium*, §. *testes*, vbi *glos. verb. interrogatoria de testibus, in sext. Alberic. de Maletis de testib. cap.* 8. *num.* 1. & illorum
10 † alia sint generalia, que fieri possunt cuicunque testi, & in quacunque causa, tam ciuili, quam criminali, sacra, vel profana, & siue agatur de possessione, siue de proprietate, & domi-
11 nio. † Vt puta, an testis cognoscat partes litigantes, qua occasione, de quo tempore cæperit illos noscere, an sit illorum aliquis, vel ambobus amicus, inimicus, domesticus, familiaris, famulus, affinis, consagnineus, negociorum gestor, aduocatus, procurator, sollicitator causarum, vbi degat, & degerit, an sit ciuis, vel incola loci, vbi examinatur, vel castri, vbi tractatum, & conclusum fuit negocium, de quo litigatur, de quo tempore cæperit habitare ibidem, & an continuo habitauerit, vel secus, an sit vel fuerit vnquam excommunicatus, confessus sacramentaliter; an sit alicuius ex litigantibus debitor, creditor, fideiussor, an viderit legerit, vel legi audiuerit articulos, super quibus est examinandus, an sibi fuerit dictum, quid, & qualiter deponere debeat, an quid habuerit, vel habere sperat ex præsenti depositione, quem vellet ex litigantibus victoriam reportare, quem ex illis credat iustam souere causam, an pro certo teneat sua dispositione profuturum ei, qui illum in testem induxit. An sponte subiecerit se examini, à quo fuerit requisitus ad se examinandum, & addat nomen, cognomen, eius, qui illum requisiuit, quibus verbis, quam die, mense, & hora, & quibus præsentibus, an sibi aliquid fuerit datum, vel promissum occasione examinis. An ipse testis sit pauper, vel diues, vel alienis ex pensis viuat, quid, & quantum habeat in bonis. An fuerit citatus, vel monitus ad subijciendum

se

se examini, quæ die, hora, & mense, cuius iudicis auctoritate, an cum cominatione pœnæ, vel sine, an sit artifex, vel sine arte, plebeius, vel nobilis, an sciat super quibus sit examinandis, & sit perhibiturus testimonium de visu, vel auditu, de scientia, vel credulitate, an sit vasallus inducentis, vel sit ex vniuersitate litigantis, & an habeat aliquod interesse in causa, vel aliquis eius affinis, vel consanguineus lædi posset, si succumberet, qui illum in testem induxit quam partem mallet victoriam reportare, an loquutus fuerit cum aliquo de examine faciẽdo, & referat verba vicissim dicta, addendo locum & locum loci, & contestes talis colloquij rationẽ scientiæ, *Spec. de teste §.6. num.8. & seq. plurib. & num.19. & seq.*

12 Alia sint interrogatoria specialia † quæ conueniunt negotio ei tantum super quo testes fuerunt inducti, & qualiter illa concipi debeant, certa non possit dari regula, cum pro negotiorum qualitate, natura, & substantia sint conficienda, *Scacc. de iudic. lib.2. cap.8. num.908. &*
13 *seq.* addendo † magni momenti esse conficere interrogatoria. *Oldend. de testib. cap. de Interrogat. testium.* cum enim illa fieri concedatur,
14 † quoad fiat periculum, an testes verum deponant, & non conuenientibus testibus in aliquo ex decem prædicamentis, siue agatur de interrogatorijs substantialibus, siue accidentalibus, vel cohærentialibus, testes fiant varij, & nihil probent, vt considerat. *Bald in l testium.* 14. C. *de testib. num.* 16. *& seq. plurib.* & quamuis *Marant. in prax. part.6. §. Septimus actus, de interrogatorijs num.2.* velit interrogatoria
15 † fieri ad effectum, vt testes fiant varij, seu vt inquit *Vest. in prax. lib.5. cap. final. num.1. in princ.* fiant illa ad extenuandam intentionem inducentis testes, seu vt dicebat *Spec. de teste §.6. num.7.* ad destruendum dicta testium, vel fundandam intentionem producentis, & ideo dicebat *Scaccia de iudic. lib.2. cap.8. num.871. in fin.* non esse despiciendos, qui longa serie interrogatoriorum student illaqueare testes, suspectos de falso. Non ideo laxatæ sunt habenæ
16 interroganti, vt ad libitum suum † testes interroget captiose, vel sophistice, vt subdit idem *Scaccia ibidem num.872.* vel de non pertinen-
17 tibus ad causam, vt dixi infra. *vers. quarto.* Si tamen testis sit † iudici suspectus, licet illum interrogatorijs illaqueare, & artem, arte eludere. *Cagnol. in l. ea est natura, ff. de reg. iur. numer.16. Campeg. de testib. regul.274. vers. nono.*

18 Quare cautus, & peritus causarum † patronus in conficiendis interrogatorijs, illud ante omnia aduertat, an ab eo qui dedit articulos ad probandum actionem suam, vel exceptionem fuerint articulata omnia, quæ confirmata testium depositione remaneat probata agentis, vel excipientis intentio; deinde conficiat interrogatoria, circa accidentia tam substantialia quam accidentalia, & cohærentialia eorum,
19 quæ fuerit articulata, cum cautione † ne si quid desit ad substantiam articulorum, quidquam de illo interroget, sæpe enim accidit, vt quæ desunt articulatis suppleantur per interrogata. *teste Gail. obseruat.95. in conficiendis libr.1. num.5.* & ante Gail. dixerat *Campeg. de testib. Regul.274. vers. Octauo cl 2.* & cum N. ad probandum in iudicio retinendæ seruitutis articulasset legitimum tempus ad acquirendam seruitutem continuam, & nihil dixisset de scientia & patientia eius in cuius præiuditium dicebatur acquisita, seruitus, dedi tantum inter rogatoria, quæ respiciebant tempus, & vsum serui-
20 tutis, & an testes † scirent, qui esset dominus rei, in quam dicebatur quæsitu seruitus, cum absque illa non possit acquiri. *Grauet. cons.134 num.14. Ias. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. num.52. in fin. Alex. cons.16. in causa lib.5. nu. 13. & 18. Rol. a Val. cons.9. negar. lib.3. nu.43.*
21 *& seq.* vbi prætermittitur quomodo † probetur isto casu scientia. *Bouer. singul.18. possessio nu.9 Bart. in l.1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq pri-*
22 *uat. num.10.* † sed an sufficiat scientia præsumpta videndi sunt. *Capic. decis.57. & Rota decis. 6. si propter. de iur. pat. in nouis.*

Ex relata cautione interrogandi testes de lo-
23 co † tempore et identitate rei condemnati fuere testes, qui deponebant Susannam violasse thorum mariti, dum vnus deponeret de adulterio commisso eadem tempore sub schino, alter sub prino, cum impossibile esset per rerum naturam aliquam vno & eadem tempore per essentiam & præsentiam fuisse in pluribus locis. Deo excepto, qui est vbique. vt legitur *Daniel. cap. 13.* & probat, *glos. in cap. nihilominus, 3. q.3. & in cap. cum causam, verb. loco de testib. Spec. de testib. §. iam de interrogatorijs num.9. Aretin. cons.72. diligenter. num.3.* concludens relatis, *Nicol. de Matarel. & Bald.* iuste punitos fuisse
24 † dictos senes de falso quamuis *Aretin.* senten-
25 tiam † in casu suo vbi aderant duo testes sibi contradicentes in eodem actu falsam asserat *Farinac. de testib. quæst.55. num.6. in fin. dum prius num.5.* retulisset qui illam esse commu-
26 nem testentur, & contrarietatem † in testibus præbere tantum indicium ad inquirendum in illos, & eosdem carcerandi, & torquendi & ita
27 caueri † Statuto Vrbis, *lib 2. cap.47.* subdit idẽ *Farinac. num.9. & seq.* quem miror non fecisse mentionem de sententia condemnatoria senum Susannæ.

Plurimi itaque momenti cum sit dare conuenientia interrogatoria specialia poterit quisque
28 sibi formulam † constituere ex his quæ aduertit. *Specul. de testib. §.6. §. iam de interrogatorijs num.4. & seq. & post. Spec. notarunt Ioan. Barber. in suo defens. iur. seu praxi. cap. Exception. contra interrogator. n.2. & seq. Rulant. Ruger. tractat. de commissar. & Commission. part.2. lib.5. cap.27. num.11. & seq. & cap.28. nu.1. & seq.* vbi refert qualiter concipienda sint interro-
29 gatoria † in extractione iurium, seu instrumentorum exemplatione, & communiter cæteri practici. *Scaccia de Iudic. lib.2. cap.8. nu.868.*

Singularia aliqua in materia interrogatoriorum addam, & illud erit primum quod dare in-
30 terrogatoria licet sit positum † in voluntate eius contra quem testes sunt examinandi illo ci-

tato. *Gail.obseruat.*95.*In lib.* 1. *num.* 9. Attamen si non fuerint data, iudex † quia potius
31 scandalum patitur quam veritatem occultari *c. qui scandalizauerit. extra.de reg.iur. Speeul.de teste.q.6.nu.*15. † debet ex officio prudenter de singulis circumstantijs negotij articulati, de causis scientiæ, de loco tempore, visu, auditu, scientia credulitate, fama,& certitudine inquirere, & interrogare testes, an odio, vel amore, promissione donis subiecerit se examini & cuncta penes acta referri *Barber.in sua Aurea praxi cap.except.con.interog.num.*3. *Gail.d. obser.* 95.*num.*8. Vnde versus.

Auditus, visus, persona, scientia, causa
Fama, locus, tempus, ac certum, credulitasq.
Conditio, sexus ætas, discretio fama
Et fortuna fides
Dum testes recipit iudex hæc cuncta notabit. glos.cap. 2.*verb.vilissimi cap.cum causam.de testib.& in l.*3.*verb.inimicitiæ.ff. eod.addentes. ad Guid.Pap.decis.*72.*quando, vers.vt not.Innoc.Fel.cap.per tuas* 47.*de test.num.*2. addendo
33 super quibus iudex † debet ex officio testes interrogare. *Mandel.in repet.l.*1. *§.si cert. petat. num.*77.*post med.* concludens cum Specul. iudicem debere intercogare testes de ijs omnibus, propter quæ possunt a testimonio repelli. *Campeg.de testib.regul.*274. vbi refert, quæ interrogatoria debeat facere, & non facere testibus. *Rebuf.tract.de inquisit.art.final.Nellus.a* S.*Gemin.nu.*99.*in fin.* concludens isto casu iudicem debere interrogare iuxta interrogatoria de quibus *in cap.cum causam de testibus. Alberic.de Malet.de testib.cap.*8. *num.* 2. addendo posse supplere inijs quæ pars defecit in indaganda veritate, & idem sentit, *Campeg.de testib. regul.*274.*vers.sexto & vers.decimo tertio*. addendo debere facere interrogatoria de substantialibus negotij, siue data, siue non, fuerint interro-
34 gatoria alias examen † esse nullum concludit *Bero.in cap licet causam de probat.num:* 32.*& seq.vers.septimo. Euerard.de tstib.cap.*7 .*par.*3. *num.*6.*vers. tertio*, addit testes examinatos a iudice sine debitis interrogatorijs nihil probare.
35 Secundo quod licet litigantes † non iudicentur ad imparis, *l.fin.* C.*de frut.& litium expēs. cap.*2.*de mut. petit.* & detur reo copia articulorum *c.per tuas.de testib,n.*2.*& Fel.n.*3.copia tamen † interrogatoriorū danda nō est,*glos.c.præsenti §. testes verb.interrogatoria.de testib.Alber. de Malet. de testib.p.*8.*n.* 1.*Campeg. de testib.regul.*275. Limitando si pars consentiat, † vel nō appellat vbi iudex illam dari decernat, & quod in examine sit seruanda paritas inter litigantes firmat Butrius *cap.cum olim de priuileg. nu.* 6. *Gail.*† *obseruat.*95.*in nu* 6.vbi de communi,ne detur occasio subornandi testes. *Murant. idem dixerat in prax.*6.*§. septimus actus de interrog. product.num.*3.*& §.septimum membrum, eadem par.*6.*num.*20. *Ripa in l.* 1.*ff. si cert.petat. num.*40.*Scaccia de iudic.lib.*2.*cap.* 8. *num.* 869. *& seq.&* 874.*& seq.& num.* 874.*& seq. Fel. in cap.per tuas* 47.*de testib.num.* 3. *Mandel. in repet.l.*1.*ff.si cert.petat.num.*79. & limitat † vbi magnus est illorum numerus & valde contenditur & dubitatur de illorum admissione. *Hartman.obseruat.*1.*de interrogat. Crot. de testib.p.* 7.*num.*177.

40 Tertio quod si datis interrogatorijs iudex † omittat examinare testes super illis, examen, est nullum vt censuit, *Rota coram Pegna in Pampilonem.tributi die* 11.*Decembr.* 1591. qui licet nec textum, nec contestem adducat idem tamen *ex Io.And.in cap.cum causam. de testib. firmauit Guid.Pap.cons.*74.*sequuntur nu.* 11. *circa med.Tuscus Conclus.*169 *testes debent*.

41 Ampl. præsertim † vbi iudici examinatori mandatum fuit, vt examinaret cum interrogatorijs, *Mantic.decis.*9.*fuit conclusum nu.* 6. *in prin.Gonzal.regul.*8.*cap.Annot.cont.nullit. nu.* 81.*in fin.*

42 Ampl. præsertim † vbi interrogatorium est de causa scientiæ, *Alex.cons.*104.*circa lib.*5. *Tuscus conclus.*169.*testes debent.*

43 Ampl. etiam vbi † a parte non fuerunt data, & iudex non interrogauit ex officio testes deijs quæ debebat interrogare, vt dixi *supra vers. singularia nu.*11.

45 Ampl. etiam † vbi non fuerunt data interrogatoria absque culpa eius contra quem factum fuit examen, vt puta si quis non fuit citatus ad dandum illa, vel non fuit intimata dies examinis. *Mantic.decis.*155.*Conclusum nu.* 4.

46 Ampl. etiam si deponeret † de ijs quæ suæ sunt peritiæ. *Ripa.l.* 1.*ff. si cert.petat. num.* 35. vbi relatis, qui velint non esse interrogandum hunc testem, concludit contrarium, referens cōmune illud quod quandoque bonus dormitet Homerus.

47 Ampl. præsertim in causa † matrimoniali. *Io. Imol.cons.*135.*in causa num.*6.*& seq. vsq. in fin.*

48 Limit. vbi testis † reddit rationem suæ depositionis super articulis de quibus deposuit. *Alex cons.*172.*visis et opportune.num.*addendo procedere etiam si malitiose non fuerit examinatus super interrogatorijs.

49 Limit. vbi † examinatus fuit testis in articulo mortis. *Natt. cons.*537.*num.*13.*et seq.*

50 Limit. vbi interrogatoria † non fuerunt data ante examen testium. *Alex. cons.* 172. *visis & lib.*2.*num.*7.*vers. opponitur.* subdens præsumi data ante examen vbi ex actis constat eadem die fuisse data qua examinati fuere testes, & qui aliud asserit grauatur onere probandi *Alexandri* sequitur *Tusc.conclus.*169.*testes debent.n.*4

51 Contrarium scilicet quod validum † sit examen testis non examinati super interrogatorijs datis & quod salua sit tantum facultas interrogandi illum, etiam post publicationem examinis voluit. *Guid.Pap.decis.*72.*quando uum.*3. *Mysing.obseruat.*32.*si pars. Centur.* 1. testans ita fuisse practicatum. *Rip in l.*1.*ff. si cert. petat.n.* 39.*Marant.in prax.par.*6.*§. septimus actus. n.* 4.*et §. septimum membrum num.*29. *Bero in cap.licet causam de probat.num.* 36. *Mandel.in repet.l.*1.*ff.si cert petat.num.*80. *Scaccia de iud. lib.*2.*cap.*7.*nu.*910. *Nellus. a* S.*Gemin.de testib. num.*99.*in fin.*

52 Ampl. idem dicendum † si testis non fuit examinatus super aliquo articulo. *Mysinger.obseru.* 32. *si pars. centur.* 1. *in fin.* asserens ita obseruari; etiam in iudicijs interioris Curiæ.

53 Ampl. præsertim, † vbi testis reddidit rationem eorum de quibus deposuit etiam, quod ma litiose non fuerit examinatus super interrogatorijs. *Alex. consf.*172. *visis & opportune n.* 9.

54 Cuius autem expensis† fiat examen super interrogatorijs, vel articulis datis, & super quibus non fuere examinati testes. *Rabotius Doctor Gallus ad Guid. Pap. decis.* 72. *quando* relato *Felin.in cap.per tuas*, 47. *de testibus*, qui vult dari appellationem, vbi iudex non facit, quæ facere debet. *Gonzal. ad regul.*8.*cap. annot.contra nullit. num.*81.*tenet fieri* expensis eius casus culpa non fuere examinati super interrogatorijs. *Crot.de testibus.part.*7.*nu.*203. vbi agit si non interrogauit iudex de causa scientiæ.

55 Ampl. præsertim † si is contra quem examinantur testes, fuit in culpa, veluti si citatus non dedit interrogatoria. *Mantic.decis.* 9. *fuit n.*6. *circa fin. & decis.* 155. *conclusum numer.* 5. addendo etiam si data fuerint notatio adiuncto non legitime recusato, eo quia ab examinatore fuerat electus.

59 Ampl. idem dicendum, † vbi obscure deposuit, nam potest iterum interrogari per modum declarationis. *Mandel. in l.*1.*ff.si cert. petat. n.* 82. vbi addit, quod si testis nescit declarare quæ dubie deposuit, nihil releuare illius dictum, quoad eum actum, de quo sub dubio deposuit exemplo eius, vbi testis nescit referre rationem sui dicti, vbi illa est referenda.

57 Limit. vbi alicui commissum † est examen, & dictum quod prius examen fiat super interrogatorijs. *Gonzal. ad regul.*8. *cap. annot cont. nullit. num.*81.*in fin.* vbi refert sæpe ita à Rota decisum.

58 Quarto, quod testis † qui recusauit respondere interrogatorijs, nihil probat in reliquis, quæ deposuit. *DD.in cap.præsentium,ac testib. Ripa inst.C.de edend. nu.*23. *Marant. in prax. pars.*6. *§.septimum membrum, num.* 15. & dixit *Rota in Boianon. præcedentiæ* 21. *Aprilis* 1597. *Fel.in cap.fraternitates de testib.col.fin. vers. in quantum glos. Boccacius de litt. remis. cap.*6. *num.*12.

59 Limit. vbi testis iurauit dicere † veritatem super articulis, & non super tota causa. *Scacc. de iudic.lib.*2. *cap.* 8. *num.*883. attamen excipiente parte, quod iuret super tota causa, debet iurare, vt relatis dissentientibus, concludit *Tuscus conclus.*168. *testes num.*2. *& seq.*

60 Limit. vbi interrogatoria † non essent pertinentia, seu non conueniret illa fieri, vel ratione rei super qua testis est examinandus, vel testi, qui examinantur. Quando autem pertinentia, & non pertinentia dicantur † esse interrogatoria, late agunt. *Bald. in l. solam*, *C. de testibus Mandel. in repet.l.*1.*ff si cert. petat numer.*78. *Scaccia de iudic. lib.*2. *cap.*8.*num.*868. *Muscatel. in prax. Ciuil.part.*5.*§.impertinentes*, *Ruger. Rulant. de commissar. part.*2. *lib.*2. *capit.*3. *& seq. & part. lib.*1. *cap.* 4. *& seq.* docens vt-

62 de probetur † interrogatoria esse captiosa, & petantur vitia interrogatoriorum, & si fuerint obscura, an sint declaranda à iudice, vel à par-

63 te, & in dubio † iudicari esse perrinentia. *Spec. de teste* §.6. *num.*18.

64 Exemplum interrogatorij † impertinentis, cui testis non non est obligatus respondere erit, si fuerit interrogatus de crimine aliquo, nam etiam, quod negatiue responderet, & esse reus delicti interrogati, non esset periurus. *Bald. c.*2. *de confess. in fin. Abbas in cap.cum causam*, 27. *de testib. num.*13. *& seq.* vbi refert, sex opiniones, *Marant.in prax. par.*6.§. *septimum membrum, num.*9.& late examinat *Scaccia de iudic. lib.*2.*cap.*8. *nu.*886. *& seq. &* 901. *& seq. Tuscus conclus.* 322. *interrogari, num.* 8. *& seq. &* 13.

65 Item si interrogaretur † de ratione rei naturalis, vt puta si quis deponeret de venditione equi albi, & interrogaretur quare sit equus albus & similium. *Mandel. in repet.l.* 1. *ff.si cert. petat.num.*85.

66 Item si interrogetur † de ijs quæ sunt iuris. *Mandel. in repet. l.*1.*et si cert.petat.nu.*83.*circa med. Marant in prax.part.*6. *§.septimum membrum num.* 17. Limitando si tale interrogatorium sit iuris iuxta corticem verborum. *Scacc. de iud. lib.*2.*cap.*8. *num.*896.

67 Item si interrogetur, † an sciat inducentem possidere bona, vel mala fide *Marant. in prax. part.*5. §.*septimum membrum, num.* 16. *Petr. Rauen. singul.* 708.

68 Item si testis sit inductus † ad probandam exceptionem dilatoriam, & fiant interrogatoria respicientia peremptoriam, etiam quod ille iurasset dicere veritatem super articulis, & tota causa. *cap.*1.*de testib.* vbi Abbas *Campeg. de testibus, regul.*274. *vers. vndecimo el* 2. *Scaccia de iudic. lib.*2.*cap.*7. *num.*885.

66 Item vbi fit de ijs, quæ † verisimiliter testis non potest recordari, si tamen interrogata tangant circumstantias negocij, non autem negocium ipsum probandum, veluti si quis interrogetur de qualitate temporis, de vestibus, & similibus, quæ non aduertuntur, vel cito labuntur a memoria hominis. *Specul. de testib.* §.6.*nu.*11. vel interrogetur, an tempus esset nubilosum si factum esset antiquum. *Campeg. de testib. regul.* 274. *vers. sextus, &* 2.

70 Item si interrogatorium † contineat infamiã testis interrogati. *Spec. de teste*, §.6. *num.*23.

71 Item si fiant de ijs quæ † perimunt actionem, testes inducentis, veluti si inducantur testes ad probandum mutuum, & fiant interrogatoria de solutione, seu restitutione, *Albcric. de Maletis cap.*8. *num.*4.

Quinto, quod si testis interrogatus, an fieri

72 possit † quod res aliter esse possit, quam ipse testis deposuit, quod quamuis antecedens illius dictam concluderet, si tamen respondeat interrogationi affirmatiue, quod nihil probat, quia testium depositio debet concludere per necesse, non autem per possibile, vel per contingens, seu accidens. *Alberic. de Maletis de testib. capit.*8. *num.*5. *&* 8. concludens hanc interrogationem

esse præstatiorem, cæteris quibuscunque. *Campeg. eod. tract. regul. 274. vers. tertio*, & ita decisum testatur *Thesaur. decis. 261. interrogatur in fin.*

Sexto, quod si testis interrogatus interroga-
73 torio † impertinenti, vel captioso, & respondendo fiat varius præiudicat depositione suæ parti. *Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 903. & seq.* reprobato *Bald.* aliud sentiente, & opinio *Scaccia* comprobatur ex dictis *Rip. in l. 1. ff. si cert. petat. num. 34.* dum voluit, quod testis qui deposuit scire, & deinde interrogatus captioso, vel impertinenti interrogatorio, respondit nescire, quod probet non obstante contrarietate.

Septimo, quod testes prius examinandi sunt
74 † super interrogatorijs, & deinde super articulis, & ita seruari vidi annis triginta quatuor quibus fui in Romana Curia, & testatur *Scacia de iud. lib. 2. cap. 8. num. 912. & seq.* dum retulisset, quæ videbantur obstare. *Gonzal ad regul 8. cap. Annot. contr. nullit. nu. 79. & seq.* testans de contrario extra Curiam, & improbans eum stylum, & adhærendum Romanæ Curiæ.

Octauo, quod si testis interrogetur, an cre-
65 dat † quæ deposuit, & respondeat non credere, nihil probat. *Specul. de teste §. 6. nu. 24.*

Contrarium tenet *Crot. de testibus, pall. 7. num. 178. Campeg. de testibus regul. 474. vers. secundo el 2.*

Nono, quod non debet esse ingratum ei, qui ius suum testibus firmare vult, vt ab aduersario
76 † sibi dentur interrogatoria, nam vltra quod sæpe ex imperitia procuratoris aduersarij, facientis interrogare testes de ijs, quæ non sunt perfecte articulata, vt dicebam supra *vers. quare cautus*, suppletur ex interrogatorijs, quæ deerant articulis, consequitur aliud commodum, quia si omissa fuerit aliqua solemnitas necessaria, ad validitatem examinis, etiam quod esset citationis, quæ alias diceur insanabilis, sicuti & iurisdictionis, & mādati, vt dixi *sup. c. 6. §. 3. 4. & 7*
77 *& lib. 2. c. 15. §. 5.* Attamen validū est examē † si date fuerint a parte aduersa interrogatoria, & super illis testes fuerunt examinati. *Veral. decis. 273. num. 2. & decis. 203. num. 2. & 3. part. 3. Crescent. decis. 1. de ferijs, num. 1. Achil. dec. 2. de testib. num. 4.* eam afferens citationem, quia dando interrogatoria, videtur quis velle vti dictis testium, licet aliquis subsit processus defe-
78 ctus, modo vt ego addo † si data fuerint à legitima persona, vt dixerat idem *Achil. decis. 1. eiusdem tituli. Puteus decis. 300. de mense lib. 3.*
79 Ampliando sanari ex † rescripto Principis cum clausula arbitrio, etiam si examen factum fuerit extra locum examinis, & lapso tempore ad examinandum, & fuerit protestatum de nullitate, quia vt ego addo, & si accessium à protestatione dando interrogatoria deinde, & quis dicitur consentire examini quoquo modo fiat, modo testes examinentur super interrogatorijs.
80 Decimo, quod si testes non† non interrogentur iuxta tenorem interrogatoriorum, vel illi nō responderint iuxta interrogatoria, habentur pro non examinatis. *Bart. cons. 188. statuto. Nellus a S. Gemin. de testibus, num. 99.* quod præ-
81 terrim procedit si interrogatorium sit conceptū vt exquiratur ratio suæ depositionis, quia tūc nō dicitur deponere, vt homo; sed vt pecus. *Bald. in repet. l. edita, C. de edend. nu. 103. circa med.*

§. XLVI.

SVMMARIVM.

Interrogatoria dandi praxis. 1. quando sine illis validum sit examen testium. 2

Examen testium non denunciato loco examinis, quando nullum.

Licet antecedenti, *§. vers. singularia*, dixerim arbitrarium esse parti dare interrogatoria, & volente illa dare concedenda sit conueniens dilatio. *Specul. de teste, §. 6. nu.* inoleuit praxis ad amputandam talem dilatio-
1 nem, quoc citetur † pars ad dandum illa, cum præfixione termini examinis, si non fuerint data, vrbanius tamen semper agitur cum citato allegante causam coloratam, saltem quare illa non dederit excrescente tamen contumacia citati, examinantur testes, & validum est examen sine interrogatorijs datis à parte, vt late exami-
2 naui. *§. antecedenti, vers. tertio.* Modo † Iudex ex officio interroget iuxta ea, quod eodem §. dixi *vers. singularia.*

Notandum, quod parti denunciādus est præ-
3 terea † locus examinis, & nisi ille posset conijci ex antecedentibus, examen esset nullum. Ideo cum in citatione expressus sit locus iuramenti præstandi, sustinetur examen absque alia locâ intimatione, vt censuit *Rota teste Mantic. dec. 64. num. 1. & seq.* Quare si examen fiat extra
4 locum præstiti iuramenti illud erit nullum. *Ludouis. decis. 518. resolutum. num. 10.* quamuis addentes aliud resolutum referant.

§. XLVII.

SVMMARIVM.

Examen testium cum interprete partis quando nullum. 1

1 Ex vsu, & stylo Rom. Cur. addi solet etiā † terminus *ad conducendum interpretem, alias videndum mandari examinaci fine:* sed quia talem interuenire personam, quæ reum, vel actorem representat, nec consuetum est illis deferri iuramentum, de non probando dicta testium, & semper improbaui hunc stylum; nihil præterea addam de tali exorbitantia, & fraude, quæ fit dispositioni iuris, cum statim examinato teste, inducens sciat, quæ pro illo sunt dicta.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

SVMMARIVM.

Testis sponte se subijciens examini, non probat & quare. 1. *Ampl.* 2. 3

POstremo additur nomen instantia testes examinari vt i ollatur suspicio in testem, quod sponte † se subiecerit examini, quo
1 casu præsumitur inimicus, & non probat *capit. cum p. manco nella de accus.* per quem textum ita firmant *Crot. & Marsil.* ab illo relatus de *testib. par.* 7. *num.* 283. *Surd. cons.* 312, *num.* 17. *Lanfranc. in prax.* §. *Testium depositio*, *num.* 91 *in fin*, & idem dicendum si non interrogatus † deponat. *Viuius decis.* 171. *testis deponens. num.* 1 addendo neque facere indicium, *Mascard. de probat. conclus.* 1368. *testis num.* 4. *seq. Bero in cap. licet causam de probat. num.* 34. & 36. & ideo cauti astantes examini vbi audiunt testem vagari extra interrogata, curant a notario scribi quod a se ipso ita dixerit. In dubio tamen non præsumitur, quod testis sponte se subijecerit examini, sed potius rogatus, & requisitus, vel citatus *Alberic. de Maletis de testib. par.* 7. *nu.* 28. *Rot. decis.* 22. *de testib. in nouis. Vestrius in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 22. *in prin.*

CAP. IX.

SVMMARIVM.

Executio est nulla si executor non obseruauit fines mandati sibi dati in exequendo. 1. 5. & *quare.* 2. *Ampl.* 3. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 8. 18.

Coccinus fallax in allegationibus, quibus sua dicta asserit probari. 19

NOn exequutio est nulla, & reuocanda, si exequutor in exequendo † non
1 obseruauit fines mandati sibi dati in exequendo, vt puta quod capiat certum genus bonorum debitoris, *Soccin. cons.* 13 *insignis lib.* 4. *num.* 32. *in fin.* concludens mandatum de immitendo in possessionem N. in bonis possessis a Titio esse reuocandum, quia exequu-
2 tum in bonis possessis a Caio, & ratio est, † quia fines mandati a quocumque facientes actum nomine alterius diligenter sunt seruandi *l. diligenter*, *ff. mandat. cap. cum dilecta de rescript. Alex. cons.* 5 *in causa lib.* 2. *num.* 2. *in fin. Frentacinque variar. resolut. lib.* 2. *de expens. resol.* 2. *nu.* 5. *in fin. Gabriel. in terminis*, *cons.* 52. *puto lib.* 1. *num.* 5. *addendo* iudicem † debere talem exequutionem de facto reuocare. *Rol. a Val. cons.* 32. *lib.* 1. *num.* 31. & 32. *Alex. cons.* 5. *in causa lib.* 2. *num.* 2. *in fin. Afflict. decis.* 358. *nu.* 2. *circa med. Rocb. de Curt. de iur. pat.* §. *Construxit. num.* 22.
4 concludens in mandatis cessare regulam † *cap. cui licet de reg. Iur.* & quod exequutio facta in mobilibus, vbi in mandato dicebatur quod
5 fieret in stabilibus † sit nulla & reuocanda censuit Rota teste *Mantic. decis.* 303. *Conclusum num.* 1. & *seq.* & dixi *supra cap.* 3. *vers. sexto.*
6 Ampl. etiam si excessit fines † mandati exequutor, quoad ordinem scripturæ, vt puta si iudex mandet capi bona debitoris, sin minus capiatur idem, & captus carceretur. Nam si primo capiatur debitor, qui bona mobilia, vel immobilia possideat, nulla est exequutio facta, non seruato ordine litteræ mandati. *Fel. in c. Cum dilecta de rescript. num.* 4. & *num.* 6. *vers. gesta.*
7 Ampl. etiam si exequendo dicatur † pinguius obseruata mandati forma. *Put. decis.* 389. *lib.* 3 *num.* 1. *Vasq. illustr. contro. vers. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 8. *Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 3. *num.* 60. exemplum referens si capienda sint aliqua bona Titij, & capiantur omnia illius bona.
8 Contrarium † tenent *Rimin. Iun. cons.* 1. *n.* 60. *Cefal. cons.* 768. *in causa nu.* 27. *Tiraquell. de retract. lign ag.* §. 36. *glos.* 2. *num.* 59. & *seq. Gonzal. ad reg.* 8 *glos.* 12. *num.* 91. & *seq.*
9 Ampl. etiam vbi exequutor capit in † exequtione quæ capi non possunt. *Fontanel. de pact. nuptial. par.* 1. *Claus.* 4. *glos.* 18. *par.* 4. *num.* 106. *in fin.* quæ autem capi, nō possint in exequutione dixi *infra cap.* 12.

Quæ autem bona quæ ve personæ capi non possint in causa iudicati dixi *infra c.* 12. & *seq.*
10 Ampl. etiam vbi exequutio † fuit facta vltra vel citra formam mandati. *Io de Platea in l. denotum*, *C. de metal. & epidmet. lib.* 12. *num.* 2. *vers. sed fallit. Veral. decis.* 333. *part.* 1. *num.* 3. *Abb. cap. prudentiam* 21. *de offic. deleg. num.* 5. *Dec. col.* 2. *num.* 21. *vers. quarto.*
11 Ampl. etiam vbi exequutio † fuit facta contra vel præter formam mandati. *Ias. l. non solum*, *ff. sol. matr. num.* 26. *Fel. cap. cum olim de offic. deleg. num.* 10. *Peregrin. cons.* 83. *circa lib.* 3. *num.* 17. *Natt. cons.* 49. *de num.* 1. *in fin. Surd. cons.* 105. *ex bis num.* 27. *Rol. a Val. cons.* 32. *lib.* 1. *num.* 31. exemplum referens, si primo capta sint stabilia, vbi iudex prius mandauerat capi mobilia.
12 Ampl. vt exequutio facta † non seruata forma mandati habeatur pro non facta. *Mantic. decis.* 257. *num.* 3. *circa fin.*
13 Ampl. etiam si exequutor † excessit in modico. *Tiraquel. de reb. exiguis. num.* 84.
14 Contrarium † tenet *Barbat. relatus a Sebast. med. de regul. iur. regul.* 5. §. *minimum nu.* 119.
15 Ampl. siue sit excessum, † quoad res, siue quoad personas, *Peregrin. cons.* 83 *circa libr.* 3. *num.* 10.

Ampl. vbi exequutio decreta ad vnum effe-
16 ctum † sit ad alium, vt puta si iudex mandet capi bona ad effectum subhastandi *l.* 2. *C. si in caus. iud. pign. capi. sit Serafin. decis.* 937. *num.* 2 exequutor immittit creditorem in realem, & corporalem possessionem bonorum debitoris. *cap. quoad consultationem vbi glos. fin. de sent. & re Iud. vbi Abb. num.* 24. *Abb. cons.* 3. *num.* 8. *vers.*

vers. vndecima quæstio, & censuit Rota corā Motmano in Arminen. spolij 4. Martij 1633. & 23. Ianuarij 1634. Concludendo agi posse
17 † spolio ab eo contra quem relaxatum fuerat mandatum de capiendis bonis ad effectum sub hastandi, si exequutor immisit creditorem in possessionem bonorum debitoris. Vel si datus fuit exequutor ad effectum † vendendi bona debitoris, & ille adiudicet illa creditori. Cocin. decis. 109. num. 3. qui id firmat relatis. Salic. in l. 1. C. si in caus. iudic. pign. capt. vers. quæro quis est competens. Neguss. de pignor. 1. memb. 6. pact. num. 9. vers. supple. Gozadin. cons. 10.
19 num. 11. qui † id non dicunt, verum tamen dixit ex his, quæ prædixi, & familiare est id Cuccino, vt sæpe aduerti.

CAP. X.

SVMMARIVM.

Exequutio est nulla si fiat pro tota quantitate contra vnum ex pluribus qui non sint obligati insolidum. 1. *quare* 2. *Ampl.* 3.4.5.6.7.8.9. 10. 11.12.13.11.16.17.48.19. 22.23.24.25.26. 27. 28. 29. 30. *Limit.* 31.32.33.34. 45.36.37.38. 39.41.44.45 46.47.48.54.55.56.58.60.61. *Sublimit.* 57.72.72.74.

Restitutum non dicitur, vbi quid restet restituendum. 40

Obligati insolidum omnes censentur inuicem fideiussisse. 47. *Quomodo probetur obligatio solidi, & ab illa recessum.* 75.76

1 DEcimo obseruādum pro validitate exequutionis, † quod si plures sint obligati, non tamen in solidum, pro eadem quantitate, quod in illorum vnum non fiat, nec relaxetur exequutio, sed tantum pro virili, pro qua solum dicitur obligatus. l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, Hondad. cons. 45. magnifica. lib. 1. nu. 1. Peregrin. cons. 95. duo fra-
2 tres lib. 3. num. 7. & ratio est, quia † sicuti pluribus vocatis simul quisque censetur vocatus in virili, ita & simul pluribus oneratis, quisque illorum censetur grauatus per capita, & non insolidum, vel successiue. l. fin. vers. nobis, C. de impub. & alior. substit. Boer. decis. 23. num. 10. & seq. Osasc. decis. 44. anno. nu. 1. Surd. cons. 178. forma, num. 7. & seq. & cons. 150. nu. 35.

3 Ampl. etiam, vbi plures † vt singuli repræsentant pro rata obligatum insolidum, veluti si plures succedant partibus æquis, seu paribus, vel iniquis, seu disparibus alicui, qui conueniri poterat pro certa summa, nam cum illi repræsentent obligatum pro parte, qua est hæres, & in reliquo habeantur pro extraneis. Imol. in l. continuus, 137. ff. de verb. obligat. num. 25. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 10. num. 4. in princ.
4. addendo præsertim † agatur de re diuidua, quæ pondere numero, vel mensura constat, ita vt si vnus illorum fiat non soluendo cæteri non possint conueniri, etiam in foro poli. Mangil. tract. de Euiction. quæst. 32. num. 34. nemo illorum conueniri, vel exequutari potest insolidum, sed tantum pro rata, & portione, qua est hæres. l. pro hæreditarijs, C. de hæredit. vel actio. vend. & dixi infra §. 1. l. 1. vbi Cast. C. si plures vna sentent. Surd. cons. 104. non nu. 12. & decis. 90. num. 6. in fin. & num. 7. Scaccia de re iudicat. glos. 14. quæst. 22. num. 1. & seq. vbi respondet obiectis, & pluribus probat hanc extensionem, & num. 33.

5 Amplia † in quacunque sententia, quæ fuerit prolata in actione personali, vt dixi infra §. 3.

6 Ampl. in quocunque † iudicio, quo agatur ad id, quod constat pondere numero, vel mensura. Cyn. in l. 2. C. de action. hæred. col. final. vers. si agatur an quantitatem. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 10. num. 3. & seq.

7 Ampl. præsertim † quoad accessoria principalis obligationis, etiam quod illa contineant factum indiuiduum. Angel. in l. 2. C. de action. hæred. in fin.

8 Ampl. etiam si illi plures † se obligent in eodem instrumento simul, vel successiue. Bald. auth. hoc amplius, C. de fideicom. nu 21. quem refert Hondad. cons. 45. lib. 1. num. 2. Scaccia de re iudic. glos. 14. quæst. 22. num. 14.

9 Ampl. præsertim † vbi agitur de re diuidua. Bart. l. 2. §. si. duo, ff. de duob. reis. num. 9. vers. auth. in obligatione.

10 Ampl. idē vbi † obligatio sit ad fauorē pluriū quia illi non agent insolidum, sed pro virili. l. si fundus, §. si duo, ff. de pignor. l. aliena res, §. si pluribus, ff. cod. l. 1. C. si plures, vna sentent. Surd. cons. 150. num. 34.

11 Ampl. in vltimis voluntatibus † ad quas, si plures vocentur, pro virili admittuntur. l. nonnumquam, ff. ad Trebell. l. fin. in princ. C. de impub. Paris. cons. 4. Petrus lib. 3. num. 8. & seq. addendo procedere, etiam si vocentur nomine plurium collectiuo, vt puta hæredes Titij, & Sempronij, concludens illos vocari per capita, & non per stirpes. Scaccia de re iudic. glos. 14. quæst. 22. num. 15.

12 Ampl. etiam in mutuo facto † pluribus, licet vnus illorum subscripserit apocam, ideo factam. l. reos §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, per quem textum ita firmat. Peregrin. cons. 95. duo fratres. lib. 3. num. 7.

13 Ampl. etiam in pluribus fratribus † socijs vnius negocij, vbi omnes negociantur. Bart. in l. eamdem, ff. de duob. reis in fin. quæst. 7. quem sequuntur Peregrin. & ab illo relati cons. 95. duo lib. 3. num. 8.

14 Ampl. etiam, vbi dubitari † potest, an insolidum obligatus, fuerit insolidum condemnatus iuxta not. d. glos. & Castr. in l. 1. C. si plures vna sentent. Afflict. decis. 215. quos refert Trentacinque var. resol. lib. 3. de solut. resolut. 34. num. 28. vers. prima.

15 Contrarium tenent † relati à Trentacinque var. resolut. lib. 3. de solut. resolut. 34. num. 28. vers. secunda, qui deinde illos conciliat.

15 Ampl. etiam, vbi plures insolidum † obligati fuerunt non insolidum conuenti, sed simpliciter

citer

eiter fuerunt condemnati. l. 1. C. si plures vna sentent. pluribus probat Trentacinq. var. resol. 34. nu. 30. & seq. lib. 3. de sol. & dixi infra §. 3. Scacc. de reiudicat. glos. 14. quaest. 22. n. 9. & 10.

17 Ampl. etiam si agatur de sententia † lata in causa funeris, vt dixi infra §. 7.

18 Ampl. etiam in sententia condemnatoria † plurium, quia censentur singuli condemnati in virili, vbi non est expressa quantitas, qua quisque condemnetur, Bertrand. cons. 269. col. 3. num. 1. quem refert, & sequitur, Surd. cons.

19 150. num. 35. circa med. ampliando etiam si † nō in solidum essent obligat, iuxta decis. Afflict. 215. sexdecim. num 1. & textum in l. 4. C. si plures vna sentent. V risil. ad Afflict. d. decis. 215. n.

20 1. & 2. Limitat. nisi † in sententia iudex addat Clausulam omni meliori modo, vel quod creditor sit contentus vnica solutione, & idem distinguēdo tradit. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resolut. 34. in materia num. 28. & seq.

21 plurib. Boer. decis. 59. num. 8. addendo † etiam si libellus, vel obligatio concluderet in solidum Roncagal. in l. 3. §. vbi duo. ff. de duob. reis, n. 35. & 38. vers. qua communi Gomes. var. resol. to. 2. cap. 10. num. 4. addendo hanc diuisionem esse adeo efficacem, quod si vnus correorum fiat nō soluendo, reliqui non teneantur, nisi pro sua rata, etiam in conscientia, idem censuit Hoter. Roman. lucubrat. disputat. 24. num. 7. circa fin.

22 Ampl. idem in venditione facta † a duobus; nam censetur facta pro virili, non autem insolidum. l. si diuersa. C. locat. l. alieno res, §. si pluribus, ff. de pignorib. l. eamdem, ff. de duob. reis, vbi Roncagal. num. 49. & seq. vers. dicas.

23 Ampl. idem dicendum † in pluribus promittentibus de euictione. l. quidam ex parte, ff. de euict. Surd. cons. 271. Franciscus, num. 60. in fin. & 61. & 63.

24 Ampl. etiam vbi agitur de solutione † Canonum emphiteoticorum. Mandel. cons. 548. quãuis, num. 1. & seq.

25 Ampl. etiam vbi vnus nominatus † in vna oratione perfecta, & plures Collectiue nominantur in alia. Alex. cons. 55. perspectis lib. 4. n. 3. Surd. cons. 178. num. 9.

Contrarium tenent relati a Surd. cons. 178. num. 9.

26 Ampl. idem in pluribus † subscribentibus se apocae. Bart. l. eamdem ff. de duob. reis. num. 9. Rota Ianuens. decis. 97. num. 13.

27 Ampl. etiam si † condemnati fuerint socij, vt dixi infra §. 11.

28 Ampl. quod si res ad quam praestandam † sit diuidua, & a lege, vel ab homine, vt puta a iudice sit facta diuisio tacita, vel expressa, quod singuli conueniendi sint pro sua portione, quãuis diuisione facta aliquis illorum fiat non soluendo. l. fin. C. de posit. & notant Cyn. Alberic. & Bald. ibidem. ad idem est textus in l. in naui Saufeli ff. locat. l. si Titius, ff. pro socio. l. filio ff. de inof. testam. l. 2. vbi glos. C. si plures. vna sent. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 10. n. 4. addendo procedere etiam in foro conscientiae, & non facta mentione, Gomes. idem per eadem iura firmat Hoter. Roman. Lucubrat. disput. 24. num. 7. Scaccia de re iudicat. glos. 14. q. 22. num. 12.

29 Ampl. etiam in foro † conscientiae, vt late probat Gomes. var. resolut. lib. 2. cap. 10. n. 4. vers. sed attende.

30 Ampl. etiam in pluribus † confitentibus aliquid recepisse, seu in obligatione resultante ex confessione. Surd. cons. 150. num. 35. latius tamen examinat hanc extensionem. Scaccia de re indicat. glos. 14. quaest. 22. nu. 16. & seq. pluribus.

31 Limit. vbi agitur de praestando facto † indiuiduo. l. 4. §. Cato, ff. de verb. obligat. per quam textum ita firmat. Odofred. in l. 2. C. de action. haeredit. in fin. Scaccia de re iudicat. glos. 14. q. 22 num. 36.

32 Limit. vbi agitur de poena † soluenda. Odofr. in l. 2. C. de action. hared. in fin. Scaccia de reiud. glos. 14. q. 22. num. 36. & seq. Cancer. var. resol. cap. 17. de sent. execut. num. 299.

33 Limit. vbi nomini Collectiuo † additur, seu iungitur nomen proprium, causa demonstrationis. Cuman. cons. 172. Titius Bald. cons. 190. Sempronius. lib. 2. Decius cons. 122. col. Rimin. Iun. cons. 331. & pro nu. 2. Strac. de Mercat. c. De contract. mercat. num. 17. Menoch. cons. 410. plura num. 39. exemplum referentes si dictum fuit Titius, & socij, Magon. decis. Lucens. 1. n. 27

34 Limit. vbi debitum est indiuiduum, † seu per partes salua debiti substantia praestari non potest l. in exequutione §. fin. ff. de verb. obligat. glos. in l. 2. verb. placuit, vers. primo C. de hared. action. vbi Cyn. vers. quinto & ibi Angel num. 1. ponit exemplum in seruitute addendo procedere praesertim si agatur de eo quod est indiuiduum cōtractu, obligatione & solutione, nu. 28. & Bal. num. 2. eamque sensens rationem quia formae indiuisibiles non recipiunt nomina partium, seu vt ego addo non admittunt effectus diuisibiles. Guid. Pap. singul. 297. Ripa in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. num. 19. & distinguit, alios casus referens.

35 Limit. si agatur † de alimentis praestandis, vt dixi infra §. 3.

36 Limit. vbi testator legauit † ab vno haerede creditori haereditario causa debiti compensandi. l. cum ab vno, ff. de legat. 2, glos. l. 2. verb. placuit, vers quinto, C. de hared. action Guid. pap. decis. 297. vers. Quartus.

37 Limit. vbi agitur quauis actione † reali ad rem, quam vnus ex pluribus obligatis possidet. l. 2. in fin. ff. de prator. stipul. l. si possessor ff. de rei vend. Cyn. in l. 2. C. de act. hared. in prin. addendo distinguendum esse iuxta notata in l. de eo §. fin. ff. ad exhibend. Alberic in l. cum ab vno, ff. de legat. 2. num. 4. distinguit an agatur actione reali bonae fidei, vel stricti iuris, & an conuentus solus possideant, vel coniunctim, eamdem distinctionem facit. Goffred. in l. cum ab vno, 14. ff. de legat. 2. num. 2. & seq.

38 Limit. in † pollicitatione fauere reipub. l. 1. l. ex pollicitationibus ff. de pollicit. glos. in l. 2. C. de hared. act. verb. placuit vers. tertio, vbi Cyn. vers. sexto.

39 Limit. vbi agitur ad restitutionem † commodate

date rei. *l.* 5. §. *hæres, ff. commodat. Cyn. in l.* 2. C. *de action. hæred. col. fin. verf. nono*, addendo id procedre exemplo eorum, quæ dicuntur de rei venditione, seu quia agendo ad restitutionem commodati, in qua idem restituendum est, non dicitur facta restitutio, nisi totum restituatur, nam vbi quid deesset ad perfectam restitutionem, nihil diceretur restitutum. *l. stipulationes* 2. *ff. de verb. oblig. Costa. de iur. & fact. ignor. inspect.* 6. *facta num.* 1. *& seq. & clarius Angel. d. l.* 2. *verf. si vero est indiuiduum*, *Bald. num.* 9, *in fin. Bart. in l* 3. §. *si duo*, *ff. de duob. reis. nu.* 7. addendo idem in deposito. *Bald. in l.* 2. C. *de act. hæredit. numer.* 9. *in fin. & numer.* 10.

40 Limit. contra vnum † ex exequutoribus testamenti, licet omnes sint condemnati, nam in vnum illorum fieri potest condemnatio, quatenus de bonis defuncti possidet. *Cast. in l.* 1. C. *si plures vna sent.* quem refert sequitur *Cancer. var. resolut. cap.* 17. *de sent. exe quut. numer.* 298.

41 Limit. vbi omnes † se insolidum obligant. *l. reos*, §. 1. *ff. de duob. reis*, vbi *glos. & DD. & in l.* 1. C. *eod. l. si diuisa*, C. *locat.* si tamen om-
42 nes sint præsentes, vbi mouetur iudicium, † & non sint inopes, itaut non sint soluendo. *auth. hoc itaque*, C. *de duobus reis*, nisi sit prætera renunciatum beneficio ordinis seu exceptioni diuidendatum, & vult. *glos. final. in d. auth. itaque, Tiraquel. de retract. lignag.* §. 31. *glos.* 1. *num.* 10. addendo apud Pictauos taliter obligatos conueniri insolidum absque alia re-
43 nunciatione, dum prius *num.* 9. egisset, an † hoc modo obligati censeantur inuicem fideiussisse.

44 Limit. vbi excusso principali † debitore, conuentus fuit aliquis, qui partem aliquam bonorum debitoris excussi possidet, seu acquisiuit in fraudem creditorum, nam cæteris omissis conuenitur in quantum ad eum peruenit, *Marsil. singul.* 390. *tu scis*. ex euius dictis in princ. colligo aliud dicendum, si fraus in illo absit, quia omnes pro rata essent conueniendi, vt idē firmat *ibidem in fin.*

45 Limit. vbi actum fuit hipothecaria † aduersus possessorem rei hypothecatæ, vt dixi *infra* §. 2.

46 Limit. ijs omnibus † casibus, quibus contra tertium exequi potest sententia, quos retuli *supra cap.* 2.

47 Limit. in sententia † interlocutoria, quia lata in plures, intelligitur lata iuxta illorum obligationem, si erat in solidum. *Scaccia in tractato de re iudicat. glos.* 14. *quæstione* 22. *num.* 34.

48 Limit. vbi obligatione † à pluribus facta addita est clausula, quod quilibet teneatur, etiam si non fuerit addita clausula insolidum; quia id
49 importat dictio † quilibet *l. si pluribus*, vbi *glos. & Bart. ff. de legat.* 2. *l. non distinguemus* §. *cū in plures.* vbi *Bart. ff. de arbitr. cap. cum plures de offic. deleg. in sext.* cum alijs cumulatis à *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 31. *glos.* 1. *num.* 11. *Bero. cons.* 78. *lib.* 2. *nu.* 6. Nam quamuis dictio
50 † quilibet sit distributiua. *Bart. l. re coniuncti* 87. *ff. de legat.* 3. *numer.* 13. attribuit tamen cuicunque solidum. *l. in hoc articulo*, *ff. de hæred. inst. l. si pluribus, ff. de legat.* 2. vbi *Bart.*
51 *Zas. & reliqui*, quare concessu emphiteusi *Titio, & Sempronio*, & cuilibet illorum, mortuo, sine filijs, tota emphiteusis accrescit superstiti. *Soc. cons.* 50. *lib.* 1. *Gabriel. cons.* 87. *emphiteusi lebr.* 1. *Curt. sen. loquens de concessione feudi, cons.* 48. *memoriæ, num.* 20. *& cons.* 49. *memoria, nu.* 54. *Ripa in l. re coniuncti de leg.* 3. *num.* 164. *Magon. decis. Lucens.* 8. *Franciscus, num.* 1. *declarans, num.* 8. id esse verum si dictio
52 quilibet, est apposita ipsis stipulantibus, secus si personæ ipsorum descendentium, quæ omnia fuerant prius dicta à *Corbul. de quo Magon. non* facit mentionem. *de caus. priuat. ob lineam finit. num.* 87. *& seq.* quibus addo *Casal. cons.* 345. *venerabilis, num.* 2. *&* 19. & iste modus
53 obligationis † dicitur tacite initus insolidum. *Trentacinque var. resol. lib.* 3. *de solution resol.* 34. *in materia. n.* 5. vbi refert alios modos obligationis tacitæ insolidum.

54 Limit. in pluribus fratribus socijs † si vnus illorum tantum negociatur. *Bart. l. eamdem. ff. de duob. reis quæst.* 7. *in fin.* quem sequuntur *Peregrin. & ab illo relati cons.* 95. *duo lib.* 3. *numer.* 8.

55 Limit. si inter obligatos, † non potest intercedere mutua obligatio. *Afflict. decis.* 209. *n.* 4. *Osasc. decis.* 44. *anno. num.* 16. exemplum referens si pater, & filius simul contrahant.

56 Limit. vbi negocium ad vnum † ex pluribus obligatis principaliter spectat *Osasc. decis.* 44. *annot. num.* 16. exemplum referens si pater, & filius se obligant pro restitutione dotis, sublimitando si inter illos fiat contractus de aduētitijs, vel vbi pater, & mater promittunt dotem filiæ, nam mater potius accedit vti fideiussor, quam tanquam rea debendi, *& num.* 12. *verf. secundo*, concludens patrem; qui iussit solui dotem filio, conueniri insolidum.

58 Limit. in pluribus mādatoribus, † nam quisq; illorū est obligatus insolidum. *l. si præcedente*, §. *Paul. ff. mand. Capic. decis.* 180. *n.* 1. addendo
59 procedere non † obstante *auth. hoc ita*, C. *de duob. reis*, licet deinde addat hoc esse verum in mandatoribus accessorie venientibus ad mandandum, & habere beneficium diuisionis aliud tamen colligo ex *Bart. in auth. hoc ita nu.* 9. *& Roncagal. in l. eamdem, ff. de duob. reis, nu.* 39. illos absolute insolidum teneri, & condemnando.

60 Limit. in pluribus † qui negociationi præposuerunt institorem, vel exercitorem, quia singuli insolidum obligentur ex illius facto gesto contēplatione negocij, cuierat præpositus, *l.* 1. §. *fin. et l seq. ff. de exerc. Capic. decis.* 180. *n.* 2. arguendo ab illis ad protegem, vt ex illius facto obligetur Rex, vel Ciuitas, vel confederati, qui armis, vel gubernio aliquem elegerunt. *Roncagal. in l. eamdem* 9. *ff. de duobus reis, num.* 142. *in fin.*

61 Limit. vbi aliqui ex obligatis, † vel vocatis simul cum alijs vocantur, vel obligantur nosimul

nomine collectiuo quia illi habetur loco vnius vt dixi *infra* §. 5.

62 Limit. vbi actum † fuit ex causa dotis, vt dixi *infra* §. 6

63 Limit. ijs omnibus casibus † quibus negocium spectat ad aliquem ex nominatis. *Osasc decis.* 44. *num.* 16.

64 Limit. in pluribus † tutotibus, qui insolidum singuli conueniri possunt, vt dixi *infra* §. 9.

69 Limit. ijs † omnibus casibus, quibus plures obligati possunt insolidum conueniri, vt dixi *infra* §. 8.

66 Limit. vbi dictum fuit, † quod omnes eque sint obligati, vel æqualibus portionibus admittantur. *l. interdum, ff. de hæred. instit. vbi Imol* firmat, quod coniunctio quæ inducitur à col-

67 lectiua plus stringit quam ea quæ inducitur per copulam. *Imol.* sequitur *Alex. conf.* 55. *lib.* 4. *num.* 3.

68 Quid autem sit dicendum, † vbi maritus, & vxor, vel pater, & filius, qui pro vna persona reputantur, simul cum alijs se obligant, vel vocantur. *Boer. decis.* 23. *numer.* 1. *vsque ad* 12. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 31. *glos.* 1. *num.* 4. *& seq. Hondad. conf.* 45. *lib.* 1. *num.* 1. *& seq.* *&* 25. *et seq. Natta conf.* 552. *mouetur nu.* 2. *et seq. Surd. conf.* 150. *nu.* 35. *circa med. Afflict. decis.* 200. *in causa, num.* 1. *et seq. Crauet. conf.* 91. *et seq. Osasc. decis.* 44. *annot. nu.* 1. *et seq.*

69 Quid dicendum si quantitas † pro qua plures se obligant, peruenit tota ad vnum, ex obligatis. *Bart. l.* 3. §. *si duo, ff. de duob. reis, nu.* 15. *relati à Tiraquel. de retract. lignag.* §. 31. *glos.* 1. *num.* 8. *Hondad. conf.* 45. *lib.* 1. *nu.* 12. *Osasc. decis.* 44. *annot. nu.* 5. *Trentacinque variar. resolut lib.* 3. *de solution. resol.* 34. *in materia, num.* 39. *et seq.*

70 Quid dicendum † in pœnalibus. *Ripa in l.* 4. §. *cato ff. de verb. oblig. nom.* 2. *et seq. et nu.* 42 *vsque in fin.*

71 Insolidum quomodo † probetur plures esse obligatos. *Mandel. conf.* 263. *quoe sunt nu.* 1. *et seq.*

72 A solidi obligatione † quando dicatur recessum. *Mantic. de tacit. li.* 15. *lib.* 5.

§. I.

SVMMARIVM.

Hæres non conuenitur insolidum, sed pro portione hæreditaria. 1

Exequutio facta contra vnum ex hæredibus pro tota summa est excessiua, & reuocanda. 2. *Ampl.* 3.4.5.6.7.9.10.11.12.13. 14.15. 16.17 18.19.20.21.22.23.24.25.26.27.29. *Limit.* 27. 27.30.31.32.34.35.36.37.38.39.40 41.42.43. 44.45.46.47. *Sublimit.* 38.

Indiuiduum quomodo cognoscatur à diuiduo. 33

Hæredes an conueniantur insolidum ad præstandas operas debitas ex obligatione defuncti. 4. *An ad tradendum, vel restituendum rem, quam dare, vel præstare debebat defunctus.* 49. *vnus si contrafaciat obligationi facti indiuidui, an insolidum ille conuenietur.* 50. *an ad dandum faciendum, quæ debebat defunctus.* 51.53. *an vnus hæredum conueniri possit rei vendicatione.* 52

HÆredibus institutis a debitore, quod nemo illorum conueniri possit insolidum,
1 sed tantum pro rata, & portione † hæreditatis sibi relictæ generalis est regula. *l. pro hæreditarijs, C. de hæred. vel action. vendi t. l.* 1. *C. si cert. petat. Rebuf. de liber. oblig art.* 66. *glos.* 2. & consequenter quod exequutio facta in
2 solidum contra illorum vnum, sit reuocanda † tanquam excessiua, & vltra debitum; facta probatur ex dictis supra *c.* 8. *Gomes. var. resol. to.* 2 *cap.* 10. *num.* 4. *in princ. Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* 4. *part.* §. 1. *num.* 11 *Gratian. discept.* 16. *retractanda nu.* 7. *& discept.* 150. *num.* 12. *Guid. Pap singul* 297.

3 Ampl. etiam † si obligatio defuncti paratam haberet exequutionem. *Caual in specul commun. opin. quæst.* 76. *Titius num.* 11. *Gratian. discep.* 150. *non recte, num.* 11. *vers. ex quo. et num.* 12. *et discept.* 16. *num.* 8.

4 Ampl. etiam si aliquis† hæredum sit factus non soluendo. *l fin. C deposit.* vbi *Cyn. Alberic. et reliqui. l. in nauc Saufeii, ff. locat. l sititius, ff. pro socio. l.* 2. *vbi glos. C. si plures vna sentēt.* cum alijs cumulatis *a Gomes. var. resol tom.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *circa med. vers. vt abeat locum.*
5 addendo procedere etiam in foro poli, quem vocamus conscientiæ. *Caual. commun. opin. q.* 76. *Titius num.* 14. *addendo ex Aret. in l.* 3. §. *contra, ff. de verb. oblig.* neque dari regressum
6 contra alios, qui sunt soluendo. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4. §. 1. *num.* 13. *Castra de portion et rata quæst.* 23. *actionet numer.* 3. *Gomes. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *versic. et intantum*, vbi late agit, an id liceat in foro poli.

7 Ampl. etiam † si testator grauasset vnum ex hæredibus ad integram solutionem debiti, pro quo sit exequutio. *l. seruo legato*, §. *si testat. ff. de legati* 1. & ibi notatur, & commendant *Bald. d. Castr. et Imol. Gomes. var. resol. tom.* 3; *cap.* 10. *num.* 4. *circa fin.* eam afferens rationem, quia cum institutis pluribus hæredibus statim sit a lege diuisa illorum obligatio, non potest cre-
8 ditor aduersus legis efficaciam, vnum † cæteris omissis conuenire, licet illi conuenti a debitore habeant regressum contra obligatum, idem dixerunt *Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *ca. fin.* 4. *part.* §. 1. *nu.* 12. *Bald. Nouel. de dote p.* 8. *priuileg.* 33. *num.* 1. *in pr. nc. et ante fin. vers. vnde* si in contractu, addit etiam si in contractu dotis, vir conuenisset, vt tota dos posset ab ab vno hæredum repeti, *et Bald. ibid. vers. et videtur* vbi rationem assignat. *Bart. in l. continuat*, §. *penult. ff. de verb. obligat. num.* 9. *et*
9 *seq.* limitando si agatur de obligatione per ipsum testatorem contracta, vel hæres grauetur in specie non hæreditaria, vel quantitate, sed hoc verum, quatenus vellit creditor. *Odofr. l. cum ab vno*

vno, *ff. de leg. 2. d. fin. Surd. decis. 90. num. 6. Gomez. var. resol. lib. 2. cap. 10. num. 4. in fin.*

10 Ampl. etiam † si hæres conueniatur a fisco. *l. 2. C. de hered. action.*

11 Ampl. etiam † vbi plures hæredes simul vendunt rem hæreditariam, nam nemo illorum conueniri potest de euictione insolidum, sed tantum pro virili. *Surd. conf. 271. num. 60. & seq.*

12 Ampl. etiam si hæredes conueniuntur vt vnus illorum soluat omnia debita hæreditaria, nam contra illum solum male agitur, sed agendum est, contra omnes. *l. si filia*, *§. si pater. ff. fam. hercis. l. pacto successorum C. de pact. Bart. in l. continuus*, *ff. de verb. oblig. num. 9. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. 10. num. 4.*

13 Ampl. etiam † vbi sunt plures species hæredū, vt puta si vnus sit testamentarius, alter legitimus, nam si conueniantur orta controuersia, quis illorum sit verus hæres, de hæreditate inter eos diuidenda, quisque illorum pro rata est conueniendus. *l. controuersia*, *ff. de transact. quam singularem dicit Ias. in l. 2. C. de pact. nu. 3. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 1. nu. 14.*

14 Ampl. præsertim † si agatur ad id, quod cōstat pondere, numero, vel mensura, *vt dixi hoc cap. 10. ampl. 4.*

15 Ampl. præsertim † si conueniantur hæredes ad præstandam quantitatem, *l. 2. C. de hered. act. l. in exequutione, ff. de verb. oblig. Cyn. in d. l. 2. col. fin. vers. si quantitatis, & vers. si agatur.*

16 Ampl. præsertim † si conueniantur hæredes actione personali, etiam quod in diuisione conueniant, & vnus illorum solidum soluat. *l. plane, ff. famil. l. hercis. Costa de portion. & rata. q. 23. num. 4.* vel fundus cuius causa agitur, personali actione, ad vnum ex hæredibus deuenerit. *l. si tibi homo*, *§. si fundus*, *ff. de leg. 1. Costa ibid. Cyn. in l. 2. C. de act. hered. col. fin. vers. per-*

18 *sonalis*, † ampliando etiam si possideat vltra partem sibi debitam. *Sal. ibidem num. 10. late distinguit Dec. l. pacto successorum. C. de pact. n. 2. Alberic. l. cum ab vno, ff. de legat. 2. num. 4.* distinguit an actio sit stricti iuris, vel bonæ fidei.

19 Ampl. vt pro rata illi tangenti † non habeat hæres regressum contra alios cohæredes, etiam si habeat iurium cessionem a debitore, qui illos non molestat *Costa. de portion. & rata quæst. 23 actiones num. 4. circa fin. per textum. in l. 1. C. si cert pet. l. 1. ff. si cui plusquam per leg. falcid.*

20 Ampl. etiam † si agatur ex causa funeris, vt dixi *infra §. 7.*

21 Ampl. etiam † vbi agitur de interesse causato ex non facto vnius exhæredibus. *l. 4. §. cato*, *ff. de verb. oblig. per quem textum, ita concludit. Cyn. in l. 2. C. de act. hered. in fin.*

22 Ampl. etiam † vbi vnus hæredum conuenitur iudicio possessorio ex persona defuncti. *Bar. in l. 2. §. fin. ff. de præter. stipul. num. 3. circa fin.*

23 Ampl. præsertim † vbi agitur ad rem legatā, quæ non sit hæreditaria. *Salic. in l. 2. C. de action. hered. num. ?. in prin.*

24 Ampl. præsertim † si a creditore defuncti agatur ad quantitatem, vel speciem debitam. *l. 2. C. de act. hered. l. in exequutione, §. 1. ff. de verb. oblig. Salic. d. l. 2. num. 10. in princ.* afferens procedere ex quauis causa, tam ex contractu, vel quasi, ac etiam ex vltima voluntate, *Fulgos. l. 2. C. de act. hæred. num. 3. vers. Idemque opinor.*

25 Ampl. vt † hæredes non possint conuenire, vt vnus heredum, sit insolidum conueniendus pro debito hæreditario. *Dec. l. pacto successorum C. de par. num. 2. vbi rationem refert.*

26 Ampl. vt vno † hæredum exigente portionē suam ab hæreditario debitore, non possit molestaria cohæredibus in ea portione, licet debitor efficiatur non soluendo in residuo, *l. fin. C. deposit. Vrsil. ad Afflict. decis. 213 agitur nu. 11.*

27 Ampl. etiam a si aliquis illorum fiat non soluendo, *Gomes. var. resol. lib. 2. cap. 10. num. 4. circa med. Otterus Roman. Lucubrat. disput. 23 accidit num. 7.*

28 Limit. vbi actum † fuit actione hypothecaria aduersus vnum ex hæredibus possidentem rem hypothecatam. *l. pro hæreditarijs, in fin. C. de hered. vel action. vendit. & dixi infra §. sequent. Thesar. q. 85. reales lib. 2. num. 1.*

29 Limit. in pœnalibus † nam si Titius promissit non offendere Sempronium, & ille, vel vnus ex hæredibus illius, & eius hæres sub pœna offendatur ab vno hæredum Titij, in solidum, conueniri potest pro tota pœna. *Bart. in l. 4. §. cato, ff. de verb. obligat. num. 30. vbi Ripa. num. 99.* addēdo eam totam deberi offenso, relati *a Clar. in prax. §. fin. q. 58. num. 34. & a Caual. in Specul. com. opin. q. 77. in prin. Mandel. conf. 548. quamuis num. 5.*

30 Contrarium † tenent, *Claud. de Saysel. in d. §. cato. num. 36. & Alciat. num. 186.* & istam opin. esse veriorem asserit, & probat. *Caual. in Specul. commun. quæst. 76. Titius in prin. vsq. ad num. 10.* referens exempla emphiteutæ, & feudatarij vnius rei, plurium dominorum, qui non cadit nisi pro parte eius quem offendit, relati *a Clar. in prax. §. fin. quæst. 48. nu. 34. vers. multi*, vbi agit, etiam quid dicendum si inter hæredes sit fœmina. *Caual. in Spec. com. opin. q. 77. ex legibus num. 2. & seq.* vbi agit, quid dicendum de vxore, *et Rip. in l. 4. § cato ff. de verb. obligat. num. 96. et seq.*

Examinat, seu concordat. *Ripa. in l. 4. §. cato, ff. de verb. oblig. nu. 42. et seq. et nu. 100. et seq.*

31 Limit. vbi testator † contrarium mandauit. *l. ab omnibus, ff. de legat. 1. l. cum ab vno, ff. de legat. 2. glos. l. 2. verb. placuit vers. quinto, C. de hæred. act. vbi Cyn. vers. quarto, addendo id fieri*, non vi legis, sed potestate testatoris, vt censuit, etiam. *Cast. d. l. cum ab vno, in prin. Obstant tamen dicta supra Ampliat. 3.*

32 Limit. vbi pars † hæreditaria est incerta. *Bald. in l. 2. C. de hered. action. num. 13.*

33 Limit. in indiuiduis † veluti si agatur de conditione adimplenda, vel de aliquid dando, restituendo, vel faciendo. *Costa de portion. & rata, quæst. 23. actiones nu. 9. et ex Guid. papa, singul. 297. licet Gul. Mayn. l. ea qua in partes, ff. de reg. iur. num. 4. et seq.* vbi præterea tradit quomodo cognoscatur diuiduum ab indiuiduo, *Rip. l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. 19. num. 22. & seq.*

34 *et seq.* ampliando præsertim si personalis actio † sit bonæ fidei. *Sal. l. 2. C. de act. hæred. num. 1. in fin. et Bald. num. 2.* eam afferens rationem, quia formæ indiuisibiles, non recipiunt nomina partitia.

35 Limit. vbi hæres † conuenitur ad præstandū factum indiuiduum. *l. in exequutione §. secundo ff de verb. oblig. Cyn. in l. 2. C. de act. hæred. col. final. in fin. vers. in tertio. quamuis Angel d. l. 2. vers. ita in obligatione faciendi,* firmet non facta distinctione facti diuidui, & indiuidui vnumquemque hæredum conueniri insolidum.

36 Limit. vbi actum † fuit actione stricti iuris, competenti contra hæredes, non quia simpliciter sint heredes, sed quia res ad vnum illorum peruenit. *l. si plures ff. de vi et vi remot. Ripa in l. 4. §. cato, ff. de verb. obligat. num. 28. vers. quinto.*

37 Limit. si agatur actione † quauis reali. *l. 2. §. fin. ff. de prator. stipul. l. si possessor. ff. de rei vēd. cat. Cyn. per hæc iura in l. pro hæreditarijs C. de act. hæred. in prin. vbi Salic. num. 9.* sublimitat † si lis fuerat cum defuncto contestata, quamuis vnus hæredum tantum possideat, idem latius repetens, *num. 10.* aliter distinguit. *Alberic. in l. cum ab vno, ff. de legat. 2. num. 4. Gratian. discetat. c6. num. 27.*

39 Limit. vbi † vnus hæredum conuenitur ex causa dotis, vt dixi *infra §. 6.*

40 Limit. vbi vnus† hæredū conuenitur actione bonæ fidei, ad restituendam rem, si facultatem habeat rei restituends, nam in solidum conueniri potest. *l. 3. §. hæres ff. commodat. et late prosequitur Ripa, in l. 4. §. cato ff. de verb. obligat. num. 24. Bal. l. 2. C. de act. hæred. num. 9. in fin.*

41 Limit. vbi vnus † hæredum, vel ex pluribus obligatis, conuenitur actione personali, stricti iuris, ad restitutionem rei, pro qua competit rei vēdicatio, si habeat facultatē rei restituendæ, *l. si plures ff. de vi, et vi armat. Ripa l. 4. §. cato, ff. de verb. obligat. num. 27. late prosequitur.*

42 Limit. vbi actio † personalis habet cōcomitātiam cum reali, nam propter vnionem istam, agi potest in solidum contra eum hæredem, qui solus possidet. *l. si pluris, ff. de commod. per quæ iura ita firmat Salic. in l. 2. C. de hæred. action. num. 4. in prin.*

43 Limit. vbi agitur † ad consequendum rem legatam, quæ sit hæreditaria, siue illa possideatur ab vno hæredum, vel ab omnibus in confuso. *Sal. in l. 2. C. de act. hæred. num. 8. circa med.*

44 Limit. vnus † hæredum possidet rem, quæ vendicatur. *Fulgos. in l. 2. C. de act. hæred. nu. 2. circa fin.* addendo condemnandum esse insolidum, etiam quoad accessoria, veluti interesse, si conuentus sit in dolo, & siue agatur actione bonę fidei, siue stricti iuris.

45 Limit. vbi agitur † ad pœnam, vel interesse, si omnes sint morosi. *l. in depositi, 9. l. si duo 22. ff. deposit. Ripa in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. nu. 28. vers. septimo, & dixi de Laudem. q. 24. ar. c. num. 3 c. lib. 1.*

46 Limit. vbi agitur † contra hæredes ad interesse ratione doli, vel culpæ. *Rip. in l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. num. 28. vers. septimo.*

47 Limit. vbi vnus † hæredum conuenitur ex debito, vel dolo commisso circa rem depositam si alter illorum, vel reliqui non sint soluendo. *l. si duo ff depoʃit. Gomez var. resol. lib. 2. cap. 10. num. 4. circa fin. Rip. l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. n. 28. in fin.*

48 Quid si defunctus † debebat vnam, vel plures operas diurnas, quomodo conuenientur heredes ad illarum præstationem. *Iacob. de S. Gretract. de Rhodijs num. 3. & seq.*

49 Quid si vnus† hæredum conueniatur ad rem reddendam, vel restituendam. *Salic. in l. 2. C. de action. hæredit. num. 12. vsque in fin. Bald. in l. cum ab vno 55. ff. de legat. 2. num. 2.* vbi distinguit an agatur reali, vel personali, an omnes possideant, vel nullus, an agatur actione bonæ fidei vel stricti iuris.

50 Quid si vnus hæredum † contrafaciat obligationi facti indiuidui, an ille in solidum, vel proportione sua tantum conueniatur. *Ripa. in l. 4. §. Cato ff. de verb. obligat. nu. 42. & seq. plurib. subdens 48. & seq. & num. 72. et seq. plurib.* agit, quid dicendum de obligatione dandi.

51 Quid autem, † sit dicendum, si vnus ex hæredibus conueniatur ad præstandam, premissam speciem, vel genus, vel factum communis autoris, distinguit. *Cyn. in l. 2. C. de action. hæred. col. fin. vers. si speciei & sal. nu. 3. & 10. 12. & seq. ex his.*

52 Quid si vnus † heredum conueniatur rei vendicatione, distingue *per. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de prator. stipul. num. 4. et seq.*

53 Quid si hæres † conueniatur ad faciendum, quæ illius auctor facere debebat. *Sal in l. 2. C. de hæred. action. num. 11. & seq.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Hypotheca est indiuidua. 1

Hæres conuenitur insolidum in actione hypothecaria. 2. ampl. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *declara 15. Limit. 5. 16*

Hypotheca causata occasione annui census, et ex alia causa differt. 6

Census si fuerit impositus super pluribus prædijs an in solidum contra vnum agi possit. 16

1 Ratione indiuiduitatis † quam secum portat hypotheca, *l. solutum §. creditori, ff. de pignor. action. l. e. C. si vnus ex plurib. hæred vbi Bald. nu. 1. notat. Afflict. decis. 213. num. 4. vbi Vrsil. num. 4. et seq.* & late probaui *de Laudemio. lib. 1. q. 7. art. 7. num. 45. et seq. plurib.* Ideo regulam firmatam hoc decimo

2 capite limitaui, si actum fuit † vel agatur actione hypothecaria. *Odofred. in l. 2. C. de hæredit. action. Milanens. decis. 13. lib. 2. nu. 12. Cancer. var. resol cap. 17. De sent. execut. num. 296.*

3 Ampl. præsertim † si possessor rei hypothecæ

hypothecatæ conueniatur pro Canone, vel laudemio debito occasione rei emphiteoticæ, quam aliquis hæredum possidet, vt late examinaui. *tract. de laudem.lib.1.quæst.7.art.7.*

4 Ampl. præsertim † si agatur hypothecaria ad effectum consequendi rem hypotecatam, secus si ad effectum, vt sit sibi satisfactum de debito decurso, & non soluto, quia tunc potius dicitur exercere actionem personalem, quam realem. *Bart.l.fin.C.si vnus ex pluribus bared.& in l.rem alienam, ff.de pig.act. nu.22. glos.l.sicut in rem.verb. persequutione*. C. de præscript. 30.*an.Angel.in l.a dicto pro, §.sententiam, ff. de re iud.*cum alijs cumulatis à *Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.fin. part. 4. §. 1. nu.17.Caual.in Specul.commun.q.76 .Titius, nu.16.& seq.* Limitando † si hypothecaria

5 secundo modo, sit mota occasione Canonum emphiteoticorum, vel Censuum debitorum, ex re specialiter prohibita alienari ex conuentione relata differentia, quæ datur inter hypothecam

6 † occasione census, vel annui Canonis contractam, & ex alia causa, vt conuentus ex illa, non gaudeat exceptione excussionis, seu diuisionis, in ista secus. *Parlador. rer. qnotidian. lib.2.cap fin part.4.§.1.num.17.*

7 Ampl. etiam si † res hypothecata fuerit inter plures diuisa, nam cui obuenit pars, potest insolidum conueniri. *l fin.C.si vnus ex plurib. bared. Bart.l. creditoris, ff. de distract. Pignor. Parlador.rerum quotid.lib.2.cap.fin.par.4.§.1. num.15.circa med.& num. 19.& seq.* eam afferens rationem, quia ius pignoris non afficit personam, sed rem. *Thesaur q.85.realis lib.nu.3. declarando num.* 4. procedere quatenus valor par.is possessæ patitur, vt dixerat, *Odofred. in l.2.C.de action.hæredit verf.Nam fallit.*

8 Ampl. idem † dicendum, etiam vbi res hypothecata fuit vendita, vel aliter distracta, & deinde fuit in plures diuisa, vel fuit in partes distracta, nam quilibet partis possessor potest insolidum conueniri. *glos.l.moschis.verb.possessorem.ff. deiur.fisci quam probat.Bart.ibidem, per l.creditoris, ff de dist.pignor. Ias.in §.si quis in fraudem.Inst.de action.num.* 128. *Parlador. rer.quotid.lib.2.cap fin.par.4.§.1.n.* 16. *Caual. in specul.com.opin.quæst.76.num.25. & seq.& num.30.& 33.*

9 Contrarium † tenet *Dyn.in d. l. moschis, vt refert.Ias in d.§.Item si quis num.* 128. *in fin. cum alijs relatis infra §.8.verf. contrarium.*

10 Ampl. præsertim † si cum hypotheca concurrat etiam pactum, ne res hypothecata alienari possit. *l.si creditor.§.fin.ff.de dist.pignor.Surd. consil.405 longa.n.8.in prin.Gratian. Discept. 16.retractanda.num.10.& seq.& 26.& discep. 150.Non recte num.10.& seq.Caual. in specul. Commun.opin.q.76.num.29.& seq.*

11 Ampl. præsertim † si actione hypothecaria actum fuerit contra vnum ex hæredibus. *l. pro hæreditarijs.C de bared.vel action.vend.l.si necessarias §. si vnus, ff.de pignor.action. l. final. C.si vnus ex plurib. bared.glos.l. moschis,verb. possessorem, ff. de iur fisci, Gratian.discept.16. num.9.& seq.verf.contrarium,& discept.* 150. *non recte, num.*13.*Caual. in Specul. commun. opin.q.76.num.25.*

12 Ampl. etiam † si res hypothecata sit diuidua. *l.rem hæreditariam.ff.de euiction. Afflict. decis.203.agitur num.4.& late Couar. var. resol.lib.3.cap.7.num.6.verf.quæritur.deinde.*

13 Ampl. præsertim † si agatur ex hypotheca censuali, seu ex causa census vel Canonis competenti. *Felician.solis. de Censib.lib. 3.cap. 4. n. 11. quem refert, sequitur Gratian. discept. 16. reuocanda,num.16.in fin.addendo num.*17.procedere etiam non facta excussione, quia agitur de onere debito ex re, per hypothecariam auocanda. *Crauet.cons.*217.*num.*5.*in fin. verf.nec isto casu.Caual.in specul commun.opin.quæst. 76.num.33.*

14 Ampl. etiam † si agatur contra singularem successorem debitoris possidentem rem hypothecatam, cum pacto quod non posset alienari, & alienatio facta esset nulla; & reicisa. *Couar. var.resol.lib.3.cap.7.num.6.verf. hinc, Neguf. de pignor.par.2.memb.num.5. per textum. in l. si creditor.§.fin. ff de distract.pign. Gratian. discept.150.non recte.num.10.in fin.* testans de magis communi, & ita practicari, subdens *nu.* 11. procedere etiam non facta prius liquidatio-

15 ne † & idem dicendum si cum hypotheca adsit Clausula constituti, vel præcarij, *& num.* 17.

16 *verf.ex quibus*, declarat † hanc ampliationem cessare, nisi adesset *d.clausula. Caual. in Spec. Commun.opin.q.76.num.29.*

17 Quid autem sit dicendum sit census† fuit impositus super pluribus prædijs, suis finibus designatis, an insolidum agi possit, contra detentorem vnius illorum, vel potius agendum sit, pro illorum rata, late agit *Milanens.decis.* 13. *lib.2.num.11.vsque ad 44.et nu. 58.et seq.Thesaur.q.85.realis.lib.2.*

§. III.

SVMMARIVM.

Personalia iura, nec passiue, nec actiue egrediuntur personam. 1

Sententia lata contra plures actione personali mota per viriles est exequenda,et quare. 1.2.*ampl.* 3.4.5.6.7. *Limit.*8.9.10.11.12.13.14.15

Interdicta omnia sunt scripta in rem. 12

1 CVm personalia iura, † nec actiue, nec passiue, egrediantur personam. *l.idem Iulianus,§.1.ff.delegat.* 1.*l.si quis, ita §. penul.ff.de testam.tut.l.*1.*§.ne autem*, C. *de caduc.tollend l.idem* 26.*§.personale,ff.de pact.l.exceptiones, ff.de except.*Ideo non mirum si quæ-

2 uis sententia † lata contra plures, personali actione intentata, in viriles partes exequutioni demandetur contra condemnatos. *Cyn.in l.* 2. *C.de act.bared.col fin.verf.personalis,Gratian. discept.16.retractanda,num.7.et seq. Surd.cons.* 150.*num.35.circa med.*

3 Ampl. etiam † si isti plures condemnati pacti fuis-

fuissent, vt vnus illorum solidum soluere deberet. *l. plane, ff. famil. hercis. & latius dixi supra, §. ampliat. 6. & 10.*

4 Ampl. etiam si isti plures † condemnati non expressa quota essent singuli obligati insolidum, *l. 1. C. si plures vna sentent. Afflict. decis. 215 sexdecim. num. 1. vbi Vrsil. num* 1. & 2. limitat. si

5 iudex † in sententia apponat Clausulam Omni meliori modo, vel quod creditor sit contentus vnica solutione, *Seaccia, de re iudicandi, glos.*

6 *14. q. 22. num. 11. & seq.* declarando † quod nō tamen creditor excluditur quin nouo iudicio petat solidum.

7 Ampl. præsertim † si agatur actione personali stricti iuris *l. 2. C. de act. hæred. l. pacto successorum C. de pact. Goffred. l. cum ab vno 54. ff. de leg. 2. nu. 2. in fin.*

8 Limit. vbi † actum fuit actione personali cōpetenti ad indiuidua contractu, obligatione, & solutione *. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Ripa, l. 4. §. cato ff. de verb obligat. num. 28. vers. fallit. primo. Angel. l. 2. C. de act. hæred. numer. 1. in prin.*

9 Limit. † si actum fuit actione competenti ad indiuidua obligatione, & solutione, *l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Ripa, l. 4. §. cato ff. eod. num. 28. vers. fallit secundo.*

10 Limit. si actum † fuit actione bonæ fidei ad rem restituendam, contra habentem facultatem rei restituendæ *. l. 3. §. hæres ff. commodat. Rip. l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. num. 28. vers. tertio fallit.*

11 Limi. vbi actum † fuit actione personali stricti iuris competenti ad rationem rei, pro qua competit etiam actio realis contra habentem facultatem rei restituendæ *. l. si plures, ff. de vi, & vi armat. Rip. l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. n. 28 vers quarto.*

12 Limit. in actionibus in rem scriptis, vt sunt regulariter omnia interdicta. *l. penul. ff. de interdict. Ripa in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig. nu. 28. vers. sexto.*

13 Limit. vbi agitur † actione personali competenti ad interesse, ratione doli, vel Culpæ, cōmissæ per hæredes. *l. 1. § si apud duos l. in deposi. cum l. seq. ff. deposit. Ripa in l 4. §. cato. ff. de verb. oblig. num. 28. in fin.*

14 Limit. vbi agitur † actione personali bonæ fidei, vel quasi, vbi conuentus solus possidet, *l. 4. §. hæres ff. commodat. l. si quis ex argentarijs §. 1. ff. de edend. Gofred per hæc iura in l. cum ab vno, 54. ff. de legat. 2. num. 3.* & hac ratione sub vnum ex hæredibus conueniri posse insolidum ad restituendam dotem, vbi testator ita iussit, quasi designauerit eum illam possidere.

15 Limit. vbi actum † fuit actione personali, vnita cum reali in origine. *Bald. in l. 2. C. de hæred. action. num. 14.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Alimenta debita a pluribus, singuli conueniri possunt ad illa præstanda. 1. *& quare.* 2. *ampl.* 4. 7. *Limit.* 5. 6

1 INter cætera alimentorum † priuilegia illud est præcipuum, quod si fuerint debita a pluribus possit vnus insolidum conueniri, & condemnari ad illorum præstationem. *l. 3. de aliment. legat. glos. in l. 2. verb. placuit. vers. quarto C. de hæred. action. vbi Cyn. vers. secundo, & Bal. num. 5. in fin. & num. 10.* eam affe-

2 runt † rationem, quia particularis solutio est, difficilis & habet multa incommoda, seu verius sicuti vsus est indiuiduus, quia inuentus ad substentationem, quamdam hominis, quæ si minuatur corrumpitur subiectum, ita, & cibaria per partes præstita, si non eadem tempore præstantur, corrumpunt alimentarium, conuenire autem tempore in præstatione alimentorum est difficile, aut nunquam continget, & deficiente vno in præstatione partis, nihil dicitur præstitū, & considerat, *Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 14. non erit nu. 10. dum prius, num. 5. & seq.* retulisset qui vellint, & nollint, præstationis alimen-

3 torum † causam esse indiuiduam *. Sal. in l. 2. C. de action. hæred. num. 5.* concludens præstationem alimentorum esse indiuiduam solutione. *Borgn. de vsufruct. mulier. relict. n. 137.*

4 Ampl. præsertim † vbi alimenta sunt præstāda a pluribus, ex præcedenti obligatione vnius tantum, nam quia ex persona hæredum non alteratur prima obligatio, tunc quisque conueniri potest insolidum *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 14. non erit n. 15. & seq. subdens in vers.* Vnde infertur quod si

5 plures † promittant aliquem alere non possunt conueniri insolidum, sed solum pro virili, quia diuisio inter illos est tacite inducta a principio, *l. si fundus. § si duo, ff. de pignor. l. reos, §. eum in tabulis ff. de duob. reis, Gratian. discept. 16. num. 40.*

6 Limit. vbi † alimenta sunt præstanda a pluribus hæredibus, nam nemo illorum conueniri potest in solidum, sed tantum pro portione hæreditaria, *arg. l. si fundum. § si libertus ff. de legat. 1. vbi Bart. Angel. & reliqui. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 14. non erit, num. 14.* subdens rationem in vers. & si dicatur, quia institutis pluribus testator ab origine censetur grauasse debitores in viriles, nec facta præstatione per partes in aliquo non alteratur ius creditoris ali-

7 mentorum, cum tamen nu. 5. dixisset † posse officio iudicis prouideri, vt ab vno illorum tantum præstentur vt post eū concludit, *Gratian. discept. 16. num. 27. & seq.*

§. V.

SVMMARIVM.

Collectiua nomina quæ sint. 1.2.3

Plures collectiue nominati cum expressione nomin is vnius pro vno reputantur. 4. *Ampl.* 5. 6.7.8.9.10. 11.12.13. *Limit.* 14.15.16.17.18. 17.18. 10.20.21.22.23.25.

L. antepen. §. *Lutius* el. 1. *ff. de legat.* 2. *declaratur.* 24

Plures vocati nominibus proprijs, vel appellatiuis, simul, vel disiunctim, an habeantur loco vnius. 26

Pater, & filius vocati simul cum alio, an illi admittantur per capita. 27

Vnus cum pluribus collectiue vocatus, an habeat maiorem partem vocum. 28

DVo in hoc §. in quo agendum est, quando plures habeantur potentia iuris vice vnius, sunt præmittenda. Primo, quod
1 quædam sunt nomina † quæ dicuntur collectiua, quæ prolata tam in singulari, quã plurali numero, vi sua contrahendo, seu colligendo multitudinem, quam intellectui loquentis, vel audientis repræsentant, vnum tantum signant, & pluralitatem corporum, quam comprehendunt, in vnum contrahunt; qualia sunt ista populus, gens, turba, vulgus, Collegium, & similia, quæ licet ex pluribus distantibus corporibus constẽt, nec in vno verificari possint ad sui tamen essentiam, & consistentiam, seu durationem pluralitatem requirunt. *l. Neratius* 85. *ff. de verb. signif. l.* 1. *ff. quod cuiuscunque vniuersit. l. prætor,* §. 1. *ff. vi tenor. rapt. Barbat. conf.* 17. *præclare col.* 4. *vol.* 1. *Roman. conf.* 436. saltem spe, quod redacto populo, vel Collegio ad vnum tantum alij possint addi, seu subrogari. *Rebuf. d. l. neratius, vers. ius autem Collegij.*

Secundo, quod sunt quædam nomina quæ vi
2 sua collectiua sunt, dum plures signant in abstractu, sed effectu ex innata illis distributione in vno tantum verificantur, nec intellectui nostro vnitatem repræsentare possunt propter diuersitatem, quæ includitur in distributione partium vnicuique collectiue enunciato attri-
3 buendarum † huius generis collectiuorum verborum sunt dictiones illæ. Quilibet, quisquis vter, vterque, & similia, quæ collectiua plurium subiectorum quidem sunt, sed effectu partitionem deinde secum trahunt. *l. si pluribus* 45. *ff. de legat.* 2. *l. hoc articulo,* 29. *ff. de hæred. instit. l.* 3. *ff. de iur. codicil l.* 3. *l. Lutius Titius. ff. de legat.* 1. *l. quisquis* 95. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. *ff. de rer. permut. l. vter ex patribus ff. de cond instit. glos. in* §. *non solum,* 2. *inst. per quas person nob. acquir. l.* 3. 1 *in princ. ff. rerum amot l si quis id quod* 7. §. *serui. ff. de iurisdict. omn. iud. Bart. l. qui filiabus,* §. *si quis, ff. de legat.* 1. *nu.* 1.

His præmissis si ex debitoribus, vel credito-
4 ribus † aliqui fuerint collectiue nominati quã-uis illi plures sint, vicem tamen vnius obtinet, secus si vnus ex illis sit singulari nomine nominatus debitor, vel creditor. *l. si quis Titio,* 8. *ff. de vsufruct. accrescend. l. interdum, ff. de hæred. instit. l. si pater filios, de vulgar. Dec. conf.* 122. *pro tenti, num.* 2. vbi plures & plura congerit. *l. liber homo,* §. *Titius, ff de hæred. instit l si pater filio, ff de vulgar. Iaf. l fin. C. de impub. n.* 5. vbi *Dec. eodem n.* 1. *& seq. Paris. conf.* 4. *Puteus lib.* 3. *num.* 19.

5 Ampl. etiam † in pœnalibus, nam condemnato rectore, & scholaribus in pœna centum scutorum, rector soluet dimidium scholares reliquum. *Angel. in l interdum, ff. de hæred. inst. Ripa in l. re coniuncti, ff de legat.* 3. *num.* 104. Idem dicitur si condemnati sint monachi, & Abbas, vel homines, villæ, & Syndicus, si non denuncians delictum factum intra fines villæ, vel damnetur prætor cum suis officialibus, vel Episcopus cum capitulo. *Butrig Angel & Sal. in l. quoniam iudices, C. de appellat. Angel. & Imol in l. liber homo,* §. *Titius. ff. de hæred. inst. Bald. in l. si plures, ff. de pact. in secundo not. Host. Io. Andr. Abb.* & reliqui *in cap. postulasti, de concess. præbend.* & has, & similes alias plures quæstiones referunt *Iaf. in l. final. C. de impub num.* 6. *& Dec. num* 8. *Pelin. in cap. pastoralis de rescript. num.* 9. *Boer. decis.* 59. *num.* 8.

6 Ampl. etiam † vbi plures vocantur, seu obligantur vno nomine collectiuo, sed etiam vbi alij vocantur, vel obligantur alio nomine collectiuo, veluti fratres Sempronij, & filij Titij, seu obligant, vel admittantur. nam filij Titij, quotquor erunt, pro mediate erunt obligari, seu admissi, pro alia medietate fratres Sempronij, nec vlla habebitur ratio, quod illi sint numero plures, isti pauciores. *Angel. & Imol. in l. si communis seruus, ff de stipul. seru. Ripa in l re coniuncti, ff de legat.* 3. *num.* 105. *Iaf in l. fin. C. de impub. nu.* 9. *vers. item ex prædicta, & vers. ex quo not. Ripa in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. *num.* 105.

Obstant dicta *infra vers. limit.* vbi plures.

7 Ampl. etiam † in statutis. *Iaf. in l fin. C. de impub. num.* 6. *vers. ita si statutum. Limitando, nom.* 7. *vers. nisi secundum Imol.* si constet statuentes aliud voluisse. *Dec. l fin. C. de impub. num.* 5. *vers. & quod dictum.*

8 Ampl. etiam † in iure eligendi, nam si Rectori, & scholaribus detur facultas eligendi notarium, tantum potest rector solus, quantum tota vniuersitas scholarium. *Angel. & Imol. in l. liber homo,* §. *Titius et l* 1. *ff. de hæred. instit.* quos refert, & sequitur *Pelin. in cap. pastoralis de rescript. num.* 9 *in princ.* Limitando si aliud appareat de voluntate concedentis. *Iaf. l. fin. C. de impub. nu.* 7. *&* 9. *vers. Host. & Io. And.*

9 Ampl. idẽ dicendum † si pluribus data sit iurisdictio, nam si alia vni illorum sub nomine collectiuo fuerit data, alijs sub nomine proprio, vel dignitatis, collectiuus habebit vnam vocem tantum, & reliqui tot voces, quot fuerunt nominati in capita. *Socin. conf.* 40. *exactis lib.* 1. *num.* 2. *Iaf l fin. C. de impub. nu.* 6 *in fin.*

Ampl.

10 Ampl. etiam † in legato iurispatronatus. *Dec. conf.* 122. *pro tenui, nu.*1. *verf. circa med. verf. vnde prædicta verba, & num.* 2. *verf. ex quibus. Ripa in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. *num.* 104. *in fin.*

11 Ampl. etiam, vbi † qui collectiuo nomine vocantur sunt vocati in separata oratione a vocato nomine proprio, etiam quod vocetur alius per verba pluralis numeri. *Dec. conf.* 122. *pro tenui, num.* 2. *in prin. & in fin.*

12 Ampl. in † quacunque materia, siue illa sit fauorabilis, siue odiosa, siue stricte, siue late sit intelligenda. *Iaf. in l. final. C. de impub. num.* 5. *& seq.*

13 Ampl. etiam in † fideicommissis, seu substitutionibus. *Bart. in l. quidam, §. si tibi, ff. de reb. dub.* quem refert & sequitur. *Iaf. in l. fin.* C. *impub. num.* 9. *verf. prædicta.*

14 Limit. † vbi plures vocantur nomine collectiuo personas respiciente, veluti si quis instituat nepotes ex duobus fratribus. *l. quoties. §. hæredes, ff. de hæred. instit. § sed si plures. Inst. eod. l. turpia, §. fin. ff. de legat.* 1. *l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. *Dec. conf.* 412. *col.* 1. *Peregrin. conf.* 32. *Dominus lib.* 3. *numer.* 12. *& seq.*

15 Limit † vbi filij vocatorum collectiuo nomine, mortuis vocatis primis, sunt vocati, nam tunc tales filij admittuntur per partes viriles. *Parif. conf.* 4. *Petrus lib.* 3. *nu.* 20. *in fin.*

16 Limit. vbi nomine † collectiuo vocantur posthumi, nam quicunque nati fuerit post mortem patris admittuntur in partes viriles, seu per capita. *Ripa in l.* 4. *§ cato, ff. de verb. obligat. num.* 108. *subdens, nu.* 109. qui aliud censeant, & velint hanc limitationem veram si verbum posthumus sit prolatum in numero plurali, secus si in singulari.

17 Limit. vbi collectiue † vocatus cum specialiter nominato disponens voluit æquis partibus admitti, veluti si dictum fuerit lego Titio prædium, quod volo communicari filijs fratris mei. *Ripa in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. *num.* 3. vbi plures congerit.

18 Limit. vbi de contraria † voluntate eius, qui verbis collectiuis est vsus constat. *Iaf. in l. fin. C. de impub. suqft. num.* 7. *verf. nisi secundum. Felin. in cap. pastoralis de rescript. num.* 9. *in princ. Dec. conf.* 122. *pro tenui, num.* 1. *verf. sed tamen & num.* 2. *verf. nam allegata.*

19 Limit. vbi is † qui proprio nomine obligatur, est vnus ex his, qui collectiuo nomine continentur, veluti si mandetur Titio, & reliquis societatis bancariæ, vt soluant, vel exigant certam summam, quia tunc Titius solus, non exiget, vel soluet dimidium, & reliquuum, alij socij, sed tota societas, vel pro numero sociorũ soluent & exigent. *Dec. conf.* 122. *pro tenui, col. final. ver. Bart. in l. si seruus.*

20 Limit. vbi nomini † collectiuo additum esset nomen distributiuum, quisquis, velquilibet. *l. fin. C. de impub.* vbi *Iaf. notat. nu.* 9. *verf. istam regulam, & Cyn. num.* 8. *Ripa in l.* 4. *§. cato, ff. de verb. obligat. num.* 110. declarando procedere modo sint, posita in eadem oratione, *& in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. *num.* 110. quia distributiua extinguit vim collectiuæ. *l. si liber homo, § si titius, ff. de hæred. instit.*

21 Limit. vbi nomini † collectiuo addita esset dictio ea qua indicaretur disponentem voluisse collectiue vocatos habere parem partem, cum vocato nomine proprio. *Iaf. l. fin. C. de impub. num.* 9. *verf. istam regul.* exemplum referens, si dictum fuerit æqualiter soluant, vel puniantur. *l. interdum, ff. de hæred. instit. Alberic. d. l. fin. n.* 5. *circa fin. verf. si instituendo. Parif. conf.* 4. *Petrus lib.* 21. exemplum referens si dictum fuit æquis portionibus.

22 Limit. vbi concurrerent † aliqua, propter quæ verisimiliter dicendum esset disponentem voluisse recedere à regula collectiuorum. *l. qui cum plures in princ. & ibi Bart. ff. de vulgar. Iaf. l. fin. C. de impub. num.* 9. *verf. secundo.* Limita, exemplum referentes si plures personæ essent primo loco institutæ in diuersis partibus, deinde essent substitutæ sub nomine collectiuo per partes, nam tunc censentur vocati in viriles partes. *Parif. conf.* 4. *lib.* 3. *num.* 11. *& seq.*

23 Limit. vbi testator † prohibuit rem simpliciter alienari extra familiam, quia inde præsumitur disponentem vocasse in partes viriles, quos nomine collectiuo nominauerat. *antepen. § lutius, et l. ff. de leg.* 2. quẽ textũ ita fuisse intellectum, à *Dyn. & Bart* refert *Iaf. in l. fin. C. de impub. num.* 9. *verf. tertio, & Cyn. ibid. num.* 4. *post med. et Alberic. num.* 4. *Ripa l. re coniuncti ff. de legat.* 3. *num.* 106. subdens deinde ratio-
24 nem † & intellectum *d. §. Lutius. Parif. conf.* 4. *Petr. lib.* 3. *num.* 22.

25 Limit. vbi plures sunt † vocati nomine collectiuo, cum alio qui continetur sub nomine collectiuo, quia ne dicantur vocati ad imparia, omnes censentur vocati in viriles. *Rafael. in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. *num.* 107. *Parif. conf.* 4. *Petr. lib. num.* 8. concludens vocatis hæred. Ioannis & Guidonis singulos esse vocatos in viriles.

26 Quid autem sit dicendum † si plures vocentur nominibus proprijs tantum, aut appellatiuis tãtum, aut appellatiuis proprijs. *Alberic. in l. fin. C. de impub. num.* 5. *et sed. verf. vltimo.*

27 Quid dicendum † vbi pater & filius vocantur cum alijs collectiue nominatis, an pater & filius tanquam vna persona admittantur, ad dimidiũ, vel trientem, & in residuo qui fuerunt collectiue vocati. *Cyn. in l. fin. C. de impub. in fin.*

28 Quid autem, † sit dicendum, vbi singularis persona vocata cum pluribus collectiue, habet vnum ea vocatis collectiue qui secum sentiat, an dicatur ille habere maiorem partem vocum, videndus *Felin. in capit. pastorales de rescript: num.* 9. *verf. et illa persona.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Baldus nouellus quare sic dictus. 1
Hæres vnus ex pluribus conueniri potest insolidum dotis causa. 2. 3. *& quare*. 6. *Contrarium*. 8. 9
Baldus omnia sciuit. 11
L. cum ab vno, ff. de legat. 2. late declaratur. 5. 6. 9. *in fin.* 12. 13. *vsque in fin.*

INter cætera dotis priuilegia, quæ cum labore, & ingeniosa methodo fuere collecta a Baldo de Bartolinis, ob insignē eius vtriusque iuris peritiam nūcupatur † Baldus Nouellus
1 in suo *tract. de dote. par.* 8. *priuileg.* 39. illud refert, vt aduersus dispositionem, *l.* 2. *C. de hæ-*
2 *red. action.* insolidum conueniri possit, † vnus ex pluribus hæredibus ad solutionem dotis, asserens id probari. *l. cum ab vno*, 55. *ff. de legat.* 2 iuxta primum intellectum, qui datur eidem textui a *glos. ibidem, verb. putat vers. responde specialein dote*, *& Bart. ibidem num* 1. hoc notat tamquam singulare, quod actio personalis hæreditataria datur contra vnum ex hæredibus insolidum, ne mulier cogatur agere contra plures personas, & hanc esse veram opin. & illam tenere *Dyn. & Cyn. in d. l.* 2. idem reperit, *Bart. in l. continuus*. 137. *§. penul ff. de verb. oblig. n.* 10. *vers. fallit* in actione de dote. Addendo eodem *Bald. Nouello*, hanc esse communem
3 opin. mulierem præterea † habere hoc priuilegium, quod negatur fisco, & illud fuisse concessum fauore dotis, & mulieris, quæ illi renuntiare potest conueniendo hæredes pro portionibus hæreditarijs, dubitans, in fine, an idem
4 † sit dicendum vbi de dote constat tantum ex testamento mariti, intelligendo præcedentia vbi de dote constat ex antecedenti instrumento, in quo si fuisset conuentum de repetenda dote ab vno ex hæredibus, inutile esset tale pactum, nisi foueretur fauore vltimæ voluntatis, post *Bart. idem* per eumdem *text. in l. cum ab vno*. voluerunt, *Imol in l. seruo legato*, 69. *§. si testator, num.* 3. *vers. fallit in creditore ex causa dotis, ff. de legat.* 1. addendo esse casum singularem *& Cuman. in d. l. ab vno, n.* 2. *vers. quomodo ergo debet posse tantum*, sentiens releuantiam dispositionis *l.* 2. *C. de hæred. action.* concludit tenendam esse istam opinionem, quia melius dici nō potest, *& ibidem Florian. de S. Petro n.* 2. vbi plurib. firmat tenendā esse opin. *Bart.* quæ est communis, & hoc esse speciale priuilegium dotis vult, *Rip in l.* 4. *§. Cato ff. de verbor. obligat. num.* 25. *vers. vltimo, Imol. d. l. cum ab vno*, asserens hunc esse casum singularem fauore dotis
5 & ex pluribus intellectibus † qui dantur illi textui, sibi magis placere, quod intelligatur fauore dotis, & esse casum exorbitantem, nec extendendum. *Sal. in l* 2. *C. de hæred. act. n.* 6. testans de communi, & reprehendens, *Bald. qui aliud censuit vt dicem infra Odofred. d. l.* 2. *vers. item, fallit si testator.* concludens *per d. l. cum ab vno*, limitari *d. l.* 2. & quemlibet ex hæredibus, insolidum conueniri pro portione hæreditaria, qui deinde agit familiæ herciscundæ contra alios, *Alberic. in l. cum ab vno* 55. *ff. de legat.* 2. *ante nu.* 1 *in fin. sequendo Dyn.* affirmat hoc esse speciale dotis, & procedere volente vxore conueniri eum hæredem quem testator grauauit *& nu.* 4.
6 † rationem refert, quare grauatus solus conueniri possit, quia testator quodammodo designauerit illam ab eo possideri, *Cast in d. l. cum ab vno num.* 1. concludens eum textum esse singularem, quia eum lege 12. tabul. inter hæredes esset diuisa actio in partes hæreditarias, conueniatur tamen vnus illorum ita volente vxore, cui maritus iussit ab vno hæredum dotem restitui, idem repentes. *num.* 2. *addendo n.* 4. *in fin. vers. primo quod hoc sit speciale*, cum solidi actionē dari fauore dotis, & omnes doctores ita intelligere eum textum, reprobando reliquas solutiones, quæ dantur eidem textui, & procedere
7 etiam in omni † debito ex contractu bonæ fidei, secus si stricti iuris, post antiquos idem censuere moderni aliqui, videlicet *Afflic. decis.* 332. *Gabriel. num* 2. *in prin. vbi vers. num.* 6. *concludens d. l. cum ab vno*, continere casum singularē fauore dotis, *idem repetit Vrsil. ad Affl. ct. decis.* 213. *agitur num.* 1. *Surd. decis.* 90 *ex pluribus, num.* 1. *in fin.* testans hanc opinionem esse veram, & communem. *Otter. Roman. Lucubrat. disput.* 3. *num.* 9. *Cornazan. decis.* 35. *ex num.* 6.

8 Contrarium scilicet, quod non insolidum † pro dote experiri possit mulier contra vnum ex hæredibus, sed agendum sit pro rata, & portione hæreditaria, censuit Senatus Mantuanus, vt refert *Surd. decis.* 90 *ex pluribus num.* 1. *vers. hac decis.* & in eadem sententiam inclinasse sacrum Consilium Neapolitanum refert. *Anton. Gizarel. decis.* 52 *cōtingit. in fin. miror Io. Bap. Costam.* præceptorem meum in primis iuris elementis in *tract. de portion. & rata*, hunc casum omisisse, nisi me fallit memoria, & defecerim in rimando quæ ille ibidem docte explicauit.

9 Huius contrariæ opinionis † *fuit glos. si illius* expressa, & tacita dicta considerentur cum *in l.* 2. *C. de action. hæred. in verb. placuit. vers. quinto*, dum relatis casibus quibus cessat dispositio, *d. l. inquit*, quinto fallit si testator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario causa debitē compensandi tunc enim hæres ille vsque ad quātitatem legati onus æris alieni sustinebit. *l. cum ab vno, ff. de legat.* 3. *& eadem glos in d. l. cum ab vno. verb. putat.* dum præmisso quod hæredes conueniendi sunt pro portionibus hæreditarijs, subdit speciale esse in casu illius legis cau-
10 sa dotis, vt euitetur † circuitus, quem vitandum esse etiam in alijs causis sit a iure constitutum. *glos final in l dominus testamento, ff. de condit. & dem. cum alijs, cumulatis a Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tit. num.* 25. *& seq. Gratian. decis.* 103. *num.* 108. *&* 192. *& seq.* subdit alium eiusdem textus intellectum videlicet in grauatum hæredem dari actionem, non directo,

cto, sed per obliquum, quia conuentis singulis hæredibus pro portione hæreditaria, illi conueniunt grauatum familiæ herciscundæ, vt solent solidum iuxta præceptum testatoris.

Baldus † qui teste *Roman.singul.*130.*& 380*
11 *fuit inuestigatur egregius*, & omnia sciuit, & nihil in iure intactum reliquit, vt asserit *Iaf in §. sed istæ Inst. de action. num.*57.*in d. l eum ab vno.* 55.*ff. de legat.*2. relatis dictis *glos. Dyn. Cyn. & Bart*, circa eiusdem textus intellectum, credidit ex distinctione † quam ipse refert cessare
12 omnium dubitationem, videlicet, quod si hæres grauatus solus possidet, & conueniatur actione reali, vel quasi, vel actione bonæ fidei solus conueniri possit, secus si omnes possident, & conueniatur actione stricti iuris, & personali, comprobans suam distinctionem ex simili de-
13 ducto *ex l. verum, §. fin. ff. pro socio.* † *& in l. 2. C. de action. hæredit. num.*10. relatis eisdem dictis Doctorum, concludit in fine, eos ignorasse quid dixerint, subdens *num.* 11. *& seq.* dispositionem *d. l. cum ab vno*, procedere exemplo delegationis, qua facta delegatus debitor conuenitur a delegatario, ex quibus, licet in sua solutione reprobetur *a Salyc. ibidem num.6. circa med.* aperte colligitur, quæ in eodem textu sunt disposita, illum, velle procedere in quocumque contractu, in quo quis sit obligatus, & faciat legatū animo compensandi, & eodē contextu factam mentionem de dote, potius exempli causa, quam quod dotis sit priuilegium, vt vnus hæredum directe, vel per obliquum insolidum conueniri possit accedente dispositione testatoris, quæ vim legis in suum hæredem habet, *§. disponat auth. de nupt.* & ita censuit, etiam. *Fulgos. in l.* 2. *C. de act. hæred. vers. in eadem glos. el* 2. negans, id esse speciale in dote, *& d. l. cum ab vno*, procedere in quocumque creditore.

Quibus rationibus firmetur posterior hæc opinio, quā credo veram acceptante muliere testamentum *Alberic. d. l. cum ab vno ff. delegat.* 2. *ante. num.*1.*in fin.* relatis Surd. *& Gizarel.* in relatis decis. licet *Surd*, videatur potius ad hærere priori, dum testatur illam esse veram, & cōmunem, in quo illum fuisse lapsum probat, *Gizarel.* cuius dicta sufficiat indicasse, & retulisse quæ probant casum nostri *§.*

§. VII.

SVMMARIVM.

1 FVneris impensa quantum † sit priuilegiata patet ex dictis *DD. in rub. & toto titulo Digestorum, de relig. & sumpt. funer. & Rip in suo tract. de peste remed.* 4. vbi refert specialia plura, quæ aduersus regulas iuris, sunt concessa ne defunctorum corpora remaneant in sepulta, quæ tamen omnia cessant in cadaueri-
2 bus † viarum aggressorum, quorum artus in frusta secti, fiunt coruorum esca, illis appensis, vel ramis arborum, secus viarum compita publica, & frequentia, itinera, quoad cuiusuis sortis homines ab huiusmodi enormibus delictis deterreantur, nihil de tali rigore remittendo, quamuis delinquens oblitus nobilitatem sui generis, quid immane commiserit, vt factum fuit superioribus annis eum Foroliuiensi, qui tabellarium nocte aggressus spoliauerat pecunijs quas simulcum litteris in vna, seu pluribus valisijs Romam ferebat.

3 An autem sicuti creditor † expensarum ex causa funeris præfertur quibuscumque habentibus personalem, vel tacitam hypothecam *l. penul ff. de relig. et sumpt. funer. l fin. §. in computatione. C. de iur. delib. Vinc. de Franc. decis.* 51. *in causa. num.*2.*et seq. Camil. Bozel. cons.*8. *nu.* 30.*et seq. Thom. Doct. cons.* 180. *num.*1.*et seq. Viuius decis.*307.*expensæ num.*5. *Mantic. de tacit.*
4 *lib.* 12. *tit* 23. *num.*23.25. qui præterea † examinaran præferatur doti, & aromatario causa medicamentorum, vt tradiderat *Borgnin. decis.* 32. *parte. prima.* habeat etiam priuilegium facultatis in solidum conueniendi vnum ex hæredibus pro expensis funerum, non bene sic ex-
5 plicat Accurs. *dum in l.* 2. † *verb. placuit vers. sexto C. de action. hæred.* inquit quod inter cæteras fallentias, seu limitationes quas refert ad regulam *d. l.* 2. concludit limitari in funeraria, sed dum subdit eam actionem dari in hæredem, etiam mariti pro rata dotis, quam ille ex morte vxoris est super lucratus, aperte non limitat, sed potius ampliat regulam *d textus. Ideo Cyn. in eadem lege, vers. septimo*, forte aduertens hanc Accursij contrarietatem, affirmatiue concludit *d. l.* non limitari in causa funeris, quia in ea non est obligatus defunctus, ita quod illius obligatio descendat in hæredes. *Guid. papa singul.* 297 *licet, vers. quintus, relatis dictis Accurs. in d. l.* 2. in eandem contrarietatem impingit, dum primum vult *d. l.* 2. Limitari in causa funeris, & deinde subdit exempla contraria, *& Sal. in d. l.* 2. *num.*7. absolute tenet dari insolidum ex quasi contractu funerantis, qui dicitur initus cum quocumque sentiente commodum ex morte funerati.

Quidquid ergo implicite sunt loquuti. *Accurs. & Guid.*

Guid.pap. sequendo Cyn.quod regula l.2. C.de actión.hæredit. non limitetur in causa funeris

6 † probatur hoc assumptum, *l.veluti, l. Celsus. l. si pro rata. l.contra, ff. de relig. & sumpt.fun. glos.l. 2. placuit. versic.sexto, ubi Cyn. vers. septimo, C.de action.hared. Guid. pap.sin.297. vers.quintus.*

Ampl. etiam † in casu quo, ex statuto, vel pacto, maritus lucratur partem dotis, vt pro rata lucri concurrere debeat in expensa funeris vxoris, cum illius hæredibus. *l.in cum. 16. l.si pro rata. 27.ff. de relig. & supr. funere. Rol. a Val.de lucro dotis quæst.9. quæritur. numer.2. Rota Auenion.decis.49.nobilis, num.3. Boer. decis.244. Quod ad primum num.9. & seq.* ampliando etiam si maritus dedisset licentiam

7 vxori testandi, & refert *Bald.*aliud sentire.

Et ratio est quia impensa † funeris tamquam æs alienum dotis, ante omnia est detrahendum *l.impensa funeris, ff. de relig. & sumpt. funer. l. 1.§.fin.ff.ad leg.falcid l.quod in vxorem, ff. de neg.gest.per quæ iura, ita firmant.Rol.a Val.de lucro dot.q.38.num.12.Cæsal.cons.625. nu.27. & seq.Rota Auenion.decis.49.Nobilis, num.3. circa med.Costa. de portion.& Rota.q.73. n.4. & seq.*

8 Funeris impensæ † quæ sint, videndi sunt. *Viuius decis.307.expensæ.num. 1. & 3. Costa. de portion.& rata. q.73.in diuisione. nu.1. & seq. Ricius ad Vinc de Franc.decis.51.Gramma. decis.308.in causa num.2.vers. sed Funeris. & num.3.& seq.Borgninus decis.32.num. 12.p. 1.*

An autem creditor ex causa funeris † præferatur habenti expressam hypothecam, controuersa est quæstio, & pugnantes repetiuntur supremorum tribunalium sententiæ, vt patet ex *decis. Surd. 112. super & decis. 255.ex opinio. Vincent.de Franc.decis. 51. in causa.* vbi prætera agit, an idem dicendum de creditore ex-

10 pensarum † causa infirmitatis, & ibidem addetes agunt de mercede medici, & similium. *Herman.Maier.tract.de præferent.credit.lib.2.tit.2 num.4.Borgnin.decis.32.num.7.& seq.& n.11 par.1.*

11 Singularia duo addam, vnum quod adeo † est priuilegiata causa funeris, quod quamuis testator iusserit humari corpus suum sine pompa, quod nihilominus si factæ fuerint expensæ non excedentes modum, & facultates patrimonij, vt repetantur, si aliter funus facere dedecus fuisset defuncto. *Alex.in l.1.§.fin. ff. ad leg. falcid. num.2.* addendo id posse fieri in præiudicium legatariorum *sequitur Viuius;decis.307.expensæ, numer.4. Gamma decis. 308. in causa.numer.2.* recolo tamen audiuisse a Ioan. Sturnio, anno 1585.in ciuitate Casalis S. Eusebij in Mon-

12 teferrato *Gal.Budæum*, † omni litterarum genere insignem virum, & in Gallia primarijs officij functum, fuisse sepultum vnica candela quia ita hæredibus suis præceperat.

13 Secundo quod expensarum funeris † quantitas probatur iuramento hæredis, vel exequutoris testamentarij, qui illas fecit. *Mascard. probat.conclus.719.expensæ,num.1.& seq.* & idem dicitur de expensis medicamentorum, vt illa-

14 rum quantitas probetur iuramento † aromatarij. *Purpurat.cons.31.licet num.2.* & latius addentes *ad Vincent.de Franc.decis.51.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Insolidum numquam censentur plures obligati. 1 *Ampl.*4.5.6.7.8.9.25.*Limit.*10.11. 12. 13. 14. 15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.26. 27.28. 29. 30.32.33.34.35.37.49

Regula clare explicat contenta sub illa. 1. *Quare a iure sit excogitata.* 2

Delinquentes plures quando obligentur ad pœnam insolidum. 36

Obligatis pluribus insolidum, si vnus illorum conueniatur, an reliqui sint liberati, vel conuento vno ex pluribus possit alius conueniri, vel an obsict litis pendentia, vel inducatur diuisio. 37

Vassalli eiusdem feudi, an insolidum singuli sint obligati. 38

Conductores vectigalium quando insolidum obligentur. 39

IN penultima limitatione regulæ, quam constitui hoc decimo capite, promisi referre casus, quibus plures obligantur in solidum, licet nulla solidi sit facta mentio in eorum obligatione, & procedendo more solito per

1 regulam † quæ clarius exponit quid in quolibet capite sub illa constituto contineatur *Cuiac.lib. 2.q. Papinian.cap.2.Petr Pecchius in procem. cxt.de reg.iur.num 2.circa med.Homoben.cler. Regul.S.Pauli, in suo tract.de statib.Homin.in proæm.fol.12.Menoch.cons.202.num. 2. & seq:*

2 inquiens ideo in iure † nostro fuisse constitutas regulas, quia de singulis non potuit constitui lex, plura enim sunt negotia, quam vocabula, vt inquit textus *in l. natura ff.de præscription. verb.*

3 Regula itaque sit, quod insolidum † numquam plures censentur obligati, nisi id fuerit expresse, vel tacite conuentum, *l.si fundus, §.si duo, ff.de pignorib.glos.l.1.§.si apud duos, ff.depos. l.reos §.cum in tabulis,ff.de duob. reis n.1. inst.eod.Surd. cons.071.Franciscus, num.63. Gratian.discept.16.num.15.testans de communi, & ab illa non recedendum.Surd.de Aliment tit.9.q.14.non crit nu. 24. Trentacinq. variar. resol.lib.3.de solution.resolut.34.in materia n. 34.& seq.vbi* refert quomodo tacite quis obligatur in solidum.

4 Ampl. etiam † si agatur aduersus plures hæredes, vt dixi *supra hoc capit. Decimo. §. 1.*

5 Ampl.etiam † si plures sint collectiue obligati, vel vocati, modo alius, vel alij sint obligati, vel vocati simul, vt dixi *supra, hoc cap.decimo §. 5.*

6 Ampl. etiam † si agatur de causa dotis, vt dixi *sup.hoc cap.decimo, §.6.*

7 Ampl.etiam † si agatur de causa funeris, vt dixi *supra hoc capite, §.7.*

Ampl.

8 Ampl. præsertim † vbi agitur personali actione, *vt dixi supra hoc cap. decimo. §. 3.*

9 Ampl. etiam † in administratoribus reipub. quorum aliquis, si fiat non soluendo, non conueniuntur reliqui, sed magistratus. *l. Lutius, Titius, §. Sempronij, vbi glos. verb. conueniri, ff. de admin. tut. Montan. de tut. cap. penul.*

10 Limit. vbi agitur † hypothecaria, & quauis alia reali actione competenti, vt dixi. *supra hoc capite Decimo.* §. 22.

11 Limit. agitur de † alimentis, vt dixi, *supra hoc capite decimo*, §. 4.

12 Limit. vbi agitur de pœna † val interesse, ratione moræ, & omnes obligati fuere in adimplenda sua obligatione morosi. *l. in depositi. 9. l. si duo. 22. ff. deposit. Ripa. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig num. 28. vers. septimo.*

13 Limit. in pluribus, qui † conueniri possunt ratione damni dati, nam quilibet tenetur insolidum. *Costa de portion. & rata. q. 40. nu.* 13.

14 Limit. in pluribus † personis, quæ magistratum exercentes, idonee non curarunt caueri rem pupilli, vel minoris saluam fore, nam in singulos datur actio solidi. *l. in magistratu, ff. de magist. conuen. l. 3. C. eod.* nisi tamen conuenissent, vt vnius illorum periculo daretur tutor, vel curator, quia tunc ille prius est excutiendus. *l. 1. § si inter ff. de magist. conueniend. Montan. tract. de tutel. cap. 32. Regul. 7. num. 42. & seq.*

15 Limit. in pluribus † qui dolum commiserunt, nam singuli ex dolo insolidum conueniũtur. *Bart. l. & eleganter, ff. de dolo num.* 2. *Guttierz. de tutel. par. 1. cap. 15. nu. 4.*

16 Limit. in pluribus † tutoribus, nam singuli insolidum conueniri possunt pro contatore, vt dixi *infra* §. 9.

17 Limit. in pluribus † exercentibus negotium aliquod communi nomine. *Bellon. decis. Ianuen.* 2. *num. 43. & decis. 30. num.* 5.

18 Limit. in pluribus † se obligantibus in forma Cameræ, nam cum ex illa sit renunciatum omni legum, & iuris auxilio, vt patet ex illius formula relata a *Galles. de oblig. Cam. in prin.* & cõsequenter beneficio diuisionis. *Rol a Val. cons.* 13. visa transactione, possunt illi singuli in solidum conueniri.

19 Limit. vbi plures † se obligant ad dandum, vel faciendum, quod sit indiuiduum solutione, vel præstatione. *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. l. hæredes §. antea, ff. famil. hercis. l. ex, quæ in partes, ff. de regul. iuris, & dixi supra in pluribus* locis, & hæc est generalis Limitatio omnium casuum, quibus plures non obligantur in solidum, *Curt. Iun. cons. 74. num.* 2.

20 Limit. vbi apud plures † factum fuit depositum, & agitur ad illius repetitionem. *l. 1. §. si apud duos, ff. deposit.* quia singuli in solidum conueniuntur, & idem dixi de commodato, supra *hoc cap. 10. in Limitation.*

21 Limit. in pluribus † delinquentibus in vnum quia omnes insolidum condemnantur. *Aretin. cons. 14. viso. num. 15. in fin. Ias. in l. si quis id, quod, ff. de iurisdict. omn. Iud. num. 39. Guttie. de tutel. par. 1. cap. 15. num.* 4. eo quia delicta sunt indiuidua.

22 Limit. in pluribus † accessorie obligatis. *Peregrin. de iur. fisci, lib. 6. tit. 5. viso, nu.* 37. *Bart. l. eumdem 9. ff. de duob. reis. nu. 5. vbi distinguit.*

23 Limit. vbi in fraudem † creditorum in plures est facta alienatio, *Ias. in l. si quis in fraudem. inst. de action num.* 128.

24 Limit. in pluribus † possessoribus fundi emphytheotici, seu vectigalis, si agatur aduersus vnum ad soluendum Canonem, seu Censum, *Parlador. rerum quotidian. lib. 2. p. 4. cap. fin. §. 1. num. 18. Caual. in Specul. comm. opin. q. 76. Titius, num. 20. & seq.* vbi rationem refert, quia agitur de onere reali concomitante rei possessorem, non aliter ac vmbra sequitur corpus, & lepra leprosum, addendo idem censuisse. *Valas. de iur. emphyt. q. 32. num. 15. glos. & Bart. in l. moschis, de iur. fisci.* Corn. *cons. 125. lib. 1. Ias. in §. Item si quis in fraudem. Inst. de action. num.* 128. *Negus. de pignorib. 1. memb. 8. par. nu.* 50. *Couar. var. resol. lib. 3. cap 7. nu. 7. Felician. solis de Censib. lib. 3. cap. 4. numer.* 11. *Gratian. discept. 16. num.* 16. vbi plures refert. testans de veriori, & *num.* 17. addit procedere etiam non facta excussione, & *num.* 26. relatis dissentientibus, non esse recedendum ab ista opinione, concludit cum *Tiraquello.*

25 Contrarium tenent † *Dyn. in l. moschis, de iur. fisci*, quem sequitur. *Faber. in §. item si quis in fraudem. Inst. de action. nu. 26. Cassan. in consuet.* Burgund. *rub. 3. §. 2. num. 37. Afflict. ad constit. Regn. lib. 1. rub.* 17. *num.* 25. *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 7. num.* 7. addendo istam opin. habere magnam æquitatem. *Vincent. de Franc. decis.* 5. addendo Regem Ferdinandum constituisse, vt inter possessores diuideretur debitum, & addentes ibidem referunt, *Rotam Rom. & Senatum Mantuanum ita censuisse.*

Concordari tamen possunt ex *Caual in Specul. commun. opin. q. 76. num.* 29. vt prior opinio procedat, si ex pacto interdicta sit alienatio sub pœna nullitatis, vel rescissionis contractus, secunda vero, si absque tali pacto, vel pœna sit facta concessio fundi vectigalis, vel emphiteotici, sed ista non potest dici vera conciliatio cum non fiat retentis eisdem terminis, sed multum de facto facta additione, relatam conciliationem dissimulato, *Caual. refert. Gratian. discept. 16. num. 10. & seq. plurib.*

26 Limit. vbi quod est † promissum est indiuiduum. *Bart. l. 2. ff. de duob. reis, num. 4 Surd. de aliment. titul. 9. q. 14. num.* 22. & hæc est generalis limitatio, quæ datur quoties quid est a pluribus præstandum, vt patet ex dictis supra, *hoc cap. 10. & omnibus §§. seq.*

27 Limit. in pluribus † socij si agatur de pertinẽtibus ad societatem, vt dixi *infra* §. 9.

28 Limit. in pluribus † mandatoribus. *l. qui habebat §. paulus, el 3. ff. mandat.*

29 Limit. in pluribus † exercitoribus, qui seruũ negotiationi communi præposuerunt. *l. 1. §. fin. ff. de exercit. Roncagal. in l. eamdem. 9. ff. de duob. reis, num. 142, in fin. & Boer. num.* 10.

30 Limit. in pluribus † procuratoribus in solidũ constitutis, nam in solidum conueniri possunt actione negotiorum gestorum. *Bart. in l. 3. ff. de*

ff. de Curat. bonis dand.

31 Limit. in pluribus † inferentibus metum. *l. item si cum* 14. *§. fin. ff. eo quod metus cauf.*

32 Limit. in pluribus † actoribus ab vno, vel pluribus tutoribus constitutis. *arg. l. ex facto, ff. de negot. gest. Roncagal. in l. eamdem. 9. ff. de duob. reis, num.* 115. *circa med.*

33 Limit. in pluribus† administratoribus bonorum vacantium, seu quæ vacare prætenduntur, vt dixi *infra §.* 10.

34 Limit. in pluribus † dominis eiusdem serui, ratione peculij. *Bart. l. eamdem. 9. ff. de duabus, reis num.* 11.

35 Kimit. in pluribus † magistratibus dantibus tutorem pupillo non idoneum, vel curatorem minori, vel non curant illis idonee caueri *Montan. de tutel. cap.* 32. *regul.* 7. *numer.* 42. *& seq.*

36 Limit. in pluribus † alternatiue obligatis. *Scaccia, de re Iud. glos.* 14. *q.* 22. *num.* 42.

37 Limit. in pluribus † obligatis in solutione Census *Mauson de caus. execut. libr.* 1. *ampl.* 6. *motus l. moschbif ff. de iur. fisci. relatis, Facbin. controuers. lib.* 4. *cap.* 47. *Roderic. de ann. reddit. liq.* 2. *quæst.* 9. *num.* 60. *& seq. Surd. decis.* 204. *num.* 9. *vers. ille Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin §.* 1. *num.* 20. *par.* 4. *Costa de post. et rata. c.* 27. *in fin. Cenc. de censib. par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 3. *art.* 8. *num.* 1. *vers. nam quod.*

Quid autem sit dicendum de pluribus administratoribus officij publici, vel priuati. dixi *infra §.* 10.

38 Quid de pluribus † delinquentibus *Costa de portion. et rata quæst.* 40. *& quæst.* 164. *num.* 7. *Scaccia de reiudicat. glos.* 14. *quæst.* 22. *num.* 36. *et seq. Bart. l. litem si cum. §. fin. ff. quod metus, caus.*

39 Limit. in plurib. fideiussorib. si non excipiant velle gaudere beneficio Epistolæ Diui Adriani & tẽpore solutionis singuli sint soluendo, nam si aliquis illorum tunc soluendo non est cæteros onerat. *§. si plures Instit. de fideius.*

40 An pluribus obligatis in solidum † si vnus illorum conueniatur, an reliqui sint liberati, vel conuento vno, possit alius conueniri, & obstet pendentia litis, vel inducatur saltem diuisio, petitione partis ab vno *Trentacinq. var. resol.* 34. *num.* 18. *et seq. et dixi sup. num.* 21.

41 Vassalli plures eiusdem † feudi, an singuli in solidum conueniantur pro seruitijs feudalibus. *Anton. Borrinius tract. cauale. part.* 1. *cap.* 17. vbi ad partes examinat.

Solidi obligatio, quando cesset, dixi *infra §.* 13.

42 Quid de pluribus † conductoribus vectigaliũ. *Guttierz pract. quæst. lib.* 4. *q.* 59.

43 Limit. duobus modis † vt dixi *§. seq. num.* 29. *et seq. et* 32.

§. IX.

SVMMARIVM.

Tutores plures collectiue obligati insolidum censentur obligati. 1. *contrarium et concorda.* 2. *et quare.* 3. *Ampl. priorem. opin.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 34 *Limit.* 23. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 49. 50. *sublimit.* 39. 43. 46. 48

Tutela est indiuidua 3. *intellige.* 4

Excussionis exceptio quando cesset inter tutores. 11

Alberic. in l. nam salutem reprobatur 27. *declatur.* 33

Ias. l. vnic. §. si procur. reprobatur, et declaratur. 28. 33

Gerard. singul. reprobatur, et declaratur. 29. 33

Asta ciuitas libera 31

Filius fam. tutor, an obligetur insolidum. 50

Miror an habeat electionem conueniendi contutorem. vel fideiussorem illius ratione gestæ tutelæ. 51

Mater pupilli si fideiussit pro tutore filij, an conueniatur in solidum 52

Tutores plures diuersi fori qualiter conueniantur. 53

Clericus contutor coram quo iudice sit conueniendus ratione administrata tutela. 54

ADuersus ea quæ sum dicturus in principio huius, §. duæ sunt iuris regulæ, vna, quod nemo ex facto alieno grauari debet. *l. non debet, ff. de regul. iur.* altera quod plures nunquam censentur in solidum obligati, nisi id, tacite, vel expresse fuerit conuentum, vt dixi proximo, & antecedenti. *§.* in principio. Quare vtramque regulam li-
1 mitando dicas illas cessare in † pluribus tutoribus, qui ex alterius facto conueniri possunt, & in solidum. *l. tres tutores. l. diuis.* 32. *ff. de admin tut. l.* 1. *C. de transact. l.* 2. *C. de diuidend. tut. l.* 1. *§. nunc. tratemus. ff. de tutel. & ration. distr. Cuiac. de muner & magist. titul.* 36. *lib.* 11. *Codie. Roncagal. in l. candem* 9. *ff. de duob. reis. num.* 218. *vbi plures congerit Gutierz de tutel. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. *Galganet. de tutor. lib.* 2. *titul.* 26. *num.* 39. *Valas. conf.* 98. *num.* 9.

2 Contrarium † tenet *Galganet.* † *de tut. lib.* 2. *quæst.* 26. *num.* 13. *& ibidem* conciliat si omnes non sint soluendo.

3 Ratio † huius assempti, vel quia cum tutela ipsa sit indiuidua, etiam si a testatore, vel iudice diuidatur. *l. inter tutores, ff. de admin. tutel. Montan. de tutel. cap. penul. num.* 109. & quilibet tutor, etiam si essent mille habeat potestatem in solidum admnistrandi *Galganet. de tut. lib.* 2. *titul.* 3. *num.* 5. *& seq.* vbi declarat procedere si omnes velint satisdare, & sint æque idonei & consequenter illorum obligatio sit indiuidua. *l.* 1. *C. si ex plurib. tutor.* merito ratione obligationis, & tutelæ, singuli tutores insolidum con-

conueniri possunt, vt pupilli conditio sit tutior
& vtilior. *Roncagal. in l.eamdem 9. ff. de duob.
eris.num.218.in fin.*

5 Ampl. etiam si isti plures † tutores vere non
sunt tutores, vel actores, sed putant se tales, seu
non sunt minus legitime constituti, & admini-
strant. *l. tutores. §.curatores. 2. ff. de admin.
tut. vbi Bart. Aret. cons.29.col.2. in fin. vers. &
si dicatur num.3. quem sequitur Eugen. cons.19
num.24. Montan. de tut. cap. penul. num.163. &*
6 120. addendo † etiam si testamento inutiliter
dati fuerint, vel non confirmati a prætore. *Gut-
tierez. de tutel. par.1. cap.15. num.3. Galganet.
de tutor. lib.2. tit.3. num.2. post med. Montan. de
tutel. cap. penult. num.*120. *& num.* 243. addit,
7 † idem dicendum si datus fuit inutiliter testa-
mento, nec confirmatus.

Ampl. præsertim, vbi vnus † tutorum solus
administrauit, mandantibus alijs contutoribus,
nam tunc omnes insolidum tenentur, nec gau-
dent aliquo ex beneficijs de quibus dicam infra
§. *glos. in l tres tutores ff. de admin. tut & in l.1.
C. de transact. Boer. decis.50. num.6. Eugenius,
cons.19. num.25. & 57. Galganet. de tutor. lib.2.
q.26. num.20 circa med. & lib.3. q.26. num.1. in
fin. Guttierz. de tut. par.1. cap.15. num. 2. Surd.
cons.170. num.13. Montan. de tutel. cap. penul.*
8 *num.*70. addendo idem dicendum † si alium
substituit.

9 Ampl. vbi tutores † conueniuntur ratione
doli, vel communis culpæ, vt puta, quia non
administrauerint, vel male. *l.2. §. nunc tracte-
mus, ff. de tutel. & ration. distr. l. si plures, 2. ff.
de admin. tut. Roncagal. in l. eamdẽ, 9. ff. de duob.
reis, num.*221. addendo non gaudere conuentũ
tutorem beneficio ordinis, vt dixi *de exception.
capit. vbi agi de exceptione ordinis diuisionis,
Galganet. de tutel. lib.2. titul 25. & seq. & lib. 3.
q.26. num.2. vers. procedit, & num.3.* vbi exem-
pla refert *Guttierz. de tutel. part.1. cap. 15. n.4.*
exempla referens doli, seu culpæ tutoris.

10 Ampl. siue tutores † simul administrauerint,
vel non, & siue delegauerint exercitium, seu
administrationem tutelæ, vni ipsorum, siue nõ.
*l.2. C. de diuid. tutel. l.1. §. nunc tractemus, ff. de
tutel. & rat. distr. glos. Cyn. & reliqui, in l. 1. C.
de transact. Boer. decis.59. nu. 2. Intriol. decis.
10. num.15 Galganet. de tutor. lib.2. tit.26. n.23.
& seq. Montan. de tutel. cap. penul num.*105. ad-
dendo *num.*110. *& seq.* quando possit opponi
11 † excussio. *Roncagal. in l. eamdem 9. ff. de duob.
reis, num.*218.

12 Ampl. etiam † quod vnus tutorum conue-
niatur ratione damnorum, & interesse pupilli.
*l.2. C. de vsur. pupil. Montan. de tut. cap. penult.
num.*114.

13 Ampl. etiam † vbi tutor alteri tutori manda-
uit tutelam administrari, siue administrauerit,
siue non. *l. tres tutores l ita autem, §. gessisse
ff. de admin. tut. Rom. cons.338. in casu nu. 7. &
seq. Galganet. de tutel. lib.2. tit. 26. num. 27. &
seq.*

14 Ampl. etiam † vbi conuenitur fideiussor tu-
toris, vel qui affirmauit illum esse idoneum.
*l. si duo, ff. de admin. tut. l. etiam, ff. de fideius.
tut. l.1. §. vsque adeo. vbi glos. verb. accipiendũ,
ff. de tutel. & ration. distrab. l. cum ostendemus,
§ fideiussores, ff. de fideius. & nomin.* & hæred.
tut. Galganet. de tutor. lib.2. tit.26. n.39. et n.41.
declarat dari contra affirmantem idoneitatem
tutoris, si prius actum fuerit contra tutorem no-
minatum illius fideiussorem, & contutorem,
addendo, qui possint facere talem nominatio-
nem. *Montan. de Tutel, cap. penult. num.* 115.
15 *et seq.* etiam si stipulatio † non intercessit, vt
inquit *text. in d. §. fideiussores.* quamuis regu-
lariter non obligetur, nisi stipulatione interue-
niente, *l. blanditus C. de fideius. de intellectu ta-
men d. §. fideiussores* late agunt. *Bart. in l. 1. ff de
verb. obligat. num.2. vbi addentes, verb. ostendi-
mus, et Alex. num.36. et seq et addentes, nu.38.
vers. tamen, et Ias. col.2. num.5. vers. Limita,
conclusionem*, vt dixi *in meis Collectaneis* ad
eundem §,

17 Ampl, etiam si quis datus † fuerit tutor ob
rei notitiam. *l. quæro 32. §. idem paulus ff. de
test. tut. Galganet. de tutor. lib.2. tit.26 num.29.
Montan. d. cap penul. num.*203.

18 Ampl. præsertim † si quis ex tutoribus ido-
neus nõ fuerit ad administrandum bona pupilli,
quia reliqui sunt in culpa, *l si plures, ff. de ad-
min. tut.*

19 Ampl. etiam, vbi agitur † de damno seu in-
teresse pupilli, *l. tutor, qui repertorium, §. si tu-
tor. ff. de admin. tut. l.2. C. de vsuris pupil. Mon-
tan. de tutel. cap. penult. num.*114.

20 Ampl. vt facultas, † conueniendi in solidum
vnum ex tutoribus transeat etiam ad hæredes
pupilli. *l. a tutoribus. §. hæredibus, ff. de admin.
tut. Montan. de tut. cap. penul. num.* 118. eam
afferens rationem, quia hoc non sit priuilegiũ,
sed ius scriptum tutelę.

2F Ampl. etiam in pluribus † curatoribus, etiam
quod fuerint negligentes in transferenda cura.
*l tutores qui §. adolescens, ff. de admin. tutel.
Montan. de tutel. cap. penul. num.*204.

22 Ampl. vbi datur † contutor ad effectum ad-
ministrandi augmentum bonorum pupillarium
*l. quoties 10. §. fin. ff. de admin. tutel. vbi Bart.
Galganet. de tutor. lib 2. tit.26. num.* 21. intelli-
23 gendo † de sequenti, non autem de anteceden-
te administratione *Montan. de tutel. cap. penul.
num.*247.

24 Ampl. siue tutores † sint testamentarij, siue
legitimi, siue datiui. *l. si plures 2. ff. de admin.
tut. Boer. decis.50. nu.3.*

25 Ampl. præsertim, vbi contutor † non est sol-
uendo. *Surd. cons.170. num.13 in fin. Intriol.
decis.10. num.16. l. si plures 39. §. siquidem, vbi
glos. verb. proparte, ff. de admin. tut. Montan.
de tut. cap. penul. num.*159.

26 Ampl. præsertim † vbi tutores inter se diui-
serunt administrationem bonorum pupillariũ,
vel minoris. *l si diuisi. C. de diuid. tut. Galgan.
late de tutor. lib.2. tit. 26. num* 25. & compro-
bari possunt ex his, quæ aduersus *Albericum*,
27 † *in l. nam salutem, §. effractores, ff. de offic. præ-
fect. vigil. num.2. et de statut. part.2. quæst.*158.
quem sequitur *Ias. in l. vnic. §. si procurator. ff.*
28 *si quis iudicent. non obtemp. num.5.* † *Gerard.
singul.*

*singul.*37.voluit *Polidor.Ripa de nocturn.tem-*
30 *por.cap.*75.*plura*,dum concludit custodes † in solidum obligari, si diuiso tempore custodiæ arcis, dum illi dormiunt, arx occupetur, aliud sentiente *Alberico*, & testante ita iudicatum Bononiæ,dũ hoc modo fuit occupata arx Imolæ, à Marchione Estensi, non autem Astensi, vt illi referunt, cum apud historicos non legatur
31 Marchio Astensis, cũ ista † ciuitas semper fuerit libera,donec submiterens se protectioni Ducum Mediolani,& demum concessa in Vicariatum,ab Imperat. Carolo V Ducibus Sabaudiæ, seruit vnius Imperio. Quæ dixi de custodibus
32 arcis idem dicẽdum de custodibus † carcerum. *Costa de portion. et rata q.*30.*nu.*12.

Concordari tamen possunt retentis eisdem terminis administrationis tutorum, an
33 diuisio † custodiæ facta fuerit ab ipsismet militibus, vel à præfecto arcis, vel saltem illo sciente, & non contradicente, vt priori casu, custodes obligentur insolidũ, sicuti dixi supra si tutores diuidunt inter se ipsos administrationẽ tutelæ, secus si decreto iudicis, vel præcepto testatoris, vt dicam infra.

Ampl. etiam † si qui conuenitur tutor, sit
34 honorarius tantum. *l. si plures.* 3 *ff. de admin. tut.* vbi *glos. & bart. Galganet. de tutor.lib.*2. *titul.*3. *num.* 13.*& seq.* addendo idem dicendum in pluribus curatoribus, & tutore dato ex inquisitione, vt idem subdit *num.* 20. *in fin.* Declarando tamen, vbi qui gesserunt non sunt soluendo. *Galganet. eod. tract. lib.*2. *titul.* 26. *num.*23.*& seq.*

Limit. ijs omnibus casibus † quibus tutori
35 competit exceptio ordinis, vel excussionis, vel cedemdarum; vel diuisionis, vt dixi *de except. capit.* vbi egi de ijs exceptionibus, & quibus competant.

36 Limit. vbi tutor † conuẽtus insolidum offert expensas, quoad suo periculo excutiatur, qui administrauit. *l. vnde quæritur, ff. commodat.* vbi *Bart.* addit tutorem audiendum, etiam in casu, quo cessaret beneficium ordinis. *Montan. de tutel. cap.penult.num.*102. *verſ.tertio.*

Limit. in fisco, qui † vni tutorum successit,
37 nam pro rata illius tantum, tenetur *l.* 2. *C. ad leg.Iul.de vi. Moutan. de tutel. cap. penul. numer.* 215.

38 Limit. in tutoribus diuersæ † speciei, vt puta si vnus sit testamentarius, alius legitimus, vel datiuus, nam tunc quisque conuenitur pro sua rata. *l.Lutius, §. cum testamento, ff.de admin. tutel.*vbi *Bart. & in l.*1. *C. de transact. nu.*4. *et Iacobin. num.*11.*et Alex,num.*3. testans de communi *& Curt.num.*10.*Guttierez de tutel. part.*1.*cap.*15.*num.*7. *Galganet.de tutel. lib.*3. *quæst.* 26. *numer.* 5. addendo modo diuisim
39 † administrent, *& lib.*2.*quæst.*26.*nu.*18.*circa fin. Montan.de tutel.cap penult. nu.*121.

40 Limit.ijs omnibus casibus,quibus † nõ datur tutelæ actio, quos referunt. *Montan. de tutel. cap penult nu.*242.*vsque in fin. Galganet.eod. tract. lib.*2. *tit.*26.

41 Limit. vbi testator,† vel iudex diuisit administrationẽ, nisi tamen dolo, vel tarde curarũt remoueri suspectũ,& ideo cum tutor factus sit nõ idoneus adsoluendũ;vel suspicionis causam agendo, sua sponte iura pupilli prodiderunt. *l.* 1. *C.de diuid. tutel.* vbi *glos. & DD. Roncagal. in l.eamdem* 9.*ff.de duob.reis,num.*222.*in prin. l.*2.*C. de peric.tut.l.si duo*,52. vbi *glos. verb. diuisa sit. l.tres tutores* 56.*§.plane.l. Lutius* 47. *§.cum intestamento, ff. de admin. tut. Decian. conſ.*11.*lib.*1. *num.*55. *Guttier.de tutel.part.* 1. *cap.*15.*num.*7. *Galganet. de tutor.lib.* 2. *q.*26. *num.*20. *in fin. Montan. de tutel. cap. penult: num.*167.*&* 175. *et seq.* vbi addit præterea, quando isto casu cesset exceptio cedendarum.

42 Limit. vbi finita † tutela datus est curator minori, qui non egit contra tutorem, qui tempore finitæ tutelæ erat soluendo, & deinde factus est non soluendo. *l.* 1. *C. de diuid. tutel. Fulgoſ.in l.*1.*C.de transact.* vbi *Alciat.nu.* 15. *Purpurat. num.* 55. *Galganet. de tutel. libr.*2. *tutel.*26.*num.*12.*Guttier. de tutel.part.*1.*c.*15. *nu.*8. vbi *in fin.* subdit cui incumbat onus pro-
43 bandi idoneitatem, vt deinde late † distinguit *Trentacinque lib.*3. *resolut.*34. *num.*34.*et seq.*

44 Limit. quoad gesta finita † tutela, nisi sint illa connexa. *glos. l. temporis verb. translationem, C. de peric. tut. Montan. de tutel. capit, penult. num.*251. *et seq.*

45 Limit. vbi tutor idoneus † facultatibus datus subito lapsus est, & factus non soluendo. *l. etiam con tutoris, ff. de admin.tut.* vbi *glos. fin. l.*2.*§.si eo tempore, ff.de admin. rer.ad ciuit.*

46 Limit. vbi tutor † qui conuenitur non erat, tutor eo tempore, quo conuenitur ad reddendam rationem eius temporis, quo alius erat tutor. *l.* 1.*C.de admin. tutor.* vbi *glos.Bald.et Sal. Galganet. de tutor. lib.*3.*titul.*26. *nu.*22. *circa*
47 *fin.* nisi † finita tutela secundus tutor conuentus fuerit in mora agendi, contra primum tutorem, vt subdit idem *Galganet. Montan. de tutel. cap.penult. num.*122. *et* 251. *et seq.*

48 Limit. in tutore dato ad litem; si nihil præterea gessit *l. ad pretegendam.*3. vbi *glos. Bald. et Sal.C.de in litem dand. tut. vel curator.* Si ta-
49 men † in lite sit male versatus obligantur bona illius, & contutorum. *l.properandum, §.fin. C. de iud.Bald.l.*2.*C. qui dare tut.poſ.* Neguſ. *de pignor.*4. *membr,*3.*par.num.*9. *Galganet. de tutor. lib.*2. *tit.*26.*nu.*30.

50 Limit. in tutore † improprio, qualis est præfectus ciuitatis, vel prouinciæ. *Montan. de tutel. cap.penult.num.*123. vbi exempla refert.

51 Quid si tutor † sit filius familias. *Galganet. de tutor. lib.*2. *titul.*26.*num.*32. *Montan. de tutel.cap.penult.num.*205. *et seq.*

52 An prius agendum † contra tutores, seu curatores, vel eorum hæredes, vel fideiussores. *Galganet. de tutor. lib.*2.*titul.*26. *num.*34. refert iure veteri dari electionem minori, secus iure nouo, & Statuto Vrbis. *lib.*1.*cap.*155.fuisse vetus ius renouatum.

53 Quid dicendum si mater † pupilli fideiussit pro tutore sui filij. *Galganet. de tutor.lib.*2. *titul.*26.*num* 36.*et seq.*

54 Si plures sint tutores diuersi fori,† vel hæredes tutoris sint etiam diuersi fori omnes sunt con-

conueniendi coram eodem iudice, ne continentia causæ diuidantur. *l. omnes C. arbit. tutel.* vbi *Bald. & Sal. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eumd iudic. Montan. de tutel. cap. penult. num. 216.* 55 *& seq.* Si tamen vnus illorum sit † clericus, an conueniri possint coram layco, vel ecclesiastico iudice, videndi sunt. *Surd. consf. 396. occasione, num. 9. & seq. & 33. & seq. Gul. Bened. c. raynutius, §. & vxorem. decis. 2. num. 115. & 166. Vrsil. ad Afflict. 173. num. 3.*

§. X.

SVMMARIVM.

Tutor datur principaliter personæ pupilli. 1. obligatur ad restitutionem, si quid omisit, vel cōmisit in bona, vel iura pupilli. 2

Administratores singuli insolidum conueniuntur ratione administrationis. 4. Ampl. 5. 6. 7. 8. Limit. 9. 10. 11. 12.

Administratores officij, an obligentur insolidum 13

Administratores, cum multum Symboli habeant cum tutoribus, & curatoribus,
1 nam licet † tutor principaliter detur personæ pupilli. *l. quia personæ, ff. de testam. tut. et curator. bonis. l. in copulandis, C. de nupt. Alex. conf. 64. videretur lib. 5. num. 17.* tutor
2 tamen † si quid omisit, vel commisit in damnum rerum, & iurium pupillarium, obligatur ad illius restitutionem, seu refusionem. *l. quidquid, C. arbitr. tutel. l. chyrographis, ff. de adm. tut. Plotus de in litem iurando, num. 215. & seq. pluribus.*

3 Sicuti ergo tutores † & curatores insolidum conueniri condemnari, & exequutari possunt insolidum, si quid pupillo, vel minori debent, vt dixi proximo, & antecedenti §. ita & plures
4 † administratores bonis dati. *l. 3. ff. de curat. bonis dando. Bart. in l. 1. §. sed fiduo, ff. deposit. Roncagal. in l. eamdem. 9. ff. de duob. reis, numer. 3. in princ.*

5 Ampl. vt e contra † insolidum vnusquisque illorum agere possit. *l. 2. §. si plures, ff. de curat. bon. damd.*

6 Ampl. etiam † in pluribus administratoribus ciuitatum. *Boer. decis. 60. num. 1. & seq. Bart. et Alberic. in l. Imperatori, ff. ad municipal. Montan. de tutel. cap penult. num. 151.*

7 Ampl. etiam † si is qui conuenitur, nihil ex bonis attingerit. *l. 2. § si tres ff. de curant. bonis dand.*

8 Ampl. etiam vbi officium, † seu administratio est publica auctoritate, sed vtilitate est priuata. *l. fin. C. de ant. præstand. l. 1. C. si vnus ex plurib. Valasc. consf. 98. num. 9.*

9 Limit. vbi inter † se diuiserunt administrationem. *l. 2. §. si plures, ff. de curat. bonis dand.*

10 Limit. vbi à iudice diuisa † est administratio, nam singuli conueniuntur de administratis. *l. quoniam, C. de conuen. fisci debit. l. 10.*

11 Limit. vbi vnus † illorum fuit inuitus deputatus, nam nisi in subsidium conueniri alius potest. *glos. fin. in l. 2. ff. de curat. bonis dand.*

12 Limit. in administratoribus † rerum fiscalium, nam ante omnia conueniendus est, qui gessit deinde illius fideiussor, & postremo collega. *l. quoniam, C. de conueniend. fisci debit. lib. 10. vbi Ioan. de Plat. in princ.* & pro temporis rata, qua collega factus fuit non soluendo. *Mōtan. de tutel. cap penult num. 113.*

13 Quid autem sit dicendum † de administratoribus officij priuati vtilitate, & auctoritate, vel officij publici auctoritate, sed vtilitate priuati, vel officij publici auctoritate, & vtilitate, late distinguit. *Io de Plat. in l. quoniam, C. de conuenien fisci debit. lib. 10. num. 1. Bart. l. eamd. 9. ff. de duob reis, num. 9. et Roncagal. nu. 144. et seq.*

§. XI.

SVMMARIVM.

Societas, quid sit. 1

Socij rei illicitæ qualiter inuicem obligentur. 2

Socius gaudet priuilegio socij. 3

Socij singuli tenentur insolidum occasione societatis. 4. et quare. 5. Ampl. 6. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Limit. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 26. 37. 39. 40. 41. 42. 45.

Cum institore initus cōtractus dicitur contractū cū illo, qui negociationi institorem præposuit. 7

Socij tractantes commune negocium sunt in eo instar institoris. 10

Fulgos reprobatur. 11

In Societatis vtilitatem quid concursum quomodo probetur. 35.

Socius an teneatur pro rata posita in societate, vel de proprio si excussis bonis socialibus societas non est soluendo. 43. 44

1 Societas cum sit duorum, vel plurium ob commodiorem vsum, & vberem quæstum rationabilis conuentio. *glos. in rub. inst. de societ. Azo. in summ. C eod. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. quæst. 6. nu. 24. Capic. decis. 174. num. 2.* vel vt tradit *Cuiac. in suis paratit. ff. pro socio*, sit damni, & lucri ex consensu facta connexio honesta, & iusta. Ideo sicuti inter so-
2 cios † rei illicitæ nulla prodita est actio; sed ensi sibi inuicem vim inferentes si quid inter illos est commune sit diuidendum, vt inquit *Papiens in form. libel. in caus. societat. §. 1. num 6.* Ita inter socios rei licitæ, & honestæ, prodita est actiue & passiue actio pro socio, qua socij mutuo experiuntur. *Azo. in summ. C. pro soc.* & factum, vt sociorum plura corpora in vnum
3 iuncta, vnus † gaudet priuilegio alterius. *l. si communem, ff. quem ad seruit. amit.* inter eos communia sunt damna, & lucra ratione æqualitatis inter eos seruandæ. *l. si non fuerit, ff. pro socio.*

socio. l.cum duobus, §.quidam sagariam, ff.pro socio.

Ratione itaque vnionis sociorum dicendum
4 est socium † quemlibet insolidū conueniri posse occasione eorum quæ ad societatem pertinēt, *l.si vnus, vers. vt solidum, ff.de pact. Cyn. in l.quod te, ff.si cert. pet. Roncagal. in l. eamdem 9.ff.de duob.reis, num.143. in princ. Bar t. n.9. Mantic. decis. 45.num.10. Bald. cons. 2 62. & 263. lib.5. Thesaur. decis. 136. socij, nu m, 1 in*
5 *fin. Rota Ianuen. decis. 161. num. 8.* † vbi rationem refert, *& decis. 15. numer. 10.* idem dixerat.

Contrarium defendi posset ex dictis *Thesau. decis. 136. socij num.2. & seq.*

6 Ampl. etiam † si socius conueniatur ex contractu institoris, qui à socijs tacite, vel expresse fuit præpositus negocio sociorum priuato, *toto titul. Diget. & C. de instit. l. 1. & seq. ff. de exercit. l.habeat, & l.seq. ff.de instit. Bartol. Alex. & Ias. in l.si institorem, ff. si cert. petat. Bart. l.eamdem 9. ff.de duob. reis, num. 9. vers. si vero, & in l.4. ff.de exercit. nu.1. Bald. l.cum te, ff si cert pet. num.5. Valasc. cons. 98. nu. 10. Rota Ianuens. decis. 14. num. 1. & 127. in fin. Hector. Felic. tract. de societ. cap.30. num.15.*
7 *& 31.* eam afferentes rationem, quia † contrahendo cum institore, perinde est, ac si principaliter cum ipsis socijs fuisset initus contractus *Roncagal. in l.eamdem 9. ff. de duob. reis, n.156. & seq.* eamdem rationem comprobat, *et n.164.* comprobat late hanc extensionem, addendo
8 † illos non habere isto casu beneficium diuisionis. *Bald. cons. 263. lib. 5. Thesaur. quæst. 30. socium lib.4. num. 3. in fin.* addendo procedere etiam vltra capitale socij. *Costa de portion. & Rota quæst. 99. nu.4. Rimin. iun. cons. 331. cum num.4. Rota Ianuen. decis. 196. num.2.*

9 Ampl. præsertim, † vbi socij separatim exercent commune negocium. *argum. l.eius qui in prouincia, ff si cert. pet. Agel. in l.si vnus ff.de pact. Marant. in prax. part4. §. vt iudicium mercatorum, num.94. vers. aut ambo separa-*
10 *tim.* eam afferens rationem, quia videntur † inuicem constituti institores, quæ fuit *Bald. cons. 263. lib.5. Bart in l. eamdem 9. ff. de duob. reis, num.9. in fin. & in l.4. ff. de exercit. in fin. Bald. l.cum te, C. si cert pet. num.5. vers si autē. Costa de portion. & rata quæst. 99. num. 5. Valasc. cons. 98. num.7.*

Contrarium tenet *Fulgos.* † relatus, & reprobatus ab *Alex. cons. 147. ponderatis lib. 2. n.1. circa fin.*

11 Ampl. è contra, † vt vnus sociorum possit insolidum agere pro negocijs societatis. *Ias. in l. si vnus ff. de pact. nu.2.* vbi refert dissentientes. *Cast. num.6. Hector. Felic. de societ. c.30. num. 29. seq.* late distinguit *Costa de portion. et rata quæst. 99. num. 13.* & an plures socij in solidum debitores, vel creditores possint omnes simul conuenire, vel conueniri. *idem Felic. ibid. num 45. et seq. Valasc. cons. 98. nu. 12.* etiam distinguit.

12 Ampl. præsertim † si conueniatur ex negociatione, quæ à publico decernitur, vt est conductio gabellarum, & similium. *Bart. l. eamd. ff. de duobus reis, nu. 9. Rota Ianuen. decis. 150 num.7. Hector. de societ. cap.30. num. 39. Bald. l.cum te, ff. si cert. petat. num.5. Costa de portion. et rata quæst. 99. num. 5. in fin. Valasc. cons. 98. num.8.*

13 Ampl. præsertim, † vbi alternis vicibus socij exercent negocia societatis. *Cast. in l.si vnus, ff. de pact. num.8. Bald l.cum te, C. si cert. pet. num.5. vers. caue. Costa de portion. quæst. 99. num.6.* vbi refert, quosdam male aliud sentire. *Menoch. cons. 410. plura num 37. Valasc. cons. 98. num.5. in fin. Ludouis. decis. 302. num.1. Surd. decis. 213. quod num.1.*

14 Ampl. etiam, † vbi commune negocium, seu societas exercetur ab vno socio tantum. *Bart. l.4. ff. de exercit. Rota Ianuen. decis. 14. n.127. circa med. Rimin. iun. cons. 331. cum. num.4.* daclarando si nomine societatis contraxit, & illi erat commissa administratio societatis, & in illius vtilitatem cesserit, *num.5.8. et 16.*

15 Ampl. etiam † vbi societas exercetur ab omnibus socijs insolidum *l.creditor, §. duobus, ff. mand. l.pluribus, ff. de procurat. Rota Ianuen. decis. 97. num.7. et decis. 176. nu. 8. post med.*

16 Ampl. præsertim † pro conuersis in communem vtilitatem societatis. *l. cum pecuniam. l. soluendo,* vbi *glos. et Angel ff. de negot. gest. Rota Ianuen. decis. 97. num.9.*

17 Ampl. præsertim, † vbi socius conuentus, obligatus reperitur ad fauorem actoris nomine societatis. *Menoc. cons. 410. plura num.18.*

19 Ampl. etiam † si instrumento societatis administratæ ab vno ex socijs, vel institore, dictum fuisset, quod omnes teneantur pro virili. *Ofasc. decis. 150. et Thesaur. ad decis. Thesaur. 136.* concludens eam clausulam operari quoad ipsos socios, secus quoad alios.

20 Ampl. præsertim † si socij inuicem ratificant acta ab ipsis gesta. *Menoc. cons. 410. plura. nu. 38. vers. tertio.*

21 Ampl. etiam † vbi libri sociales inscripti reperiuntur etiam nomine socij conuenti. *Menoc. cons. 410. plura num.39.*

22 Ampl. præsertim, † vbi statuto ita cauetur, *Menoch. cons. 410.* addendo obligari etiam forenses ibidem contrahentes. *Thesaur. decis. 136. socij, num. 7. vers. alium, quando,* addendo procedere etiam si contractus non sit factus nomine societatis. *Magon. decis. Lucen. 1. num. 28. in fin. Rota Ianuen. decis. 46. num.5.*

23 Ampl. præsertim † si agatur de collatis in bursam socialem, durante societate. *l iure societatis, ff. pro socio. Rota Ianuen. decis. 161. petyt num.8. Valasc. cons. 98. num. 12. vers. illud.*

24 Ampl. siue † socij sint in eadem, siue in diuersa ciuitate. *Rota Ianuen. decis. 15. num. 11.*

25 Limit. vbi socius † gerit negocium sibi non demandatum. *Rota Ianuen. decis. 14. numer. 112.*

26 Limit. vbi socius † contrahit vltra fines societatis, etiam si contrahat nomine sociali. *Rota Ianuen. decis. 14. num. 112*

27 Limit. vbi socius † contrahit nomine proprio

l. iure.

l. Iure, societatis ff. pro socio. Rota Ianuen. decis. 7. num. Thesaur. decis. 136. num. 2. & seq. pluribus, & num. 7.

28 Limit. vbi socius † contrahit de non comprehensis in societate, sed de diuersis, & separatis à societate. Rota Ianuen. decis. 14. nu. 12 Valasq. cons. 98. Duo. num. 3.

29 Limit. quoad gesta † finita societate, Stra. de mercat. cap. de contract. num. 13. circa med.

30 Limit. quatenus † singuli considerantur inuicem tanquam fideiussores, Menoch. cons. 4. 10. plura num. 44. & seq. quod idem est, ac si dixisset, vt singuli sint excutiendi pro satisfactione creditoris, non autem vt vnus, recta via conueniri possit insolidum.

31 Limit. opposita † exceptione ordinis Costa de portion, & Rata, quaest. 99. num. 7.

32 Limit. in socijs † rerum venalium, quia singuli possunt omnia vendere. Valas. cons. 98. in fine Costa. de portion. & Rata quaest. 99. in fin.

33 Limit. quoad socios † nam quoad illos socius conuentus tenetur tantum pro rata. Natta cons. 98. iur idicam. num. 4. Rota Ianuen. decis. 15. Thomas num. 10. seu, vt inquit, Costa de tion, & rataq. 99. plures num. 1. vbi nomen societatis non fuit expressum. Thesaur. decis. 136. socij nu. 2. & seq. vbi sublimitat si in contractum deducta, sunt versa in vtilitatem societatis, & num. 7. in fin. refert ita iudicatum,

35 quomodo autem † probetur facta versio inutilitatem societatis, viden. Caroc. decis. 118. occurrit num. 6. & seq.

36 Limit. vbi omnes † socij præsunt societati in eadem statione. Bal. l. cum te l. si cert. pet. n. 5. circa med. Menoc. et ab illo rilati cons. 410. plura, num. 35. nam prorata tantum obligantur Osasc. decis. 159. num. 6. et 7. Caroc. decis. 18. n. 12.

37 Limit. vbi socius † recepit indebitum. Dec. cons. 18. Iuridicum. num. 1.

39 Limit. in socio † non administrante, nisi excuso socio, qui administrat. Rota Ianuen. decis. 46. agente num. 2.

40 Limit. vbi vnus † sociorum retinet penes se bona societatis, nam ille ante omnes est excutiendus. l. actione §. si communis, ff pro socio, late Marsi. de fideiussor. num. 370. post prin. Rota Ianuen decis. 176. agentibus num. 8. vbi addit procedere præsertim si alius socius conuentus offerat expensas discussionis. Costa. de portion. et rata quaest. 99. num. 7. Trentacinq. resolut. 34. de solut. num. 39. et seq. vbi refert dissentientes.

41 Limit. vbi omnes † socij simul contrahunt, vel obligantur, nam non in solidum sed pro rata contractæ societatis quisque obligatur, vt dixi §. seq.

42 Limit. vbi socius † non habet tacitum, nec expressum mandatum. Thesaur. decis. 136. socij. nu. 1. 3. et 7. Rota Ianuen. decis. 14. num. 12. Costa de portion. et rata quaest. 99. num. 5. med.

43 An autem intelligatur † pro rata posita in societate, itaut vltra non sit obligatus, vel excussis iuribus, & bonis omnibus societatis, teneatur de proprio, videndi sunt. Dec. in l. si socius. ff. si cert. petat. num. 4. Rota Ianuen. decis. 14. num. 111. vers. duodecimo. Hector. Felic. de societ. cap. 30. num. 30. et sequent. et clarius, ac latius cæteris Thesaur. quaest. 30. socium lib. 4 et in addittion. ad decis. patris 136. agit etiam

44 quomodo † intelligatur rata capitalis, & an personaliter, vel pro rata capitalis. Rota Ian. decis. 46. num. 3. et decis. 14. num. 111. 121. 132. et Menoch. cons. 416. plura nu. 36. et 43. et seq. pluribus.

45 Limit. vbi † obligatio non tangit iura socialia. Carroc. decis. 118. num. 12. relatis Crauetta cons. 159. num. 8. et Rot. Ianuen. decis. 7. num. 3

§. XII.

SVMMARIVM.

Socij plures si simul contrahant, non facta mentione solidi, singuli obligantur tantum pro rata quam habent in societate. 1. 2. ampl. 4. 5. 6.

EX dictis hoc capite decimo in principio, consequitur singulare vnum aduersus regulas constitutas in duobus proxime an-
1 tecedentibus. §§. quod si plures † socij simul contrahant, & non sit facta mentio solidi, quod quilibet obligatur tantum pro parte, & rata quam habet in societate. l. si tamen plures ff. de de exercitor. Bart. in l. eandem 9. ff de duobus reis. num. 9 vers. si vero talem. & in auth. Hoc ita, C. de duob. reis num. 11. Alex cons. 147. ponderatis lib. 2. num. 1. in prin. a quo mutuo sumi possent plura, si de carta in papirum delectaret
2 aliorum dicta transcribere † Menoch cons. 410. plura num 35. Rota Ianuens. decis. 15. nu. 12. addendo non dici simul obligatos, licet degant in eadem ciuitate, & non obligent se in eodem loco, & tempore. Valas. cons. 98. num. 6.

3 Ampl. vbi plures socij † simul exercent per se ipsos negotiationem in eodem loco, nam non in solidum, sed pro portione, quamquis habet in societate, obligatus conueniri potest: siue illa sit æqualis, siue inæqualis, l. si tamen plures, ff. de exercit. per quem tex. ita firmat Bart. in l. eamdem 9. ff. de duob. reis. num. 9. vers. si vero talem Valas. cons. 98, num. 4. testans de communi, & num. 11.

4 Contrarium tenent † Cyn. Bal. Capol. & alij relati a Valas. cons. 98. num. 4. vers. Contrariam.

5 Limit. vbi societas † a publico decernitur, vt puta si pluribus locentur gabellæ, vel plures præponatur regimini officij publici. l. si cum plures in priu. ff. de exercit. & ibidem Bart. Alex. cons. 147. ponderatis lib. 2. numer. 1. circa med. vers. cum ista.

6 Limit. vbi in specie † conuentum fuit, vt socij sint insolidum obligati. Bart. l. si vt certo, § si n. ff. commod. num. 2. in fin. & num. 29. vers. primo casu. & Cuman. num. 11. & 19. Bart. l. eamdem 9. ff de duob. reis num. 3. Menoch. cons. 410. plura num. 43. in fin.

7 Limit. vbi socij † conueniuntur redhibitoria.

l.iustissime, §.*proponitur*, *ff. de ædil.edict. Bal. l.si prædium*, C.*de ædil. action.num.*20.*&* 21.

8 Limit.vbi adest † consuetudo contraria.*Menoc. cons.*410.*plura, num.*36. *vers.primo. Rota Ianuen. decis.*36. *agente,num.*5.*& decis.*97. *quam plures, num.*1.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Quia in antecedentibus §§. non potui congrue referre omnes casus, quibus solidum peti possit ab vno ex pluribus collectiue, vel singulari nomine obligatis; ideo quæ ibi deficiunt subdam hoc §.

1 Primus itaque casus † quo quis excluditur actione solidi, qua experiri poterat est,si creditor vbi vno ex pluribus reis debendi insolidum illi tangentem, seu adæquatam partem exigat. *l.si creditores*, C.*de pact. Trentacinq. variar.resol.lib.*3.*de solution. resol.* 9. *creditor. num.*1.

2 vbi eam † affert rationem, quia creditor recipiendo ab vno ex pluribus debitoribus insolidum obligatis, dicitur facere partes inter reos debendi, & actum contrarium iuri suo, & tacite renunciasse facultati sibi competenti petendi solidum, *Afflic.decis.*142. *num.*2.

3 Contrarium tamen tenet *Roncagal. num.* 3. §.*vbi duo, ff.de duob. reis, num.*35. *Ludouis.decis.* 302.*num.*7. *in fin.*

4 Ampl. vt omni casu † quo solutione partis inducitur diuisio, cesset obligatio solidi,siue correi sint soluendo, siue non. *Imol. l. inter reos. ff. de fideius. num.*3. *circa med. vers. Angel. tamen*.

5 Ampl. præsertim † si ea solutio fiat, & recipitur a creditore, cum enunciatiua, quod ea est pars debita à soluente. *l. si creditores, vers. pro sua persona*, C. *de pact.* vbi *Alex. numer.*3. *vers.secus, idem repetens num.*6.*et Dec. nu.* 1. cum alijs cumulatis à *Trentacinq. resol.* 6. *creditor.de solut.lib.*3. *num.*1.*in fin.* vbi † limitat,

6 si alij non sint soluendo. *Imol tamen in l.inter eos,ff.de fideius.num.*3.*vers.angel.* concludit soluentem liberari absolute - solutione solidi siue correi sint, vel non soluendo. *Roncagal.in l.*3. §.*vbi duo,ff.de duobus reis,num.*41.*vers.quemadmodum Ludouis.decis.*302.*num.*8.

7 Ampl. vt cesset actio solidi etiam aduersus alios, vbi ab vno recipitur rata debita a soluente. *Alex. in l.si creditores*, C.*de pact.num.*6.*in in princ.Dec.num.*1.*post med.vsque ad num.*2. *Ias. num.*3. et 4. addendo hoc menti tenendū, & procedere etiam si alij ignorent eam solutionem, & esse ius irreuocabile. *Curt.iun.num.*4. *testatur.de communi*, sed in puncto iuris dubitare de illius veritate, vt idem subdit. *num.*5.*et* 6.*Trentacinq; var. resol.lib.*3.*de solut. resol.*6. *num.*6.*circa fin.vers.et ex hoc ratione.Mantic. de tacit.lib.*15.*titul* 5. *num.*5.*quarto*

Contrarium tenet *Imol. in l.inter eos, ff. de fideius. num.*4.

8 Ampl. præsertim,† vbi creditor conuenit vnum ex obligatis insolidum pro rata illi tangente diuisa obligatione in viriles partes, seu per capita obligatorum, vt dixi *infra vers. tertius casus*.

9 Ampl. præsertim, † vbi nullo cogente, sed sponte recipit partem crediti. *Ripa l. si ex tato*, §.1.*ff. de legat.*1.*num.*16.*circa med.*

10 Ampl. præsertim, † vbi talis exactio partis fiat ex sententia lata in omnes obligatos insolidum, absque expressione, quod singuli insolidū condemnabantur, vt dixi *supra hoc capit.* 10. *num.* 14. *Bart.l. ex duobus*, 16.*ff. de duob.reis, num.*18.

11 Ampl. etiam † vbi creditor simul omnes cōuenit pro illorum parte, & litem fuerit contestatus. *Trentacinq. var.resol.lib.*3.*de solution. resol.*6. *in fin.Alexand.in l.si creditores*, C.*de pact. num.*5.

12 Ampl. etiam vbi † omnes debitores simpliciter simul conueniuntur ad soluendum sine protestatione, quod actor est contentus vnica solutione. *Bart. l.ex duobus.*16.*ff. de duob.reis, num.*12. *Alex.l. si creditores*, C.*de pact. nu.* 5. *vers. item relati à Trentacinq. resolut.*6. *de sol. in fin.lib.*3.

13 Ampl. præsertim, † vbi pars crediti fuit recepta ab vno ex reis, qui non habebant benefi-

cium

cium decisionis. *Bart. l. ex duobus 16. ff. de duob. reis num. 3. in fin. & vers. ratio est.*

Contrarium tenet, *Mantic. de tacit. lib. 15. tit. 5. num. 5. vers. tertius.*

14 Ampl. vt cesset actio † solidi etiam quoad correos credendi, si solutio partis fuit facta ab vno ex reis debendi. *Bart. l. ex duobus 16. ff. de duob. reis, num. 4.* declarando si simus in casu quo pactum vnius ex reis credendi cæteris noceret, & hac declaratione saluatur *Bart. à contrarietate, dum ibidem num. 1. aliud dixisset, subdens num. 22. & seq. & 26.* quando pactum vnius correi credendi vel debendi noceat, & prosit alteri correo.

15 Limit. vbi debitor † simpliciter absque mentione partis suæ, soluit, quæ pro rata erant debita *Alex. in l. si creditores, C. de pact. num. 6. vers. sed quando concludens non liberari si cæteri non sint soluendo Ias. nu. 3. vers. secundo,* vbi rationem refert *Trentacinq. de solut. lib. 3. resol. 6. creditor num. 2.* vbi plures refert, *Imol. in l. inter ff. de fideiuss. numer. 3. circa med. vers. sed vbi simpliciter.* addendo ex humanitate consuli soluenti suam partem, si reliqui sunt soluendo. *Ripa l. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. num. 12.*

16 Limit. vbi plus vel minus † parte sua quis soluit. *Ias. l. si creditores, C. de pact. num. 3. vers. vers. primo Dec. num. 2. vers. retento tamen.* vbi alios consentientes refert, relati a *Trentacinq. resol. 6. creditor. lib. 3. de solut. num. 3. Angel. in l. inter eos ff. de fideiuss. num. Ripa in l. si ex toto. §. 1. ff. de duob. reis num. 13. Ludouis. decis. 302. num. 7.*

17 Contrarium † tenet *Dec. d. l. si creditores n. 2. vers. sed aduertendum, Trentacinq. lata comprobans, resol. 6. Creditor lib. 3. De solut. nu. 3. vers. contra. Imol. in l. inter eos ff. de fideiuss. n. 3. post med. vers. dixi hic Angel.*

18 Limit. vbi creditor † recepit partem tangentẽ debitori circa sortem principalem debitam, secus si quoad accessoria, vt puta partem fructuũ seu vsurarum. *Ias. l. si creditores C. de pact. nu. 3. vers. tertio. Dec. num. 3. relatia Trentacinque, resol. 6. creditor, de solution. lib. 3. nu. 4. Ripa in l. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. nu. 13. vers. secundo.*

19 Limit. si solutio huiusmodi fuit facta † procuratori non habenti speciale mandatum ad recipiendum eam particularem solutionem. *Ripa, l. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. num. 19.*

20 Limit. vbi creditor † recipiens protestaretur recipere saluo iure residui, siue solidi. *Cyn. Bald. Sal. Cast. & Alberic. in l. si creditores C. de pact.* vt refert *Ias. ibidem num. 3. vers quarto,* asserendo *Cast. & Alberic. testari* ita seruari, & in contingentia facti quosdam non intellixisse,

21 quid importaret † Clausula illa saluo iure solidi, quod volui renouare, quia semper magnus *fuit indoctorum numerus visus versari inter iudicum subsellia, ne dicam domorum adytus, cum illorum compendio, & titulo de Collationibus, quæsitorum suffragio iudicantium, Ripa idem censuit, in l. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. num. 13. vers. 3. Mantic. de tacit. lib. 15. tit. 5. nu. 5. Roncagal. in l. 3. §. si vbi duo ff. de dub. recis. nu. 37.*

22 Limit. vbi creditor recipiendo † vtilem a debitore, protestatur nolle in reliquo sibi præiudicare, sed iura sua remanere integra, *l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solut. Ias. l. si creditores. C. de pact. num. 3. in fin. Dec. nu. 4. relati a Trentacinq. resol. 6. creditor. de solution. lib. 3. num. 5.* vbi respondet tenentibus contrarium ex regula † quod protestatio contraria facto non releuat. *Mantic. de tacit. lib. 15. titul. 5. num. 5.*

24 Limit. vbi soluens partem † habebat beneficium diuisionis, nam cum recipiens cogi posset ad recipiendum ex necessitate actus, cessat præsumptio rescissionis reliqui *l. inter eos §. 1. ff. de fideiuss. vbi Imol. num. 3. in prin. vers. tamen habebant beneficium diuis. & Bart. ante num. 1. in fin. & num. 2. circa med.* vt dicam sequenti casu *Bart. in l. ex duobus 17. ff. de duob. reis num. 3. in prin. & vers. si ergo Ripa in l. si ex toto §. 1. ff. de legat. 1. num. 11. Mantic. de tacit. lib. 15. tit. 5. n.*

25 *5. vers. secundus & nu. 7.* absolute limitat regulam, *l. si creditores C. de pactis.* de iure hodierno, quo pluribus reis est concessum beneficium diuisionis cum aliud sit constitutum iure veteri.

26 Limit. vbi creditum † causatur ex voluntate. *glos. Bart. Bald. & reliqui in l. si creditores C. de pactis Bart. in l. ex duobus 16. ff. de duob. reis, num. 3. vers. fallit Imol. in l. inter eos, ff. de fideiuss. num. 3. circa med. vers. nam vbi debitum.*

27 Contrarium tenent *Trentacinq. resol. 6. de solut. lib. 3. num. 7. vers. hac differentia.* & late comprobat *Curt. Iun. in l. si creditores. C. de pac. num. 14. vers. circa.*

27 Limit. vbi creditor non exegit integram ratam soluentis, vel quid plus, *Ludouis. decis. 302 num. 7.*

Præfatis in praxi frequentibus, singulare vnũ addam, quod si tempore conuentionis debito-

28 ris † ad soluendum partem debiti, vel tempore solutionis, diuisio crediti fuit facta ipso iure, non nocet soluenti, quin sit in totum liberatus, quamuis deinde reliqui fiant non soluendo, secus si detur casus in quo diuisio non fuit facta ipso iure. *Bart. in l. ex duobus 17. ff. de duob. reis num. 3. in fin.*

29 An audiatur actor † conueniendo simul omnes obligatos ad soluendum, affirmatiuam duobus concurrentibus nempe solidi petitione, & claratione, quod vnica solutione sit contentus, tenent relati a *Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duob. reis, num. 47. & seq. & num. 52. & seq.* refert dissentienes.

30 Secundus casus est vbi partis † solutio fuit facta ab vno ex pluribus fideiussoribus in solidum obligatis, & tunc cessat in illum actio residui: *l. inter eos 52. §. 1. ff. de fideiuss. Alex. & ab illo relati in l. si creditores 18. C. de pact. nu. 6. vers. Secundo casu Imol. d. l. inter eos num. 3. vers. Oldrad.*

31 Ampl. & Limit. ijs omnibus † casibus quibus dixi supra hoc §. *l. si creditores C. de pact.* quia eadem lex procedit etiam in pluribus fideiussoribus, vt ibidem tradunt. *Alex. num. 6. in prin.*

32 Ampl. siue solutio † fiat nomine soluentis, seu pro sua obligatione, vel nomine principalis

 de-

debitoris. *Imol. in l.inter eos, ff. de fideiuſ. n. 3. in princ.* vbi refert diſſentientes, quos reprobat, & clarius *Alex. in l ſi creditores*, C. *de pact. num. 6. verſ. putarem*, concludens ſi vnus ex fideiuſſoribus ſoluat creditori recipiẽti partem, tanquam ſuam ratam, quod ſoluens libetetur, ſua, & a reſiduo, ſed quoad alios non ſit inducta diuiſio, & conſequenter, non ſublata actio ſolidi in reliquos. *Ripa. l. ſi ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 12.*

33 Ampl. præſertim, vbi fideiuſſor † ſoluens declarat, eam eſſe ſuam ratam. *Alex. in l. ſi creditores, C. de pact. num. 6. verſ. putarem veram.* addendo præterea liberari a reſiduo, ſiue reliqui ſint ſoluendo, ſiue non; non tamen inducitur diuiſio, quoad alios fideiuſſores. *Trentacinque reſolut. 6. lib. 3. de ſolution. verſ. ex hac conclusione*; ſubdens aliud dici in pluribus caſibus ab corelatis.

34 Ampl. præſertim, † vbi partis ſolutio fit abeo, qui non poterat exceptione aliqua cogere recipientem, ad recipiendum partem, quam ſoluit. *Bart. in l. inter eos, 52. ff. de fideiuſ. num. 2. in fin.*

35 Ampl. etiam vbi creditor † conuenit omnes fideiuſſores in iudicio ad ſoluendam partem ſuam, nam cum ex petitione illa inducatur diuiſio ceſſat actio ſolidi. *Bart. in l. inter eos, 52. ff. de fideiuſ. num. 2. verſ. aut conuenit omnes, & Imol. num. 3. circa med. verſ. & ita intellige l. ſi creditores.*

36 Limit. de iure hodierno † quo. cum fideiuſſoribus conceſſum ſit beneficium diuiſionis, per ſolutionem partis, non inducitur renunciatio ſolidi, *Imol. in l inter eos, ff. de fideiuſ. n. 3. circa med. verſ. tamen habent beneficium diuiſionis*, vbi rationem refert. *Alex. num. 6. verſ. ſecundo. Bart. d. l. inter eos, ante num. 1. in fin.*

37 Limit. vbi fideiuſſor † ſimpliciter ſoluit parpartem ſuam, nam non liberatur a ſolidi obligatione, ſi cæteri non ſint ſoluendo. *Alex. in l ſi creditores, C de pact. num. 6. in fin. verſ. ſed*

38 Tertius caſus eſt, vbi creditor † plurium obligatorum inſolidum, conuenit vnum illorum adſoluendum partem ſuam, & tunc factam fuiſſe diuiſionem, & ceſſare actionem ſolidi firmat, *Alex. in l ſi creditores, C. de pact. num. 4. aſſerens* hoc fuiſſe dictum a *Bald. Caſtr. Angel. Imol. & alios Iaſ. ibidem nu. 4. in fin. & n. 5. relati a Trentacinq; reſolut. 6. de ſolut. libr. 3. num. 8. verſ prima.* & probatur *l. fin. C. de duob. reis, l liberum 16. C. de fid. iuſ relati a Roncagal. in l. 3. §. vbi duo ff de duob. reis, num. 34. verſ. et pro hac. Lanfranc. Balb. deciſ. 289. verſ. contrarium.*

39 † ratio eſt quam conſiderant relati *ab Alex. in l ſi creditores, C. de pact. num. 4. in princ.* quia iſto caſu, petitio, & ſolutio procedunt a pari, quam rationem improbat *Roncacal. in l. 3. § vbi duo, ff. de duob. reis, num. 44.*

40 Contrarium, quod ſola † petitione iudiciali non inducatur diuiſio ſolidi, tenent *Bart. in l. ex duobus 16. ff. de duob. reis, num. 12. relati ab Alex. in l. ſi creditores, C. de pact. num. 4. verſ. tamen*, addẽdo illam eſſe communem, & quod iuxta illam conſultus reſponderet, & ibidem *Dec. num. 1. & 6. relati ab Afflict. deciſ. 142.* aſſerens ita fuiſſe iudicatum. *Ripa in l. ſi ex toto, §. 1. ff. delegat. 1. num. 14.* addendo id probari *ex l. reos, C. de fidriuſ. Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duob. reis, num. 30. & ſeq.* & ita bis deciſum refert *Theſaur. quæſt. 40. lib. 4 in fin.* addendo iura in contrarium allegata fuiſſe correcta. *Mantic. de tacit. libr. 15. tit. 5. num. 2. verſ. ſecundus. Lanfranc. cenſ. 19. num. 1. relati a Lanfranc. Balb. deciſ. 289. in prin.*

41 Amplectendo tamen primam † opinionem nec improbando ſecundam in caſibus quos in limitationibus referam, illam ampliabis præcipue; ſi reus conuentus pro parte fuerit ab impetitis abſolutus, nam etiam tunc ex petitione huiuſmodi inducta dicitur diuiſio, etiam quoad correos. *Bart. & Angel.* quos refert ſequitur *Ripa in l. ſi ex toto. ff. de legat. 1. num. 18*

42 Ampl. præſertim ſi ab omnibus † obligatis inſolidum fuit ſimpliciter petitum, quod illi debebant. *Imol. & Alex.* quos refert *Ripa in l. ſi ex toto, §. 1 ff. de legat. 1. num. 17.* addendo iſtam eſſe communem, quia ex ſimplici, in omnes facta petitione, ab omnibus ce nſetur petita ſua rata, & pars debita.

43 Contrarium tenent † *Angel. in l. ex duob. ff. de duob reis, & Herculan. in l ſi ex toto, §. 1 ff. de legat. 1.* vt refert ibidem *Ripa num. 17.* ex cuius dictis poſſet colligi concordia, quæ eſt diuinatiua, an petens ſi proteſtatus, quod vnica ſolutione eſt contentus, vel talem non fecerit proteſtationem; aut ſint reliqui ſoluendo, vel non, vt diſtinguit. *Trentacinq. reſol. 6. lib. 3. de ſolution. num. 8. verſ. ſecunda. Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duob reis, nu. 40. in fin.*

44 Ampl. præterim ſi ab omnibus † fuerit petitum, quod illi ſinguli debent. *Alex. in l. ſi creditores, C. de pact. num. 5. Ripa in l ſi ex toto, § 1. ff. de legat. 1. num. 17. in princ. Trentacinq. reſolut. 6. in fin. de ſolut. lib. 3. nu. 8. verſ. ſecundo. Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duob. reis, num. 38.* addendo hanc opin. eſſe æquam, & in illa fundari nouam conſtitutionem de

45 duobus reis, & procedere etiam ſi quis ſiat nõ ſoluendo. *Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff. de duob. reis, num. 41. & ſeq. & 44. in fin.*

46 Ampl. etiam ſi ab vno † ex obligatis ſimpliciter eſſet petita pars illum tangente, vt volunt *Bald Imol. & Caſt. relati a Ripa in l. ſi ex toto, ff. 1. ff. de legat. 1. num. 16.* eam afferen-

47 tes rationem, quia ſolutio † & iudicialis petitio procedunt a pari. *Alex. l. ſi creditores, C. de pact. num. 4. in princ. Roncagal. in l. 3. § vbi duo, ff de duob. reis, num. 44. in fin.* & illorum opinio comprobari poteſt ex traditis ad *l. qui actionem, ff. de regul. iur. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 5. num. 3. & 4.* Limitando ſi talia petitio

48 fiat ex neceſſitate, propter beneficium reis pluribus conceſſum, vel ſi nõ fuit proteſtatus, quod vnica ſolutione ſit contentus, vel ſaluo iure ſolidi.

49 Contrarium tenent † relati a *Ripa in l ſi ex toto, §. 1 ff. de legat. 1. num. 16. verſ. contrarium Roncagal. in l. 3. §. qui duo, ff. de duob. rei, 43. verſ. mihi tamen*, teſtans de veriori contra duas ante-

50 antecedentes extensiones, reptbans † *num.* 44. quod a pari procedant petitio, & solutio.

51 Cessat omnis difficultas si expresse † sit dictum, quod petitur pro rata debita a reo conuento. *Ludouis. decis.* 302. *num.* 8

52 Ampl. etiam, quoad † correos, vt dixi *supra vers. primus casus. Ampl.* 3. *Ripa in l. si ex toto, §.* 1. *de legat.* 1. *num.* 16.

53 Ampl. præsertim † si a conuento petatur rata, seu pars sortis principalis, non autem illius fructus, & correi omnes sunt soluendo *Vrsil. ad Afflict. decis.* 142. *num.* 2.

54 Ampl. præsertim, vbi petitio † partis crediti fuit facta ab hærede debitoris pro rata, qua est hæres. *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, num.* 34. *circa fin. vers. Akiat. ipsa.*

55 Ampl. præsertim si iuxta † petita sequuta est sententia. *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, de duob. reis, num.* 35. *circa med.* addendo solidum cessa-

56 re etiam † quoad alios etiam in foro conscientiæ, si vnus illorum † non erat soluendo, vt dixi *supra hoc capit.* 10. *ampliat.* 1. *&* 15. *& hoc §.* 3. *vers. primus ampl.* 3.

57 Ampl. præsertim, vbi pars † crediti fuit petita ab vno ex fideiussoribus. *l. liberum*, *C. de fideiuss.* *Roncagal in l.* 3. *§. vbi duo, de duob. reis, num.* 39.

58 Ampl. præsertim si opposita† exceptione diuisionis, creditor agit ad partes, seu partem soluendam, & debitam a conuento. *Roncagal in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, num.* 45.

59 Limit. vbi creditor † in sua petione facta omnibus correis debendi, est protestatus, quod vnica solutione est contentus. *Ripa in l. si ex toto. §.* 1. *de legat.* 1. *nu.* 17. *Trentacinq. resol.* 6. *de solut. lib.* 3. *num.* 8. *vers. secunda.*

60 Limit. vbi creditor † coactus petit partem crediti, vt considerant relati a *Ripa in l. ex toto, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *nu* 16. *circa med.* & sic de iure hoderno, quo pluribus reis, datum est beneficium diuisionis *Mantic. de tacit. lib.* 15. *tit.* 5. *num.* 7.

61 Limit. vbi qui petit partem † crediti, non est litem contestatus. *Ripa in l. si ex toto, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 16. *in fin.*

62 Limit. vbi cæteri correi † non sunt soluendo. *Trentacinq. resolut.* 6. *de solution. lib.* 3. *nu.* 8. *vers. secunda. Thesaur. quæst.* 40. *lib.* 4. *num.* 4. *post med. Afflict. decis.* 142. *num.* 2.

66 Limit. vbi creditor † agit contra morosum, & rixosum præterea debitorem, qui ideo pluses fecit expensas. *Lanar. cons.* 10. *circa fin. vers. prima.*

67 Limit. vbi talis petitio † fuit facta a procuratore, non habente speciale mandatum, quia cũ ex illa non inducatur remissio solidi, nemo sine mandato speciali potest aliena iura remittere, vt vt in terminis respondit. *Lanar. I.C. Neapolitanus cons.* 19. *num.* 4. *Roncagal. l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, num.* 36.

68 Limit. si ex tacita remissione † solidi, resultaret donatio requirens insinuationem, & non interuenerit insinuatio. *Lanar. cons.* 19. *n.* 7. qui in his terminis respõdit, cõcludens in tacita, seu præsumpta donatione requiri insinuationem.

69 Limit. vbi creditori † concessa fuit ex pacto facultas variandi, vt late probat *Vrsil. ad Afflic.* relatis etiam dissentientibus *decis.* 153. *nu.* 2.

70 Limit vbi non fuit † opposita diuisionis exceptio contra eum, qui deinde agit ad solidum. *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duobus reis, num.* 40.

Singulare vnum notandum, quod omni casu quo facto hominis, vel legis dispositione, cessat solidi petitio aduersus singulos debitores, quod

71 si interim aliquis † illorum fiat non soluendo, id cedat damno creditoris. *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, num.* 38. *vers. qua communi sententia* & dixi *supra cap.* 10. *ampl.* 1. *&* 15. *& supra hoc §. versic. primus casus. ampl.* 3.

Contrarium defendit *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, num.* 38. *& seq. vers. quamuis testans communem esse in contrarium.*

Quartus casus est, in pluribus reis credendi, idest in pluribus, quibus insolidum debetur res, non autem, quod eisdem res fuerit credita, sed

72 quia rem eis credidit, reos enim, † vt inquit *Cicer.* 2. *de Orat.* eos appello, non eos modo, qui arguuntur sed omnes, quorum de re disceptatur; seu vt inquit *Gallus Aelius apud Festum.* Reus est, qui cum altero litem contestam habet, siue is agat, siue cum eo actum sit, ex quibus patet reos antiquitus eosdẽ fuisse, quos nunc litigantes appellamus, quorum aliqui cum sint debitores, alij creditores, alij negant, alij con-

73 ueniantur, inde† Reorum duo genera, debendi, scilicet, & credendi. *l.* 1. *& toto titul. & C. de duob. reis*, de primis dictum est in antecedẽtibus, de secundis hic agam.

74 *Ioannes Roncagallus* † qui materiam duorum reorum plenissime examinauit, & in illa versatissimum nuncupat. *Thesaur. quæst.* 30. *lib.* 4. ita vt ad illum tanquam eius rei peritissimum esset recurrendum, exemplo Sceuolæ qui consultus de iure prædiatorio, remittebat illius scientiam requirentes, ad Furium, & Casellium, qui tali scientiæ dediti erant, vt refert *Valer. Max. histor. Rom. lib.* 8. *cap.* 12. absolute inquã idem *Roncagal. in l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duobus*

75 *reis, num.* 44. concludit † vnus ex reis credendi, nec petitione, nec exactione partis ab vno, ex reis debendi sibi, vel correis, quin possit ille, & socij solidum ab eodem petere & exigere, nisi alius reus præoccupauerit, & eisdem rationibus asserat moueri ad ita sentiendum, quibus idem dixerat in pluribus reis debendi eiusdem creditoris, seu vnius rei credendi nulla facta differentia pluralitatis, vel vnitatis personarum.

76 Egõ autem, quia minor † subest difficultas in reis credendi, quàm sit in reis debendi, aut saltem eadem militat ratio diuisionis crediti, in vtrisque, vt fatetur idem. *Roncagal. d. l.* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, in princ.* quæ dixi de reis debendi, tam in petitione, quam in singulari solutione partis debiti factæ ab eo, qui insolidum conueniri poterat, ea omnia repetenda esse censeo in pluribus reis credendi, qui sicuti volentes plures sibi insolidum obligari, dicuntur

tur expresse recessisse a iuris regula, vt illi essent tantum obligati pro virili, vt dixi *supra cap.10. in princ.* & ita petendo, vel exigendo pro numero personarum, ratam debitam fortius dicitur recessisse ab obligatione solidi, quia volũtas fortius, & efficacius probatur factis, quam verbis. *l. de quibus, vers. rebus ipsis, ff. de legib. cap. ex ore de ijs, quæ fiunt a maior. part. capitul. Mantic. decis.* 313. *num.* 7. *& seq. Crauet. cons.* 408. *num.* 5. Matesil. *singul.* 100. *nota vnam, num.* 45. *Decian. cons.* 31. *Ardua lib.* 1. *nu.* 97. *& cons.* 46. *& primo lib.* 2. *num.* 74.

Quintus casus est, vbi plures insolidum obli-
77 gati † simpliciter condemnantur, nam in viri-
les non obstante solidi obligatione censentur
condemnati, & in viriles fiet exequutio. *l.* 2.
*C. si plures vna sentent. condem. l. si mandato
Titij, §. Paulus* 2. *ff. de re iud. Gomes. var. resolut. tom.* 2. *de duobus reis, numer.* 1. *vers. &
idem in sententia*, & ratio † est, quia agens contra aliquos obligatos insolidum, sine protestatione solidi, censetur creditum diuisisse, si omnes sunt soluendo. *l. si creditores, C. de pact. vbi Alex. num.* 10. *Ripa in l. si ex toto, §. si ita scriptum, ff. de legat.* 1. *num.* 13. *in fin. Cartar. decis.* 28. *Baptista, num.* 3. *Surd. cons.* 150. *n.* 35. *circa med. vers. Bero, cons.*

79 Ampl. præsertim si simul fuerunt † conuenti. *Castr. in l. si quis separatim, § quoties, ff. de appell. Giurba loquens de pluribus* tutoribus cõuentis ad reddendam rationem administrationis.

80 Ampl. etiam vbi plures † condemnantur in expensis. *Cartar. decis.* 28. *Baptista numer.* 2. *Intriol. singul.* 173. *nu.* 10. *lib.* 2. *Cancer. var. resolut. cap. de sent. num.* 295. quos refert, & sequitur *Giurba decis.* 46. *num.* 4.

81 Ampl. quod si ex sexdecim obligatis † quatuor simpliciter conueniantur, & condemnentur, vt censeantur condemnati pro rata. *Afflict. decis.* 215. *sexdecim num.* 1. *& seq.* sed de veritate eius decis. dubitat *Surd. cons.* 150. *num.* 35. *in fin.* eam tamen probant addentes ad *Mandel. cons.* 263.

82 Limit. vbi sententia † continet, quid indiuiduum. *l.* 2. *§. ex his. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. l. via itineris, ff. de seruit. l. si vnus, ff. de seruit. rust. præd. Gomes. var. resolut. lib.* 2. *de duob. reis, nu.* 1. *vers. quod*
83 *tamen limita.* Ideo si hypothecaria fuerit † cõ-
contra plures actum, & lata sententia contra eosdem, singuli insolidum tenentur, quia hypothecarium iudicium est indiuiduum, licet actio personalis cui hypotheca est accessoria sit diuidua. *l.* 2. *C. si ex plurib. hæred. Crauet. cons.* 77. *num.* 15. quem refert, & sequitur *Giurba decis.* 46. *num.* 5.

84 Solidi obligatio † quomodo probetur facta, & diuisa. *Mandel. cons.* 263. *quod sint num.* 1. *& seq. Surd. cons.* 150. *num.* 36. Mantic. *de tacit. lib.* 5. Benintend. *decis.* 81. *Gaspar. Paset. cõs.* 125. *&* 126. *Afflict. decis.* 215. *Giurb. decis.* 46.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

In exequutione rei iudicatæ primo capienda sunt mobilia, deinde immobilia, postea nomina & iura, & postremo carceratur debitor. 1. *Ampl.* 2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15. 16.17.19. 20.21.22.23.25. 37.41. *Limit.* 18.33.34.35.36 37.39.40.42.43.44. 47.48. 49.50.51.52.54. 56.57.58.61.62.64. *Sublimita*.38.45.53.

Retentio bonorum captorum in exequutione vltra debitum, conceditur, donec quantitas debita fuit soluta, fructus tamen interim imputantur in sortem principalem. 41.

Exequutionem paratam habere quid sit. 46

Nuncij seu berruarij attestatio, an probet non reperisse mobilia, vel immobilia, & ideo non obseruasse ordinem datum in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. 55.67.

Mobilia debitorem habuisse tempore factæ exequutionis in immobilibus, quis & quomodo probet, 59.60. *quomodo consulatur debitori passo exequutionem.* 66.

Facta perperam, an sint reuocanda si fuerint iuste facta. 63

Glos. in l 3. *§. tutores, verb. vinculis, ff. de suspect. tut. examinatur.* 65

VNdecimo obseruandum erit, vt in exe-
quutione sententiæ latæ in actione per-
1 sonali, primum † capiantur debitoris
bona mobilia si sufficiant, deinde immobilia, & postremo nomina, & iura eiusdem, quæ omnia si non fuerint satis ad cassandum debitoris obligationem, cum annexis, & consequutiuis sententiæ, carceri mancipatur condemnatus debitor *l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. vbi Alex. num.* 6. *& seq.* late prosequitur eum *Bart.* & reliquis communiter. *Specul. de exequut. sent. §. sequitur, num.* 2. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 1. *glos.* 12. *num.* 7. *& artic.* 74. *glos.* 1. *&* 3. *Asinius in prax. §.* 31. *cap.* 5. *quarto nu.* 1. *& seq. Coller. de proces. exequut. part* 3. *capit.* 9 *num.* 16. *& seq. plurib. Amator.* Rodriquez. *tractat. de exequut. sentent. cap.* 5. *num.* 3. *Marant. in prax. part.* 6. *cap. final. num.* 8. *in fin. et num.* 9. & ita cauetur Statuto Romano *libr.* 1. *cap.* 195. *Galganet. de iur. pub. lib.* 2. *titul.* 51.
2 *num.* 24. concludens præsertim † capiendam
pecuniam, quoquo modo spectet ad condemnatum.

3 Ampl. vt exequutio facta † non seruato relato ordine sit nulla & reuocanda, vt dixi *infra* §. 1.

4 Ampl. vt præterea † sit aduertendum, dũ exequutio fit in mobilibus, vt primum capiantur, quæ minus fuerint incommoda priuare debitorem, vt dixi *infra* §. 11.

5 Ampl. præsertim † si idem ordo faciendæ exequutionis, fuerit a Statuto, vel stylo Curiæ constitutus, vel obseruandus, vt dixi *infra* §. 3.

Ampl.

6 Ampl. vt iste ordo † sit seruandus, tam in exequutione diffinitiuæ, quam interlocutoriæ. *Specul. de prim. & secund. decret. § restat vers. & scias, Angel. & reliqui in l. a diuo Bio, §. in venditione, ff. de re iud. gloss. cap. quoniam frequenter, § fin. vt lite non contest gloss. in l. præsente, verb solutionis ordo, C. de ijs qui ad eccles. conting. Alex. cons. 5. in causa. lib. 2. num. 3. relatis Specul. Iac. de Beluis Dyn. Cyn Salic. & alijs.*

Contrarium tenet *Muscatel. in praxi part. 3. §. venduntur, num. 24.*

7 Ampl. vt passo exequutionem, † non seruato ordine regulæ nostræ, competat actio spolij & agere possit remedio canonis. *Redintegranda 3. q. 1. V isil. ad Afflict. decis. 302. aliud, nu. 2. & ad decis. 358. in causa nu. 1. en fin. Viuius opinion.* 211. asserens ita vidisse iudicatum. *Gratian. discept. 749. verba num. 26.*

8 Ampl. vt exequutor non † seruans in exequutione sententiæ regulam supra firmatam, dicatur excedere modum. *Host. cap. quoad consultationem 15, de re iud. num. 8. in princ.*

9 Ampl. vt detur appellatio ad † vtrunque effectum, si contra regulam nostram iudex mandet exequi suam sententiam. *Alex. in l. a diuo Pio, §. in venditione ff. de re iud. num. 4. vers. Bart. hic & num. 8. in fin. ibidem num. 4. & 5.*

10 *idem dixerunt* quia † aliter facta exequutio est excessiua, & facta in actione personali non constituit prætorium pignus, & antequam vendatur, reuocari posse officio iudicis summarie, venditione vero facta, agendum rei vendicatione, & late opin. *Bart. comprobat. Surd. cons. 39. num. 22. Vincent. de Franc. decis. 441. num. 1. Amat. Rodriq. tract. de exequut. sentent. cap. 5. num. 29.*

11 Ampl. vt exequutio inchoata † a captura personæ, sit tanquam per metum facta, reuocanda. *l. fin. §. si funerator. ff. quod met. caus. & tonserunt dicta infra §. 8.*

12 Ampl. præsertim, vbi exequutio † non seruata hac regula fuit facta ab ipsomet victore. *l.*
13 *fin. §. fin. ff. quod met caus.* imo locus est pœnæ *l. extat. ff. cod. Osasc. decis. 3 v. num. 26.* adden-
14 do non posse † confirmari, quamuis alias exequutio fuisset valida, & iusta, si fuisset mandante iudice per apparitorem facta.

15 Ampl. vt pro parua † quantitate, non possit fieri exequutio in re magni prætij, vt dicam *infra §. 6.*

16 Ampl. vt exequutio sit ipso iure † nulla, si si ordo præscriptus in *l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* non fuit obseruatus ab ipsomet exequutore, seu apparitore. *Alex. con. 5. in causa lib. 2. num. 3. vers. nec obstat,* & dicam *infra §. 1.*

17 Ampl. etiam vbi debitor † post factam exequutionem in immobilibus, acquisiuit mobilia nam illa omissis immobilibus capi possunt. *l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1.* per quem textum ita firmat. *Glusian. in tract. de bonis in solutum dand. capi 11. num. 178. & num. 183.* Limitat
18 in debitore cui est negata talis variatio.

19 Ampl. præsertim si agatur de † exequutione sententiæ latæ in aliquam ex personis, quibus concessum est beneficium, ne teneantur vltra quam facere possint, vt dixi *infra §. 4.* in limitationibus.

20 Ampl. præsertim si agatur † de exequutione facienda contra mulierem cōdemnatam actione personali, vt dixi *infra cap. 13. §. 6.*

21 Ampl. præsertim si agatur † de exequutione facienda contra Doctorem, vt dixi *infra capit. 31. §. 1.*

22 Ampl. præsertim † si agatur de exequutione facienda contra eum cui debita sit reuerentia, vt dixi *infra cap. 13. §. 7.*

23 Ampl. etiam † si ageretur de exequutione facienda ad fauorem fisci, pro debito pœnali, nisi debitor non sit soluendo. *Ranchin. ad Guid. Pap. decis. 61. aliquis in fin.*

24 Ampl. vt exequutio nunquam † fieri possit in persona debitoris, nisi prius excussis illius bonis, vt dixi *infra cap. 14.*

25 An autem idem ordo † sit seruandus vbi quis condemnatus fuit ad dandum faciendum, prestandumue aliquid, dicam *infra capit. 23.*

27 An autem detur soluenti † repetitio, qui passus est exequutionē, non seruato ordine dato in *d. §. in venditione* videndus. *Neuiz. cons. 77. num. 7. & seq.*

28 An nauis † reputetur inter mobilia. *Ferron. ad consuet. Burdegal. cap. fin. col. 6. in prin.*

39 Quis grauetur † onere probandi extitisse mobilia, a quibus erat inchoanda exequutio. *Surd. cons. 39. num. 11. & seq.*

30 An res magni † pretij capi possit in exequutione pro paruo debito, dixi *infra §. 7.*

31 An autem exequutio † fieri possit in bonis, & reliquis ad artem agrariam spectantibus, in tegulis, & alijs mobilibus affixis ædibus, quæ inde amoueri possunt, in vestibus, lecto, & similibus penes condemnatum repertis dicam *cap. seq.*

32 An in dubio præsumatur † ordo iste obseruatus videndus *Gratian. discept. 214. creditor, nu. 16. & seq.* qui loquitur etiam de eo, qui sibi sine iudice satisfacere potest. *Surd. cons. 39. nu. 11. & seq.*

33 Limit. vbi agitur † de exequutione facienda contra obligatum in forma cameræ, vt dixi *infra §. 4.* vbi addidi sublimitationes.

34 Limit. vbi debitor, & creditor † paciscuntur contrarium, videlicet quod ordo constitus in *d. §. in venditione,* non obseruetur, sed quod non facta solutione conuenta die possit carceri mancipari, vt dixi *infra §. 5.*

35 Limit. ijs omnibus casibus † quibus limitaui dicta *in § seq.*

36 Limit. abi exequutio † sit pro debito fiscali, seu publico, & debitor est, contumax in solutione, secus si fuerit ex causa pœnæ nisi debitor non sit soluendo. *l. nemo, D. de exactor. tribut. lib. 10. vbi Ioan. de Plat. num. 15. & 17. et seq. & 23.* addendo fiscum, non solum in exequendo posse peruertere ordinem præscriptum *in §. in venditione. l. a diuo Pio, ff. de re iud.* sed posse etiam variare, & redire ad bona mobilia, vel immobilia dimissa persona. & non pos-

posse cedere bonis si fuerit contumax in solutione. *Marant. in in prax. part. 6. § fin. nu. 6. & 12.* asserens id esse speciale in fisco in exactione gabellarum tributorum, & similium *Marant in prax. §. fin. n. 12. Bossius de captur. nu. 87.* ad-
37 dendo procedre † si agatur de debito publico. Idem repetit *Rebuf. de litter. obleg art. 74. glos.*
38 *3. & sic num. 19.* subdens † sublimitari si sententia lata sit ad fauorem conductoris iurium fisci, vel resp ub. nisi sibi cessum fuerit tale priuegium.

39 Limit. vbi exequutio sit contra † obligatum ex instrumento guarantigiato. *Socin. cons. 24. Visis & diligenter. lib. 1. num. 48. circa med. vers. quidam etiam volunt*, eam asserens rationem, quia obligatus, eo modo videtur cõstituisse omnia bona sua in pignus prætorium. *Cefal. cons. 139. sententia, nu. 24. Surd cons. 39. exequutionem, num. 21. circa med.* & dixi *infra §. 4. ampliat. 3.*

40 Limit vbi excipiens † de nullitate exequutionis, & instans ex hoc capite illam reuocari, non offert realiter, quæ deber. *l. fin. C. si aduers. fiscil. 1. C. de fid. instrum lib. 10. si minor, C. de iur. fisci lib. 10.* per quæ iura ita concludit *Nenizan.* alijs idem sentientibus additis *cons. 77. benc, num. 12.* quem sequitur *Surd. cons. 39. exequutionem, num. 24.* comprobans ex dictis *Bart. in l. si non sortem, §. si centum,*
42 *ff. de condit. indeb.* dum voluit creditori cui in solutum sunt data bona debitoris, vltra summam debitã dari retentionem pro sũma debita donec sũma debita fuerit soluta, sed fructus interim sortem minuere, latius tamen examinat *Odofred. in l si minori, C. de iur. fisci lib. 10. num. 8. & seq.* quando ante omnia sit offerendum, quod erat debitum, & dixi *infra §. 7. ampliat. 2. & infra §. 1 vers. singulare.*

42 Limit. vbi passus † inordinatam exequ tionem quiescit *arg. not in l filio prætcrito, ff. de iniust. rupt. Boer. decis. 95. num. 5.* & eorum quæ de sententia iniusta dicuntur, si ab illa non sit appellatum *.l. 1. §. item cum contra, ff. quæ sent. sing. appell. Afin. in prax. §. 41. cap. 2 vers. primo hæc regula applicatur num. 3.*

43 Limit. vbi actum sit actione † hypothecaria, ad rem hypothecatam, & captam in executione. *Socin. cons. 158. visis lib. 2. nu. 17. Marant. sequendo Sal. & alios in praxi cap. final. num. 13.* & confirmat quæ dicuntur de excutienda hypoteca speciali, antequam deueniatur ad generalem. *l. 2. C. de pignorib.* ad quem textum iura cumulaui *in meis collectaneis*.

44 Limit. vbi actum sit † ex instrumento habeente paratam exequutionem, ex Statuto, *Socin. cons. 24. visis. lib. 1. num. 48. circa med. vers. quidam etiam. Cefal. cons. 439. sententia*
45 *num. 22. & seq.* declarando† modo in loco faciendæ exequutionis tale vigeat statutum. *Serafin. de iuram. priuileg. 77. num. 3.* declaran-
46 do † nihil aliud esse instrumentum habere paratam exequutionem, nisi quod omissis solemnibus iudicij de facto incipiatur a captura personæ, *& conferunt dicta infra §. 4.*

47 Limit. vbi sententia † lata fuit a iudice, qui ex statuto poterat procedere summarie, de plano, sine strepitu, & figura iudicij. *Socin. cons. 24. visis lib. 1. num. 48.* eam asserens rationem quia per talem facultatem, data est iudici potestas, procedendi de æquitate, sublata omni solemnitate iuris positiui de se ipsa ad se ipsã.

48 Limit vbi agitur † de exequutione sententiæ interlocutoriæ, puta propter contumaciam condemnati. *Marant. in prax. §. fin. num. 14. Moscatel. in prax. part. 3. §. venduntur, n. 31. et seq.*

49 Limit. vbi fuit † renunciatum beneficio ordinis, *d. §. in venditione*, vt dixi *§. 7.*

50 Limit. vbi agitur de exequutione † sententiæ latæ in eum, qui in publica licitatione obtulit emere, nam in pœnam derisus iudicis, cuius auctoritate sit licitatio, & eorum qui volebant pariter emere immediate exequutio fieri potest in illius persona. *Rebuf. de litter. oblig. artic. 74. glos. 3. & sic num. 16.* vbi refert ita fuisse iudicatum.

51 Limit. vbi sententia † lata fuit contra depositarium publicum, si rem depositaram ad effectum vendendi, vel illius prætium non offert, cum effectu. *Rebuf. de litter. oblig. art. 74. glos. 3. & sic num. 22. per l. 1. ff. de æstim. action. l. si tibi rem. l. si gratuitam, ff. de præscript. verb.*

52 Limit. vbi notorie † appareret debitorem non esse soluendo. *l. 1. C. de capiend. fisci debit. lib. 11. vbi DD. Rebuf. de litter. oblig. art. 74.*
53 *glos. 3. & sic nu. 23.* declarando † modo præcedat iudicis interlocutoria, & summaria excussio, quod debitor non sit soluendo.

54 Limit. vbi is ordo † non fuisset seruatus in exequutione sententiæ latæ contra pupillum, vel minorem, cuius si primum capiantur nomina debitorum, quam distrahanrur stabilia, non ideo reuocatur executio. *Visil. ad Afflic. decis. 358. num. 2. Rebuf. de litter. oblig. art. 74*
55 *glos. 4. num. 2.* addendo † non sufficere apparitoris attestationem, nec tutoris, sed iudicis decretum requiri, si capiantur immobilia *iuxta l. magis puto, §. ne passim, ff. de reb. eorum*, & ita fuisse *Parisijs decisum Vinc. de Franc. dec. 441. num. 9. Marant. de prax. cap. fin. num. 15.*

56 Limit. vbi is ordo † non fuit seruatus in exequutione sententiæ latæ contra ecclesiam, nam si prius alienantur nomina illius, quam mobilia, vel immobilia, non ideo vitiatur exequutio sententiæ. *Bart. aut. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles. num. 18. vers. extra glos. & num. 20*

57 Limit. vbi debitor † suspectus est de fuga. *l. ait prætor. §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit.* ad quem textum plura cumulaui *in meis collectaneis.*

58 Limit. vbi non probatur † adfuisse mobilia, quæ capi possent, antequam caperentur stabilia, vel nomina debitorum. *Rota diuers. recẽt. decis. 55. Dominis part. 2. num. 4.* quæ est bon. mem. Rpd. Andreæ 28. Maij 1644. *cap. quoniã frequenter, §. fin. vt lite non contest.* vbi textus expressus, de quo in dicta decis. non fit mẽtio, ea tamen est nunc practicantium opinio, vt potius credatur decisionibus alicuius Curiæ,

quam

textui; seruiamus ergo tempori sequendo riuo-
59 los, & omittendo fontes † quomodo autem probetur condemnatum non habere mobilia, vel quæ non sufficiant satisfactioni creditoris, viden. *Bart. in l. a diuo Pio, §. in venditione,*
60 *ff. de re iudic. num. 7. & 9.* Quis † autem grauetur probatione, quod adessent mobilia, quæ capi possent videndus *Surd. conf. 39. num. 11. & seq. pluribus.*
61 Limit. vbi aliud Statuto † cauetur, vt apud Gallos *teste Rebuf. comment. de litter. obligat. art. 74. glos. 4. num. 1* addendo ideo tale statutum fuisse conditum, quia nimium scrupulosus est ordo *d. §. in venditione*, & ex illo de libitus fieri lites, item apud Delfinatos. *Guid. P. sp. decis.* 281. statuto, *& decis.* 568. *Papon. Arrest. 43. lib. 18. tit. 5.*
62 Limit. vbi non seruato † ordine nostræ regulæ, post factam exequutionem debitor soluit, quod re vera debebat. *l. fin. §. ff. quod met. caus.* & hac consideratione cessant, quæ iure rationantur *in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Imol. num. 13. vers. vltimo & Alexan. num. 5.* dum aliud sentiunt *ex l. Meminerint, C. vnd. vi*, quia soluente debitore, quod debet licet cum eo aliter actum fuerit, quam erat agendum, non tamen deficit iustitia in faciente, nec abest voluntas in patiente, cum voluntas co-
63 acta sit voluntas, † nec sint reuocanda iuste facta, si per iniustum modum fiant, iuxta congesta *per Osasc. decis. 34. num. 2. & seq.* qui loquitur de exequutione perperam facta, si quod fuit solutum vere erat debitum, & ita post plura concludit *Alex. in d. §. in venditione, num. 7. in fin. Neuiz. conf. 77. num. 7. et seq. vers. tertio. Bald. in sua Margarita §. exequutio inciuiliter, Ias. loquens de captura veri debitoris*, non seruato iuris ordine, quod sustineatur *d. §. in venditione, num. 12.*
64 Limit. vbi facta † exequutio bonorum, & iurium debitoris, repertus fuit ille non soluendo, & ideo exequutio facta fuit in illius perso-
65 na. *glos. l. 3. §. tutores* † *verb. vinculis, ff. de suspect. tutor.* quæ licet loquatur de suspecto tutore in sensum tamen nostrum trahit *in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Alex. n. 6.* testans de communi, & approbari a *Bart. Bald. licet Imol. ibidem. num. 13. in fin. vers. potest etiam.* relato quid veteri, media, & recenti iurisprudentia fuerit sancitum, circa carcerationem debitorum, concludat iure digestorum, licuisse debitores carcerare nõ excussis illorum bonis, iure autem codicis idem licuisse, nisi debitor cederet bonis, iure autem authenticorum non licere, si offerat debitor meliora sua insolutum. *Imol.* dicta refert, & latius examinat *Alex. ibidem num. 8. Felin.* alios congerens *in cap. quoad consultationem, 15. de re iud. n. 10.*
66 Quomodo autem consulatur debitori, qui † probat habere mobilia alia, quæ non fuerunt discussa; videndus *Bart. in d. §. in venditione, n. 9.*
67 An autem credatur apparitori, † seu nuncio, referenti non sufficere vnam speciẽ pignorum, vt ad aliam deueniatur videndus *Boer. dec. 277. num. 1. Bart. in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. num. 7. & 9. Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. glos. final. num. 27. & seq.*

§. I.

SVMMARIVM.

Exequutio facta non seruato ordine. l. a diuo Pio, §. in venditione est valida. 1. 4. 6. 8. 10. *& quare.* 3. 4. 11. 12. 13. 14. *Amplia* 7. *Contrarium, sed quod nulla.* 18. *& quare* 19. 20. 27. *concorda.* 33. 36. 42. 47. *Ampl prima opin.* 44. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 63. *Limit.* 57. 58. 49. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67.

Alternatiua designat electionem. 3

Factum debite non reuocatur si per in debitum modum sit factum. 5.

Captura male facta non reuocatur si iterum esset facienda. 8

Appellatio non datur, vbi sententia est nulla, sed agendum de nullitate. 13.

Lex, qua non dicit, nec nos dicere debemus. 15

Nullitas est pœna facientis actum nullum. 16

Ordinis peruersio, quando faciat actum nullum. 17

A facilioribus est incboandum. 20.

In alternatiuis electio est, creditoris. 22. *& quando.* 23

Alternatiua, quandoque signat successiuitatem. 24

Ius Ciuile, & Canonicum concordandum. 25

Ordinarium remedium, vbi adest cessat extraordinarium. 26

L. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. declaratur. 27

Forma dicitur data, vbi dispositio est conditionalis. 28. 32.

Si importat conditionem. 29

Vestrius reprobatur. 33. 34.

Clausula sola facti veritate inspecta, idem est, quod manu regia. 35.

Auendanus reprobatur. 37

Sententia nulla differt ab iniusta. 38

Trentacinque reprobatur. 39

Tuscus reprobatur. 40

Sententia nulla non potest confirmari a partibus tacite, nec expresse nisi in vim pacti. 44. 46

Actus peccans in substantialibus, non potest confirmari a partibus si sunt iudicialis. 45

De nullitate exequutionis agens non auditur, nisi soluat, quæ illius vtilitate sunt facta, vel soluta. 57.

Restitutionem rei potens, quia perperam distracta, non auditur, nisi restituto pretio illius causa soluto. 58

AN exequutio facta non seruato ordine, quem dixi datum fuisse *in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* sit nulla, acerrime disputant DD. in interpretatione *d. §. in venditione, & in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest.* vbi *Io. Andr.* canoni-

sta-

1 starum pater.num.61. probat negatiuam † cō-
sideratis verbis eiusdem textus qui cum alterna-
2 tiue † loquatur, necesse est fateri, non fuisse à
iure Canonico datum ordinem exequutionis
3 faciendæ, quia alternatiua † designat electionē,
non autem necessitatem in faciente vnum ex
alternatis actibus. cap. in alternatiuis de reg.
4 iur. post Io.And.ibidem in §.fin. † idem sentit
Butr.num.5. reprobando Io.glossatorum anti-
quum. qui aliud censuit. Non dissentit, Bart.
in l.a diuo pio §.in conditione ff.de re iud.nu.8.
vers.pro hoc, dum voluit executionem factam
non seruato ordine dato in eodem textu esse
validam, sed iniustam, & appellatione reuocā-
dam, quia is ordo non est necessitatis, vt in-
quit ibidem Ias.num.10. circa fin. et num. 19.
testatur communem esse cum Bart. idem sen sit
Soc.sen.cons.158.visis proces.lib.2.num.26. ad-
dendo ab opin. Bart. non esse recedendum in
iudicando. Bertrand.cons.12.vol.1.part.1.n.12.
& seq. sustinens sententiā Bart. et Io.And.qui
sunt luminaria vtriusque iuris, esse amplectē-
dam. idem censuit Bald.in auth.sed hodie C. de
action.et obligat.num.3.in fin.Abb.in cap quo-
ad consultationem de re Iud. num. 27. Neuiz.
cons.77.num.7. et seq.et n.10. concludens for-
mam istam esse nimis scrupulosam, & illa non
seruata non esse reuocandam exequtionem,
5 quia † debite factum, non reuocatur, nec rescin-
ditur, per indebitum modum adhibitum, &
ideo sustineri exequutionem pro debito, nec au-
diendum volens illam reuocare, nisi offerat
integre, quæ debet, vt euitetur inutilis circui-
6 tus. † Zabarel. cons. 105. super præmisso col.
penul.quem refert.& sequitur Neuiz.cons.77.
in prin. & finius testans de communi. in prax.
part.1.§.31.cap.6.num.1. & seq. vers. Contra-
rium. Guttierz testans de magis communi cū
Bart.& Io.And.practic.q.lib.1.q.131.num.3.
relati a Caual.in specul.commun. opin. q. 815.
num.41. Amator.Rodriguez de exequt.sent. c.
5.num.27.Surd.cons.39.num. 22. sequendo Io.
And.& additis alijs idem sentientibus, Corrad.
de offic.prætor.lib.1.cap.9. de exequut sentent.
7 num.9. addendo † etiam si exequutio sit facta
in persona debitoris, antequam fuerit facta in
bonis modo constet de debito, & captura perso-
8 næ debitoris esset de nouo concedenda † relati a
Trentacinq.var.resol.lib.2.de expens. resolut.2.
num.3.vers.Secunda est opinio, & a Carpan.
ad statut. Mediolan.cap.158.num.31. & 32. &
a Bertrand.cons.164.nu.2.vol.3.Surd. & ab illo
relati cons.39.exequutionem numer.22. & seq.
addendo turpe esse recedere ab ista opinione,
relati a Vinc.de Franc.decis.441.Dubitatur.n.1
& seq.subdens num.9.opin.Bart. habitam fuisse
9 a Sacro Concilio pro vera, declarando † decis.
10 Afflict.& dicta Vrsil.quæ aliud suadent † Ser-
rafin.decis.385.num.3.& ordinem hunc facien-
dæ exequutionis non esse necessitatis probat
Amator. Rodriquez tract. de exequut. sentent.
cap.5.num.27.& seq. Graiian. discept. 479. nu
11 41.concludens dispositā isto §.non † continere
formam sed solam iudicis instructionem. Vrsil.
ad Afflict.decis.558.num.1. testans de commu-
ni, & plures concordes refert. Gratia. discept. 7.
num.26. asserens hanc opin. esse veriorem, &
seruari in praxi, & solum licere appellare, vbi
is non obseruatur. Mohedan.decis.7.de sent.&
re iud.num.2. concludit non esse ordinem sub-
stantialem ad processum, sed pro vtilitate par-
tis.

Opinio Io.And.& Bart. & qui illos sequun-
12 tur probatur concludentibus † argumentis, nam
cum a sententia nulla non detur appellatio, sed
13 recta, † via agatur de nullitate, quia appellatio
præsuponit sententiam validam, Alex. cons. 59.
viso titulo lib.4.num.12.Bellam.in cap. quoad
consultationem, 15.de re Iud.num. 5. in princ.
si licet appellare ab exequutione facta non ser-
uato ordine dato in d.§.in venditione & capit.
Quoad consultationem, vt probat Bart. & alij
supra relati & dixi sup.hoc cap nu. 9. necesse est
fateri exequutionem esse validam, licet sit iniu-
14 sta. Secundò † quia quotiescumq; lex mandat
aliquid fieri certo modo, si non addat Clausulā
annulatiuam, actus aliter factus, non ideo ifici-
tur actus aliter factus, glos.clem.1. verb.inhibit-
tes de iur.pat.Bald.& sal in l.statutis in fin.C.
de sent.ex breui loq. recitand. ideo cum Summ.
Pont. & I.C. in dictis iuribus, non exprimant
exequutionem aliter factam, esse nullam, nul-
latenus id est a Doctoribus dicendum, quia quod
15 lex non † dicit, nec nos dicere debemus, nec
est superstitiosis inuentionibus præsumendum,
quod lege cautum non reperitur expressè. capit.
consuluisti.2 q.5.Franc.Bec.cons.35.numer.4.
vbi post Bald.& alios, quos refert concludit,
quod allegantis ius, debet illud referre, & con-
sonat illud Dauid. Legem pone mihi Domine.
16 Addatur quod, cum nullitas † actus sit pœ-
na facientis actum. l. Senatus ff de contrahend.
empt.Villagut.de extens. legum pœnal.tant.nu.
18.Vital.Camban.clausul.Nil nouari num.43
17 & peruersio ordinis † dati a lege, non faciat
actum nullum, si peruersio fiat circa diuersa,
l.1.C.de appellat.vbi glos. nullatenus conceden-
dum est, actum esse nullum, vbi id non fuit di-
ctum a lege, cum de pœna non sit agendum,
nisi lege iubente.

18 Contrarium scilicet † quod nulla sit exequu-
tio facta non seruato ordine dato in l. a diuo
pio §.in venditione ff de re iud.tenet Io Imol.in
eodem §.in venditione num. 1. addendo Ioan.
And.et Bart. auctores contrariæ opinionis niti
falsis argumentis, approbando sententiam Io.
antiqui glossatoris, quem dixi reprobari a Bart.
et Io.Andr.et Butr.post Io.de Imol.idem in
eodem §.in venditione tradunt Alex. num. 13.
et 36.Ias.num.19.Imol sequitur Felin.relatis,
Io.And.et Bar.dissentientibus in cap.quod con-
sultationem de re iud.num.12.circa med. vers.
remedia, Alex.cons.5.in caus. lib.2.num.3. & ita
iudicatam fuisse testatur, Afflict. decis. 358. In
causa num.1. addendo fuisse reuocatam præte-
rea factam exequutionem cum omnibus inde
sequutis, quia non fuerat in ista seruatus ordo
traditus in d.§.et Vrsil. ibidem testatur de cō-
muniori, & obseruantia in praxi, additis pluri-
bus, qui idem sentiunt. Afflict. decis. sequun-
tur

tur Rol.a Val.et ab illo congesti consil.32.primo lib.1.num.32.Marant.in prax.par.6.§.fin.n.9. relati à Neuizan cons.77.num.5. et ab Afinio, in praxi §.31.cap.6.num.1. vbi de communi,& pro nullitate exequutionis ad partes examinata quæstione concludit. *Franc.Curt.forens.q.13.* & post *Curt.Amator.Rodriquez. De exequut. sentent.cap.5.num.26.et seq.* testans de veriori. *Parlador.rerum quotidian lib.2.cap.final.p.5. §.3.num.4.* asserens hanc esse veriorem, & contra *Bart.tenendum, Auendan.de exequend.mad. Regijs lib.1.cap.17.num.4.vers.ego vero relati à Guttierz pract.q.lib.1.q.131.nu.1.et seq. Trentacinq.var.resol.lib.2.de expens.resol.2.num.3. vers.prima Bertrand.cons.164.num.3.* vbi de communiori *vol.3.Viuius opin.211.* asserens, ita vidisse bis iudicatum, relati *à Vinc.de Frãc. decis.441.Dubitatur num.5.relati ab Amendol. ad Vinc.de Franc.decis.441.Dubitatur num.1. et à Cotta in suis Memoral.§.lex*, quæ loquitur conditionaliter, *relati à Gratian.discept.7. num.25.*

19 Plurima autem considerantur † pro veritate huius opinionis contrariæ præcedenti, nam cum ars imitetur naturam. *§. minorem, inst.*

20 *de adoption.* quæ suadet vt † à facilioribus initium capiamus secundum se. *Arist. 1.phis.c.1. tex.2.& late Cagnol in l.1.ff.si cert.pet.nu.118* cum facilius distrahantur mobilia, quam immobilia, & nomina debitorum, & seruato ordine dato in §. in venditione consulatur creditori, cui facilius erit satisfactum, & vtile sit debitori potius priuari mobilibus, quæ casu, rineis, furibus, consumi possunt, stabilia autem nequaquam, nullatenus recedendum est ab ordine quem constituit lex in communem debitoris, & creditoris vtilitatem. *l. 1.ff.de legibus.Imol.l.a Diuo pio §.in venditione ff.de re iud.num.13. in fin.*

21 Nec obstat consideratio quam aliqui faciunt in *cap.quoniam frequenter § fin.vt lite non contest.* vt in exequutione sententiæ latæ in actione personali capiantur mobilia, vel immobilia, & quod ratione alternatiuæ detur creditori electio, an vellit prius satisfieri ex pretio mobilium, quam immobilium, & è contra

22 cum † in alternatiuis electio fit creditoris, in cuius fauorem facta est alternatio. *Bal.l.fin.C. de petit. hered.num.5.in fin.& Sicard. num.7.*

23 Quia vltra quod assumptum illud † ex natura alternatiuæ est brocardicum, & retorqueri posset, quod electio potius fit isto casu debitoris, de cuius bonis distrahendis agitur *l.plerumque, §.nam & cum illa ff.de iur.dot l si ita relictum, §.si ff.de legat.3.* Dicitur alternatiuam † in d.§. fin. signare successiuitatem *Imol. in d.§.in venditione, num.11.vers.& sic*, non autem electionem, quia est posita inter plura. *Paris. cons. 31.lib.3.num.8.Vulpel.de Aduerb. & præposit. §.vel,circa med.Mandos.ad primam regul. cancell.q.12.num.18,Borel.de Compromis.§.1.glos. num.17.* & hanc interpretationem sequi debe-

25 mus, vt concordemus ius Canonicam † cum ciuili, vt aduertit *Herculan.in d.§.in venditione, num.43.vers.præterea*, ac etiam quia subeunte Papa quod post mobilia, vel immobilia in contumaciam deueniatur ad censuras, semper alternatiua, vel, viendo, ex illa potius designari ordinem, quam electionem, diceremus, fatendum esset, quod in exequutione sententiæ possemus inhoare a subsidiarijs, & illis non proficientibus, regerdi ad ordinaria, quod est absurdum, & repugnans iuris, & artis, regulis, quæ iubent, vt vbi adsunt † ordinaria cessent extraordinaria subsidiaria.

27 Secundo cum *d.§.† in venditione* imperatiue mandet legislator primo capi, & distrahi mobilia, si sufficiant satisfactioni creditoris, duplici ex causa inualida est exequutio aliter facta, nempe, quia contra præceptum legis, *l non dubium C.de legib.* & quia contra †formam traditam ab eadem lege. *auth. offeratur, C.de litis contest,* quod autem in *d.§.* in venditione tradatur for-

28 ma, patet quia † sub conditione, tam in primo quam in secũdo capite, loquitur, l C.vtendo ad-

29 uerbio † Si, quo signatur conditio. *l. 1.§.si quis.ff.de verb.obligat.l.qui poomittit, ff.de condit.indebit.Dec.cons.41.num. 26.* & quod in *d. §.* in venditione tradatur forma, concludit ibidem, *Ias.num. 19.* addendo illa, seu illius ordine non seruato, processum esse ipso iure nullum, quia peruersa sit vnius causa, in se ipsa,

30 ad se ipsam; & quod vbi a lege præscribitur † ordo faciendi actus successiue, vt in casu nostro, dicatur data forma faciendi eos actus firmant, *Dec.l.hac consultissima, C.de test am.num.8.& seq.Brunus de forma cap.quand.censeat aliquid tradit.pro forma.col.25.vers.aliquando modus,*

31 † in actibus enim humanis forma, & modus nihil aliud sunt, quam ordinatio partium secundum prius et posterius Arist.

32 Nec obstat † quod in *d.§.in venditione, nec in cap.quoniam frequenter, §.fin.vt lite non contest.* non adsit clausula decreti, vel annullatiua actus, quia sat est ad importandum formam, quod lex præcipiat, vel conditionaliter loquatur. *l.de his ff.de transact.*

33 Contrarietatē relatam multi tentarunt † cōciliare, & inter cæteros. *Nicol. Grauat. in suis apostil.ad Vestr.in prax.cap.fin. nu 27.* credidit priorem opinionem esse veram, vbi a statuto data est facultas procedendi sola veritate facti inspecta, tacite asserendo secundam priori contrariam cessare, vbi in iudicante talis abest facultas, *et Grauatio asseritur Guttierz.pract.quæst.*

34 *lib.1.quæst.131.nu.3.* sed cum † hæc conciliatio, sit diuinatiua, & in casu speciali, & non generalis, tenenda tantum est in casu suo, ex facultate datu iudici, qui non alligatur solemnitate aliqua iuris, si sola facti veritate inspecta procedere potest. *Aretin.cons.84.diligenter nu.3.*

35 *circa med.* idem enim † est dicere sola facti veritate inspecta, quod manu Regia procedat. *Ias.in l.certi conditio, §.si nummos ff.si cert. petat.nu.33.*

36 Aliam conciliationem † refert *Auendan.tractat.de expend.mandat.Regijs par.1.cap.17.n.4. vers.multum interest*, facta distinctione, an iudex ipse exequatur sententiam, vel illius minister, quem in Hispania nuncupant Alquazil-

lus, & nos Itali nominamus *Bernarius*, & concludit si iudex in exequendo non obseruat *d. §. in venditione*, exequutionem esse nullam ipso iure, & appellandum ad superiorem, sed si fiat ab *Alquazillo*, exequutionem esse nullam, & absque interpositione appellationis retractandam. † Verum hæc conciliatio corruit in primo capite, quia appellatio præsupponit sententiam validam. *l. 1. ff. de appel. Socin. conf. 24. lib. 1. n. 6.* & aliud est dicere sententiã nullã, aliud
38 dicere iniustam,†nã nulla nãquam transit iniu dicatũ, iniusta secus, nisi iniustitia sit notoria. *l. si expressim*, vbi *glos. & Bart. ff. de appel. auth. hodie, C. de appel.* quare eiusdem *Auendan.* conciliatio sustinebitur, vel de stylo Hispaniæ, vbi vt ille innuit iudices ipsos suas exequi sentẽtias vel non admittenda in Italia, vbi iudicantes per suos exequutores facto perficiunt, quæ illi sententijs, vel mandatis decernunt. Non facta ta-
39 men mentione *Auendani, idem censuit† Tritacinq. var. resolut. lib. 2. de expensis resolut. 2. num. 4.* nullo addito argumento, quare ita sentiat, sed tantum relatis, qui primam, vel se-
40 cundam sint amplexi opinionem, idem † fecit *Tuscus conclus. 492. exequutio, num. 13. et seq.*
41 *Alexander Tartagnus Imolensis*, † quem præceptor meus, Marcus Antonius ex Comitibus Rouescallæ profitendo in patrio gymnasio matutinis horis in prima sede, nuncupabat pa-
42 trem veritatis, aliam videtur afferre † conciliationem *in d. §. in venditione, num. 5.* aduertendo, an vltra peruersum ordinem in exequendo, debitor præterea soluerit, quæ ex sententia debebat, & tunc non reuocetur exequutio, tacite aliud sentiens, si non fuit facta solutio, idem repetens sequendo. *Abbat. num. 7. in fin.* Ve-
43 rum cum istam † concordiam improbet *Ioan. de Imol. ibidem num. 13. & idem Alex. nihil certi* concludat, censeo cõciliationem reijciendam, ex dictis eiusdem *Alex. & Imol.* qui cum ambo vellint exequutionem factam nõ seruato ordine dato *in d. §. in venditione* esse nullam,
44 non potest illa facto† aliquo tacito confirmari, vel ratificari. *Bart. l. obseruare. ff. de offic. procons. num. 7. Ossc decis. 34. num. 12. & seq. &*
45 *decis. 39 num. 12.* præsertim vbi actus peccat† in substantialibus. *Surd. conf. 183. num. 34.* &
46 sententia nulla † non potest in vim sententiæ à partibus approbari, secus in vim pacti. *Surd. conf. 160. num. 76. & seq. Put. decis. 373. nu. 4. & decis. 376. part. 2. num. 1. Io de Plat. in l. si quis, C. de decurion. lib. 10. nu. 3. circa fin Cancer. var. resolut. de sentent. & re iud. num. 23.*
47 *& seq.* aliam conciliationem referre possem, *ex Surd. conf. 39. exequutionem, nu. 22. & seq.* illum vide, defessus sum.

Cum autem relatæ conciliationes penitus, non tollant difficultatem, amplectendo opin. quod exequutio facta non seruato ordine dato *a Vulpiano* sit nulla.

47 Ampl. vt exequutio facta† non seruato ordine dato *in d. §. in venditione*, sit ipso iure nulla, præsertim si ordinis peruersio facta fuerit, ex iudicis decreto. *Alex. conf. 5. in causa lib. 2. num. 3. vers. nec obstat, Marant. in prax. cap. fin. num. 10.* sequitur *Gabriel. de exequut. sentent. conclus. 2. num. 3.*

48 Ampl. præsertim, vbi iudex in sua sententia mandauit ab exequutore seruandum esse ordinem datum *in d. l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* vt ex *Afflict.* vult. *Gabriel. de exequut. sent. conclus. 2. num. 2.*

49 Ampl. præsertim in sententia† lata in actione reali, nam facta exequutione in alia re, est, illa reuocanda. *Bart. & reliqui in l. a diuo Pio. §. in venditione ff. de re iud. Moscatel in prax. part. 3. glos. verb. seruata, num. 14. & seq.* subdens *num. 19. & seq.* quid dicendum si tempore exequutionis faciendæ, res petita non extet, vel penes alium reperiatur, addendo. *num. 44 & 40.* quid dicendum si actum fuerat actione hypothecaria.

50 Ampl. idem, vbi †non fuit seruatus ordo datus à statuto. *Bald. conf. 274. lib. 3. Tusc. conclus. 492. exequtio, num. 1. in fin.*

51 Ampl. etiam in exequutione † sententiæ interlocutoriæ. *Alex. conf. 5. lib. 2. num. 3. Tusc.* alijs cumulatis, *conclus. 492. exequutio n. 11.*

51 Amplia, vt passus exequutionẽ † non seruato ordine dato *à Vulpiano in d. §. in vendit.* possit agere spolio ad rem venditam. *Afflict. decis. 358. in causa, num. 1. in fin.*

54 Ampl. præsertim,† si iudex mandet fieri exequutionem obseruato iuris ordine. *Afflict. decis. 358. in causa, num. 1. & 2.*

55 Ampl. præsertim, vbi † idem ordo faciendæ exequutionis, fuit datus a statuto. *Alex. conf. 5. in causa & lite lib. 2. num. 3. vers. accedit*, quem refert, & sequitur *Tuscus conclus. 492. exequutio, num. 15.*

56 Ampl. vt exequutio † sit inchoanda in mobilibus minus damnosis debitori, præsertim si iudex ita obseruari mandet. *Bart. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. num. 8.* concludit exequutionem aliter factam, nõ ideo reuocari, sed præbere iustam causam appellandi *Demander. in prax. cap. 258. de modo exequutionis sentent. num. 4.* & dixi *§. seq.*

57 Singulare illud notandum, quod passus † exequutionem non obseruato ordine dato in *d. §. in venditione*, non audiatur super nullitate, nisi in numerata pecunia soluat debitum, cuius causa facta fuit exequutio. *l. cum te fundum, C. de pact. inter. empt. & vendit. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. Bald. in l. 3. C. si aduers. fisc. num. 3. vers. nota ex hac lege, et in l. 1. C. de rescind. vendit. num. 1.* concludens
58 etiam in casu restitutionis in integrum † ad officium iudicis spectare non cogi rem consituui, nisi restituto pretio. *Abb. conf. 62. in fin. vers. postremo dico lib. 1. Felin. in cap. cum causa de re iud. num. 10. Castr. in l. si aliam 46. col. fin. vers. adde, quartum casum, ff. de solution. Salic. in l. 1. num. 3. vers. attende tamen, C. ne liceat tert. prouoc Corn. conf. 88. in fin. lib. 2. Crauet. conf. 7. num. 14. Rol. a Val. conf. 59. libr. 1. nu. 7. Neuiz. conf. 37. num. 12.* & dixi *supra hoc cap. 11. vers. limit.* vbi excipiens de nullitate. *n. 40. Surd. late tract. de aliment. tit. 9. quæst. 12. n. 49. et seq.* & dixi *infra cap. 25. vers. secundus.*

Limit.

59 Limit. vbi debitor monitus † ad indicandum mobilia, quæ caperentur in exequutione rei iudicatæ, fuit contumax in indicatione. *Bart. in l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de re iud. nu. 7. vbi Iaſ. num. 18. col. fin. verſ. in ſecunda parte. Bald. in auth. ſed hodie*, C. *de action. & obligat. num. 2. in fin. verſ. item probatur ſi dato termino.*

60 Limit. vbi à debitore † excipiente de nullitate exequutionis, quia non ſit obſeruatus ordo datus *in d. §. in venditione*, non probatur tunc ipſum habuiſſe bona mobilia, quæ caperentur in exequutione. *Natta conſ. 344. nu. 3.* quem refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. 479. admittenda, num. 43.*

61 Limit. vbi exequutor faciendo † relationem notario factæ exequutionis, ſuper immobilibus, aſſerit, illa cæpiſſe, quia non reperijt mobilia debitoris. *Bart. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num. 7.* ſubdens *numer. 9.* quod ſi deinde probetur extaſſe mobilia, non ideo reuocari exequutionem, & reliqua, niſi probetur dolus emptoris, vel creditoris, & ergo addo, vel apparitoris.

62 Limit vbi ſtabilia † ſunt ſpecialiter creditori hypothecata, nam illa ante omnia ſunt excutienda. *l. 2. C. de pignor, Neguſ. tract. de pign. 2. memb. part. 5. num. 51. Molin. de iur. primog. lib. 4. cap. 7. num. 24.* Si autem eum immobili-

63 bus eſſent † etiam æque principaliter obligata mobilia, crederem à mobilibus eſſe incipiendū, quoad actus reducatur ad diſpoſitionem iuris comunis. *l. quæro, §. inter locatorem, verſic. quamuis nihil, ff. locat.*

64 Limit. vbi contraria, † adeſt conſuetudo. *Arnold. Perron. ad conſuetud. Burdegal. capit. fin. in princ.*

65 Limit. vbi, qui paſſus eſt inordinatam † exequutionem non reclamat. *Amat. Rodriquez tract. de exequut. ſent. cap. 5. num. 29.*

66 Limit. contra † obligatum in forma Cameræ. *Gratian. diſcept. 479. num. 42.* & dixi *infra §. 4.*

67 Limit. vbi peruerſus † fuit ordo exequutionis ab ipſo apparitore. *Marant. in prax. c. fin. num. 10. Afflict. ad conſt. Regni lib. 2. rub. 17. de dilation. & exception. num. 32.* concludens exequutionem tunc eſſe iniuſtam, & appellandum eſſe intra legitimum tempus, alias reus nō auditur, teſte *Vinc. de Franc deciſ. 441. nu. 5.*

Limit. in caſibus relatis, *cap. ſequenti.*

§. II.

SVMMARIVM.

Victoria omnis eſt inſolens. 1
Debitor eſt ſeruus creditoris. 2
In exequutione rei iudicatæ, primo capienda ſunt bona mobilia, quæ diſtracta minus nocent debitori. 3. *contrarium* 69. *ampl. & limit.* 7. *reprobatur*. 8. *concorda*. 10. 20. *amplia primam opin*. 11. 12. 13. 14. 15. *limit*. 16. 17. 2. L. 1. §. *diminutio, ff. de vent. in poſſeſ. mit. ponderatur*. 4
Auth. bocniſi, C. *de ſolut. declaratur*. 18
§. *quod autem, auth. de fideiuſ. declaratur*. 19.

1 Quia a communiter accidentibus omnis victoria † eſt inſolens, & eo inſolentior quo virtus fuerit plus æquo contumax, & pertinax ne vinceretur, ideo ne miſeri debitores, & iudicum ſententia damnati, qui teſte

2 ſapiente *prouerb. capit. 22. num. 7.* † ſerui ſūt creditorum, male tractentur in bonis, quoties occaſione rei iudicatæ ſint diſtrahenda, quæ legiſlator omiſit, vt eſſet huic incommodo conſultum, Doctores noſtri extendentes æquitatem. *l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* firmarunt, vt quotieſcunque in exequutione

3 facienda capienda ſunt mobilia † vt capiantur illa primum, quæ minus debitori nocent, auctor huius æquiſſimi aſſumpti fuit. *Accurſius in d. §. in venditione, verb. animalia* motus *l. 1. §.*

4 *diminutio* † *ff. de vent. in poſſ. mittend.* vbi occaſione præſtandorum alimentorum mulieri ventris nomine, immiſſæ in poſſeſſionem, alienanda ſint hæreditaria bona, prius eſt alienanda pecunia. *gloſ.* iſta communiter eſt recepta teſtibus *Alex. & alijs ab illo allegatis in d. §. in venditione, num. 3. in princ. & num. 4. verſic. hanc gloſ.* comprobando illam ſingulari textu *l. ſicui, ff. de ſeruitut. Bart. ibidem num. 5. Ma-*

5 *rant. in prax. cap. fin. num. 51.* addendo † procedere, ſiue agatur de mobilibus, ſiue de immobilibus. *Demauder. in prax. ciuil. capit. 258. num. 5.*

6 Contrarium tenent † *Io. Andr. ad Spec. de ſentent. exequut. §. ſequitur, num. 2. verſ. condemnati*, addendo id fuiſſe dictum *à Gul. de Suzar.* concludens capi poſſe ab initio pretioſiora. Idem ſentit *Imol. in l. à diuo Pio, §. in ven-*

7 *ditione, ff. de re iud. num. 11.* addendo † præſertim de iure hodierno, niſi agatur de paruo debito exſoluendo, ſubtiliter euitando æquitatem conſideratam à *gloſ.* dum prius legiſlator voluit ex mobilibus prius vendi animalia, quæ a communiter accidentibus ſunt ſuo domino diſpendioſa, & periculo interitus facilius expoſita,

8 reliquis mobilibus, cogor dicere † illius interpretationem potius eſſe ſubtilem, quam veram, tum quia textus nullam facit mētionem, quod capiantur meliora, & obſtat regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, ſi ex alijs minus bonis poteſt eſſe ſatisfactum creditori. *Alexan. tamen in d. §. in venditione, num. 4.* poſt multa

9 reliquit hanc contrarietatem indeciſam † *Coler.* tamen relatis dictis *Alex. late defendit hanc opin. de proceſſ. part. 3. cap. 11. nu. 23. & ſequen. pluribus.*

10 Contrarietatem iſtam † iudicis arbitrio terminandam aſſerit, *Imol. in capit. 2. de fideiuſ. num. 21. circa med.* ſed verius ceſſat ex limitatione quam hic ſubdam.

11 Ampl. vt idem ſit † ſeruandum, ſi fiat exequutio in bonis ſtabilibus. *gloſ. fin. in l. quamdiu*, C. *de diſt. dignor. Imol. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num. 11. in princ. &*

Ee 2 *Alex.*

Alex. num.3. in princ.& num.4.in prine.et in vers. dicit se putare, & vers.Raphael.dicit Ias. num.10. Bart.num 5. Marant.in prax.capit. fin. num.11.Demander.in prax.ciuil.cap.258. num.5. vbi late probat, & versatur.

12 Ampl.vbi aliter facta † exequutio sit reuocada per appellationem. *Bart. in l.à diuo Pio, §. in venditione, ff.de re iudic. num.8. Afflict. ad const.Regni lib. 2. rubr. 17. de dilat. et except. nu.23. in fin. Muscatel. in prax. part.3. glos. verb.seruata, num.16. & seq. Demander. in prax.cap.258. num.5. circa fin.*

13 Ampl.vt res magni † valoris non possit capi pro exiguo debito, vt dixi *supra cap. 3. versic. quoad primum*, & dicam aliqua *infra §.6.*

14 Ampl. quod si aliter fiat † exequutio detur appellatio, quia in ea dicitur excessus modus in exequendo. *Alex.in l.a diuo Pio, §.in venditione, ff. de re iudicat. num.4.in princ.*asserens idem dixisse *Bart. ibidem*, vt vere dixit, *nu. 5. Muscatel. in prax.part.3. §.seruata, num.16.*

15 Ampl. etiam vbi exequutio † sit in mobilibus *Bart. l.a diuo diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iud. num.5. in princ.Demander.in prax. ciuil. cap.258.num. 5.* vbi late versatur *Muscatel. in prax.part. 3.§.seruata*, addendo a sacro Concilio Neapolitano reuocatam fuisse exequutionem aliter factam.

16 Limit. vbi ex alijs minus prætiosis † non potest æque bene, & æque celeriter esse satisfactum creditori, sicuti ex venditione rei melioris. *Ias. in l.a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.num.10. vers.Raph. Cuman.*

Lit. vbi debitor † offert creditori insolutum
17 corpus aliquod suorum bonorum, nam excusari potest, nisi si detur, quod est meius. *auth. nisi,*
18 *C. de solut.* quem textum ita intelligendum esse, ex *Alex.* refert *Marant. in prax.cap.fin. num.11.in fin.Afflict. adconstit.* Regni *lib. 2. rub. 17.de dilation.& except. nu. 24.* asserens,
19 ita intelligendum † *§.quod autem auth.de fide-*
20 *ius.* & ista limitatione † silet contrarietas, quã supra retuli, vt affirmatiua procedat, vbi ex mandato iudicis, fit exequutio, negatiua vero, vbi ex partium consensu sequitur debitoris sa-
21 tisfactio, idem † dixerat prius. *Alex. in l.à diuo Pio, §. in venditione, ff.dere iudic. num.4. vers. tamen Iac.de Beluis.*

§. III.

SVMMARIVM.

Lex et Statutum à pari procedunt. 1

In exequutione facienda seruandus est ardo constitutus a Satuto. 2. *ampl.* 3.5.8.9. 10. *limit.* 12

Exequutio si facienda sit in loco, vbi contrarium adest legi Statutum, quod seruandum. 11

Statuta Hispaniæ, & Galliæ in facienda exequutione rei iudic. 6

Contingit sæpissime, idem statuto constitui, quod a iure communi est Statutum, vt patet cuicunque versato in constitutionibus Gallicis, & Hispanicis, quas illi sanctiones, isti partitas vocant. Quæ ergo dixi obserda esse in facienda exequutione, vbi viget ius commune, illa pariter sunt seruanda, si adsit
1 Statutum iuri communi conforme, quie lex † & statutum a pari procedunt, & tantum disponit statutum in municipio statuentium, quantum Imperator in toto orbe Romano. *l.2.C.qua sit longa consuet. Bald. l.bene a Zenone,C.de quadrien.prascrpt.* & quod in exequutione facien-
2 da sit obseruandum † statutum iuri communi, si fuerit conforme tradit *Aalex. cons. 5. in causa. lib. 2.num.3.in princ.vers.tollit omne dubium & vers.nec obst.* addendo fortius isto casu esse
3 obseruandum eum ordinem, & causare † nullitatem exequutionis, quia statutum debet sem-
4 per aliquid operare vltra ius commune, quamuis sit illi conforme. *Bart.in l.4. §. prater ait, ff de damn. infect. num.15. Cassad decis.3.de locat. num.6. Crescent. decis.2.de constit.nu.3. Surd. decis.36. a declaratione, num.19. & cons. 252. num.25. & seq.* pluribus hoc assumptum exornat. *Sicuti & Marsil. de fideius.num.149*
5 *circa fin.& 302.& seq.* Adeo vt eessent † limitationes, si quæ in casu disposito a iure communi darentur. *Gomes. ad regul.de iur.quæ sit non tollend. quæst.1.num.1. Surd.cons.324.nu. 9.* Statutum conforme iuri communi in facienda
6 exequutione est in Hispania, † & Regio Decreto Philippi II. teste *Amat.*Rodriguez *de exequut. sentent.cap.5.num.3.* & difforme est apud Gallos, teste *Rebuf. de litter.obligat. artic.74. glos. quarta.*

Ampl. vt exequutio facta † non seruata forma, seu ordine, dato à statuto conformi iure communi, sit ipso iure nulla *Alex. cons.5. in causa lib.2. num.3. circa med. vers.posito autem.*

8 Ampl. præsertim vbi intentatum † est iudicium iuxta formam statuti, & in exequendo nõ fuit obseruatus ordo datus a statuto. *Franeiscus Bald.intereonsilia Bal.sui patris lib.3 cons.274 quia de sola.* sequitur *Tuscus conclus.492.exetio num.1.* Casus extensionis nostræ facile congere porest in Vrbe, vbi adest statutum de exequutione facienda ordine iuris seruato, nam si feratur sententia in ordinatio iudicio, & illa petatur exequi, si non obseruetur ordo datus a statuto *lib.1.cap.195.*vbi *Leander* Galganettus deridet procuratorem, qui eo modo peteret exequutionem, cum hisce dilationibus iuris communis, & statutarijs sit eodem statuto derrogatum, vt cauetur eodem statut. *lib.1. cap. 87. & cap.93.* nula & reuocanda esset exequutio facta non seruata regula, quam constitui hoc *cap.11.*

9 Ampl. idem dicendum, vbi alius datur a statuto faciendæ exequutionis ordo pinguor, vel strictior, & illud peruerti mandat. *Bald.cons.275 factum lib. 3. num. 2. Felin.cap.quoad consultationem de re iud.num.11. Alex.cons.5. lib.2. num.2. in princ.Vant. de nullit. ex defect.procesf. num.56.& seq. Dec. cons 97. num.2.Afin.*

de

de exequut. §. 1. cap. 74. num. 2. Marant. in prax. part. 6. cap fin. num. 10. Tusc. concl. 492. exequutio, num. 1. in fin.

10 Ampl. præterea † in statuto loci, vbi fit exequutio. Asin. in prax. §. 3 1. cap. 69. extendens a quocunque iudice fiat exequutio.

11 Si exequutio sit facienda † extra territorium iudicis, cui ex statuto est præscriptus modus faciendæ exequutionis, & ibidem adsit statutum a quo est datus alius modus, quod statutum erit seruandum, videndus. Ias. in l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. omn. iud. num. 20. et seq. & post Ias. Marant. in prax. §. fin. nu. 10.

12 Limit. vbi ordo peruertitur † ab exequutore. Marant. in prax. part. 6. cap. & post omnia, num. 10. concludens tunc esse appellandum.

§. IV.

SVMMARIVM.

L. a diuo Pio, §. in venditione, ff de re iudic. cessat in obligato in forma Cameræ. l. ampl. 2. 3. 4. 5. 6. 14. 14. 15. 56. 17. limit. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.

Clericus obligatus in forma Cameræ, carcerari potest mandato iudicis ecclesiastici in suis carceribus. 8. contrarium. 9. limit 10. 12. concorda. 6. in fin. non potest renunciare priuilegio fore. 11

Debitor obligatus in forma. Cameræ, an euitet carcerem dato pignore, vel fideiussore idoneo. 18

Nobiles in causa ciuili non carcerantur. 21. 22

Beneficio ne quis conueniatur vltra id quod facere non potest qui gaudeant. 29

Debitor obligatus in forma Cameræ, confugiens ad Ecclesiam, an sit tutus quin captus carceratur. 30

Ordinem faciendæ exequutionis Iuxta l. a diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudic. dixi supra hoc capite limit. 1. num. 33. non obseruari contra obligatum, & condemnatum seruatis seruandis, & verificatis verificandis ex obligatione † in forma Cameræ, consentiunt: Io. de Plat. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. num. 15. & 18. lib. 10. Surd. consil. 39. num. 20. vers. quarto & cons. 298. licuisse nu. 4. Cæsal. cons. 439. sententia, nu. 16. 24. & seq. Galganet. ad statut. Vrbis lib. 1. cap. 82. nu. 30. Bossius tract. de fisco, num. 19. & seq. addendo quotidie à creditoribus exquiri rescripta a Senatu, vt possint debitores suos in forma Cameræ, conuenire Gratian. discept. 7. num. 28. vbi plures concordes refert.

2 Ampl. etiam si talis obligatio † non sit facta ad fauorem Cameræ cuiuius Principis, sed ad fauorem singularis personæ, ex consensu obligati, quia obligando se in forma Cameræ, dicitur se obligasse æque, ac si esset debitor Cameræ. Zacchias de obligat. Camer. quæst. 11. num. 24. & seq. Bossis de fisco, num. 19. & firmant relati supra in princ. Guid. Papa decis. 208. concludens

3 firmarios † Cameræ, nisi sibi sint cessa iura Cameræ, non posse exequutiue agere, cum debitoribus, & fuisse reuocatos processus aliter factos tantum tamen sibi auctoritatis assumût isti habentes ius a Cameta, vt nullo iuris ordine exigant, non solum, quod est debitum, sed sæpe etiam indebitum.

4 Ampl. siue quis se obliget in forma Cameræ Apost. siue Regiæ, siue Imperiali, vel Ducali, seu alterius, qui fiscum babeat. Guid. papa decis. 208. ex mente in fin. concludens si conductor fiscalium non habet obligatos debitores, quod possint compelli ad soluendum more debitorum fiscalium, quod nullatenus, cum illis agi possit peruerso ordine d. §. in venditione, & sequuta est Rota in casu quo agebatur de obligatione Camer. Ducali Ferrariensi, coram Penia in Ferrariens. affictus 28. Ianuarij 1611.

4 Ampl. idem seruari contra † obligatum cum clausula guarantiggiæ, vel ex instrumento paratam habente exequutionem. Socin. cons. 24. visil. lib. 1. num. 48. circa med. vers. quidam etiam sequitur Cæsal. cons. 439 sententia, num. 22.

5 & seq. addendo procedere etiam † si in loco faciendæ exequutionis instrumentum non haberet paratam exequutionem. Galganet. ad statut. Vrbis lib. 1. cap. 82. num 50. & Castr. in l. Titio. 7c. §. Titio centum ff de cond. & demonst. num. 3. Serafin. de iurament. priuileg. 77. nu. 5, declarans præterea quid sit guarantigia.

6 Ampl. etiam si sit facienda † contra clericum Marc. Anton. Genuen. in prax. cap. 3. num. 16. in fin. quem refert, & sequitur Zachias de obligat. Cam. quæst. 15. num. 9. Rebuf. de obblig. art. 2 glos. vnic. nu. 8. & seq. & artic. 74. glos. 3. num. 5. & 15. Gras. de exception. in prælud. num. 89. & seq. Farinac. de carcere quæst. 27. num. 70. & ibidem late examinat, quando in ciuili, vel criminali causa possit clericus carcerari.

7 Contrarium tenent † relati ab Asin. de exequut. §. 2. cap. 7. num. 1. vsque in fin. vbi limitat si fuerit obligatus ad fauorem pupilli, vel minoris, causa tutelæ, vel Curiæ.

8 Quod tamen intelligas, si exequutio fiat ex decreto, † seu sententia iudicis ecclesiastici, secus si layci, ideo videmus quotidie practicari in Vrbe, quod clerici non carcerãtur in causa æris alieni confessi, nisi de mandato Aud. Cam. & Cardinalis Vicarij. Gras. de exception in prælud. nu. 94. Io. Fabr. § fin. inst. de action. Ranchin. ad decis. Guid. Pap. 61. subdens ducendum ad carceres iudicis ecclesiastici, non autem layci.

9 Contrarium tamen, quod † clericus non possit carcerari pro debito ciuili, tenent Ioan. Andr. Innoc. & reliqui relati a Masil. in prax. §. attingam, num. 70. Nicol milleus in reper-

10 tor. §. clericus 6. Limitando si agatur † de debito descendente a crimine, vel adsit consuetudo contraria, vel clericus sit in dolo, modo car-

ceratio fiat auctoritate iudicis sui, & non layci, licet *Rebuf. d. glos.3.* videatur aliud sentire, &
11 male, quia clericus non† potest renunciare suo foro. *cap. si diligenti de for. compet. Ias. late in l.1. §. & post operis, ff. de nou. oper. num.11. et Bart. num.8. Capic. decis.9. num.13. Capel. Tholos. decis.126. Surd. decis.26. num.4. Gul. Bened. in cap. Raynutius, §. & uxorem decis.2. n.118. Caccialup. de debit. suspect. quaest.5. num.18. et*
12 19. limitando si agatur de debito ex delicto, vel sit suspectus de fuga, & dixi *infra ca.11. §.3. num.2.*
13 Ampl. praesertim si quis se obliget † pro debito fiscali. *Marant. in prax. cap. fin. num.12. Surd. cons.39. exequutionem, num.21.*
14 Ampl. etiam si obligatus † dedisset eodem instrumento fideiussorem de soluendo. *Zach. de oblig. Camer. decis.118. num.7. & seq. Rebuf. de litter. oblig. artic.74. glos.3. & sic n.24.*
15 addendo † posse simul exequi in persona rei, & fideiussoris, quia vnius captura non liberat alium, sed solutio, nisi aliud sit conuentum, vel contrarius esset stylus Curiae.
16 Ampl. vt contra obligatum † hac formula fieri possit exequutio copulatiue in bonis, & persona, quia vtraque tendit ad eumdem finem consequendae solutionis vt late probat *Rebuf. de litter. obligat. art.74. glos.3. num.12. & seq. Ranchin. addendo ad Guid. Papam decis.61. aliquis* addendo, siue agatur de exequutione facienda contra laycum, sed etiam contra clericu de mandato iudicis ecclesiastici. *Muscatel. in prax. part.3. §. seruata. num.27. & seq. & numer.30.*
17 Ampl. vt facta exequutione † in bonis possit etiam fieri in persona carceri mancipando debitorem, & e contra, quia captura personae est compulsio, non autem solutio. *Bald. l.1. in fin. C. de iur. & fact. ignor. Marsil. l. vnius, §. fin. ff. de quaest. num.36. vers. pro quo facit*, cum alijs cumulatis *a Vint. de Franc. decis.200. numer.3. Afin. de exequut. §.2. cap.3. num.3. & seq. pluribus*, vbi addit carcerato debitore, posse agi contra illius fideiussore, etiam quod quis fuerit immissus ex primo decreto.
18 An autem oblato fideiussore, vel idoneo † pignore, debitor euitet carcerem, videndus. *Anhenrig. de fideius. cap.18. nu.68. & seq. Mauson. de caus. exequut. ampl.15. nu.2. et seq.*
19 Ampl. vbi agitur de exequutione † facienda contra Episcopos, nam nunquam ex causa ciuili, quamuis obligati sint in forma Cam. contra illos sit personalis exequutio, & id potius ex indulgentia iudicum, quam quod de rigore, aliud fieri non posset. *Tiber. Salust. in prax. Audit. Cam. lib.1 cap.31. num.4.* addendo idem seruari contra alios praelatos.
20 Limit. si contra Baronem, † seu Principem virum suae ciuitatis, vel alias illustrem sit facienda exequutio, vt pluribus probat *Caual. in Specul. commun. opin. quaest.689. magna, num.3. et seq.* addendo procedere etiam si obligatio esset iurata, & dum Marcellus Cardinalis Lantes esset Auditor Cam. Apost. Clemens Papa VIII. illi mandauit, vt ab illo, & suis Locumtenentibus, & iudicibus deputatis, ita obseruaretur ut obseruatum vidi triginta annis, & citra quo sum versatus in Curia, tam quoad Praelatos, qua
21 quoad Barones Romanos, & in † quocumque Nobili viro, siue origine, siue suis meritis, & operibus dixit *Coler. de process. exequt. part.1. cap.6. num.129. & seq.* & nobilem non esse in
22 ciuilibus carcerandum, † & id esse nobilitatis priuilegium refert *Couar. resolut. lib.2. capit.1. num.4. in princ. Math. Stephan. tract. de nobil. cap.6. num.40. Vasq. de success. creat. §.30. nu.375.* addendo tali priuilegio renunciari minime posse, nisi tamen nobilis habeat Vassallagium, non seruatur in Vrbe, tale priuilegiu, vbi adest Cameralis obligatio continente talem renunciationem.
23 Limit. si exequutio † fiat contra mulierem, quia non carceratur pro debito ciuili, vt dixi *infra cap.13. §.6.*
24 Limit. si agatur de † exequutione facienda contra Doctorem, vt dixi *infra §.13. §.1*
25 Limit. si agatur de † exequutione facienda in eum, cui debita est reuerentia, vt dixi *infra §.13. §.8.*
26 Limit. vbi post † obligationem superuenit priuilegium, ne quis carcerari possit.
27 Limit. vbi speciali † priuilegio bonorum illa minime capi possunt in causam rei iudicatae, vt dixi *cap. seq.*
28 Limit. vbi agitur de exequutione † facienda cotra eos, qui habent beneficium ne conueniatur vltra quam facere possunt, *Bald. l. liber captur, C. de captiu. et post limin. reuers. Guttier. pract. quaest. lib.2. quaest.26. num.3. Vinc. de Franc. decis.164. contra num.2.* infinitos congerit *Castagna. tractat. de benefic. deduct. in proem. secund. part. num.82. & seq.* & dixi *capit.14. §.9.*
Quae autem sint personae, quibus competat
29 hoc beneficium referunt. *Vincent. de Franc. decis.164. contra*, & ibi addentes, & remissiue congesti *in meis collectaneis ad l. maritum ff. solut. matr.* & de illis nouissime edidit *tractat. de benefic. deduct. Ioan. Castagna.* & remissiue *Peregrin. Ioan. tract. de citation. Real. libr.2. cap.1. nu.440.* & dixi *infra cap.13. §.9.*
An autem debitor obligatus in forma Camer.
30 vel alias exequutiue confugiens ad ecclesiam sit tutus *Oldrad. cons.54.* tenet negatiuam, & extrahi, nisi contraria adest consuetudo, Romae tamen est tutus, sed contra eum proceditur ad Censuras, & deinde tanquam excommunicatus eijcitur ab Ecclesia, nunquam tamen vidi fieri talem eiectionem, debitore capiente aliud suae personae consilium.

§. V.

SVMMARIVM.

Pactum quod debitor morosus possit carcerari tribus casibus accidere potest. 1. *nullo casu est validum.* 2.4.5.37. *& quare.* 7.9.11.12.15.16.25.26.27.

26.27.41.43.46.48.*amplia*.54.59.61.62.63.64
65.67.69.70.71.*limit*.66.69.72.90

Cessionis beneficij cessionis bonorum non valet.3.
13.32.57.*contrarium*. 87.98

Pactum, quod quis fiet obses non valet. 7.8

Carcerati contractus, vel obligatio non valet.9

Cessio bonorum tempore Cyn. qualiter fiebat in Vrbe. 14

Carceratio est ignominiosa. 16

Famam suam defendere licet ijs omnibus modis, quibus licet defendere vitam. 18

Honor, & vita a pari procedunt. 19

Vita est supplicium infamibus. 20

Famam suam qui patitur lædi, vim sibi inferre dicitur. 21. *contrarium*.84

Pactum de non propulsanda iniuriuria, non valet. 22

Infamiam omnes vitare debent. 23

Honoris, & famæ iactura non est in nostra potestate. 27

Pactum quo quis se obligat sub pœna infamiæ est nullum. 28

Membrorum suorum, quis non est absolute dominus. 29. *ampl*.30.33.34.35.36.52.86

Mortem, qui sibi consciuit, quibus pœnis afficiatur. 31

Obligatio perpetua, alicui seruire est nulla. 36. *contrarium*. 88

Carcer est grauis seruitus.38. *æquiparatur morti*. 49

Carceri perpetuo se obligare non valet pactum, nisi fuerit iuratum. 39.40. *limit*.58

Solemnitas legis idem est, quod lex. 42

Legi prohibitiuæ renunciari non potest. 43

Testatoris voluntas est lex, sed non potest disponere, vt in exequutione illius procedatur summarie. 4. *vel non obseruetur forma, cap. sacra, de sent. excom*. 45

L. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. datur ordo faciendæ exequutionis. 46

Cacerandi facultas est meri imperij. 47.48

Iurisdictio iudicis ordinarij prorogari potest, vt ferat sententiam iuxta formam iuris, non autem contra. 47

Debitor, quod carceretur non est lege sancitum. 49

Carceratio sæpe punita.50. *est iusta causa motus* 52. *infert ignominiam*. 51

Contractus, vel iuramentum carcerati non est obligatorium. 52

Statutum est seruandum quamuis durum. 53

Iuramentum, quando obligatorium.55. *sequitur naturam contractus iurati*. 56

Clericus non carceratur pro ære alieno contracto 62. *ampl*.63. *limit*. 64. 73.75

Fideiussoris, & debitoris idem, & vnum est patrimonium. 68

Clerici ligantur statuto, quod causa æris alieni carceretur debitor. 75

Confirmans, & non confirmatum, quando attendatur. 92

Pactum, quod in casu moræ in soluendo, quis carceretur est validum. 74.76. 99. *& quare*. 77.78.79.80.81.82.83.88. *intellige*. 93. *ampl*. 94.95.96.97.99.100. 101. 102.103.104. 105. 114. *limit*. 106. 107. 108. 109. 110. 111.112. 113

Carceratus ex pacto, non potest ex alio debito recommendari. 114

Seruitus est licita de iure gentium. 78

Pacto obligantur Deus ipse, Imperator, & quilibet supremus Princeps. 79

Scriba valide obligatur, sub pœna carceris describendo librum. 80

Hemo liber dari, & stare potest pro obside. 81. *obligari potest de stando in certo loco*. 82. *pati potest vendi ad participandum pretium*. 83

Fama & honoris sui quisque est dominus.84. *contrarium*. 21

Honor est externum bonum. 85

Consuetudine peruertitur ius. 91

Debitor possidens plura stabilia, an carcerari possit. 105. *praxis Romanæ Cur. in obæratos debitores*. 105. *in fin*.

PActum, quod non facta excussione bono-
rum, & iurium debiroris, possit idem recta
via carceri mancipari absolute non est va-
lidum, nec penitus inualidum, & cum tribus
1 tantum † casibus istud contingere possit, vt col-
ligo ex *Castr. l. Titio, 70 §. Titia, 3. ff. de cond.
& demonstr. num*.3. Vel quod debitor, & cre-
ditor paciscantur, vt non dato, vel præstito eo,
quod dari, præstari, fieriue, fuit conuentum,
creditor possit propria auctoritate, absque iu-
dicis Imperio, manus inijcere in persona de-
bitoris, & illum suo carceri priuato, seu pa-
rietibus occludere. Vel quod liceat credito-
ri debitorem suum morosum, seu contuma-
cem capere, & captum deinde stationarijs com-
mendare sub publica custodia. Vel quod non
adimpletis promissis sua die, reus debendi
per apparitores, & lictores capi possit, & captus
trahi inuitus ad carceres, non dimittendus do-
nec promissa soluerit, vel adimpleuerit, de pri-
mo, & secundo casu *infra cap*. agam, hic de ter-
tio, in quo cum pugnantes reperierim interpre-
tum sententias, & in eo legum conditores va-
riasse, & quandoque fuisse fere immanes in
corpus, & membra debitorum, quandoque le-
nes, vt patet ex his quæ dixi de laudem. *libr*.3.
quæst.1. *& supra cap*. 12. §. 12. referam quid
in illo scriptum ab antiquis, & recentibus I.C.
repetierim.

2 Quod huiusmodi pactum † non sit validum,
& consequenter non merei exequutionem, vi-
detur voluisse. *Specul. de renunciat. & conclus.
§.1. num. 29. in princ. & post Specul.* id late
firmarunt *Cyn. defendendo Dyn. & Ricard.* de
malumbra, idem sentire asserens *in l.1. C. qui
bonis cedere pos. num*. 10. addendo ideo non
3 valere † renunciationem beneficij cessionis bo-
norum, quia vt inquit *Salic. ibidem num*.9. par-
tes dicuntur pacisci de corio humano, seu mem-
bris rationalis creaturæ, ad exemplar creatoris
4 fabrefactæ, post *Cin*. † & ante *Salic*. idem di-
xerant *Bald. in auth. imo, C. de act. & obligat.
num*.5. *& cons*.285. *quia non est lib*.1. *num*.9.
asserens esse ridiculum, quod ex pacto liceat ma-
num inijcere in corpus liberum, etiam si fiat
aucto-

auctoritate iudicis, qui ordinem iuris debet ob-
seruare, nec potest pacto illum mutare. *Bart.*
in l. maritum, §. *eleganter. ff. solut. matr. Ro-*
man. num. 3. *Aretin. num.* 7. *vers. & ideo. Bart.*
vers. pro intellectu. Alex. num. 9. *vers. in hoc*
ergo passu, sequendo *Angel. in l. nemo potest*,
ff. de legat. 1. *Io. Imol. nu.* 2. *& seq. idem Imol.*
in cap. cum contingat de iur. num. 34. *in princ.*
& circa med. vers. quia non videtur, & in l. ti-
tio, 70. †. *Titio*, 2. *ff. de condit. & demonst. nu.* 5.
vers sed forte. relati ab *Aretin. d.* §. *eleganter*,
num. 8. *& Brun. tract. de cession. bonor. q.* 20.
num. 14. *& seq. Gail. de pace public. lib.* 2. *c.* 2.
num. 21. *& seq. Ioan. de Plat. in l. nemo carce-*
rem, C. *de exact. tribut. lib.* 10. *num.* 24. vbi plu-
ribus probat, *&* 25. *& seq. et num.* 28. *versic.*
in oppusitum, et nu. 29. *et seq.* relati a *Nauz.*
cons. 52. *nu.* 31. *Ioan. Goed. in cap.* 1. *de sequist.*
posses. num. 113. *vers. proinde vsque in fin.* asse-
rens hanc opin. tenendam tamquam humanio-
rem. *Felin testans de communi in cap. ex rescrip*
to de iureiur. num. 13. *Luca a Penna in l.* 1. C.
de curios. et stationar. lib. 12. *num.* 5. *et seq. in*
fin. vers si ergo. *Cassane. ad consuet.* Burgund.
5 *rubr.* 3. §. 3. *num.* 10. & de iure non valere tale
pactum volunt relati a *Boer. in repet. l. consen-*
taneum, C. *quomod. & quand. Iudex, n.* 137 *vers.*
Petr. Iacob. et hanc opinionem cũ consuetudine
illi conformi habere magnam æquitatem testa-
tur *Boer. ibidem num.* 187. *vers. & hæc*, & hanc
opinionem de iure veriorem concludunt relati
6 *a Coler.* † nisi adsit consuetudo contraria, de
proces. *part.* 1 *cap.* 6. *num.* 48. *Macin.* alios refe-
rens *de iurament. part.* 4. *effect.* 224. *numer.* 1. &
nouissime *Mauson. de caus. exequut quæst.* 1.
num. 11. *vsque ad* 26. *& quæst.* 2. *num.* 2. *et seq.*
7 Confirmatur hæc negans opinio simili, † quia
sicur non valet pactum quo quis se obligat stare
obsidem pro ære alieno, ita non valet pactum,
quod quis solutione non facta carceretur, ante-
8 cedens † probat Bald. *in cap. ex rescripto, de*
iureiur. num. 4. *& in sua Margarita*, §. *homo*
9 *liber*. sicuti non valet † contractus, & obligatio
carcerati, vt late prosequitur *Neuiz. cons.* 52.
num. 47. *et seq.* & cum ex tali pacto frequenti
apud Germanos, plara sequerentur incommo-
da, extremo debitorum malo, absque credito-
rum commodo. Maximilianus Imperator eius
nominis secundus anno 1576. & 1567. in Co-
mitijs Ratisbonensibus, & in politic reformat.
10 *titul.* 17. tale † abrogauit pactum, cum decreto
irritanti, & Alijs clausulis infringentibus vim
talis pacti, vt testantur *Gail. obseruat.* 45. *obsta-*
gium, nu. 6. *in fin. lib.* 2. *& Ioan. Goed. d. cap.* 1.
num. 113. *in prin. de sequest. posses. et fruct.*
11 Sicuti etiã non valere pactum, vt † non facta
solutione die conuenta quis sequestretur in ali-
quo loco voluit *Ioan. Goed. d. cap.* 1. *num.* 113.
nec subijcere † se banno Imperiali. *Gail. de pace*
public. lib. 2. *cap.* 2. *num.* 24. & non valet renun-
13 ciatio † flebilis beneficij cessionis bonorum,
quia est species seruitutis, & per indirectum,
quis se obligat ad perpetuos carceres, vt ex *Dyn*
& alijs antiquioribus voluit *Cyn. in l.* 1. C. *qui*
bonis ced. posses. num. 10. defendendo *Dyn. et*
Ricard. de Malumbr. idem sentientes, & refe-
14 rendo, quod sua ætate cedentes † bonis ter na-
tibus percutiebant marmoreum Leonem posi-
tum ad scalas Capitolij. *Alex. in l. maritum*, §.
eleganter. ff. solut. matr. num. 11. cum alijs cu-
mulatis a *Couar var. resolut. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 7.
Coler de proces. part. 1. *cap.* 6. *num.* 110. *et seq.*
et Brun. de cession. bonor. quæst. 20. *num.* 14.
25 *et seq.* eadem ratione † non est validum pactũ,
vt in casu moræ debitor, absque alia escussione,
carceri mancipetur, vt concludunt *Alexand. et*
Brun. mox. relati.
16 Nec ista negatiua opinio caret † ratione, nã
cum carceratio sit ignominiosa, minuat famam,
etiam nobilissimi viri, relati *a Serafin. de iuram.*
priuileg. 7. *num.* 40. ideo nobilitas est exemp-
ta tali incommodo, vt dicebam supra, & vo-
lunt relati *a Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 4.
17 carceratioque † fit ex illis actibus, qui trahũt
secum irreparabile præiudicium. *Angel. in l. ne-*
mo carcerem, C. *de exactor. tribut. lib.* 10. *Castr.*
in l. 4. §. *condemnatum. ff. de re iud. nu.* 3. *Alex.*
num. 10. *et* 29. *Ias. num*, 23. *Rupa nu.* 28. *Casa.*
cons. 439. *sententia, num.* 7. *Neuiz. cons.* 52. *nu.*
18 8. *et* 11. addendo ex *Marsil.* licere ea † omnia
pro defensione famæ, quæ sunt concessa pro tu-
tela sui corporis, vt post *Masil id late sunt pro-*
sequuti. *Clarus*, §. *homicidium, num.* 26. *Vas-*
quius illustr. controuers. lib. 1. *cap.* 11. *num.* 9.
19 *et* 14. & ratio fit, *quia* honor, † & vita a pari
procedunt, *l. iusta causa. ff. de manumis. vindict.*
20 vbi *glos. verb infamia.* Infami vita † sit suppli-
cium. *l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.* Crudelis
sit, ac quodammodo vim sibi inferat, qui pa-
21 titur † famam suam turpiter prodigi, non sit
22 obligatarium pactum † de non propulsanda
futura, & inferenda iniuria. *Cyn. in l.* 1. *C. qui*
bonis ceder. posses. num. 10. *vers. dicebat et in*
dicebat, et in l. ex plagis, §. *tabernarijs, ff. ad leg.*
aquil. quare Bald. in l. 1. *C. de confes. num.* 9. *in*
23 *fin.* omnes admonuit, vt caueant † ab infamia,
quia non solum in quo est diffamatus, sed om-
nibus alijs eius dignitas minuitur. c. *desleat pec-*
24 *cator. de regul. iur.* & bona fama † est the-
saurus inæstimabilis, & iucundus, vndique spi-
rans odorem suauitatis, tanquam lilium con-
uallium. *Ideo Arist. lib.* 4. *ethic. cap.* 3. dicebat
quod honor. et bonum nomen sit externorum
bonorum maximum, et Senec. seu minius Pu-
blianus, concludebat, quod

Famam qui perdidit, nihil potest vltra per-
dere.

25 Dicendum videtur absolute, † non valere pa-
ctum, vt quis possit carceri publico mancipari
volente suo creditore ob non facta solutionem
26 die conuenta, quia per indirectum † se obligat
ad pœnam tacturæ honoris. *l.* 3. §. *tutores, ff.*
27 *de suspect. tutor.* quæ non est posita † in abso-
luta facultate obligati, vt concludit *Caietan.* 2.
2. *quæst.* 73. *et in sua summa*, §. *bonor.* vt ratio-
cinatur *Vasquius Illust. controuers. lib.* 1. *cap.* 11
in princ. et num. 7. *et seq.* & ideo corruat pactũ
28 † quo quis sub pœna infamiæ, se obligat aliquid
facere, vel præstare. *Ioan. Goed. in cap.* 1. *de se-*
quest. posses. num. 113. *vers. proinde*, addendo

idem pactum corruere, quia insit impossibili-
tas iuris, quia quod minus honestum est, cen-
setur etiam impossibile. l. nepos proculo, ff. de
verb. significat.

29 Secundo cum nemo sit membrorum † suo-
rum dominus. l liber homo, ff. ad leg. aquil. cum
alijs late cumulatis a Parid de Puteo de Syndi-
cat. quaestion. penult. num. 1. et seq. & ideo pa-
30 ri poena puniatur feriens se ipsum † sponte, &
non casu aliquo, seu nollens, qua punitetur,
si alium feriret. Felin. cap. contingit el 1. de
sent. excommunic. num. 1. & seq. vers. et de poe-
na, vbi praeterea subdit quibus poenis afficia-
31 tur qui sibi mortem † consciuit, Nec valida sit
32 renunciatio beneficij cessionis † bonorum. Co-
uar. variar. resolution. lib. 2. cap. 1. nu. 7. Brun.
de cession. bonor. quaest. 20. Nec audiatur con-
33 demnatus † qui potius velit pati poenam am-
putationis manus, vel alteris partis corporis,
quam soluere poenam pecuniariam. Aretin.
cons. 89. placet num. 1. Guid. Papa decis. 278. vbi
ponit exemplum eius qui sub poena amputatio-
nis manus promissit dicere veritatem. Nec de-
34 bitoris admittatur exceptio † qui inuito credi-
tore vellit luere in corpus, eo quia asserat, non
habere in aere. Ludouic. Peguer. decis. 6. Petrus
num. 12. Nec valida sit obligatio eius qui abs-
35 que delicto velit posse † subijci poena corpora-
li ex alieno facto. Marsil. de fideius. num. 206.
Felin. cap. contingit. ex 1. de sentent. excomm.
num. 2. Coppius in repet. cap. lices de foro com-
pet. num. 18. Canar. de exequut. inst. nu. 69.
vers. item eisdem Parid. de Put. de syndicat. qu.
penult. num. 3. Anton. Hering. de fideius cap.
20. §. 9. num. 37. et seq. et 49. et seq. vbi id late
comprobat. & demum corruat obligatio, qua
36 quis † se astringit alicui perpetuo seruire, vel
operas suas assiduo, mercede accepta praestare,
l. 2. C. de liberal. caus. Roman. singul. 635. An si
qdis et in l. maritum, § eleganter, ff. solut. matr.
num. 31 vers primo Ioan. Fabr. §. fin. instit. de
iur. person num. 6. concludendum est pactum
37 de quo † agimus non valere, quia illius exequu-
tione quis exu tur sua libertate, paciscitur de
corpore suo, redigendo illud in perpetuam serui-
38 tutem, cum carcer sit seruitus, † & quidem gra-
uis. l. 2. C. de libero homin. exib. Imol in capit.
cum contingat de iureiur. num. 33. et seq. Gail.
39 de pace public. libr. 2. cap. 2. num. 22. † & mor-
talitati aequiparetur. l. seruitutem, ff. de regul.
iuris Gutierz tractat. de iurament. confirmat.
part. 1. cap. 18. num. 5. concludens non valere
40 pactum, quo quis se obligat ad carcerem, nisi
fuerit iuratum.

41 Tertio cum solemnitas legis † idem sit, quod
lex ipsa. Luca a Penna. in l. 1. C. de stationar.
lib. 12. num. 7. & ideo sicuti non valet pactum
42 aduersus legem factum. l. non dubium, C. de
43 legib. etiam quod cum iuramento fuerit legi †
prohibitiuae renunciatum. Alex. l. si constante,
§. quoties, ff. solut. matr. num. 5. vers. secundo,
licet referat dissentientes quos concordat Cra-
uet. cons. 229. quidam num. 12. vers non obstat
quod legi. Ita non valet pactum, quod non
seruetur iusis solemnitas. glos. cap. de causis de
offic. deleg. Bald. l. nemo potest 58. ff. de legat. 1.
44 num. 2. in princ. concludens testatorem † cuius
volutas lex est §. disponat auth. de nuptijs, non
posse disponere, vt in exequutione legatorum,
quae suo testamento reliquit, procedatur sum-
45 marie, vel quod inferenda † excommunicatio-
ne non obseruetur forma cap sacra de sent. excom.
vt ex Innoc. & Host. concludunt Imol. in l. Ti-
tio, §. Titio, 2. ff. de cond. et demonst. nu. 5. circa
princ. & Felin. in cap. ex rescripto, ff. de iureiu-
rand. num. 13. in fin. cum a iure sit datus mo-
dus faciendae exequutionis sententiae latae in
personali actione, & non dicatur, quod excusso
etiam fideiussore ideo daro. l. si plures, §. prae-
terea, 2. ff. de fideius. Marsil singul. 3. ad hoc Imol.
in cap. cum contingat de iureiur. num. 33. in
fin. Rebuf. de litter. obligat. art. 11. glos. 3. nu. 3.
46 realis fiat exequutio in persona condemnari, l.
a diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. sit que
etiam prohibitum aliquem pro aere alieno car-
ceri mancipare. l. ob ars auth. imo. C. de action.
47 & obligat. l. nemo carcerem † C. de exact tri
but. lib. 10. quam sanctam, & notabilem dicit,
ibidem Ioan. de Plat. ibidem in princ. conclu-
dendũ est, non valere pactum incõtrarium factũ
vt firmant Roman. in l maritum, §. eleganter,
ff. solut. matr. nu. 3 vers. secundo. Luc a Penna
in l. 1. C. de curios. & station lib. 12. num. 6. post
med. vers. sed haec & num. 7. Addatur quod ex
carceratione melior non sit creditoris conditio,
48 & debitoris status fit deterior, quia minuitur
illius dignitas, vt considerabam su sa multum
detrahitur de illius fide, vt aduertit Neuizan.
cons. 52. num. 8. in fin. 19. & seq. Coler. latius
ista duo in commoda declarans de proces. part. 1.
cap. 6. num. 35. et seq. ac non esset absurdum di-
cere carcere impediri prolis generationem, si
carceratus sit vxoratus, vel vxorandus, aut sal-
tem facile fieri posse maritali thoro fraudem
contra l. 1. et §. ibidem, ff. solut. matr. & aduertit
Coler. d cap. 6. num. 36. et seq.

49 Quarto cum facultas aliquem † carcerandi sit
meri imperij l. 2. ff. de in ius. vocan. §. audient,
auth. de defens. ciuit. Luc. a Penna in l. 1. C. de
curios. et station. lib. 12 num 5. vers. cum enim,
& consequenter non habeat, nec habere possit
dependentiam aliquam à priuato iure, seu po-
testate singulorum. l qualem 22. ff. de recept. ar-
bit. l. priuatorum, ff. de iurisdict. omn. iud. Bald.
cons. 285. quia non est lib. 1. num. 9. circa med.
Canar. de exequut. s. nostrum, num. 69. circa
med. sed a iure, & potestate publica, per legem
expressam. l. more. l. et quia ff. de iurisdict. omn.
iudic. l. 1. § qui mandatum ff. de offic. eiuscum
a lege sit data forma faciendae exequutionis, nul
latenus contrahentes conuenire possunt, vt illa
non seruata aliter fiat, quia partes prorogare
50 quidem possunt iudicis ordinarij † iurisdictio-
nem l. 1. ff. de iudic. l. priuatorum, C. de iurisd.
omn. iud. sed consentire, vt sub alia forma quam
ea quae sibi sit à lege praescripta, sententiam
ferat, vel exequatur, nequaquam, quia ei alia
diceretur consensu priuatorum iurisdictio data,
vt considerat Luc. a Penna in l. 1. C. de curios. et
stationar. lib. 12. num. 6. in fin. et num. 7. et 8.

con-

concludens carcerationem debitoris non posse
fieri non præcedente excussione, iuxta ordinem
d. §. in venditione, & l. nemo carcerem, nec vi
51 pacti † quia carceratio est iuris publici, & meri
Imperij, & pactum priuatorum, non potest
mutare ordinem legis, cujus potestas, non po-
tuit vniri potestati partium, quia sunt diuersæ
potestates, diuersi generis, & non eiusdem ef-
fectus, Parid. de Put. de syndicat. quæst. penult.
num. 2. & seq.

Addatur quod teste Bald. cons. 285. quia non
52 est lib. 1. num. 7. non reperitur † cautum, quod
debitor possit carcerari, nisi fuerit plus æquo
contumax in soluendo, quod plura sunt in odiũ
53 tam iustæ, quam † iniustæ carcerationis, tan-
quam inimicæ hominis à Deo libertatem dona-
ti, & paucissimis præceptis astricti, constituta,
auth. imo, C. de action. & oblig. & prudentum
interpretatione recepta, de quibus agunt. Alex.
in l. quia tale, §. eleganter, ff. solut. matr. nu. 6.
& 9. & Aretin. num. 7. & in l. postulante 44.
ff. ad trebel. num. 10. Bald. referens pœnas indi-
ctas iudici, & parti, qui indebite fecit aliquem
carcerare, vel sine d. iure detinen. cons. 222.
part. 3. num. 1. et Neuiz. cons. 52. nu. 26. & seq.
dum prius num. 22. & seq. retulisset præsertim
54 procedere si carceratio sit † ignominiosa refe-
55 rens signa ignominiæ. quod carcer † sit iusta
causa metus, nec obligatorium esse iuramen-
tum, vel contractum in carcere præstitum, &
& initum, Bald. cons. 247. part. 2. num. 1. et seq.
Marsil. alia congerens in praxi §. attingam,
num. 40. Crotus in l. nemo potest, ff. de legat. 1.
num. 14. Neuizan. cons. 52. num. 11. 26. 27.
43. 47. Luc. a Penna in l. prohibitum, C. de iur.
fisci lib. 10. Grammat. cons. 50. num. 7. Berta-
chin. §. carcer. num. 30. circa fin. & num. 40.
vers. carceratus, & num. 70. Peregrin. Ianin.
tract. de citation real. lib. 2. cap. 1. num. 211. &
seq. pluribus & lib. 1. cap. 2. num. 14 & seq. Bos-
sius de captur. num. 5. & seq. plurib. Serafin. de
iurament. priuileg. 132. num. 1. Bart. quæst. 6.
num. 1. & 22. nec vrget illatio quæ fit ex pacto
56 de capiendis bonis debitoris, quia † bonorũ suo-
rum quis est dominus etiam abutendo. l. in re
mandata, C. mandat. l. sed et si lege, §. consuluit
ff. de pet. hæred. secus quoad corpus & membra
sua. l. liber. homo, ff. ad leg. aquil. & considerant
sicuti, nec sustinetur consequentia, quæ fit a
statuto ad pactum, quia plus potest statutum,
quam pactum, nam illud quamuis durum, &
57 inhumanum † seruandum est Bart. l. 1. §. et par
ui, ff. quod vi aut clam. vel. iniquum. Bart. in
l. 1. ff quod quisque iur. num. 2. vel ex illius ob-
seruantia, quis damnum indebite patiatur. Bal.
l. datis, C. de iur. dot. num. 4. Alex. in l. 1. ff. de leg.
1. num. 9. Ias. num. 3. vers. quantum, secus in
pacto. l. pacta quæ contra, C. de pact. l. litem,
C. de procur.
58 Ampl., vt tale pactum non sustineatur † virtu-
te iuramenti, vt ex Bald. & Imol. voluit Co-
ler. de proces. part. 1. cap. 6. num. 27. cuius opi-
nio sustineri potest, ex his quæ dicuntur de re-
quisitis, quoad iuramentum obliget iurantem,
59 videlicet, quod concurrat † veritas, iustitia,
& iudicium, cap. animaduertendum 22. quæst
60 2. & quia iuramentũ sequitur † naturam actus
iurati, nihil illi addito, vel diminuto, sed retẽ-
tis illius omnibus qualitatibus. l. fin. C. de non
numer. pecun. & non valet renunciatio benefi-
61 cij † cessionis etiam iurata. Serafinus de iura-
ment. priuileg. 91. nu. 6. & seq. testans de com-
muni subdens, num. 3. in fin. modificationem,
63 si carcer † sit durissimus, & inhumanus, ex quo
sequi possit mors carcerati. Manson. de causa
exequnt. quæst. 1. num. 26.
62 Ampl, vt non valeat † statutum in contrarium;
vt voluisse Dyn. refert Bald. in l. Titio, 70. §. Ti-
tio, 2. ff. de condit. & demonst.
64 Contrarium tenet † Bald. in l. Titio centum
70. §. Titio. 2. ff. de condit. & demonstrat. con-
cludens in huiusmodi exequutionibus seruan-
da esse statuta, & consuetudines. et Imol. ibi-
dem num. 5. circa med. vers. nec obst. d. l. nisi,
concludens tale pactum parum operare nisi ad-
sit statutum, quo disponatur illud obseruandum
esse. Bart. d. §. Titio, num. 3. qui late non pro-
bat Dyn. confutatis illius argumentis, & pro-
bat validitatem dicti statuti, & ibi addentes te-
stantur de communi, et dicam infra num. 76.
65 Ampl. etiam si † contrahentes, seu debitor
renunciasset ordini faciendæ in eum exequutio-
nis. Imol. in l. Titio centum, 70. §. Titio, ff. de
cond. et demonst. num. 5. vers. sed forte. Gatl. de
pace publ. lib. 2. cap. 2. num. 22. in fin.
66 Ampl. præsertim, si tale † pactum fiat a cle-
rico, vt dixi infra cap. 13. §. 3. Socin. loquens si
clericus detur in obside regul. 174. Datos tamen
fuisse Cardinales obsides anno 1527. testatGui-
ciardin. in sua historia Italiæ, & in terminis,
vbi clericus se obligat in forma Cameræ aduer-
sus Gomes. & alios concludit Couar. var. resol.
67 lib. 2. cap. 1. num. 9. vers. quoties, ampliando †
etiam si ageretur de solutione pensionis reserua-
tæ a Papa super beneficij ecclesiastici fructibus,
præsertim si clericus sit sacris insignitus, vel ser-
uiret Ecclesiæ, vel altari, subdens aliud dicen-
68 dum † in simplici clerico, quem vult non dif-
ferre ad istum effectum à puro layco, vt paulo
ante idem prædixerat.

Ampl. nec etiam in subsidium. Couar. var.
resolut. lib. 2. cap. 1. num. 1. vers. et in cap. 2. ita
firmat per cap. 2. de pignor.
69 Ampl. præsertim si tale pactum † fiat cum
scholari. Specul. de renunc. et conclus. §. 1. nu.
29. in fin. addendo contrarium obseruare Do-
ctores Bononienses, dum mutuant illis pecunias
facientes eos renunciare l. ob æs, C de action. et
obligat. & cæteris iuribus idem disponentibus.
70 Ampl. præsertim si fi t † pro solucione annui
census redimibilis. Couar. var resolution. lib. 2.
cap. 1. num. 7. vers. et in specie notabili: asse-
rens id procedere in odium contractus, verio-
rem tamen ego crederem rationem, nisi quo-
tidiana praxi aliud † seruaretur, ne in eodem
71 contractu plura concurrerent specialia, primum
quod ex pecunia sua natura sterili gignatur pe-
cunia, secundum, quod pro debito ciuili, con-
tra regulas iuris, quis carceri municipetur.
72 Ampl. vt neque † carceretur debitor, nisi etiã

excuss.

excusso fideiussore ideo dato, quia eius patri-
73 monium † censetur cumulatum patrimonio debitoris, vt dixi *supra vers. & voluit Mauson. de caus. exequut q. 2. nu. 7.*
74 Ampl. etiam † si tali pacto fuit adiecta pœna vt ex *Farinac. tract. de carcer. quaest. 27. num. 20. circa med. voluit Mauson. de caus. exequut. quaest. 1. num. 27. & 28.*
75 Ampl. etiam ad effectum † illum consignandi iudici, vt ex *Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 6. num. 24. firmat Mauson. de caus. exequut. q. 1. num. 29.*
76 Ampl. præsertim stante † statuto, quod nemo, pro debito carceretur, vt Mediolani ex Statut. *cap. 167.* vbi aliquos casus excipit, quos examinat *Carpan. ibidem.*

Limit. vbi tale pactum est iuramento firmatum *Couar. var resolut. lib. 2. cap. 1. num. 1. in vers. si iuramentum.*
77 Limit. vbi adest statutum, † vel consuetudo, quod tale pactũ exequutioni damnãdetur. *Bal. in l. Titio centum, 70. §. Titio, ff. de condit. & demonst.* concludens in huiusmodi exequutionibus faciendis ex pacto, seruanda esse statuta, & consuetudines, quæ si fuerint disformes a statutis, & consuetudinibus loci iudicij, quæ sint seruandæ dixi *supra hoc cap. §. 3. in fin.*
78 & hoc sensu sustinetur † praxis Rom. Cur. qua videmus quotidie carcerari clericos obligatos in forma Cam. etiam ex societatibus officiorũ, seu fœneratitio ære alieno. Ac etiam excommunicati, quidquid dicat *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 9.* cum idem ibidem, *num. 7. in princ. vers.* secundum, afferat tale pactum sustineri vi consuetudinis *Parpal. l. placet. C. de S. E. num. 93. Anton. de Canar. de exequut. instrum. num. 67. & 69. in fin. relati a Neuiz. cons. 52. num. 4. Alex. cons. 145. viso processu lib. 5. num. 1. Boer. in repet. l. consentaneum, C. quomod. & quand. iudic. num. 187. circa princ. relato Oldrad. cons. 54.* vult adeo esse
79 hoc pactum † validum, vt debitor fugiens ad ecclesiam possit inde extrahi, quamuis *Oldrad.* magna sit auctoritas, non parum dubito de veritate huius sui dicti, validum esse hoc pactum stante consuetudine plures consentientes, & pluribus probat *Mat. Berlic. conclus. 28. par. 2. num. 26. & seq.* addendo tali statuto ligari forenses, non tamen mulier, & qui non tenetur nisi in quãtum facere possũt, vt pu illus minor,
80 & alij de quibus per eũ, subdens quibus expẽsis carceratus sit alendus, & prius dixerat *Colerde process. part. 1. cap. 6. n. 48. & seq. Gail. de pace public. lib. 2. cap. 2. n. 8. & seq.* testãs de consuetudine Germaniæ & prius dixerat. *Rebuf. de litter. oblig. art. 11. glos. 3. n. 2.* non carcerari debitorem de consuetudine Franciæ, nisi adsit pactum, & tale Statutum † ligare etiam clericos tradit late *Gras. de exception. in præiud. num. 89. & seq. vt apud Hispanos, teste Auendan. Respons. 8. num. 3.* referens apud illos debito-
81 rem facta cessione bonorum tradi creditori † cum ferrea manica, quoad satisfaciat creditori, vt ex æstimatione operatum, se liberet, & super tali statuto confecit volumen. *Bactio, de inope.* *debit. creditor.* addicendo.

Contrariam opinionem scilicet, quod tale
82 pactum † sit validum, & obligatorium, vt quis possit pro ære alieno a lictoribus capi, & ad carceres iudicis trahi, sibi patum constans voluit *Bald. in l. Titio, 2. ff. de condit. & in l. maritum, §. eleganter, ff. solut. matr. & in l. Consentaneum, C. quomod & quand. iudex nu. 26.* asserens idem dixisse *Ioan de Monte Rubiano*, & eiusdem opinionis videtur fuisse *Spec. de renunc. & conclus. in fin.* dum disputando de validitate huius dicti in fine concludit illud nõ valere, si fiat a scholari, & tale pactum absolute valere dixit *Ioan. Fab. in §. fin. inst. de iur. personar. & in § fin inst. de action. nu. 2. in fin. Guid. Pap. testans de generali consuetud decis. 61. aliquis Socin. cons. 99 lib. 4. num. 11. in fin. Cast. l. Titio, 70. §. Titio, ff. de cond. & demon. num. 3. vers. si per iudicem. Imol. in cap. cum contingat de iureiur. num. 33. & 34.* vbi concludit posse renunciari beneficio cessionis. *Rebuf. de litter. oblig. art. 11. glos. 3. & sic nu. 2. & 5. Mysinger testans de verioni, & communiori obseruat. 51. valde, centur. 6. nu. 6. et seq.* addendo *Henric. Goed. I. C.* germanum pleno consilio hanc opionem defendere, & illam esse receptam vniuersali consuetudine Germaniæ. *Papiens. in forma libel sequestr. §. 1. num. 4. in fin. Angel. in l. maritum, §. eleganter, ff. solut. matr. num. 3. in fin. & num. 5.* concludens valere hoc pactum sicuti valet renunciatio beneficij cessionis *Marant. in praxi part. 6. de citation. num. 11 Boer. in repet. l. consentaneum, C. quomod. & quand iud. num. 187. circa med.* asserens ita seruari de consuetudine Franciæ, & refert qui velint hoc pactum esse de iure validũ idem repetit *decis. 295. primo, num. 10. Cassan. ad consuet Burgund. rub. 5. §. 3. num. 8.* concludens teste *Ioan. Fab.* quemquam non posse carcerari de consuetudine Franciæ, nisi ad id quia sit expresse obligatus. *Coler. de processib. part. 1. cap. 6. nu. 40. vsque ad 92.* respondendo obiectis referens *nu. 91.* qui testentur de communi opinione, & obseruantia, *& cap. 7. n. 1. & seq. Gail. de pace public. lib. 2. cap. 2. num. 7. & seq.* testans de consuetudine Germaniæ. *Marant. in praxi part. 6. §. recte concipiatur citatio, num. 11.* concludens valere pactum, quod debitor possit carcerari ex sola ostensione instrumenti facta iudici, & quod tunc capi potest debitor auctoritate iudicis absque alia citatione, comprobans id exemplo eius quando data est facultas ingrediẽdi possessionem bonorũ debitoris. *Gallef. de obligat. Cam. quaest. 15. vbi Zacchias alios consentientes refert. Rota decis. 31 de sentent. & re iudic. in antiq. Mauson. de caus. exequut. quaest. 2. num. 14. et seq. vsque ad 29*

Relaram antecedenti contrariam, qui tenent
83 opinionem † pluribus conantur probare, quod licitum sit debitorem de fuga suspectum propria auctoritate capere, & detinere, donec soluat, vel aliter satisfaciat creditori. *l. ait prætor, §. si debitorem*, vbi *Bart. et reliqui, ff. de ijs qui in fraud. credit.* quod graue sit fidem fallere nihil

hil que magis conueniat ingenuo viro, quam
pacta seruare. *l.1.ff.de pact.*
84 De iure gentium licita sit † seruirus, qua quis
alienodominio subijcitur. *l.4.ff.de stat.hom.* §.1.
Inst.de iur person. ergo validum erit pactum,
quod quis in casu non obseruati pacti carcere-
tur, cum de iure gentium pacta sint seruanda.
l.ex hoc iure, ff.de iust.& iur. & illis oblige-
85 tur † ipse Deus *Dec.cons.*48.*num.*5.ne dum
Imperator, & alius supremus, sed mortalis prin-
ceps *Bald. cons.*271.*lib.*1.*num.*1. *Menoc.cons.*
8.3 *respondea num.*3. *Rol.a Val. cons.*13. *& si
apud lib.*3.*num.*33.*et seq.plurib. Brun. cons.*1.
*nu.*24.*Crauet. cons.*241.*princeps num.*19.vbi
pluribus probat. late *Trentacinque. resol.*1.*de
pact.lib.*3. *Caldas. cons.*8.*nu.*54.*et seq. plurib.*
86 Validam esse conuentionem initam † cum
scriba, quod sub pœna carceris intra certum
tempus scriber librum. *Specul. de renunc.* §.1.
num. 29. *Imol.in cap. nullus presbiter de pi-
gnor.num.*19.
87 Quod homo liber dari † possit pro obside, &
idem detineri certo loco, donec exsoluantur
promissa vt ex *Inn. et Bald.* concludit *Mysing.
obseruat.* 51.*valde num.*8. *centur.*6.*Coler.de
processibus part.*1.*cap.* 6.*num.*68. *& seq.*
88 Quod debitor se obligare † possit, etiam abs-
que iuramento stare in certo loco, vel ciuitate,
& inde non recedere absque licentia creditorũ
vt ex *Bald. in cap.ex rescripto de iureiur.* con-
cludit *Mzsing. obseruat.*51. *valde num.*8.*cen-
tur.*6.*Coler.de proces.part.*1. *cap.*7.*numer.*1. *et
89 seq. plurib.* Quod liber homo potest pati † vt
vendatur ad precium participandum *l* & in *ser-
uorum, ff de stat.homin. Alexand.l.alia, § ele-
ganter, ff. de stat. homin.*
90 Quod famæ, & dignitatis suæ † quisque sit
dominus, probat *Sotus de inst. et iur. libr.*4.
*quæst.*2. *art.*3.& ideo valet pactum, quod nõ
adimpletis promissis quis alapham patiatur, vel
per aliud, quod membrũ, vel corpus humanum
non debilitetur, vel deturpetur. *Bart.l.* 1. §.
*vsque, ff.de iniur. num.*2. & ratio est, quia ho-
91 nor recensetur inter externa bona, & ideo le-
ge iustitiæ, non offensa potest quis de illo pro-
92 digi & abuti, secus de vita † & hominis mem-
bro, quæ a Deo concessa, abusus illorum lædit
iura Deo competentia, in opus ad imaginem
suam fabrefactum. *Vasquius illust.controuers.
lib.*1.*cap.*11.*num*·26.*et seq.* vbi refert exempla
plurium sanctorum, qui vt electionem de illis
ad munera præcipua, & honesta propellerent,
stultitiam, vel aliud simularunt, & idem fuisse
a S.Philippo Nerio, legitur factum, in se ipsum
aurem, nullus sanctorum legitur sæuisse.
93 Quod valida sit renunciatio † beneficij ces-
sionis bonorum, vt refert fuisse iudicatum. *Ca-
pel. Tholos decis.*61. vbi *Auffrer* rçlaris dissen-
tientibus conatur concordare hanc contrarieta-
tem *Rip.l obligatione generali, ff.de pignor.nu.*
30. *vers.contrarium. Rota decis.*31.*de re iudic.
in antiquis. num.*4.
94 Quod validum sit pactũ quo debitor se obli-
gat creditori suo † ad præstandas operas perpe-
tuas *Sal. l. antiquitas, C.de vsufruct.* vbi *Bald.
num.*8.*Ripa l.obligatione generali, ff de pignor.
num.*10. & late reiectis obiectis probat *Coler.
de proces part.*1.*cap.*9.*restat. num.* 24. *et seq.*
95 Et demum opinio ista † probatur. *l.*3.§.*ge-
neraliter, et* §.*si quis volentem, ff. de liber. ho-
min.exhib.* vbi non prohibetur detentio liberi
hominis, detentioni consentientis: & qui libe-
rum hominem volentem vendit plagij crimen
non committit. *l.liberum, C.ad leg.flau.de pla-
giar.* nam volenti non infertur dolus, nec iniu-
ria. *l.*1.§.*vsque adeo, ff.de iniur. Ioan. de Plat.
in l.nemo, C. de exact. tribut.lib.* 10.*num.*27.
et seq.vers secundo.
Quæ omnia licet multum vrgeant, & colora-
ta sint, ad persuadendam hanc secundam opi-
nionem, veriorem tamen in puncto iuris cen-
seo præcedentem, vt dixere plures, quos retuli
supra *vers. quod huiusmodi, in fin.* & illam re-
probari met nõ tenendam dicerem inspecto iu-
re nouissimo, *C.et authent.* vt dicebam *supra
96 vers. tertio,* nisi vbique † vigeret consuetudo
contraria, vt in Gallia, & Germania, dixi plu-
res testari, quibus addo *Coler. decis.*135.*nu.*1.
*et seq. Mat.Berlic.conclus.*28. *part.*2.*num.*15.
vsque ad 45. comprobantes tale pactum, quia
reducit nos ad ius antiquum 12. *tabul.* a quo
parum distat, vt idem refert Saxonica consue-
tudo, qua licet debitorem compedibus vinci-
re, & tamdiu retinere donec suis operibus sit sa-
tisfactum creditori, qui ideo cauet liberis, &
vxori de illo consignando, excomputato de-
bito, & in Italia, & Romæ præcipue si debitor
se obligetur in forma Cameræ, in cuius formu-
la, quam Gallesius nobis reliquit, adest pactum,
vt debitor carcerari possit, si non soluit quæ sol-
uere promissit, & tradit *idem de oblig. Camer.
quæst.*15. asserens illud esse contra ius, & iuris
97 ordinem, quem ex † consuetudine posse per-
uerti, non est dubium. *l.de quibus, ff. de legib.*
ideo quandoque illam appellaui orbis, & homi-
num latentem tyrannum, *de laudem.lib.*3. *q.*58.
& dicendum in debitorem potius exequi tale
pactum vi consuetudinis, quam efficacia pacti,
98 quia quoties quid cõfirmatur † attenditur con-
firmans, & non confirmatum *Rom.l.*1.*ff.de re
iudic. num.* 17.*et seq. Gratus*, *cons.* 72. *lib.*2.
*num.*6. *et* 7. *Cresent. decis.* 1.*de action.num.*2.
*et decis.*15.*de re iud.*
99 Valido itaque existente pacto † de carcerãdo
debitore non explente promissa die conuenta
ex vi consuetudinis, quæ illud approbauit, ex
relatis supra in examine præcedentis opinionis
vbi etiam dixi an valeat statutum pacto con-
forme.
100 Ampl. præsertim si fuerit † conuentum, vt
adueniente die solutionis debitor carcerari pos-
sit absque alio processu. *Bald. l.Titio* 70.§.*Ti-
tio,*2. *ff. de cond.et demonst. in fin. Rebuf. de
litter. oblig. art.*11.*glos.*3. *num.*5. asserens de
stylo Franciæ fieri vnicam citationem ad soluẽ-
dum. *Coler.de proces.part.*1.*cap.*6. *num.*60. *&
seq.* probando tale pactum de iure esse validum.
Thesaur. tamen decis. 26. *numer.* 6. *circa med.*
vult requiri præceptum iudicis.
101 Ampl. de quo vis † contractu agatur. *l.*3.*C.de
pigno-*

pignor. vbi Bart. num. 10. *Neguf. de pignorib.* 4. *parc. prin. num.* 12.

102 Ampl. præsertim † vbi tale pactũ sit iuratum. *Aret in. l. maritum. § eleganter ff. solut. mat. n.* 7. *verſ. Ideo Io. Imol. Io. Fab. § fin. Inſt. de iur. perſonar. num.* 7. *Guid. pap. deciſ.* 51. *aliquis. n.* 1. *Serafin. de iurament. priuileg.* 77. *nu.* 21. *& ſeq.*

103 addendo fortius † procedere in clericos, quia strictius iuramentum debent seruare, *& priuileg.* 91. *num.* 7. exemplo beneficij cessionis cui

104 † cum iuramento renunciari potest, vt dixi ibidem *num.* 4. *et* Rota *deciſ.* 31. *in antiq. nu.* 4.

105 Ampl. vt virtute huius pacti creditori liceat post carceratum † debitorem, deinde illius etiã bona capere & è contra captis bonis capere etiã personam. *Guid. papa ſingul.* 105. *ſi aliquis Rebuf. de litter. obligat. Artic.* 11. *gloſ.* 3. *num.* 8. *et* 12. eam asserens rationem quia plura remedia ad eumdem finem tendentia possunt simul cumulari.

106 Ampl. vt debitor carceratus † ex hoc pacto, non sit relaxandus datis fideiussoribus idoneis, nisi soluat. *gloſ. fin. l. fin. ff. ſi cert. petat. Rebuf. de litter. obligat. art.* 11. *gloſ.* 3. *nu.* 10. *et ſeq.* eam afferens rationem, ne de obligationibus fiant obligationes, seu vt ego addo ex litibus, fiant lites. *Coler. relato Rebuf. de proceſ. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 122. *in fin. et* 123. respondet obiectis suadet tamen acceptandos oblatos fideiussores.

107 Ampl. vt capi etiam † possit fideiussor cum ipso debitore, si vterque sit obligatus cum hoc pacto, & renunciatum fuit beneficio. *auth præſente C. de fideiuſ. Rebuf. de litter. obligat. Art.* 11. *gloſ.* 3. *num.* 24. *et ſeq.* vbi ampliat, etiam, si fideiussor appellasset, quia ea appellatione non non iuuaretur reus.

108 Ampl. vt debitor ex relato † pacto carceratus, non sit relaxandus absque mandato iudicis, quamuis creditor consentiat excarcerationi; *Iacob. de S. Georg. in l. neque impuberes §. qui in ius ff. de in ius vocand. num.* 4. *et Angel. nu:* 1. *idem dixerant Bart. in d. l. Neque num.* 3. & docto de consensu creditoris iudex absque alia discussione mandat carceratum excarcerari, & ita practicatur in Rom. Curia.

109 Ampl. etiam si tale pactum † sit factum cum clerico, modo carceratio fiat a Curia Ecclesiastica. *Io. Fab. in § fin. Inſt. de action. nu.* 4. addendo, quod ideo non est detinendus in vinculis, nec clauso carcere. primum vidi seruari, secundum vero nequaquam. Romæ tamen vidi Clericos esse exemptos à solutione qua grauantur layci si volunt gaudere laxiori carcere deambulando per omnes stantias, & mansiones carceratorum. *Rebuf. de litter. obligat. art.* 11. *gloſ.* 3. *num.* 5. refert suo tempore Clericos debitores monitos à iudice ad soluendum, si non obtemperabant capi, & duci ad carceres iudicis ecclesiastici.

110 Ampl. ijs omnibus casibus † quos retuli proximo & antecedenti. *§.*

111 Ampl. etiam si obligatus † possideat multa bona. *Zacbiat ad Galleſ. de obligat. Com. quæſt.* 15. *num.* 1. Sed an possit carcerem euitare, si offerat idoneam cautionem, vel bona stabilia, quæ sub hasta vendantur videndus, *Coler. de proceſ. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 116. *et ſequent. pluribus.*

Romæ tamen vbi singulis hebdomadibus fit visitatio carcerum præsentibus Vrbis Gubernator Carcerum præside audocato, & procuratore fisci, & pauperum, & alijs Prælatis, & personis admissis ad opus istud pium, siler penitus rigor 12. Tabul. & offerente carcerato impotente tue ad soluendum, cautionemde soluendo debitum quo detinetur, per partes: vel infra certum tempus, carcere soluitur, sæpius cum incommodo creditoris, & ideo quid renouandum de antiqua, & fundamentali lege Romana.

112 Limit. vbi tale † pactum esset conceptum cum muliere, vt dixi *infra* §. 8.

113 Limit. vbi tale pactum † esset conceptum cum Doctore, vt dicam infra *§.* 19.

114 Limit. vbi tale pactum † esset factum cum aliqua ex personis, quæ non tenentur vltra quã facere possit, vt dixi *§.* antecedenti in fin.

115 Limit. vbi carcer est nimium † durus, & inde euidens periculum mortis carcerati subesset, quia carceratio in ciuilibus debet esse quædam detentio in aperta & libera custodia, ex qua non sequatur crudelitas, vel immanitas, vel salutis æternæ dispendium. *Rota deciſ.* 31. *de ſent. & re iud. nu.* 4. *in antiq. Serafin. de Iurament. priuileg. num* 3. *poſt med. Coler. de proceſ. par.* 1, *cap.* 6 *num.* 101. *& ſeq.* concludens carcerem debitorum non soluentium debere esse ad custodiam, & alio nomine vocari obedientialem, & ciuilem correctionem, tædialem potius, quam pœnalẽ, addendo *ex Io. de plat. in l. nemo carcerem. C. de ex action. tribut.* liberum esse iudici deputare debitori, pro dignitate personæ, etiam domum priuatam, vel publicam pro carcere, vel etiam totam ciuitatem, & si aliter fiat posse appellari a tali carceratione, nisi appellans sit fraudulentus decoctor. & ita fuisse iudicatum *teſtatur num.* 103. latius tamen examinat articulum interponendæ appellationis. *Veſembec. conſ.* 43. *p.* 1.

116 Limit. vbi tale pactum † est factum cum eo, cui stipulans reuerentiam debet, vt dixi infra §. 10.

117 Limit. vbi fuit conuentum † aut debitor carcerari, & capi possit ab ipsomet creditore, vt dixi infra *cap.* 14. §. 11.

118 Limit. vbi captura † decernitur ab incompetenti iudice. *Neuiz. conſ.* 52. *num.* 14. *& ſeq.*

119 Limit. vbi quis factus † est non soluendo casu, seu fortunæ vitio, vt pluribus relatis concludit in casu quo extaret statutum huic pacto conforme *Mat. Berlic. concluſ.* 28. *p.* 2. *nu.* 45. *& ſeq.*

120 Singulare vnum addo quod † carceratus ex pacto non potest pro alio debito recommandari, nisi pro fisco. *Io. de Plat. in l. nemo carcerem C. de exactor. tribut. l.* 10. *num.* 23. *circa fin. verſ. & ideo.*

Post hæc scripta deuenit ad manus meas *tractat. Baldaſar Gomez Amueſcu de poteſt at in ſe ipſum quilib.* 2. *c.* 20. examinat materiã nostri pacti diligens lector conferat vtriusq. scripta & gratias habeat laborãti in sua causa sine mercede

§. VI.

SVMMARIVM.

Res magni valoris, non potest capi in exequutionem iuditati si illa non sit crediteri hypothecata. 1.2.*& quare.* 5. 10. *Ampl.* 3.4.7.8.9.12. 13.14.15.25.*Limit.*16.17.18.25.

Exequutor testamenti, non potest vendere rẽ magni pratij, vt soluat exiguum legatum. 5. *ampliat.* 6.

Retractus ius, vbi conceditur intelligitur pratio restituto, 11.

Exequutio facta in re, magni pratij pro debito exiguo, an sit reuocanda ex capite nullitatis, 19. *distingue* 21. 22.23.24.25.

Consuetudo, vel stylus, an induci possit, vt debitor morosus absque iudicis mandato carceri mancipari possit ab apparitoribus. 26

DIxi supra *cap.*8. *vers. quoad primum*, pro exiguo debito capi posse, in causam iudicati, bona debitoris magni valoris, si illa in genere, vel in specie sint creditori hypothecata, præsertim cum obligatione Camerali, agendum hic, an idem liceat si ad fa-
1 uorem creditoris † non adsit hypotheca: & licet *Arnold.* Ferron. *ad consuet. Burdegal. cap. fin. col.*3. *vers. sed cum lex.* relatis plusibus nihil concludat.

2 Negatiuem † tenent *in l. a diuo Pio*, §. *in venditione. ff. de re iud. Imol. num.* 11. *in princ.*
3 *Ias. num.* 10. *in prin.* addendo procedere, † siue agatur de re mobili, siue stabili *Vinc. de Franc. decis.* 461. *dubitatur, num.* 9. *in fin.* concludens *ex glos. & Angel. in l. quamdiu*, C. *de distract.*
4 *pignor.* non esse in bona fide, qui † pro exiguo debito, vendit rem magni valoris.

5 Comprobatur hæc negatiua ex his, quæ sunt recepta † in exequutore vltimæ voluntatis, qui non potest rem, quæ pluris æstimetur distrahere, vt satisfaciat voluntati testatoris in re leui. *glos. Bald. in l. penult.* C. *quando decreto opus est*, quam notabiliter *Bart. in l. alio*, 9. *ff. de alim. et & cibar. legat.* extendit etiam si exequutori
6 † data esse plena, & libera facultas, addendo alienationem factam posse reuocari, & exequutorem non esse in bona fide. *Socin. cons.* 131. *lib.* 1. *nu.* 11. *Bart. auth. hoc ius porrectum*, C. *de Sacros. Eccles. num.* 16. *& in l. creditori, ff. de dist. pignor. Menoc. de arb. Iudic. casu* 282. *cum. de, num.* 34. *Aluarez in Specul. princip, vers. nec potest Episcopus.*

7 Ampl. quod capta re magni valoris † pro exiguo debito liceat appellare. *Bartol. in l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iud. num* 5. *in fin. & Alex. num.* 5. *&* 4. *Vinc. Hercul. num.* 11. eam afferentes rationem, quia dicitur excessum in exequendo, addendo quid seruetur de iure hodierno.

8 Ampl. siue res magni † valoris sit mobilis, siue immobilis. *Bartol. l. a diuo Pio*, § *in venditione, ff. de re iud. num.* 5. *Alexand. num.* 4. *post princ.*

9 Ampl. vt venditio deinde † subsequens subhasta, sit reuocanda tanquam iniusta. *Bart. in l.* 2. *C. de fid. instrum. & iui. hast. fiscal. lib.* 10. *num.* 2. eam afferens rationem, quia præsup-
10 ponitur facta † in fraudem. *Gama decis* 40. *in princ. vers. & memini subdens num.* 1. rationẽ, & dissentientes *Ferron. ad consuetud. Burdegal. lib.* 2. *titul.* 13. *vers. sed cum lex.* restituto tamen emptori prætio soluto. *l.* 1. C. *si vend. pignor. agat.* nam nunquam conceditur ius re-
11 tractus, † nisi restituto prætio. *l. si minori*, C. *de iur. fisci. l.* 2. C. *de rescind. vend. l. penult ff. de rescind. vendit. l. final.* §. *fin.* C. *si aduers. fiscum. Cast. l.* 1. C. *de vsufruct. num.* 5. latius tamen casum restitutionis prætij in casu retractus intẽtati contra fiscum, vel ab ecclesia examinat. *Odofred. in l. si minori*, C. *de iur. fisci lib.* 10. *n.* 8. *& seq.* & dixi *supra hoc cap.* 11. *versic, limita*, vbi excipiens.

12 Ampl. præsertim, † vbi aderant aliæ res, quæ capi, & vendi commode poterant ad extinguendum exiguũ debitum. *glos. in l. quãdiu*, C. *de distract. pign. l. magis puto*, §. *itẽ prætor, vers. et ne propter æs alienũ modicũ possess. magna distrahatur, ff. de rebus eorum. Gama decis.* 40. *n.* 8.

13 Ampl. etiam vbi exequutor † ex se ipso, & non instante creditore capit rem magni valoris, pro exiguo debito. *Gama decis.* 40. *duo sunt, nu.* 9. *vers. sed loquor.*

14 Ampl. vt resisti possit † exequutori volenti, pro paruo debito capere rem magni valoris, vt *ex Ias. in* §. *quadrupli inst. de action. num.* 4. *et* alijs plusibus voluit *Paul.* C*hristin. ad consuet. Meclinens. titul.* 7. *artic.* 18. *num.* 9. *& ex Rebuf.* referunt addentes ad *Gamam decis.* 40. *n.* 5. *in fin.* addendo eam praxim non seruari apud Lusitanos, sed remedio appellationis agi ad reuocationem, & idem suadeo fieri in Vrbe, & toto dominio Ecclesiastico, vbi grauea sunt cõstitutæ pœnæ in impedicates exequutores, qui vltra quam par est, ideo sunt facti audaciores.

15 Ampl. etiam vbi erat † diuisibilis, & alia bona non extabant. *Alex. ad Bart. l. quamdiu*, C. *de dist. pignor.*

16 Limit. vbi non extabant † aliæ res, quæ in causam iudicati capi possent. *Bart. in l. a diuo Pio*, §. *in venditione ff. de re iud. num.* 5. & concludunt addentes ad *Gamam decis.* 40. *in fin.* & idem *Gama ibidem nu.* 7. *Galganet. de iur. publ. lib.* 2. *titul.* 51. *num.* 21.

17 Limit. vbi res magni valoris † datur exequutori ab ipsomet debitore, addentes ad *Gamam, decis* 40. *num.* 15. nam cum ordo faciendæ exequutionis sit constitutus fauore debitoris, vt tradũt *DD. in l. a diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re indic.* quilibet potest renunciare fauori suo. & volenti, & consentienti non fit dolus, nec iniuria: iuribus notissimis, & ita apud Lusitanos cautum esse statuto refert *Gama decis.* 40. *duo*
18 *num.* 5. addendo procedere † etiam si deinde debitor agendo, vel excipiendo de iniustitia exequutionis, probaret habuisse, tunc res viles, quæ possunt vendi, & capi, Ideo cautus sit creditor,

ditor, vt faciat in actis registrari, quod res magni valoris fuerit consignata exequutori ab ipso debitore, alias non euitat exequutionis factæ reuocationem.

19 An autem exequutio facta † pro exiguo debito, in re magni valoris, sit ex capite nullitatis reuocanda, multa hinc inde deduci possent, ex his quæ tradunt doctores, in eo assumpto, an
20 actus contra legem factus † non habens clausulam Decreti, vel annullantem actum, secus factum, de quo late agunt. *Puteus decis. 330. lib. 1. num. 6. & seq. Dec. in l in ambiguis, §. non est nouum, ff. de regul iur. nu. 6. & seq. plurib. & in cap. 2. de testib. num. 11. & seq. pluribus.*
21 Addentes ea men† ad *Gamam decis. 40. in prin.* concludunt si exequutor mala fide, & dolo capiat rem magni valoris, pro exiguo debito, & illa vendatur, vbi aderant alia bona, quæ capi, & distrahi poterant, vel alias colludat cum creditore, vel illi rem gratam facere vellit, quod si debitum erat fiscale, venditio sit nulla, & reuocanda, quamuis solemnia interuenerint. Si ve-
22 ro talis exequutio cum subsequenti venditione facta fuit pro debito singularis personæ, tunc sit valida, licet tanquam iniusta, remedio appelationis sit reuocanda, & si emptor fraudis
23 fuerit particeps, obligatur ad restitutionem rei, cum fructibus perceptis, & percipiendis, facta excussione bonorum exequutoris, qui cōscius fuit fraudis, modo cœtera solemnia interuenerint, alias venditio erit nulla. Quæ limito
24 si vendita fuit † res pupilli, etiam prætore auctore; in totum, vel in parte, modo adesset alia res, quæ posset vendi, vel aliter satisfacere debitori, & non fuerit tota vendita, si partis reperiebatur emptor. *Alex. ad Bart. in l. fin. C. de distract. pignor.*
25 Post hæc scripta deuenit ad † manus meas *tract. Mauson. de caus. exequut. qui cum q. 2.* examinet præcedentem difficultatem, si quid omisi, ad eum curiosum remitto, dum idem *quæst.* 3. pariter egit, an induci possit stylus,
26 vel consuetudo, quod debitor in casu moræ possit à familia prætoris, absque illius mandato carcerari.

§. VII.

SVMMARIVM.

Iudex iudicare debet, prout partes conuenerint. 1. *intellige.* 8. 9. 15.

Sententia ferri potest sine scripto, si partes consentiant. 1.

Testibus non iuratis datur fides partibus volentibus. 2.

Scripturæ, seu instrumento informi datur fides, partibus consentientibus. 3

L. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. partes renunciare possunt, 3. *in fin. contrarium* 11. *intellige.* 22.

Actum inualidum possunt partes facere validum, 3

Ordo iuris, non potest omitti consensu partium 5. *Ampl.* 7. 10. 14. *Limit.* 15. 16. 17.

Testes perperam examinati, non possunt haberi pro recte examinatis partibus consentientibus. 6

Ordo iuris, non potest mutari, sed peruerti a partibus. 7

Instrumenta non habent paratam exequutionem. 12. *ampl.* 13

Tacit & expressi par est virtus. 18. 19. *ampl.* 23. 24.

Calumniæ iuramentum tacite remitti potest expresse autem nequaquam. 20

Ecclesiæ præiudicari potest Prælatus tacite, expresse autem nequaquam. 21

Pactum expressum excludit personam a iure, tacitum autem nequaquam. 25. *limit.* 26. 27. 28

Expressum dicitur, quod colligitur in consequentiam expressorum. 29.

Longus esset sermo, si referrem, quæ comprobant limitationem, quam constitui regulæ firmatæ supra hoc vndecimo capite, dum dixi illam cessare, quoties partes renunciant ordini faciendæ execucionis, sed breuitati studendo referam tātum aliqua præcipua-
1 nempe quod sicuti iudex iudicare† debet, prout partes conuenerint. *l si conuenerit, ff. de re iud.* sententiam in scriptis non ferendo, licet ad illius validitatem requiratur scriptura, *l. 2. C. de sent. ex breuiloq. recitan. Bart. in l. quoties, C. de priuileg schol. lib. 10. Afflict. decis. 191. Ab-*
2 *bas num.* 7. dando fidem testibus non iuratis † quamuis iuramentum sit de substantia examinis testium. *l iuris iurandi C. de test ibus. Ias. in rep. l. admonendi, ff. de iureiur. num.* 213.
3 *vers. sed hoc, & num.* 223. quod credat † copiæ instrumenti, vel alterius scripturæ informi. *Bal. in auth si quis in aliquo C. de edend. numer.* 3. *Ianuens. decis.* 78. *in causa num.* 10. quod præstet fidem dicto alicuius absque alio adminiculo. *Afflict. decis.* 91. *iterum num.* 14. vbi refert alia similia, quæ potest iudex ex consensu partium aduersus regulas iuris. Ita dicendum, quod partes, renunciare possint ordini dato in *l. a diuo Pio, §. in venditione, ff de re iud. arg. l. 3. C. de pignor. glos. cap. de causis verb. consen-*
4 *de offic. de leg.* & quia partes possunt actum inualidum facere validum, vt ex *Bald.* concludit *Afflict. decis.* 19 *iterum, num.* 14. *in fin.*
5 Attamen cum iuris ordo † non possit partium consensu omitti *l ius publicum, ff de pact. Bald. in auth. si quis in aliquo, C. de edend. num.* 3. *in fin.* concludens cum *Innoc.* quod licet quis cōsentiat publicationi testium, si illi non fuerint
6 recte examinati † talem consensum nihil operare, quia est de substantia iudicij. *Ias. l. quæ de legato, ff. de legat.* 1. *num* 7. subdens quod ideo
7 † pactis priuatorum non possit mutari, nec etiam remitti, licet possit peruerti. *Roman. testans de communi singul.* 770. *communis Socin. in cap.* 1. *de libel oblat. nu.* 21. Nam quamuis iudici data sit potestas, vt in iudicando sequatur veritatem, nisi tamen quis ore proprio
8 expres-

expresse fateatur debitum, minime, absque iu-
ris solemnibus damnari potest. *Bart. l. credito-
res, C. de pignor. Afflict. decis.* 191. *Abb. nu.* 9.
9 alias † condemnatoria sententia est nulla. *cap.*
10 1. *in summ.* 2. *quæst.* 1. Ideo ordini iudiciario,
quis minime renunciare potest, *glos. in clem.
sæpe de verb. signif. verb. & necessario. Special.
sentent. prolat. §. iuxta vers. quid si de partium*
quem sequitur *Capel. Tholos. decis.* 353. *Alex.
& Ias. in l si conuenerit, ff. de re iud. Bald. l. de
quibus, ff. de legib. Dec. l. nec ex prætorio, ff. de
regul. iur. num. 3. Bocr. singul. §. renunciatio,
num.* 2.

11 Propterea cum dispositio † *d. §. in venditione,*
respiciat ordinem, & exitum iudicij, dubia satis
videtur relata limitatio, addito præsertim eo,
quod cum de iure communi instrumenta, non
12 † habeant paratam exequutionem. *l. minor
viginti quinque, ff. de minorib. Bald. in repet.
l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. q.* 20.
13 non valet pactum † incontrarium factum, *Ias.
in l quæ de legato, ff. de legat.* 1. *numer.* 6. *in fin.*
quem sequitur *Franc. Bec. cons.* 17. *in casu nu.*
1. *vers & producit.* Serafin. *de iurament pri-
uileg.* 77. *num.* 4. *Thesaur. decis.* 26. *num.* 6. *in
14 princ.* & si causa sit ordinaria † minime possunt
partes renunciare solemnibus iudicij ordinarij,
& conuenire, vt summarie, seu extraordinarie
procedatur, vbi cæptum est agi ordinarie. *Spec.
de libel. concept. §.* 9. *nunc dicendum. numer.* 8.
& pluribus cumularis probat *Marant. in prax.
part.* 4. *distinct.* 9. *in fin. vers. quid autem, n.* 213.
15 declarando † tamen si partes vellit, vt proce-
dat tamquam iudex, secus si tanquam arbiter.

Tenendo cõstitutam limitationem facilis est
responsio ad ea, quæ retuli, vt illa firmior re-
16 maneat, nempe procedere † in ijs, quæ sunt de
de substantia iudicij, vt declarant. *Io. And. Abb.
& alij relati ab Afflict. decis.* 191. *Abbas nu.* 8.
17 secus quoad consequentia sententiæ, seu † vt di-
stinguit *Canar. de exequut. instrum. quæst.* 32.
non valet renunciatio ordinis faciẽdæ exequu-
tionis, si per illam detur facultas parti exequẽ-
di, secus si mandante iudice, tamquam exequu-
tore eorum, quæ partes conuenerunt. *Felinus
in cap. ex officij de præscript. num.* 34. *Thesaur.
decis.* 26. *num.* 6. *circa med.* & conferunt dicta
hoc cap. supra §. 5. *vers. contrarium, vsque
in fin.*

His constitutis dubitari potest, an opus sit
18 expressa † renunciatione, vel potius sufficiat ta-
cita, & quamuis ex regula, quod taciti, & ex-
19 pressi par † sit virtus *l. cum quid, ff. si cert. pe-
tat.* imo in iudicialibus multa licent tacite, quæ
expresse facta non subsisterent. *Afflict. decis.* 191
Abbas num. 7. *in fin.* concludens iuramentum
20 calumniæ tacite posse remitti, expresse autem
nequaquam. *Alex. cons.* 5. *si vera lib.* 5. *num.* 1.
21 concludens † Prælatum administratores ciui-
tatum, & aliorum negotiorum posse tacite no-
cere mandanti, expresse autem nequaquam.

22 Attamen, quod requiratur expressa † renun-
23 ciatio, probatur, quia agitur de actu annulando,
quo casu cessat taciti, & † expressi paritas. *Ri-
pa in l. si plagij, ff. de verb. obligat. num.* 4. *Gabr.
cons.* 56. *quæstio, lib.* 1. *num.* 9. *Surd. cons.* 223.
publicatis, nu. 22. *circa med. & cons.* 331. *an-
ceps, num.* 35. Nec obstant, quæ de tacita renũ-
24 ciatione considerabam, quia cum exclusio † ho
minis à beneficio legis sibi concesso pendeat
ab illius voluntate, & animo, & ideo non ex-
tendatur; & per necesse. *Surd. de aliment. tit.
quæst.* 16. *num.* 27. *& seq. pluribus*; nullatenus
ex actu expresso, ad alium effectum facto, infe-
rendum est ad actum tacitum, qui ab expresso
consequi potest, vt pluribus concludit *Surd. d.
quæst.* 16. *num.* 29. *& seq.* & ratio est, quia
25 expressum † pactum excludit personam a iure,
tacitum autem, nec includit, nec excludit. *l.
26 qui tacet, ff. de regul. iur.* nisi concurrat † lon-
gi temporis cursus. *l. cum de in rem verso, ff. de
vsur. l. aduersus, C. eod. l. præses, C. de transact.
cap. de quarta de præscript.* vel aliud accidens,
veluti si instrumento sit appositum iuramentũ
27 decisorum, nam idem esset, ac si expresse con-
uentum fuisset, vt exequutiue aduersus regulas
iuris agi possit, & renunciatum ordinario iudi-
cio. *Thesaur. decis.* 26. *instrumenta, numer.* 7.
28 *vers. sed vt breuiter,* † vel addita esset clausula
quod pro obseruatione promissorum partes cõ-
senserunt in mãdatu exequutiuo vnica citatio-
ne præcedente, nam tunc censetur renunciatũ
iudicio ordinario, & exequutiuo procedi potest
etiam, quod non adesset obligatio Cameralis,
vel cum guarantigia, vel a statuto, instrumentũ
non haberet paratam exequutionem. *Zacbias
de obligat. Cameral. quæst.* 34. *numer.* 10. *&
29 seq.* expressum enim † satis dicitur quod trahi-
tur necessario in consequentiam expressorum.
l. nominis, ff. de verb. signif. Nata cons. 652.
numer. 4

CAP. XII.

SVMMARIVM.

*In exequutione rei rei iudicatæ, capienda sunt bo-
na, & personæ, quæ licet capere, alias exequu-
tio est nulla.* 1. 3. *ampl.* 2. 5. *intellige.* 6. 7.
Exceptio firmat regulam in non exceptis. 4.

OBseruandum est duodecimo a diligenti,
& cauto causarum patrono, vt in exe-
1 quutione rei iudicatæ capiantur † bona,
quæ capi possunt, alias facta exequutio est nul-
2 la, & quia omnia censentur † permissa, nisi spe-
cialiter reperiantur lege prohibita. *glos. l. nec-
non, §. quod eis, verb. prohibeant. item nota
ff. ex prib. caus. maior Alex. in l. gallus, §. fin.
ff. de liber. & post. num.* 9. *Rofred. Beneuent.
quæst.* 23. *num.* 2.

Ideo constituta generali regula, vt omne
3 genus rerum † capi possit in causam iudicati, vt
volunt *Marant. in prax. part.* 6. *§. tertius &
vltimus, n.* 28. *Carpan. ad stat. Mediol. cap.* 250.
nu. 1. subdam limitationes, vt istis temporibus
loquimur, velut exceptionibus, illa firmius
4 † firmatur *glos. in l. quæsitum, §. item respondit.
verb.*

verb.non poteſt non videri,verſ.et ſic nota,ff.de fund.inſtruct. Alex in l.ſenſum,C.qui teſtam. fac.poſſ. num.4.in fin. Dec. in l. vnic. C. *de mand.princ. num.*13. *Brun. conſ.* 38.*num.*4. videndus.*Carp.ad ſtat.Mediol.cap.*250. vbi referetplura,quæ capi nõ poſſunt in cauſa iudicati.

5 Ampl. præſertim vbi exequutiue, † vel ordinario iudicio actum fuit actione perſonali ad dãdum præſtandumue, quæ fuere conuenta, & promiſſa.

Intellige de rebus,quæ ad condẽnatum ſpectãt,& ab illo poſſidentur, vt dixi *ſupra cap.* 11.

Limit. in libris ſcholariorum, vt dixi *infra* §. 1.

Limit. in libris Doctorum,vt dixi *infra* §.2.

Limit. in equo armis, & alijs militaribus inſtrumentis, vt dixi *infra* §.3.

Limit. in ſtypendijs militum, vt dixi *infra* †.4.

Limit. in fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorũ, vt dixi †.5.

Limit. in bobus aratoribus, & reliquis inſtrumentis ad agriculturam neceſſarijs, vel vtilibus vt dixi §.6.

Limit. in veſtibus, & alijs ſimilibus debitoris, vt dixi §. 7.

Limit. in molendinis, & animalibus conducentibus fruges ad molendum, & dixi §.8.

Limit.in affixis ædibus, vt puta portis,feneſtris,tegulis, & reliquis integrantibus domum, vt dixi. §. 9.

Limit. in fructibus feudi, vt dixi. §. 10.

Limit. in fructibus bonorum emphiteoticorum, vt dixi §. 11.

Limit. in ijs, quæ ſunt debita condemnato alimẽtorum cauſa, vt dixi *infra*.§.12.

Limit. in rebus condemnati a layco iudice, quæ reperiuntur in Eccleſia, vt dixi *infra* §. 13.

Limit. in rebus ſacris, vt dixi *infra* §.14

Limit: in rebus ſanctis, & religioſis, vt dixi *infra* §. 15.

Limit in inſtrumentis artificis, vt dixi. §. 16.

Limit. contra non nominatum in ſententia, vt dixi ſupra *cap.* 2.

---

§. I.

SVMMARIVM.

Libri ſcholarium, capi non poſſunt. in exequutione rei iudicatæ. 1. *& quare* 4. 5. 6. *ampl.* 2. 8.10.11.12.13.14.15. *Limit.* 16.17.18.19. 20. *Non obſeruatur in* Vrbe. 3

Gloſ. in l.exequutores, C.*qua res pign.oblig.poſſ. declaratur.* 3.

Cap. locupletari de regul.iur.limitatur. 4.

Marſil. reprobatus. 2

Debitor ſi poſt ceſſionem bonorum acquiſiuit, capi illa poſſunt a creditore. 12

L.ſed licet, ff.de offic. præſid. declaratur. 5.

PRima itaque limitatio conſtitutæ regulæ erit, vt in caſu exequutionis ſententiæ latæ contra ſcholarem † non poſſint capi illius libri,vt firmauit *gloſ.in l.nepos procult.verbo dignitate,ff. de verb.ſignif.* quam ſequitur *Iaſ. in l.*2. §.*mutui,ff.ſi cert.pet.num.*8. *verſic. octauo. & in l.ſi non ſortem.* §.*ſi centum, ff. de cond.indeb.n.*10.*circa med.verſ. licet regulariter,& in* §. *item ſeruiana,inſt.de action. nu.*65 Rebuſ.*de litt.oblig.art.*2.*gloſ.vnic. nu.*65.*& in tract. de priuil.ſcholar.priuil.*113. vbiq; quam plures idem firmantes refert *Ferret.de Gabel. n.*533.*Marant.in prax.c.fin.n.*46. Horat.*Lut. tractat.de priuil ſtudẽt.priuil.*32. *Afin.in prax.* §.31.*c.*2.*limit.*36. qui vna cũ Lutio, plures rationes refert *Bern.*Scodob.*in repet. auth. habita l.neſilius pro patr.in* §.*venient. & in eo, nu.*23. *Bal in rub.*C.*qui bon.ced.poſ Rebuſ.d.art.*2. *& gloſ.vnic.n.*95. Parlad.*rerum quotid.lib.*2. *cap. fin.*5.*part.*§.3.*n.*18. *Benincaſ tract.de paupertat.quæſt.*8. *in contract. priuileg.*4. *numer.* 10. *Aſin. in prax.* §.31. *limit.*36. & Mediolani generale eſt Statutum, vt libri non capiantur in exequutione rei iudicatæ.*c.*253.*& ibi Carpan.*

2 Ampl. etiam ſi nihil aliud † ſcholaris haberet in bonis, vnde poſſet ſatisfacere ſuo creditori. *Rebuſ tract.de priuileg.ſcholar. priuileg.* 113. *verſ. Ampl* vbi reprobato M*arſil.* aliud volente, auctoritate. *gloſ. in l.exequutores*, C. *quæ res pignor. obligat poſſunt*, & ne ſcholaris locupletetur cum aliena iactura, concludit di-
3 ctum *gloſ.* non vrgere, quia loquitur in agricultoribus,quorũ conditio non eſt par, nec tale habent priuilegium, & regulam *cap. locupleta-*
4 *ri † de regul. iur.* quia in ſcholaribus ſpes eſt, quod ſint futuri ſoluendo, & ſtudium non permittit ſtudentem viuere in paupertate,nec in æguſtate mon. *§ final. auth.de hæred. & Falcid.* adeo, quod cum perfectis ſtudijs, veriſimiliter fieri poſſit ſoluendo, creditor, ex mora ſcholaris, non afficitur damno conſiderabili.*l.ſi. debitori,ff.de iudic.*exemplo moratoriæ præſcriptionis,& reſcripti,debitori datur,dilatio quoad ſoluendum, quinquemnal.s. *l.vniuerſa*, C. *de precib. Imper. offer. l.fin.*C *qui bonis ced. poſ.*
5 ac etiam,quia in ſcholari ſtudenti publica augetur vtilitas, quæ non comprehenditur ſub generali ſermone, vt late dixi *infra quæſt.*54. *verſ. octauo*, creditoris ſui iura cõſeruantur,nec quod tempore differtur auffertur. *l. quoties*, C. *de precib. Imper. offered.* § *appellatur.inſt. de act. cap.ancillam* 32.*quæſt.* 2 *cap. nemo deſperan-*
6 *dus. de pœnit diſt.* 7. ablatiſque † libris ſcholari, non aliter, ac nauis ſine malo, vel clauo cogitur naufragari, vel in ſiccum. detrudi. *Parlador. rerum quotidian. lib.*2.*cap fin par.*5. §. 3. *num.*21. *& ſeq. plurib.verſ.ſed opera erit.*
7 Poſt *Marſil contra † Rebuſ* idem voluerunt *Petr. Duen. regul.*75. *relatus lib.*4. *regul. iur.* §.*exequut. limit.*5. ſequendo *Gomeſ.in* §. *item ſeruiana, inſt. de action. num.* 30. qui non de ſcholari, ſed de agricola loquitur, cuius conditio non eſt par, vt retuli ſupra,& ſequẽdo *Marſil.Horat.Lutius tract.de priuileg.ſcholar.priuileg.* 32.*in fin. & Aſin.* cum relatis ab illo, *in prax.* §.31.*cap.*2.*limit.*36. *nu.*3.*et* 4.
8 Ampl.quod ſi in exequutione † rei iudicatæ capti fuerint, detur ſcholari actio dupli, §. *illud in proœm. digeſt.Rebuſ de priuileg.ſcholar.priuileg.*

uileg. 113. *in princ. eam ex Alberic. de statut.*
9 *part.* 2. *quest.* 96. afferens rationem, quia † libri recenfentur inter pretiofa, pro quibus tantum præftatur ftipulatio duplæ.

Ampl. etiam in alijs mobilibus deferuientibus fcholari. *Petr. Pecch. de iure fistend. cap.* 5. *num.* 1.

10 Ampl. vt fi cafu aliquo † capi poffint, fint fcholari reftituendi cum ipfius cautione, quod iufto pretio illos emet. *Rebuf. de litter. obligat. obligat. art.* 2. *glof. unic. num.* 95. *& de priuileg. fcholar. priuileg.* 113. *in princ.* teftans ita fuiffe iudicatum.

11 Ampl. in libris familiæ fcholarium, † quia eodem gaudent priuilegio. *auth. habita*, C. *ne filius pro patr. Io. de Plat. in l. medicos*, C. *de profef. & med. lib.* 10. *num.* 1. *in fin.*

12 Ampl. etiam fi libri † empti fuerint a fcholari, poftquam ceffit foro, nam quamuis debitor qui patrimonij fecit verfuram, fi quid acquirat, creditores experiri poffint iura fua in acquifita. *§. fin. Inftit. de action. l.* 1. *C. qui bonis ceden. poffunt*, tamen ifta facultas ceffat in libris emptis poft ceffionem, vt *ex Bald. in rub. C. qui bon. ced. pof. Mantua in fuo tur. enchiridio, cap.* 209. *vult. Horat. Lutius tract. de priuileg fcholar priuileg.* 31. afferens ita fuiffe iudicatum *Iaf. in §. item feruiata, inft. de action. num.* 65. *Marant. in prax. §. fin. nu.* 48.

13 Ampl. etiam nec pro exequutione † fententiæ latæ in iudicio familiæ herifcundæ, feu hæreditatis paternæ, vel maternæ diuidundæ. *glof. in l. fi filia cuius C famil. hercif. Bald. in l fi donatione in fin. C de collat. Dyn. & Bart. in l.* 1. *§. nec caftrenfe, ff de collat. bonor. Cuman. conf.* 40. *num.* 5. vbi de communi eum alijs cumulatit ab *Horat. Lutio tractat de priuileg. fcholar. priuileg.* 27. vbi plures rationes refert, & am-
14 pliat † etiam fi lauream doctoratus effet confequutus, vel libri integre non fuiffent foluti, quod fratres debent contribuere, & fiue fcholaris, fit laycus, fiue clericus, vel libri fuiffent empti mortuo patre extantibus fratribus in communione omnium bonorum, vel libri non effent empti, fed deftinata effet pecunia ad illos emedos, & fiue filius fit emancipatus, fiue non; nifi de contraria patris voluntate appareret, vel ille hæreditatem patris renunciaffet, idem repetit *Iacob. Bennius tract. de I. C. priuileg. par.* 3. *priuileg.* 88. *Salic. tamen in l. filia cuius, C famil. hercif. num.* 13. *& feq. plurib.* diftinctione conciliat tenentes in hac ampliatione contrarium.

15 Ampl. nec etiam pro penfione † domus *Iaf. §. item feruiana. Inft. de action. nu.* 65. *& feq. & Angel. num.* 3. *Bennius loquens de libris doctoris in tract. de priuileg. iurifconf. priuileg.* 90. *num.* 2. *part.* 3. *Ribuf. de litter. oblig. artic.* 67. *glof.* 2. *num.* 18.

16 Limit. vbi fententia lata † effet occafione librorum, vt puta quia a non domino empti, vindicantur, nam lata fententia in iudicio rei vendicationis demandabitur exequutioni in libris, de quibus præceffit cognitio. *l. ii. a quo, et l feq. ff. de rei vend.*

17 Limitat. in fententia lata † pro expenfis funeris fcholaris defuncti. *Rebuf. de priuileg.* 113. *circa fin. verf. fallit. Bald. l. in reftituenda*, C. *de petit. hared. num.* 2. addendo dari eorumdem librorum retentionem, quæ eft fpecies exequutio nis fen. entiæ de facto. *Marant. in prax. §. fin. num.* 47. *Iaf. l. fi non fortem, §. fi centum, ff. de condit. indeb. in fin.* fequitur Bald. *in d. l. in reftituenda*.

18 Limit. in fententia lata † caufa expenfarum, quæ factæ fuerint in infirmitate fcholaris. *Bald. l. in reftituenda, C. de petit hared. nu.* 2. quem fequitur *Iaf. in l fi non fortem. §. fi centum, ff. de condit. indeb. in fin. Rebuf. de priuileg. fcholar. priuileg.* 113. *in fin. verf. fallit, & de litt. oblig. artic.* 67. *glof.* 2. *num.* 19.

19 Limit. in fententia lata contra † fcholarem caufa alimentorum fibi præftitorum. *Rebuf. de priuileg fcholar. priuileg.* 113. *in fin. & de litter. oblig. artic.* 67. *glof.* 2. *nu.* 19.

20 Limit. vbi fententia lata eft contra fcholaré, qui ftudijs non vacat, nam cum deficiat caufa priuilegij, ceffare debet omne priuilegium conceffum fcholari. *Rebuf. de priuileg. fcholar priuileg* 113. *in fin. verf. fallit. Tiraquel. tractat. ceffante cauf part.* 1. *num.* 213. *& feq.* vbi refert dmentientes, quos reprobat. *Afin. in prax. §.* 41. *cap.* 2. *limit.* 36. *num.* 6. qui refert omnes congeftos *a Tiraquel.*

21 Limit. fi libri capiantur in exequutione † fétentiæ latæ in fcholarem, poftquam ille eft mortuus. *Horat. Lutius tract. de priuileg. fcholar. priuileg.* 32. *in fin.* eam afferens rationem, quia priuilegium iftud, quod minime capi poffint libri in caufam iudicati, eft perfonale, ftudij caufa conceffum, quare morte fcolaris, cum fit extincta perfona priuilegiata, & deficiat caufa priuilegij, ceffare etiam debet priuilegium.

§. II.

SVMMARIVM.

Libri Doctorum, non poffunt capi in exequutione rei iudicata. 1. *& quare.* 6. *& feq.* 9. *& feq.* 52. *&* 14. *Ampl.* 15. 16. 18. 21. 22. 23. *Limit.* 24. 25. 27.

Doctores non conueniuntur nifi in quantum facere poffunt, & gaudent omnibus priuilegijs militum armatæ militiæ 2. *& quare.* 6. *& feq.*

Argumentum a minori, ad maius affirmatiue valet. 7. *ampl* 8

Scire omnes defiderant nullufque eft, adifcendi finis, & meta, 9. *et quare.* 10. 11.

Scientia informat intellectum 11.

Intellectus fine fcientia eft inftar materiæ fine forma. 11

Scientiarum augmento & dignitate crefcit, et cõferuatur vtilitas publica. 13.

L. Aduocati, C. *de Aduocat. diuerf. iud. exornatur.* 16. 17

Medicinæ ars eft nobiliffima, et laudatur. 19

Iurifconfultorum labores graues. 20

Pri-

Priuilegio non gaudet qui sua culpa, vel dolo factus est indignus priuilegio 26

1 Quæ dixi de libris scholarium, eadem sunt dicenda de † libris Doctorum, quos pariter non posse capi in exequutionem rei iudicatæ voluit *Iacob. Bennius tract. de iuris consult. priuileg. part. 3. priuileg. 90 nu. 1. Ripa in l. miles ff. de re Iud. nu. 5. & seq.* concludendo
2 illos non conueniri nisi † in quantum facere possunt. *& num. 9.* concludit omnia priuilegia concessa militibus armatæ militiæ, extendi ad milites legalis militiæ, idem repetit. *Ias. ibidem num. 9. vers. in secunda part. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. 5. par. §. 3. num. 22. & seq. qui late comprobat. Castagn. & ab illo relati de Benef. Deduct. quæst. 9. ampliat. 1. Battia de Inope debit. cap. 16. num. 151.* & quia aliud vidi passim
3 obseruari in Romana Curia † constitui referre quæ suadeant æquitatem & iustitiam dicti priuilegij, & iniquitatem seu verius abusum dictæ Curiæ à qua si quid boni in politico regimi-
4 ne orbis terrarum † habetur, id illi acceptum referre debemus, & tamē si quæ ibi fiunt nunc, spectemus, cogimur fateri rediisse Proculi I.C. tem-
5 pora, vt non † quod Romæ fit, sed quod fieri debet, sit spectandum. *l. sed licet ff. de offic. præsid. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. delegat. n. 19. in fin.*

6 Primo itaque suadetur iustitia † & æquitas dicti priuilegij, iure non expressi, sed interpretatione prudentum in Romanum orbem receptā, argumento sumpto † à minore, quod affirmatiue valet, & concludit ad maius. *l. fin. vbi Io. de plat C. qui ætat. lib. 10. cap. eum in cunctis vbi gloss. Abb. & reliq. de elect. l. 3. C. de cond. indebit. auth. multo magis C. de sacros. eccles.* præterrim
8 vt in casu nostro † vbi id quod est minus, continetur sub maiori, tamquam species, vel illius pars, & dicendum, si libri Scholaris, qui est in uia ad doctoratum, non possunt capi in exequutione rei iudicatæ, multo minus possunt capi libri doctoris, *cap. cui licet. de regul. iur. Io. And. in capit. non debet aliquis numer. 6. & in cap. non licet num. 3. de regul. iur. in sext.* dum voluit si licet creditori capere debitorem suum suspectum de fuga propria auctoritate, multo magis id erit licitum, si captura fiat ab eodem creditore de licentia iudicis, & si præstatur fides litteris inferiorum collatorum, fortius credendum litteris apostolicis tamquam emanatis à supremo collatore.

9 Secundo cum innata sit cuicumque † sciendi cupiditas, nullusque sit adiscendi finis, & meta *l. apud Iulianum l. de fideicom. libert. quare Bald. in proem feud col. 1. vers. Inter* affirmat, quod postquam publice fuisset ius ciuile, & Canonicum professus quadraginta septem annos, quod tamen non erubescebat quotidie aliquid discere, & tamquam famelicus micas de ore sapientum cadentes ruminare, nec audere dicere cum Apostolo. *ad Corint. cap. 13.* Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus, quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruu-
10 li, & ratio est quia † omnia naturalia habent inclinationem ad propriam operationem, in qua etiam delectantur, vt aues ad volandum canes ad custodiam, equi ad cursum, & propria hominis operatio est, velle scire, & intelligere. *Arist. 3. de anim. & 1. Ethic. Cicer. 1. offic. &*
11 *Quintilian 1. Inst orat.* scientiaq. informat † intellectum illius, non aliter ac anima informat corpus, intellectus sine scientia est instar materiæ, sine forma. *Abb. in cap. prudentia 22. de offic. deleg. col. 1. vers. supplicat.* Cumq. sine libris impossibile sit in litteris proficisci iuxta illud.

Haurit aquam cribro, qui vult discere, vel docere sine libris.

12 Si concederemus † ob æs alienum Doctoris capi posse illius libros, impeditetur certo illius viterior in scientijs profectus, animis hominum à natura insitus *l. penultim. in fine ff ad exhib.* qui potest esse maior, potius ex visu propriorum, quam aliorum librorum: nam facilius quis reminiscitur quæ legit in suis libris, quam si conquirat in alienis, vt considerat *Alex. cons. 69. lib. 4. num. 4.* quare in proprijs libris propter additiones, & alia adiuuantia memoriam hominis, quæ labilis est. *l. Peregrin. ff. de acquir. poss. ff. Boer. decis. 155. nu. 23. Papiens. in præfat. suæ prax vbi addentes. verb. obliuio.* cadit consideratio singularis interesse. *glos. in cap. 1. § fin. verb. Docuerit de elect. in sext. l. fin. vers. nam illa, ff ad exhib.*

13 Propterea cum augumento † & dignitate scientiarum, publica conseruetur, & crescat vtilitas. *teste Arist. 1. politic.* dum inquit. *Humana natura est multipliciter ancilla, multis angustijs oppressa, ideo inuenta est ars, siue scientia vt suppleat defectum naturæ. D Hieronym. in prolog. Biblia* comparat naturale ingenium molli ceræ, quæ indiget artifice informante. *& Cicer. Tuscul. lib. 1.* dicebat *sicut ager quantum uis fertilis absq. cultura fructus ferre nō potest ita animus sine doctrina & disciplina, nam vt ille intrat corpus, est tamquam tabula rasa omnium rerum nescius, perfectibilis tamen præsidio scientiarum que sine libris comparari non possunt,* Ideo ne tam doctoris, quam auditoris impediatur animi perfectio, aufferri non debent à doctore libri, quia per indirectum impediretur animorum perfectio, in qua stat totius ciuitatis publica vtilitas, decus, & splendor. *auth. Habita C. ne filius pro patre cap. eum ex ex eo §. 1. de elect. in sext. cap. fin. de magistr. l. pro uidendum. C. de postuland* quibus concordat illud *Daniel. cap. 12. qui docti fuerint fulgebūt quasi splendor firmamenti & qui ad iustitiam erudiunt multos, sunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

14 Tertio arguendo a simili quia † si vt infra dicam, in exequutione rei iudicatæ minime capi possunt militum arma, rusticorum boues, aratra, rastra, & cætera ad agricolationem necessaria, eadem ratione, & quia Doctores gaudēt priuilegio militum, *glos. in l. miles, ff. de re Iud. vbi Bart. & reliqui Buerard. in Topic. cap à milit. armat. milit. num. 1. Iac. Bonni de priuileg. I.C. priuileg. 38. part. 2.* non sunt capiendi, vel auffe-

aufferendi doctoris libri, quoad illo impotente ad soluendum non sua culpa, sine dignitate scientiarum, quibus orbis terrarum illuminatur, regitur, & conseruatur, vendeatur sub hasta inter cæteras debitorum quisquilias, cum compendio custodis quoad difficiliores fiant debitores ad soluẽdam, data eidem custodi prælatione in prætio pignorum, quæ vendantur pro taxatis honorarijs, quæ cum alijs prius factis expensis forte excedunt decimam, quod summopere dolendum est, non aduerti, nec curari, cum hisce commentis inopis debitoris maior fiat, & crescat inopia, vbi omnia pia iura exclament afflictionem non addendam afflicto, ciuium patrimonia conseruanda, sine publico bono non minuenda, principis multum interesse subditos habere locupletes, sineque subditorum diuitiæ reipub. nerui & dominantium firma castra, *l.2.C. de omn. agro desert. lib.11. Natta cons.506.num.13.* & tyrannorum esse, paupertate subiectorum, sibi velle firmare dominandi vincula.

15 Amplia præsertim in libris † doctoris Theologiæ, vel vtriusque iuris, & artium medicinæ, nam cum ex codicibus in quibus tractatur de Deo, Angelis, & Sanctis suis, per speculum, & ænigma ducamur in cognitionem eorum, quæ supra nos sunt, a facie ad faciẽ, sine hæsitatione cogniturі, vbi soluti lege naturæ, si non de cõdigno, saltem diuina largitate ad eas ducemur sedes, in quorum maiestatis enarratione mortalium mutescit lingua, omnes excutiantur intelligentiæ, deficiant omnes similitudines, & parabolæ. *Bald. loquens de breuiario non aufferẽdo clerico in Rub.C.qui bon ced. possunt.*

Secundi autẽ sunt instrumenta iuxta rescriptũ

16 Leonis, & Arthenij, *in l.aduocati C.de ad diuers. iudic.* quibus ambigua causarum facta dirimuntur, non defensa, & lapsa, eriguntur, fatigata reparantur, & Doctores iuris Canonici, vel ciuilis, non minus prouident humano generi, quam si prælijs, atque vulneribus patriam parẽtesque seruarent. Nec enim pro Rom. Imperio militant illi tantum, qui gladijs, clipeis, & thoracibus, nituntur, sed etiam aduocati, causarumq; patroni, qui laborantibus spiritum addunt, vitam cum posteris defendunt munimine suæ vocis publice declamando, vel calamo, & scriptura requisiti veritatem enunciando, vt late prosequuti sunt, *Guid.pap.decis.388.num.2. & seq. addentes ad Mathesil.singul. 59. num. 4. & seq. Demauder.in suis locis parium, §. aduoca-*

17 *tus & miles*, dubitando † an idem rescriptum emanauerit re vera à præfatis Imperatoribus, vel potius fuerit commentum I.C. concludit illud esse verissimum, & rationi æquitatique consentaneum. *Tiraquel.de Nobilit.c. 29. Bartolom. Arigola in suo tract.de Aduocat.cap.4.* qui plura referunt circa nobilitatem, vtilitatem, & necessitatem aduocati, & causidici.

18 Tertij autem libri quibus tractatur † de sanitate tuenda, & digniore opere a summo rerum opifice conseruando, tanto minus sunt pro ære alieno, medico auferendi, in causam iudicati, a lictore, vel horrido præcone, quia maior vrget ratio, vt penes illum, ad commune bonum ciuium quæ sanitatem tuendam, & augendam, remaneant, licet singularis personæ ex vniuersitate lædantur iura, quæ integra seruari in publica causa, fieri non potest, vt late dixi *de Laudemio lib.4. quæst.6. vers. verum quia.* Accedit

19 dignitas artis medicæ † quæ est omnium doctrinarum nobilissima, aut certè nulli alteri secunda, siue consideres illius initia, siue subiectum in quod illa versatur, siue finem, in quem illa colimet, siue etiam intuearis qui illam sint professi, cum & summus rerum opifex Deus, necessitate naturæ medicum, & medicinæ artem in terrarum orbem inuexerit, & se ipsum quandoque medicum nuncupauerit, vt legitur *Ecclesiast.cap.56.* Honora medicum propter necessitatem, à Deo est omnis medella. Disciplina medici exaltabit caput illius. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Fili in infirmitate tua de locum modico, etenim illum dominus creauit, & non discedat a te, quia opera eius sunt necessaria; & Deus ipse, tam sub persona patris, quam filij, se medicum nuncupauit, inquiens 15. *exod in fin. iuxta interpret septuag.* Omnes languores, quos posui in Ægypto, non penam eos superte, quia ego Dominus medicus tuus, & *Math.cap.9.Marc.cap.2.* Non opus est medico bene valentibus, & artem medicam exercuerunt Angeli. *Thob cap.6.* plura medicamentorum genera a Sanctis Patribus, vel Prophetis inuentatoribus denominantur, vt de antidoto Esdræ tradit Nicolaus in suo Antido ario, & de madicamento Esdræ meminit, *Aeginet.lib. 3.c. 3.* Apostoli medicinam exercuerunt, *teste D. Gregor.Homil.4.* dum ad Timotheum scribens, illum admonuit, ne biberet aquam, sed modico vteretur vino, propter stomachum, & frequentes infirmitates, & multi Sum. Pont. Imperatores, & Reges, artem Medicam optime caluerunt, & ante Imperium, Regnum, & Pontificatum, exercuerunt, & in Imperio, Regno, & Pontificatu salubria remedia egentibus ministrarunt, & ignorantes docuerunt, vt late refert *Tiraquel.tract.de Nobilit.cap.31. num.106. & seq.* & hisce medicinæ encomijs quandoq. animos addidi Bartolomæo Nepoti meo ex Germano, vt ea quæ posset diligentia inchostum medicæ artis studium perficiat, postquam à natura non fuit ea compactus corporis habitudine vt esset aptus † ad ferendos diurnos nocturnosque labores. I.C. quos *Iacob.Menoch.* præceptor meus, quandoque non Herculeos, sed Baiuliuos nuncupabat, & ideo libros pandectarum signari nota duplici *ff.* quasi in illis euoluendis sit opus, vt ille dicebat, *fatica da facbino.*

21 Ampl. nec etiam pro pensione † domus, *Angel. Arctin.in §. item seruiana Inst. de action. num.3. Iacob.Bennius.tract.de iurisconf priuileg.cap.90.num.2.part.3. Rebuf.de litter. obligat. artic.67. glos.2.num.18.*

22 Ampl. nec etiam pro exequutione † sententiæ late in iudicio familiæ hercisc. ndæ, *Bart. l. 15. nec castrense ff. de collat. bonor.* cum alijs cumulatis à *Iacob.Benn.tract.de priuileg. I. C. priuileg.88.nu.1.par. 3.* concludens libros da

tos a patre filio, nec expẽsas factas causa studij, vel pecuniam destinatam pro emendis libris, nõ conferri, nec in legitimam imputari.

23 Ampl. in omnibus casibus, † quibus mox dixi non posse capi in exequutione libros scholariũ, & eisdem casibus limitari possunt in doctore, a pari in hoc procedendo de scholari ad doctorem,

23 Ampl. etiam si non exrent alia bona. *glos. l. nepos, ff. de verb. signif. l. aduocati, C. de aduocat. diuers. iud.* per quæ iura ita censuit *Parlador rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 3. de pignor. in caus. num. 21. et seq.*

24 Limit. vbi mortuo Doctore † fit exequutio in libris ab illo relictis, *Iacob. Benn. tract. de priuileg. scholar. priuileg. 90. in fin. part. 3.* addendo dari eodem casu librorum retentionem, & idem dixi supra de scholasticorum libris.

25 Limit. vbi doctor, fuit remotus † sua culpa a munere patrocinandi, vel ius interpretandi. *l. Stipendia, C. de exequt. rei iudic.* per quem textum ita firmat *Iacob. Bennius tract. de priuileg. Iurisconsul. priuileg. 90. num. 3. vers. quod tamen intelligendum par. 3.* & cõprobatur hæc limitatio, quia ex culpa sua, nemo sẽtire debet cõmodum, & paupertatis, & quoduis aliud priuilegium cessat in eo, qui sua culpa, vel dolo pro-

26 prio factus † est pauper, vt de marito, & alijs gaudentibus beneficio ne teneantur vltra quam facere possint, tradunt *Felin. cap. quæ in ecclesiarum, de Constit. num 57. Tiraquel. l. si vmquam, §. bona, num. 5. C. de reuocand. donat. Couar. var. resolut lib. 2. cap. 16. num. 9.* & de Aduocato facto paupere suo dolo, quod non gaudeat priuilegio deducto, ne ageat. *Franc. Curtius quæst. 19.*

27 Limit. in doctore qui non † publicè profitetur, nec requisitus de iure respondet, seu officium aduocationis non exercet, sed solo nomine doctor est. *Matt. Brun. tract. de cession. bonorum, quæst. 14. num. 10. quart. quæst princ. & quæst. 11. euid. quæst. 4. num. 5.* & dixi *infra §. 31. limit. final.*

Vide quæ dixi de exequutione reali prohibita in personam Doctoris, *supra cap. 11. §. 9.*

§. III.

SVMMARIVM.

Arma et omnia militia instrumenta capi, non possunt in exequutione rei iudicatæ. 1. *& quare,* 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 22. *Limit.* 23. 34. 25. 26.

Milites, an gaudeant beneficio, ne conueniantur vltra quam facere possint. 11. *an possint renunciare huic beneficio, etiam cum iuramento.* 16

Exceptio bollica, quæ sit, et quando competat 20. 21.

1 Tertio exequutio sententiæ minime fieri potest † in armis equo, & alijs militaribus instrumentis militum, *Ias. §. item seruiana. inst. de action. num. 65. & seq. Asin. in prax. §. 31. cap. 2. limit. 34. Bald. sing. 130.*

2 *Marc. Mantua regul. 96. num. 3.* eam addens rationem, quia † arma sunt instrumẽta militum. *Petr. Duon. regul. 75. limit. 3. Costa de remed. 43. num. 4. circa med. Rebuf. de litter. obligat. art. 2. glos. 2nic. num. 94.*

3 Ampl. etiam pro debitis † contractis extra castra. *Ripa* & ab illo relati *in l. miles ff. de re iud. num. 3. vers. contrariam opin. & Ias. ibid. num. 8.* ambo reprobantes, qui tenent contrarium. *Asinius in praxi §. 31. cap. 2. ampliat. 19. num. 4.* addendo communiter reprobari *glos.* volentem tale ptiuilegium restringi ab debita contracta in castris. *Caccialuo. de debit. suspect. de fuga, §. quinto, num. 12.*

4 Ampl. etiam si miles fuerit † emeritus. *Ripa in l. miles, ff. de re iud. num. 3. circa med.* & ratio esse potest, quia cum tale ptiuilegium sit cõcessum in præmium, & decus militiæ, viget ratio concessionis illius in milite emerito, qui consequutus fuit in præmium laborum vacationem militiæ, imo istos milites, digniores esse tali ptiuilegio, ex continuata militia, vel ob egregium facinus, iuxta illud *Cæsar. in commentar. milites post bella præmia petiere.*

5 Ampl vt non differat, † an sit miles equestris, vel pedestris, terrestris, vel naualis. *Ripa in l. miles, ff de re iud. num. 6. Ioan. Castagn. tract. de benefic. deduct. quæst. 8. num. 15. & 17. 49.*

7 Ampl. etiam in militibus † legalis militiæ, quorum libri, & bellica instrumenta legalis militiæ, capi non possunt. *Ias. in l miles, ff. de re iudic. num. 9. vers. in secunda parte, & Ripa num. 5. & seq. & nu. 9.* & dixi *supra §. 1. Asin. in prax. §. 31. cap. 2. ampl. 19.*

7 Ampl. etiam in militibus nostri temporis † in quibus creandis, licet non obseruentur antiquæ solemnitates recensitæ a *glos. in l penult. et ibid. Alber. ff. ex quib. caus. maior, §. fin. auth. de mãdat. princ.* gaudent tamen priuilegio militum. *Cyn. in l. 1. C. de iur. et fact. ignor. nu. 10.* vbi ad partes examinata quæstione residet in ista opin. *Bald. in l. 1. C. qui bonis cedere pos. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 141. num. 2. Iacob. Bennius de priuileg. I. C. part. 3. priuileg. 38. nu. 3. Ias. in l si miles, ff. de re iud. num. 10. Castagna. tract. de benef. deduct. quæst. 8. num. 7 et 24. ampliando num. 10.* quamuis sint stipendiati, licet deinde, *num. 29.* subdat illos improprie dici milites.

Contrarium volunt relati *a Castagna tract. de benefic. deduct. quæst. 8. num. 21. et seq. Mant. de coniectur. vltim. vol. lib. 6. tit. 1. numer. 52.* concordat distinguendo.

8 Ampl. etiam in eo, qui est in continuo armorum † exercitio *Rom. cons. 43. ad primum num. 5.* & nouissime probat *Castagn. de benefic. deduct. quæst. 8. num. 16. Caccialup. tract. de debit. suspect. §. 5. num. 12.*

9 Ampl. præsertim in militibus religionis † S. Ioannis Ierosolimitani, & similium, nam cũ nullus admittatur ad illam, nisi probata nobilitate natalium, gladio accingantur, voueãt paupertatem,

tem,castitatem, & obedientiam, negociati prohibentur, signo Crucis exornantus gaudent illi omnibus priuilegijs militum. *Iacob. Bennius, tract. de pr. uileg. part. 2. priuileg. 38. in fin. Io. Castagn. tract. de benef.* Deduct. *quaest.* 8. *nu.* 18. *et* 19. *Mantic. de coniect. vltim. volunt lib.* 6 *titul.* 1. *num.* 33. *Trentacinq. var. resol. lib.* 2 *de xception. resolut.* 1. *num.* 49.

10 Ampl. etiam in milibus † coelestis militiae, a quibus non debent auferri pro aere alieno arma quibus Deo militant. *Ias.* §. *item seruiano inst. de action. num.* 66, *in princ.* concludens militibus non aufferenda arma, nec clerico Breuiarium. Sed an illi gaudeant† beneficio, ne

11 teneantur vltra quam facere possint videndi, *Ripa in l. miles, ff. de re iud. nu.* 7. *et* 9. *Ias. n.* 11. & nouissime *Ioan. Castagn. tract. de benefic. deduct. quaest.* 10. *Ripa l. miles, ff. de re iud. num.* 7. vbi refert dissentientes, & concordat. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 67. *glos.* 2. *nu.* 16. qui loquitur de Breuiario, Missali, Diurno.

12 Ampl. praesertim † pro aere alieno contracto iu militia, vel occasione militiae. *Castagn. tract. de benefic. deduct. quaest.* 8. *nu.* 1.

13 Ampl. etiam in militibus † destinatis ad eudiam arcium Regni, & Prouinciae. *Galiaul. in l. centurio, ff. de vulg. num.* 3. *in fin. Sal. in l.* 1. *ff. de iur. et fact ignor. nu.* 8. *vers. vt potius consideretur Petr. Bald. tract. de re milit. par.* 7. *tit.* 3. *num.* 37. *Farinac. cons.* 95. *num.* 2. *Ioan. Franc. Castil. decis.* 105. *num.* 35. quos omnes refert. *Io Castag. tract de benefic. deduct. qu.* 8. *num.* 12. & 47. & idem dicendum censeo de

14 † militibus, qui sunt cites Principis personam aduersus manomateas, qui licet quãdoque sint, vltra quam par est, diligentiores, & nullam farientes differentiam personarum, aceedere volẽtium in faciem Principis, saepe aliquos inique repellant, cum tamen thorus Caesaris carere debeat omni suspicione, quidquid illi faciant, exequendo munus suum, est verbo, & facto impunitum, & potius laudatum, & vidi laqueo suspendi, non infimae conditionis virum, qui credens fuisse male tractatum à milite quia bacillo repulsus ne accederet ad Principem illũ publice, percusserat suste, *Trentacinq. var. resolut. lib.* 2. *de exception. cap.* 1. *nu.* 49

15 Ampl. vt neque capi possint † etiam si illa specialiter obligasset, vel cum iuramento renũciasset beneficio, ne arma capi possint in causa iudicati argumento eorum quae dicuntur de beneficio ne egeat *l. miles, ff. de re iud. vbi Ias. &*

16 *Ripa, num.* 1. cum miles † non possit renunciare etiam cum iuramento. *Io. Castagn. tract. de benefic. deduct. q.* 8. *num.* 51. 53. *licet nn.* 54. referat qui dissentiant, *et num.* 56. declarando id procedere in bonis tantum, firmat hanc a me excogitatam extensionem.

17 Ampl. nec etiam in subsidium. † *Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap fin. part.* 5. §. 3. *n.* 21. *cum prius nu.* 19. idem dixisset de instrumentis artis cuiuscuis artificis.

18 Ampl. etiam pro debitis † fiscalibus. *Petr. Duen. regul.* 75. *limit* 3. *in fin.*

19 Ampl. nec etiam pro † pensione domus. *Rebuf. de litter. oblig. art.* 67. *glos. num.* 18

20 Ampl. praesertim si miles monitus, † vt vadat in praelium, vel sumat arma, pro defensione regni, vel regis, nam opposita exceptione hostica, idest quod in hostes sit profecturus, neque etiam citari potest, ad soluendum. & reuersus, eadem exceptione, habet dilationem, ne interim conueniatur, vt ex lege longobarda, latè probat *Afflict. ad constit Regni cap. de ex-*

21 *cept. hostica, num.* 1. *et seq.* † vbi late agit de ista exceptione, quando competat militi, tam in causa ciuili, quam criminali, & an etiam illa gaudeant artifices, & reliqui sequentes castra militum, & exercitum proficiscentẽ in hostes, vel hostium propugnacula, & Vrbes obsidentem.

22 Ampl. etiam si occultasset bona, † quae illi ad alimoniam suam, & familiae erant necessaria, & sine quibus cum dedecore cogebatur mendicare, nam nec ratione fraudis potest carcerari. *Cancer. var. resolut. de sentent. et earum exig. num.* 516. *et seq. late agit.*

23 Limit. in armis militum, † qui vere non sunt milites, quales sunt plures nostrae aetatis, qui per viros, & plateas auro, vel argento bene compti, ambulant, nunquam fuerunt in castris, gaudentque salutari a praetereuntibus singulari praerogatiua reuerentiae, nam cùm isti minime milites sint, & nũcupari possint, sat est, quod relato priuilegio salutationis gaudeant, vt concludit *Cynn. in l.* 1. *C. de iur. & fact ign. num.* 10. *in fin.*

24 Limit. in milite † qui mercaturam, vel aliena negocia, & similia alia exercet. *Cyn. in l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. num.* 10. *circa fin.*

25 Limit. in armis † militum, quos auratos vocant, seu qui non ad militiam, † sed ad dignitatem, vel nobilitatem, vel pecunia mediante creantur. *Ias. in l. miles, ff. de re iud num.* 4. qui perperam refert *Bart. in l. miles, C. de quaestion.* negasse militem auratum non posse torqueri, quia *Bart.* simpliciter concludit militem non posse torqueri. *Mantic. de coniect. vltim. volunt libr.* 6. *titul.* 1. *num.* 33. *vers. sed & nu.* 35. *& seq.* plura in huius generis milites nomine tenus congerit. *Asin. in prax.* 31. *cap.* 2. *ampl.* 10. *num.* 3.

26 Limit. in milite † ignominiose dimisso a militia. *Ias. l. miles ff. de re iudic. num.* 9. *& Ripa num.* 4

§. IV.

SVMMARIVM.

Stipendia militum non possunt capi in exequutione rei iudicatae. 1. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. *Limit.* 8. 9. *Sublimita*. 10

1 QVarto exequutio sententiae minime fieri potest, in stipendijs † militum. *l. stipendia, C. de exequut. rei ind. Specul. de exequut sentent.* §. 4. *num.* 16. *in fin.* addentes ad

ad *Mathesil. sing.* 61. *num.* 4. *Ancar. cons.* 578. *factum Mulanens. decis.* 1. *part.* 1. *nu.* 41. *Alex. in l. miles, ff. de re iud. n.* 2. *Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. nu.* 43. & 45. *Asin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 35. Petr. *Duen. regul.* 75. *exequutio limit.* 4. *Marant. in prax. cap. final. num.* 45. *Costa de remed. subsidiar cap.* 43. *num.* 4. *circa med. Castagn. de benef. deduct. quæst.* 8. *nu* 41. *Magon. decis. Lucens.* 24. *num.* 7. *Ias. in l. commodissime, ff. de re iud. num.* 1. *Gutierz de iuram. par.* 1. *c.* 17. *nu.* 8. *Castagna tractat. de benef. deduct. q.* 9. *nu.* 24. *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæst.* 78. *num.* 17.

Contrarium tamen seruari in Regno Siciliæ
2 † & ita iudicasse refert. *Castagn. de benef. deduct. quæst.* 8. *num.* 43. addendo concedi sequestrum super stipendijs militis, & adueniente die solutionis, dimidium solui militi, & reliquum creditori.

3 Ampl. quando subtractis † militi stipendijs, penitus ille amoueretur a militia. *Menoc. de arbitr. iud. casu* 378. *agricultura, num.* 11.

4 Ampl. præterum in stipendijs, quæ data † sũt militi in præmium egregij facinoris. *Angel. in l. commodis, ff. de re iud.* vbi *Alex. num.* 1.

5 Ampl. etiam in stipendijs militum cœlestis † militiæ, vt dixi §. *sequenti*.

6 Ampl. vt neque † sequestrari possint. *Ripa l. obligatione, ff. de pignor. num.* 43. & 45. qui loquitur de stipendijs militum, doctorum, & clericorum. *Guid. Foian. tract. de sequestr. p.* 2. *regul.* 5. & 10. *Castagn. de benef. deduct. quæst.* 9. *num.* 42. *Iac. Benn. de priuil.* I.C. *cap.* 3.

7 Ampl. etiam in stipendijs militum † togatæ militiæ. *Abb. in cap. peruenit, de fideius. num.* 11. & *in cap. cum omnes de testam. Bolognet. in auth. habita, C. ne fil. pro patr. num.* 3. *Marant. in prax. cap. fin. num.* 45. *Ripa l. obligatione, ff. de pignor. num.* 43. concludens, si miles, vel doctor non habeat, vnde viuat, nec sequestrare, nec exequi posse iudicata in eorum stipendijs, tam pro meritis, quam promouendis, et si habet vnde viuat posse exequi in promeritis. *Iac. Benn. de priuil. I.C. priuileg.* 3. *Benincas. de paupertat. quæst.* 8. *priuileg.* 4. *num.* 11. *Iac. Benn. de priuil. IC. priuil.* 3.

Ampl. etiam in stipendio, seu mercede cuiuscumque mercenarij, quæ satis sit tantum pro alimentis debitoris. *Aegidius l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. part.* 2. *cap.* 13. *clausul.* 7. *num.* 8.

8 Limit. vbi magna † cum difficultate alijs in bonis fieri potest exequutio, contra condemnatum militem. *Ias. in l. commodis, ff. de re iudic. num.* 5. exemplum referens, si multum distant a loco iudicij, bona alia, quæ capi possunt.

9 Limit. in subsidium, † seu deficientibus alijs bonis. *l. stipendia, C. de exequut. rei iud. l. commodis, ff. de re iud.* vbi *Alex. num.* 1. *Specul. de exequut. sentent.* §. 3. *num.* 19. *in fin. Euerard. in suis locis legal. cap. a milit. armat. militiæ, num.* 7. *Costa de subsidiar. remed. cap.* 43. *nu.* 4. *Castagn. de benef. deduct. quæst.* 8. *num.* 43. & *seq.* asserens ita iudicasse, cum temperamento, vt dimidium stipendij daretur militi, & reliquum creditori. *Asinius in prax. capit.* 2. §. 31. *limit.* 45. *in fin. Magon. decis. Lucens.* 24. *num.* 7. *Bactia de inope debit. cap.* 17. *num.* 18.

10 Sublimita si miles, non † habet vnde viuat, quam ex stipendijs militiæ, nam tum in illis fieri, non potest exequutio, siue sint promerita, siue promerenda. *Ripa i l. obligatione, ff. de pignor. num.* 43. *in fin.* vbi reprobat dissentientes, sequitur *Iac. Bennius tract. de priuil. IC. priuileg.* 3. *nu.* 1.

---

§. V.

SVMMARIVM.

Fructus beneficiorum capi possint in exequutione rei indicata 1. 3. & *quare*. 4. *Contrarium*. 5. & *quare* 6. *ampl.* 7. 8. 10. 11. 18. 19. *Limit.* 12. 13. 15. 16. 17. *sublimita*. 22. 23.

Fructus beneficiorum sunt instar mercedis clerici. 2

De Altari viuere debet, qui altari seruit. 2

Fructus feudi, emphiteusis, bonorum fidei commissi, & similium alienari possunt ad non longum tempus sine consensu directi. 4

Clerici vestes iniuriose lacerans est excommunicatus. 9. *quando dicantur viuere clericaliter*. 14. *qualiter sint domini fructuum beneficiorum*. 20. *quando dicãtur contraxisse as alienũ ecclesiæ causa*. 21. *quando excommunicari ob æs alienum*. 25

Sententia lata contra clericum a iudice layco, vbi ille est competens exequutioni mittitur a iudi. layco. 24

ESto, quod clericus, & quæuis alia persona ecclesiastica fuerit, in actione personali, in eum mota, cõdemnatus ab ecclesiastico suo iudice. *cap.* 3. 11. *quæst.* 2. *l. cum clericis, C. de sacros. S. Eccles.* vel etiam a layco in casu conuentionis, vel reconuentionis, vt retuli *in meis collectaneis ad d. cap.* 3.

1 An in execuutione rei indicatæ † capi possint fructus beneficiorum clerici condemnati, qui sunt instar mercedis, seu stipendij laboris, quem ille præstat Ecclesiæ, iuxta commune axioma,
2 vt qui altari seruit de † altari viuere debet. *cap. ex his* 12. *quæst.* 1. *cap. cum secundum de preb. Inn. in cap. Episcopus, eod. titul. cum alijs congestis a Surd. cons.* 254. *num.* 1.

3 Affirmatiuam; tenet. *Specul. de exequution. sentent.* §. 3. *num.* 16. *vers. quid* concludens *per l. commodis, ff. de re iud. l. spem. C. qua res pign. oblig. pos. cap.* 2. *de fideius.* si debitor condemnatus habeat tantum præbendam, illam in exequutione rei iudicatæ capi posse. Nec *Specul.* opinio caret ratione, nam qoamuis feudum,
3 vel emphiteusis, fideicommissi bona † decima & similia, non possint vendi absque consensu directi domini, & fideicommissariorum, fructus tamen illorum ad tempus non longum alienari possunt, in causam iudicati, vt pluribus probat *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *nu.* 47.

*nu.*47. 48.51. vbi *num.*50. loquitur de fructibus præbendæ; modo reseruetur clerico quantitas qua viuere possit.

5 Negatiuam amplexus † est, Bald.*in l.spem. C.quæ res obl.g. pos.in pric.* asserens id dici a *glos.* ibidem quam tamen non habeo in meo codice. *Bart. & Alex.in l.commodis,ff.de re iudic. in princ. & Ias.num.*2.*Ripa in l.obligatione,ff.de pignor. num.* 45. *in princ. & in l.*
6 *miles,ff.de re iudic. num.*8.† eam afferens rationem, ne aliter quærendo victum, distrahatur clericus ab oratione in Deum, vt à ceruicibus nostris auertat iram suam, non autem, vt dixerat idem *Ripa.* ibidem *num.*7. cerrando cum Venere, & Bacco, potius illam aducet, & accessat idem dixere *Parlador.rerum quotid. libr.*2. *cap.fin.part.*5.§.3.*num.*19.*Rebuf in comment. de litter.oblig. art.*2*glos.vnic. num.*108. *Gutierz. de iurament. par.*1.*cap.*17.*num.*8.*in fin.* addentes ad Matesil.*singul.*61,*num.*4.

7 Ampl. idē dicendum de † fructibus patrimonij, ad cuius titulum iuxta *Concil.Trid sess.* 21. *de reformat.cap.*2.§.*patrimonium*, fuit clericus ordinatus. *Ripa in l. miles, ff. de re iudic. num.*8.

8 Ampl. præsertim de consuetudine Franciæ. *Rebuf. in commentar. cap.de litteris obligaior. artic.* 2. *glos.vnica, num.* 106. *vsque in fin.* concludens ex priuilegio Philippi pulchri Franciæ Regis in exequutione rei iudicatæ capi non posse mobilia, nec se mouentia clericorum, ve-
9 luti inueste, quas † malitiose lacerans est excommunicatus, equum quo illi vtuntur ad iter faciendum, gregem locatum ad stercorandum, & siue mobilia, vel se mouentia sint penes clericū, siue aliam personam etiam laycam.

10 Ampl. etiam si clericus † fuit condemnatus pro alimentis alicui præstandis. *Rebuf.in comment. cap.de litter. obligat. artic.*2.*glos. vnic. num.* 113. eam afferens rationem, quia alimenta non sunt aufferenda clerico, nec coperiendū vnum altare si discoperiatur alterum.

11 Ampl.præsertim si agatur † de exequutione sententiæ latæ super expensis liris. *Rebuf. in comment.cap.de litter. obligat. art.*2.*glos.vnic. num.*114.

12 Limit.vbi clericus fuit † condemnatus occasione æris alieni conflati pro Ecclesiæ vtilitate, vel necessitate, nam tunc capi possunt etiam bona Ecclesiæ. *Ias. l.commodissime, ff. de re iudic. num,*2. *circa med. Ripa l.obligatione, ff. de pignor. num.* 45. *&* 46. vbi etiam declarat quādo debitum dicatur factum pro necessitate ecclesiæ.

13 Limit. in clerico, qui non viueret † clericaliter, vel mercaturam exerceret, vel alias non gauderet priuilegijs elerico concessis.*cap quamquam de censib. in sext.Rebuf.de litter. obligat. artic.* 2.*glos. vnic. num.* 119. *&* 129.addendo
14 † clericum viuere clericaliter, qui agit, quæ decent clericum, non autem laycum. *Iac. Scultet, quæst.*47. *num.*34.

15 Limit. vbi ageretur † de solutione pensionis dānus. *Rebuf. in comment. de litter. obligat. artic.*2.*glos. vnica.num.*122.

16 Limit. in fructibus quo viuens † collegerat, & moriens non consumpserat. *cap. præsenti, vers.quæ solutis de offic. ordin. in sext.* per quē textum ita firmat *Scultet. quæst.*47.*num.*21.

17 Limit. in subsidium † *Specul.de exequution. sentent.* §.3.*nu.*16. *Bart. & Alex.in l. commodis, ff.de re iud.num.*2. *Costa de remedijs subsidiar. cap.*43.*nu.*4. *relati a Iacob. Scultet q.*47. *num.*1. *Ias. in l. commodissime, ff. de re iudic. nu.*2. *Boetia de inope debit. cap.*17. *nu.*19.*Gail. obseruat.* 117.*quæsitum lib.*1.*num.*7. *&* 9.declarādo modo reliquatur quantitas vnde se alat, & repetit *Surd.de aliment.titul.*1. *quæstion.*78. *nu.*20.*&* 21. *cum Gras.de effect. cleric. effect.*7. *num.*67. *& seq.* addendo qualiter taxentur ista alimenta.

18 Contrarium† volunt *Rebuf.in comment.cap. de litter oblig. artic.*2. *glos.vnic.num.*108. eo motus ratione, ne clericus fame pereat, & nudus bellu arum more incedat, addendo in casu
19 quo illius bona capi possunt † reseruanda est quantitas, quæ sit satis ad illum alendum, ante *Rebuf.*idem dixisse *Aracid. in cap.statutum.* §. *assessorem de rescript.in sext.* refert *Rebuf.in l.obligatione, ff.de pignor. num.*45. & licet *Arcbid.* non dicat fructus præbendarum non posse capi in exequutione rei iudicatæ in subsidium pro ære alieno clerici, ex ijs tamen, quæ idem *Arcbid.* ratiocinatur circa facultatem datam clerico, a iure, circa fructus beneficiorum, probatur expresse, quæ Ripa voluit ab illo dicta fuisse,
20 tacite. Nam cum ille vellit clericum † esse cominum fructum beneficiorum, quoad fidelem, & debitam de iure dispensationem sibi, aut suis, & reliquum dare pauperibus, & impendere in necessarijs ecclesiæ fabricæ si post alimenta sua, & suorum, reliquum sit erregandum in pauperes, & reparatione, seu fabrica Ecclesiæ, sequitur necessario, dictum residuū, tanquam res aliena capi non posse.

Contrarietatem hanc cæteris clarius sustulit. *Ripa in d.l.obligatione, num.*45.*&* 46.ad cuius dicta me remitto, ne de carta in papirum transferam illius dicta, quę singularia sunt præ-
21 sertim† quando dicatur debitum fuisse contractum pro necessitate Ecclesiæ.

22 Intellige omnes casus quibus † fructus beneficiorum in exequutione capi possunt quatenus viuit clericus, qui æs alienum conflauit, & relicta portione, quæ sit satis ad aleudum clericum *Tiraquel. de retract. lignag.* §.1; *glos.*7. *num.*50. *Ripa d.l.obligatione, ff. de pignor. nu.* 46.*in princ. relati a Iacob. Scultes. quæst.* 47. *num.*2.nisi tamen clericus fuerit † suspensius in contumatiam, & parendo potest suspensione liberari.*Surd.ee aliment.titul.*7. *quæst.*35.*n.*4. vel excommunicatus *Surd. de aliment. titul.* 1. *quæst.* 81. *num.*8. *Gail. obseru.*117. *quæsitum lib,*1. *num.*8.

Quia in prin principio huius,§.dixi clericum condemnari, quadoque a layco iudice, singularia duo sunt notanda, vnum quod sententia
24 †condemnatoria clerici lata a iudice layco mittitur exequutioni auctoritate iudicis layci non requisito Ecclesiastico. *Franc. Marc. decis.* 72. *part.*1.

par.1 num.9. Mascabrun.consf.44.num.26. & seq. Caual.in specul.quaest.36.num.22. Tuscus conclus.452.Iudex.

25 Alterum, quod ecclesiasticus index † non denenit in subsidium ad censuras isto casu, nisi prius facta executione bonorum clerici, & apparitore referente, non inuenisse bona, quæ in causam iudicati caperet. *Rebuf. in commentar. de litter.obligat.art.2.glos.vnic.num.*109.

Limit. in clerico initiato tantum minoribus ordinibus non seruiente alicui Ecclesiæ, *Baettia de inope debit.cap.*17.*n.*20. *& dixi cap. seq. §.3.Limit.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Terra quare facta sterilis ubi sponte sua ferebat fructus. 1.2
Artes quare inuenta. 3
Agriculturam nouit Adam, & præcepta scripsit. 3
Noe fuit agricola & plantauit vinam 4
Agricultura est fundamentum omnium artium. 5. *necessaria est ars.* 6
Turcarum Imperatoris cibaria parantur ex pretio fructuum magni horti, & quare, non autem ex vectigalibus & tributis. 7
Mercatura adinuenta post agriculturam, & illam exercuerunt etiam Reges & omnis generis homines. 8
Agricultura deserta & quare 9. 10. *renouata fuit priuilegijs* 11
Boues aratorij & cætera agraria instrumenta non possunt capi in executione sententiæ. 12 14. *& quare* 13. *Ampl.*15.16.17.18.19. 20. 22 33.14.25.27.28.30.33.34.35.36.37.38.39.40 41.42.43. *Limit.*26.29.30.32.33.34.35.36.37. 38.39.40.41. 42.43.45.47. 48. 54.55.58.59. 60. *Sublimita.* 46.53.56
Iuramentum in litem vt detur agricola, cuius boues sunt in executione capti quid obs[illegible]andum 24
Doti pactum præiudiciale non valet. 31
Priuilegio renuntiari non potest, si illud tangat publicam vtilitatem. 44
Retentio bonis aratorij dantis damnum quando licita. 49
Bos aratorius potest cedi loco noxæ vbi damnum dedit. 50
Alciatus declaratur. 51
Mutuans causa refectionis quando cæteris fiat potior. 17
Agriculturæ laudes, priuilegia. 60

1 CVm in pœnam spreti diuini præcepti, terra † quæ non ligone vel vomere sauciata, in hominis alimoniam, omnis generis ferebat fructus, iuxta illud *Georgic. Virgil lib.*1.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente ferebat.

2 facta fuerit † sterilis, spinas ac tribulos tantum ferendo, ita vt fuerit primo parenti & toti illius generi comminatum, vt victus in sudore vultus sibi esse quærendus, vt legitur *Genes. cap.* 3.*num.*17.*&* 18.

3 Inde artium diuersa genera, † innumeraque commodè viuendi in medium processerunt studia, sed præcipue ars agri colendi, quam optime calluit Adam primus parens, cum de illa scripsisse, confecisseque volumina, ex *Rabbi Moyse, referat Tiraquel.de nobilit.cap.*32. quæ fuisse conseruata a Noe est verisimile, cum post cataclysmum, vt refertur *Genes. cap.* 9. *num.* 20.

4 sine alio præceptore fuerit ille agricola, † & plâtauerit vineam, facto discrimine soli, & positionis cœli, quid & quando sereret, plantaret, & quasiter coleret, cum non omni solo conueniat eadem fruges, & plantæ, & quæ hic siccæ sunt, alibi vberes ferunt fructus, iuxta illud *Columel. lib.3.cap.*1.

Salsa autē tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.

5 Cum per aliquot secula esset hominibus persuasum, agrariam † cum pascuaria arte esse fundamentum omnium artium, vt voluit *Arist.*

6 *polit.lib.*1.*cap.*8. illamque humano generi † necessariam, ita ut *Columel. de re rustic. in princ.* dixerit sine agricultoribus vrbes non posse consistere; Factum est vt omnes crederent, vt inquit *Cicer offic.*1. *Nihil agricultura melius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius*. Inde nati & reperti Serrani, Attilij, Collatini, Cincinates, Scipiones, qui depositis fascibus prædiola, & Linternam suum, coluerunt manibus proprijs, illud arando, vel ligone fodiendo, oliuas plantarunt, quæ tanquam optimo iure satæ, durarunt etiam in tempora Plinij, qui illas vidisse refert *natur.hist.lib.*16.*cap.*44.*in princ.*

7 Studium agricolendi obseruauit † etiam Turcica barbaries, vt testatur Leoncenus in *sua histor.Turcic.lib.*1.*cap.*20. asserens, quod in Imperatoris palatio sit hortus maximus, cuius fructus a Præfecto horti venduntur, pecunia Imperatori offertur, nec in alium vsum vertitur, quam vt cibaria pro ipsius Imperatoris mensa coemantur. Lucrum enim e fructibus terræ acceptum, honestum, & diuinum iudicat Imperator, quippe qui non ex subditorum grauaminibus, sed ex diuina benedictione colligatur: ideoque vetat ex ea pecunia, quæ ex vectigalibus, decimis & exactionibus conquiritur, cibaria pro sua mensa comparari. *dicta Leonicen. refert Adam. Contzen. politic.lib.*8.*cap.*11. *§. in fin.*

Ad summum, cum exercuisset agri colendi ars & plus æquo viderentur homines terræ cultu occupari, adiuentæ sunt aliæ artes lucri faciendi

8 † & præcipue mercatura, quam exercuisse Reges, equites Romanos, & Philosophos, refert *Tiraquel.de nobilit.cap.*23. disputando ibidem

an vilefierit illam in repub. pati, quod latius examinant *Petr. Gregor. de repub lib.4.cap.7.& Adam. Contzen. politic lib.8.cap. 10.* plerique
9 non apti, † vel horrentes improbum laborem agri ferendi, & vineæ fodiendæ, vel quia humanæ res iuxta assumptum *Hippocrat. aphorism.3.* vbi ad summum peruenerunt, cum vlterius progredi nequeant, necesse fit vt vergant in deterius, vel sæpe non respondente exitu optatis in cultu terræ, iuxta illud *Virgil. Georg. lib.1.*

Grādia quin etiam cōmittimus hordea sulcis.
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

& non omnis ferret omnia tellus; factum est, vt conquerente terra iuxta poetarum commenta
10 & fabulas, nimis dure scindi, exulcerarique, † intermissa, & fere deserta fuerit agraria ars, cum illi amica peruatia cura.

Quare necesse fuit eandem artem, quasi ex integro renouare, cumulando illam exercentes
11 pluribus † priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus, tam realibus, quam personalibus, vt prius fecerunt Imperatores, & deinde Sum. Pont. Alexāder eius nominis Tertius, Clemens, & Pius Quintus, vt referunt *Petr. Gregor. de Repub. lib.4. cap.8. & Adam. Contzen politic. lib.8. cap. 10.* & hinc integra sunt confecta volumina priuilegiorum, quæ sunt concessa rura colentibus: inter quæ illud est primum, & præcipuum, quod

12 Boues aratorij, currus, rastra, mancipia, equi, multi, semina, & reliqua instrumenta ad artem agrariam pertinentia, non possint pro exequutione rei iudicatæ, vel aliter condemnato agricultore actione personali capi *l. exequutores*, C. *quæ res pignor. oblig. poss. auth. agricultoris*, C. *eod. Luc. a Penn in rubr. C. de milit. vest. canon. lib. 12 num.1. circa med. Ias. in l. 1. ff. de ferijs nu. 1.* qui loquitur de instrumentis colligendi, & torrendi castaneas: & idem dicendum censeo de molendino ad mundandam orizam sua cortice, vt tacite dixit *Plotus in l si quando, C. de in litem iurand. num.712. Ripa l. obligatione, ff. de pignor. num. 57. Ferret. de Gabellis, nu.525. Rebuf. de litter. oligat. art.2. glos. vnic. num.101. Ioan Anton. Niger ad capit.4. Regni incip. pridem nu.9.* vbi refert à Philippo Secundo Hispaniarum Rege antiquæ constitutioni Regni fuisse additum, vt boues aratorij, & reliqua ad agrariam spectantia, non possint capi in exequutione, etiam pro debito fiscali, vel alias fisco soluendo, etiam quod illa essent specialiter fi-
13 sco, vel alteri creditori obligata, subdens† *n.10.*
14 plures rationes eius constitutionis. † *Menoch. de arbitr. iud. casu 378. agricultura, num.2. & seq. Mozzius de pignor. de rebus numer.20. Benincas. de paupertat. qu. 8. in contract. priuil. 4. num.12. Parlador. rerum quotidian lib.2. cap. fin.5. part. §.3. nu.16. & seq. Marant. in prax. cap. fin. num.31. Afin. in prax. §.31. cap.2. limit. 33. Viuius opin.267. exequutio, Pecchius de iure sistendi cap. 5. num. 16. Guttier. tract. de iurament. confirmat part. 17. num. 8. Cassan. in catalog. gloriæ mund. part.11. considerat.37. vers. septimo,* & nouissime relati a *Ciarlino contro uers. forens. cap.112. nu. 2. & a Guttierez de iuram. part.1. cap.17. num.8.*

Ampl. præterrim, vbi ex statuto prohibitiuo non licet facere exequutionem in spectantibus
15 ad agrariam, † vt in Regno Neapolis, vt refert *Ioan. Ant. Niger cap.4.* vbi præterea violator Statuti vltra restitutionem rei captæ obligatur ad omnia damna iuxta iuramentum damnum passi. In Ducatu Mediolani facta est noua constitutio *sub Rubr. de exequutorib* qua cauetur boues aratores, & instrumenta rusticalia, sub pœna pecuniaria, qua non soluta fustigatur exequutor, & idem Statutum viget in patria mea, *sub rub. quæ res non possint pignorari.* sicuti, & in patria *Menochij*, vt ipse testatur *de arbitr. iudic. casu 378. num. 7.* addendo posse resisti exequu-
16 tori, & propria manu recuperare capta in exequutione, constituens regulam, omni casu licere exequutori resistere, vbi iniuste, & inique iudicum mandata exequutioni mandare vult, idē sentit *Peregr. decis.184. facti, num.2. Cost. de remed. subsid. cap. 43. num. 4. in fin.* † ad-
17 dendo isto † casu, nec in subsidium capi posse.

Ampl. vt exequutor, qui in exequutione
18 capit † aratorios boues, vel instrumenta alia rusticalia, puniatur pœna quadrupli, & fit perpetuo infamis. *auth. agricultores*, C. *quæ res oblig. pos. Rebuf. de litter. oblig. art.2. glos. vnic.*
19 *nu.101.* † referens alicubi esse capitale crimen; & pœna pecuniaria, & in subsidium fustigationis plecti exequutores dixi, antecedenti ampliat. & iudicis arbitrio puniri concludit *Menoc. de arbitr. iud. casu 378. num.5.* & teste *Io. Ant. Nigro ad cap.4. Regni num.9. circa fin.* imposita est pœna indignationis Regiæ.

20 Ampl. etiam, vbi alia non † extarent bona debitoris, quæ in causa iudicati capi possent. *Bellapertic. Cyn. Alberic. & Salic. in l. exequut.* C. *quæ res pignor. oblig. pos. Neguſ. de pignorib. part.2. membr.3. num.49. Rebuf. de litter. oblig. art.2. glos.1. num.105. Ferret. de gabell. nu.525. in princ. Parlador. rer quotid. lib.2. cap. fin. 5. p. §.3. Flau. Tort. ad Statut. Pa ia rubr.105. n.4. Ioan. Anton. Niger ad cap.4. Regni num.8.* addendo nouissime fuisse constitutum, non posse capi, etiam pro debitis fisco ordinarijs, vel extraordinarijs, etiamsi boues, & instrumenta rusticalia essent hypothecata creditori tacite, vel, expresse *Menoch. de arbitr. iudic. casu 378. agricultura, num.10. Peguer. decis.184. facti nu.3.* reprobando *glos. in l. exequutores*, aliud sentientem, & rationem refert *Giurb. decis.40. Caterina num. 13. & seq.* vbi respondet obiectis aliud sentientibus, dissimulato *Menoc.* qui *d. casu 378. num.10. & seq.* id late præstiterat, subdens in fine remissum fuisse iudici, vt discussis bonis debitoris videret quid faciendum, tacite declarando, id remissum arbitrio iudicis. *Io. Anton. Niger ad cap. Regni de bobus arator. cap. 4. num.8. & 9.* vbi plures refert. *Mauson. de caus. exequut. ampl.15. num.14.*

21 Contrarium † firmat *glos. in l. exequutores, verb. aratorium, C. quæ res pignor. oblig. par. poss.* quam ibidem sequutus est *Angel. Ripa de remed. præser. pest. num.221. vers. item boues, in fin.*

Plotus

Plotus de in litem iurand. num. 712. *vers. fallit in subsidium. Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 33. asserens ita seruari Florentiæ. *Viuius opin.* 267. *in fin.* addendo Cyn. & reliquos male contrariũ sensisse, & procedere quouis Statuto contrario non obstante. *Mauson. de cauf. exequut. libr.* 1. *ampl.* 15. *n.* 15. *&* 16. asserens ita seruari Aquilæ. *Gomes.* §. *item seruiana, inst. de action. numer.* 3. *vers. ratio esse potest. Costa* sequendo *Plotum de remed. subsid. cap.* 43. *numer.* 4. relati a *Nigro ad cap. Regni* 4. *num.* 12. *vers. fallit secundo*, addendo id seruari in Regno ex Constitut. Regis Philippi, relati a *Giurba decis.* 40. *num.* 12. & dixi *infra num.* 61.

22 Ampl. vt agricola possit sine † iudice & manu propria recuperare ab exequutore boues aratorios, & instrumenta rusticalia capta in exequutione. *Menoc. de arbitr. iud. casu* 378. *agricultura nu.* 7. *&* 8. *Plot. de in litem iurand. num.* 712. *in prin. per textum in l. defensionis, & l. probibitum, C. de iur. fisci. l. deuotum, C. de metat. lib.* 10. *Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. quint. part.* §. 3. *num.* 16. *Giurba decis.* 40. *nu.* 42. *&* 11. *Ciarlin. forens. quæst.* 132. *nu.* 11. *Mauson. de cauf. exequut. ampl.* 15. *n.* 21. vbi addit alia ex Regni pragmatica.

23 Ampl. vt detur passo exequutionem † in spectantibus ad agrariam, iuramentum in litem super damnis passis in tempore, quo impedirus fuit agrum colere. *Plot. de in litem iurand. nu.* 712. *in princ.* ac etiam circa illorum precium, si boues perierint, vel facti fuerint deteriores. *Alexan. conf.* 103. *videtur lib.* 1. *num.* 2. 3. *&* 4.

24 quem sequitur *Plot. d. numer.* 712. †. Quæ autem requirantur, vt tale iuramentum deferatur, refert *Ioan. Anton. Niger ad cap. Regni de bobus arator. cap.* 4. *nnmer.* 29. *sequent. vsque in fin.*

25 Ampl. etiam pro debito fiscali, † seu tributo, quod sit soluendum Principi. *Petrus Pecchius tract. de iure sistend. cap.* 5. *num.* 16. *in princ.* relato *Rebuf.* idem sentiente; eam afferens rationem, ne bobus ab agro abductis, arua squaleant aratris. *Ioan. Anton. Niger ad cap.* 4. *Regni nu.* 9. *post med.* asserens id fuisse constitutum a Philippo Hispaniarum Rege fauore agriculturæ, vbi prius aliud obseruaretur. *Mauson.* tamē *de cauf. exequut. ampl.* 15. *nu.* 16. asserit quotidie aliud ex decreto Collateralis, vel Cameræ seruari in subsidium, licet prius *num.* 9. relato *Pecchio* absolute dixisset in causam iudicati non posse capi instrumenta agrariæ artis. *Rebuf. de litt. obligat. art.* 2. *glos. vnic. num.* 103. *& seq. Carpan. Statut. Mediolan. cap. num.* 7. *&* 8.

Contrarium tenent relati a *Ioan. Anton. Ni-*

26 *gro ad cap. Regni* 4. † *de bobus arator. num.* 12. addens hoc cessare in Regno Neapolis ex cōstitutione Regis Philippi. *Ferret. de Gabell. num.* 525. *vers. fallit in debito*, vbi alios contentientes refert, *& a Guttierz de iuram. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *circa med.*

27 Ampl. vt nec validum sit pactum, † vt boues aratorij, & alia instrumenta rusticalia, capi possint in causa iudicati, quia per indirectum læditur bonum publicum, *l. pignori, C. in quibus cauf. pign. tacite. Bellapert. Cyn. Bart. & Salic. in l. exequutores, C. qua res pign. oblig. poss. Neguf. de pignorib.* 3. *membr.* 2. *part. nu.* 49. *vers. quarto limit.* quos refert, & sequitur *Ioan. Ant. Niger ad capitul. Regni de bobus aratorijs, c.* 4. *num.* 5. *&* 12. *vers. fallit tertio.*

28 Ampl. etiam si creditor, † qui boues aratorios vel instrumenta rusticalia capere instat, afferret se illis vsurum, vel egere in arte agraria, quam exercere intendit. *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 378. *agricultura; nu.* 14. reprobando *Plotum*, qui aliud censuit, & confutato simili, quo ille vtitur: & confirmatur illius opinio, quia cum incertum sit, an ille sit facturus, quæ asserit, in publica causa, non sunt certis præferenda, vel æquanda incerta.

29 Contrarium, non relato *Ploto*, † sed dictis *Ruin. cons.* 130. *ad dubium lib.* 1. *num.* 9. tenuit *Viuius opin.* 267. *exequutio, num.* 2. *vers. limitatur.* Non est tamen recedendum ab ampliatione: & dicta *Ruin.* quibus nitebatur *Plotus*, *Menoch. d. casu* 378. *num.* 14. probauit non vrgere.

30 Ampl. etiam si debitor condemnatus † specialiter obligasset crediro ti suo, boues, & reliqua instrumenta artis agrariæ. *l. pignorum, C. quæ res pignor. obligar. poss. Bart. l. exequutores, C. eod. Neguf. de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 49. quos refert, & sequitur *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 378. *agricultura, nu.* 15. *Ferret. tract. de Gabellis num.* 126. addendo hoc esse verum de iure communi, quia vt idem subdit *num.* 27. cum publice intersit, agros coli, annonam vberiorem fieri, & cum annona deficiente, deficiāt homines, non possunt singulares personæ derogare suis pactis, & conuentionibus, publicæ vtilitati. *l. ius publicum, ff. de pact. Surdus*

31 loquens de pacto † præiudiciali doti, vt illud non sit validum, quia dotis causa sit publica. *cons.* 78. *num.* 2. *& seq. plurib. Io. Ant. Niger ad cap. Regni de bobus arator. cap.* 4. *num.* 9. *in in fin. & num.* 10. plutibus confirmat *& nu.* 12. *vers. additio el* 1. asserens iure communi hoc esse verum, & addit plura pro confirmatione. *Ciarlin. forens. quæst. cap.* 112. *num.* 8.

32 Contrarium voluit † *Marant. in p ax. cap. fin. nu.* 31. quem sequitur *Afin. in prax.* §. 21. *cap.* 2. *limit.* 33. sed quia loquuntur illi iuxta Statuta & praxim Neapolis, & Florentiæ, non est recedendum a relata extensione, præsertim cum in Regno Neapolitano superuenerit constitutio Philippi secundi derogatoria talis pacti, vt refert *Io. Ant. Niger ad capitul. Regni de bobus arator. cap.* 4. *num.* 9. *vers. additio, circa fin.* relati a *Ferret. de Gabell. nu.* 526

33 Ampl. vt tantō minus † exequutio rei iudicatæ fieri possit in personis agricolarum, illos carcerando, vt dixi *infra cap.* 13. §. vbi egi de personis, quæ ex causa iudicati possunt carceri mancipari.

34 Ampl. etiam causa soluendæ † pensionis agri culti. *l. si non inducta, C. in quib. cauf. pignus, vel hypot. tacit. contr.* per quem textum, & relato *Specul. de primo decret.* §. 3. *vers. & scias*, ita firmat *Io. Ant. Niger ad cap. Regni de bobus*

arator.cap.4. num. 10. *in fin. & num.* 11. addendo nec tacite esse hypothecata pro pensione, quia non fuerunt inducti in fundum cultum, vt ibi perpetuo starent, & ideo fundo vendito non cedunt fundo, nisi specialiter fuerit conuentum, quia non computantur inter immobilia; nec in expensa facta circa agriculturam: Idem de hypotheca dixerat *Ferrett. de Gabellis, num.*525.*circa med. Giurba decis.* 40. *num.*8. *& seq.*

Ampl. praesertim, si aliò transferantur; & ita iudicatum fuisse, refert ibid. *num.* 10. *in fin.* addendo *num.* 11. posse de facto resisti exequutori.

Contrarium tenent; relati *infra in limitat. num.*54.

35 Ampl. etiam si debitor † obligatus esset cum iuramento. *Ioan. Ant. Niger ad capitul. Regni de bobus aratorijs cap.*4. *num.*2.*in fin.* concludens, quod iudex, qui non iurauit, non debet pati talem exequutionem. *Ferret. de Gabellis, num.*527. *in fin.*

36 Ampl. vt neque † liceat instrumenta a agrariam spectantia, sequestrare, vt pluribus probat Petr. Petch. *tract. de iure sistendi cap.*5.*numer.*16. dicta reasumit, & comprobat *Guid. Folan. tract. de sequestr. part.* 2. *regul.*16.

37 Ampl. etiam in frumento, & reliquis frugibus destinatis pro semine. *Ferret. de Gabel. nu.* 534. *Ioan. Anton. Niger. ad capit. Regni de bobus arator. cap.* 4. *num.*10. *in fin.* subdens, quod illo non sit soluenda gabella.

38 Ampl. etiam in fœno, † & alio pabulo parato ad nutriendos boues; vt in agro Romano sunt pascua Praetorum, quae venduntur rus colentibus. *Isern. ad Constit. Regni titul.*95. Vt nullus official. cogat aliquem ad ostendend. titul. *verb. volentes.*

Ampl. etiam si colonus non esset dominus fundi, quem colit suis bobus. *Ciarlin. controu. Forens. cap.*112. *num.*16. Vel esset mercator, qui arte agraria lucrum faceret, vt dixi *infra nu.*46. *in fin.*

39 Ampl. vt neque in exequutione † capi possint agri proscissi, quos in agro Romano nuncupamus maggese, seu noualia, & cultus, id est qui semel sati, consumpta stipula igne, iterum scinduntur, & seruntur. *Isern. ad cap. Regni tit.* 95. Vt nullus officialis cogat aliquem ad ostend. titulum suae possessionis, *verb. volentes.*

Ampl. etiam † si caperentur ad effectum illos vendendi sub hasta, vel dandi insolutum creditori, qui illa capi instat. *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 378. *Agricultura, num.*14. *Ciarlin. controuers. forens. cap.* 112. *nu.*19. vbi refert dissentientes.

Ampl. vt nec capi † possint ad effectum exequendi sententiam criminalem latam in delinquentem, qui propter atrocitatem criminis ducendus sit per plateas, & compita. *Ioan. Anton. Niger ad capit. Regni de bobus aratorijs capit.* 4. *num.*26. *post med.*

Ampl. etiam si tempore obligationis, † quis non erat agricola, nam sicuti molestari non potest in persona, pariter non molestatur in bonis, vt dixi *infra* vbi egi de persona agricolarum, quae carcerari non potest.

40 Ampl. praesertim, si adsit statutũ † prohibens in instrumentis agrariae fieri sententiae exequutio, vt in patria mea, sub rubric. Quae res pignorari non pos. & ratio est, quia cum agatur de publica vtilitate, si colantur agri, non est curandũ de damno vnius. *Rebuf. de litter oblig. par.* 2. *glos. vnic. num.* 105. *Ciarlin. forens. quaest. cap.*112. *nu.*3.

Ampl. vt Leges loquentes de agriculturae fauore, sint seruandae in foro Ecclesiastico, & ab Ecclesiasticis, quia Canones non dedignantur Imperatorum iura sequi, & maior illorum pars transcripta est ex Imperialibus constitutionibus *cap.*1.*de nou. oper. nunc. Bald. in proem. feud. num.*4.*circa med. Ias. in l. de pupillo*, §. *si quis ipsi praetori, ff. de nou. oper. nunc. num.*21. cum alijs cumulatis *in meis collectaneis ad d. ca.*1. vbi examinaui.

41 Limit. si capiantur non † vice pignoris praetorij, sed vt vendantur sub hasta, vel addicantur creditori, vt alia bona colantur. *Ruin. cons.*130. *num.*9. *vol.*4. *Plot. de in litem iurand. num.*712. *in fin. Carpan. ad Statut. Mediolan. capit.* 251. *num.*6.

42 Limit. vbi debitor condemnatus † dedit boues, vel reliqua rusticalia, exequutori, vel creditori in causam iudicati: praesertim si adesset Statutum talem probans dationem, vt Papiae teste *Menoc. de arbitr. iud. casu* 378. *agricultura, num.*16. *Ioan. Anton. Niger. ad cap. Regni de bobus aratorijs cap.*4.*num.*12.*vers. fallit tertio. Ferret. de Gabell. num.*525. & ratio est, quia volenti non fit iniuria, & fauori suo quis renunciare possit, & talis datio non fit directe contra publicam vtilitatem. *Ripa in l. nemo potest, ff. de legat.*3.*num.*40. *Menoc. de arbitr. Iud. casu* 378. *num.*16. relati a *Giurba decis.*40.*num.*3.*versic. etsi a colono. Parlador rerum quotid. lib.* 2. *cap. cap. fin.* 5.*part.* §. 3. *nu.*20. *vers. hac scilicet.*

43 Credo tamen agricolam † posse incontinenti post talem dationem, poenitere, aut post non multum temporis, quod iudicis arbitrio est remissum. *Alex. cons.*14.*lib.*2.*num.*4. *Solfon. in Lucern. laudem. cellul.*10.*num.*11.*circa princip. vers. si vero*; concedenda esset illi in integrum restitutio, tanquam iuris solemnibus imperito. *Renat. Chopin. de priuileg. Rustic. lib.*1.*cap.*3. quia agimus de reuocando actu priuilegiato causa publicae vtilitatis. *Chopin. d. tract. lib.* 1. *cap.*
44 2.*circa princ.* cui nemo † potest renunciare, iuxta *glos. in cap. si diligẽti de foro compet. verb. pacto priuatorum*, vt dixit tacite *Menoc. de arbitr. Iud. casu* 378. *num.* 15. quem sequitur *Flau. Tortus ad Statut. Papiae. rub.*205. *nu.*12.

45 Limit. vbi boues aratorij, vel reliqua † agrariam spectantia, non sunt in opere agriculturae; veluti si mercator emisset boues, vt illos venderet, vel locaret exercentibus culturam agrorum: & idem dicendum de fabro ferrario, vel lignario, qui rastra, vomeres, ligones, aratra, stiuas, rotas, currus, & similia rustica instrumenta confecit, vt illa vendat. *Menoc. de arbitr. Iud. casu* 378. *agricultura, n.*17. Cuius dicta declaro, dũ boues

& in-

46 † & instrumenta præfata, sunt apud ipsum mer-
catorem, secus si fuerint apud emptorem, qui
precium etiam non soluisset, & ageretur de sol-
uendo id, quod idem mercator, vel faber debet:
quia tunc vrget fauor agriculturæ, quam exer-
ceri publice interest, sine discrimine, an proprijs
vel alienis instrumentis. Vel agatur de exequu-
tione facienda post tempus colendi agros. *Ciar-
lin. controuers. forens. cap.* 112. *num.* 17. vbi
refert dissentientes.

n Limit. vbi boues sunt mercatoris, qui alienis
manibus agriculturam exercet lucri causa. *Ciar-
lin. controuers. forens. cap.* 112. *num.* 20. *&* 21.
Verum cum hæc limitatio mihi dura videretur
visis *Angel.* & alijs, quos idem *Ciarlinus* allegat
cum non dicant quæ ille asserit, censeo non te-
nendam illius opin. & in Vrbe, vbi frequens
est vsus nobilis artis agriculturæ, etiam per pa-
tritios ciues, ita seruetur; tanto magis deferenda
est illius opinio. *l. de quibus, ff. de legib.*

47 Limit. in bobus indomitis, † seu iuuencis,
qui fugiunt subigi aratro, iuxta illud, Fœnum
habet in cornu, longe fuge: nam cum illis cesset
fauor agriculturæ, possunt illi capi in exequu-
tione. *Ferret. de Gabel. nu.* 528. asserens id ca-
ceri lege Longobarda. *l. qui caballos,* & ibidem de
debito, & gaudin. *Ioan. Anton. Niger. ad capit.
Regni de bobus aratorijs cap.* 4. *nu.* 13.

48 Limit. vbi agitur de damno † resarciendo,
illato ab ipsis bobus in alieno prædio. *Io. Anton.
Niger. ad capit.* Regni *de bobus arator. cap.* 4. 12.
circa fin. vers. secus si inueniret & nu. 14. *Mau-
son. de caus. exequut. ampliat.* 15. *num.* 18. *Fer-
ret. de Gabel. num.* 529. asserens id caueri lege
Longobarda. *Plot. de in litem iurand. num.* 874.
concludens, si quis reperiat animalia, quæ dam-
num inferant suo prædio, vel illius fructibus,
quod quis possit illa capere, & domi suæ, vel
in hospitio retinere, donec fuerit de dãno pas-
so satisfactus, quod tamen *Alciat. præsumpt.* 50.
49 *regul.* 1. *n.* 2. *vers. potest.* † declarat retentionem
esse licitam ad effectum, vt reperiatur dominus
bouis, vel illi sit satisfactum de alimentis: nam
reperto domino, est relaxandus, & cum illo agẽ-
50 dum ad damna, si tamen damnum datum exce-
dat precium, quo venui posset bos qui damnũ
dedit, domino dare bouem pro noxa, nec ad alia
51 obligatur. Dicta *Alciati* † procedere de iure cõ
muni, vt pluribus probat *Coler. decis.* 136. *nu.* 1.
& seq. & de process. part. 1. *cap.* 3. *num.* 64. *& seq.
plurib.* referens iure Saxonico licitam esse reten-
tionem donec damnum passus fuerit satisfactus.
Si autẽ † boues fuerint clerici exercentis agrariã
an isto casu capi possint auctoritate Iudicis laici,
videndus *Ripol. var. resol. cap.* 1. *nu.* 20. *& seq.
&* 154. *& seq.*

53 Contrarium tenent relati a *Mauson.* † *de
caus. exequutiu. ampl.* 15. *num.* 18. declarando
num. 21. si in loco damni dati reperiantur.

54 Limit. in causa soluendæ pensionis † agri, qui
colitur. *Giurba decis.* 40. *Caterina nu.* 7. *Mauf.
de causis exequutiu. ampliat.* 15. *numer.* 20. qui
cum id firment relato *Menocb. de recup. possess.
remed.* 11. *num.* 8. loquente de alimentis, & pa-
scuis, vt illorum causa concedatur retentio, dubi-
to de veritate huius limitationis, præsertim cum
vrgeant rationes relatæ a *Ioan. Anton. Nigno,* vt
dixi supra in ampliat. *num.* 33. & idem *Mauson.*
declarat procedere, si reperiantur in loco con-
ducto.

55 Limit. si agatur de exequutione † sententiæ
latæ occasione alimentorum præstitorum agri-
colis, vel bobus, vt puta causa panis, olei, alij, cæ-
parum, carnis porcinæ salitue, & aliorũ ciborum
rusticalium, vel fœni, hordei, fabarum, auenæ, &
aliarum frugum, quibus communiter, vel in sub-
sidium nutriuntur boues, nam cum creditor in
illis habeat prælationem. *l. huius enim, ff qui
potior. in pign. habeant. Menoc. de recuper. posses.
remed.* 11. *nu.* 8. *&* 9. addendo dari etiam reten-
tionem. *Surd. de aliment. tit.* 8. *quæst.* 62. *num.*
56 19. declarando si † expresse creditum sit crea-
tum in causam alimentorum, secus si simpliciter
datum esset fœnum, vel panis, non expressa cau-
57 sa alimentorum: & simile est, quod dicitur de †
mutuante, vt domus, vel nauis reficeretur, qui
cæteris sit potior, si expresse factum sit mutuum
in causa refectionis, cum expressa hypotheca ad
fauorem mutuantis, & pecunia fuerit errogata
in refectione. *Rebuf. in comment. de constit red-
dit glos.* 8. *n.* 4. 18. *& seq Guttierez pract. quæst.
lib* 5. *quæst.* 98. *Giurb. decis.* 40. *num.* 5. *&* 6. se-
quitur omnia dicta *Surd.* & in eisdem terminis
firmauerat *Gaspar. Baetia tract. de inop. debit.
cap.* 1. *num.* 53. *&* 55. concludens bona filiorum
vel vxoris obligari, si marito sit factum mutuum
causa alimentorum.

58 Limit. vbi boues aratorij † dati essent socio,
vt ex illorum laboribus lucrum faceret, diuidẽ-
dum inter eos. *Menocb. de arbitr. iud. casu* 378.
agricultura, num. 18.

Limit. vbi consuetudine aliud obseruatur.
Ciarlin. forens. controuers. cap. 112. *nu.* 12. *&
seq.* vbi inuehit in talem consuetudinem.

59 Limit. vbi boues † & instrumenta alicui es-
sent hypothecata specialiter, & cum iuramento,
quia agricola non posset impedire exequutionẽ,
sed iudex ipse posset ex officio inhibere ne capiã
tur. *Io. Ant. Niger. ad cap.* Regni *de bobus arat.
cap* 4. *num.* 12. *circa fin. vers. quid autem si iu-
rasset.*

60 Limit. vbi quis obligando boues, assereret
illos non exercere agriculturam, nam in pœnam
mẽdacij, nisi recipiens obligationem sciret obli-
gatum exercere agrariam, exequutio fieri posset
in bobus. *l.* 1. *C. ad Maced l.* 2. *C. si minor se ma-
ior,* per quæ iura ita cõcludit *Maldon. in sua sil-
ua respons.* 16. *cap.* 4. *nu.* 14. *& seq.* & regulare
est, vt mendax in pœnam mendacij amittat pri-
uilegium. *c.* 1. *§. vassallus el* 1. *si de feud. defunct.
content. sit inter domin.* vbi plura dixi *in meis
collectaneis.*

61 Laudes agriculturæ, † agricolarum, & quem
locum illi teneant in ciuitate, ac quibus priui-
legijs sint cumulati, referunt *Io. Ant. Niger ad
capit. Regni de bobus arator. num* 9. *& seq &
num.* 16. *& seq. Parlador. rerum quotid. lib.* 2.
cap. fin. part, 5. *§.* 3. *& seq. plurib. Menocb. de
arbitr. iud. casu* 378. *num.* 1. *& seq. Cassan. ca-
talog. glor. Mundi, part.* 11. *considerat.* 37.

Tiraquellus de nobilitate capitulo 32.

61 Limit. in subsidium, *glos. l. executores*, C. *quae res pign. oblig.* Ripa *de remed. praeseruat. pestis num.221. vbi refert. Cyn. Petr. & Alberic. aliud velle. Ripam sequitur Plotus de in litem iurand. num. 712. in fin. cum temperamento ex dictis Ruin. consil. 130. Ad dubia nu. 9. lib. 1.* si boues, & instrumenta rusticalia capiantur ad effectum vendendi, vt alia bona per emptorem colantur: vult enim *Ruin.* bona posse vendi forensi prohibito acquirere, quod illa vendat & ex precio sibi satisfiat: latius tamen hanc limitationem prosequitur *Ciarlin. post haec scripta à me visus controuers. forens. cap. 51. num. 25. vsque in fin. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 250. nu. 5.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Vestes capi minime possunt in executione rei iudicatae, 1. *quare*. 2. 4. 10. *non continentur in generali obligatione bonorum, nec quis censetur illas obligasse*. 3. *Ampl*. 8. 12. 14. 16. *& seq. Limit*. 18. 21. 22. 24. *Sublimit*. 23.

Baldi textus corruptus emendatur. 3

Vestes non detrahuntur damnatis ad mortem. 3. *ampl*. 5. *nec cedentibus bona*. 6

Cedens bonis est infamis, & vita illis est supplicium. 6. *quae bona retineat*. 7

Contractus cū persona quae non potest libere domo exire, tanquam factus in carcere est nullus. 11

Executor capiens clericum, vel illius vestes in executione rei iudicatae, est excommunicatus, & quare. 12. 13

Vestium nomine quid contineatur. 15

In executione non possant capi vestes. 1. *& seq. Item nec lectus*. 16. *Item quando panis*. 17. *Item nec vasa fictilia*. 1?. *Item nec ius percipiendi alimenta*. 20

Statutum Annoni de vestibus non capiendis in executio ne rei iudicatae. 15.

1 Septimo in exequutione rei iudicatae minime capi possunt † vestes debitoris, & similia. *Luc. a Penna in rub. C.* de Ganon. *vest. milit. lib. 12. nu. 1. in fin. Io. Anton. Niger ad Constit. Regni. cap. 4. De bobus, num. 11. in fin. Marant in praxi. cap. final. nu. 28. circa fin. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. 5. par. §. 3. nu. 18. 24. vers. humanitatis. Amat. Rodriq. de execut. sent. cap. 5. num. 75. in prax. §. 31. c. 11. limit. 43. num. 1. Ferret. de Gabel. nu. 533.*

2 Ratio est, quia † cum illae non contineantur in generali bonorum obligatione, nec verisimiliter debitor praesumatur, illas creditori suo obligasse. *Bart in l. 1. C. quae res pignor. oblig. poss. nu. 4. & Bal. num. 1. in fin.* vbi notandum tex-

3 tum † *Baldi* esse corruptum, quia adhaerendo *Bartolo*, & illum sequēdo, aliter legitur in lectura *Bartoli*; quare dicendum potius textum esse corruptum, quam quod voluerit dissentire à *Bartol.* propterea non possunt illae capi in executione rei iudicatae.

4 Afferuntur praeterea plura similia † quod si cuti capite, vel furca plectendi non exuuntur vestibus, licet omnia illorum bona fuerint fisco addicta. *l. diuus 6. ff. de bon. damnat. Bart. in l. penult. ff. de cession. bon or. num. 5. Marant in prax. cap. fin. num. 29. & 30. Ias. in §. fin. Inst. de action. num. 26. in fin. Asinius in prax. §. 31. c.*

5 11. *limit.* 33. *num.* 3. Imo † qui illos spoliaret puniretur, vt voluit idem *Asin. in l. scriptus ff. de reliq. & sumpt. fun. num.* 106. nec cedenti-

6 bus † bonis, qui ideo sunt infames, perpetua fordescunt paupertate, & quibus vita est supplicium ac iniuria, *vt ex Feder. de Senis. consil. 193 in quaestione nu. 2. & seq. concludit Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quaest. 1. num. 2. & seq.* auferuntur vestes, quae nuditatem tegant. *Io. Fab. in §. fin. Inst. de action. num. 9. in fin. Ias. num. 26. qui refert glos. aliud velle*, sequendo *Fab. ibid. & Aret. Bart.* concludens aduersus *glos. ibidem*, quae vult illis esse saltem relinquē-dos pannos, *in l. penul. ff. de cession. num. 5.* sed

7 apostil. ibidem † tenet retinere omnia quae non possunt alienari, vt puta feudum, emphiteusim, vsumfructum, & similia.

8 Ampl. praesertim si debitor † sit ex persona, quae in causa aeris alieni non potest carceri mancipari, quia paria sunt, vinculis constringi, & esse

9 † sine vestibus, quibus in publicum quis prodire nō possit sine rubore, etiam quod non prohibētur. *l. in eadem 10. in fin. vbi glos. fin. l. nec non 28. ff. ex quib. caus. maior. vbi* Vlpianus inquit. *In vinculis etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico cōparere non possunt. Item si quis, nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, & recedere non potest, captus sit, restituetur, & aduersus eum dabitur restitutio. Luc. à Pen. Rub. C. de milit. vest. Canon. lib. 12. n. 1. in princ. Roman. singul. 437. si quis dedit. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 12. consid. 96. in princip.* eam afferens rationem, quia per indirectum

10 carceri manciparetur, † quia vt ego addo, domi perpetuo, seu domestico, & priuato carcere detineretur, nec nudus exiret, sine infamiae, vel insaniae nota. *Anton. Monac. decis. Bononiens. 68. An executio num. 43. subdens num. 45.* con-

11 tractum † factum cum persona quae sine dedecore prodire non potest, tamquam factum cum carcerato esse nullum, rationem consideratam à *Casaneo*, latius prosequitur *idem Monac. d. decis. nu. 47. & seq.*

12 Ampl. vt sicut † esset excommunicatus executor, qui violentas manus iniiceret sine legitimo mandato superioris, in clericum, *cap. si quis suadente 17. q. 4.* pariter esset excommunicatus, capiendo illius vestes in executione rei iudicatae. *Felin. in cap. 2. de foro compet. num. 3. vers.*

13 *non obstat*, & ratio est quia † aeque fit iniuria personae, & rei *Inn. & reliqui in cap. nuper. de sent. excomm. Bart. in l. licitatio. §. quod illicite ff. de publican. nu. 3. Gabriel consil. 171. promissit. lib. 1. nu. 3. Cabal. resolut. Criminal. 152. num. 3. & seq. cum alijs cumulatis ab Anton. Monac. decis. 68. an exequutio, num. 38.*

14 Ampl. praesertim, vbi a Statuto † esset prohibitum

bitum ne exequutio fieret in vestibus, vt *Mediolani cap.* 254. *vestes*, *Papiæ ex Statuto cap.* 107. vbi prohibentur vestes mulietibus capi in exequutione, nisi vestis casibus eisdem statutis, expressis; addente *Flauio Tosto*, quem habui
15 præceptorem in elementis iuris, † quid nomine vestium contineatur, relato *Ripa in l. obligatione generali. ff. de pignor. num.* 3. latius tamen id explicat *Molignat. de appellatiua verb. signif.* §. *vestimentorum*. & in patria mea viget Statutum de vestibus non capiendis sub titulo, *Quæ res non possint pignorari*, cuius tenor est, *Item Statutum, quod vestes quotidianæ, et fornimenta bouū, non possint saxiri. pignorari pro aliquo priuato: si contrafactum fuerit teneatur potestas vinculo sacramenti restitui facere. Et hoc non intelligatur habere locum pro cibo, et potu, nec in forensibus, quando res esset furata, vel persona suspecta*.

Quia supra *in prin. huius* §. dixi non posse capi vestes & similia, si quæratur quæ sint ista,
16 dicas, esse † lectum cum culcitris, & reliquis necessarijs quieti corporis. *Marant. in prax. cap. final. nu.* 28. *vers. limita primo*, quem sequitur *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 254. *num.* 5. *Asin in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 33. *nu.* 1. *Amat. Rodriq. de exequut. sentent. cap.* 5. *nu.* 75. *Bald. in l.* 1. *cap. qua res pign. oblig. pos. in fin.*

17 Item † panis. *Luc. a Penn. in rubr. C. de milit. vest. canon. lib.* 12. *num.* 2. nam cum sine eoquis viuere non possit, iuxta illud Ecclesiastici *cap.* 29. *num.* 28. dum dicitur: Initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem; per indirectum debitor necaretur pane illi ablato. Si tamen penes illum reciperetur notabilis quantitas panis, vel debitor esset furnarius, vel exerceret artem vendendi pauem, vel exequutio fieret apud nostrates, qui, inueterata consuetudine solent ingentem quantitatem panis coquere aduenien ribus festis Natiuitatis Domini, vulgo appellantes pane di natale, secus esset: sicuti idem
18 dicerem † de vino, cum illius vice Deus dederit aquam, vt dicitur *d. cap.* 29. *eccles.*

19 Item vasa fictilia, & supellectilia destinata ad vsum quotidianum. *Marant. in prax. cap. fin. num.* 28. *circa fin.* eam afferens rationem, quia ista minime continentur in hypotheca bonorū. *Bald. in l.* 1. *C. quæ res pignor. oblig. pos. in fin.*

20 Item ius† percipiendi victum quotidianum. *Bald. in l.* 1. *C. quæ res pign. oblig. poss. n.* 2. *in fin.*

Ampl. nec etiam pro alimentis præstitis carceratis a custode carcerum, vt constituit recolendæ memoriæ Paulus Papa V. in sua Bulla reformationis Tribunalium Vrbis, *cap. de carceribus, & carceratis*, §. 28. indicta ipsis custodibus pœna priuationis officij, & alia arbitrio Visitatorum carceris.

21 Limit. in subsidium, † vbi alia bona non adsunt, quæ capiantur, exceptis vestibus, quibus corpus tegitur. *Marant. in prax. cap. fin. num.* 30. *in fin. Asinius in prax.* §. 31. *cap. cap.* 11. *limit.* 33. *num.* 4. *Petr. Duen regul.* 75. *exequutio. limitatione prima*: & hæc limitatio est generalis ad omnes casus, quibus bona debitoris minime capi possunt in causa iudicatæ rei.

22 Limit. in vestibus non † necessarijs, seu quæ sunt ad ornatum corporis *Luc. a Penn. in rubr. C. de vest. milit. canon. lib.* 12. *num.* 1. *in fin.*

23 tacite *num.* 2. † sublimitans in vestibus, quæ dignitatis causa deferuntur, quales sunt, vt ego addo, toga in Aduocato, pallium in Sacerdote, etiam quod essent extra illorum dorsum. *Anton. Monac. decis. Bonon.* 70. *Hactenus, nu.* 1. *et seq.* qui loquitur de pallio non auferendo a sene. cū ptius *decis.* 69. distinxisset quando exequutio in pallio sit realis, vel personalis, *Luc. a Penna* sequitur *Cassan. Catalog. mund. part.* 12. *consid.* 96. *col* 1. *vers. hoc est verum*, & deinde *Io. Ant. Niger ad capit. Regni, cap.* 4. *de bobus arator. num.* 11. *in fin. Faber in* §. *fin. Instit. de action. n.* 9. concludens cedenti bonis auferri vestes, sed nō pannicularia, iuxta *l. diuus. ff. de bon dānat.* vbi *Vlpia.* declarat, quæ sint pannicularia bona.

24 Limit. in pallio. † *Anton. Monac. decis. Bononiens.* 70. *n.* 8. vbi refert ipsum, & *Vlagatum* Boniæ, ita iudicasse dum prius *decis.* 68. examinasset, an exequutio facta in pallio debitoris sit realis, vel personalis; concludens, in persona, quæ non potest carcerari, esse personalem; in persona, quæ potest carcerari, esse realem. *nu.* 7. 46. & 47. *et decis.* 69. *n.* 29. refert rationē diuersitatis, quare concedatur exequutio in pallio, secus in alijs vestibus.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Molendina, & omnia instrumenta, quibus conducuntur fruges ad molendū, non possunt capi in exequutione. 1. 3. 5. 7. *Ampl.* 2. *declara*, 4. 5. 6.

1 Octauo in exequutione sententiæ capi non possunt molendina, † nec animalia quibus conducuntur segetes, & fruges ad molendum. De molendino, ita firmauit *Plotus in l. si quando, C. de in litem iurand. num.* 712. *Flau. Tortus ad Statut. Papiæ cap* 109. ampliando † nec etiam capi posse in subsidium.
2
3 De equis, † & alijs instrumentis, quibus conducuntur fruges ad molendum, firmat *Asinius in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 37. sequendo *Ferrett. de Gabell. num.* 532. qui id affirmat, verum in Regno Neapolis ex pragmatica illius Regni: & cūm *Ias. ab eodem Asin. et Ferret.* citatus, nō loquatur in his terminis, sed in casu sequent. §. non parum dubito de veritate dictorum illius:
4 & tam in molendino, † quam in instrumentis ad conducendum fruges ad molendinum, crederem procedere, si ideo impediretur vsus molendini, vel delatio frugum ad molendum, vt in patria mea, vbi publico stipendio obligatus est conductor molendinorum suis equis, vel asinis, portare granum, & reliqua ad molendinū, quæ quotidie sibi ab incolis, & ciuibus consignātur;
5 nam pro ære alieno † eius portitoris censerem, non posse capi animalia ad portandum destinata: & quæ retuli de molendo, pariter † esse vera
5 si etiam ideo populus pateretur damnum, quia capto molendino pro pignore iudiciali negligeretur

7 retur illius custodia, & vsus, vel esset † molendinum ad purgandam orizam, vel frangendum torcendumque oliuas, nuces, semina lini, raparum, vt inde extorqueatur oleum, quia ista cadunt sub instrumentis artis agrariæ, quæ minime capi posse in exequutione rei iudicatæ, dixi *supra §.6.num.12.*

§. IX.

SVMMARIVM.

Portæ, fenestræ, tegolæ, & reliqua integrantia domum non possunt capi in exequutione. 1. *ampl.*5.6

Legatum tegularum domus non valet. 2.

Contractus, cuius obseruantia deformatur domus non valet. 3.

L. 3. *ff. de precar. declaratur.* 4

1 Non capi minime possunt, vt fit satisfactum rei iudicatæ, quæ sunt affixa † ædibus, seu quibus ædes perficiuntur, qualia sunt portæ, fenestræ, ligneæ, vel vitreæ, tegulæ, trabes, solaria marmorum incrustationes, liminaria, superliminaria, postes ianuarum, columnæ, camini marmorei, tessellati vel simplices, orbiculis, vel distincti *l.cætera, §. hoc senatus, ff. delegat.* 1. vbi *Cast. Boer. decis.*230. *num.*1. vbi plura congerit. *Ferret. de gabell. num.*533. quem sequitur *Asin. in prax.*§.31. *cap.*2. *limitat.* 38. qui ambo referunt *Bald. in rub. C. qui bon. ceder. pos.* qui nihil de istis loquitur: censeo tamen eorum opinionem veram, ex dictis *Iaf. in l.cætera*, §. *hoc senatusconsultum*, *ff. delegat.* 1. *nu.*2. *& seq.* dum testatur hoc non seruari Romæ, & Florentiæ. *ex Bart. Iac. de Are*, quæ supra dixi, firmauit; & de illis est textus in eodem
2 §. dum IC. voluit legatum † tegularum domus non valere, ex quo textu *Gomes. in §. item seruiana, Inst. de action. num.*52. generalem facit
3 regulam, non valere contractum, † per cuius obseruantiam consequitur deformitas ædium.
4 *l.*2.*C.de ædif. priuat.* declarando † *l.*3.*ff. de precar.* quæ videbatur obstare. *Flau. Tort. ad statut. Papiæ, capit.* 108. *num.*2. *& seq.* amplians,
5 nec etiam pro debito publico, & in præparatis ad cooperiendum domum & illam ædificandam. *Parlator. rerum quotid. lib.*2. *cap. fin. par.*5. §.3. *num.*24. *in fin. & numer.*25. *Mauson. de caus. exequut. ampl.* 15. *num.* 22. etiam quod alia bona non habeat debitor, vt subdit *Parlador. ibid. num.* 25. Addam vnum de quo *Iaf. in. l. cætera*, §. *hoc S.C. ff. de leg.* 1. *num.*2. aliud testatur, quod in Vrbe a triginta annis, & citra, quo
6 Vrbem colo, nunquam uidi vendi † tegulas domus, nisi cum tota domo, quamuis debitum esset paruæ summæ: vel debitor, non habeat vnde soluat, etiam reipub. *Iaf. d.* §. *hoc. S.C. nu.*3. *&* 4. *Boer. decis.*204. *nu.*2. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.*155. ampliando etiam pro debito publico, vel fiscali, nec licere domino illa amouere, pignori dari limitando, si destinetur operi publica.

§. X.

SVMMARIVM.

Fructus feudi minime capi possunt in exequutione rei iudicatæ. 1. *& quare.* 2. *Contrarium.* 4. 6. *& quare.*5. *Ampl.*6.9. 11.12. 13.14. 15.16. 17. 18.19. *Limit.*20.21.22.23.24.

Fructus feudi ad plures annos, quando vendi possint. 5. *ampl.* 7.

Feudum hæreditarium procedit à pari cum cæteris bonis hæreditarijs. 7. *ampl. ibid.*

Fructus, et res referes fructus, a pari procedunt. 8

Specul. declaratur. 10.

Fructus feudi, qualiter diuidantur. 13.

Feudum, an capi possit in exequutione rei iudicatæ. 25

1 Decimo minime capi possunt in causam iudicati fructus † feudi, vt suadent relata ab *Afflict. decis.*26. *num.*1. *& seq.* &
2 id suadetur optima ratione, quia † de fructibus pendentibus, idem iudicatur, quod de ipsa re terrente eosdem fructus, imo illi censentur eiusdem rei pars. *l.l. fructus, ff. de rei vendicat. Osasc. decis.*82. *numer.*2. *Tiraquel. de retrastus lignag.* §.1. *glos.*7. *num.*42. *&* 53. *Barbos. in l. diuortio*, 8. *ff. solut. matr. part.* 2. *num.*70. *vers. fructus*, & de fructibus feud. tradit *Rosental de feud. part.*10. *conclus.*42. *num.*31. *& seq.* Suadent hanc negatiuam, quæ sunt dicta supra de
3 stipendijs militum, cum feuda † in sua origine sint præmia militantium, relati *a Rosental. par.*1. *concl.*8. *num.*1. *in fin.*
4 Contrarium † voluere *Specul. de exequut. sentent.* §.3. *num.*17. cum alijs cumulatis *a Tiraq. de retract. lignag.* §.1. *glos.*7. *num.*49. *Bald. in auth. & qui iurant, C. de bonis quæ liber, num.* 21. *in princ.* quorum opinio comprobari potest ex ijs quæ dicũtur de fructibus feudi, vt illi ven-
5 di possint ad plures † annos, ac ad longum tempus, si fiat protestatio, quod non propterea emptori acquiratur dominium aliquod. *Bald. cap. quæ in ecclesiarum. de constit. num.* 30. *& seq. vers. quare numquid. Paris de Put. de reintegr. feud. cap.*253 *an feudatarius num.*1. *& seq.* qui præterea addit, quid obseruetur cum fisco, vel filijs, si interim vassallus moriatur, post *Specul.* idem voluisse *Bald.* refert idem *Paris ibidem num.*9. *& Vinc de Hercul l.commodis, ff. de re iud. num.*4. *Afflict. decis.* 26. *fuit dubitatum, num.*2. *vers. in contrarium. Bart. l. si finita* 15. §. *si de vectigalibus, ff. de damn. infect. num.* 5. concludens, in causa iudicati † capi posse feudum ad effectum, vt commoditas transeat in alium; & ipse feudatarius remanet obligatus ad seruitia; & Decima non potest capi in exequutione, tamen capi possunt illius fructus *Tiraquel. de retract. lignag.* §.1. *glos.*7. *num.*52. *Brun conf.* 87. *Iaf.* §. *item seruiana Instit. de action. n.*111.
6 Ampl. præsertim in fructibus † feudi hæreditarij; quia de illo idem iudicatur, quod de reliquis

liquis bonis hæreditatis, *capian agnat. cap. 1. §. si*
quis hominem de pace tenend. per quæ iura, &
ex dictis ibidem *Bald.* ita concludit *Parid. de*
Put. de reinteg. feud. cap. 254. num. 5. & seq. ad-
7 dendo, quod de † eodem feudo vassallus potest
testari ad piam causam, hæredes illud acceptan-
tes, non posse contrauenire, & nisi acceptaue-
rint cum benef. leg. & inuent. obligatos esse de
suo, & fructus feudi esse partem feudi. *Marant.*
in prax. cap. final. num. 50. Afflict. decis. 26.
num. 3. ampliando siue hæres fecerit inuentariũ
siue non, & siue obligati fructus fuerint pro tẽ-
pore, quo vixit vassallus, siue quo est mortuus,
veluti legando aliquam quãtitatem ad tempus,
8 vel in perpetuum, quia idem † iudicatur de fru-
ctibus rei hæreditariæ, quod de re hæreditaria.
Marin. Frec. de subfeud. lib. 3. §. quinto. de-
clarando procedere deductis oneribus feudi, &
modo feudatarius non egeat.

9 Ampl. præsertim in subsidium. † *Angel. in l.*
pro hærede, §. si quis tamen, ff. de acquir. hæred.
quem refert, & sequitur *Alex. in l. commodis, ff.*
de re iud. num. 3. & seq. & Ias. num. 3. asserens
10 idem dixisse *Bart. Imol. et Specul.* † supra rela-
tum ita intelligendum esse, sicuti, & ego addo
intelligendam esse hanc ampliationem in feudo
hæreditario. *Petr. Duen. regul. 7. exequutio. li-*
mit. 12. Afin. & ab illo relati *in prax. §. 31. cap. 2.*
limit. 46. Vinc. de Hercul. l. commodis, num. 4.
Ias. num. 3. ff. de re iud. Marant. in prax. capit.
fin. nu. 49. Isern. in cap. 1. de inuestit. de re alien.
fact. num. 6. Tiraquel. & ab illo relati de re-
tract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 49.

11 Ampl. præsertim, † vbi pro feudo præstatur,
non personale, sed bursale seruitium. *Ruin. cons.*
70. quia id lib. 5. num. 18.

12 Ampl. etiam in † fructibus pendentibus. *Re-*
buf. de litter. oblig. art. 2. glos. vnic. nu. 124.

Ampl. etiam defuncto † vassallo, nam pro ra-
ta temporis, quo vixit fieri potest exequutio,
seruata, distinctione *Rosental. de feud. cap. 10.*
conclus. 42. num. 35. et seq. intelligendo tamen
in feudo hæreditario, secus ex pacto, & proui-
dentia. *Marant. in prax. cap. fin. num. 50.* præ-
13 sertim si vassallus † defunctus facit expensas
gratia quærendorum fructuum: exemplum in
vinea. *Bald. l. si pater, C. de vsufruct. 2. vers. sal-*
bit, qui loquitur de vsufructuario moriente de
mense Augusti vuis acerbis, & *Rosental. d. con-*
clus. 42. num. 38. et seq. plurib. vsque in fin.
vbi diuersas fructuum species, & diuisiones re-
fert, & dixi *in meis collectaneis ad cap. 1. §. his*
consequenter hic finit. text. & distinguit *Mare-*
scot. var. resolut. lib. 1. resol. 64. pensape.

14 Ampl. in præiudicium † vassalli, & donec ille
viuit. *Isern. in cap. 1. de inuest. de re alien. fact.*
num. 6. in princ.

15 Ampl. præsertim † pro debito causa, & vtili-
tate domini, vt puta si vassallus pro illo fideius-
sit, & soluit, vel vt illi auxilium præstaret, vel
ageretur de onere feudi, vt puta causa dotis dã-
dæ sorori vassalli, vel saluanda costa & militia
fratri. *Isern. in cap. 1. de inuest. de re alien. fact.*
num. 6. Vrsil. ad Afflict. decis. 26. num. 3.

16 Ampl. non solum † in parte, sed etiam in to-
tum. *Afflict. decis. 26. num. 4. in fin. et num. 5.*
addendo isto casu seruitium esse præstandum
à creditore immisso.

17 Ampl. etiam † vigore obligationis generalis
bonorum facta à vassallo, sine consensu domini.
Vrsil. ad Afflict. decis. 26. num. 1.

18 Ampl. præsertim † pro tempore, quo viuit
feudatarius debitor. *Brun. cons. 37. Afflict. de-*
cis. 240. in causa, num. 9. post princ.

19 Ampl. etiam vbi magna † cum difficultate
fieri potest exequutio in alijs rebus. *Ias. l. com-*
modissime, de re iud. num. 5.

20 Limit. vbi inde feudi † diceretur facta alie-
natio, veluti si agatur de grandi ære alieno, nam
sine domini consensu deueniri non posset ad se-
cundum decretum adiudicationis fructuum.
Isern. in cap. 1. de inuest. de re alien. fact. nu. 6.
vers. secundum decretum, et alienatio.

21 Limit. in præiudicium † domini, vel agnato-
rum. *Isern. in capit. 1. de inuest. de re alien. fact.*
num. 6. in princ.

Limit. in subsidium. *Gail. obseru. 117. lib. 1.*
nu. 1. vel vbi probaretur debitum fuisse contra-
ctum in vtilitatem domini, vel agnatorum.
Gail. ibid. num. 4.

22 Limita in fructibus feudi † ex pacto, & proui-
dentia, si agatur de fructibus post mortem vas-
salli. *Afflict. decis. 26. num. 6.* & dixi supra am-
pliat. quarta, sublimitando eodem *Afflict.* nisi
successor vassalli esset hæres absque benef. legis
& inuent. *Marin. Frecc. de sub feud. lib. 3. §. 5.*

23 Limit. si fiat exequutio, vt ex illis fit satisfa-
ctum pœnæ contumaciæ vassalli. *Vrsil. ad Afflict.*
decis. 26. num. 6. sublimitando, si illi fuerint ma-
turi, & de proximo colligendi.

24 Limit. vbi illi sunt † percepti. *Rebuf. de litt.*
oblig. art. 2. glos. vnic. num. 124

25 Quid autem dicendum † de feudo ipso. *Ruin.*
cons. 70. lib. 5. num. 9. Alex. in l. si finita, §. si de
vectigalibus, ff. de damn. infect. num. 16. et 18.
Vrsil. ad Afflict. decis. 21. num. 1. et seq. plurib.
Gail. obseru. 117. lib. 1. nu. 1. Ias. §. item Seruiana.
inst. de action. num. 114. et seq.

---

§. XI.

SVMMARIVM.

Fructus bonorũ emphiteoticorum, an capi possint
in exequutione rei iudicatæ. 1

Sententia lata contra emphiteotam, an exequen-
da excipiente directo agi de suo præiudicio, et
non esse exequendam. 2. *Distingue.* 3. 4. 5 *Quid*
si lata fuit à laico iudice contra emphiteotam
laicum. 6.

L. ex vectigali, ff. de pignor. ampliatur in emphi-
teota imponente seruitutem fundo emphiteoti-
co. 6

Quæ dixi de fructibus feudi, multo magis
1 sunt dicendæ de † fructibus bonorum
emphiteoticorum, quos nedum capi in
exequutionem rei iudicatæ, sed nec etiam vendi

sine

sine consensu domini, & solutione laudemij, examinaui, *lib.2.quaest.2 1.* ideo concludendo illos capi, & non capi posse iuxta, quae ibidem dixi de venditione.

2 Inquirendo an sententia lata† contra emphiteotam, quae aliquo modo fit praeiudicialis proprietati, possit exequutioni demandari, comparente directo, qui excipit, non fuisse ad sententiam, nec in toto processu citatum, & tali sententia, vulnerari iura sui directi dominij, breuiter procedendo dicendum quod

3 Aut in tali † sententia actum fuit de possessione, & illa exequutioni demandabitur, non obstante exceptione directi domini. Aut vero

4 sententia † lata fuit in petitorio, & tunc secus,

5 Aut vero lata † fuit in petitorio, & possessorio simul, & idem est dicendum, vt refert fuisse decisum, *Afflict. decis.380. Vincentius num.4. vsque in fin.* praesertim si talis sententia esset indefinite prolata, & nullam relationem haberet ad iura, seu factum emphiteotae, qui seruitutem vel quid simile imposuisset fundo emphiteotico: nam cum talis seruitus imponi possit, sine solutione laudemij, vt dixi *lib.3.quaest.64* non audiretur dominus super retardatione exequutionis sententiae latae de iure alieno, & duraturo tantum, donec durabunt iura emphiteotae, qui

6 seruitutem imposuit, iuxta regulam † *l. lex vectigali, ff de pignorib.* & in terminis emphiteusis finitae, vel caducatae, tradunt *Gul. de Bened. in cap. Raynutius. §. & uxorem decis.2. numer.7. Boer. decis.181. num.3. Milanens. decis.17. lib.2. num.3.9. & seq. Cartar. decis.87. num. 9. & seq.*

7 Si tamen emphiteusis esset ecclesiastica, † & sententia lata fuisset contra emphiteotam laicu, & à laico iudice, an exequutio retardanda sit de mandato iudicis laici, vel ecclesiastici, videndus *Afflict. d. decis.380. numer.7. & seq. & ibidem Vrsil.* qui praeterea agit, an de iure directi ecclesiastici sit isto casu agendum coram saeculari, vel ecclesiastico iudice. *Ruin. cons.68 lib.5. nu.11.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Bona debitoris portata in ecclesia, capi non possunt in executione rei iudicatae. 1. *Limit.* 3.4.5 6.7.8

Bona inuecta in ecclesia à debitore in fraudem rei iudicatae sunt extrahenda auctoritate iudicis ecclesiastici. 7

Immunitate ecclesiastica gaudent bona in illam inuecta. 2. *Limit.* 4.5.6.7.8

Iudex laicus non potest perquirere in ecclesia, an in illa sint importata bona debitoris. 8. *& qualiter illa perquisitio fiat* 9.

Dubium accidere potest, si debitor confugiens ad ecclesiam secum portet mobilia, an illa cum persona debitoris gau-

1 deant immunitate ecclesiastica. † Et affirmatiuam probat *textus in cap. sicut antiquitus, 17. quaest.4.* in illis verbis. *Aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, vbi glos.* in figuratione casus & est etiam textus, *in cap. diffiniuit 17. q.4.* in illis verbis. Aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre, & ibi etiam, *Archid. post num.1. in verbo spolij, & Turrecr. in*

2 *Summ.* vbi generaliter dixit, quod personis† aut rebus fugientium ad ecclesiasticam nulla debet inferri iniuria, & *Bellamer.* dicit quod verbum damni intelligitur de damno personali, & verbum spolij de damno reali. *Angel in summa in verbo immunitas num.10.* vbi propterea dicit quod bona quae in Ecclesia posita sunt, per vim auferri non possunt, & auferens poena sacrilegij tenetur. *Tabien. in eodem verbo immunitas num. 7. vers. nec ea, quae in ea posita sunt. Rosella in verbo immunitas in prin. vers. item ea quae in ecclesia posita sunt, Suarez. de statu religionis lib.3. cap.12. num.3.*

3 Limita hanc conclusionem † non. procedere in fure confugiente ad ecclesiam, & portante in eam rem alienam, & ablatam, vt est textus *in d. cap. sicut antiquitus 17. quaest. 4. in illis verbis, nisi publicus latro fuerit, vbi glos. in figuratione casus, Couar. variar. resolut. cap.20. num.15. vers.38. in fine lib.2.*

4 Limita secundo hanc conclusionem procedere non solum in latrone † sed etiam in quolibet alio confugiente ad ecclesiam, & in eam portante, ac retinente res, bonaque cum damno, iniuria, & detrimento alterius. Nam hoc casu bona asportata possunt extrahi, vt est textus *in l. praesenti, §. cum autem, vers. sane si intra fines habentur ecclesia:* & de illis bonis Creditoribus, ac quibuscumque alijs iustis petitoribus ad modum debiti consulitur, *cap. de ijs qui ad eccles. confug. & idem firmauit, Hostien. in summ. de Immunit. eccles. sub nu. 8. vers. & si ecclesia habet,* & hanc distinctionem tradit *Suarez de statu religionis lib. 3. cap. 12. num.3.*

5 Amplia primo hanc limitationem, † vt non solum procedat in rebus principalium personarũ confugientiũ ad ipsam ecclesiã, sed etiã in rebus fideiussorum, siue mandatorum, vel familiarium, vel sociorum, seu participum, & omnium aliorum obnoxiorum eisdem causis, quae tangunt dictas principales personas, vt facta perquisitione, vbicumque depositae sunt, & reperiuntur, extrahantur ad effectum soluendi publica, priuataque debita, vt probat *d. tex. in l. praesent. §. cum autem, vers.* Adijcientes, quod ea, quae de principalibus personis decreuimus in causis fideiussorem, siue mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, & omnino in eisdem causis obnoxium personis praecipimus obseruari, scilicet si ipsos quoque secum confugae intra ecclesiam terminos habere voluerint, eorumque quoq; bonis publica debita, priuataq. soluantur, & per eos rerum vbicumque depositae sint, procedat inquisitio.

6 Amplia secundo dictam limitationem, † vt non solum procedat in rebus portatis ad ecclesiam

fiam ab ingenuis libertisque hominibus, sed etia à feruis, & ab omnibus alijs perfonis fubpofitis & fubditis, *d. l. præfenti*, *§. cum autem verf. & hæc quidem* (ibi) rebus quas fecum habuerint reformandis, *iuncta glof. in verbo reformandis*, *C. de his qui ad Ecclefiam confugiunt.*

Declara primo fupradictam fecundam limitationem, vt licet bona afportata, & detenta in Ecclefia, cum damno, iniuria, & detrimen-
7 to alterius poffint extrahi, attamen † extractio deber fieri per Iudicem Ecclefiafticum *d. l. præfenti, §. cum autem verf. fane fi intra fines* (ibi) ftudio, & prouidentiæ Viri Reuerendiffimi Oeconomi, fiue defenforis Ecclefiæ diligentia proferantur.

8 Declara fecundo fupradictam fecundam limitationem, † vt non folum iudicibus fecularibus prohibita fit extractio rerum in ecclefiam importatarum, fed etiam dictas res perquirere in ecclefia. Nam tale munus perquirendi fpectat ad Oeconomum Ecclefiæ, non autem ad laicalem iurifdictionem, prout eft *text. in d. l. præfenti*, *§. cum autem, verf. fanè fi intra fines habentur Ecclefiæ*, *C. de his qui a d Ecclefiam confugiunt*, dum exprefsè ibi ftatuitur per hæc verba: Studio, & prouidentia Viri Reuerendiffimi Oeconomi, fiue defenforis Ecclefiæ diligentia inquifitæ ac quolibet modo ad Sacrofanctam Ecclefiam peruenientes proferantur: & infra in illis verbis, Et per eos rerum vbicumque depofita funt procedat inquifitio, vbi *glof. in verbo per eos*, exponit, *fcilicet per defenfores, & eoconomos.*

9 Perquifitio autem † hac cautela, & hoc ordine feruato eft facienda ab Epifcopo, fcilicet, fi firmatur quod res fint abfconditæ, vel depofitæ apud quemlibet ex Clericis, vel de Ecclefia. debet ipse Epifcopus aftringere fufpectos ad fe purgandos per Sacramentum, quod ipfi non funt confcij rerum de quibus fit perquifitio, prout eft *textus in d. l. præfenti §. cum autē, verf.* Sicubi depofitæ, vel commodatæ dicuntur inquirendi talem volumus effe cautelam,, vt fi fola fufpicione apud aliquem adferantur abfconditæ, de fua etiam confcientia fatisfacere auctoritate Venerabilis Antiftitis iubeatur: & tradit *Hoftien. in Summa tit. de Immunitate fub num.* 8. *verf. & fi Ecclefia habet.*

Si quis pecunia emat Magiftratum, & contraxit æs alienum, & vt fit fatisfactum illius creditoribus, non fufficiant illius mobilia, & immobilia bona, an capi in caufam iudicati poffit is Magiftratus pecunia emptus, & venalis? Cafus accidere poteft in Vrbe in perfona Auditoris, & Clericorum Cam. Apoft. qui emunt ea m quam exercent iurifdictionem cum annexis emolumentis. *Arnol. Ferron. confuet. Burdeg. cap fin. col. 3. verf. dubitatum eft*: quem cum vacabis expendes.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Alimentorum caufa quæ funt debita non poffunt capi in executione rei iudicatæ. 1. *& quare.* 4. 6. 12. 8. *Ampl.* 2. 3. 5. 10. 11. 14. 16. 18. 20. 22. 22. 23. *Limit.* 24. 25. 26

In Fifcum non tranfeant iura conditionalia. 4. *Limit. vbi funt irreuocabilia.* 9

Dotis caufa debita non confifcantur. 13

Beccius reprobatur. 15

Ius naturale corrigi, & limitari poteft ex caufa publica. 17

Alimentorum ius an extinguatur extincto vfufructu. 18. *&* 19

*L. ficui annu*1, *ff. de alim. & cibar. legat. declaratur.* 21.

1 Duodecimo in executione rei iudicatæ minime † capi poffunt, quæ funt debita condemnato alimentorum caufa. *Specul. de execut. fent. §. fequitur num.* 11. *verf. Alimenta quoque*, dum voluit quod condemnato filio ex delicto, fifcus non exigit à patre alimēta, quæ debet filio: & ratione correlationis,
2 idem † crederem dicendum, fi condemnatus effet pater, & filius diues illi præftaret alimenta. *Boffius alijs cumulatis. tract. de publicat. Bonorum, nu.* 72. afferens ita iudicatum fuiffe Mediolani: fequitur *Clar. §. fin. quæft.* 78. *n.* 23
3 *Surd. conf.* 269. *cum Magnific. num.* 13. † concludens filio condemnato ciuiliter, vel criminaliter, non poffe fieri executionem fententiæ in eum latæ, capiendo alimenta, quæ illi funt debita, & late in *tract. aliment. tit* 8. *quæft.* 59, *num.* 14. *cum num.* 16. afferens rationem † quia alimentorum iura funt de futuro, & debita fingulis annis, ideo non confifcantur, quia, vt ego addo non funt nata, feu exerceri nequeunt tempore fententiæ, & quia † pofita in conditio-
4 ne, in fifcum nō funt transitoria, vt idem *fubdit.* 18. *in fin. & num.* 19.

5 Ampl. etiam in cafu, quo alimenta † alicuī funt debita titulo legati. *l. legatum. ff. de cap. diminut. Spec. de execut fentent. §. fequitur n.*
6 11. *verf. præterea legatum alimentorum*, † & ratio eft, quia ciuilis ratio naturalia iura corrūpere non poteft. *l. eas ff de capit. diminut.*

7 Ampl. etiam fi ageretur de † executione fententiæ latæ in eum cui debita funt alimenta ex delicto, etiam priuilegiato, vt puta læfæ maieftatis. *Clar. §. fin. quæft.* 78. *num.* 23. *circa fin.*
8 eam afferens rationem, quia ius † alimentorum eft conditionale, & conditionalia non trāfeunt in fifcum, vt idem ibidem prædixerat, *Honded. conf.* 70. *lib.* 1. *vbi refert Boffium Clar.*
9 *& alios*, addendo conditionalia iura † non tranfire in fifcum, fi illa fuerint non reuocabilia *Plot. conf.* 30. *extat decretum nu.* 84. *circa fin.* vbi † ampliat fi agatur de fententia lata in crimine hærefis.

Ampl.

11 Ampl. etiam si ageretur de † sententia lata in patrem, vel alium, qui grauatus esset onere alendi descedentes, vel fratrem: nam licet confiscata fuerint illius bona, non excusatur fiscus ab alimentis pro qualitate bonorum, sibi quæsitorum, ex quouis delicto, etiam priuilegiato. *Plotus cons. 30. extat. num. 84. addendo*
12 *nu.* 85. eam rationem, † quia cum ius alimentorum habeat fundamentum in iure naturæ, nõ potest illud extingui, nec lege, nec Statuto, etiã expresse illi derogando. idem tradit *Fran. Bec. cons. 5. fuit dubitatum, num. 5. & seq.* vbi
13 extendit † etiam ad causam dotis, quæ à pari procedit cum causa alimentorum, *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 31. num. 31.*

14 Ampl. in quacumque alia † quota, quæ sit debita alimentario, vice alimentorum: exemplum esse potest, in legitima, vel vncia debita filio naturali. *Honded consil. 95. visis dubitationibus, num. 67. lib. 1. relatis Abb cons. 50. & 115. lib. 2. Dec. cons. 311. num. 3. Benintend decis. 22. nu 7. Ripa, in l. 1. ff. sol mat. n. 67. Menoch. de arbitr. iud. casu 169. num 10. & cons. 60. n.*
15 29. *Rimin. iun. cons.* 380. *lib. 4. nu.* 34. † reprobando *Bero.* qui aliud censuit. *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 31. num. 32.*

16 Ampl. etiam in † alimentis filij, qui in pœnam delicti exular, etiam quod Principis edictum vetaret patri communionem aliquam habere cum filio exule, nam illa confiscari non possunt, donec filius exul viuit. Soccin. *iun. cõsil. 54. Consideratis, lib. 3. n. 12. 13. & 16. Hond. cons. 95. visis, lib. 1. n. 73. & seq. Astan. Clement. de patria potest. effect. 17. num. 10. & 69. Pereg. de Iur. fisci num.* 123. In praxi autem, an hoc obseruaretur, non parum dubito, & fortius dubitarem, si pater, vel filius alendus, esset insi-
17 gnis exul, † concurrente enim causa, præsertim, quæ publicam tangat vtilitatem, restringi, seu limitari possunt, quæ sunt iuris naturalis. *Conar. de sponsal. par. 2. cap. 6. § 9. nu. 3. Arnis. de Repub. cap. 3. sect. 2. præcipuum num. 3. & seq.*

18 Ampl. etiam, vbi alimenta † sunt debita ratione vsusfructus, & alimentarius est passus maximam, aut mediam capitis diminutionem, *Surd. de aliment. titul. 8. quæst. 59. num. 22. in fin. & num. 23.* Limitando si alimentarius patiatur minimam capitis diminutionem.

19 Contrarium tenet † *Peregrin. de iure fisci, lib. 4. num. 123. in fin.* concludens absolute extincto vsufructu extingui ius alimentorum.

20 Ampl. quod si alimentarius † ex gratia Principis restituatur, recuperet omnia alimenta sibi debita post sententiam confiscationis, quia interim erant soluenda, & pendebat illorum
21 exactio. *Is cui annum, † ff. de aliment. & cibar. legat.* Surd. *per hunc textum. de aliment. tit. 8. quæst. 59. num. 21.* Et intelligendo eundem textum iuxta rubricam, sub qua est positus, dicas
22 ampliationem † esse veram, si agatur de alimẽtis debitis ex dispositione hominis, vel legis, quæ fuerint taxata sententia iudicis.

23 Ampl. etiam in frugibus, † in publicis horreis conditis, Vniuersitatis alendæ causa, vt dixi infra 9. 16. *vers. similiter.*

24 Limit. vbi alimenta † essent debita ex fructibus alicuius prædij rustici, vel vrbani. *Surdus de aliment. tit. 8. q. 59. num. 25.*

25 Limit. quoad alimenta, † quæ erant debita ante sententiam confiscationis bonorum; nam illa tamquam iura condemnati exigi, & confiscari possunt *Surdus de alimentis. tit. 8. quæst. 59. num. 21. in fin. vers. intellige,* declarando *nu.* 22. intelligi de alimentis, quæ sunt debita iure actionis, secus in alijs.

26 Limit. vbi alimenta † sunt relicta, vel debita titulo vsusfructus, *Bossius, tract. de public. bonor. num. 172. vers. & ideo cautus adnotatus.*

---

§. XIV.

SVMMARIVM.

In Executione rei iudicatæ minime capi possunt res sacræ. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Lim.* 13. 15.

[Exec]utione rei iudicatæ minime capi possunt Statuæ, & similia ædibus affixa publici ornatus causa. 5

Cum Vniuersitate multa transeunt, quæ alias non transirent. 10

De ecclesiæ iuribus vbi agitur, inspicitur ius Canonicum. 11

Mobilia pretiosa æquiparantur stabilibus. 12

Necessitas iusta alienandi bona ecclesiæ, quæ sit. 14

Collegij Ghislerij tempore pestis pietas in hospitale S. Mathæi. 17. 18. 19. 20

Ecclesiæ bona vbi ex iusta necessitate sunt alienanda, quid obseruandum. 21

Necessitas iusta alienandi bona ecclesiæ, an sit vbi parochus pro ære alieno est carceratus. 22. 23. *An ad excarcerandum pauperem sua culpa,* 24.

1 Decimotertio in executione † rei iudicatæ minime capi possunt res sacræ: nam cum illæ Deo dicatæ sint, nec sint in hominum commercio, nullatenus capi possunt in causa iudicati, quia per indirectum vendi possent *l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. §. sacræ. Instit. de rerum diuis.* Ripa *l. obligatione generali. ff. de pignor. n. 47. Fab. de Monte tract. de emption. quæst. 4. num. 2. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 27.*

2 Ampl. etiam in ijs, † quæ ad sacra peragenda sunt necessaria, vel fuerint destinata, vt sunt Calices, Patenæ, Episcopi benedictione, & sacra vnctione consecrata. *cap. 1. de pignor. clem. 2. de decim.*

3 Ampl. etiam in vestibus, † quibus Sacerdotes induuntur, dum diuina celebrant. *cap. 1. de pignorib Ripa per hunc textum in l. obligatione generali, ff. de pignor. num. 47.*

4 Ampl. etiam in Missali. † *cap. 1. de pignor.* & idem censeo dicendum de cæteris libris destinatis

ſtinatis ad vſum chori, vel miniſterium ſacramentorum, & ceremoniarum Eccleſiæ. *Ripa in l. generali, ff. de pignor. num. 47. clem. 2. de decim.*

5 Ampl. etiam ſi illa ſint attrita, † vel lacera. *Abb. cap. 2. de cuſtod. Eucharistiæ. circa fin. verſ. hic quæritur quid faciendum:* inuehens in clericos, qui ex illis cõficiunt crumenas, & in alios vſus laicos conuertunt, concludens illa eſſe cõburenda, & cineres reponendos in ſacrario, quia ſemel Deo dicatum remanet perpetuo illi dicatum. *Abb.* ſequitur *Ripa in l. obligatione generali, ff. de pignor. num. 48.*

6 Ampl. etiam inſtante clerico, † vel alia perſona eccleſiaſtica. *Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. num. 53.* licet ſubdat contrarium tenere *gloſ. in clem. 2. de decim.* ſed illam non reperio in meo codice.

7 Ampl. vt multo minus in † exequutione rei iudicatæ, capi poſſit capella ædificata a debitore condemnato. *Bart. in l. aufidius, 13. ff. de priuil eg. credit.* quem ſequitur *Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap fin. 5. part. §. 3. num. 27.* relato *Angel. a Gambellion. de teſtam. gloſ. 9. n. 4. Amat. Rodriquez de exequut. ſent. cap. 5. nu. 66.*

8 Ampl. in marmoreis incruſtationibus, † picturis, ſtatuis, & imaginibus appoſitis ſacello, vel Eccleſiæ, ædibus debitoris, vt ibi perpetuo ſta-

9 rent ornatus † publici gratia, vel in honorem eius: cuius cauſa poſita ſunt. *l. aufidius, ff. de priuileg. credit.* & ita per hunc textum, & dicta in antecedenti extenſione quandoque interrogatus reſpondi ad fauorem filiorum Gaſparis Riualdi, qui exuti omnibus bonis, integre non ſatisfecerant Cam. Apoſt. de penſione vectigalium, quæ illorum pater conduxerat, conquerebantur, quod tractaretur de vendendis incruſtationibus picturis, altari maiori geminatis columnis marmoreis verſicoloribus, in Eccleſiæ S. Mariæ de Pace Canonicorum regularium; constructis ab illorum patre, cum ſepulcro.

10 Ampl. vt neque capi poſſit † cum vniuerſitate bonorum, nam licet cum vniuerſitate plura tranſeant, quæ ſeparata non tranſirent. *l. quadam. ff. de acquir. rerum domin. l. in modicis, ff. de cont. empt.* vbi *gloſ. fin. Alex. in l. 1. ff. de offic. eius num. 76. & 78. Lancellot. Gallia. conſ. 29. num. 15. & ſeq.* vbi pluribus hoc aſſumptum

11 probat. quia in ijs quæ tangunt † eccleſiæ iura inſpiciendum eſt, quid Iure Canonico caueatur, quidquid de iure ciuili dici poſſet omiſſo, dicẽdum id licere. *cap. cum Bertoldus de iure patr.* per quem textum ita firmat *Ripa in l. obligatione generali ff. de pignor. num. 49.* concludens res ſacras non comprehendi in obligatione vniuerſali, & conſequenter, neque in illis fieri exequutionem, deficiente principio, a quo illa inchoetur.

12 Ampl. præſertim ſi fuerint † pretioſæ, nam cum æquiparentur ſtabilibus, non poſſunt alienari abſque ſolemnitate, vt pluribus probat *Rodoan. de rebus eccleſ. non alienand. quaſt. 52. num. 42.*

13 Limit. ad effectum † ſoluendi debita contracta iuſtiſſima neceſſitate vrgente. *capit. 1. de pignorib.* vbi *gloſ. fin.* ſed quæ ſit iuſtiſſima neceſſitas. *Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. num. 54. verſ. ſed qua nam, vſque in fin. & Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 16. præter. num. 8. vſque in fin.* relatis, quæ *Canoniſtæ in d. cap. 1.* & ali-

14 bi dixerunt iuſtiſſimam † dici neceſſitatem, ſi agatur de redimendis parrochis captiuis principaliter, & deinde, alijs Chriſti fidelibus, ſi imminet periculum mortis, vel ſalutis animæ. *cap. aurum 12. quaſt. 2*

15 Limit. ſi agatur de ſolutione † onerum fiſcalium, vbi eccleſia illa ſubire debet. *§. 1. authent. de eccleſiar. rerũ alienat. Rodoan. per hunc textum. de rebus eccleſ. non alienand. quaſt. 19. num. 15. & 16.*

16 Item iuſtiſſima † neceſſitas eſt, ſi agatur de extinguendo ære alieno contracto in alimonia pauperum. *cap. aurum 12. quaſt. 2.* per quem textum ita firmat *Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. num. 54. in fin.* exemplum erit ſi tempore peſtis, hoſpitale, quod eſt domus, & pauperum refugium contraxerit æs alienum, vt factum fuit Papiæ Superioribus annis a miniſtris hoſpitalis. *l. Matthæi,* qui adiutorem habuerunt

17 Rectorem † Collegij Ghiſlerij, qui ſequendo illorum fidem multam frumenti, orizæ, & aliarum frugum illis vendidit, ſed an illi ſatisfecerint promiſſis incertus ſum, pium tamen erit cum illis humaniter agere, & aliquid de conuento precio remittere. *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 16. num. 8. circa princ. verſ. Ripa in d.* concludens

18 iſto caſu poſſe alienari bona eccleſiæ † etiam, quę ſint diuino cultui deſtinata, & pauperes ſint exteri, & late comprobat ex dictis. SS. Auguſtini, Ambroſij, & Hieronymi *Benincaſ. tract. de paupert. cap. quant. ſpecial. in contract. n. 19. et ſeq. Rodoan. de reb. eccleſ. non alien. quaſt. 7. num. 12. et 32.*

19 Item iuſtiſſima neceſſitas eſt, † ſi agatur de ære alieno contracto, pro neceſſaria constructione, reparatione, vel ampliatione eccleſiæ. *cap. aurum 2. quaſt. 2.* per quem textum ita firmat, *Ripa in l. obligatione, ff. de pignorib. n. 54. in fin. Rodoan. de rebuſ. eccleſ. non alien. qu. 7. num. 6.* vbi idem dicit, ſi agatur de cęmeterio.

20 Item iuſtiſſima neceſſitas eſt, † ſi agatur de redemptione captiuorum ab hoſtibus. *cap. aurum, cap. ſicut, cap. gloria. 12. quaſt. 2. l. ſancimus, C. de Sacroſ. eccleſ.* per quæ iura ita firmat *Couar. vor reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 8. circa princ.* addendo etiam ſi illi ſint exteri, & late comprobat ex Ambroſio, Auguſtino, & Ieronimo. *Benincaſ. de paupertat. cap. decimum ſpecial. in contract. num. 16. et ſeq. Rodoan. de reb. eccleſ. non alien. quaſt. 7. num. 6.* declarando ſi timeatur de morte, alias ſecus, *et n. 32.* ampliat ſiue ſint parrocchiani ſiue exteri.

Notandum tamen, quod quoties ex iuſtiſſi-

21 ma † neceſſitate eſt; premiſſum alienare bona Eccleſiæ, non eſt inchoandum a rebus ſacris, ſed a mobilibus benedictis tantum. *Couar. variar. reſolut. tib. 2. cap. 16. num. 8. in princ.* ſubdens *in fin.* quod non ſit permiſſum, nec decent vaſa, & ornamenta ad cultum Diuinum neceſſaria temere vendi, aut pignori dari, vt ne-

bus subueniatur, nisi vel ipsa vasa, & ornamenta essent nimis preciosa, & posset pauperum inopia, simul, & cultus Diuinus heneste, & cum decoro, ex eorum precio tolli atque exhiberi, vel pauperes extrema vrgerentur fame, & necessitate, quod prælatorum arbitrio est relinquendum.

22 Visoquæ sit iustissima necessitas † distrahendi bona Ecclesiæ, videndum est, quæ non sit iustissima necessitas, & quamuis non differat, an captiuus apud hostes: quis detineatur, an carceri sit mancipatus, causa æris alieni, vel pœnæ pecuniariæ soluendæ, cum vtraque sit mala mansio.

23 Attamen pro ære alieno † carcerato parrocho, non venduntur bona ecclesiæ, quia habet beneficium. *cap. Odoardus de solut. Ripa l. obligatione, ff. de pignor. num.* 54. nisi immineat periculum mortis, & non est locus beneficio dicti *cap. vel cessioni*, vel parrochus luxuriose viuendo factus esset impotens ad soluendum.

Couar. d. cap. 16. variar. resolut. lib. 2. nu. 9.

24 quærit, an quæ dicta sunt † de alienatione bonorum ecclesiæ ne pauperes fame pereant, vel redimantur a captiuitate, procedant etiam in paupere, & captiuo sua culpa, & relatis pluribus quæ suadent negatiuam, quibus iungi possent, quæ congessi *in meis collectaneis ad l. si fideiussor. §. si necessaria, vers. neque enim id meretur, ff. qui satisdar. cogant.* & dixit Ripa *in l. obligatione, ff. de pignor. num.* 54. *circa fin. vers. Innoc.* relatis qui tenent affirmatiuam, distinguẽdo concludit, non esse alienanda, vbi quis data opera factus est pauper, vel sequeretur alicuius præiudicium.

---

§. XV.

SVMMARIVM.

Sacra, santa & religiosa differunt. 1. 14
Sacrum quid sit. 2
Mons sacer. quis fuit apud Romanos. 3
Via sacra. qua fuit apud Romanos. 4
Sacerdotes quare sacri dicantur. 5
Sacer adiectiuum nomen, tanquam verbum commune significat contraria. 6
Homo sacer idest improbùs. 7
Sanctum quid sit. 8
Religiosum quid sit. 9
Sepulcra antiquitus constituebantur sola patris familias destinatione. 10. *nunc fiunt in ecclesijs, vbi prius id erat vetitum.* 11. *& quare.* 12. *quare dicantur religiosa.* 13
Ius ciuile correctum circa sepulcra. 15
Nauigantes occisi in obsidione, vbi sepelliebantur. 16
Sancta res non capiuntur in exequutione rei iudicatæ. 17. *ampl.* 18. *limit.* 19. 21
Ciuitas qualiter ædificaretur, & euerteretur antiquitus. 20
Religiosa capi non poßunt in exequutione rei iu- [illegible] 22. *ampl.* 23. 24. 25.

SAcra non posse capi in exequutione rei iudicatæ dictum est, in antecedenti §. di-
5 cendum hic de Religiosis, & Sanctis, † quę licet a sacris non videantur differre, aut saltem parum, inspecta tamen verbi proprietate, multum differt, an res sit sacra, vel sancta, vel reli-
2 ligiosa. Nam sacrum est, quod Deo consecratum est, §. *sacra; Instit. de rerum diuis.* & ibi *Balduin. & reliqui*, seu ve inquit festus *Pompeus de verb. signif.* Sacrum est, quod quocunque modo, atque instituto ciuitatis consecratum sit, siue ære, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud, quod ijs dedicatũ,
3 atque consecratum sit. † Hinc mons Sacer apud Romanos, qui vltra Anienem tertio lapide Ioui dicatus fuit, cum plebs, quæ a patribus discesserat, creatis tribunis, secuta est pax. Et via
4 † sacra die dicta, quod in in ea fœdus istum fuerit inter Romulum, & Tatium; & nũc nos Chri-
5 sticolæ nuncupamus † Sacerdotes sacros, quia Deo sunt addicti. Notandum tamen, quod si
6 adiectiuum nomen † sacer, appellatiuo iungatur tanquam commune verbum, duo sibi contraria significare nempe, & venerandum, vt mox dixi, & execrandum, vnde Virgil.

Sacra fames, quid non mortalia pectora cogis

7 & homo sacer † teste *Festo de verb. significat.* a Romanis dicebatur, quem populus iudicauerat, ob maleficium fas non esset, eum immolari, sed qui occideret, parricidij non damnari, ex quo apparet, quod quiuis homo malus, atque improbus, sacer appellari solebat. Sanctum
8 autem est, † quod non est, nec sacrum, nec religiosum. *§. sanctæ instit. de rerum diuis. l. 1. ff. eod.* seu vt subdit idem Festus *in fragmentis de verborum signif. editis a Gothifred.* sanctum est, quod & sacrum, & religiosum simul est, sancta, vt ego addo distinctione rei, quæ dicatur sancta, nam muri, portæ ciuitatis, sancta dicuntur, non quod illis sit aliquis diuinus cultus annexus, sed quia vim illis inferentibus, est sancicita pœna capitis, vt factum fuit cum Romulo. *l. sacra, §. proprie, ff. de rerum diuis.* Religiosum
9 autem est, quod pietatis causa, vt sepelire mortuos in suo sepulcro; qua in re notandum, quod
10 ante aduentum Christi, sepulcra † constituebantur sola patrisfamilias destinatione in suo fundo, vel in alieno, vel communi consentiente domino, vel socio illato cadauere. *§. religiosum instit. de rerũ diuis.* Quare Abraham *Genes. 23. filijs Ebet.* diceaat sibi locũ sepulturæ dari Sarræ defunctæ, & Iesus Christus Saluator noster sepultus fuit in sepulchro alieno, in quo nullus tumulatus fuerat, vt refert *Ioan. ca. 19. num.* 41.
11 Hodie autem, † vbi prius vetitum erat cadauera in ecclesijs sepelire. *l. 2. C. de Sacrosan. eccles. l. mortuorum*, C. *de relig. & sumpt. funer.* quod seruari etiam hodie apud Æthiopes, refert *Ludouic. Vrcta in sua historia Abissinorum lib. 2. cap.*
12 *fin.* & quare † nunc aliud obseruetur, & in templis fiant sepulcra pluribus refert *B. Antonin. in sua Summa part. 3. titul. 10. §. 3.* latius *Laurent. Bellus in repet. cap. nullus, §. 1. & 2. dist.*
13 13. Sed quare sepulcra † dicantur religiosa, cum

reli-

religio fit cultus numinis, in sepulchris autem nullus fit Dei cultus, dicas id primum fuisse factum sequendo Ethnicorum opinionem, vt innuit *Cicer. lib.1. de amicitia*, qui putabant animas corporibus solutas, ad Deos euolare, quorum opinionem cum falsam esse sciamus, appellationem tamen in sepulcris retinuimus, vt illa sint nobis quoque religiosa, dum sunt fidelium Christi sepulcra continent enim illa, idem corpus, quod fuit templum Spiritu sancti, vt dicebat *D. Paulus ad Corinth. cap. 3. numer. 17.*

14 ex quibus constat quid intersit inter † res sacras & religiosas. Nam sacra dedicantur diuinis vsibus, & ijs publicis, religiosę vero destinantur hominum sepulturæ, & quidem etiam priuatim, res sacræ dedicantur per eos, qui factis præsunt, & solemni ritu, loca religiosa, vnusquisque sibi, sine alio ritu religiose facit, mortuum inferendo in locum suum. Sacræ res etiam mobiles esse possunt, religiosæ vero nisi immobiles. Conditio religiosarum rerum præfata fuit apud Romanos, & Hæbreos, vt dixi. Hodie autem nos Christiani corpora defunctorum sepellimus in ecclesia, vel cæmeterio, vbi visuntur priuata cuiusque familiæ, & publica sepulcra auctoritate

15 Episcopi benedicta, correcto iure † ciuili, quo sola voluntate domini & illato cadauere toto, vel illius capite, age t fiebat religiosus in ea parte qua defuncti corpus continebatur. *l. cum in diuersis, ff. de religios. & sumpt. funer. Durand. in rationali diuin. offic. lib.1. cap.5. num.3. &*

16 14. refert † vbi antiquitus sepellirentur nobiles occisi in obsidione, nauigantes, & peregrini. *Ripa in l. obligatione, ff. de pignor. num.50.*

Siue ergo dicamus Sanctum esse, quod non est nec sacrum, nec religiosum, siue quod simul factum est & religiosum, vt dixi supra, nullatenus

17 nus sanctæ † res capi possunt in exequutione rei iudicatæ, quia non sunt positæ in hominum commercio. Et nulliusin bonis sunt. *l.1. §. eam rem, ff. quæ res pignor. oblig. poss. §. nullius, §. sanctæ instit. de rerum diuis.*

18 Ampl. etiam si ageretur de exequutione † sententiæ latæ in vniuersitatem, seu oppidum & ciuitatem, nam super muris, vel portis illius, fieri non potest sententiæ exequutio, ratione mox relata, quæ sufficere debet, vbi legem non habemus. *Aristot.* relatus *ab Angel. consil.275. num.8. vers. vnde Nata. cons.402. numer. 32. Iaf. consil.92. lib.2. num.32.*

19 Limit. vbi ciuitas, vel oppidum † in pœnam ciuilem euersa fuit, quia cum muri tunc desināt esse vniuersitatis, factique fuerint iuris singulorum ex vniuersitate, capi illi possunt in exequutione sententiæ latæ ante immissionem aratri, contra vniuersitatem, vel aliquem ex vniuersitate quia illi desinunt esse vniuersitatis. *l. si vsufructus, ff. quemad. vsufruct. amit.*

Notandum pro declaratione verborum im-

20 missionem aratri, † quod varij fuerunt mores ciuitatis euertendæ, vt referunt *Scipio Gentil. sing. orig. §. Vrbs Rosinus Roman. antiquit. lib.1. cap.3.* & præcipue inducto per illam aratro, vt finis illius responderet principio, nam sicuti Vrbes designabantur aratro tracto aboue, & vacca, illo ex parte exteriori, ista in interiori. *Cel. Rhod. lib.14. cap. forner. in l. 2. ff. de verb. signif.* ita in illis euertendis, inductum aratrum adhibebant, vt latius prosequitur. *Petr. Faber. semestr. lib.1. cap.8. vers. quod de inducto aratro.*

Limit. secundo, vbi Principis licentia in mu-

21 ris, & † portis oppidi, vel vrbis fit exequutio sententiæ latæ contra ciuitatem, nam cum tunc dirui possint, cæmenta, & lapides capi, & plus offerenti dari possunt, & idem dicendū si Princeps in causam æris alieni concederet eisdem muris appodiari, vel super ędificari, vt factum vidi in pluribus oppidis Montisferrati, vbi inuecta pace post bellum inter Carolum V. Imper. & Franciscum Regem Franciæ, nouis ædificijs aucta sunt omnia illius Marchiæ castra, repletis fossis, & vallis, ac venditis cæmentis murorum, quibus illa erant munita, illato pretio in principis ærario, & id prælique factum in Oppido Cerri, prope patriam meam vnde nata est mater mea, & nunc, quæ hæc scribo anno 1640. cogitatur de illorum refectione vrgente bello inter Hispanos, & Gallos.

Quæ dixi de sacris, & sanctis, eadem sunt

22 dicenda † de religiosis, quæ etiam capi non possunt in executione rei iudicatæ; quia illa nemini possunt hypothecari, *l. si monumento C. quæ res pignor. obbligar. poss. l. inuito, C. de relig. & sumpt. funer. Ripa. l. obligatione, ff. de pignor. num. 50.* nec ab vllo possideri, vel vsucapi. *l. qui vniuersas. §.1. ff. de acq. possess. §. sed aliquando. Inst. de vsucap.*

23 Ampl. in instrumentis † ad sepulturam necessarijs, quare feretrum, sedilia scamna, quibus sepelliendo nobiles, vel ignobiles homines destinarunt, non possunt capi in executione rei iudicatæ, Quare in Vrbe, vbi Confraternitates Laicorum sepelliunt Confratres cum pompa, ea ornamenta pro ære alieno confraternitatis capi non poterunt in executione facienda contra confraternitatem, quia religiosa sunt. *Ripa in l. generali ff. de pignorib. n. 51. vers. ex his.*

24 Ampl. etiam in iure † sepelliendi, quod in Ecclesia, vel Cœmiterio habet debitor condemnatus, & cuius bona, & iura, mandauit iudex capi in executione, quia tale ius est spirituale, vel saltem annexum spirituali. *Rip. l. obligatione ff. de pignor. num. 52.* addendo, quæ in contrarium obijci possunt, esse vera de iure ciuili, quo nos Christiani non vtimur in ijs, quæ sunt religionis, & ita interrogatus dicebā pro Riualdis:

25 Ampl. etiam in ijs, quæ ornatus † sepulcher causa illi sunt addita, licet fuerint aliena; nisi inuito domino fuerint addita, nam actione in factum, cogitur, qui illa apposuit restituere. *l. quæ religiosis, ff. de relig. & sumpt. funer. Hug. Donel. Comment. Iuris ciuil. lib.3. cap. 1. col.4. vers. notandum.*

§. XVI.

SVMMARIVM:

Artificis instrumenta capi non possunt in executione rei iudicatæ. 1. *Ampl.* 2
Viæ & similia an capi possint in executione sententiæ latæ in vniuersitatem. 3. 4. *in nullius bonis sunt, & instar solis a nemine possidentur*. 5. 6
Frumentum, & aliæ fruges conditæ in horreis publicis pro vniuersitate, nun potest capi in executione rei iudicatæ. 7
Frumentaria causa est fauorabilis. 8

1 Decimo quinto in executione rei iudicatæ minime capi possunt † instrumenta artificis, si ille ad soluendum dandum ve fuerit condemnatus, vt relato Marant. *in praxi. cap. fin. firmat* Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. final. quæst. par.* §. 3. *num.* 19. & comprobari potest illius opinio ex ijs quæ idem Marant. *d. cap. fin. num.* 28. *& seq.* tradit de vestibus, lecto, & tota suppellectili, libris doctorum, & armis militum, vt dixi *supra hoc cap.* §. 1. *& seq.*

2 Ampl. præsertim si debitor præmatur † vltima inopia, & captis in executione instrumentis artis illius, ars quam exercet, & qua se cum familia nutrit, fieret inutilis, *Gaspar. Bartia. tract. de Inope debitor. cap.* 1. *num.* 54.

Decimo sexto dubitatur, an vbi vniuersitas non habet bona in communi, nec vult imponere collectam, vt exsoluat, quæ soluere est condemnata, an executio sententiæ fieri possit
3 in vijs † & similibus destinatis ad vsum vniuersitatis. *Angel. in l. commodis, ff. de re iudicat. remittendo se ad dicta Io. And. ad Specul. de execution. sententiar.* §. 3. *num.* 5. teliquit difficultatem indecisam, *& Alex. ibid. relatis dictis Angel. num.* 4. concludit non posse capi, si alia ratione creditor potest consequi, quod sibi est debitum, *sed quia supra cap.* 11. §. 10. relatis modis quibus fieri potest executio sententiæ latæ in vniuersitatem, non decst via, & ratio, qua creditor, quod sibi est debitum, consequatur, *ex dictis Io. And. ad d.* §. 3. *& Rofred. Beneuent. quæst.* 28. *num.* 9. *vers. solutio*, dicen-
4 dum † quod si viæ deseruiunt soli vniuersitati, quod in illis fieri potest executio, quia quoad vsum, & proprietatem sunt vniuersitatis, si vero deseruiunt, etiam alijs, aliud dicendum, quia in illis vniuersitas habet solum vsum, nec alium iterficientem potest impedire, quia
5 † Viæ in nullius dominio sunt *l.* 2. §. *ait prætor ff. ne quid in loco pub. Rofred. Beneuentan. q.* 23.
6 *num.* 16. nec † ab aliquo possidentur, instar Solis, & Lunæ, quæ omnibus lucet. *& dixi, late d. cap.* 2. §. 10. *num.* 36. *&* 37. vbi retuli aliqua, quæ capi non possint in executione rei iudicatæ contra vniuersitatem.

Similiter in executione rei iudicatæ contra
7 vniuersitatem capi non potest † frumentum, nec aliud genus frugum in horreis publicis conditum in alimoniam vniuersitatis, tum quia vrgent, quæ dixi supra §. 13. de alimentis, quam etiam, quia frumenta in alios vsus quam in destinatos non sunt conuertenda. *l.* 2. §. *de frumentaria, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. l. fin.* C. *de condit. in pub. horreis lib.* 10. *Amat. Rodriquez. de execut. rei iudic. cap.* 5. *n.* 68. adeo-
8 que est fauorabilis res frumentaria † cum suis horreis, vt ad illius contributionem nemo excusetur. *l.* 1. *C. vt nemin. liceat. in empt. spetior. se excus. lib.* 12.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

Iura sunt tertium genus bonorum. 1
Iura omnia capi possunt in executione rei iudicatæ. 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Limit.* 11. 12. 13 14. 17. 18. 19.
De alimentis quando liceat transigere. 15
Pensio alimentorum causa alicui reseruata non potest capi in executione rei iudicatæ. 16

Postquam in antecedentibus egi, quæ bona mobilia, vel immobilia capi possunt in executione rei iudicatæ, & quæ primo capi debent, antequam capiantur alia, iuxta ordinem datum, *à Vulpiano in l. à Diuo pro* §. *in venditione, ff. de re Iud.* agendum est de ijs, quæ deficientibus mobilibus & immobilibus sunt capienda, & quia vt dixi §.
1 *seq.* illa sunt † tertium genus bonorum, quæ nec mobilibus, nec immobilibus adnumerantur sequendo constitutam regulam in principio
2 duodecimi capitis, vt omnia iura † capi possint subdam ampliationes, & limitationis ex quibus patebit veritas eiusdem regulæ.

3 Ampl. vt in executione rei iudicatæ † capi possint, quæ sunt debita debitori condemnato *vt dixi supra cap.* 11. §. 13.

4 Ampl. etiam in † magistratu pecunia empto, vt dixi *de subhastat. cap.* 4. §. 19. *num.* 14.

5 Ampl. etiam in iure † redimendi, quæ fuerc vendita cum pacto de retrouendendo, *vt dixi de subhast. cap.* 4. §. 19. *num.* 15.

6 Ampl. etiam in iure † nominandi ad emphiteusim, *vt dixi de subhast. cap.* 4. §. 19. *nu.* 16.

7 Ampl. etiam in officijs, quæ pecunia in Rom. Curia, vel alibi emuntur, *vt dixi de subhast. cap.* 4. §. 19. *nu.* 10.

8 Ampl. etiam in iuribus † vtilibus emphiteotæ, *vt dixi de laudemio lib.* 11. *cap.* 14. §. 1.

9 Ampl. etiam in vsufructu † competente debitori condemnato, *vt dixi infra* §. 4.

10 Ampl. etiam in iuribus, seu seruitute dabita fundo rustico, vel vrbano, *vt dixi infra* §. 7.

11 Limit. in iure prælationis † competenti directo domino, quoties venduntur emphiteotica, *vt dixi infra* §. 19.

12 Limit. in iure prælationis † competenti consan-

sanguineus vendit rem suam *vt dixi infra §.19. in fin.*

13 Limit. in iure patronatus, † seu iure nominandi ad ecclesiasticum beneficium, *vt dixi infra* §.22.

14 Limit. in mercede debita † operario in futurum pro operibus faciendis, secus pro iam factis & præstitis, vt distinguit *Ripa in l. obligatione generali, ff. de pignor. num.* 44. & simile est,

15 quod dicitur † de alimentis præteritis, & futuris, nam de illis licet transigere, de istis nequa-

16 quam *l. de aliment. C. de transact.* & † idem dicitur de pensione reseruatur super beneficio ecclesiastico alimentorum causa. *Gigas de pension. quæst. 52 num.9.* & idem dicitur de stipendio militum. *vt dixi supra* §.4.

17 Limit. in iure † adeundæ hæreditatis *vt dixi infra* §.22.

18 Limit. in iure quod alicui † competit titulo vsufructus, *vt dixi infra §.21. post prin. usque in fin.*

19 Limit. in iure patronatu † quod competit domino manumittenti seruum suum, *vt dixi infra* §.22.*vers.*

20 Limit. in iure † percipiendi victum quotidianum. *Bald. in l.1. C. quæ res oblig. poss. num.* 2. *in fin.*

§. I.

SVMMARIVM.

Iura, & actiones sunt tertium genus bonorum, 1.

Glosa est idolum iuris. 2. *ampl. ibid.*

Nomina & iura debitoris qualiter capiantur in execut ione rei iudicatæ 3.6.7.9.12.14.16.18. 20.22.24.26.27.30.31.33.34.

Possessio incorporalium qualiter capiatur. 4.

Romanus laudatur, & notatur 5.

Albericus laudatur. 8.

Fiscus ante diem exigit a debitore, debitoris deducto interesse facta solutionis ante diem. 10.44.

Guglielmus Durandus laudatur. 11.

Bartolus laudatur. 13

Baldi laus. 15

Salic. laudatur, & defenditur: 17

Angelus laudatur. 19

Cumanus laudatur, & notatur furto. 21

Alex. Tartagnus laudatur. 23

Io. Sicardus laudatur & notatur. 25

Io. Petrus de Ferrarijs laudatur. 28.

Guid. Papa laudatur. 29

Io. Demauderius laudatur. 3

Praxis Aud. Cam. in capiendis nominibus, & iuribus debitoris in causam iudicati. 3. *Item Cur. Capitolij.* 34

Doctori sine lege, vel eonteste non datur fides. 32, 3

Leander Galganetus *laudatur.* 35

Fenzonius reprobatur. 35

Statutum Vrbis lib.1. cap. 195. examinatur. 34 35

Excussio principalis debitoris qualiter fiat. 36

Executio in iuribus debitoris si ille sit absens, vel præsens, vel neget qualiter fiat. 3. *& seq.* 37: *&*

Creditor singularis persona, quando sit par fisco in executione sententiæ contra debitorem debitoris. 37.38.39.40.41.42.43.

Fiscus, & priuatus creditor quando non sint pares in executione facienda contra debitorem debitoris. 44.46.47.48.49.

Fiscus semper eget pecunijs. 45

Excussio, quando fiat contra plures debitores, fisci. 50.51.52.

Executio facta in corporalibus, & incorporalibus differt. 53

SVpra capite secundo §. Decimo tertio inter cæteros casus, quibus fieri potest executio rei iudicatæ, contra non condemnatum in actione personali illi mota, cum esse dixi, qui fuit à *Vulpiano decisus in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicata*, nempe vbi excussis mobilibus, & immobilibus bonis debitoris condemnati, in subsidium capiuntur in causa iudicati, illius nomina, iura † & actiones, quæ sunt tertium genus bonorum, quæ nec mobilibus, nec immobilibus adnumerantur, *Bald. in l.1. C. de prætor. pign. num.1. Alexander in l. à Diuo pio. §. in venditione, ff. de re iudic. num.2. Petr. Iac. in prax. Rub.* 100. *nu.* 35. *Tiraquel. de retract. Lignag. §.1. glos.7. n.9. cum alijs pluribus cumulatis in meis Collectaneis ad l. mouentium. ff. de verb. signif.* vbi retuli plura, quæ licet loco moueantur, immobilia tamen, vel natura rei, vel destinatione patris familias, censentur. Quia in dicto §.13 non retuli omnia, quę requirantur, vt in executione sententiæ contra aliquem latæ, capi possint illius nomina, actiones, vel iura, addam hic primo, quæ sint solemnia obseruanda in talicaptura. Secundo, referam, an eadem solemnia sint obseruanda, etiam contra debitorem debitoris fisci, referendo in quibus sint pares creditores priuatarum personarum, & fisci. Tertio quibus casibus requiratur excussio bonorum debitoris, & qualiter fiat. Quarto in quibus differat executio facta in corporalibus & in quibus conueniat.

Quad primum non conueniunt interpretes
2 iuris nostri in huiusmodi solemnibus, nam † *glos.* quæ est idolum iuris, & nephas est ab ea dissentire siue agatur de interpretatione iuris ciuilis siue Canonici. *Cyn. in l.1. C. de act. & oblig. Claud. Saysel. in Repet. i. vt vim. ff. de iust. & iur. num.176. & 178. Marta de tribun. Vrbis cap.5. num.18. circa med.* presertim si de iudiciorum praxi agatur. *Bald. cons.351. lib.1. num.4. Afflict. decis.384. Non ponam num.3.* fuit in constans, & variauit nam *in l. à diuo pio. §. sic quoque verb. capi ff. de re iud.* inquit capi
3 nomina † debitoris, si iudex dicat creditori, habeas illud nomen loco pignoris, *& in l.2. verb. decernere C. de prætor. pignor.* vult quod vocetur debitor debitoris, & illo confitente debitu coram iudice, iudex iubeat id esse loco pignognoris, & hoc modo fieri immissionem in no-

 men

men debitoris, *gloſ. hanc ſequuntur, Bald. ibidem num.3. & 4.* aſſerens illam tenendam menti, & non eſſe alibi, & hoc modo capi poſ-
4 ſeſſionem † incorporalium, quæ tangi, & pedibus teri non poſſunt. *& Alex. in l. à diuo Pio §. ſic quoque, ff. de re iudicat. num.* 11. addendo melius ſenſiſſe *in d. l.2. quam in d. §. ſic quoque.* à Gloſſa non diſſentit *Azo in l.* 1. *C. eod. tit. in fin.* dum voluit iudicem non poſſe decernere nomen debitoris eſſe pignus creditoris, antequam vocetur debitor, & confiteatur eſſe debitorem.
5 Romanus,† cui parum tribuiſſe Alexandrum de Imola refert *Cotta in ſuis memoral.* & qui fuit orator Regis Alphonſis Neapolis cum Nicolao Tudeſco, in Concilio Baſilienſi, & ſcripſit plura contra Papam, quæ deinde reuocauit, *teſte Tuſco. concluſ.* 552. *Concilium n.*13.
6 tria tantùm vult † requiri, vbi capiuntur nomina debitoris, videlicet debitoris principalis condemnationem, bonorum illius excuſſionem, & quod non neget eſſe debitorem, vt probat idem *conſ.224. num.7. & conſ.416. num.1.*

Odofredus autem *in l. ſi debitum C. de prætor. pignor. num.1. verſ. & hoc quod tota die,*
7 voluit, quod ſi † condemnatus debitor non habet, nec mobilia, nec immobilia, ex quibus creditor poſſit ſatisfieri, iudex debeat interloqui, illa non extare, & quod deinde creditor adeat iudicem, & narrando, quod debitor habet talem debitorem, iudex interloquatur, vt ille citetur, qui comparendo interrogatur à iudice, an ſit debitor purus. N. & confitendo debitum, dicat iudex, Modò ſolue inſtanti, quæ debes N. & conficiatur ſcriptura, quod ſolutio fuit facta præcepto iudicis.
8 Albericus vero † qui teſte *Neuiz. in ſua Silua nuptiali lib.5. num.35. circa princ.* ſolide leges intellexit, & fuit magnus practicus. *in Rub. C. quand. fiſc. vel priuatus,* præmiſſa diſtin-
9 ctione,† an contra debitorem debitoris agat fiſcus, vel priuatus creditor, & relatis, in quibus fiſcus ſit priuilegiatus, & vtatur iure priuati, vt in quibus fiſcus & priuatus creditor eodem vtantur iure, & quæ ſit differentia, an creditori ſint tacite, vel expreſſe hypothecata bona, & iura debitoris, generaliter, vel ſpecialiter, vel ſecus, concludit priori caſu poſſe contra debitorem debitoris experiri perſonali actione ad ſoluendum, ſi debitum ſit liquidũ, & confeſſatum, ac etiam hypothecaria, vel vtili actione. Si autem creditor non habet bona debitoris hypothecata, nec tacite, nec expreſſe, quod ſi condemnatus debitor non habet, nec mobilia, nec immobilia, exequutio fiat in nominibus debitorum, & ſi aliquid non reperiatur, quod ſine quæſtione capi poſſit, quod iudicis officio fit executio contra debitorem debitoris, per miſſionem in poſſeſſionem nomine debitoris, iuxta formam traditam *in l.1. C. de prætor. pign.* & ſi debitor fuerit pure debitoris, cogetur officio iudicis ſoluere iuxta quotam creditori debitam: ſi vero non ſit pure debitor, differtur ſolutio in diem, vel conditionis euentum, & vt ego addo, erit nomen loco pignoris creditoris priuati. Secus ſi fiſcus
10 ſit † creditor, quia agit iudicis officio antequã adueniat dies ſolutionis, deducto intereſſe, quod pati poſſet ſoluendo ante diem, niſi ille eſſet debitor rationalis fiſci, ex pecunia fiſcali, & nomen fuiſſet ſpecialiter fiſco acquiſitum, vel fuiſſet fiſcalis pecunia mutuo data.
11 Gulielmus Durandus,† qui ab edito Speculo Iuris ſortitus eſt agnomen Speculatoris, & qui fuit Rotæ Rom. Auditor, & Prouincialis Fratrum Ordinis Prædicatorum, vt ipſe reſtatur. *de libel. concept. §. nunc dicendum. nu.*38 *& refert Cotta in ſuis Memoral. §. de iuriſperitis, verſ. Hi ſubſecuti ſunt.* relatis, quæ voluit *Vlpianus in l. à diuo Pio, §. in venditione,*
12 *& §. ſic quoque ff. de re iud.* nihil præterea † addit quam formulam decreti iudicis interloquẽtis ſuper captura pignorum. *§.3. ſequitur. ſent. executio nu.2. & de primo decreto, §. reſtat. num.1. & 2.* concludit quod vocetur debitor, qui ſi fateatur debitum, illi inhibeat, ne ſoluat niſi. N.
13 Bartolus † Lucerna Iuris, cœcorum dux, veritatis ſpeculum, & in cuius dictis, ſolet ſemper adeſſe veritas, vt referunt *Socin. ſen. conſ.3. lib.3. num.6. circa fin. Demauder. de ſubhaſtat. cap.4. nu.1. & 4.* relatis, quæ voluit *gloſ. in l.1. C. quand. fiſc. vel priuat. & in l.1. C. de prætor. pignor. & in l. à diuo Pio §. ſic. quoq. ff. de re iud.* concludit eodem. *§. ſic quoque gloſſam* melius
14 ſenſiſſe in *l.1. C. de prætor. pign.* circa † capturam nominis debitoris, & nihil præterea addit. *& in l.2. C. quand. fiſcus vel priuat. num.3. & 4* relatis, qui velint cogendum eſſe debitorem ad ſoluendum, & qui velint capienda non eſſe nomina, ſed pecuniam, ſi debitor illam habeat paratam ſolutioni, & ſi non habet pecuniam paratam ſolutioni, capi nomen ipſum, vtroque caſu confitente debitore debitum.
15 Baldus vero, qui † omnia ſciuit, *vt dicit Roman. ſingul.380. ſcires, & poſt Roman. Caſſan. conſ.1. part.3. num.16. & teſtatur Tiraqu. in præfat. tract. de retract. lignag. num.* 33. *& ad finem titul. de retract. conuent. numero* 4. omnia dixit, omnia tractauit, de omnibus diſſeruit, vbique illum vides, vbique illum ſcriptum, & allegatum conſpicis, & nihil intactum reliquit, *in l.2. C. quand. fiſcus, vel pri-*
16 *uatus debit.* concludit quatuor requiri† vt a debitore debitoris, creditor ſit ſatisfactus: primo quod præcedat debitoris condemnatio, ſecundo executio: tertio confeſſio, expreſſa, vel tacita, veluti ſi oppoſitam ab eo exceptionem non probet, vt ſubdit *Bald. ibidem nu.9. circa fin. & poſt Bald. Alex. in l. à diuo Pio, §. ſic quoque, ff. de re Iud. nu.5. in fin. & Cuman. num.2. & Herculan. num.13.* & demum quarto, quod fiat miſſio in poſſeſſionem, ſeu quaſi nominis debitoris; dum prius *num.5. & 6.* dixiſſet in priuato creditore tria ſufficere, ſcilicet debitoris condẽnationẽ, bonorũ excuſſionẽ, & debitoris exigendi cõfeſſionẽ, & in fiſco ſufficere duo, ſi debitum ſit liquidum, videlicet debitoris condemnati diſcuſſionẽ, & debitoris exigendi confeſſionẽ; ſi autem debitũ non eſſet liquidum

quidum, fiscus, & priuatus creditor procedunt à pari, quod ordo iudiciarius, cum sententia
17 requiratur; subdens *num.* 7. si debitor neget se debitorem, dari curatorem bonis illius.

Salicetus, quem † *Alex. cons.* 51. *lib.* 1. *in fin.* reprehendit, quod sine lege sit loquutus, & a me fuit defensus *in tract. de laudem. lib.* 3. *quæst.* 29. *artic.* 3. §. 2. & fuit I.C. clarissimus, teste *Tiraquel de retract. lignag.* §. 11. *glos.* 6. *num.* 22. hoc casu sibi non cõstitit. *Nã in l.* 1. *C. quand.*
18 *fisc. vel priuat. debit. num.* 1. *circa fin.* † voluit requiri in priuato creditore tria, antequam capiantur nomina debitoris, nempe primi deroris condemnatio in bonis, illorum excussio. & debitoris exigendi confessio: *& deinde nu.* 5. concludit ad effectum, vt debitor debitoris cõueniri possit, quatuor requiri, scilicet principalis debitoris condemnatio, eius in bonis excussio, sui debitoris confessio expressa, vel implicita, seu tacita, vel ipsius negantis condemnatio, & ipsius nominis confessio, vel conuicti in possessionem missio; si agatur de creditore priuato, & non habente nomen debitoris hypothecatum; si vero illud esset hypothecatum, idem dicendum, quod est constitutum in fisco, nempe sufficere, debitorem esse condemnatum vt firmat idem *Sal. in l. non prius, C. quand. fisc. vel priuat. num.* 2. *in fin. vers. & ita intelligo.*

19 Angelus † germanus frater Baldi, & Petri de Vbaldis, quem *Menoc. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 587. nuncupat patrem praxis iudiciorum, & ob excellentem doctrinam vere esse Angelum asserit, & non esse tutum recedere in praxi ab illius opinione, in *l. à diuo Pio, §. sic quoque, ff. de re iud.* firmat in causa iudi-
20 cati † capi posse nomina debitorum confitentium debitum, si creditor victor habet debitorem suum obligatum cum guarantigia, vel alias exequutiue contra illum agere potest, ad effectum vendendi, vel exigendi creditum, prout iudex arbitratur, qui vocato debitore debitoris confitentis debitum, illi iubeat, vt quæ ille deber, sint loco pignoris: in quibus postremis verbis concordat cum *gloss. in l.* 2. *C. de prætor. pignor.* Angelum sequitur ibidem *Io. de Imol.* illo relate de verbo ad verbum, addendo in fin. non requiri executionem debitoris principalis, si agatur contra debitorem obligatum pignori ex conuentione.

21 Cumanus subtilissimus † Iuris magister, teste *Thesaur. decis.* 56. *nu.* 2. & qui cum Fulgosio diuisit scripta Christophori Castilionei communis præceptoris, & ediderunt tamquam sua, vt *ex Ias. refert Cotta in suis memoral.* §.
22 *de Iuris peritis*, concordat † cum *Angel. in eodem* §. *sic quoque*, inquiens: In defectum rerum corporalium capiuntur nomina debitorum confitentium, & venduntur, vel exiguntur, prout iudici facilius videtur: & idem fac endũ de alijs iuribus debitoris condemnati, quæ executiuo, vel ordinario iudicio capiuntur, si condemnatus creditor ordinarie, vel executiue agere poterat.

23 Alexander Tartagnus, † ex cuius auditorio prodiere *Iason, Roch. de Curt. Socin. senior, & alij* insignes I.C. vt retuli, in Homolugumenis, *vers. Alexander Tartagnus*, & qui pater veritatis nuncupatur *à Rub. Alexand. cons.* 85. *circa num.* 6. *in princ. in eodem* §. *sic quoque n.* 1
24 breuiter † concludit. Si non extant debitoris mobilia, vel immobilia, peruenitur ad nomina debitorum, & in illis fit immissio, si debitor fateatur se debitorem, & & prout iudici videtur, illa venduntur, vel exiguntur: subdens, *num.* 11. quod missio fiet, si à iudice dicatur creditori qui vicit, Habeas istud nomen loco pignoris: vel quod vocato debitore debitoris interrogetur, an sit debitor: qui si confiteatur, dicet & iudex, Iubeo istud nomen esse pignori apud victorem: & quod talis assignatio habet vim traditionis, & quod operatur traditio in corporalibus, idem operatur ea assignatio in nominibus. Si autem negat quid debere, *Io. ab Imol. ibid. numer.* 22. dicit si creditor sit præsens potest cedere creditori suo iura, vel illum constituere procuratorem ad exigendum si autem esset absens dandum curatorem bonis, qui illum conueniat, nisi negatio sit cauillosa, vel incontinenti doceatur illum esse debitorem & tunc ordinarie, vel executiue cum illo agetur sicuti agere poterat creditor.

25 Ioannes Sicardus † Doctor Germanus, qui æmulatus antiquos Iuris Interpretes enucleãdo leges Iustinianei Codicis, præcipue occupatur in ereundo germano sensu textus: quem à nemine reprehensũm, vel reprobatum reperij, nisi quod quamcumque legis interpretationem exordiatur per verbum, Accedamus, accedendo *ad l.* 2. *C. quand. fisc. vel priuat. debit num.* 3. 4.
26 *& 6.* † vult quatuor requiri antequam in executione rei iudicatæ capiantur nomina debitoris. Primo, quòd principalis debitor sit condẽnatus in iudicio ad soluendum. Secundo, quod idem debitor sit excussus, & non sit in bonis illius, vnde fiat satis creditori. Tertio, quod debitor debitoris confiteatur se debitorem. Quarto, quod in debito debitoris sit facta missio. Et ista quatuor requiri prius dixerat: *Bald. vt retuli supra* licet de Baldo *idem* Sicardus non faciat mentionem.

27 Post eos qui † in scholis profitendo tradiderunt quæ sint obseruanda, antequam in executione rei iudicatæ capiantur nomina debitorum, deueniendo ad eos qui consulti de forma seu modo faciendæ executionis practicarunt, & responderunt, reperio, *Romanũ cons.* 224. *Ista num.* 7. *& cons.* 416. *pro dilucida num.* 1. tria requiri voluisse, nempe debitoris principalis cõdemnationem, eiusdem debitoris bonorum discussionem, & quod idem debitor non neget se debitorem.

28 Ioannes Petrus † de Ferrarijs, qui fuit auditor Generalis Marchionum Montis Ferrati. *Natta. cons.* 573. *num.* 10. *Scholaris Baldi*, vt ipse testatur in forma *libel. in caus. offess. spol.* §. *per vestram num.* 4. & qui a sua praxi, & patria sortirus est agnomen practici Papiens. *in forma executionis sentent.* §. *sapiens num.* 24.
29 concludit † quod antequam capiatur nomen debi-

debitoris, citetur ipse debitor, & interrogetur à iudice, an sit debitor illius, quo instante fuit citatus, & illo affirmante esse talem, tunc iudex statuet, & assignabit illum pignori creditori, & compellet illum per iuris remedia ad soluendum. *Papiensem sequitur Gratian. discept. 507. in generali nu. 14.*

29 Guido Papa † qui fuit magnus Doctor in theotica, & praxi, *teste Mandos. Commiss. 14. §. auditorio post med.* & qui secundum locum tenet apud *Galloss. vt voluit Tiraquell. de retra. conuent. §. 2. glos. vnic. num. 33. in sua decis. seu quaest. 568. de iure,* concludit quoad ca-

30 piatur † nomina, & actiones debitoris in causam iudicati quatuor requiri, sed duo tantum refert, videlicet quod principalis debitor non habeat alia bona, in quibus fiat executio, & quod debitor debitoris nihil excipiat circa debitam, sed quod illud confiteatur. Subnens de stylo Curiæ parlamenti, sine distinctione aliqua in executione rei iudicatæ, capi mobilia, vel immobilia, reditus iura actiones debitorem, prout creditor eligit, licet statuto prouinciæ aliud sit statutum, & idem prius dixerat *decis.* 281. & idem ad euitandas expensas.

31 Iodocus Damhoderius in sua praxi *rerum Ciuilium cap. 258. de modo executionis sententiæ, n. 2. 5. & seq. & Paul. Christin. ad consuetud. Meclinenses tit. 7. art. 18. n. 7* inquit Flandria non seruatur ordo iuris datus *in l. à diuo Pio, §. sic quoque ff. de re iud.* sed arbitrio creditoris inchoatur a nominibus, vel stabilibus.

In Vrbe alia est praxis capiendi nomina, & iura debitorum in causam iudicati Auditotis Cameræ, & cæterorum iudicum ecclesiasticorum, alia fori Capitolini referam primam, &

32 quia sine auctore non licet loqui, & forte † nō datetur mihi fides *Neuiz. consil. 66. numer. 31. Mohedan. decis. 2. & 3. de consuet. Dec. cons. 402. num. 15. vers. non obst. & cons. 420. nu. 8. Salustius Tibertus in sua praxi Auditoris Cameræ lib. 1. capit. 48. col. fin. vers. Iam diximus,* post relatam praxim exequutionis sententiæ circa realem, & personalem executionem faciendam in condemnatum, subdit, quod relaxato mandato contra debitorem obligatum

33 in forma Cameræ, citandus est debitor † debitoris eodem modo obligatus, ad confitendum debitum scutorum puta centum, quo est obligatus N. alias videndum per iudicem mandari haberi pro confessato, dictumque debitum & nomen illius esse, & stari mandari loco pignoris ipsius creditoris, & citatione in actis producta, iudex constito citatum esse debitorem, decernit, quod tale debitum habeatur loco executionis, & deinde seruatis seruandis deuenitur ad illius subhastationem, & emptore non reperto, præuia periti æstimatione adiudicatur creditori, & in contumatiam debitoris non cedentis iura sua creditori, illa ei ceduntur à iudice, ex officio confecto de super instrumento, cum solitis clausulis.

34 In foro Capitolino † ex stato *lib. 1. cap. 195.* antequam executio sententiæ fiat in nominibus debitoris, primo capienda sunt mobilia, quæ si nō adesse, vel non sufficere referat executor, seu appatitor, capiuntur immobilia, quæ si non extent, vel summa non patiatur illa capi, in persona debitoris fit executio, & demum capiuntur nomina debitorum, contra quos proceditur iuxta ea quæ tradit *Luc. Petus in sua Capitolina praxi lib. 8. cap. final. nu. 17. vers. forma,* vt primo citetur debitor debitoris, ad videndum productionem præparatoriorum, & respondendum illis sub grauaminis cominatione, in quibus interrogatur, an sit debitor. N. & in qua quantitate, eo que contumace facto, & durante in contumacia, grauatur, quoad tædio affectus respondeat interrogatis. Vel etiam monetur quatenus intra triduum debeat in actis declarasse, si sit debittor N. condemnati, sub certa pœna, quo facto contumace, & durante in contumacia, procedítur ad pœnam captis pignoribus, vt fit cōtra contumaces.

Si autem idem debitor fateatur esse debitorem, fit præceptum, vt soluat, quæ debet N. infra octo dies, quibus elapsis, & solutione non facta, contra eum relaxatur mandatum, & in eumdem fiet executio. Si vero neget esse debitorem, nullatenus contra illum fiet executio, nisi pet calumniam negauerit, quæ probatur, si ex instrumento conuincitur illum esse debitorem. *Vinc. Hercul. in l. a Diuo Pio, §. sic quoque, ff. de re iudic. num. 10. & seq.* & hæc dicenda si cum debitore debitoris præsente agatur, si vero debitor debitoris sit absens, datur curator illius bonis, qui potest esse idem creditor, cum quo procedatur iuxta naturam causarum, & fiet executio in illius bonis, eodem ordine seruato, vt censeo, quem seruandum dixi cum principali debitore. In qua praxi, & statuto notandum est, inspecta eiusdem statuti lectura, fuisse alteratum datum ordinem à iure communi, quo inspecto non deuenitur ad capturam personæ debitoris, nisi excussis mobilibus, immobilibus, & nominibus debitoris, non autem capitur persona ante nominum excussionem, vt cantant verba statuti, quæ Galganetus † ad idem Statur. *vers. sed quia,* ponderatis verbis rubricæ & statuti vult per iniuriam, & contra mentem statuentium fuisse post posita, quæ prius erant ante locanda. & illi assentior, ne per figuram Isteron proteron, redarguantur statuentes de contrarietate, dum bis dixeruut qualiter sit facienda executio iuxta formam iuris communis, licet Fenzonius in suis Annotationibus ad idem Statutum inhærendo litteræ eiusdem statuti, dissentiat a Galganeto, ea motus ratione, vt sit litium finis, quæ ratio vrgeret, si id fuisset Statutum, vt executio inchoaretur à persona, si illius captura finem imponeret litibus.

36 Excussio autem principalis debitoris † fit examinatis vicinis, qui deponant de viribus debitoris, vel misso executore, qui referat, quid & quantum repererit in domo illius. *Io. Sicard. in l. si in causa C. de prætor. pignor. num. 4.*

Quoad

Quoad secundum quod promisi examinare in principio huius §. notandum est, quod si
37 debitor debitoris † negat, quid debere, impeditur exequutio in nomen debitoris præsentis, siue petatur a fisco, siue ab alia persona, nisi idē debitor conuincatur, quod calumniosè neget debitum, nam tunc fiscus, & quiuis alius creditor sunt pares. Modo debitum sit purum, & liquidum. *Odofred. in l. si debitum, C. quando fiscus, vel priuat. num. 1. post med. vsque in fin.*
38 Si autem debitor sit absens † datur curator bonis. *Odofred. in l. si debitum, C. quand. fiscus, vel priuat. n. 2.* concludens capi creditum si curator fuerit conuictus, quod sit debitor. *Bal. in l. 2. C. quand. fisc. vel priuat. num. 7. Alex. in l. a diuo Pio, § sic quoque, ff. de re iud. num. 5. Io. Sicard. in d. l. 2. num. 7. vers. sed nunc*, concludit si debitor debitoris neget, & in continenti nō potest conuinci illius malitia dandum esse curatorem bonis principalis debitoris, qui agat contra debitorem qui negauit quid debere, idem tradiderat Vincent. *Hencul. in l. a diuo Pio, § sic quoque, ff. de re iud. num. 10. & seq.*
39 Secundo conueniunt, & sunt pares fiscus, † & priuatus creditor, quia nemo illorum agere potest contra debitorem debitoris, nisi principalis debitor non sit factus non soluendo. *l. non intelligitur, §. multa, ff. de iur. fisci. l. non prius, C. quand. fisc. vel priuat. debit.* ita per hunc textum firmat *Alberic. in rub. C. eod. tit. num. 1. in princ. Aloys. de leo. in l. 1. & 2. C. quand. fisc. vel priuat. num. 5.*
40 Tertiò sunt pares † omni casu, quo debitor debitoris, negat esse debitorem debitoris. *glos. in l. non intelligitur, §. multa, verb. defecerint. vers. & hoc in prædictis casibus, ff. de iure fisci. Alberic. in rub. C. quand. fiscus, vel priuat. n. 2. in fin.*
41 Quartò omni casu, quo debitum † non est liquidum. *Bald. in l. 2. C. quand. fiscus, vel priu. numer. 2. in fin.* vbi *Io. Sicard. num. 7. vers. alias.*
42 Quintò fiscus, & priuatus † creditor sunt pares, quia in concursu, plurium creditorum donec durat contentio nec a fisco, nec a priuato exigitur debitor. *Aloys. de Leo in l. 1. & 2. C. quand. vel priuat. num. 9.*
43 Sexto sunt etiam pares, † quia neuter illorū cogere potest debitorem, nec debitoris, vbi illi à superiori suo fuit inhibitus, nec vlli soluat. *Aloys. Leo. in l. 1. & 2. C. quand. fisc. vel priuat. num. 8. Afflict. decis. 328. num. 2. & seq.*
44 Fiscus autem non est par, † sed superat creditorem priuatum. Primo in facultate agendi cōtra debitorem debitoris in diem, nam fiscus illum exigit ante diem, habita ratione interesse, quod ille soluat ante diem. Priuatus autem non non agit ante quam cesserit, & venerit dies solutionis promissæ. *Odofred. in l. si debitum, C. quand. fisc. vel priuat. num. 1. post med. vers. si autem creditor. Alberic. in rub. C. quand. fisc. vel priuat. num. 3. in fin.* concludit loco pignoris esse nomen debitoris. *Io. Sicard. in l. si in causa, C. quand. fisc. vel priuat. nu. 7. vers. alia, & in l. 1. C. de condict. ex lege, num. 2. in*
45 *fin. & num. 3.* concludens id procedere † si fiscus egeat prout semper eget.
46 Secundò, quia fiscus † conuenire potest debitorem debitoris, quando principalis debitor non est soluendo, etiam quod ille non fuerit condemnatus, priuatus autem creditor agere non potest, nisi ille fuerit prius damnatus. *l. 2. glos. l. 3. verb. compellantur, & in l. 4. vers. non esse, C quand. fiscus, vel priuat. debit.* vbi *Bald. num. 2. in fin. Io. Sicard. in l. 2. C. quand fisc. vel priuat. num. 7. vers. item sat is*, addit etiam quod non fuerit excussus.
47 Tertio melior † & conditio fisci, conditione priuati creditoris, vbi ex pecunia fiscali rationalis fisci nomen acquisiuit, nam debitor debitoris rectà via conuenitur, quamuis principalis debitor factus sit non soluendo. *l. non intelligitur, § multa, ff. de iure fisci.*
48 Quartò, vbi ex pecunia fiscali, † quam recepit debitor fisci, sortitus est alium debitorem, cui mutuauit ipsam pecuniam, nam debitor debitoris à fisco conueniri potest, quamuis primus debitor non probetur factus non soluendo. *l. non intelligitur, §. multa, ff. de iure fisci.*
49 Quintò in debitore priuati tria † requiruntur, scilicet condemnatio, bonorum excussio, & debitoris exigendi confessio. In fisco autem duo sufficiunt, modo debitum sit liquidum, videlicet excussio, & debitoris exigendi confessio. *Bal. in l. 2. C. quand fisc. vel priuat. num. 5. Io. Sicard. ibid. num. 7. vers. tunc enim vult. non requiri excussionem.*
50 Quoad tertium † *Bald. in l. 2. C. quand fisc vel priuat. num. 11. & 12.* concludit excussionem requiri duobus casibus, nempe vbi sunt plures, fisci debitores, quorum onus subordinatur alteri in periculo. Secundo, vbi exactor fisci est excutiendus, quia exhibetur apoca solutionis illi facta, quæ non fit in forma probanti & quod excussio fit examinatis vicinis, quibus notæ sunt vires patrimonij debitoris.
51 Ioannes autem † *Sicardus ad l. si in causa, C. de prætor pignor. num. 4. relata glos. ibidem* quæ vult ex depositione vicinorum probari excussionem, quia vicini præsumuntur informati de viribus patrimonij vicini. *subdit n. 5.* hodie fieri excussionem mittendo executorem, qui de bitoris rebus inspectis renūciat iudici, quid, & quātum inuenerit, & inuenta præsumi esse debitoris, & qui id negat grauatur onere probādi.
52 Excussione non erit opus, si principalis debitor cedat creditori iura sua, quia contra debitorem debitoris directâ actione illum cōuenit. *Io. Sicard. in l. 2. C. quand fisc. vel priuat. nu. 5. circa med.* & idem censeo dicendum si creditori fiat delegatio crediti.
53 Quoad quartum, † exequutio facta in corporalibus, differt a facta in incorporalibus, quia si capta in prima negentur spectare ad debitorem, vel debitorem debitoris, nisi negans conuincatur de malitia, seu calumnia, suspenditur exequutio, & ordinario iudicio est, cum illo agendum; vt dixi supra *vers. si autem debitor.* Si vero executio fiat in incorporalibus, quæ à tertio negentur spectare ad debitorem summarie, cogno-

gnoscitur de exceptione tertij, & iuxta probata restituunt pignora rapta. *l. à diuo Pio*, *§. si super*, *ff. de re iud.* & ita distinguit Azo *in l. si debitum*, *C. quado fisc. vel priuat. num. 2. circa fin.*

§. II.

SVMMARIVM.

1 Dominum directum esse præferendum cuicunque emptori, † vbi emphiteota vendit sua vtilia iura, est textus expressus, qui non eget inductione. *l fin. vers. & si quidem dominus, C. de iure emphit.* & licet dis-
2 positionem eiusdem textus † exorbitatem dicat *Gratus cons. 133. in præsenti lib. 1. num. 17. & 21. circa med. & Caldas. de extinction. emphit. cap. 3. num.* 12. addit illam esse maximè rigorosam, vt ego subdo, quia impedit libertatem contrahendi de re sua, prout quisque vellet, *l. dudum, C. de cont. empt.* Tamen non caret ra-
3 tione, † nam cum emphiteota gratis habuerit fundum, quem cum additis melioramentis vẽdit, á directo domino, ei potius, quam alteri est vendendus, ratione gratitudinis, & connexitatis iurium vtilium & directorum, quæ æquum est in persona vnius iungi & sociari. *Grat. cons. 133. lib. 1. num. 4. Surd. cons. 282. nu. 19.* Fab. *de Mont. tract. de empt. quæst. 3. nu. 41. & seq. Portius Imol. cons. 65. ex facto num. 13. ad-*
4 *dend. num. 14. & seq. vers. quæquidem*, † procedere etiam si venditio fiat inter coemphiteotas.

5 In exequutione tamen rei iudicatæ † capi nõ potest tale ius prælationis, quia illud est personale, & affixum ossibus directi domini, vt dicant verba *d. l. final. dum inquit. Ipsum domi-*
5 *num omnino hæc comparare.* Dictio † enim ipse est personali stima, & ad oculum demonstrans in quem sit verificanda, omnibus alijs exclusis. *Bald. cons. 304. Nobilis, num. 1. in fin. lib. Ripa in l filius fam. §. diui, ff. de lega. 1. num. 3. De-*
7 *cian. cons. 29. circa lib. 2. nu. 47.* addendo † per relatam dictionem ipse, ipsa, ipsum, excludi etiã hæredem, qui est eadem persona cum defuncto. *l. hæredem, ff. de regul. iur.*

8 Et ratione personalitatis, ideo directus † dominus non potest ius istud prælationis vendere. *Guid. Pap. decis. 411. ius prælationis. Felin. cõs. 25. num. 14. Amad. de laudem. quæst. 13. Anin.*
9 *num. 6.* nec minus alteri † cedere. *Guid. Pap. d. decis. 411.* vbi addentes *vers. ius prælationis*, quem sequitur *Intriol.* alios concordantes referens. *Centur. 1. feudal. part. 2. art. 5. feudum, num. 998.* relati *à Giurba decis. 51. vicino. n. 6. & 8. & a Caldas de renouat. emphit quæst. 13 eubium num. 6. in fin. Paul. Christin. ad consuet. Meclinens. tit. 11 artic. 12. num. 1. & seq.*
10 vbi ampliat † etiam si dominus cæpisset agere ad prælationem. *Caldas cons. 30. num. 49. Fontancl. de pact. nuptial. part. 1. clausul. 4. glos. 12 num. 37.* cum alijs cumulatis *in meis collectaneis ad d. l. final. vers. & si quidem dominus, C. de iur. emphit.* vbi retuli dissentientes, & qui illos concordent, & inter cæteros. *Vincent. de Franch. decis. 226. num. 2. & 5. Paris cons. 82. lib. 3. num. 28. Peregrin decis. Patauin. 22. ius num. 9.*

11 Et ratione facultatiuæ personalitatis, † nec actiue, nec passiue transit in hærede, & contra ius declarandæ caducitatis, ob canonem non solum ab emphiteota, præsertim si directus dominus defunctus sciebat commissam moram in solutione Canonis, vel alio capite in iure scripto
12 † secus si in inuestitura aliud sit cõuent. *Branc. Bec. cons. 9. explorati n. 8. 13. & 19. Ludouis. decis. 529. num. 17. & seq. Cassad. decis. 2. de locat. num. 6. 7. eam num. 9.* asserens rationem,
13 † quia merita, & demerita sunt personalia, ideo nec actiue, nec passiue ad alium transeunt. *& decis. 3. num. 3. in fin. Surd. cons. 86. Leuis. n. 11. & seq.* vbi eamdem rationem alijs verbis refert
14 & sine distinctione scientiæ caducitatis, † illam cessare actiue, & passiue volunt relati a *Math. Berlich. conclus. 46. part. 2. nu. 14. & 15.* quia
15 † talis facultas, est voluntatis, vt ponderando verba *l fin. C. de iur. emphit.* concludit *Cassad. decis. 3. de locat. num. 3. & latius Surd. cons. nu. 55. Monter. decis 35. circumscripta num. 1. &* rationem refert *num. 56. & seq Gama decis. 17. num. 2. & decis. 175. num. 2.* vt cæteros omittam quos congedi *in meis collectaneis ad l. 2. vers. volenti ei licentiam, C. de iure emphit.*

16 Nec idem ius declarandæ caducitatis † cedi possit, vt ad partes examinata difficultate concludit *Monter. decis. 35. circumscripta, num. 9. & seq.* licet deinde *num.* 42. facta distinctione
17 † an cedens dicat cedere ius, quod sibi in caducitate incursa competit, vel generalibus verbis, cedens dicat, vẽdere, vel cedere omne, & quod cunque ius sibi quomodolibet in re emphiteotica competens, vt priori casu sit cessa facultas declarandi caducitatem, secundo autem casu, secus, *& num. 56. & seq.* rationis distinctionis refert, *& num. 60. vsque in fin.* limitat quæ
18 dixerat de generali † cessione, quoties ex cau-

sarum

ſarum perſonarumue qualitate, vel tacita etiam voluntate conſtatet ius declarandæ caducitatis, fuiſſe ceſſum, quia idem eſt ac ſi cedens illam declaraſſet, non aliter, ac cedens † iura hæreditaria dicitur hæreditatem adiuiſſe. *l. ſi auia*, *C. de iur. deliber.* per quem textum confirmat *Crauet. conſ.*200. *auuſ. num.* 2. quem ſequitur alijs relatis. *Menoc. conſ.* 1. *num.* 489. *& conſ.*77. *num.*22. vbi alios cumulat *Vincent. de Franc. deciſ.*32. *in cauſa num.*18.

Quæ dixi de prælatione, vbi venditur res emphiteotica, & ceſſione iuris declarandi emphiteotam cecidiſſe ab emphiteuſi, ſunt etiam di-
20 cenda † in iure retractus, ſeu congrui, facta tamen diſtinctione, an illud concedatur intuitu perſonæ principaliter, vel intuitu rei; vt priori caſu, retractus non competat alteri perſonæ, quam nominaræ, ſecundo autem caſu, ſecus, ſi cum ceſſione iurium inceſſionarium transferatur fundus, cuius cauſa competit retractus, vt diſtinguit *Peregrin. deciſ.*22. *ius retractus nu.* 9.& comprobari poteſt ex dictis *Surd. conſ.*105. *num.*22. *& ſeq.* & ita deciſum refert *Vincent. de Franc. deciſ.*242. vbi addentes alios idem ſentientes refert, quibus addo. *Rend. l. ad conſt. Federici Sancimus*, §. *ſcriptum*, *verſ. & non renunciauerint num.* 6. *verſ. declara*, *& verſ. a tribus partibus num.*5.

Sed an ius prælationis competens directo
21 domino, † vel conſanguineo, vel vicino, vbi venditur fundus emphiteoticus, vel vicinus, & ius declarandæ caducitatis poſſit in cauſam iudicati à creditore directi, vel vicini, capi. *Tiraquel. de retract. lignag.* §.26. *gloſ.* 1. *num.*13. 14. *&* 15. pluribus pro affirmatiua, & negatiua relatis, concludit in illius reſolutione eſſe cogitandum, remittendo ſe ad dicta *Angel. conſ.*243 *multi conſortes*, qui loquitur in caſu, quo ius prælationis competebat ex conuentione, non autem ex lege, vel ſtatuto. Ego tamen cenſeo, non poſſe capi iura iſta, quia illa ſunt poſita in pura voluntate directi, & illius perſonæ hærent, vt conſiderabam ſupra, & comprobantur ex ijs, quæ dicam de iure adeundæ hæreditatis, §. ſeq.

---

§. III.

SVMMARIVM.

In exequutione rei iudicatæ capi non poteſt ius adeundæ hæreditatis. & quare. 8

Seruus non habet, nec velle, nec nolle. 1. *in fin.*

Hæreditatem delatam ſeruo dominus, non poteſt acceptare abſque voluntate ſerui. 2. *ampl.*3.

Hæreditatem delatam monacho abbas non poteſt acceptare abſque monachi voluntate. 4. *ampl. ibid.*

Hæreditas non adita, & ius adeundi, quare non tranſmittatur. 5

Legatum recta via tranſit in legatarium. 6. *intellige volente legatario. ibid. ampl.*7.

L. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. declaratur. 7

L. non fraudantur, ff. de reg. iur. exornatur. 9

Debitor in quærendis poteſt præiudicare creditori. 10. *quando fiſco.* 10

Ontinuando referre, quæ iura debitoris capi poſſint in exequutione ſententiæ contra illum prolatæ, dubitari poteſt,
1 quid dicendum de iure † adeundæ hæreditatis. Et negatiue reſpondendum, nam cum tale ius, nõ ſit proprie ius, ſed quædã facultas, poſita abſolute in voluntate eius, qui ex teſtamento, vel vel ab inteſtato ſuccedere poteſt. §. 1. *& ibi DD. inſtit. de hæred. qualit. & different. l. ſi quis omiſſa cauſa*, *ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Ceſal. conſ.*321. *inſignis*, *num.* 20. Ideo licet ſeruus non habeat, nec vellle, nec nolle. *l. velle ff. de*
2 *regul. iur.* tamen illius dominus, non poteſt hæreditatem ſeruo relictam adire, abſque ſerni voluntate. *l. ſi quis*, *C. de iur. delib. l. cum pro-*
3 *ponas*, *C. de hæred. inſtit.* & ſi ſeruus † moriatus antequam adeat, excluſus eſt dominus commodo delatæ hæreditatis *l. inde Neratius*, §. 1. *ff. ad legem aquil. Ceſal. conſ.*321. *nu.*47. aſſerẽs
4 idem † dici in Monacho inſtituto hærede, ſi nõ acceptauit hæreditatem, & hæc eſt ratio, quare
5 hæreditas † non adita, & adeundi ius nõ tranſmittatur. *l.* 1. §. *in nouiſſimo*, *C. de caduc. tollen. l. qui liberos*, §. *hæc verba. l. ſed & ſi plures*, *ff. de vulgar. l. emancipata. C. qui admit. l.* 3. §. *hoc igitur*, *ff. de bonor. poſſ.* *Ceſal. conſ.*321. *inſignis*, *num.*24. *&* 25. *&* 59. addit ius adeundi, non eſſe in bonis hæredis, & idem dicitur de
6 legato, quod licet defuncto teſtatore † recta via transfeat in legatarium. *l. a Titio*, *ff. de furt.* attamen non tranſit niſi volente, & acceptante legatario. *l. ſi tibi homo*, §. *cum ſeruus*, *ff. de legat.*1. *Caſt. in l. ſi ita legatum*, §. *illi ſi vollet*, *ff. de legat.* 1. *num.*2. concludens legato ineſſe cõditionem, ſi fuerit acceptatum. *Ripa in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 51. qui loquitur de legato fa-
7 cto Eccleſiæ, vel pio loco, † declarando. *l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & ita feſtiue reſpondebat. *Franc. de Petris feſt iu. lecet cap.*2. *l. b.*2. aduerſus creditorem, qui noluerat conſentire excarcerationi debitoris, qui deinde noluit agnoſcere legatum, ſibi relictum.

Nullatenus talis facultas inhærens animo hæredis *Ceſal. con.*321. *inſignis*, *num.* 34. 27. & prius dixerat. *Bald. in l. qui ex aliena.* 6. *ff. de acquir. hæred. num.* 4. *in fin.* capi poteſt in
8 exequutione rei iudicatæ, † quia prætor, vel apparitor, vel creditor, qui ſententiam exequẽdã reportauit non poteſt velle, quæ hæres inſtitutus nollit, qui nõ dicitur fraudare creditorem ſuum, vbi non vult ſibi delatam hæreditatem
9 adire. † *l. non fraudantur*, *ff. de regul. iur. l.* 1. §. *confertur ff. de collat. bonor. l. ſi ſponſus*, §. *ſi maritus* 2. *ff. de donat. inter vir & vxor. l. fin.* §. *licentia* 1. *ff. de iur. delib. l. qui autem*, §. *proinde*, & §. *ſed & illud*, *ff. quæ in fraud. credit. l.* 1. §. *vtrum*, *ff. ſi quid in fraud patron. l. nemo ex ſocijs*, §. *illud*, *ff. pro ſocio. l. alienationis*, §. *qui occaſione. ff. de verb. ſignif. l. cum quidam*,
10 *ff. de iur. fiſci*, quibus iuribus probatur † debitorem in quærendis præiudicare creditori, ſocium ſocio, delinquentem fiſco. Si delatam ſibi hære-

hereditatem tempore dilecti, vel ante non probatur acceptasse. *Nellus de bannit. prima part. secund. temp. num. 3. Cefal. conf. 321. insignis,* 11 *num. 61.* quod tamen intelligas † si fiscus agat de lucro captando, fecus si de damno euitando, vt puta, quia sit creditor delinquentis, ita colligo ex *Neguf. de pignorib. part. 4. num. 33. circa med. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. nu. 38.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Iura personalia, sunt triplicis generis. 1. 3. 5

Hæreditas quare per alium adiri, non possit, & secus sit in possessione bonorum. 2

L. per procuratorem, ff. de acq. hæred. emendatur. 1

Vsus alicui relictus non egreditur personam legatarij. 4

Vsusfructus alteri cedi, vel concedi potest, ius autem talis commoditatis nequaquam. 5

Decima concedi laico non possunt, commoditas autem secus. 6

Vsusfructus acquisitum debitori ex contractu oneroso capi potest in exequutione sententiæ, contra illum latæ. 7. *& quare.* 8. *ampl.* 9. *acquisitus ex donatione facta præsenti, & acceptanti, capi potest in exequutione sententiæ lata contra vsufructuarium.* 10. *& quare. ibid. secus si facta fuit absenti.* 15. *limit.* 17. *si debitori sit relictus ex testamento, vel codicillis, an capi in exequutione rei iudicatæ cōtra legatarium.* 18. *peculij profectitij capi capi potest in exequutione sententiæ latæ contra patrem.* 22. 24. *peculij aduentitij vsusfructus quando capi possit in exequutione rei iudicatæ.* 28. 29. *&* 49. *Castrensijs peculij filij, non capiunt patris creditores.* 50

Retractus, an habeat locum vendito vsufructu fundi gentilitij. 11

Donatio facta absenti non valet. 11. *in fin. ampl.* 13. *limit. vbi tacite, vel expresse fuit ratificata.* 13. *limit.* 17.

Donatio facta absenti, quomodo dicatur ratificata. 14

Nullum esse, & non esse sunt paria. 16

Legatum certa via transit in legatarium, & quare. 19. *quid de legato vsusfructus.* 29

La titio, ff. de furtis declaratur. 21

Pater habet vsumfructum peculij profectitij. 23. *distingue.* 24. *filius in illo nullum ius habet in peculio profectitio.* 25

Peculij aduentitij nomine, quæ continentur. 26. *illius fructus sunt patris proprietas est filij.* 27

Filius famil. cogi possit à creditoribus patris, vt acceptet sibi donata, vel casu obuenta. 30. 32. *ampl. multo magis cogi possit à patre.* 33. *limita in bonis feudalibus, vel emphiteoticis.* 34

Pater cogi potest, vt cogat filium ad acceptandum quæ sibi sunt donata, vel relicta. 35. *Contrarium.* 37. *& quare ibid.*

Maritus potest refutare lucrum dotis in præiudicium suorum creditorum. 43

Hæres grauatus fideicommisso, cogi potest ad adeundam hæreditatem, vt illo fideicommissario restituat. 35. *ampl. ibid. distingue.* 47.

Rub. de iis. quæ in fraud. credit. declaratur. 38. 44

Quod tibi non nocet, & alteri prodest est concedendum. 31. 36. *&* 41. *limitat.*

Donatio sponte, non acceptata est nulla. 39

Prælatus iurat non alienare bona Eccles. 40. *ampl.* 41.

Abbas potest refutare legatum relictum Monacho. 42

Debitor potest præiudicare creditori in acquirendis. 43

Filius fam. potest Trebellianicam, & legitimam renunciare in præiudicium creditorum. 46

Hæreditas quando ad incommodum alterius possit renunciari. 47

Vsusfructus, & fructuum commoditas idem sunt. 49

SI contingat debitorem ex dispositione hominis, vel legis habere vsumfructum fundi rustici, vel vrbani, cuius proprietas esset alterius, veluti, si illi sit testamento, vel ex contractu concessum ad certum, vel incertum tempus ius fruendi fundo Campano, vel ratione patriæ potestatis sui sint fructus peculij aduentitij filij, quem habet in potestate, an ille in exequutione rei iudicatæ capi possit. Quæstio est, quæ non raro accidere potest, ideo illam examinando.

1 Præmittendum est, quod quædam sunt iura personalia, quorum exequutio per alium fieri minime potest, veluti adite sibi delatam hæreditatem. *l. mulier, §. hæres ex esse, ff. de iur. dot. l. per procuratorem, ff. de acquirend. hæred.* quē textum esse corruptum, & legendum per curatorem tradit *Duaren. anniuers. disputat. libr. cap. 27. procuratorem. l. qui in aliena. 6. ff. eod.*

2 vbi *Bald. num.* 4. plures rationes † refert, & quare aliud dicatur in acquirenda bonorum possessione, & dixi etiam §. antecedenti. Quæ-

3 dam sunt iura personalia, quorum commoditas non potest in alium transferri, veluti si legatus sit vsus fundi Campani, nam quia vsus vnius

4 non est vsus alterius, & personam † eius cui relictus est non egreditur, *§. 1. instit. de vsu, & habit. l. neque, ff. de vsu, & habit. cap. 2. de au-*

5 *torit. & vsu pallij.* Quædam sunt iura † personalia quorum commoditas, alteri cedi, vel cōcedi potest, ius autem talis cōmoditatis nequaquam, & huius generis iurium est vsusfructus; *l. si vsusfructus. 66. ff. de iure dotium. l. vsufructu, §. 1. ff. solut. matr. l. necessaria, §. fin. ff. de pericul. & commod rei vendit.* cum alijs cumulatis à *Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. glos.*

6 1. *nu. 46.* subdens idem de decimis, † quæ cedi non possunt laico, secus quoad illarum commoditatem, quæ quantum differat ab vsufructu, dixi de differentijs *verb. iur. § vsusfructus, & commoditas fructuum. Iaf. §. item Seruiana instit. de action. num. 110.*

His præmissis tres casus constituendi sunt.

primus

primus, vbi vsusfructus † fuit acquisitus debito-
ri ex contractu oneroso, & tunc capi poterit in
exequutione, nōn aliter ac capiuntur cætera iu-
ra debitoris realia. *l. à diuo Pio, §. in venditio-
ne, ff. de re iudic.* & ratio est,† quia non reperi-
tur prohibitum, quo minus tale ius capiatur in
exequutione, vt cōsiderabam supra hoc capite
in prin. & idem de vsufructu, quod de re ipsa iu-
dicatur, si agatur de solutione æris alieni, *l. in
venditione, ff. de rebus auct. iud. possiden.*
9 Ampl. præsertim si exequutio fiat † contra
condemnatum ex obligatione Camerali, in qua
in specie debitor obligat omnia iura sua, &
ideo *supra capit. 11. §. 13.* dixi exequutionem
sententiæ latæ contra Titium, posse fieri con-
tra Sempronium illius debitorem.

Si vero vsusfructus fuerit acquisitus ex con-
contractu lucratiuo, vt puta ex donatione dif-
fert, an donatio facta fuerit debitori præsenti
10 & acceptanti, vel absenti, nam priori casu † po-
terit vsusfructus capi, quia est in bonis debitoris.
l. bonorum, §. æque. l. Princeps, ff. de verb. signif.
& isto casu numeratur inter stabilia, late *Ma-
tiens. Recompil. leg. Hispan. lib. 1. tit. 11. de
empt. & vendit. l. 7. glos. 1. num. 30. & seq.* vbi
11 agit an distracto vsufructu patrimonialis † fundi,
sit locus gentilitio retractui. Secundo autem
casu, quia donatio facta absenti, de iure ciuili
non valet. *l. absenti, ff. de donat. Mandos. ad Ro-*
12 *man. cons. 89. num. 6.* licet † secus sit de iure
Canonico. *cap. si tibi absenti de præbend. in
sext.* per quem textum ita firmat *Gonzal. ad re-
gul. 8. Cancelar. glos. 5. §. 7. num. 104.* nec quid
13 donatario † acquiritur, ante illius acceptationē
tacitam, vel expressam, Dec. *cons. 227. nu. 16.
& 17. Peregrin. cons. 77. in causa lib. 3. nu. 22.
Torniol. cons. 67. illo num. 17.* addendo rati-
14 ficationem † induci ex sola scientia donatarij,
& cons. 47. circa num. 11. licet idem *Torniol.
cons. 37. num. 6.* aliud dixerit circa ratificatio-
nem ex scientia, & latius *Tuscus conclus. 641.*
15 donatio facta absenti. Nullatenus † donata ab-
senti capi possunt in exequutione sententiæ la-
tæ contra donatarium, quia nullum ius fuit illi
acquisitum, ex non valida donatione, quæ ratio-
ne nullitatis, habetur pro non facta. *l. non pu-
tauit. §. non quauis, ff. de bon. possess. cont. ta-*
16 *bul. tum vulgar.* Nullum enim esse, † & non
esse, a pari procedunt. *Afflict. decis. 182. num.
4. Crauet. cons. 115. num. 7. Demauder. in
in suis locis parium §. nullum esse, & non esse.*
17 Nisi talis donatio † facta esset in casu, quo illa
facta esset irreuocabilis, vt puta quia iurata, vel
facta duobus, quorum alter donationem accep-
tauit, & alijs casibus relatis *in meis Collecta-
neis in d. l. absenti,* nam tunc ratione iuris quæ-
siti donatario, potest fieri exequutio sententiæ
in eum prolatæ in rebus donatis, vt dixi in an-
tecedenti casu.

Secundus casus est, si vsusfructus sit alicui de-
18 bitus ex testamento,† vel codicillis & tūc quia
illius acquisitio pendet à pura, & simplici vo-
luntate debitoris, cui est relictus, repetenda
sunt, quæ dixi in proximo, & præcedenti §.
19 Nec obstat, quod legatum † recta via transeat
in legatarium. *l. a Titio, ff. de furtis l. legatum
ff. de legat. 2.* cum alijs congestis à *Siluan. cons.
49. num. 7. in fin. & num. 49.* alias ad illud cō-
sequendum non competeret rei vindicatio. *l. 1
C. communia de leg.* quæ præsuponit dominium
in agente, & possessionem in reo conuento. *§.
sed istæ instit. de actionib.* Nam quidquid sit
20 de legato vsufructus,† an recta via constituatur,
vt disputat *Ripa in l. 1. ff. de legat. 1. numer. 60.*
21 *regula d.* † *l. à Titio.* intelligitur transire, reuo-
cabiliter, vel sequuta acceptatione, etiam si aga-
tur de legato relicto Ecclesiæ, vel pio loco. *Ro-
man. cons. 184. num. 3. Ripa in l. 1. ff. de legat.
num. 51. Surd. de aliment. titul. 9. quæst. 16.
num. 3 & cons. 253. Domina num. 4. & cons.
300. num. 16.*

Tertius casus est, vbi ex dispositione legis de-
22 bitori acquiritur † vsusfructus, exemplum erit
si debitor habeat filium, habentem peculium
profectitium, vel aduentitium, vel Castrense,
23 vel quasi, & cum in prima specie † peculij pa-
ter habeat vsumfructum cum proprietate. *l. cū
oportet,* C. *de bonis quæ liberis,* seruata tamen
24 † distinctione Socin. *cons. 92. circa primum
lib. 1. num. 15.* quam reassumpsit *Pascal. de pa-
tria potestat. part. 1. cap. 3. nu. 13. & seq. vsque
ad 31.* & tunc dicendum capi posse in exequu-
tione rei iudicatæ contra patrem debitorem,
quia capiuntur bona eius, contra quem fuit iu-
dicatum. *Azo in sum. C. de bonis, quæ liber.*
25 *num. 2.* concludens filium in isto† peculio nul-
lum ius habere.

Si vero idem debitor habeat filium, cui ex li-
beralitate fortunæ, veluti ex hæreditate mater-
na, aui proaui, aliorum à matre cognatorum,
fratris, amici socij, vel ex legato, fideicommisso
pacto, contractu, lucro nuptiali, & alia simili
causa lucratiua, vel laboribus suis aliquid acqui-
siuit, quæ † omnia continentur sub nomine
peculij aduentitij, cuius fructus sunt regulariter
27 patris, proprietas † autem est filij. *l. 1. & 2. C.
de bonis matern. l. quacunque. l. cum oportet,*
28 *C. de bonis quæ liberis.* distinguendum est, † an
filius agnouerit maternam hæreditatem, vel ac-
ceptauerit legatum, vel donationem, tempore,
quo agebatur de exequutione sententiæ, & tūc
quia ius vtendi, & fruendi est radicatum in
persona patris, vel aui habentis filium, vel ne-
potem in potestate, poterit illud capi in exe-
quutione rei iudicatæ, latæ contra patrem, vel
auum.
29 Si vero post tempus † exequendæ sententiæ,
aliquid filio familias relinquatur, vel donetur, vel
obueniat, distinguendum est, an filius familias
donata, vel relicta, vel obuenta acceptauerit, &
tunc dicendum, quæ proxime sunt dicta, excep-
tis casibus, quibus venditorum, patri non
quæritur vsusfructus. Qui autem sint isti casus
videndus *Azo in sum. C. de bonis quæ liber. nu.
4. 5. & 13. vers. si maior.* si autem filius nollet
30 agnoscere,† quæ liberalitate fortunæ, vel ami-
corum consequi potest, an ille cogi, possit ad
agnoscendum, quæ sibi sunt donata, vel relicta.
31 Cum quod tibi non † nocet, & alteri prodest
de facili sit concedendum. *l. in creditore. ff. de*

euict. l final. §. si tercus, ff. quod vi aut clam.
Socin. iun. *conf.76. puatenus lib. 2. num. 13. &*
32 *seq.* Marsil. *de fideius. nu.213.* dicendum † est,
filium familias posse à creditoribus illius patris
ad agnoscendum, & acceptandum, quæ sibi sint
relicta, vel donata, quia illa repudiare non po-
test, cum incõmodo illorum, vt distinguit *Bart.*
in l. si mihi 12. ff. de legat. 1. quem sequitur
Surd. conf. 300. non videtur num. 19. in fin.
& num.20.

33 Patre autem instante † tanto magis debet fi-
lius liberalitatem fortunæ agnoscere, cum possit
ille propria auctoritate capere, & administrare
bona filio relicta, & facere fructus illorum suos,
& si filius, vel nepos resistat, poterit pater, vel
auus in illum exercendo patriam potestatem,
verbis, & verberibus compellendo, vel implo-
rato iudicis officio, illum cogere, vt sibi in ac-
quisitione obsequatur. *l. cum oporret, §. non*
autem, vers. & nullo modo audeat. C. de bonis
quæ liber. l.3. C. de pat potest. & late prosequi-
tur *Cuman. conf.89. circa num.3. vers. ad ter-*
tium, quem secuti sunt *Boer. decis.199.* & vide-
tur *num.10. Borgnin. tract. de vsufruct. mulier.*
relict. n.179. Lud. Morotius conf.18. Illustris,
num. 6. Pascal. de patria potest part. 1. cap.3,
34 *num.33.* Quod tamen limita † si filio fam. sint
relicta, vel donata bona feudalia, vel emphiteo-
rica, nam cum non detur seruitus seruitutis,
in illis non quæritur patri vsufructus, vt ex
Baldo, in capitulo 1. §. si duo de duob. fratrib. de
nou. benef. inuest. præposit. Laudens, & alijs fir-
mat *Roland. a Val. conf.71. Visis lib.2. n.65.*
& seq. commoditas fructuum. *Gabriel. conf.*
162. pro cuius. lib. 2. num. 16. & 17.

Si autem pater nollit cogere filium ad accep-
tandum, quæ sibi prosperitate fortunæ, vel ali-
cuius liberalitate, acquirere potest, an ille a cre-
ditoribus cogi possit, vt cogat filium ad acqui-
rendum, quoad ex vsufructu donatorũ filio, sint
satisfacti de credito ipsorum. Affirmatiuam
35 † suadent, quæ sunt recepta in hærede grauato,
qui cogi potest, vt hæreditatem adeat, quoad
illam substituto restituat, etiam si hæreditas esset
adeo ære alieno grauata, vt non esset soluendo,
& hæres institutus esset pater substituti. *l. nam*
quod, § fin. l. si hæres ab eo, ff. ad Trebel. §. sed
si recusabat. inst. de fideicom. hæredit. l. cogi, §.
si pater, ff. ad Trebell Accedunt, quæ conside-
36 rabam supra, ex regula, quod tibi non † nocet,
quæ comprobantur singulari textu in *l.4. ff. de*
reb. aut. iud. possidend. vbi hærede instituto sub
conditione aliquid dãdi creditoribus testatoris,
vel Titij, statuitur terminus ad adeundam hære-
ditatem, qui si non adeat, lapso termino, da-
tur curator bonis, qui satisfaciat creditoribus,
quibus ab hærede instituto erat dandum.

37 Negatiua est verior, † nam cum lucra capere,
& quæsita perdere, non sit par ratio. *l. fin. C. de*
codicil. l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat
inter vir. & uxor. & edictum de ijs, quæ in
38 fraud. † creditorum. Emanauit in eos, qui mi-
nuunt patrimonium in fraudem alicuius, non
autem in eos, qui id agunt, ne fiant locupletio-
res. *l. qui autem, ff. quæ in fraud. tradit. Dec.*
conf.260. col. 1. vers. vel tamen prædictis. Rol.
à Val. de lucro dotis quæst.40. quoniam nu. 7.
non poterit debitor cogere patrem, vt compel-
lat filium ad acceptandam donationem, quæ est
ex contractibu, qui mutuo contrahentium con-
sensu perficiuntur, & non acceptata à donata-
39 rio donatione † sponte, & non per compulsum
illa habetur pro nõ facta. *§. alia antẽ inst. de do-*
nat. l. absenti, ff. eod. & acceptatio legati, personã
legatarij non egreditur, vt dicebam in princip.
40 huius §. & sicuti prælatus, † qui in limine præ-
laturæ iurat conseruare, & non alienare bona
Ecclesiæ. *glos. in cap. vt super. verb. sacramen-*
to de reb. eccles. non alien. & tale iuramentum,
præsumitur præstitum, licet de illo non constet,
seu non probetur *Crescent. decis. 2. de iureiur.*
41 potest tamen † in quærendis præiudicare, & re-
futare relicta suæ Ecclesiæ. *l. alienationi, §. qui*
occasione, ff. de verb. signif. Felin. in cap. quæ in
ecclesiarum de consuet. num.50. Rol. à Val. te-
stans de commun. conf.15. num. 23. lib. 1. Sar-
miento. Select. interpret. lib.3. cap.8. num.1. Pu-
teus decis.507. part. 2. Peguer. decis. 133. facti
num.1. & seq. Rimin. iun. conf.1. nu 61. Surd.
conf.116. quia num.82. Caldas. conf.48. diffici-
lis num.21. Gallerat. de renunciat. lib.1. cap.2.
num.47. & seq. & nu.69. Addentes ad Rodoan.
de rebus eccles. non alien. quæst.2. cap.12. in fi-
42 *ne.* Et idem de Abbate † in hæreditate, vel le-
gato relicto monacho. *Ias. in l. legatum, ff. de*
legat. 1. numer. 16. vbi reprobat dissentientes,
idem repetens *nu.20.* & dixi latius *in meis col-*
lectaneis ad l fin vers. non enim, C. de codicil.

43 Multo fortius poterit debitor † in acquirẽdis
præiudicare creditori. *l. qui autem, ff. in fraudi*
credit. Lanar. conf.42. in præsenti, nu.1. & seq.
reprobato *Ancaran.* qui aliud voluit in credito-
ribus cum hypoteca. Dec. *conf.260. col.1. vers.*
sed prædictis. concludens maritum posse renũ-
ciare lucro dotali in præiudicium suorum cre-
44 ditorum, ea ratione, quia edictum, † vt dice-
bam supra, de ijs, quæ in fraudem creditorum,
solum considerat, vbi a debitore fit diminutio
patrimonij, vt ego addo iam acquisiti, non au-
tem acquirendi, & licet addentes ad eundem
45 † Dec. dicant illum male consuluisse, si statu-
tum de lucro dotis sit conditum ante factam re-
nunciationem, secus si post. Attamen sine dist in-
ctione aliqua sequuntur. *Phanuc. de lucro dotis.*
glos.3. num.16. Surd. conf. 116. quia num. 79.
& seq. & ante Decium. idem, & alia similia
dixerat *Felin. in cap. quæ in ecclesiarum de con-*
stit. num. 50. & quod filius possit Trebellianicã
46 † legitimam, & ante tempus restituere fidei-
commissum in præiudicium creditorum repro-
bato *Menoc.* qui aliud consuluerat in legitima
consuluit. *Peregrin. conf. 46. lib. 3. num. 10.*
vsque in fin.

Non obstant, quæ supra considerabam pro
affirmatiua de hærede grauato alteri restituere
hæreditatem sibi relictam, vel cum onere ali-
47 quid alteri dare, & ex regula † quod tibi nocet,
quia duo prima obiecta cessant, ex distinctione.
Bart. in l si mihi 12. ff. de legat. 1. vbi non po-
test à legatario, vel hærede repudiari legatum,
vel

vel hæreditas ad incommodum alienum, nisi repudiatio cedat in commodum repudiantis, si repudiata poterat habere ex dispositione defun-
48 cti, ex cuius persona repudiat, & regula † *quod tibi non nocet.* extra casum, quo agatur de fauore religionis dotis, vel testamenti, si agatur de lucro petentis à tertio quid peti, vel fieri, illa cesset. *l. nec creditoris.* C. *de nouat. l. fin. ff. de de vsu & habit. Bart. in l. 2. ff. solut. mat. nu. 13. quem sequitur Ias. ibid. num. 32.*

Circa peculium castrense, vel quasi, cum illud sit proprium filij, quidquid dixerint aliqui, quod in illo pater habeat fructuum commoditatem, non autem vsumfructum, quia re ipsa
49 idem est habere † vsumfructum, & fructuum commoditatem. *l. si vsus fructus. ff. de iur. dot. l. fin. C. de vsufruct.* Nec titulo commoditatis
50 fructuum † nec vsufructus, possunt patris creditores capere fructus peculij Castrẽsis, vel quasi, vt sibi satisfaciant de suo credito, quia patri nullum ius in illis competit. *Molin. de iur. primog. lib. 1. cap. 19. nu. 3. Gabriel. consi. 162. lib. 2. n. 29. & seq. & nouissime Pascal. de patria potestat. part. 1. cap 3. nu. 9.*

§. V.

SVMMARIVM.

In executione rei iudicatæ capi possunt mobilia immobilia quæ alienari non possunt. 1
Iura capi possunt in executione rei iudicatæ, quæ sunt tertium genus bonorum. 2
Iuspatronatus laicum, vel ecclesiasticum capi non potest in executione rei iudicatæ. 3. *& quare* 4. *Limit.* 6
Iuspatronatus in ecclesia non recipit æstimationem. 5
Alienatio realis, & verbalis, quæ dicatur. 7
Cap. cum Bertoldus de re Iud. declaratur. 8
Præsentandi ius est, fructus iurispatronatus. 9.
Cap. ex litteris de Iur. patron. declaratur. 10
Maritus cui data est vniuersitas bonorum præsentat in ecclesia. & quare. 11
Vsufructuarius omnium bonorum potest præsentare in ecclesia. 12
Fiscus quando consequatur ius præsentandi confiscatis bonis patroni. 13
Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorũ. 14
Iuspatronatus competens domino in persona & bonis liberti non potest capi in executione rei iudicatæ. 15. *Limita.* 16
Necessitas non habet legem, & facit licitum, quod alias erat illicitum. 16

1 Licet capi possint tã mobilia, quã † immobilia etiã alienari prohibita, si aliud debitor non habeat, quo satisfaciat suo creditori. *Ioan. Anton. Niger. ad capitul. Regni de Bobus arator. n. 11. vers. facit. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap fin. par. 5. §. 5. nu. 31.* loquens de bonis
2 maioratus, quam Iura † & actiones, quæ sunt tertium genus bonorum. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 1. et seq. Bart. l. potest 18. ff. de aut. tut. nu. 1. Thesaur. quæst. 2. Bonorum lib. 1. nu. 1. et seq. Rodoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 14. num. 15. et seq. et n. 21. et seq. et nu. 27.* capi possint in causam rei iudicatæ. *l. à Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. et ibi Bart. et reliqui.*
3 Iuspatronatus tamen laicum † vel ecclesiasticum in ecclesia nullatenus capi potest in executione rei iudicatæ. *cap. de iure. pat Abb. cap. quærimoniam eod. tit. Roch. de Curte. tract. de Iur. pẽtr. §. ipse vel 15. quæst. 31. Ias. §. Item seruiana Instit. de action. nu. 209.* &
4 † ratio est, quia tale ius tanquam quid annexum rei spiritnali. *Roch. de Curt. de iur. patr. §. ius, num. 2. et seq. vers. contrarium opin.* non potest alienari, nec vllo modo vendi, *l. sacra, ff. de rer. di-*
5 *uis.* nec recipit † æstimationem. *Fel. cap. cum Bertoldus de re iud. num. 29. in prin.* Nisi tamen
6 † capiatur cum vniuersitate bono um, & cum illa simul vendatur. *c. ex litteris §. mandamus de iur. patr. Peregria consi. 87. cogitauit lib. 3. n. 3 Couar. var resolut. lib. 2. cap. 18. num. 6. Marescott. Resolut. 55. lib. 2. num. 12. et seq.* qui præ-
7 terea declarat quæ sit † verbalis, & quæ realis alienatio, referens rationem diuersitatis inter has alienationum species, ex qua declaratione
8 resultat ratio & intellectus *cap.* † *cum Bertoldus de re iudic.* vbi oppignorata vniuersitate bonorum, vt puta Castro, ius præsentandi non tran-
9 sit in recipientem pignus, † quia cum id ius sit fructus Iurispatronatus. *Abb. consi. 54. par. 1. num. 2. Dec. consi. 117. col. 2. vers. et ideo,* non potest in recipientem pignus transire Ius præsentandi, tanquam fructus pignoris. *Mantic. de c. 140. nu. 12. Felin. in d. cap. cum Bertoldus. n. 29.*
10 *concluden. cap.* † *ex litteris de iur. patr.* limitans quoties recipiens vniuersitatem bonorum est obligatus restituere fructus ex vniuersitate perceptos, & hac ratione † maritus, cui datum fuit
11 in dotem Castrum, vel aliud vniuersale, quia dotis fructus sunt ipsius. *l. dotis fructus ff. de iur. dotium l. pro oneribus. C. eod.* poteit ille præsentare, quamuis soluto matrimonio sit obligatus vxori restituere dotem. *Card. Mantic. decis. 140. num. 13. referens id dici à Roch de Curt. de iur. patr. §. ipse vel 15. à quo quæst. 28. num. 62.* addendo eadem rationem transire in
12 † vsufructuarium omnium bonorum, sicuri &
13 & transit in fiscum † publicatis bonis delinquentis, nisi qualitas patronatus aliud suadeat vt latè tradit *Guazzin. tract. de confiscat concl. 13. limi. 32. nu. 12. et seq. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap fin. 5. part. §. 3. 53. et seq.* sicuti
14 regulariter transit † cum vniuersitate bonorum *Amat. Rodriquez de execut sent. cap. 5. nu. 66. circa fin.* addendo eodem *Parlador.* si res diuisim distrahatur non transire ius patronatus.

Dictis de patronis ecclesiarum agendo de pa-
15 tronis libertorum † dicendum est, ius quod habet dominus in persona, & bonis serui, quem ille manumissit, non posse capi in causa iudicati, disentiente seruo manumisso, quia nemo cogi potest esse libertus alterius, quia tale ius re-

fidet in duabus personis, nempe domini, & li-
berti, & ideo vtriusque consensus requiritur, vt
ratiocinatur, & concludit *Ias. in §. item Seruia-
na. instit. de action. num.* 104.
16 Limit. in casu† maximæ necessitatis domini.
*Bart. in l. sis 12. §. iura, ff. de pignorib. circa
med. vers. nisi in casu. Ias. §. Item Seruiana
inst. de action. num.* 106. *vers. fallit, & num.*
108. & ratio est quia necessitas nulla lege, vel
Statuto ligatur, & ideo casus necessarius nun-
quam censetur comprehensus, & facit licitum,
quod alias erat illicitum. *cap sicut. de consecrat.
dist. 1. Ias. l. 1. ff. de offic. eius nu. 75. Tiraquel.
de retract. lignag. §. 26. num. 16. & seq. Cra-
uet. cons.* 215. *num. 2. & seq. Gonzal. ad regul.
cancel glos. 8. num. 44. & seq. Surd. de alim.
tit. vltim. quaest. 26. num.* 129. *& seq.*

---

§. VI.

SVMMARIVM.

Iura competentia domino in vassallos capi non possunt in exequutione rei iudicatæ, & quare. 1. 5. 10

Vassalli non alienantur inuinti. 1. *incommoda eorum, vbi alienantur.* 3. 4. *ampl. ibidem.* 12. *Limit.* 13

Constantinus donauit ecclesiæ Vrbem *Romæ de consensu Romanorum.* 2

Principatus fuit institutus propter populum non e contra 6. 8

Principes an sint digniores *populis.* 6. *non potest minuere iura* Principatus, *& regni.* 6. 9

Imperator quare nuncupetur Augustus. 7

Feudum quando amittatur alienatione illius sine consensu domini. 11

Feudum amittit dominus vbi illud alienat inuito vassallo. 12

§. *Similiter de lege Corrad. irrepsit per omnes Principatus Italiæ.* 13

1 Libertis proximi sunt vassalli, quare iura, †
quæ habet dominus in vassallos suos, nul-
latenus in exequutione rei iudicatæ capi
possunt, tum quia ius subiectionis residet penes
subditum passiue, & ideo in alium non potest
transferri. *Natta cons.* 367. *num.* 21. tum etiam
quia illis inuitis non possunt à domino alienati.
*glos. l. inuitus. verb. inuitus vers. & sic est ar-
mentum, ff. de fideicom. libert. cap. 1. §. præterea
ducatus de probib. feud. alien. cap. 1. §. ex eadem
lege Corrad. Vasq. Illustr. controuers. lib. 1. cap.*
5. *num.* 5. vbi infinitos refert, quibus addo *Ias.
cons. 56. circa num. 3. lib. 1. & in §. item ser-
uiana Inst. de action. num.* 105. *& seq.* vbi ad-
2 dit ideo† Constantinũ dum Siluestro Papæ Vrbẽ
Romæ donauit curasse populum Rom. illi assen-
titi. *Crauett.* & ab illo congestos. *cons.* 54. *quæ-
ritur primo, & cons.* 241. *Dec. cons.* 564. *in
causa num.* 9. vbi repetit, quæ *Ias.* dixerat de
Constantino. *Curt. de feud. part. 6. num.* 3. qui
pluribus cumulatis repetit, quæ obseruauit Cõ-
stantinus in donatione facta. S. Siluestro. *Me-
noch. cons. 32. nu. 22. & seq. Natta cons.* 367.
num. 1. Brun. cons. 12. *num.* 100. *& seq.* pluri-
3 bus relatis incommodis † quibus verbo, & ope-
re fatigantur subditi domicellorum, relatis *nu.*
4 110. qui velint vassallos inuitos non † posse
alienari, addit illos posse contradicere, etiam in
casu, quo dominus potest feudum vendere cum
vniuersitate, seu cum Curia, nec validam esse
consuetudinem contrariam, quia caret ratione,
& ita fuisse iudicatum pro ciuitate Brixiæ con-
tra Gambaros. subditos posse resistere, & si sub-
diti contentiant infeudationi talis consensus
præsumitur metu præstitus, & si est sponsaneus
non præiudicat posteris.
5 Nec talis negata principibus facultas caret †
ratione, quia cum Principatus, & regna con-
stituta fuerint consensu populi. *l. 1. ff. de const.
Princip. §. sed & quod Principi. instit. de iur.
nat. gent. & ciuil.* fuerirque Principatus institu-
tus propter populum, & Principes non sint
6 absolute digniores † populis. *Natta cons.* 402.
visis actis num. 18. Ideo lex est generalis om-
nium Principatuum, & Regnorum, Principem,
& Regem non posse minuere iura Imperij, &
7 Imperatorem † nuncupari Augustũ quasi quod
lege imperij, debeat illud augere, non autem
minuere, quia verisimiliter qui Principem con-
8 stituerunt† præsumuntur cogitasse, vt tutorem,
defensorem, & parentem haberent, & patrimo-
9 nium augeret. Quare Principatus † omnis in-
stitutus dicitur, non ad ipsorum Principum præ-
cipuum commodum, & ab origine, si non ex-
presse, saltem tacite, dicitur interdictus aditus
iura principatus minuendi, sed conseruandi ad
vtilitatem ciuium, & subditorum, & hanc esse
communem sententiam philosophorum, legum
latorum, Doctorum, & Sanctorum. *Vasq. illust.
controuers. lib. 1. cap. 1. num. 10. & seq. & c. 3.
num. 3. & seq. Coppin. de Domanio Franciæ.
lib. 2. cap. 1. num. 2. & seq.*
10 Ratio autem † quare vassalli non alienantur
inuiti est, quia dominus, & vassalli sunt inuicẽ,
& reciproce obligati, vt nemo illorum alio in-
uito de feudo disponat. §. *ex eadem, §. similiter
de lege Corrad. §. præterea ducatus, de probibit.
feud. alien. per Feder. in fin. Natta cons.* 367.
num. 3. concludens dominum, & vassallum ad
11 paria iudicari. Adeo vt sicuti † vassallus amit-
tit feudum, vbi illud sine consensu alienat. *cap.
Imperialis de probib. feud. alien. per Lother.* se-
quuta tamen vera, & reali traditione. *Bald. cons.
9. num. 1. & cons. 482. num. 9. lib. 1. & cons.
482. num. 9. lib. 4. Rol. a Val. cons. 51. & si iure
lib. 2. num. 4. & seq. et 16. in fin. Ferret. cons.
121. num. 2. et 7. Tiraquel. de retract. lignag.
§. 1. glos. 2. nu. 47. Brun. a Solc. quæst. 45. nu. 1.
12 et seq.* Ita & dominus † mulctatur proprietate
feudi, si inuito vassallo feudum alienat. *Curt. de
feud. part. 6. num.* 3. vbi refert, *qui Bald.* aliud
sentientem reprobent ex antecedenti ratione
reciprocæ obligationis. *Mysing. obseru. 91. vo-
lunt. in fin. Centur. 4. Thom. de Marin. tract. de
gener. feud. tit. 2. nu. 31. Crauet. cons. 241. num. 7.
Clar. §. feudum, quæst. 28. num.* 2.

Quam-

Quamuis ab interpretibus plures afferantur extrusiones, & limitationes regulæ firmatæ in dicta *glos. in l.inuitus, ff.de fideicommis. libert.* vt patet ex relatis *in meis collectaneis* ex quibus
13 non breuis tractatus confici potest,† & consuetudo contraria quam vigere Mediolani inquit textus *in §.similiter de lege. Corrad.* serpsit in omnes Principatus Italiæ, teste *Lancal. Gallia. consf.46. num. 5. vers. vtpote cum supra c.* 12. §.10. egerim an feudum capi possit in exequutione ad ibidem dicta me remitto.

§. XVII.

SVMMARIVM.

Seruitus prædiorum est duplex rustica, & vrbana. 1
Fundus rusticus, et vrbanus distinguuntur a materia, non autem à loco. 2
Seruitus distinguitur à re cui illa seruit. 3
Via quando dicatur seruitus rustica, vel vrbana. 5
Seruitutes rustica capi possunt in exequutione rei iudicata, vrbana nequaquam. 5. *et quare.* 6.
Contrarium. 7. *et quare.* 9. 12
L. si is qui. §.*fin ff. de pignor emendatur.* 5
§. fin. Inst. de seruit. declaratur. 10
Odofredus pater legum. 11
Seruitus an obligari possit. 12. 13. *alio modo quã eo, quo est constituta vti liceat.* 14

Ontinuando examen iurium, quæ capi, & non capi possunt, in exequutione rei iudicatæ, agemus de iuribus prædiorum, quæ actiue, vel passiue hærent prædio seruienti, & exercent ur a domino prædij dominãtis, quod
1 cum vel sit rusticum, vel vrbanum† inde factæ duæ seruitutes prædiorum, vrbana scilicet, & rustica, qua in re notandum, quod materia, non
2 autem locus† distinguit fundum rusticum, ab vrbano. *l. vrbana, ff. de verb signif.* vnde ad dignoscendum, an seruitus sit rustica, vel vrbana,
3 consideranda est res, cui illa sit debita, † quia denominatur a prędio, cui illa seruit. *glos.fin.in l.1.ff.de seruit.vrban præd.* Hinc licet via sit ser-
4 uitus rust.ea. *l.1.ff.de seruit.rust.præd.* † tamen si fuerit debita domui, vrbana erit, inspecto fundo, cui est debita. *glos.l penult.verb. plenum, ff.de seruit. legat.* quare si in villa sit domus, & per fundum alienum habeam viam, seruitus dicetur vrbana, & si in Vrbe habeam prædium sine ædificio, via ad illud patens est seruitus rustica. *glos.fin.in l.1.ff. de seruit. velan præd.*
5 An autem seruitutes vrbanorum, † & rusticorum prædiorum capi possit in exequutione rei iudicatæ, & effici prætorium pignus. *glos. in l sed an via, 12.ff.de pignorib.verb.vtatur.* concludit seruitutes rusticorum prædiorum pignorari posse, vrbanas autem nequam. *glos.sequuntur Bart.ibidem.Bal l.& Fulgos ibidem et Negus. de pianor.3.m mbr. 2.par. num.15. et seq.*
6 eam afferentes rationem, quia seruitutes vrbanæ constituuntur sub quadam perpetuitate ne ex mutatione illarum accidat Vrbem deformari, ruinis ædificiorum, quod accidere non potest in rusticis.

Relata distinctio seruitutis vrbanæ, & rusticæ, quamuis pcssit dici communis, ex numero Do-
7 ctorum, qui illam sequuntur, illam tamen † late improbant plures, nam R*ipa in l.obligatione generali, ff. de pignorib. num.6.et seq.* respondendo argumentis, & rationibus glossæ, & cõsentientium, probat idem dicendum in vtraq; seruitutis specie, & confugiendo ad emendatio-
8 nem textus.† *l. si is qui,* § *fin ff. de pignoribus* quod ante Holandri editionem non legeretur in *d.* §.*fin.* Verbum Vrbanorum idem volunt *Carondas.verisimilium lib.*1.quem refert & sequitur *Parlador. rerum quotidian. lib.2. capit. fin.quint.part.§.3. num*48. concludens in fine, seruitutes siue illæ fuerint rusticæ, siue vrbanæ, non posse capi in exequutione rei iudicatæ, & ego idem sentiendo indagando rationem,
9 quæ vtrique capiti conueniat, eam esse puto, quæ desumitur ex §.*ideo autem instit.de seruit.*
10 quia cum eo, qui seruitutem capere vult, in exequtionem rei iudicatę, non est illa in commercio, nemo enim potest seruitutem acquirere prædio rustico, vel vrbano, qui non habet prædium, cui seruitus debeatur, nec quis seruitutem debere potest, qui non habet prædium. Ideo subdit textus, si quis vellit vicino ius aliquod constituere, pactionibus, & stipulationibus id efficere debet. Nisi tamen quis haberet prædium vicinũ cui seruitus acquiri posset. *Ias.* §. *aque. instit.de action. num.* 18. *vers. mihi placet.*
11 *Odofredus* quem † sua ætate nuncupatum fuisse patrem legum referunt, qui acta I.C. scripse-
12 runt, aliam *in d. §. fin* affert † rationem, nempe quia seruitutes non sunt in bonis nostris, nec extra bona, quare is cui est debita seruitus, non potest obligare corpus seruiens alteri, quam vicino, quia tali obligatione non mutatur status rei, quæ ratio viget in seruitute rustica, secus in vrbana, vt idem subdit.

Negusantius de pignorib. in tertio membr.
13 *secund. part. num.* 15. *in principio,* † facta distinctione, an agatur de seruitute obliganda ab eo, cui illa est debita, vel ab eo, qui illam debet, concludit priori casu non posset obligari; secundo autem secus, eam afferens rationem, quia huiusmodi seruitutes constituuntur iuxta indigentiam rei, vel personæ, cui est constituta, & in tantum licet illis vti, in quantũ sunt rei, vel personæ necessariæ. *l.ergo,* §.*fin.ff. de seru. vrban. præd.* ideo non potest alicui, cui non sint con-
14 stitutæ, obligari, quia alio modo, quam † eo, quo sũt constitutæ, quis vteretur, quod nõ licet. *l.ex meo, ff.de seruit. rust. præd. distinctio ista est Fulgos.in l si is qui, §.vsusfructus, ff. de pign. num. 7. circa fin.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Iura omnia ex quibus condemnatus percipit pecuniam, capi possunt in exequutione. 1. *exempla referuntur.* 2
Pedagium capi ptest in exequutione. 1
Magistratus pecunia acquisiti capi possunt in exequutione rei iudicata. 2
Iurisdictio, an capi in exequutione rei iudicata. 2. 3
Iurisdictio omnis fluit, & refluit à Principe. 4
Census, & pensiones debita domino capi possunt in exequutione rei iudicata. 5

Resetam hoc §. breuiter iura aliqua, quæ sine controuersia capi possunt in exequutione rei iudicatæ, 1 † qualia sunt ea omnia ex quibus condemnatus percipit pecuniæ commodum, & illa obligari, & consequenter capi possunt in exequutione rei iudicatæ, vt generaliter cõcludit *Bart. in l. si is qui* 21
2 §. *iura, ff. de pignorib. num.* 2. exemplum † referens si is in quem est exequenda sententia habeat ius exigendi pedagia, magistratum cum iurisdictioee, vt in Vrbe, vbi Auditoratus, Clericatus Camer. Apost. notariatus, & reliqua officia ministrandæ iustitiæ sunt venalia *Bart.* & exempla relata probat, & refert *Fulgos. in l. si is qui,* §. *vsusfructus, ff. de pignor. num.* 8. *& & post fulgos. Parlador. rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 3. *num.* 49. *& seq.* addendo hoc esse verum, si non de iure, saltem de consue-
3 tud. Limitando nisi agatur † de iurisdictione, quæ sit annexa Principatui, vt puta Ducatui, & simili dignitat i. *Bald. auth. & qui iurat, C. de bonis quæ liber. nu.* 21. eam afferens rationem, quia est Cæsaris, à quo Dux iurisdictionem recognoscit. *Parlador. rerum quotidian. lib.* 2, *cap. fin. quint. part.* §. 3. *num.* 51. *& seq.* eam afferens rationem, quid sicuti radij solis non possunt separari a sole, ita iurisdictio, quam habent magnates a Principe, seu repub. separari non potest ab eo, in quem est collata, alias quis erit Dux nomine tenus si iurisdictione careat,
4 quæ cum † solo Principe, vel populo detur, & ab illis fluat, & refluat. *Bald. cons.* 300. *lib.* 5. *num.* 1. *&* 3. *Cels. Vgo cons.* 60. *quamuis nu.* 7. *&* 8. *Abb. cons.* 6. *lib.* 2. *num.* 2. *Crauett. cons.* 338. *nu.* 1. *et cons.* 592. *num.* 9. *Gram. decis.* 46. *nu.* 1. *Gonzal. ad regul. Cancel.* §. 1. *pecunial. num.* 9, 14. *et seq. Gul. Mayner. in l. qui iussu. ff. de regul. iur. num.* 18. *in fin. et num.* 19. a solo Principe, vel populo, qui illam dedit, auferri potest, quia eius est tollere, cuius est dare, §. *fin. auht. de armis in fin. Bart. in l. non enim, ff. de adopt. num.* 6.
5 Item capi possunt † census, & pensiones, quæ a vassallis præstantur dominis, seu Baronis. *Bal. in auth. et qui iurat, C. de bonis quæ liber. numer.* 20. *vers quæro.*

CAP. XIV.

SVMMARIVM.

Debitor non carcerantur, nisi excussis illius bonis mobilibus, & iuribus. 1. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 9. 10. 12. 13. 14. *Limit.* 15. 17. 21. 26. 28. 30. 31. 32. 32. 34. 35. 36. 38. *sublimit.* 37
Debitor excussis illius bonis mobilibus immobilibus, & iuribus carcerari potest. 39. *Ampl.* 40. 41. 44. 45. 46. 47. 48. *Limit.* 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 65.
Fideiussoris et debitoris, idē est patrimonium. 7
Correorum diuitiæ sunt idem patrimonium. 8
Facultas data creditori ingrediendi bona debitoris propria auctoritate, quando exerceri. 11. 42. *an valida.* 43
Debitor fisci, non potest cedere bonis, & quare. 16
Impossibilia, & difficilia procedunt a pari. 18
Facere, quod est difficile, & non posse facere sunt paria. 19
Posse non dicimur, quæ cum difficultate possumus. 20
Carceratus iniuste, si iterum est carcerandus non est relaxandus. 22
Possessio minus legitime data, non est reuocanda si iterum sit danda. 23
Spoliatus non restituitur, vbi spoliator esset in possessione confirmandus. 24
Factum minus legitime, non est reuocandum, si iterum sit faciendum. 25
Exequutori datur fides, si dicat intellixisse a vicinis debitoris, quod ille alia non habeat bona. 27
Debitor quando possit iurari suspectus de fuga. 36. 37
Abusu rei suæ, quis illa priuatur. 49
Debitum paruum, & magnum, quod sit, remissum est arbitrio iudicis. 63
Pauperi præstandum patrocinium gratis. 65
Pauperum, priuilegia. 66
Tiraquellus.)
Galganetus)*reprobantur.* 68. 70. 74
Grauaties.)
Excommunicatio, quæ in subsidium fertur contra debitorem, unde processerit. 69. 74. 76
Excommunicatio est maior omni pœna. 71. *quo sensu dicatur medicinalis.* 72. *an ferenda in eum, quem Prælatus scit, vel verisimiliter scire potest non obtemperaturum.* 73. *illam pertinuisse nt habrai.* 75. *quare in orbem Christianum inuecta.* 77. *Sacerdotes veteris legis carebant facultate excommunicandi.* 78. *Ecclesiastici iudices modo sint clerici illam ferre possunt* 79. *Ferri potest a laico, si a Papa talis sit illi data facultas.* 80
Excommunicandus an sit contumax debitor, si nō soluit conuenta die, vel termino illi dato a iudice, & an valeat recepta praxis illā excommunicandi in subsidium, vel abolenda. 81. *affirmatiua probatur.* 83. 88. 89. 90. 92. 93. 93. 95. 96.
Ampl.

EXplicando ordinem faciendæ exequutionis rei iudicatæ datum a *Vlpiano in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* retuli quæ bona tam mobilia quam immobilia, & iura capi, & distrahi possint, vt sit victori in actione personali intentata satisfactum, quia post hæc in subsidium, deueniendum est, iuxta eiusdem I.C. responsum ad carcerationem debitoris victi, & condemnati. & demum subsidiario excommunicationis remedio agendum, hoc decimotertio capite constituam regulas tres.

1 Prima est, quod debitor condemnatus, † nõ potest carceri mancipari, nisi prius excussis bonis illius mobilibus, & immobilibus, atque illius iuribus, quæ sunt, vt dixi *cap. antecedenti,*
2 *§. 17.* tertium genus † bonorum, quæ nec mobilibus, nec immobilibus adnumerantur. *l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.* & ibi Doctores. *Alexand. cons.* 159. *lib.* 2. *nu.* 9. *Roman. cons.* 224. *nu.* 8. vbi *Mandos.* Rimin. *iun. cons.* 93. *in causa num.* 25. *Abb. cons.* 42. *in princ. lib.* 2. *Boer. decis.* 349. *num.* 4. *circa med. & num.* 9. *vers. & ipsa inquisitione. Peregr. Ianin. de citatione reali. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 352. & 353. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 167. *num.* 10. vbi plures congerit. *Bossius de captura nu.* 85. *Coler. de proces. part.* 1. *capit.* 6. *num.* 20. *Battia de inope debitor. cap.* 1. *num.* 26. *Roman. cons.* 241. *num.* 8. & 9.

3 Ampl. vt † captura facta non præmissa excussione sit nulla. *Roman. cons.* 320. *hæc istorum num.* 1. & latius *cons.* 241. *nu.* 5. addendo procedere siue facta fuerit in persona debitoris, siue illius fideiussoris. Nisi tamen iterum esset facienda, vt dixi *limit.* 111.

4 Ampl. vt captus † non præcedente excussione bonorum, & iurium suorum, possit per quẽlibet è manibus lictorum eripi de facto, & violenter, vt faueamus libertati. Roman. *cons.* 220. *hæc istorum, num.* 6. *Io. de Amic. cons.* 27. *super inquisitione, nu.* 29. & *cons.* 86. *in inquisitione, num.* 7. qui loquitur de quocunque iniuste carcerato, quem iudex recuset relaxare.

5 Ampl. etiam † si extaret Statutum, quod exequutio fiat in bonis, vel persona debitoris, quia licet per alternatiuam sit data electio creditori, si tamen debitor, qui est citandus, cedat bonis, non est ille carcerandus, nisi excussis illius bonis. Rimin. *iun. cons.* 39. *in causa, num.* 25. *in fin. & num.* 26. *Roman. cons.* 241. *nu.* 8.

6 Ampl. vt sit etiam † excutiendus illius fideiussor, si occasione obligationis, qua fuit condemnatus illum dederit. *Aretin. in l. maritum, ff. solut. matr. Marsil. singul.* 3. *ad hoc. Muscatel. in prax. part.* 3. *§. fin. nu.* 8. *Peregr. Ianin. de citat. real lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 334. *Battia de inope debit. cap.* 1. *num.* 26. *vers. neque solum.*
7 Et ratio est, quia † fideiussoris, & debitoris vnũ & idem est factum patrimonium. *l. si plures, §. præterea, ff. de fideius.* quem textum cum sua glosa singularem dicunt. *Bald. in l. mulier,* C. *de iur. dot. Alex. in l. si constante, ff. solut. matr. num.* 3. *vers. sed vltramontani.* pro decisione

casus,

8 casus, si duo fuerint rei † debendi, quorum vnus est inops, & alter diues, non potest agi cõtra inopem, quia diuitiæ vnius, sunt diuitiæ alterius. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 167. num. 10. circa med. Coler. de proces. part. 1. cap. 6. num. 21.*

9 Ampl. quod si debitor † condemnatus habeat bona in loco iudicij, sed etiam extra locũ iudicij, sint etiam illa excutienda, antequam deueniatur ad capturam personæ. *Bald. conf. 285. quia non est opus. lib. 1. num. 2.* sequitur *Natta conf. 420. num. 15.* concludentes non posse iurari suspectum de fuga, qui possidet stabilia in loco vicino loci contractus.

10 Ampl. etiam, † vbi inter debitorem, & creditorem intercessit pactum vt non facta solutione certa die, debitor possit carcerari a creditore, si debitor resistat capturæ, quæ licet sequatur, illa est nulla, & creditor dicitur modum excessisse. *Aret. l. maritum, ff. solut. matr. n. 7. vers. unde* dixit Bal. comprobans id optimo si-
11 mili, quod si data fuit † facultas creditori ingrediendi possessionem propria auctoritate, cessat talis facultas, si possessor resistat, dum prius relatis dissentiẽtibus firmasset tale pactum esse validum, præsertim si fuit iuratum, latius eamdifficultatem deinde examinando, *num. 8. Baetia. de inope debit. cap. 1. num. 26. vers. faciendam,* vbi ampliat etiam si tale pactum esset iuramento firmatum, idem repetens *num. 35. & seq. limitando, num. 39.* si contraria vige: † consuetudo, vel pactum sit guarentigiatum ad partes, tamen hoc examinat *Coler. de proces. cap. 6. num. 18. & seq. et num. 42. vsque ad 50*

12 Ampl. etiam, vbi extaret Statutum, † seu consuetudo, vt condemnatus debitor, possit absque excussione carceri mancipari. *Roman. conf. 120. vers. contraria. & conf. 241. nu. 6. et 8.* sequendo *glos. in l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tut.* quam asserit communiter esse approbatam, & dicam infra. *vers. secunda regula.*

Contrarium sequendo *Abb. conf. 42. lib. 2. tenẽt Muscatel. in prax. part. 3. glos. final. n. 36. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 177. nu. 15.*

13 Ampl. etiam in debitore † condemnato non excipiente. *Iason. in §. 1. instit. de action. nu. 90. Alex. l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. numer. 8. Caroc. testans de communi, tract. de excus. part. 2. quæst. 24. nu. 3.*

14 Ampl. quod si plures fuerint † insolidum obligati, & actum contra vnum, non possit ille carcerari, nisi excussis omnibus correis, *l. si plures 27. §. præterea, 2. ff. de fideius. Bald. auth. hodie, C. de action. et obligation. num. Alexan. in l. si constante, ff. solut. matr. num. 3. vers. sed Vltramontani, et Ias. num. 42. Carroc. tractat. de excussionib. part. 2. quæst 24. num. 4.*

Ampl. præsertim in Gallia. *Baet. de inop. debit. cap. 1. nu. 55.* vbi refert benignitatem Gallorum iu suos debitores, subdendo Hispanos, eo esse acerbiores, faciendo debitores seruos creditorum; æmulando antiquam duritiem Romanorum, & aliarum gentium.

Ampl. præsertim, vbi debitor non se obligauit personaliter. *Rebuf. de litter. obligation. artic. 74. glossa tertia, numer. 13.*

15 Limit. in debitore fisci, † etiam si habeat fideiussorem, quo casu dicitur esse soluendo attamen, quia fiscus semper eget, ob graues expẽsas, quas in communi omnium commodo patitur, vt dixi de laudem. *lib. 3. quæst. 12. nu. 4.* non sufficit date cautionem, sed exbursandæ
16 sunt illi pecuniæ. Ideo plures negant † debitorem fisci posse cedere bonis, si debitum sit ex causa ciuili, nam in criminali luit in corpore, vt late prosequitur. *Baetia de inope debit. cap. 13. num. 15. & seq. Rebuf. de litter. oblig. artic. 79. glos. 3. num. 19.* qui loquitur de debitore fisci, addendo cessare in illius conductore, nisi a Principe sint illi concessæ facultates fisci.

16 Limita, vbi exequutio † facta esset in bonis vel iuribus, quæ difficile vendi possent. *Castr. in l. inter eos fi. §. creditor. ff. de fideius.* asserens hoc esse notandum, & perpetuo tenendum mẽti, & alibi nõ fuisse dictum. Et ratio esse potest,
18 quod cum impossibilium, † & difficilium par sit ratio. *l. nepos proculo ff. de verb. signif. cap. breui de iureiur. Serafin. decis. 2149. num. 14.* & ali-
19 quid facile tacere non posse, & non † posse facere procedant a pari. *glos. in cap. quãuis verb. continuatis de offic. ordin. in sext. & in capit. faciet 22. q. 1* concludens fieri non posse, quod commode non potest fieri. *Crauet. conf. 199.*
20 *num. 2.* Nec † posse dicimur, quæ cum difficultate exequi possumus. vt multis probat *Menoch. conf. 351. nu. 35.* Nullatenus dicitur facta exequutio, quæ debitorem excutet a carcere, quia perinde est ac si nulla fuisset facta.

21 Limita vbi excussio fuisset † inanis, veluti si exequutor, excussione bonorum, non facta, carceri mancipauit debitorem, qui excussione facta esset carcerandus, *l. fin. §. fin. ff. quod metus caus.* probatur assumptum istud pluribus similibus, nempe quod sicuti iniuste carceratus
22 † non est relaxandus, si iterum esset carcerandus. *Castr. conf. 472. in causa capturæ, in fin. lib. 1. Socin. conf. 113. lib. 3. col. fin. vers. postremo. Crauet. conf. 46. num. 7. in princ. et circa med. et conf. 65. num. 4. circa med. versic. facit paul.*

23 Et sicuti tenuta, † seu missio minus legitime concessa, seu facta non est reuocanda, vbi iterum esset facienda, seu concedenda. *Angel & Alex. in l. si finita, ff. de damno infect. Curt. iun. conf. 127. num. 5. vers. accedunt ad Gozad. conf. 21. num. 31. Crauet. conf. 46. num. 7. in princ. et conf. 65. num. 4. in princ. & circa med.* conciliat dissentientes.

24 Nec spoliatus restituitur, † vbi spoliator esset in possessione confirmandus. *Veral. decis. 175. spoliatus part. 3.* vel in possessione immittendus. *Bossius tract. de principe, num. 299. in fin.*

Ita sustinetur † captura debitoris facta non præcedente excussione bonorum illius, quæ illi minime suffragaretur, quia circuitus inutiles sunt vitandi. *glos. fin. in l dominus testamẽto, ff. de condict. indeb. l. fin. C. de donat. Gram.*
25 *decis. 103. num. 188. & 192.* & factum † minus legi-

legitime non est reuocandum, quando iterum esset faciendum, pluribus probant *Neuiz.conf.* 77. *num.*7. *& seq.* *Crauett.conf.*104. *nu.* 9.

26 Limit. vbi notorie constaret † bona debitoris non sufficere ad satisfaciendū creditori. *Bart. in l.fin.ff.si cert.pet.* *& in l.decem ,ff. de verb. obligat* *Afflict. decis.*318. *num.*3. addendo sufficere tale notorium allegare, licet ex actis nō proberur. *Neguf. de pignor. part.* 8. *membr.*1. *num.*14. subdens *num.*15. quomodo proberur tale nororium. *Mufcatel. in prax. parr.*3. *glof. fin. nu.*14. *&* 15. *et* 22. Subdens qualiter probetur tale nororium, vel requiratur declaratoria. *Boer.decif.* 349. *num.* 8. *in princ.* asserens

27 credi exequutori † referenti a vicinis intellexisse non extare alia bona. *Roman.conf.* 241. *spectabiles,num.*7. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 74.*glof.*3.*num.*23.

28 Limit. vbi debitor † condemnatus recusat exhibere, seu indicare bona, & iura sua, quæ capiantur in exequutione. *glof. & DD.in l.penul. ff. de cession. bonor.* *Mufcatel. in prax. part* 3. *glof.final.num* 31. *& feq.* *& eadem part.*3.*glof. verb. feruata num.*86. *& feq.* concludens magnum committi excessum si non facta excussione bonorum debitoris ille carceri mancipatur, modo absit dolus, & culpa condemnati, vt puta abscondendo bona, ne capiantur. Ideo inoleuit praxis, vt interpelletur debitor ad indicandum bona sua, vt super illis fiat executio, alias capiatur idem, & talis interpellatio fieri potest ab ipsomet exequutore. *Marant.in prax. part.* 6.§. *& post omnia aduertatur, num.*23. relato *Parid. de Put. de fyndicat.* §. *exequutio* sequitur *Mufcatel. in prax.part.*3. §.*feruata, nu.*86, *et feq. et glof.fin nu.*31. *& feq.* addendo idem

29 † dicendum si indicaret bona litibus implicita. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 167. *nu.* 20 *ampliando in filio fam.*

30 Limita, vbi agitur de † restitutione pecuniæ, quæquis fuit redēptus a latronibus, vel hostibus, nā absq; alia excussione potest carcerari. *Matth. Brun. de cestion. bonorum, quæst.* 20. *principal.num.*21.

31 Limit. vbi debitor † est suspectus de fuga. *Iaf. in l vinum, ff.fi cert.pet. num.*3. *et* 4. cum alijs cumulatis a *Carpan. a Statut. Mediolan. cap.*167. *nu.* 11. addendo qualiter talis suspicio probetur *num.*12. *et* 37.

32 Limit. vbi quis obligauit † personam suam. *Rebuf.de litter oblig. artic.*5. *glof.*3. *numer.* 3. *cum tribus feq.* quem refert, & sequitur *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 167. *num.* 13. *Rebuf de litter.obligat. artic.*73. *glof.*5. *nu.* 14.

33 Limit. in licitatore, † vbi oblatum prætium non soluit die sibi dicta. *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 5. *glof.*3. *num.* 16. quem refert, & sequitur *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 167. *n.* 14. *Rebuf.de litter.obligat. art.*74. *glof.*3. *nu.*16.

34 Limit. vbi Statutum † est contrarium, quod aliquo casu capiatur debitor. *Carpan.ad Statut. Mediol. cap.*167. *nu.*15. *&* 33.

35 Limit. in eo, qui depositum † non restituit. *Carpan.ad Sttatut.Mediol.ca.*167.*n.*17. *Rebuf. de litt.oblig.art.*74.*glof.*3.*n.*2 *F.*

36 Limit. in eo, qui tempore † contractus non erat soluendo, nam cum quis debeat esse certus de conditione eius, cum quo contrahit. *l. qui cum alio, ff. de regul iur.* sibi imputare debet, si consequi non potest in bonis debitoris, quod sibi est debitum. *Iaf.in* §. *fuper eft. inft. de act. num.*84. qui loquitur de debitore suspecto de fuga, concludens non posse iu rari talem esse, ni-

37 si testibus † probet, quod tempore contractus esset diues. *Petr. Pecchius de iur. fiftend.cap.*5. *num.*18. sequitur et multis probat, nisi communiter reputabatur esse soluendo, exemplum referens bancherij, qui publicam habet mensam, vel probaretur deceptus blandis verbis ad contrahendum. Obstant tamen, quæ ex *Bald.* refert idem *Iaf. ibid. nu.*83.

38 Limit. in eo, qui † emit in nundinis, nam si receptis mercibus non soluat, potest capi, & arrestari. *Gail.obfcruat.* 15. *lib.*2. *in.fin. l vnic. C. de nundin.* vbi *Bald.Ful.& Fulgof. Petr. Pecb. de iure fiftend. cap.*5. *num.*5. vbi ampliat etiam, quod emptor sit exterus.

Limit. ad effectum, vt indicet bona quæ capiantur in exequutione. *Baetia de inope debit.cap.*1. *num.*28. addendo, quod si exequutor nollit credere assertioni debitoris grauatur ille onere probandi, quod sua sint, & testes examinati sunt vice fideiussoris.

Limit. in debitore obligato cum Guarantigia. *Baetia de inope. debit.cap.in* 3. *verf. et dummodo.* Et idem est in obligato in forma Cameræ, & ita practicatur.

39 Secunda regula est, quod excussis † bonis iuribus, & nominibus debitoris, si ex illorum prætio, seu æstimatione non sit satisfactum creditori, quod carceri mancipetur idem debitor, donec aliquo modo satisfaciat suo creditori. *glof. in l.*3.§.*tutores. l.vinculis, ff. de fufpect. tutor.* quam singularem, & memorabilē teste. *Couar. var.refolut. lib.*2. *cap.*1. *num.* 2. dicunt *Bart. Bald. Alex. & alij relati ab Aretin. in l. maritum, ff. folut. matr. num.*7. *verf. & pro intellectu, & à Felin.in cap. quoad confultationem, de re iudic. num.*10. *Boffius de captur. num.*85. *qui teftantur de communi. Natta conf.* 519. *regulariter, nu.*1. *Anton.de Tremul. ad pract. Bonaccurf. cap.de except. quæ poft fentent. nu.* 37. *Carroc. de excuf. part.* 2. *quæft.*14.*num.*2. *Rom.conf.*241.*num.*8.

40 Ampl. præsertim, † si quis sit debitor fisci, etiam si habeat fideiussorem *Baetia de inop.debit. cap.* 13. *num.*15. *& feq.*

41 Ampl. præsertim, † si cum creditore conuentum fuit, vt non facta solutione conuenta die possit carcerari propria auctoritate modo creditor non resistat, nā illo resistente, si fuerit vulneratus, creditor dicitur excedere modum, & captura non est valida. *Aretin. l. maritum, ff. folut.matr. num.*7. *verf. vnde dixit Bald. com-*

42 *probans* id optimo simili, quod cui data† est, facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate, illa cessat, si possessor resistat, dum prins relatis dissentientibus, firmasset tale pactum

43 † valere, præsertim si iuratum fuerit. Latius eamdem difficultatem examinando, *numer.* 8

Decla-

Declarando tamen, quod carceratio fiat auctoritate Iudicis, & in carcere publico. *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. in princ. & num. 20. Muscatellus in praxi par. 3. glos. fin. num. 56.* & dixi infra *cap. 17. §. 11. n. 17.*

Contrarium tenent relati a *Carpan. ad statut. Mediol. c. 167. nu. 20. & seq.* ampliando etiam si conuentio esset iurata testando de magis cõmuni, licèt Couar. aliud sentiat.

44 Ampl. etiam, si debitor † sit pauper. *l. continuus. §. illud ff. de verb. oblig. l. 1. C. qui bonis cedere possint.* per quæ iura ita firmat *Natta cõs. 319.* regulariter, vbi testatur de generali Italiæ consuetudine.

45 Ampl. etiam † in hærede condemnati, vt dixi *supra cap. 2. §. 1.*

46 Ampl. etiam † in Iudæo facto deinde Christiano, vt dixi *infra* §. 5. *vers. 6.*

47 Ampl. præsertim † ex causa pretij, quo quis fuit redemptus ab hostibus, siue is sit vir, siue mulier. *l. si quis ingenuum ff. de cap. & post lim. reuers. l. si is qui te, & l. fin. C. eodem*; per quæ iura ita firmat *Baetia de inope debit. c. 15. nu. 24. & seq.* dubitando, an idem dicendum, si eximatur a manibus debitoris, limitando si credi-

48 tor † tentet illius pudicitiam, licèt prius fuisset impudica. *num. 34.* referens plura similia

49 quibus, per † abusum amittit quis Iura sua.

Ampl. vt debitor carceratus, isto casu non sit relaxandus etiam sub idonea fideiussione, sed debet præcise soluere, ne de lite fiant lites. *l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud.* quod tamen limitatur in debitore suspecto de fuga, nam data fideiussione, excarceratur. *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdat. cogant.*

50 Limita in Doctore † vt dixi *infra* §. 1.

51 Limita in milite, † vt dixi *infra* §. 2.

52 Lita in clerico, † seu milite ascripto, cœlesti militiæ, vt dixi *infra. §. 3.*

53 Limita in scholari, † vt dixi *infra.* §. 4.

54 Limita in hærede † debitoris, vt dixi *infra* §. 5.

55 Limita in muliere, † vt dixi *infra. §. 6.*

58 Limit. in sene, † pupillo, minore, furioso, agricola, fœmina, vt dixi *infra* §. 5. *& 6.*

59 Limit. vbi consuetudine, † vel statuto contrarium cauetur. *Muscatel. in prax. part. 3. glos. final. num. 49.*

60 Limit. in omni † debitore, qui conueniri nõ potest, nisi in quantum facere potest. *Qui autem sint tales debitores dicam infra.* §. 9.

61 Limit. vbi † obligatio personalis est propter rem.

62 Limit. vbi debitum † esset modicum, nam cum modica nõ curret prætor, exigui debiti causa non est carcerandus debitor. *Rom. sing. 97. Dic mihi Boer. decis. 349. num. 6. & nu. 8. vers. tamen.* ampliando etiam si parua quantitas esset soluenda in pœnam. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga. quæst. 3. nu. 2. in fin.* & comprobatur ex dictis *Baetia de inope debit. cap. 12. n. 8.*

63 *& seq.* sed quia arbitrarium † est Iudici dicere quod sit modicum, & paruum debitum, ratione personæ debitoris, vel creditoris, creditum dicitur magnum, & exiguum. *Ias. cons. 129. lib. 1. num. 8. & seq. Rol à Val. cons. 26. lib. 1. nu. 10. & seq. & n. 22. & seq. Genua. de priuat. script. lib. 2. quæst. 1. nu. 78. & seq. Peregrin. Ianin. de citation. real. lib. 1. cap. 1. num. 249. & seq. plurib.* Inde condita statuta apud plures gentes, vt debitor non possit carcerari infra certam quantitatem, vt in Vrbe si debitum sit infra scuta septem Mediolani, si debitum non excedat libras sex. *Imp. Carpan. ad statut. Mediol. c. 167. num. 67.* & ita sublatum arbitrium Iudicibus obsequendi, cui, & quantum vellint.

64 Limit. in debitore † aduocati, causa patrocinij præstiti, si ille sit pauper, vt cauetur lege Hispana, vt refert *Baetia de inope debit. cap. 12.*

65 *n. 13. & seq.* aduocatum, & † procuratorem aliquid accipiendo a paupere cliente peccare

66 † subdens plures immunitates pauperum, quæ reprobantur ex dictis. *Ias. in §. triplic. Inst. de action. n. 54. & seq.* dolens illas non obseruari a notarijs, aduocatis, & procuratoribus, nuncupando tales esse Canes Curiarum, & deuoratores ciuium.

67 Limit. in † debitore, cui ab actore debita est reuerentia, vt dixi *infra cap. 8.*

Iuxta ea, quæ prædixi in principio huius Capitis, circa ordinem faciendæ executionis, succedit tertia regula, vt deficientibus mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus, & facultate mancipandi carcere contumacem debitorem, idem (vt nunc loquimur) in subsidium excom-

68 municetur, in cuius examine † recedendo *à Tiraquel de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 276.* quem sequutus est Galganetus amicus meus in suo celebri *tract. de Iure publ. lib. 1. tit. 5. nu. 1.* qui voluit ex dictis *Cæsar. in Comment. de bello Gallic. lib. 7.* vbi refert mores, & ritus Druydum in sacris, & profanis. *Platonis de legib. lib. 10. Ciceronis lib. 1. de Diuinatione Plinij naturas. Histor. lib. 28. cap. 2. Titi Liuij Rom. Histor. lib. 6. Decad. 3. & lib. 10. Decad. 4. Suetonij in Caligula, & Cornelij Taciti de moribus*

69 *Germanorum*; subsidiarium hoc remedium in contumaces debitores, vel crimine conuictos reos, fuisse in Christianum orbem inuectum, non à Diuo Paulo, vt affirmant Canonistæ, & Theologi, sed à Druydibus, Græcis,

70 & Romanis, & non † relato *Tiraquel.* eiusdem opinionis fuit *Nicol. Grauatius ad praxim Vestrij. lib. 2. cap. 4. num. 12.* monendo nos, vt ab ijs, quæ Ethnici obseruabant, vbi sacris interdicebantur, dicamus pertimescere sententiam

71 excommunicationis, quæ pœna † est grauissima, & iure canonico, nulla maior. *cap. corripiantur. num. 24. quæst. 3. Gul. Bened. in cap. Raynutius. §. mortuo itaque. 1. detestam. n. 281. & seq. Sayrus de Censuris. lib. 1. cap. 9. num. 2. Genua practic. Eccles. quæst. 285. num. 8. Cas-*

72 *san. conf. 1. nu. 17.* sed quo sensu dicatur † medicinalis, vt inquit Innocentius IV. *in cap. 1. de sent. excommunic. in sext.* late explicant *Couar. in cap. alma mater, par. 1. num. 9. addentes ad Mathesil sing. 130. Nota singulare. num. 16. Felin. in rub. de sent. excom. in princ. Sayrus de Censur. lib. 1. cap. 3. num. 9. & cap. 12. num. 4.* & la-

& lasius cæteris. *Alterius de Censuris lib.3.c.4.*
disp.6.subdonte eodem cap.11. cum Couar. d.c.
73 *Alma.nu.10.* an iuste sit † excommunicandus is, quem prælatus scit, aut verisimiliter suspicatur, moraliter non obtemperaturum illius præcepto, & distinguendo idem præstat *Galles de oblig.Cam.quæst.36.n.24.*

74 Reiecta itaque † Tiraquelli, & illi consentientium opinione, quod excommunicatio ortum habuerit ab Ethnicis, licèt fortè verius dixisset, à veteri Hæbreorum lege processisse, vt legitur *Esdræ.lib.1.cap.10. nu.8.* dum dicitur, *quod qui iuxta principis consilium infra triduum non venisset, aufferreretur omnis illius substantia, & ipse abijceretur de cœtu transmigrationis.* & id fuisse obseruatum tempore Saluatoris nostri, vt refert *Ioan.cap.12. num.42.* dum inquit, multi ex principibus crediderunt, sed propter metum pharisæorum non confitebantur, nè extra synagogam eijcerentur, quibus verbis nihil aliud indicatur, quam non obtemperantes consilio principis, vel confitentes diuinitatem Christi, esse excommunicatos; vt late probat. *Theophil.Raynaud.sacerdos societatis Iesu in tract. de Monitorijs Eccles.par.2. cap.17. num.1.* subdens *num.2. & seq.* qualis,
75 & quantus † fuerit olim, & nunc etiam sit hortor apud Iudæos excommunicationis metus.

76 Non nego tamen cum † eodem *Raynaud. dicto cap.17.num.6.vers.Hoc vel prorsus.* quin excommunicatio habeat aliquam analogiam, seu conuenientiam cum execrationibus, & diris Græcorum, & Romanorum, nam cum in
77 qualibet bene constituta † Republica, vel duraturo imperio, sint exquirenda remedia, & cōstituendæ cautiones, quibus improbi à malo auertantur, vel detereantur, dandaque sit imperātibus iurisdictio directiua, & coactiua, qua subditi cum iustitia regantur: Cum Christus Saluator noster Ecclesiam suam instituerit, tāquam corpus politicum regendum ab Apostolis, & illorum futuris successoribus, post promissa præmia bonis, & indictas pœnas malis, cogitandum erat de modo, quo peccantes contumaces resciprscerent. *c.Nemo.n.141. in fin. num.11.q.3. Matth.cap.18.num.17.18.* & illa vsos fuisse D. Paulum colligitur ex epistola 1. *ad Thimot num.20. & ad Corinth.epist.1.cap.5. num.5.* ac D. Petrum iuxta ea, quæ leguntur *Act. Apost.cap.18.* dum Simoni mago petenti per pecuniam sibi impartiri per manuum impositionem, facultatem dandi Spiritum sanctum fuit responsum. Pecunia tua tecum sit in perditionem, non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Et potestatem excommunicandi traditam fuisse Ecclesiæ, illamque vbi opus fuit
78 exercuisse apostolos, & successores, † nec illam habuisse sacerdotes legis naturæ, seu veteris, latè probat. *Sayrus in suo Thesaur. Casuum Conscient. lib.1.cap.4.quamuis num.5. & seq.*
79 & ratione iurisdictionis † dimanauit ad quoscumque Iudices Ecclesiasticos, habentes facultatem ius dicendi, in foro contentioso, modo saltem sint clericali tonsura insigniti. *Host. in Summa, de sentent.excommun. num.5. circa princ. Fel.in cap.Dilecto de maior. & obed.n.3. Couar. in cap.Alma mater, de sent.excommun. §.11.num.1 Sayrus de Censuris, lib.1. num.5. vbi alijs relatis testatur de communi. idem re-*
80 *petens. num.8.* potest † tamen Papa, & non alius illo inferior, layco impartiri facultatem excommunicandi. *Glos.cap.bene quidem, verb. præter* Romanum, *dist.96.Abb.in cap. Ecclesia S.Mariæ, de* Constit. *num.5. & in cap. ab excommunicato, de rescript.nu.6.& in cap. Mavana, de elect.num.2.& in cap.*Canonica, *de sent.excom.num.3.cum alijs cumulatis à Sayro, de Censur.lib.1.cap.5.n.15.*

His præmissis, quæ euidentiorem faciunt, dicendorum intellectum, reuocando in dubium
81 † praxim, quam prædixi obseruandam, in facienda executione contra contumacem debitorem, & illam abolendam, prout abolitas, &
82 sublatas fuisse alias leges, † tanquam nimium rigorosas, vel Reipublicæ parum vtiles, vt legitur *in Iustiniani Iur.elimēis de lege Fusia Canina tollenda, de edicto Diui Adr. tollendo, & iurib.alijs, quæ fuere sublata, vt Resp.non peior, sed melior efficeretur.* Ideò iustè à Catone apud Liuium. *Decad.4.lib.3.* dum de legge Oppia, quæ de matronarum cultu, seu muliebri mundo lata fuerat, abroganda, ageretur, pronuntiatum fuit. Nullam legem satis commodam esse, ideò quod cuique officier, ius id destruet, ac demolietur, & quæ perpetuæ vtilitatis fuerit constituta, non est abroganda, ni siquam vsus coarguit, vel status Reipublicæ inutilem fecit.

83 Praxis ista dura † demonstratur plurbus, nam cum pœna debeat de condigno esse, seu commensurari delicto. *l.sancimus, C.de pœnis. l. rescriptum.ff.de ijs quib.vt indign. Ias.in l.fratres.C.de inoff testam.nu.*Surd.*decis.7. Visum.*
84 *nu.31.* ex grauitate enim † pœnæ arguitur grauitas delicti. *Surd.cons.321.num.51.quare Ias. in l.1.num.3.cum Iacob.de S. Georg. num.1.2. & 16.ff.de in ius vocand.* concludunt, quod li-
85 cèt omnes Iudices possint mulctare † contumaces, si habent iurisdictionem cum exercitio, tamen non illis licèt id facere suo arbitrio, sed mulctare debent iuxta modum, & metam datam à lege, nam aliqui maiorem, aliqui minorem indicere possunt. *l.eos.C.de modo mulctan.*
86 *& in l.2.C.de sportul.* adeò quod Iudex, † qui excederet, puniretur, & excessiuam mulctam de suo ære solueret fisco, legitur *in d. l.eos*, & contumax non est, qui non paret præcepto,
87 cui sit apposita non consueta pœna. *Angel.in l.fin.C.de Canon.sacr.largit. Ias. in l.1. §.15. videtur.ff.si quis ius dicent. non obtemp. nu.3.* Cels. *Vgon.cons.60.quamuis.nu.50.vers.*Hinc
88 *est.* propterea cum † excommunicatio sit pœna spiritualis, & grauissima, vt dixi *supra n.71. Genua tract.de Ecclesi.quæst.684.pulcra.n.8. Cassan.cons.1.par.5 num.17.* & priuet eum, in quem infertur bonis spiritualibus. *cap. penul. vbi Glos.fin.de sent.excom. Alterius de Censur.*
89 *lib.3.cap.3.vers Ad hæc.* quæ cunctis † temporalibus præferuntur. *cap.solitæ, de maior. obed.*
cap.

cap. præcipimus. n. 12. quæst. 2. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remis. l. sancimus. C. de S.S. Eccles. euidenter patet, iniustam esse praxim velle temporales iniurias vlcisci spirituali mucro ne deficiente omni analogia inter temporalia, & spiritualia. *Alterius de Censuris. lib. 3. cap. 5. in princ.* concludens Iudices Ecclesiasticos ad effectum resarciendi temporalia, non posse assumere gladium spirituale.

Augetur rigor huius praxis, nam cum Iuris-
90 dictio † excommunicandi sit propria Ecclesiæ, & ministrorum illius, vt dicebam *supra nu.* 78. qui vt argumentatur *Suar. de Censur. disput.* 1.
91 *sect.* 11. *in princ.* non habent † potestatem ad priuandum hominem spiritualibus bonis, quia potestas Ecclesiæ, & illius ministris data est ad ædificationem, non autem ad destructionem. Ideò *D. Paulus ad Corinth. cap.* 13. *num.* 10. dicebat hæc absens scribo, vt non præsens durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. Priuare autem Christi fideles spiritualibus bonis, non est ædificatio, sed illorum
92 omnimoda destructio. Neque Ecclesia † est horum bonorum penitus domina, vt possit illis suo arbitrio vti, sed quidem dispensatrix ad commodum, & salutem fidelium, vt inquit D. Paul. *ad Colossens. epist.* 1. *num.* 25. Præterea
93 † aut debitor, qui conuenta die non soluit, & non habet in bonis, & nominibus, quibus satisfacere possit suo creditori, & ideò excommunicatur, vel est bonus vir, vel est malus, malè facit Iudex eum creditore vtroque casu, quia
94 nemo bonus est pœna afficiendus, mali † sunt tollerandi, monendi, & corripiendi ad bonam frugem. *n.* 24. *quæst.* 3. vbi Gratianus exorditur eam quæstionem, quod mali sunt tollerandi, non abijciendi, & increpatione feriendi, subdens *in cap.* 2. *Tu bonus tolera malum*, nam & Christus Iudam, cum sciret furem esse, & latronem, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cum alijs Eucharistiam dedit, confert dile-
95 ma † quo vtitur *S. Chrys. homil. de Anathem.* dum inquit, aut anathematizas viuentem, aut mortuum, si mortuum impiè agis, quia iam sub iure humano non existit, sed domino suo stat, vel cadit. Si viuum etiam impiè agis, nam eum, qui ad bonum conuerti potest, abscindis.

Præterea aut is, in quam insetuntur censuræ,
96 habet, aut † non habet, vnde satisfaciat creditori, & vtroque casu non videtur cogitandum de censuris, nam primo casu, quia creditor satisfieri potest venditione bonorum debitoris, cogitandum non est de subsidiario censurarum remedio. *l. in causæ ff. de minorib. l. in prouintia-*
97 *li. §. si ego. ff. de nou. oper. nunc.* † secundo autem casu, dicendum idem, nam cum inanis sit omnis actio, quam debitoris inopia excludit, & impossibilium nulla sit obligatio. *l. impossibilium. ff. de regul. iur.* nullatenus impotens ad soluendum excommunicari potest, nec in foro interiori valet excommunicatio. *Gallesi. de oblig. Cam. quæst.* 19. *num.* 2. *& quæst.* 36. *num.* 24. *Alterius de censuris, lib.* 3. *cap.* 7. *col.* 4. *vers. Re-*
98 *spondeo.* † addendo procedere etiam si ille subijciat se censuris; vt faciunt se obligantes in formæ Cameræ Apostolicæ, si modo absit vt idè subdit debitoris fraus. *Oldr. cons.* 277. *quod Ab-*
99 *bas.* concludens standum † præterea iuramento debitoris, si fuerit honesta persona, quod non possit soluere, vel impotentia sit notoria, & ratio esse potest, vt ego addo, quia cum nemo sit dominus menbrorum suorum. *l. liber homo. ff. ad*
100 *leg. aquil.* nec validum sit pactum † quoquis se obligat perpetuæ seruituti, vel carceri. *l. nec si volens. C. de liber. l. caus. Anton. de Carar. de exequut. instr. quæst.* 32. *num.* 69. *relati à Coler. de proces. exequut. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. *& seq.*
101 † vbi rationes plures refert. Cum anima sit nobilior corpore, & illius salus cunctis rebus præferatur. *Glos. in l.* 1. *verb. inter eos. ff. de pact. Bart. auth. Sacramenta. C. si aduers. vend. num.* 19. *Tiraquel. in l. si vnquam. vers. Donat. largitus.* C. *de reuocand. donat. num.* 87. nihil
102 operatur † pactum, quod non facta solutione die conuenta, possit promissor excommunicari, *vt ex Inn. volunt relati à Matt.* Berlic. *conclus.* 27. *par.* 2. *num.* 33. *vers. Contrarium subdens num.* 35. idem de subdente se pœnis banni Imperialis.

103 Contrarium tamen scilicet † quòd iusta sit praxis, excommunicandi in subsidium contumaces debitores probatur, nam cum contra illos omnia iura clament. *l. properandum. §. cũ autem. C. de iudic. Bal. in cap. conquerente, de*
104 *restit. spol.* ideò illis denegatur † appellatio à sententia in illos prolata. *l.* 1, C. *quorum appel. non recip.* & si fuerit à Iudice, à quo, concessa, concessio sit nulla, & ad priorem Iudicem remittenda sit causa. *Dec. cons.* 34. *pro tenui. n.* 1.
105 Contumaciaque † appelletur quandoque dolus, quandoque culpa, & aliquando maleficium teste. *Alex. in l. Si mora. ff. solut. matr. num.* 13.

Quoties ordinaria remedia, non prosunt, seu prodesse non possunt, seu non sufficiunt, ne eadẽ fiat conditio contumacis, & non contumacis debitoris, *l. non solum. ff. de noxal.* cum casus
106 nostræ praxis non sit ex illis, in quibus † contumacia tertio prosit, quos refert. *Rol. à Val. cons.* 29. *Quia. lib.* 3. *num.* 22. *& seq. pluri b.* ne contrectator rei alienæ contra voluntatem domini, cum peccato apud Deum, & homines. *Herculan. in l.* 1. *§. genera. ff. de acquir. possess.*
107 *num.* 7. *in princip.* diutius † se foueat in furto, quod interpellatiua interpretatiua contractatione committit. *l. falsus. §. si is. ff. de furt. Bossius de furt. num.* 45. *&* 46. non præstando, vel faciendo, & dando, quæ dare, facere, præstare promisit. *l.* 4. *ff. quæ in fraud. creditor.*

108 Cogitandum fuit de extra ordinarijs, seu † subsidiarijs remedijs, quoad vnusquisque, quòd sibi est debitum consequatur. *§. sciendum. inst. de satisdat. tut. l. penul. ff. de magist. conueniend.* propterea ne iniustitia nullatenus redargui potest ecclesiasticorũ iudicũ praxis, qui in propriu non habentes arma, vlcisci omnẽ inobedientiam, vt præcepit *D. Paul. ad Corinth. epist.* 2. *cap.* 10. *nu.* 6. tandem deueniunt ad excommunica-

nicationem contumacis debitoris, iuxta ea quæ Saluator noster Christus præcepit apud *D. Math.cap.*18.*num.*17.

Non obstant, quæ in contrarium sunt alla-
109 ta. Nam quæ † retuli *ex Alterio num.*89.*in fin.* illa idem afferit per modum disputationis, subdente eodem *d.cap.*6.*col.*2 *verf In hac quæ-*
110 *stione*, indubitatum esse, † competere Iudici Ecclesiastico iurisdictionem ferendi excõmunicationem, & alias censuras in ordine ad causas temporales, vt puta, vt restituantur ablata, soluantur debita, & similia peragantur temporalia: & pro iusta, & honesta supponi hanc praxim à *Concil. Trident. sess.*25. *cap.* 3. patet, dum præscribit Episcopis formam ferendæ excommunicationis in ciuilibus causis. Ec
111 quæ dicebantur de analogia spiritualium, † & proportione pœnæ, silent, quia dum Iudex Ecclesiasticus præuia legitima monitione excommunicat contumacem debitorē, finis illius est spiritualis, quoad excommunicatus faciat, quod in conscientia facere debet, & recedat à culpa; quamuis solutio debiti sit quid tẽporale, quod isto casu tanquã quid consequens, non est considerandum, sed quod principaliter intendit ecclesiasticus Iudex, qui suis cẽsuris principaliter quærit, vt reus contrectando aliena, recedat à culpa. *Alterius de censur.lib.*3.*cap.*6.
112 *col.*6.*verf.probatur*, † & in subsidiarijs remedijs tanquam necessarijs, cessat omnis pœnæ proportio, & excommunicatio in subsidium non est perpetua, sed temporalis, vt contumax emendetur. *Fel.in cap.qualiter.* §.*fin.de accus. num.*32.*in prin.verf.ex istis.*

Non obstant, quæ secundo loco dicebantur
113 de potestate Ecclesiæ †, & ministrorum illius, circa priuationem spiritualium: quia sunt argumenta, quibus vtuntur negantes omnem potestatem datam à Christo Ecclesiæ ministris in contentioso foro: quorum opinio falsissima est, vt probat idem *Suarez. de censur. Disput.*1. *sect.*11. & dilemma de bono, & malo creditore non arguit iniustitiam praxis ferendi censuras
114 in contumaces, & malos debitores, quia *Gratianus* non intellexit quod mali sint perpetuò ferendi, sed tantùm ad tempus: & ideò post tolerantiam addit illos esse monendos, & cor-
115 ripiendos. Quare cum † positum sit in voluntate excommunicati resipiscere, & parendo mandatis ecclesiastici Iudicis restitui ad spiritualia, quibus, fuerat priuatus, non est culpanda ecclesiastica iurisdictio, quod destruat, vel abscindat eum, qui destrui, & abscindi vult:
116 nam † cum morbida facta pecus totum corrumpat ouile, *& vt inquit D. Paul.*2. *ad Corinth. cap.*5.*num.*6. modicum fermentum totam massam corrumpat; vtile est, contumaces aduersus præcepta Ecclesiasticorum Iudicum, à non contumacibus diuidere, & seorsum ponere, quia Ecclesia in censuris instituendis,
117 † quæ medicinales sunt, iuxta illud *D. Pauli.* 1. *ad Corinth. cap.*5. *num.*5. ex translatione Syriaca: Tradatis eum Satanæ ad exitium corporis, vt spiritus seruetur in die Domini nostri; potius considerauit commune omnium fideliũ bonum, quàm singularis personæ commodum, vtilitatem, seu voluntatem, iuxta illud.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et vt legitur *Prouerb. cap.*19. *num.*25. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit: nec in humanis corporibus excogitari potest medicina ab amico medico, quæ nihil noceat, vel pro-
118 batum non lædat. Ideo excommunicatio dicitur pœna medicinalis, quæ corrigit, non autem eradicat. *Felin.in cap.qualiter.*24. §.*fin.n.*52. *de accus.*
119 Chrysostomi † autem dilemma, cum tendat ad dissuadendum facilitatem, & abusum Prælatorum in ferendis censuris sine fructu, & vtilitate, non est trahendum ad arguendam iniustitiam praxis separandi à communione fidelium contumaces debitores. *Suarez de Censur. disput.* 1. *section.* 11. *col.* 2. *verfic. ad argumentum.*

Posito itaque pro constanti, quod in Ecclesia Dei sit iurisdictio excommunicationis, illa, que vti possint Episcopi, & cæteri Prælati in foro contentioso, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, vt patet ex prædictis; succedit
120 regula, quòd † contumaces debitores in subsidium excussis illorum bonis, & iuribus, possint excommunicari, vt expresse cauetur à *Concil. Trident. sess.*25. *de reformat. cap.*3. *Rebuf. testans ita communiter practicari, in Comment. de litteris requisitorijs. artic.*74. *Glos.*3. *num.*9. *Alterius de Censur.lib.*3. *cap.*6. *col.*1. *verf. Contra, & verf. ex quibus, & col.*4. *verf.tertia.*
121 Ampl. vt contumax † debitor laicus sit in subsidium excommunicandus ab ecclesiastico Iudice, si fuerit à laico Iudice requisitus, *vt dixi infra cap.*16.§.11.*num.*17. *& seq. Rebuf. de litter. obligat.artic.*74. *Glos.*3. *num.*9. *& est expressus textus in cap.Dilecto.*6.§. *& quidem, de sent.excom.in sext.*
122 Ampl. vt adeò necessaria † sit excussio bonorum debitoris, vt illa non facta, excommunicatio sit nulla, & debitor excommunicatus sit absoluendus expensis creditoris. *Rebuf.de litter.obligat.artic.*74.*Glos.*3.*num.*7. vbi refert ita fuisse iudicatum. Et ratio est euidens, quia cum excommunicatio sit remedium subsidiarium, & exercendum, vbi alia via non potest esse satisfactum creditori antequam ad illud deueniatur, facienda est excussio bonorum, & iurium debitoris, & sunt similia, quæ dixi *infra cap.*16. §.3.*num.*44. *& seq.* de literis requisitorijs ad Iudicem alterius territorij, qui exequatur in suo territorio sententiam extra illud latam, & alia ibidem dixi.
123 Ampl. etiam † vbi debitor in genere, non expresso loco, vbi reperiantur, declaras habere bona, quæ capiantur in executione, post factam excussionem. *Rebuf. de litter. oblig. artic.*74.*Glossa tertia.num.*9.*in fin.* vbi refert ita
124 fuisse indicatum, ea ratione † quia de ijs, quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium.
125 Ampl. etiam † in causis criminalibus, vt ca-

 uetur

uetur *Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 3. §. In causis quoque criminalibus.* nisi agatur de delicto commisso in excommunicantem. † *Galganet. de Iur. publ. lib. 1. tit. 15. num. 50. in fine subdens num. 53.* quid dicendum de familia delinquentis, de mandatario, vniuersitate, & qui delictum potuit impedire, & non impediuit, & de consulente, & mandatario. *Alter. de Censur. lib. 3. disp. 2. cap. 2.* conferunt, quæ dixi *infra limit. 6.*

117 Ampl. præsertim, vbi Iudex † laicus requisitus de brachio pro executione sententiæ Iudicis ecclesiastici, recusat illud impartiri. *Alterius de Censur. lib. 3. cap. 6. col. penul. vers. Hac igitur est vna causa.* addendo procedere præsertim, si Iudex requisitus non habet superiorem, ad quem confugiatur, vt inferiori suo mandet, vt brachium impertiatur. Addendo idem dicendum, si non potest illud impartiri.

118 Ampl. vbi reus † est adeo potens, vt realis, & personalis fieri non possit executio. *cap. nouit, de Iudic. Alterius de Censur. lib. 3. c. 6. col. penul. vers. alia causa esse potest. vbi ex Belarmin. de Pont. Rom. lib. 5. c. 6. & seq. refert,* hanc perpetuam Ecclesiæ esse consuetudinem: addendo isto casu, & similibus prudentes debere esse Iudices, ne quid faciant præter Ecclesiæ consuetudinẽ, & sacrorum Canonum præcepta; esse tamen validam, licèt iniustam, excommunicationem, si prudens non fuerit, & sine causa Iudex ecclesiasticus excommunicet. *Suar. de Censur. disput. 20. sect. 1. num. 15. art. 17.* addendo hanc esse Ecclesiæ perpetuam consuetudinem.

119 Quare autem inter † Christianos obsoleuerit ferè horror excõmunicationis, antiqua est querelam & tempore Hostien. erat inchoata, vt idem refert *in Summ. de sent. excommunicat. §. Ne dum autem num. 5. circa princ. Gerun. in practic. Eccles. disp. 685. nu. 8. in princ. Theophil. Raynaud. in tractat. de Monitor. par. 1. cap. 18.*

120 Intellige † modo iudicialiter in actis constet per relationem nuncij, quod non possit fieri executio realis, nec personalis. *Franc. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. 3. cap. 7. nu. 12.* addendo, si post latam excommunicationem probaretur talis impotentia, illa esset valida, licèt Iudex malè fecisset, non obseruando formam Concilij. *Alciat. cap. nouit, de iudic. nu. 9. vers. & propterea.* concludens deueniendum ad excommunicationem, si aliter non potest puniri contumax, & consumpta sunt omnia alia remedia.

121 Intellige, modo seruatis † seruandis proferatur sententia excommunicationis, aliàs excommunicatio erit nulla, & paruipendenda apud Deũ, & homines. *Sayr. Thesaur. cas. conscien. lib. 1. cap. 16. num. 42.* vbi plures concordantes refert,

122 dum † prius retulisset, ex quibus excommunicatio sit nulla. Quibus addi possunt, quæ generaliter dixi de nullitate sententiarum supra *cap. 6. et Sebast. Medic. in Summa, de Censur. quæst. 41. Tusc. conclus. 452. excommu-*

123 *nicatio:* † & quando dicatur nulla, vel iniusta. *Farinac. Fragm. criminal. §. excommunicationis sentent.* dum prius, §. *excommunicatio,* retulisset, quæ requirantur, vt quis possit excommunicari.

124 Limita in causis leuibus † seu vulgaribus. *Alterius de Censur. lib. 3. cap. 6. col. 2. vers. Tertia conditio, & col. 4. vers. Sed difficultas,* declarat, quæ res dicatur leuis, & vulgaris. *Galganet. de Iur publ. lib. 1. tit. 15. n. 50.*

125 Sublimita præcedentem limitationẽ, † vbi plures sunt rei debendi, quorum singulorum ratione, causa dicitur vulgaris, si fuerit diuisa in personas reorum; non tamen est vulgaris si-

126 mul iuncta: veluti † si centum patresfamil. obligentur ad restitutionem scutorum centum; nam cum obligatio sit diuidẽda in viriles, quisque illorum erit obligatus pro re leui, & vulgari, & nemo illorum poterit excommunicari. Si autem illi fuerint in solidum obligati, quia quisque eorum conueniri potest ad solutionem totius quantitatis, poterit quisque illorum seruatis seruandis in subsidium excõmunicari, quia causa non est vulgaris, & sumus in casu *Concilij*

127 *Trid. sess. 25. cap. 3.* Simile † est, quod tradit *Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. quæst. 7. artic. 3. col. 3. vers. Dubiũ restat:* Si plures eadem die successiuè transeant prope vineam, & quisque illorũ racemum aufferat, ita vt vinea fuerit vindemiata, vt contingit anno 1617. in vineis patriæ meæ, prope illas trãseunte exercitu Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ: & idem exemplum refert *Alterius de Censur. lib. 3. cap. 7. col. 2.* distinguendo, an vuæ, vel fructum fuerit commissum communicato consilio, vel non: vt priori casu singuli in solidum sint obligati, & consequenter possint excommunicari, secundo autem casu secus. *Suarez de Censur. disput. 20. sect. 2. num. 2. & seq. latè prosequitur.*

128 Limita in criminalibus, † vbi delinquens fuit alia pœna punitus. *Canon. Apost. §. 24. vbi dicitur.* Episcopus, aut Presbiter, aut Diaconus in fornicatione deponitur, non tamen à cõmunione excluditur. Dicit enim Scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Canones autem Apostol. habentur in fine voluminis Decreti, interprete Gregorio Haloãdro. Quan-

129 do † autem delinquens possit pœna duplici puniri, dixi in meis Collectaneis *ad l. Sanctio legum. vers. Delictum vnum. ff. de pœnis.*

130 Limit. vbi contumax debitor † est impotẽs ad soluendum *Felin. in cap. Qualiter. §. fin. de accusat. num. 52. in fin.* concludens debitorem impotentem esse ab excommunicatione absoluendum. *Sayrus de Censur. seu casu conscient. lib. 2. cap. 16. num. 37. vbi plures refert. Old. consil. 277. Quod Abbas.* concludens debitorem iustum non esse excommunicandum, & stan-

131 dum † illius iuramento; vel est notorium, quod sit impotens ad soluendum. Ideò refert *Costa de remed. subsid. cap. 14. num. 4.* Congregationem Cardinalium interpretum Concilij

132 Tridẽtini censuisse. Si vnus ex duobus † obligatis in forma Cameræ Apost. esset carceratus, qui deinde appareret non soluendo, in subsidiũ contra alium procedi posset, simul properando ad relaxationem censuratum, quibus impotens esset

esset mulctatus. *Alterius de Censurés.lib.3.c.7.*
133 *col.4.vers.4.* † qui loquitur de Censutis, quæ fetuntur in Vrbe ab A.C. contra eos, qui die conuenta non soluunt, concludens illos non esse in foro interiori, seu conscientiæ excommunicatos, si impotentes sint facti ad soluendum, quia impossibilium nulla est obligatio:
134 † & si fuerint excommunicati, paupertatis exceptione non probata, vel opposita, esse absoluendos, si deinde coram competenti illam probent, seu verius declarandum, excommunicationem non afficere. *Sublimitando col. 5. in*
135 *princ. & col.9. in fin. duob. modis*, † si tempote, quo fuit excommunicatus, erat diues, & potens ad soluendum, & non soluit. Vel non casu, sed sua culpa factus est inops. Idem firmat *Suarez de Censur. disput. 20. sect. 2. num. 16. id dixerat Innoc. in cap. p. & 9. de offic. delegat. n. 2. vbi latè prosequitur.*
136 Limit. vbi contumax † debitor petitur excommunicari ex contractu correspectiuo, & actor non docuit adimpleuisse, quæ vicissim præstare debebat: nam non solùm non potest excommunicari, sed si fuerit, excommunicatio sit nulla, & iniusta. *Alterius de Censur. lib. 3. cap. 7. col. 4. vers. Tertio dubitatur.* & comprobari posset ex ijs, quæ *de exception. dixi, except. nona,* vbi istam exceptionē *nu. 19. examinaui.*
137 † Nisi tamen impossibile fuisset actori adimplementum. *Sayrus de Censuris, seu Cas. Conscient. cap. 16. materiam nu. 3.*
138 Limita, vbi contumax debitor † est Iudæus, vel Paganus, vel Othomanus, nam excussis illius bonis, & iuribus non excommunicatur. *Host. in Summa de sent. excomm. num. 6. vers. Quis valeat. Sebast. Medic. in Sum. cap. de Censur. Ecclesf. quæst. 47. circa med.* concludens non posse excommunicari, nisi Christianos. *Sayr. de Censur. seu Cas. Conscientiæ lib. 1. cap. 16. materiam, num. 2. Cassan. cons. 1. num. 22. in princ. Alciat. cap. Nouit. de Iudic. nu. 10.* limitat in quocunque infideli, & in Vrbe non excommunicari Iudæos in subsidium affirmauit
139 mihi Antonius Palutius † Substitutus nunc Dominici Fontiæ notarij A. C. amici mei, & quem nouimunus Substituti exercuisse à quadraginta annis, & citra, & cum actor, &
140 † reus non iudicentur ad impatia, ac quod vni negatur, alteri non conceditur. *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. cap. 2. de mut. petit. Natta consil. 133. num. 3. in fin.* affirmauit mihi idem Antonius Substitutus, quod cum quidam Hebræus sedente Paulo V. obtinuisset excommunicari Christianum à R. P. D. Vitili Locumtenente A. C. qui erat Polonus, & conquestus esset Rex Poloniæ, parum abfuisse, quin Notarius fuerit mulctatus, quia non certiorasset dictum Locumtenentem.
141 Limit. vbi excommunicatus † est debitor excommunicantis. *cap. Inter querelas. 23. q. 4. vbi Gloss. affert* rationem, quia nemini est concessum iudicare in causa propria. *cap. 1. Caus. quæst. 44. Suarez de censur disp. 2. sent. 4. vers. Tertia. num. 7. subdens num. 6.* declarationem,
142 vbi iudicialiter † profertur excommunicatio secus per modum defensionis. Confertunt dicta *supra ampl. 4.*
143 Limit. vbi contumax † debitor excommunicatur à Iudice potius odio, aut vindictæ causa, vel alterius similis affectus, qui iustitiam lædit, & actum moralem vitiat. *cap. Iudicet, 3. quæst. 7 cap. Iudicare. 11. quæst. 3. c. t. de sent.*
144 *& re iudic. in sexto.* † Hanc tamen excommunicationem esse iniustam, sed validam, si fuerit seruatis seruandis prolata, firmat *Sayrus de Censuris lib. 1. cap. 17. nu. 2. & 5. Galganet. de Iur. pub. lib. 1. tit. 15. n. 59.* Quæ autem pœnæ
145 sint constitutæ in excommunicantem aliquē iniustè, referunt *Altr. de Censur. lib. 3. cap. 3. Farinac. fragm. crim. §. excommunicatur. Galganet. ibid. num. 69. & Leo in suo Thesaur. fori*
146 *Ecclesf. par. 3. cap. 7.* Et quibus ex causis † sit iniusta *Sayr. d. cap. 17.* subdens *c. sequenti*, causas, ex quibus quis excusatur ab excommunicatione.

§. I.

SVMMARIVM.

Persona est dignior rebus. 1.
Res omnes sunt cōparatæ hominis gratia. 2. *sunt accessoria personæ.* 3
Executio rei iudicatæ, non potest fieri in persona Doctoris. 4
Doctor carcerari non potest in causa ciuili. 4. *& quare. ibid.* 7. 8. *Contrarium.* 14. *Concorda.* 28. *Amplia primam opin.* 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23 24. 29. 30. 31. 38. 39. 40. 42. 43. 46. 47. 48. 49. 55. 56. 57. 61. *Limit.* 25. 26. 50. 51. 52. 53. 58. 59. 62 64. 65. 66. 67. 68. 69. 71. 74. 75. 76. 78. 79
Aduocati nūcupantur Sacerdotes. 5. *si officiū suū iustè exercent, meliorem vitam faciunt Fratribus Prædicatoribus, & alijs religiosis.* 5. *Encomia.* 6. *requisita, vt gaudeant priuilegio illis cōcesso.* 9
Obligatio Cameralis capit bona, personā, & animam. R. P. D. Franciscus Bilia laudatur. 12
Bart. reprobatur. 26
L. Medicos. C. de Profess. declaratur. 16
Renunciatio generalis multum valet. 27
Doctores non torquentur, nec valet consuetudo contraria. 31. 33. *Limit.* 32.
Stylus Rom. Cur. carcerandi Doctores pro ære alieno obligatos in forma Cameræ. 34. *Vnde natus is stilus.* 36
Romæ quod fieri debet, non quod fit, est spectandum. 35
Iudicum auaritia notata à S. August. 37
Doctores creandi facultatem abrogauit, quibuscunque illa fuit concessa, Pius V. 45
Doctores, qui non sunt consecuti in publicis gymnasijs, non promouentur ad dignitates Ecclesiasticas. 45
Procuratoris officium vile, & seruilis obsecundatio. 54. *Limita.* 55
Fideiussio remittitur ratione personæ, qua illam præstare debet. 43

Vsufructuarius si non habet fideiussorem statur illius cautioni iuratoria de utendo recte. 44.
Nobilitas amissa à patre per actum contrarium nobilitati an sit amissa contra filios. 60.
Prouincia est purganda malis hominibus. 63.
Libros plures an utile sit habere. 70.
Doctorelli non gaudent priuilegijs I.C. 72.
Senatus Mediolanen. *stylus promouendo* Doctores *ad munus iudicandi*. 75.
Socer decipiens *generum amittit priuilegium ne teneatur nisi in quantum facere potest*. 77.
Poetæ an admittendi in re pub. 80. *non gaudent priuilegio Doctorum*. 79. 81.

REcensendo in proximo, & antecedenti
capite, quæ res, bona, & iura capi pos-
sint in executione rei iudicatæ, dixi. §. 1. & 11.
non posse libros scholarium, & Doctorum,
1 Quia persona † rebus est dignor. *l. Sancimus*.
C. de S. S. *Eccles. l. iustissime. ff.* de *ædil. edict.* na-
2 tura enim cum † omnes res hominum gratia
comparauerit. §. *in pecudum inst. de rer. diuis.* &
3 res omnes † sint accessoriæ personæ. *Cels. Vgo*
cons. 60. num. 34. circa finem, vers. undè, faci-
lis est consequentia, idest si in libris Doctoru
minime fieri potest exequutio rei iudicatæ,
tanto minus fieri possit in illorum persona,
4 † quarũ scientia totus illuminatur orbis. *Auth.*
habita C. *ne fil. pro Patre*. Aduocati enim
iuxta rescriptum. *Leonis, Anthemij Imper. in*
l. Aduocati C. de aduocat. diuers. iud. qui diri-
munt ambigua fata causarum, suæque defen-
sionis uiribus in rebus sæpe publicis, ac priua-
tis lapsa erigunt, fatigata reparant, non mi-
nus prouident humano generi, quam si prælijs,
atque uulneribus, patriam, parentes saluarent,
nec enim solos nostro Imperio militare credi-
mus, illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus
nituntur, sed, & aduocatos militant, namque
causarum patroni, qui gloriosæ uocis, confisi
munimine, laborantium spem, vitam, & po-
4 steros defendunt, & ideò † Sacerdotes nuncu-
pantur. *l. 1. ff. de iust. & iur. & in l. 1. ff. de iust.*
& iur. Ias. num. 8. Zas. num. 14. ex Host. rete-
5 lerunt aduocatos † si recte circa iura versentur,
meliorem vitam agere, quam faciant fratres præ-
dicatores, & alij religiosi, congerente eodem
6 Zas. † alia encomia I. C. & priuilegia scripta
in corpore iuris.
Interque illud recensendum censeo, vt lau-
7 rea † Doctorali insigniti, pro causa ciuili carce-
ri mancipari non possint. *l. medicos C. de profes.*
& medic. lib. 10. ubi. Io. de plat. col. 1. uers. licet
autem Doctor Alex. in l. Miles, & de re iud.
num. 1. & Ias. & Ripa, num. 9. Franc. Aret.
cons. 95. respondeo, num. 1. Marsil. in praxi.
§. 2. Attingam, num. 68. & in l. edictum. ff. de
quæst. num. 5. Ripa in l. Centurio, ff. de uulgar.
nu. 16. Mathesil. singul. 61. & ibi addent. Me-
noch. de arbit. iud. quæst. 88. num. 7. Mileus in
repert. §. carcerari. 2. Caccialup. in tract. de
debit. suspect. quæst. 5. num. 9. Franc. Curt.
quæst. 19. num. 4. & seq. concludens aduocatos
8 † non teneri nisi in quantum facere possunt.
Socin, *de dilation. artic. 5. num. 35. Brun. de*
cession. bonor. quæst. 10. quart. quæst. num. 3.
& Baetiam in tract. de inope debitor. credit. ad
dicend. cap. 16. num. 148. & seq. pluribus, te-
9 stans ita fuisse iudicatum, & referens † qualita-
tes quæ faciunt Doctorem dignum, hoc priui-
legio. *Bal. tract. de carcer. part. 1. num. 4. Iac.*
Ben. tract. de priuileg. I. C. part. 2. priuileg. 49.
Angel. in l. Miles. ff. de re iud. num. 1. & 2. in
fin. ubi Ias. num. 10. Mat. Berlic. conclus. 28.
part. 2. nu. 55. vbi plures consentientes refert,
& pluribus comprobat. *Farinacc quæst. crimin.*
lib. 1. de Carcer. num. 77. in vrbe tamen vidi
10 † contrarium seruari, sed an id fiat, vel rigore
obligationis Cameræ Apostolicæ, quæ simul
11 cum † fortunis, animam capit, an quia copia
I. C. pariat viltatem, ignoro. R. P. D. Comes
Franciscus Bilius, qui fuit Auctor, vt hoc opus
trium solemnium confecerim, quandoque
mihi dicebat, id fieri, quia nemo reclamauit
hactenus, & quod si adiretur Signatura Iusti-
12 tiæ, † vbi ille eminet, facile huic incommodo
consuleretur. *Socin. in rubr. de dilat. num. 35.*
13 extendit ad illorum familiam. *Surd. de aliment.*
tit. 1. quæst. 78. num. 22. Boetiu. de inope debit.
cap. 16. num. 151. concludunt aduocatos gaude-
re beneficio. *d. l. Medicos*.
14 Contrarium † tenuisse *Guid. de Suzar, vt*
refert. Alberic. in l. Miles, ff. de re iud. addendo
de facto ita seruari, & non esse verum, quod
Doctor non sit carcerandus ex causa ciuili, &
in l. Aduocati in fin. C. de aduoc. diuers. Iud.
concludens aduocatos non gaudere priuilegio
militum, nec testando, nec in alijs, & ita cen-
suisse Vbertum. *Zasius in d. l. Miles, ff. de re*
iud. num. 9. opinionem præcedentem dignam
risu iudicat, & confictam à Doctoribus, prout
dicit, *ibidem Angel.* dum inquit, hæc opinio
est pro nobis, tacite innuens aliud dicendum
de iure, & eamdem opin. late probat extra ca-
sum, quo Doctor publice profiteatur, & doceat
defendit, *Baetia. tract. de Inopedebitor, cap. 16.*
num. 127. & seq. pluribus. addendo. num. 129.
ita caueri iure Regio. *Claud. Cotan. de priuil.*
Milit. lib. 2. cap. 33. in fin. tenendo tamen primã
opinionem illam ampliabis, & limitabis, vt
infra.
15 Ampl. vt non differat † an Doctor in publi-
cis gymnasijs profiteatur, vel in foro causas agat,
& medicus requisitus ostiatim medetur. *An-*
gel. in l. Miles. ff. de re iud. num. 1. & 2. in fin.
Matesil. singul. 59. vbi addentes Mat. Brun. de
Cession. bonor. quæst. 14. n. 15. Iac. Ben. tract.
de priuil. I. C priuil. 49. part. 2. Bart. d. l. Miles.
num. 2. Ripa in l. Centurio. ff. de vulgar. n. 16.
& 17. relati à Rol. à Val. cons. 66. num. 37. lib. 1.
Caccialup. tract. de debitor suspect. de fuga,
quæst. 5. num. 9. vbi respondit obiectis eorum,
qui volunt hoc esse verum tantum, in docto-
ribus publice profitentibus, & prius illud pro-
fiterat. *Guid. Papa decis. 388. num. 5.* affirman-
16 do, *Bart.* † *male dixisse in d. l. Medicos*, quod
illa intelligatur de professoribus publicis tantũ,
volens forte fauere suæ professioni, cum longe
fuerit ille occupatus in iure interpretando, quam
respondendo de quæstionibus in iudicio agita-
tus,

ris, & in iure dicendo minime prestitit, quæ de illo sperabantur, vt referunt qui illius vitam, & acta scriptis mandarunt. *Menoc. de arbitr. Iud.casu 236. causa num.6. Ripa in l. Centurio. ff.de vulgar.num.17.in fin. relati à Iacob. Bennio tract.de priuileg.I.C.priuileg.49.nu.2. vers.nec vlla part.2.Natta cons.65.tex.num.1. Flamin. de rubeis, cons.1.* æstimium. *num.14. Petr. Lenauder. tract. de priuileg. I. C.part.2. §.2.Mat.Brun.tract.de cession,bonor.quæst.14. n.3.* vbi relatis disentientibus firmat hoc priuilegio gaudere etiam aduocatos. *Math. addent. ad Guid. Pap.decis.388.addentes*, ad *Mathesil. singul.56. num.5. & seq Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga. §.quinto num.9.Socin in rub.de dilation.num.35.& 36.Gratian. disput. 186. num.6. & seq.*

17 Ampl.vt Iudices † aliud exequi mandantes, capite puniantur. *Bald.tract.de carcere nu.4. Parid deput.tract.de sindicat, §.Doctor, nu.1.* concludens familiam potestatis puniendam extraordinarie, & puniendos capite firmant. *Caccialup.vt ab illo relati de debit.suspect.quæst.5. num.9. Iac. Benn. tract. de priuil. iuris cons. priuileg.49.quamuis.num.2. in fine Castagn. & ab illo relati tract.de benef.deduct. quæst.17. num.33.Socin.de dilation. artic.5. num.35. in princ.2.§.33.& 34.*

18 Ampl. in Doctore cuiusuis † Scientiæ, vt puta Philosophiæ medicinæ, Theologiæ, & similibus. *Caccialup.tract.de debitor suspect. de fuga, quæst.5. num.9.circa princ. Miles in repert.* §. *Carcerari 2. Parlador rerum quotidian. lib.2.cap.fin.quinta part.§.6. num.20.in fine Bactia.tract.de inope debit.credit.ad dicend.*

19 *cap.16.num.155.* extendens † ad quemuis insignem litteratum non tamen poetam. *Caccialup.d.quæst.5.num.9.in fin.Socin.de dilat.art.5. num.35.*

20 Ampl.nec etiam pro leui delicto † *Fran. Marc. decis.71. num.2.part.1.* addendo, quæ sint leuia delicta.

21 Ampl.idem dicendum † in filijs Doctorum vxore, & illorum familia, *Alex.in C. si quis, ff. de furt. quem refert, & sequitur Marsil. in praxi.* §. *Attingam.num.68.circa med.Milis in repert.* §.*carcerari 2.Caccialup.de debit suspect. quæst.5.num.9. Mathesil.sing.59.* nota quod. *Castagn.de benef.deduct.quæst.19.Ampl.1.*vbi alios congerit. *Socin. tract. de dilation. art.5. num.35. in fin. Gratian. discept.186. num.4.* extendit ad illius fratres, & socios bonorum. *Campan.ad statut. Mediolan.cap.167.num.40. & 41.*

22 Ampl. etiam si extaret † Statutum,quod pro ciuili debito quisque personaliter capi, & carcerari possit, vt ex *Bart.& alijs concludit.Alex. in l. Miles, ff. de re iudic.num.3. in fin. Caccialup.tract.de debit.suspect.de fuga, quæst.5.*

23 *num.9.*addendo procedere † etiamsi Statutum haberet, clausulam non obstante quocumque priuilegio inserto in corpore iuris, *Iacob Ben. de priuileg.iuris cons.priuileg.49. num.4. Mathesilan.singul.49.*nota *Castag.de benef.deduct. cap.11.num.34. Farinac. de carcerib.quæst.27. nu.81.& seq.Brun. de cession.bonor. quæst.10: quæst.4. princ.num.4.& seq. Mat. Brun. de Cession.bonor.quæst.14.num.5.*

24 Ampl. etiam si Doctor † pro obseruantia contractus, generaliter, vel in specie renuntiasset priuilegio, quod carcerari minime possit, & in terminis nostris tradunt. *Iac. Aemil. cons. 17.n.20. Iac. Bennius de priuil. I.C.priuil.49. n.4. in fin Farinacc. de carcer. quæst.27.n.84. Bactia testans ita fuisse iudicatum tract. de inope debit.credit. ad dicend. cap.16. num.153. & similia plura refert. Guttierez de iurament. part.1.cap.16.num.47.& seq plurib. Afinius de exequution. §.2.cap.7.ff.1.7.& seq.* qui loquitur in casu quo Statuto caueatur, debitorem

25 carcerari, reiecto omni priuilegio, † limitando. *num.2.*Si esset debitor ex causa administrare tutelæ, *Castag. tract.de benefic. deduct. quæst.8. num.51. & seq.* ea motus ratione quia hoc est priuilegium datum dignitati, & non personæ, & ideo non renuntiabile, & per renuntiationē minueretur dignitas doctoratus, quæ non est posita in manu renuntiantis, sed principis, qui illam in publicum ornamentum concessit. *Bennius de priuil.49.num.4.in fin.Iac. Aemil.cons. 17.num.20.Carpan.de statut. Mediol. cap.167. num.43.*

Quod tamen limitatur si talis renunciatio sit

26 à Principe † adprobata,& vidi instrumentum, quo Bartolomeus Brasca aduocatus non infimi ordinis in Ciuitate Mediolani quo se obligabat informa Camera, cum renuntiatione priuilegiorum quæ I.V.D. sunt concessa, quod pro ualiditate obligationis, is qui à I. C. stipulatus erat,petierat à Senatu Mediolani illam confirmari, & derogari priuilegijs concessis Doctori

27 legum, magna tamen est vis † renunciationis generalis *Tiraquel. in præfat. l. si unquam, num.121. Rol. à Val. cons.17. lib.4. num.10. & seq.* pro Doctoribus tamen faciunt, quæ in simili considerat. *Afin. de exequut.§.2. cap.7.*

28 *num.1.7.*vsque in finem. conciliatur tamen. *à Lader ch.cons.30. difficilis, num.2. & seq.*

29 Ampl. vt † non teneantur nisi in quantum facere possunt. *l. Miles, ff. de re iud. ubi Glos. uerb.facere ubi addentes eam ex Bolog.& Barbat.singularem dicunt.*

30 Ampl. vt nec valida sit contraria † consuetudo, addentes, *ad Bart.in l Medicos, C. de profess.& Medic.lib.10.uers.uexari,*sicuti etiam

31 non † valet consuetudo quod Doctores torquerantur. *Bart.in l.omnes 3.3.C.de Decurion. lib.10.num.12.cum alijs pluribus cumulatis à Castagna de benef.deduct.quæst.9. num.39. &*

32 *seq.* saltem nisi prius † fuerint gradu doctoratus degradati. *Marsili singul.556. num.3.* & miror Farinac. insignem practicum, & theoricum criminum, non fecisse mentionem de hac consuetudine, dum *de carcer. quæst. 27* egit *de priuilegijs Doctorum,* quoad carceres, quæ tamen ille omisit, latè est prosequutus. *Castagna loco relato*, addendo præsertim

33 † procedere si agatur de Doctore, qui fuerit consiliarius, vel aliam parem gesserit dignitatem, *uide infra. num.75.*

39 Ex relatis ampliationibus patet iustam † esse quærelam. *Farinac.de carcer.quæst.27.n.85.* dum improbauit stylum Romanæ Curiæ, vt Doctor carceretur pro ære alieno, siue fuerit obligatus in forma Camera, siue non, addendo sine iure id fieri, & accepto id ferendum iniquitati temporum, quæ cum semper fuerint eadem, sed non ijdem homines quiescere debebat dictis Proculi, qui mille ante annos pronuntiauerat. Non quod † Romæ fit, sed quod
35 fieri debet esse spectandum, *l.sed licet, ff.de offic.*
36 *præsid.* & dicendum eam praxim † in vrbem inuectam, cũ dedecore doctoralis dignitatis, ex negligentia curialium, vt quandoque mihi cõfessus est R.P.D.Cuccinus, Romanus Patritius, Signaturæ Iustitiæ decanus, & decus, nũc Episcopus Anglonensis. Et si quis curialium negligentiam, adderet longius euagasse, ex iudicantivm antipatia, in aduocatos, & causarum patronos, custodes gregis, *l.aduocat. C.de aduocat.diuers.iud.* aduersus illorum iniquitatem
37 † impetitiam, & lupinam detescendi auiditatem, vt notat *D. Augustin.sermon.35. ad Iudices relatus à Scaccia tract. de sent. & re iud. quæst.1. Glos.4.n.60.* certè non errasset, species enim, quamuis non sæuiat in speciem, sed similis, simili gaudeat, & cum eo amicè agat, vidi tamen Iudices, quibus gratissima fuit occasio, summo iure potuisse agere cum I.C. & requisiti de ratione administraræ iustitiæ, aptabant factum Iuri, vbi ius aptare debebãt facto iuxta, *l.ut responsum C.de transaction.* & horum mõstrorum myriades plures referunt, qui Rerum perperum iudicatarum volumina sunt meditati: *Carauit.relatus à Muscatel.in prax.part.3. §.Detinebatur. num. 126.usq.in fin.* testatur carcerari Doctores, quia ex illorum multitudine fuit illorum priuilegio derrogatum.

38 Ampliat. præsertim in Doctore † qui publico in gymnasio profitetur, *addentes ad Mathesil. singul.59. num.3.* addendo illum gaudere quibuscumquæ priuilegijs concessis militibus, & comprobatur ex dictis eorum, qui volunt, priuilegijs Doctoribus concessis, eos tantum gaudere, qui publice profitentur, seu iura docent, & interpretantur, quos refert. *Iac.Benn.tract. de priuileg Iuris Consult. priuileg.96.& fin.5.* licet illos reprobet, & vellit etiam aduocatos eisdem gaudere priuilegijs, & idem firmarunt, *Bart.Guid.Bap. & alij relati ab addentibus ad Mathesil.singul.59.num.6. & seq.* & licet aliqui velint, priuilegia Doctoribus concessa restringi ad profitentea in gymnasijs publicis, tamen eorum opinio reprobatur. *à Guid. Pap.decis.88.sed vers.3.Iac.Benn.de prinil.I.C. priuileg.part.2. priuil.49.num.2. quem sequitur Farinac. de carcerib.quæst.27.num.83.*

39 Ampliat. vt non solum † non possit fieri exequutio in persona Doctoris, sed nec etiã in illus bonis, si reducantur ad inopiam, vel non possint ex aduocationis prouentibus commode viuere, seu non renetur, nisi in quantum facere possit. *Castagn. tract. de benefic. deduct. quæst.11.num.38. circa med. addendo num.51.*
40 *cum quatuor seq.* † non posse renuntiari huic beneficio. *Brun. de cession. bonor. quæst.10. quart.quæst.princ.num.*

41 Contrarium tenent, *Zas.* † *& ab illo relati in l.Miles ff. de re iud. num.* 8. cernendo tenentes præcedentem opinionem alioa consentientes addit. *Laderchius cons.30. difficilis, num.* 1.

42 Ampl. in casu, quo † danda esset fideiussio standum sit illius iuratoriæ cautioni, si aliam non possit præstare, tantum desertur illius fidei, *Petr. Lenauder tract. de priuil. Doctor, par.2. §.3.in fin.Iac.Benn.tract.de priuil.I.C.part.2. priuil.49. num.3. Parid. de put. de syndicat. §.Doctor.Farinac.de carcer.quæst.32. num.80.*
43 & ratione qualitatis personæ † remitti onus fideiussionis tradit. *Bald. in l. abstinendum. C.quor.appellat.non recip. in fin.* vt dicitur de
43 vsufructuario, † qui si non habet fideiussorem statur illius cautioni. *Gail.obseruat.47. quamuis lib.2. num.7. vers. his tamen*, vbi relatis disentientibus, & illorum argumentis, concludit hanc opinionem esse benigniorem, *Ant.Hering. tract de fideius. cap.5. num 200. & seq. Castil. tract.de vsufruct.cap.18.pro,n.9.& seq.* ad dignitates ecclesiasticas nõ promoueri, qui in generalibus gymnasijs lauream doctoralem non essent esseququti;

45 Ampl. præsertim † vbi agitur de executione facienda in vim obligationis factæ antequam, quis consequutus fuisset lauream doctoralem.

46 Ampl. etiam in illorum † vxore seruis, & familia. *Mathesil. & addentes ibipem singul.59. Guido Pap.decis.3?9. num.1.& seq.* late comprobans ampliando etiam, quod pater, seu maritus moriatur vel promoueatur ad maiora. *Io.de plat.in l.Meditos, & ibidem Glos.C.de profess.& mepic. lib.10. n.1. in fin.* vbi in princip. dixerat, familiam prætoris non debere inquirere, an filij, & familiares aduocati deferant arma. *Petr.Lanauder.tract. de priuileg Doctor. part. 2.§.11.Milis in repertor. §.carcerari cl.2.* limitando in nepotibus Doctorum. *Caccialup. tract.de debit.suspect. de suga. §. quinto, n.9.* dubitando an filij gaudeant hoc priuilegio mortuo patre.

47 Ampl.præsertim pro repræsalijs † *Io.de Plat. in l.Medicos, C.de profess. lib.10. num.1. circa fin.Petr. Lenauder. tract. de priuileg. Doctor. part.2. §.33.* addendo idem seruandum in illius vxore, filijs, familia, & eis qui illos vadunt visitare.

48 Ampl. præsertim si tempore † contractus creditor sciuit Doctorem non esse soluendo, *Caccialup. de debit: suspect. quæst.6. num.2. & seq.* & conferunt dicta, *Gail. obseruat.23. lib. 2. num. 6. post Med.* & expresse voluit. *Mat.Berlic.conclus.28.part.2. num.42.*

49 Limit. in Doctore, † qui nec docendo, nec studendo, nec consulendo, nec patrocinando, nec officia publica exercendo, fungitur officio Doctoris, sed nomine tenus est Doctor. *Alex. in l. Centurio, ff. de vulgar. num.6. quem refert, & sequitur. Brun.de cession. bonor.q.10. quart. quæst. principal. num.10. Castagn. de beneficio deduct. quæst.9. fallentia 11. Iac. Benn.* de pri-

de priuileg. I.C. part.2. in præfat. num.8. addentes ad Thesaur. decis.153. in fin. vers. de veritate.

51 Limit. in Doctore, † qui rescripto Principis creatus fuit, *l. si ita quæ. §. fin. ff. de legat.2. Guid. Pap. decis.88. sed. num.3. & decis.388. quo verò, num.11. Hondad. consf.81. consului, nu.7. & seq. Castagn. de benef. deduct. quæst.9. Fallen.5. Iac. Ben. de priuil. I.C. part.2. in præm. num.5. Baetia. de Inop. debit. cap.16. num.143. insfin. latius tamen, hoc prosequitur. Gratian. disput.186. num.68. vsque in fin.*

52 Limit vbi Doctor † damnatus fuit, ad præstandum ea, quæ defecit in munere aduocationis seu officio suo.

53 Limit. vbi, Doctor † exercet munus procuratoris, cursitando per vicos, & plateas, obstrependo iudicum subsella. *Guid. Pap. decis.89. sed quia, & decis.388. quo vero num.*10. ea motus ratione, quia Doctor, qui exercet officium procuratoris, reputatur infamis, vt fine lege dixerat. *Io. Fabi. in § fin. Inst. de except. nu.4. in fin.* seu vt inquit. *Roman. singul.814. tu habes*, quem sequitr. *Brun. de cessfion. bonor. q.10. quart. quæst. num.10. in fin. & num.11.* quia

55 † Procuratoris officium non est dignitas, sed onus, & vile officium, & quædam seruilis ob fecundatio, propterea non gaudet immunitate Doctorum, excluditur dignitate sui municipij, ad quam cæteri municipes admittuntur, *addentes ad Roman. d. sing.814. in fin.*

55 Sublimitatur in iji Doctoribus, † qui procurationis officium exercent in Romana Curia, nam cum illi scripto referant seriem facti, & processuum, quibus argumentis excitatur difficultas, vel ocurri possit, & ex quibus solemnibus impugnatur processus, vel sustineatur, aduocatis comprobaturis legum inductionibus, quarum nunc exiguus est vsus, vel decisionibus, quarum in vtrumque sensum plura leguntur volumina, primas partes in causis dicuntur facere *Iac. Ben. de priuil. I.C. part.2. in præfat.*

56 *num.13.* & idem dicendum † de quibus cumquæ munus procuratoris exercentibus in quauis Curia principis, *Peregrin. consf.3. cum hic lib.3. nu.3. Couar. pratic. quæst. cap.19. His. num.7. Mancin. de Iuramento. part.3. Artic. num.25.39. & seq. plurib.*

57 Sublimita in doctore † exercente officium procuratoris pro principe *l. nemo præfectus. C. de dignit. lib.10. Brunus de cessfion. bonor. quæst.14. quæst princ. num.15. circa Med. Roman. singul.814. vbi addentes. Hondad. consf.1. consului. lib.1. & seq.* vbi alijs modis sublimitat *Tiraquel. de Nobilitat. cap.30. n.4. & seq.* addendo idem dicendum de procuratore illustrrium personarum.

58 Limit. in Doctore † exercente officium notariatus. *Iac. Ben. de priuil. I. C. par.2. in proem. num.10. & seq.* sublimitando in notario principis. Idem repetit. *Boer. decis.222. num.7. & seq. Mat. Brun. de cessfion. bonor. quæst.16. num.12. & seq. quæst.9. princ. & q. 14. num.13. Tiraquel. de Nobilitat. cap.30. num.8.*

59 Limit. in Doctore † mercaturam exercente, seu pergulam, idest signum tenente, quo indicatur emi, & vendi merces, *Guid. Pap. decis. 196. nobiles, num.1.* arguendo à clericis, qui facti negotiatores, exuuntur priuilegio clericali. *Brun. de cessfion. bonor. quæst.10.4. principal. nu.17. Iac. Ben. de priuil. I.C. part.2. præm. num.14. Castag. de benef. deduct. cap.9.*

60 *Fallent.4.* subdens præterea an nobilitas † amissa à Patre per actum contrariũ nobilitati, amittatur in filijs, late defendens negatiuam. *Mat. Berlic. conclusf.28. part.2. num.40.*

61 Sublimita si Doctor † per alium exercet mercaturam. *Cagnol. in l.15. damnum, ff. de regul. iur. num.3.* quod tamen intelligendum est, si absolute omnem mercaturam per alium Doctor exerceat, secus si ille rationes dispungat consentiat, emptioni, vel venditioni. *Brun. de cessfion. bonor. quæst.10. quart quæst nu.18. Iac. Ben. de priuileg. I.C. part.2. in proem. n.14. in fin.*

62 Limit. in Doctore, qui † per fas, & nefas Lucellum quæritente, sine distinctione, an iustam, vel iniustam foueat causam, cuicumquæ præstat officium suum, *Baetia. tract. de Inope debit. credit. addicend. cap.16. num.147. & 151.* addendo tales esse togatas vultures, canes acerrimos, qui nisi oblato cibo mansuescunt, làtronibus illos esse peiores, & publicæ latrocinati, dolens quare permittantur, & non expur-

63 getur † prouintia malis hominibus, vt ego addo. *iuxta. l.3. ff. de officio præsidis*, verùm quid iuuat canere surdis, & psalere ijs, qui habentes aures non audiant, vel quod peius est audire nollunt.

64 Limit. vbi est † suspectus de fuga. *Caccialup. de Debit. suspect. quæst.5. num.21. in fin.* concludens capturam ex capite suspitionis fugæ concedi contra quoscumquæ, qui alias non possunt catecrari. *Guttierez. loquens de Doctore milite Clerico nobili viro, tract. de iurament. confirmat. part.1. cap.16. num.32. Brun. de cessfion. Bonor. quæst.11. num.16.*

65 Limit. vbi fuit conuentus ab alio Doctore, nam cum priuilegiatus, non vtatur priuilegio contra alium æque priuilegiatum. *l. sed & Miles, ff. de exeus. tutor.* carcærari poterit Doctor reus condemnatus. *Laderch. consf.30. num.7. vers. septimo.*

66 Limit. in Doctore, † qui fit debitor occasione administratæ tutelæ, vel curæ. *Asin. de exequut. §.2. cap.7. num.2.*

67 Limit. vbi conuenitur † Doctor ex alia causa, quam ex debito contracto ex causa doctoratus, seu aduocationis, vt arguendo à milite ad Doctorem concludit. *Laderch. consf.30. num.2. in fin.* & à socero addentes, *ad Vinc. de Franc. decis.164. num.10.*

68 Limit. vbi Doctor † contraxit sciens non esse soluendo, nam ratione doli fit indignus priuilegio concesso Doctoribus. *Laderch. consf. 30. num.4. & seq. Milis in repert. §. carcerari 2. l. penult. ff. de iur. deb.*

69 Limit. in Doctore † non habente libros, qui necessarij sunt ad officium aduocationis peragen-

gendum, vel scholares docendum *Domin. in cap. quæ ipsis dist.* 38. *Alex. ad Bart. in l. grammaticæ* 2. *C. de profes. & Med. lib.* 10. *Iac. Ben. de priuileg. I.C. part.* 2. *in præfat. num.* 15. diffusa est enim iuris prudentia pluribus volumi-
70 nibus, quæ an expediat † omnia, vel maiorem partem habere, late tractant. *Oldrad. cons.* 84. *& Neuizan. vnica quæst. relatus inter varios tract. de via, & ration. Iuris. Gratian. discept.* 186. *num.* 89.

71 Limit. in Doctore indocto † seu nomine tenus, nam ille indignus est quocumque priuilegio Doctoribus concesso, *Rol. à Val. cons.* 66. *decreturam lib.* 1. *num.* 40. & illos non Doctores, sed Iuris prudentiæ dolores nuncupat. *Angel in l.* 1. §. *pueritiam, ff. de postuland. nu.* 4. *in fin. Iac. Ben. de priuil. I.C. part.* 2. *in præfat. num.* 2. *& seq.* referens tempore Eugenij quarti fuisse decisum prærogatiuas concessas ex
72 regulis Cancellariæ graduatis, non † competere doctorellis, quod non fuisse deinde obseruatum, dolendum est, cum sæpe visum fuerit promoueri ad munus iudicandi aliquos, qui nec prima Iuris elementa nouerant, pretio coempto eo offitio. Quod mali genus abest ab ijs, qui in Sacro Rotæ Auditorio cooptantur facientibus illis periculum publice, & secreto an idonei sint ad tale munus, sicuti etiam à non nullis annis
73 audiui obseruari à Senatu † Mediolanensi, non relaxatis litteris patentibus ad fauorem eius, qui nullam prius gesserat præturam, nisi illo ex tempore interrogato de aliquo iuris articulo, & sufficienter responderit. *Baetia, de Inope, debit, cap.* 16. *num.* 143.

74 Limit. si agatur † de soluendo debito descendente ex crimine. *Milis in repertor.* §. *carcerari el.* 2. *Socin. tract. de dilation. antic.* 5. *num.* 35. *in fin. Lenauder. de priuileg. Doct. part.* 2. §. 11.

75 Limit. vbi † consuetudo viget contraria. *Milis in repertor.* §. *carcerari* 2. *in fin.* addendo talem consuetudinem decennio induci. *Petrus Lanauder. de priuileg Doct. part.* 2. §. 11. *Gratian. disceptat.* 196. *num.* 1. contrarium dixi supra, *num.* 30.

66 Limit. ex obligatione † dolosa, nam cum dolus nemini debeat patrocinari, *cap. ex tenore de rescript. l. etiam.* §. 1. *ff. sol. mat.* ex dolo suo non debet Doctor commodum reporta-
77 re, vt in simili de socero decipiente † generum dixit. *Laderch. cons.* 30. *num.* 5. *per l. penult. ff. de vir. Dot. Mat. Berlic. conl.* 28. *part.* 2. *n.* 39. *Milis in repertor.* §. *carcerari* 2. *Petrus Lanauder. de priuileg. Doctorum part.* 2. §. 11. *Baetia. de Inope debit. cap.* 16. *num.* 141.

78 Limit. vbi Doctor † conuenitur in rem, vt puta si ab illo petatur fundus, vel tanquam non suus, vel alia simili actione. *Ladereh. cons.* 30. *num.* 6. *argum.* eorum, quæ de marito dicunt. *Bal. Rom. & Incol. in l. si filio* 2. *ff. sol. mat. n.* 9. *Ias. l. si constante, ff. sol. mat. num.* 119.

79 Limit. in Doctore poesis, † nam licet Doctor dicatur à docendo, poetæque donentur corona laurea, & illo insigne creantur Doctores, non aliter ac creantur I.C. medici Theologi, per birretti impositionem, annuli aurei immisione, & alijs solemnibus relatis. *à Petr. Lenauder. tract. de Doctor. priuileg. part.* 1. *num. quæst.* 3. placuit tamen Imperatoribus illos excludi omni litteratorũ priuilegio. *l. poetæ. C. de professor. & medic. lib.* 10. quorum Sanctionem late comprobat. *D. August. de Ciuit. Dei lib.* 2. *cap.* 14.
80 relato Platone, qui poetas † e sua Repub. eliminandos censuit, vt late est deinde prosequutus. *Petr. Gregor. in sua repub. lib.* 1. 17. *cap.* 5. *num.* 3. *dum num.* 1. & 2. retulisset argumenta, quibus sit interdicenda poesis cum illius lectione, licet deinde, *num.* 4. subdat argumenta, quibus in Republica pari, vel in illam inuchi possint, quod latius explicant. *Cassan. in Catalog. glor. mund. part.* 10. *considerat* 45. *Tiraquell. de nobilitat quæst.* 31. *num.* 5. *Adam Cotzen. politicor. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 2. & *seq.*
81 & quod poetæ † non gaudeant priuilegio Doctorum expresse firmant *Io. de Plat. in l. medicos, C. de professor. lib.* 10. *num.* 1. *vers. & hoc immunitas. Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga*, §. *quinto, num.* 9. *circa fin. Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quæst.* 10. *num.* 3. *in fin. quart. princ.* multa tamen in suis canticis de ipsis loquuntur poetæ, quæ an vera sint, non disquiro, nè crabrones dormientes, & algenres excitem.

82 Limit. in causa † criminali, quia reatus omne priuilegium excludit. *Io. de Plat. in l. Medicos. C. de professor. lib.* 10. *num.* 1. *vers. in criminal. & vers. & nimirum. Petr. Lenauder. de priuileg. Doctor. part.* 2. §. 3. *addentes, ad Mathesil. singol.* 59. *numero* 2. *et sequentibus pluribus*, concludentes posse carcerari, de consuetudine, item, si non de iure, etiam torqueri, late disputet, an extet talis consuetudo, vel an sit valida, & quibus casibus, & Doctoribus, sit illa infligenda. *Auffrer. Clem. vt elericorum de offic. ordin. num.* 5. *vers. et merito supra dixi.* In casu tamen, quo crimen non esset grauissimum, idest, vt ego interpretor, non esset pro crimine imponenda pœna corporis afflictiua. *l. si seruorum.* §. *in personis, ff. de pœnis. Alex. quæst. Rex. Aragonum in* 2. *dub. col.* 3. *vers. circa tamen*, non potest carcerari, sed carcere solui debet Doctor. data cautione, etiam iuratoria, vbi ex illius impotentia non potest dare fideiussorem. *Io. de Plat. in l. medicos, C. de profes. lib.* 10. *in princ. & dixi supra, num.* 42.

Quid dicendũ si fecit pactũ, vt posset carcerari, si non adimplet promissa, *dixi infra* §. 3. *ampliat.* 11. vel renuntiauit priuilegio Doctoris. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 167. *num.* 43.

§. II.

SVMMARIVM.

Imperatoria maiestas armis decoratur, et legibus armatur. 1.

Milites, et I.C. sunt necessarij in repub. 1.

Mili-

Milites in subsidium rei iudicata non carcerantur. 2. *ampl.* 3.4.5.6.7.8.9. *Limit.* 10.11.12.13.14.15.16.17.
Miles an possit renunciare priuilegio, quod carcerari non possit. 16.

1 IMperatoriam maiestatem † armis decorari, & legibus armari scripsit. *Tribenianus in præfat. inst.* Iuris ciuilis, tacite indicans militibus, & legum professoribus rempub. indigere, illorum ope, & consilio augeri, firmari, & consistere, ideo Iure Romano legimus fuisse, I.C. & militibus concessa plura priuilegia, tam circa illorum bona, quam personas, dixi de Doctoribus agam. *Doc. §. de militibus*, quos
2 in subsidium non posse carcerari, in exequutione sententiæ latæ in quemuis illorum in actione personali dixere. *Bald in l.1.C.qui bonis ceder. pos. num.16. Angel.in l.Miles, ff.de re iud.num.1. Marc. Mant. tract. de priuileg. milit.vers. decimum quartum vbi de communi Alex.in l.Miles, ff.de re iud. num.2. circa fin. l.medicos C.de profess.lib.11.vbi Io.de Plat.n.1. in princ.Caccialup. tract.de debitor suspect. de fuga, §.quinto, num.12. Mat.Brun.tract. de cession.bonor. quæst.10.num.2. & seq.quæst.9. prin.Io.Castagn.tract.de benef. deduct.quæst.9. num.47. Socin. in rub. de dilation. artic.5. num.36. Carpan. ad Statut. Mediol.cap.167. num.45.*
3 Ampl. etiam † in milite coelestis militiæ, *vt dixi*, *§ seq.*
4 Ampl. etiam in † militibus nostri temporis, qui licèt non ornentur militari cingulo, nec stigmate, nec in illis creandis seruentur antiqua solemnia, sed consideretur potius in illis militaris actus, quam creandorum militum forma, si tamen student armis, & non mercimonijs, vt faciunt milites Florentini, & alij, qui fulgent calcaribus aureis, & eminent in sessionibus, & non in pugna, vel armorum exercitio, & vsus, gaudent isto priuilegio, nec carceri mancipentur. *Caccialup. & ab illo relati tract.de debit suspec.de fuga, §.quinto,num.13.in fin.14. & seq.Ias.l.Miles, ff.de re iud.num.10. Io.Castagn.tract.de benefic.deduct.quæst.9.num.48. & seq.* ampliando non valere consuetudinem contrarium nec posse à milite renunciari huic priuilegio.
5 Ampl.præsertim † in militibus militiæ S.Ioannis Hierosol. & similibus. *Trentacinq. var.resol. lib.2. de exception.cap.1. num. 49. vers. primus.*
6 Ampl. etiam † in nobilibus, qui assidue armis exercentur, vt dixi supra.
7 Ampl. etiam in † militibus destinatis ad custodiam prouinciæ, vel regni. *Io.Castagn.tract. de benef.deduct. quæst.9. num.47. Trentacinq. var. resol lib.2.de except. resolut 1. num.49.*
9 Ampl.tam pro debito † contracto in castris, seu militiæ causa, & pro armis, quam extra castra. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga, §.quinto num.12.*
9 Ampl. etiam † in militibus stipendiarijs, qui conducti exercent se in armis, quibus assimilo istos, qui nostris temporibus ascribuntur militiæ in quolibet oppido, gaudentes diuersis priuilegijs circa delationes armorum, & similibus, quæ nihil impendij afferunt principibus. *Caccialup. tract.de debit. suspect.de fuga. §. quinto, num.12. et seq.quæstio pulcra. Trentacinq. var.resol. lib.2. de exception. resol.1. num.49. vers.secundus, & vers.quartus.*
10 Limit. in causa † criminali, quia reatus omne priuilegium excludit. *Io. de Plat. in l.medicos, C.de professor.lib.10. num.1. vers. in criminali,et vers. et nimirum. Petr.Lenauder. de priuileg.Doctor.part.2.§.3.addentes ad Mathe. fil.sing.59.num.2.et sequentibus pluribus,* concludentes posse carcerari, & de consuetudine saltem, si non de iure.
11 Limit. vbi consuetudo † extat, in contrarium. *Milis in repertor. §. carcerari 2.Petr. Lenauder.tract.de priuileg. Doctor. part.2.§.11.*
12 Limit. in milite † exercente mercaturam per se, vel alium. *Mat. Brun.tract.de cession. bonor. quæst.10. num.17.et seq. quart. quæst. princ.et quæst.11.eiusdem 4.quæst. n. 7.Math. Berlic. conclus.28. part. 2. num.40.*
13 Limit. in milite † suspecto de fuga. *Mat. Brun.tract. de cession. bonor. quæst.11. quart. quæst. num.16. idem asserens dicendum de clerico. Caccialup. de debit. suspect. de fuga. §.5. num.21. in fin.*
14 Limit. in militibus † auratis non ascriptis alicui signosied ampulosi, & minaces vagantur. *Trentacinq. var. resol. lib.2. de except. cap.1. num.49. vers tertius.*
15 Limit. in militibus † qui titulo militari, etiā à supremo Principe decorantur et militiæ non inseruiunt. *Trentacinq. var.resol.lib.2.de except. cap. 1. num.49. vers.quintus.*
16 An miles possit huic priuilegio † renuntiare. *Amuesta. tract. de potest. in se ipsum, lib.2. quæst.23.num.19.* relatis, qui teneat negatiuam, & affirmatiuam adhæret affirmatiuæ, sed illam limitat, si res pub. egeat illorum opera.
17 Limit.vbi miles † ex arte quam callet potest sibi victum parare. *Collerus. de processibus part.2.cap.3. num.118.*
18 An miles tuta conscietia, & sine pęna possit bona occultare, ne illa capiantur, affirmatiuam tenent relati, *à Cancer.Var.Resol.tom.2.de execut.sent.cap.17.num.517.et seq.* sed illam limitat, *nu.525.* vbi miles est pauper, & alias non viueret sine deterioratione suæ famæ.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Clericus est maior quouis layco. 1.
Clerici non carcerantur in causa ciuili 2.*ampl.*3.4.5.6.7.8.10.11.15.16.18.19.27.28.29.31.33.35.54.
*Limit.*36.40.41.43.44.46.47.48.50.51.56.57.58.
Clericus an renuntiare possit beneficio ne carcerari

*cap.præcipimus.n.12.quæst.2.cap.cum infirmi-
tas, de pœnit.& remis. l.sancimus.*C.de S.S.*Ec-
cles.* euidenter patet, iniustam esse praxim vel-
le temporales iniurias vlcis i spirituali mucro
ne deficiente omni analogia inter temporalia,
& spiritualia. *Alterius de Censuris.lib.3. cap.5.
in princ.* concludens Iudices Ecclesiasticos ad
effectum resarciendi temporalia, non posse a-
sumere gladium spirituale.

Augetur rigor huius praxis, nam cum Iuris-
90 dictio † excommunicandi sit propria Ecclesiæ,
& ministrorum illius, vt dicebam *supra nu.*78.
qui vt argumentatur *Suar.de Censur.disput.*1.
91 *sect.*11.*in princ.* non habent † potestatem ad
priuandum hominem spiritualibus bonis, quia
potestas Ecclesiæ, & illius ministris data est ad
ædificationem, non autem ad destructionem.
Ideò *D. Paulus ad Corinth. cap.* 13. *num.*10.
dicebat hæc absens scribo, vt non præsens du-
rius agam, secundùm potestatem, quam Domi-
nus dedit mihi in ædificationem, & non in de-
structionem. Priuare autem Christi fideles spi-
ritualibus bonis, non est ædificatio, sed illorum
92 omnimoda destructio. Neque Ecclesia † est
horum bonorum penitus domina, vt possit il-
lis suo arbitrio vti, sed quidem dispensatria ad
commodum, & salutem fidelium, vt inquit D.
Paul. *ad Colosens. epist.*1.*num.*25. Præterea
93 † aut debitor, qui conuenta die non soluit, &
non habet in bonis, & nominibus, quibus sa-
tisfacere possit suo creditori, & ideò excommu-
nicatur, vel est bonus vir, vel est malus, malè
facit Iudex eum creditore vtroque casu, quia
94 nemo bonus est pœna afficiendus, mali † sunt
tollerandi, monendi, & corripiendi ad bonam
frugem.*n.24.quæst.3.* vbi Gratianus exorditur
eam quæstionem, quod mali sunt tollerandi,
non abijciendi, & increpatione ferendi, sub-
dens *in cap.2. Tu bonus tolera malum*, nam &
Christus Iudam, cum sciret furem esse, & la-
tronem, tolerauit, & ad prædicandum misit, ei-
que cum alijs Eucharistiam dedit, confert dilē-
95 ma † quo vtitur *S.Chrys. homil. de Anathem.*
dum inquit, aut anathematizas viuentem, aut
mortuum, si mortuum impiè agis, quia iam
sub iure humano non existit, sed domino suo
stat, vel cadit. Si viuum etiam impiè agis, nam
eum, qui ad bonum conuerti potest, abscin-
dis.

Præterea aut is, in quam infeuntur censuræ,
96 habet, aut † non habet, vnde satisfaciat credito-
ri, & vtroque casu non videtur cogitandum de
censuris, nam primo casu, quia creditor satis-
fieri potest venditione bonorum debitoris, cogi-
tandum non est de subsidiario censurarum re-
medio. *l.in causæ ff de minorib.l.in prouintia-*
97 *li.§.si ego.ff.de nou.oper.nunc.*† secundo autem
casu, dicendum idem, nàm cum inanis sit omnis
actio, quam debitoris inopia excludit, & impo-
sibilium nulla sit obligatio. *l.imposibilium.
ff.de regul.iur.* nullatenus impotens ad soluen-
dum excommunicari potest, nec in foro inte-
riori valet excommunicatio. *Galles. de oblig.
Cam.quæst.19. num.2. & quæst.36. num.24.
Alterius de censuris, lib.3.cap.7.col.4. vers.*Re-
98 *spondeo*. † addendo procedere etiam si ille su-
bijciat se censuris; vt faciunt se obligantes in
formæ Cameræ Apostolica, si modo absit vt idē
subdit debitoris fraus. *Oldr.cons.277. quod Ab-*
99 *bas.* concludens standum † præterea iuramen-
to debitoris, si fuerit honesta persona, quod non
possit soluere, vel impotentia sit notoria, & ra-
tio esse potest, vt ego addo, quia cum nemo sit
dominus menbrorum suorum.*l.liber homo.ff.ad*
100 *leg.aquil.*nec validum sit pactum † quoquis se
obligat perpetuæ seruituti, vel carceri. *l. nec si
volens.*C.*de liberl.caus.*A*nton.de* Carar.*de exe-
quut. instr. quæst.32. num.69. relati à* Coler.
*de proces.exequut.par.1.cap.6.num.*18. *& seq.*
101 † vbi rationes plures refert. Cum anima sit
nobilior corpore, & illius salus cunctis rebus
præferatur. *Glos.in l.1. verb. inter eos. ff. de
pact.Bart. auth.* Sacramenta. C.*si aduers. vend.
num.19.Tiraquel.in l.si vnquam.vers.*Donat.
largitus. C. *de reuocand. donat. num.* 87. nihil
102 operatur † pactum, quod non facta solutio-
ne die conuenta, possit promissor excommuni-
cari, *vt ex Inn.volunt relati à Matt.* Berlic.
*conclus.27.par.2.num.33.vers.*Contrarium
subdens num. 35. idem de subdente se pœnis
banni Imperialis.
103 Contrarium tamen scilicet † quòd iusta
sit praxis, excommunicandi in subsidium con-
tumaces debitores probatur, nam cum contra
illos omnia iura clament. *l properandum. §.cū
autem.*C.*de iudic.Bal.in cap.conquerente, de
104 restit.spol.* ideò illis denegatur † appellatio à
sententia in illos prolata. *l.*1. C. *quorum appel.
non recip.*& si fuerit à Iudice, à quo, concessa,
concessio sit nulla, & ad priorem Iudicem re-
mittenda sit causa. *Dec. cons.34.pro tenui.n.*1.
105 Contumaciaque † appelletur quandoque
dolus, quandoque culpa, & aliquando malefi-
cium teste. *Alex.in l.Si mora. ff. solut. matr.
num.*13.

Quoties ordinaria remedia, non prosunt, seu
prodesse non possunt, seu non sufficiunt, ne eadē
fiat conditio contumacis, & non contumacis
debitoris, *l.non solum. ff de noxal.* cum casus
106 nostræ praxis non sit ex illis, in quibus † con-
tumacia tertio prosit, quos refert. R*ol. à Val.
cons.29. Quia. lib.3.num.22. & seq. pluri*b.ne
contrectator rei alienæ contra voluntatem do-
mini, cum peccato apud Deum, & homines.
Herculan. in l.1. §.genera. ff. de *acquir. posses.*
107 *num.7.in princip.* diutius † se foueat in furto,
quod interpellatus interpretatiua contractatio-
ne commissit. *l falsus.§.si is. ff. de furt. Bossius
de furt.num.45. & 46.* non præstando, vel fa-
ciendo, & dando, quæ dare, facere, præstareue
promisit. *l.4.ff.quæ in fraud. creditor.*
108 Cogitandum fuit de extra ordinarijs, seu † sub-
sidiarijs remedijs, quoad vnusquisque, quòd si-
bi est debitum consequatur. *§. sciendum. inst.
de satisdat. tut.l.penul.ff.de magist.conueniend.*
propterea de iniustitia nullatenus redargui po-
test ecclesiasticorū iudicū praxis, qui in propru
non habentes arma, vlcisci omnē inobedien-
tiam, vt præcepit *D.Paul. ad* Corinth.*epist.*2.
*cap.*10. *nu.6.* tandem deueniunt ad excommu-
nica-

nicationem contumacis debitoris, iuxta ea quæ Saluator noster Christus præcepit apud *D. Math.cap.18.num.17.*

Non obstant, quæ in contrarium sunt alla-
109 ta. Nam quæ † retuli *ex Alterio num.89. in fin.* illa idem asserit per modum disputationis, subdente eodem *d.cap.6.col.2 vers In hac quæ-*
110 *stione*, indubitatum esse, † competere Iudici Ecclesiastico iurisdictionem ferendi excómunicationem, & alias censuras in ordine ad causas temporales, vt puta, vt restituantur ablata, soluantur debita, & similia peragantur temporalia: & pro iusta, & honesta supponi hanc praxim *à Concil. Trident. sess.25. cap.3.* patet, dum præscribit Episcopis formam ferendæ excommunicationis in ciuilibus causis. Et
111 quæ dicebantur de analogia spiritualium, † & proportione pœnæ, silent, quia dum Iudex Ecclesiasticus præuia legitima monitione excommunicat contumacem debitoré, finis illius est spiritualis, quoad excommunicatus faciat, quod in conscientia facere debet, & recedat à culpa; quamuis solutio debiti sit quid tēporale, quod isto casu tanquã quid consequens, non est considerandum, sed quod principaliter intendit ecclesiasticus Iudex, qui suis césuris principaliter quærit, vt reus contrectando aliena, recedat à culpa. *Alterius de censur.lib.3.cap.6.*
112 *col.6.vers.probatur*, † & in subsidiarijs remedijs tanquam necessarijs, cessat omnis pœnæ proportio, & excommunicatio in subsidium non est perpetua, sed temporalis, vt contumax emendetur. *Fel.in cap.qualiter.§.fin.de accus. num.52.in prin.vers.ex istis.*

Non obstant, quæ secundo loco dicebantur
113 de potestate Ecclesiæ †, & ministrorum illius, circa priuationem spiritualium: quia sunt argumenta, quibus vtuntur negantes omnem potestatem datam à Christo Ecclesiæ ministris in contentioso foro: quorum opinio falsissima est, vt probat idem *Suarez. de censur. Disput.1. sect.11.* & dilemma de bono, & malo creditore non arguit iniustitiam praxis ferendi censuras
114 in contumaces, & malos debitores, quia *Gratianus* non intellexit quod mali sint perpetuò ferendi, sed tantùm ad tempus: & ideò post tolerantiam addit illos esse monendos, & cor-
115 ripiendos. Quare cum † positum sit in voluntate excommunicati resipiscere, & patendo mandatis ecclesiastici Iudicis restitui ad spiritualia, quibus, fuerat priuatus, non est culpanda ecclesiastica iurisdictio, quod destruat, vel abscindat eum, quid destrui, & abscindi vult:
116 nam † cum morbida facta pecus totum corrumpat ouile, *& vt inquit D. Paul.2. ad Corinth. cap.5.num.6.* modicum fermentum totam massam corrumpat; vtile est, contumaces aduersus præcepta Ecclesiasticorum Iudicum, à non contumacibus diuidere, & seorsum ponere, quia Ecclesia in censuris infligendis,
117 † quæ medicinales sunt, iuxta illud *D. Pauli.1. ad Corinth. cap.5. num.5.* ex translatione Syriaca: Tradatis eum Satanæ ad exitum corporis, vt spiritus seruetur in die Domini nostri; potius considerauit commune omnium fideliũ bonum, quàm singulatis personæ commodum, vtilitatem, seu voluntatem, iuxta illud.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Et vt legitur *Prouerb. cap.19. num.25.* Pestilente flagellato, stultus sapientior erit: nec in humanis corporibus excogitari potest me dicina ab amico medico, quæ nihil noceat, vel pro-
118 batum non lædat. Ideo excommunicatio dicitur pœna medicinalis, quæ corrigit, non autem eradicat. *Felin.in cap.qualiter.24.§.fin.n.52. de accus.*

119 Chrysostomi † autem dilemma, cum tendat ad dissuadendum facilitatem, & abusum Prælatorum in ferendis censuris sine fructu, & vtilitate, non est trahendum ad arguendam iniustitiam praxis separandi à communione fidelium contumaces debitores. *Suarez de Censur. disput.1. section.11. col.2. versic. ad argumentum.*

Posito itaque pro constanti, quod in Ecclesia Dei sit iurisdictio excommunicationis, illaque vti possint Episcopi, & cæteri Prælati in foro contentioso, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, vt patet ex prædictis; succedit
120 regula, quòd † contumaces debitores in subsidium excussis illorum bonis, & iuribus, possint excommunicari, vt expresse cauetur à *Concil. Trident. sess.25. de reformat. cap.3. Rebuf. testans ita communiter practicari, in Comment. de litteris requisitorijs. artic.74. Glos.3. num.9. Alterius de Censur. lib.3. cap.6. col.1. vers. Contra, & vers. ex quibus, & col.4. vers.tertia.*

121 Ampl. vt contumax † debitor laicus sit in subsidium excommunicandus ab ecclesiastico Iudice, si fuerit à laico Iudice requisitus, *vt dixi infra cap.16.§.11.num.17. & seq. Rebuf. de litter. obligat.artic.74. Glos.3. num.9. & est expressus textus in cap.Dilecto.6.§.& quidem, de sent.excom.in sext.*

122 Ampl. vt adeò necessaria † sit excussio bonorum debitoris, vt illa non facta, excommunicatio sit nulla, & debitor excommunicatus sit absoluendus expensis creditoris. *Rebuf.de litter.obligat.artic.74.Glos.3.num.7.* vbi refert ita fuisse iudicatum. Et ratio est euidens, quia cum excommunicatio sit remedium subsidiarium, & exercendum, vbi alia via non potest esse satisfactum creditori antequam ad illud deueniatur, facienda est excusio bonorum, & iurium debitoris, & sunt similia, quæ dixi *infra cap.16. §.3. num.44. & seq.* de literis requisitorijs ad Iudicem alterius territorij, qui exequatur in suo territorio sententiam extra illud latam, & alia ibidem dixi.

123 Ampl. etiam † vbi debitor in genere, non expresso loco, vbi reperiantur, declaras habere bona, quæ capiantur in executione, post factam excussionem. *Rebuf. de litter. oblig. artic.74. Gloss.tertia.num.9.in fin.* vbi refert ita
124 fuisse iudicatum, ea ratione † quia de ijs, quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium.

125 Ampl. etiam † in causis criminalibus, vt ca-

uerur *Concil. Trid. seß.* 25. *de reform. cap.* 3. *§. In causis quoque criminalibus*. nisi agatur de deli-
16 cto commisso in excommunicantem. † *Galganet. de Iur. publ. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 50. *in fine subdens num.* 53. quid dicendum de familia delinquentis, de mandatario, vniuersitate, & qui delictum potuit impedire, & non impediuit, & de consulente, & mandatario. *Alter. de Censur. lib.* 3. *disp.* 2. *cap.* 2. conferunt, quæ dixi *infra limit.* 6.

117 Ampl. præsertim, vbi Iudex † laicus requisitus de brachio pro executione sententię Iudicis ecclesiastici, recusat illud impartiri. *Alterius de Censur. lib.* 3. *cap.* 6. *col. penul. vers. Hac igitur est vna causa*. addendo procedere præsertim, si Iudex requisitus non habet superiorem, ad quem confugiatur, vt inferiori suo mandet, vt brachium impertiatur. Addendo idem dicendum, si non potest illud impartiri.

118 Ampl. vbi reus † est adeo potens, vt realis, & personalis fieri non possit executio. *cap. nouit, de Iudic. Alterius de Censur. lib.* 3. *c.* 6. *col. penul. vers. alia causa esse potest. vbi ex Belarmin de Pont. Rom. lib.* 5. *c.* 6. *& seq. refert*, hanc perpetuam Ecclesiæ esse consuetudinem: addẽdo isto casu, & similibus prudentes debere esse Iudices, ne quid faciant præter Ecclesiæ consuetudinẽ, & sacrorum Canonum præcepta; esse tamen validam, licèt iniustam, excommunicationem, si prudens non fuerit, & sine causa Iudex ecclesiasticus excommunicet. *Suar. de Censur. disput.* 20. *sect.* 1. *num.* 15. *art.* 17. addendo hanc esse Ecclesiæ perpetuam consuetudinem.

119 Quare autem inter † Christianos obsoleuerit ferè horror excõmunicationis, antiqua est querelam & tempore Hostien. erat inchoata, vt idem refert *in Summ. de sent. excommunicat. §. Ne dum autem. num.* 5. *circa princ. Gerun. in practic. Eccles. disp.* 685. *nu.* 8. *in princ. Theophil. Raynaud. in tractat. de Monitor. par.* 11. *cap.* 18.

120 Intellige † modo iudicialiter in actis constet per relationem nuncij, quod non possit fieri executio realis, nec personalis. *Franc. Leo in Thesaur. for. Eccles. par.* 3. *cap.* 7. *nu.* 12. addendo, si post latam excommunicationem probaretur talis impotentia, illa esset valida, licèt Iudex malè fecisset, non obseruando formam Concilij. *Alciat. cap. nouit, de iudic. nu.* 9. *vers. & propterea*. concludens deueniendum ad excommunicationem, si aliter non potest puniri contumax, & consumpta sunt omnia alia remedia.

121 Intellige, modo seruatis † seruandis proferatur sententia excommunicationis, aliàs excommunicatio erit nulla, & paruipendenda apud Deũ, & homines. *Sayr. Thesaur. cas. conscien. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 42. vbi plures concordantes refert,
122 dum † prius retulisset; ex quibus excommunicatio sit nulla. Quibus addi possunt, quæ generaliter dixi de nullitate sententiarum supra *cap.* 6. *et Sebast. Medic. in Summa, de Censur. quæst.* 41. *Tusc. conclus.* 452. *excommu-*
123 *nicatio:* † & quando dicatur nulla, vel iniusta. *Farinac. Fragm. criminal. §. excommunicationis sentent.* dum prius, §. *excommunicatio*, retulisset, quæ requirantur, vt quis possit excommunicari.

124 Limita in causis leuibus † seu vulgaribus. *Alterius de Censur lib.* 3. *cap.* 6. *col.* 2. *vers. Tertia conditio, & col.* 4. *vers. Sed difficultas*, declarat, quæ res dicatur leuis, & vulgaris. *Galganet de Iur publ lib.* 1. *tit.* 15. *n.* 50.

125 Sublimita præcedentem limitationẽ, † vbi plures sunt rei debendi, quorum singulorum ratione, causa dicitur vulgaris, si fuerit diuisa in personas reorum; non tamen est vulgaris si-
126 mul iuncta: veluti † si centum patresfamil. obligentur ad restitutionem scutorum centum; nam cum obligatio sit diuidẽda in viriles, quisque illorum erit obligatus pro re leui, & vulgari, & nemo illorum poterit excommunicari. Si autem illi fuerint in solidum obligati, quia quisque eorum conueniri potest ad solutionem totius quantitatis, poterit quisque illorum seruatis seruandis in subsidium excõmunicari, quia causa non est vulgaris, & sumus in casu *Concilij*
127 *Trid. seß.* 25. *cap.* 3. Simile † est, quod tradit *Sot. de Iust. & Iur. lib.* 4. *quæst.* 7. *artic.* 3. *col.* 3. *vers. Dubiũ restat*: Si plures eadem die successiuè transeant prope vineam, & quisque illorũ racemum auferat, ita vt vinea fuerit vindemiata, vt contingit anno 1617. in vineis patriæ meæ, prope illas trãseunte exercitu Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ: & idem exemplum refert *Alterius de Censur. lib.* 3. *cap.* 7. *col.* 2. distinguendo, an vuæ, vel furtum fuerit commissum communicato consilio, vel non: vt priori casu singuli in solidum sint obligati, & consequenter possint excommunicari, secundo autem casu secus. *Suarez de Censur. disput.* 20. *sect.* 2. *num.* 2. *& seq. latè prosequitur.*

128 Limita in criminalibus, † vbi delinquens fuit alia pœna punitus. *Canon. Apost.* §. 24. *vbi dicitur*, Episcopus, aut Presbiter, aut Diaconus in fornicatione deponitur, non tamen à cõmunione excluditur. Dicit enim Scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Canones habentur in fine voluminis Decreti, interprete Gregorio Haloãdro. Quan-
129 do † autem delinquens possit pœna duplici puniri, dixi in meis Collectaneis *ad l. Sanctio legum. vers. Delictum vnum ff. de pœnis.*

130 Limit. vbi contumax debitor † est impotẽs ad soluendum. *Felin. in cap. Qualiter.* §. *fin. de accusat. num.* 52. *in fin.* concludens debitorem impotentem esse ab excommunicatione absoluendum. *Sayrus de Censur. seu casu conscient. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 37. *vbi plures refert. Old. consil.* 277. *Quod Abbas*. concludens debitorem iustum non esse excommunicandum, & stan-
131 dum † illius iuramento; vel est notorium, quod sit impotens ad soluendum. Ideò refert *Costa de remed. subsid. cap.* 14. *num.* 4. Congregationem Cardinalium interpretum Concilij
132 Tridẽtini censuisse. Si vnus ex duobus † obligaris in forma Cameræ Apost. esset carceratus, qui deinde appareret non soluendo, in subsidiũ contra alium procedi posset, simul propecando ad relaxationem censurarum, quibus impotens esset

esset mulctatus. *Alterius de Censuris.lib.3.c.7.*
133 *col.4.vers.4.* † qui loquitur de Censuris, quæ feruntur in Vrbe ab A.C. contra eos, qui dic conuenta non soluunt, concludens illos non esse in foro interiori, seu conscientiæ excommunicatos, si impotentes sint facti ad soluendum, quia impossibilium nulla est obligatio:
134 † & si fuerint excommunicati, paupertatis exceptione non probata, vel opposita, esse absoluendos, si deinde coram competenti illam probent, seu verius declarandum, excommunicationem non afficere. *Sublimitando col. 5.in*
135 *princ. & col.9. in fin. duob. modis*, † si tempore, quo fuit excommunicatus, erat diues, & potens ad soluendum, & non soluit. Vel non casu, sed sua culpa factus est inops. Idem firmat *Suarez de Censur. disput. 20. sect. 2. num. 16. id dixerat Innoc. in cap. p. & g. de offic. delegat. n. 2. vbi latè prosequitur.*
136 Limit. vbi contumax † debitor petitur excommunicari ex contractu correspectiuo, & actor non docuit adimpleuisse, quæ vicissim præstare debebat: nam non solum non potest excommunicari, sed si fuerit, excommunicatio sit nulla, & iniusta. *Alterius de Censur. lib. 3. cap. 7. col. 4. vers. Tertio dubitatur.* & comprobari posset ex ijs, quæ *de exception. dixi, except. nona*, vbi istam exceptionẽ *§§. 19. examinaui.*
137 † Nisi tamen impossibile fuisset actori adimplementum. *Sayrus de Censuris, seu Cas. Conscient. cap. 16. materiam. nu. 3.*
138 Limita, vbi contumax debitor † est Iudæus, vel Paganus, vel Othomanus, nam excussis illius bonis, & iuribus non excommunicatur. *Host. in Summa de sent. excomm. num. 6. vers. Quis valeat. Sebast. Medic. in Sum. cap. de Censur. Eccles. quæst. 47. circa med.* concludens non posse excommunicari, nisi Christianos. *Sayr. de Censur. seu Cas. Conscientiæ lib. 1. cap. 16. materiam, num. 2. Cassan. cons. 1. num. 22. in princ. Alciat. cap. Nouit. de Iudic. nu.* 10. limitat in quocunque infideli, & in Vrbe non excommunicari Iudæos in subsidium affirmauit
139 mihi Antonius Palutius † Substitutus nunc Dominici Fontiæ notarij A. C. amici mei, & quem nouimunus Substituti exercuisse à quadraginta annis, & citra, & cum actor, &
140 † reus non iudicentur ad imparia, ac quod vni negatur, alteri non conceditur. *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. cap. 2. de mut. petit. Natta consil. 133. num. 3. in fin.* affirmauit mihi idem Antonius Substitutus, quod cum quidam Hebræus sedente Paulo V. obtinuisset excommunicari Christianum à R. P. D. Virili Locumtenente A. C. qui erat Polonus, & conquestus esset Rex Poloniæ, parum abfuisse, quin Notarius fuerit mulctatus, quia non certiorasset dictum Locumtenentem.
141 Limit. vbi excommunicatus † est debitor excommunicantis. *cap. Inter querelas. 23. q. 4. vbi Gloss. affert* rationem, quia nemini est concessum iudicare in causa propria. *cap. 1. Caus. quæst. 44. Suarez de censur disp. 2. sent. 4. vers. Tertia. num. 7. subdens num. 6.* declarationem,
142 vbi iudicialiter † profertur excommunicatio secus per modum defensionis. Conferunt dicta *supra ampl. 4.*
143 Limit. vbi contumax † debitor excommunicatur à Iudice potius odio, aut vindictæ causa, vel alterius similis affectus, qui iustitiam lædit, & actum moralem viciat. *cap. Iudicet, 3. quæst. 7 cap. Iudicare. 11. quæst. 3. c. 1. de sent.*
144 *& re iudic. in sexto.* † Hanc tamen excommunicationem esse iniustam, sed validam, si fuerit seruatis seruandis prolata, firmat *Sayrus de Censuris lib. 1. cap. 17. nu. 2. & 5. Galganet. de Iur. pub. lib. 1. tit. 15. n. 59.* Quæ autem pœnæ
145 sint constitutæ in excommunicantem aliquẽ iniustè, referunt *Altr. de Censur. lib. 3. cap. 3. Farinac. fragm. crim. §. excommunicatur. Galganet. ibid. num. 69. & Leo in suo Thesaur. fori*
146 *Eccles. par. 3. cap. 7.* Et quibus ex causis † sit iniusta *Sayr. d. cap. 17.* subdens *c. sequenti*, causas, ex quibus quis excusatur ab excommunicatione.

---

§. I.

SVMMARIVM.

Persona est dignior rebus. 1.
Res omnes sunt cõparata hominis gratia. 2. sunt accessoria persona. 3
Executio rei iudicata, non potest fieri in persona Doctoris. 4
Doctor carcerari non potest in causa ciuili. 4. *& quare. ibid.* 7. 8. Contrarium. 14. Concorda. 28. *Amplia primam opin.* 15. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23 24. 29. 30. 31. 38. 39. 40. 42. 43. 46. 47. 48. 49. 55. 56. 57. 61. *Limit.* 25. 26. 50. 51. 52. 53. 58. 59. 62 64. 65. 66. 67. 68. 69. 71. 74. 75. 76. 78. 79
Aduocati nũcupantur Sacerdotes. 5. *si officiũ suũ iustè exercent, meliorem vitam faciunt Fratribus Prædicatoribus, & alijs religiosis.* 5. *Encomia.* 6. *requisita, vt gaudeant priuilegio illis cõcesso.* 9
Obligatio Cameralis capit bona, personã, & animam. R. P. D. Franciscus Bilia laudatur. 12
Bart. reprobatur. 26
L. Medicos. C. de Profess. declaratur. 16
Renunciatio generalis multum valet. 27
Doctores non torquentur, nec valet consuetudo contraria. 31. 33. *Limit.* 32.
Stylus Rom. Cur. carcerandi Doctores pro ære alieno obligatos in forma Camera. 34. *Vnde natus is stilus.* 36
Roma quod fieri debet, non quod fit, est spectandam. 35
Iudicum auaritia notata à S. August. 37
Doctores creandi facultatem abrogauit, quibuscunque illa fuit concessa, Pius V. 45
Doctores, qui non sunt consecuti in publicis gymnasijs, non promouentur ad dignitates Ecclesiasticas. 45
Procuratoris officium vile, & seruilis obsecundatio. 54. *Limita.* 55
Fideiussio remittitur ratione persona, qua illam præstare debet. 43

Vsufructuarius si non habet fideiussorem statur illius cautioni iuratoriæ de vtendo rectè. 44.
Nobilitas amissa à patre per actum contrarium nobilitati an sit amissa contra filios. 60.
Prouincia est purganda malis hominibus. 63.
Libros plures an vtile sit habere. 70.
Doctorelli non gaudent priuilegijs I.C. 72.
Senatus Mediolanen. stylus promouendo Doctores ad munus iudicandi. 75.
Socer decipiens generum amittit priuilegium ne teneatur nisi in quantum facere potest. 77.
Poeta an admittendi in re pub. 80. *non gaudent priuilegio Doctorum.* 79. 81.

RECensendo in proximo, & antecedenti capite, quæ res, bona, & iura capi possint in executione rei iudicatæ, dixi. §. 1. *&* 11, non posse libros scholarium, & Doctorum,
1 Quia persona † rebus est dignor. *l. Sancimus. C. de S.S. Eccles. l. iustissime. ff. de adil. edict.* na-
2 tura enim cum † omnes res hominum gratia comparauerit. §. *in pecudum inst. de rer. diuis.* &
3 res omnes † sint accessoriæ personæ, *Cels. Vgo cons.* 60. *num.* 34. *circa finem, vers. unde*, facilis est consequentia, idest si in libris Doctoru minime fieri potest exequutio rei iudicatæ, tanto minus fieri possit in illorum persona,
4 † quarũ scientia totus illuminatur orbis. *Auth. habita C. ne fil. pro Patre.* Aduocati enim iuxta rescriptum. *Leonis, Anthemij Imper. in l. Aduocati C. de aduocat. diuers. iud. qui dirimunt ambigua fata causarum, sua que defensionis uiribus in rebus sæpe publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si prælijs, atque uulneribus, patriam, parentes saluarent, nec enim solos nostro Imperio militare credimus, illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed, & aduocatos militant, namque causarum patroni, qui gloriosæ uocis, confisi munimine*, laborantium spem, uitam, & po-
4 steros defendunt, & ideò † Sacerdotes nuncupantur. *l. 1. ff. de iust. & iur. & in l. 1. ff. de iust. & iur. Ias. num.* 8. *Zas. num.* 14. *ex Host.* refe-
5 runt aduocatos † si rectè circa iura versentur, meliorem vitam agere, quam faciant fratres prædicatores, & alij religiosi, congerente eodem
6 Zas. † alia encomia I. C. & priuilegia scripta in corpore iuris.

Interque illud recensendum censeo, vt lau-
7 rea † Doctorali insigniti, pro causa ciuili carcerimancipari non possint. *l. medicos C. de profes. & medic. lib.* 10. *ubi. Io. de plat. col.* 1. *uers. licet autem Doctor Alex. in l. Miles, & de re iud. num.* 1. *& Ias. & Ripa, num.* 9. *Franc. Aret. cons.* 95. *respondeo, num.* 1. *Marsil. in praxi.* §. 2. *Attingam, num.* 68. *& in l. edictum. ff. de quæst. num.* 5. *Ripa in l. Centurio, ff. de uulgar. nu.* 16. *Mathesil. singul.* 61. *& ibi addent. Menoch. de arbit. iud. quæst.* 88. *num.* 7. *Mileus in repert.* §. *carcerari.* 2. *Caccialup. in tract. de debit. suspect. quæst.* 5. *num.* 9. *Franc. Curt. quæst.* 19. *num.* 4. *& seq.* concludens aduocatos
8 † non teneri nisi in quantum facere possunt. *Socin. de dilation. artic.* 5. *num.* 35. *Brun. de cession. bonor. quæst.* 10. *quart. quæst. num.* 3. *& Bactiam, in tract. de inope debitor. credit. ad dicend. cap.* 16. *num.* 148. *& seq. pluribus*, te-
9 stans ita fuisse iudicatum, & referens † qualitates quæ faciunt Doctorem dignum, hoc priuilegio. *Bal. tract. de carcer. part.* 1. *num.* 4. *Iac. Ben. tract. de priuileg. I. C. part.* 2. *priuileg.* 49. *Angel. in l. Miles, ff. de re iud. num.* 1. *&* 2. *in fin. ubi Ias. num.* 10. *Mat. Berlic. conclus.* 28. *part.* 2. *nu.* 55. vbi plures consentientes refert, & pluribus comprobat. *Farinacc quæst. crimin. lib.* 1. *de Carcer. num.* 77. in vrbe tamen vidi
10 † contrarium seruari, sed an id fiat, vel rigore obligationis Cameræ Apostolicæ, quæ simul
11 cum † fortunis, animam capit, an quia copia I. C. pariat vilitatem, ignoro. R. P. D. Comet. Franciscus Bilius, qui fuit Auctor, vt hoc opus trium solemnium confecerim, quandoque mihi dicebat, id fieri, quia nemo reclamauit & quod si adiretur Signatura Iusti-
12 tiæ, † vbi ille eminet, facile huic incommodo consuleretur. *Socin. in rubr. de dilat. num.* 35.
13 extendit ad illorum familiam. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 78. *num.* 22. *Boetiu. de inope debit. cap.* 16. *num.* 151. concludunt aduocatos gaudere beneficio. *d. l. Medicos.*

14 Contrarium † tenuisse *Guid. de Suzar, vt refert. Alberic. in l. Miles, ff. de re iud.* addendo de facto ita seruari, & non esse verum, quod Doctor non fit carcerandus ex causa ciuili, & *in l. Aduocati in fin. C. de aduoc. diuers. iud.* concludens aduocatos non gaudere priuilegio militum, nec testando, nec in alijs, & ita censuisse Vbertum. *Zasius in d. l. Miles, ff. de re iud. num.* 9. opinionem præcedentem dignam risu iudicat, & confictam à Doctoribus, prout dicit, *ibidem Angel.* dum inquit, hæc opinio est pro nobis, tacitè innuens aliud dicendum de iure, & eamdem opin. late probat extra casum, quo Doctor publice profiteatur, & doceat defendit, *Bactia. tract. de Inope debitor. cap.* 16. *num.* 127. *& seq. pluribus. addendo. num.* 1?9. ita caueri iure Regio. *Claud. Cotan. de priuil. Milit. lib.* 2. *cap.* 33. *in fin.* tenendo tamen primã opinionem illam ampliabis, & limitabis, vt infra.

15 Ampl. vt non differat † an Doctor in publicis gymnasijs profiteatur, vel in foro causas agat, & medicus requisitus offitium medetur. *Angel. in l. Miles. ff. de re iud. num.* 1. *&* 2. *in fin. Matesil. singul.* 59. *vbi addentes Mat. Brun. de Cession. bonor. quæst.* 14. *n.* 15. *Iac. Ben. tract. de priuil. I. C priuil.* 49. *part.* 2. *Bart. d. l. Miles. num.* 2. *Ripa in l. Centurio. ff. de vulgar. n.* 16. *&* 17. *relati à Rol. à Val. conf.* 66. *num.* 37. *lib.* 1. *Caccialup. tract. de debitor suspect. de fuga, quæst.* 5. *num.* 9. vbi respondit obiectis eorum, qui volunt hoc esse verum tantum, in doctoribus publice profetentibus, & prius illud præstiterat. *Guid. Papa decis.* 388. *num.* 5. affirman-
16 do, *Bart.* † *male dixisse in d. l. Medicos*, quod illa intelligatur de professoribus publicis tantũ, volens forte tantere suæ professioni, cum longe fuerit ille occupatus in iure interpretando, quam respondendo de quæstionibus in iudicio agita-

tis)

tis, & in iure dicendo minime prestitit, quæ de illo sperabantur, vt referunt qui illius vitam, & acta scriptis mandarunt. *Menoc. de arbitr. Iud. casu 236. causa num. 6. Ripa in l. Centurio. ff. de vulgar. num. 17. in fin. relati à Iacob. Bennio tract. de priuileg. I. C. priuileg. 49. nu. 2. vers. nec vlla part. 2. Natta cons. 65. tex. num. 1. Flamin. de rubeis, cons. 1.* æstimum. *num. 14. Petr. Lenauder. tract. de priuileg. I. C. part. 2. §. 2. Mat. Brun. tract. de cession, bonor. quæst. 14. n. 3.* vbi relatis dissentientibus firmat hoc priuilegio gaudere etiam aduocatos. *Math. addendo ad Guid. Pap. decis. 388. addentes, ad Mathesil. singul. 56. num. 5. & seq Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga. §. quinto num. 9. Socin. in rub. de dilation. num. 35. & 36. Gratian. disept. 186. num. 5. & seq.*

17 Ampl. vt Iudices † aliud exequi mandantes, capite puniantur. *Bald. tract. de carcere nu. 4. Parid deput. tract. de sindicat, §. Doctor, nu. 1.* concludens familiam potestatis puniendam extraordinarie, & puniendos capite firmant. *Caccialup. vt ab illo relati de debit. suspect. quæst. 5. num. 9. Iac. Benn. tract. de priuil. iuriscons. priuileg. 49. quamuis, num. 2. in fine Castagn. & ab illo relati tract. de benef. deduct. quæst. 17. num. 33. Socin. de dilation. artic. 5. num. 35. in princ. 2. 3. 33. & 34.*

18 *Ampl.* in Doctore cuiusuis † Scientiæ, vt puta Philosophiæ medicinæ, Theologiæ, & similibus. *Caccialup. tract. de debitor suspect. de fuga, quæst. 5. num. 9. circa princ. Miles in repert. §. Carcerari 2. Parlador rerum quotidian. lib. 2. cap. fin. quinta part. §. 6. num. 20. in fine Baetia. tract. de inope debit. credit. ad dicend.*

19 *cap. 16. num. 155.* extendens † ad quemuis insignem litteratum non tamen poetam. *Caccialup. d. quæst. 5. num. 9. in fin. Socin. de dilat. art. 5. num. 35.*

20 Ampl. nec etiam pro leui delicto † *Fran. Marc. decis. 71. num. 2. part. 1.* addendo, quæ sint leuia debicta.

21 Ampl. idem dicendum † in filijs Doctorum vxore, & illorum familia, *Alex. in C. si quis, ff. de furt. quem refert, & sequitur Marsil. in praxi. §. Attingam. num. 68. circa med. Milis in repert. §. carcerari 2. Caccialup. de debit suspect. quæst. 5. num. 9. Mathesil. sing. 59.* nota *quod. Castagn. de benef. deduct. quæst. 19. Ampl. 1. vbi alios congerit. Socin. tract. de dilation. art. 5. num. 35. in fin. Gratian. discept. 186. num. 4. extendit ad illius fratres, & socios bonorum. Carpan. ad statut.* Mediolan. *cap. 167. num. 40. & 41.*

22 Ampl. etiam si extaret † Statutum, quod pro ciuili debito quisque personaliter capi, & carcerari possit, vt ex *Bart. & alijs concludit. Alex. in l. Miles, ff. de re iudic. num. 3. in fin. Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga, quæst. 5.*

23 *num. 9.* addendo procedere † etiamsi Statutum haberet, clausulam non obstante quocumque priuilegio inserto in corpore iuris, *Iacob Ben. de priuileg. iuris cons. priuileg. 49. num. 4. Mathesilan singul. 49. nota Castag. de benef. deduct. cap. 11. num. 34. Farinac. de carcerib. quæst. 27. nu. 81. & seq. Brun. de cession. bonor. quæst. 10: quæst. 4. princ. num. 4. & seq. Mat. Brun. de Cession. bonor. quæst. 14. num. 5.*

24 Ampl. etiam si Doctor † pro obseruantia contractus, generaliter, vel in specie renuntiasset priuilegio, quod carcerari minime possit, & in terminis nostris tradunt. *Iac. Aemil. cons. 17. n. 20. Iac. Bennius de priuil. I. C. priuil. 49. n. 4. in fin Farinacc. de carcer. quæst. 27. n. 84. Baetia testans ita fuisse iudicatum tract. de inope debit. credit. ad dicend. cap. 16. num. 153. & similia plura refert. Guttierez de iurament. part. 1. cap. 16. num. 47. & seq plurib. Asinius de exequution. §. 2. cap. 7. ff. 1. 7. & seq.* qui loquitur in casu quo Statuto cauetur, debitorem

25 carcerari, reiecto omni priu legio, † limitando. *num. 2.* Si esset debitor ex causa administratę tutelæ, *Castag. tract. de benefic. deduct. quest. 8. num. 51. & seq.* ea motus ratione quia hoc est priuilegium datum dignitati, & non personæ, & ideo non renuntiabile, & per renuntiationē minueretur dignitas doctoratus, quæ non est posita in manu renuntiantis, sed principis, qui illam in publicum ornamentum concessit. *Bennius de priuil. 49. num. 4. in fin. Iac. Aemil. cons. 17. num. 20. Carpan. de statut. Mediol. cap. 167. num. 43.*

Quod tamen limitatur si talis renunciatio sit

26 à Principe † adprobata, & vidi instrumentum, quo Bartolomeus Brasea aduocatus non infimi ordinis in Ciuitate Mediolani quo se obligabat in forma Camera, cum renuntiatione priuilegiorum quæ I. V. D. sunt concessa, quod pro naliditate obligationis, is qui à I. C. stipulatus erat, petierat à Senatu Mediolani illam confirmari, & derogari priuilegijs concessis Doctori

27 legum, magna tamen est vis † renunciationis generalis *Tiraquel. in praefat. l. si unquam, num. 121. Rol. à Val. cons. 17. lib. 4. num. 10. & seq.* pro Doctoribus tamen faciunt, quæ in simili considerat. *Asin. de exequut. §. 2. cap. 7.*

28 *num. 17.* vsque in finem, conciliatur tamen *à Ladercb. cons. 30. difficilis, num. 2. & seq.*

29 Ampl. vt † non teneantur nisi in quantum facere possunt. *l. Miles, ff. de re iud. ubi Glos. uerb. facere ubi addentes eam ex Bolog. & Barbat. singularem dicunt.*

30 Ampl. vt nec valida sit contraria † consuetudo, addentes, *ad Bart. in l Medicos, C. de prof. & Medic. lib. 10. uers. uexari,* sicuti etiam

31 non † valet consuetudo quod Doctores torqueantur. *Bart. in l. omnes 3. 3. C. de Decurion. lib. 10. num. 12. cum alijs pluribus cumulatis à Castagna de benef. deduct. quæst. 9. num. 39. &*

32 *seq.* saltem nisi prius † fuerint gradu doctoratus degradati. *Marsili singul. 556. num. 3.* & mir or Farinac. insignem practicum, & theorirum criminum, non fecisse mentionem de hac consuetudine, dum *de carcer. quæst. 27* egit *de priuilegijs Doctorum,* quoad carceres, quæ tamen ille omisit, latè est prosequutus. *Castagna loco relato,* addendo præsertim

33 † procedere si agatur de Doctore, qui fuerit consiliarius, vel aliam parem gesserit dignitatem, *uide infra, num. 75.*

39 Ex relatis ampliationibus patet iustam † esse querelam. *Farinac. de carcer. quaest. 27. n. 85.* dum improbanit stylum Romanæ Curiæ, vt Doctor carceretur pro ære alieno, siue fuerit obligatus in forma Cameræ, siue non, addendo sine iure id fieri, & accepto id ferendum iniquitati temporum, quæ eum semper fuerint eadem, sed non ijdem homines quiescere debebat dictis Proculi, qui mille ante annos pronuntianerat. Non quod † Romæ fit, sed quod fieri debet esse spectandum, *l. sed licet, ff. de offic.*
35
36 *præsid.* & dicendum eam maxim. † in vrbem inuectam, cũ dedecore doctoralis dignitatis, ex negligentia curialium, vt quandoquæ mihi cõfessus est R.P.D. Cuccinus, Romanus Patritius, Signaturæ Iustitiæ decanus, & decus, nũc Episcopus Anglonensis. Et si quis curialium negligentiam, adderet longius euagasse, ex iudicantium antipatia, in aduocatos, & causarum patronos, custodes gregis, *l. aduocat. C. de aduocat. diuers. iud.* aduersus illorum iniquitatem
37 † impetitiam, & lupinam descendi auiditatem, vt notat *D. Augustin. sermon. 35. ad Iudices relatus à Scaccia tract. de sent. & re iud. quaest. 1. Glos. 4. n. 60.* certè non errasset, species enim, quamuis non sæuiat in speciem, sed similis, simili gaudeat, & cum eo amicè agat, vidi tamen Iudices, quibus gratissima fuit occasio, summo iure potuisse agere cum I.C. & requisiti de ratione administratæ iustitiæ, aptabant factum Iuri, vbi ius aptare debebãt facto iuxta, *l. ut responsum C. de transaction.* & horum mõstrorum myriades plures referunt, qui Rerum perperum iudicatarum volumina sunt meditati: *Carauit. relatus à Muscatel. in prax. part. 3. §. Detinebatur. num. 126. usq. in fin.* testatur carcerari Doctores, quia ex illorum multitudine fuit illorum priuilegio derrogatum.

38 Ampliat. præsertim in Doctore † qui publico in gymnasio profitetur, *addentes ad Mathesil. singul. 59. num. 3.* addendo illum gaudere quibuscũmquæ priuilegijs concessis militibus, & comprobatur ex dictis eorum, qui volunt, priuilegijs Doctoribus concessis, eos tantum gaudere, qui publice profitentur, seu iura docent, & interpretantur, quos refert. *Iac. Benn. tract. de priuileg Iuris Consult. priuileg. 96. & fin. 5.* licet illos reprobet, & vellit etiam aduocatos eisdem gaudere priuilegijs, & idem firmarunt, *Bart. Guid. Bap. & alij relati ab addentibus ad ad Mathesil. singul. 59. num. 6. & seq.* & licet aliqui velint, priuilegia Doctoribus concessa restringi ad profitentes in gymnasijs publicis, tamen eorum opinio reprobatur. *à Guid. Pap. decis. 88. sed vers. 3. Iac. Benn. de priuil. I.C. priuileg. part. 2. priuil. 49. num. 2. quem sequitur Farinac. de carcerib. quaest. 27. num. 83.*

39 Ampliat. vt non solum † non possit fieri exequutio in persona Doctoris, sed nec etiã in illius bonis, si reducantur ad inopiam, vel non possint ex aduocationis prouentibus commode viuere, seu non tenetur, nisi in quantum facere possit. *Castagn. tract. de benefic. deduct. quaest. 11. num. 38. circa med. addendo num. 51.*
40 *cum quatuor seq.* † non posse renuntiari huic beneficio. *Brun. de cession. bonor. quaest. 10. quart. quaest. princ. num.*

41 Contrarium tenent, *Zas.* † *& ab illo relati in l. Miles ff. de re iud. num. 8.* deciuendo tenentes præcedentem opinionem alios consentientes addit, *Ladercibius cons. 30. difficilis, num. 1.*

42 Ampl. in casu, quo † danda esset fideiussio standum sit illius iuratoriæ cautioni, si aliam non posse præstare, tantum desertur illius fidei, *Petr. Lenauder. tract. de priuil. Doctor. par. 2. §. 3. in fin. Iac. Benn. tract. de priuil. I.C. part. 2. priuil. 49. num. 3. Parid. de put. de syndicat. §. Doctor. Farinac. de carcer. quaest. 32. num. 80.*
43 & ratione qualitatis personæ † remitti onus fideiussionis tradit. *Bald. in l. abstinendum. C. quor. appellat. non recip. in fin.* vt dicitur de
43 vsufructuario, † qui si non habet fideiussorem statur illius cautioni. *Gail. obseruat. 47. quamuis lib. 2. num. 7. vers. bis tamen*, vbi relatis disentientibus, & illorum argumentis, concludit hanc opinionem esse benigniorem, *Ant. Hering. tract. de fideius. cap. 5. num 200. & seq. Castil. tract. de vsufruct. cap. 18. pro, n. 9. & seq.* ad dignitates ecclesiasticas nõ promoueri, qui in generalibus gymnasijs lauream, doctoralem non essent essequuti.

45 Ampl. præsertim † vbi agitur de executione facienda in vim obligationis factæ antequam, quis consequutus fuisset lauream doctoralem.

46 Ampl. etiam in illorum † vxore seruis, & familia. *Mathesil. & addentes ibi pem singul. 59. Guido Pap. decis. 389. num. 1. & seq.* late comprobans ampliando etiam, quod pater, seu maritus moriatur vel promoueatur ad maiora. *Io. de plat. in l. Meditos, & ibidem Glos. C. de profes. & mepic. lib. 10. n. 1. in fin.* vbi in princip. dixerat, familiam prætoris non debere inquirere, an filij, & familiares aduocati deferant arma. *Petr. Lanauder. tract. de priuileg Doctor. part. 2. §. 11. Milis in repertor. §. carcerari cl. 2.* limitando in nepotibus Doctorum. *Caeciulup. tract. de debit. suspect. de fuga. §. quinto, n. 9.* dubitando an filij gaudeant hoc priuilegio mortuo patre.

47 Ampl. præsertim pro repræsalijs † *Io. de Plat. in l. Medicos, C. de profes. lib. 10. num. 1. circa fin. Petr. Lenauder. tract. de priuileg. Doctor, part. 2. §. 33.* addendo idem seruandum in illius vxore, filijs, familia, & eis qui illos vadunt visitare.

48 Ampl. præsertim si tempore † contractus creditor sciuit Doctorem non esse soluendo, *Caecialup. de debit. suspect. quaest. 6. num. 2. & seq.* & conserunt dicta, *Gail. obseruat. 23. lib. 2. num. 6. post Med.* & expresse voluit. *Mat. Berlic. conclus. 28. part. 2. num. 42.*

49 Limit. in Doctore, † qui nec docendo, nec studendo, nec consulendo, nec patrocinando, nec officia publica exercendo, fungitur officio Doctoris, sed nomine tenus est Doctor. *Alex. in l. Centurio, ff. de vulgar. num. 6. quem refert, & sequitur. Brun. de cession. bonor. q. 10. quart. quaest. principal. num. 10. Castagn. de benef. deduct. quaest. 9. fallentia 11. Iac. Benen. de pri-*

de priuileg. I.C. part. 2. in præfat. num. 8. *addentes ad Thesaur. decis.* 153. *in fin. vers. de veritate.*

51 Limit. in Doctore, † qui rescripto Principis creatus fuit, *l. si ita quæ. §. fin. ff. de legat.* 2. *Guid. Pap. decis.* 88. *sed num.* 3. *& decis.* 388. *quo verò, num.* 11. *Hondad. cons.* 81. *consului, nu.* 7. *& seq. Castagn. de benef. deduct. quæst.* 9. *Fallen.* 5. *Iac. Ben. de priuil. I.C. part.* 2. *in præm. num.* 5. *Baetia. de Inop. debit. cap.* 16. *num.* 143. *in fin. latius tamen, hoc prosequitur. Gratian. disput.* 186. *num.* 68. *vsque in fin.*

52 Limit vbi Doctor † damnatus fuit, ad præstandum ea, quæ defecit in munere aduocationis seu officio suo.

53 Limit. vbi, Doctor † exercet munus procuratoris, cursitando per vicos, & plateas, obstrependo iudicum subsellia. *Guid. Pap. decis.* 89. *sed quia, & decis.* 388. *quo vero num.* 10. ea motus ratione, quia Doctor, qui exercet officium procuratoris, reputatur infamis, vt fine lege dixerat. *Io. Fabi. in §. fin. Inst. de except. nu.* 4. *in fin.* seu vt inquit. *Roman. singul.* 814. *tu habes*, quem sequitr. *Brun. de cession. bonor. q.* 10. *quart. quæst. num.* 10. *in fin. & num.* 11. quia

55 † Procuratoris officium non est dignitas, sed onus, & vile officium, & quædam seruilis ob secundatio, propterea non gaudet immunitate Doctorum, excluditur dignitate sui municipij, ad quam cæteri municipes admittuntur, *addentes ad Roman. d. sing.* 814. *in fin.*

55 Sublimitatur in ijs Doctoribus, † qui procurationis officium exercent in Romana Curia, nam cum illi scripto referant seriem facti, & processuum, quibus argumentis excitatur difficultas, vel ocurri possit, & ex quibus solemnibus impugnatur processus, vel sustineatur, aduocatis comprobaturis legum inductionibus, quarum nunc exiguus est vsus, vel decisionibus, quarum in vtrumque sensum plura legun. tur volumina, primas partes in causis dicuntur facere *Iac. Ben. de priuil. I.C. part.* 2. *in præfat.*

56 *num.* 13. & idem dicendum † de quibus cumquæ munus procuratoris exercentibus in quauis Curia principis, *Peregrin. cons.* 3. *cum hic lib.* 3. *nu.* 3. *Couar. pratic. quæst. cap.* 19. *His. num.* 7. *Mancin. de Iurament. part.* 3. *Artic. num.* 25. 39. *& seq. plurib.*

57 Sublimita in doctore † exercente officium procuratoris pro principe *l. nemo præfectus. C. de dignit. lib.* 10. *Brunus de cession. bonor. quæst.* 14. *quæst. princ. num.* 15. *circa Med. Roman. singul.* 814. *vbi addentes. Hondad. cons.* 1. *consului. lib.* 1. *& seq.* vbi alijs modis sublimitat. *Tiraquel. de Nobilitat. cap.* 30. *n.* 4. *& seq.* addendo idem dicendum de procuratore illustrium personarum.

58 Limit. in Doctore † exercente officium notariatus. *Iac. Ben. de priuil. I.C. par.* 2. *in proœm. num.* 10. *& seq.* sublimitando in notario principis. Idem repetit. *Boer. decis.* 222. *num.* 7. *& seq. Mat. Brun. de cession. bonor. quæst.* 10. *num.* 12. *& seq. quæst.* 9. *princ. & q.* 14. *num.* 13. *Tiraquel. de Nobilitat. cap.* 30. *num.* 8.

59 Limit. in Doctore † mercaturam exercente, seu pergulam, idest signum tenente, vnde indicatur emi, & vendi merces, *Guid. Pap. decis.* 196. *nobiles, num.* 1. arguendo à clericis, qui facti negotiatiores, exuuntur priuilegio clericali. *Brun. de cession. bonor. quæst.* 10. *quæst.* 4. *principal. nu.* 17. *Iac. Ben. de priuil. I.C. part.* 2. *præm. num.* 14. *Castag. de benef. deduct. cap.* 9.

60 *Fallent.* 4. subdens præterea an nobilitas † amissa à Patre per actum contrariū nobilitati, amittatur in filijs, late defendens negatiuam. *Mat. Berlic. conclus.* 28. *part.* 2. *num.* 40.

61 Sublimita si Doctor † per alium exercet mercaturam. *Cagnol. in l.* 15. *damnum, ff. de regul. iur. num.* 3. quod tamen intelligendum est, si absolute omnem mercaturam per alium Doctor exerceat, secus si ille rationes dispungat consentiat, emptioni, vel venditioni. *Brun. de cession. bonor. quæst.* 10. *quart. quæst. nu.* 18. *Iac. Ben. de priuileg. I.C. part.* 2. *in proœm. n.* 14. *in fin.*

62 Limit. in Doctore, qui † per fas, & nefas Lucellum quærente, sine distinctione, an iustam, vel iniustam foueat causam, cuicumquæ præstat officium suum, *Baetia. tract. de Inope debit. credit. addicend. cap.* 16. *num.* 147. *&* 151. addendo tales esse togatas vultures, canes acerrimos, qui nisi oblato cibo mansuescunt, latronibus illos esse priores, & publicæ latrocinari, dolens quare permittantur, & non expur-

63 getur † prouintia malis hominibus, vt ego addo, *iuxta. l.* 3. *ff. de officio præsidis*, verùm quid iuuat canere surdis, & psalere ijs, qui habentes aures non audiant, vel quod peius est audire nollunt.

64 Limit. vbi est † suspectus de fuga. *Caccialup. de Debit. suspect. quæst.* 5. *num.* 21. *in fin.* concludens capturam ex capire suspitionis fugæ concedi contra quoscumquæ, qui alias non possunt carcerari. *Guttierez. loquens de Doctore milite Clerico nobili viro, tract. de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 32. *Brun. de cession. Bonor. quæst.* 11. *num.* 16.

65 Limit. vbi fuit conuentus ab alio Doctore, nam cum priuilegiatus, non vtatur priuilegio contra alium æque priuilegiatum. *l. sed & Miles, ff. de excus. tutor.* carcærati poterit Doctor reus condemnatus. *Laderch. cons.* 30. *num.* 7. *vers. septimo.*

66 Limit. in Doctore, † qui sit debitor occasione administratæ tutelæ, vel curæ. *Asin. de exequut.* §. 2. *cap.* 7. *num.* 2.

67 Limit. vbi conuenitur † Doctor ex alia causa, quam ex debito contracto ex causa doctoratus, seu aduocationis, vt arguendo à milite ad Doctorem concludit. *Laderch. cons.* 30. *num.* 2. *in fin.* & à socero addentes, *ad Vinc. de Franc. decis.* 164. *num.* 10.

68 Limit. vbi Doctor † contraxit sciens non esse soluendo, nam ratione doli sit indignus priuilegio concesso Doctoribus. *Laderch. cons.* 30. *num.* 4. *& seq. Milis in repert.* §. *carcerari* 2. *l. penult. ff. de iur. deb.*

69 Limit. in Doctore † non habente libros, qui necessarij sunt ad officium aduocationis peragen-

gen-

gendum, vel scholares docendum *Domin. in cap. quæ ipsis dist. 38. Alex. ad Bart. in l. grammaticæ 2. C. de profes. & Med. lib. 10. Iac. Ben. de priuileg. I.C. part. 2. in præfat. num. 15.* dissusa est enim iuris prudentia pluribus volumi-
70 nibus, quæ an expediat † omnia, vel maiorem partem habere, late tractant. *Oldrad. cons. 84. & Neuizan. vnica quæst. relatus inter varios tract. de via, & ration. Iuris. Gratian. discept. 186. num. 89.*

71 Limit. in Doctore indocto † seu nomine tenus, nam ille indignus est quocumque priuilegio Doctoribus concesso, *Rol. à Val. cons. 66. decreturam lib. 1. num. 40.* & illos non Doctores, sed Iuris prudentiæ dolores nuncupat. *Angel in l. 1. §. pueritiam, ff. de postuland. nu. 4. in fin. Iac. Ben. de priuil. I.C. part. 2. in præfat. num. 2. & seq.* referens tempore Eugenij quarti fuisse decisum prærogatiuas concessas ex
72 regulis Cancellariæ graduatis, non † competere doctorellis, quod non fuisse deinde obseruarum, dolendum est, cum sæpe visum fuerit promoueri ad munus iudicandi aliquos, qui nec prima Iuris elementa nouerant, pretio coempto eo offitio. Quod mali genus abest a bijs, qui in Sacro Rotæ Auditorio cooptantur sacientibus illis periculum publice, & secreto an idonei sint ad tale munus. sicuti etiam à non nullis annis
73 audiui obseruari à Senatu † Mediolanensi non relaxatis litteris patentibus ad fauorem eius, qui nullam prius gesserat præturam, nisi illo ex tempore interrogato de aliquo iuris articulo, & sufficienter responderit. *Bactia. de Inope, debit, cap. 16. num. 143.*

74 Limit. si agatur † de soluendo debito descendente ex crimine. *Milis in repertor. §. carcerari el. 2. Socin. tract. de dilatiou. antic. 5. num. 35. in fin. Lenauder. de priuileg. Doct. part. 2. §. 11.*

75 Limit. vbi † consuetudo viget contraria. *Milis in repertor. §. carcerari 2. in fin.* addendo talem consuetudinem decennio induci. *Petrus Lanauder. de priuileg. Doct. part. 2. §. 11. Gratian. disceptat. 196. num. 1.* conttarium dixi supra, *num. 30.*

66 Limit. ex obligatione † dolosa, nam cum dolus nemini debeat patrocinari, *cap. ex tenore de rescript. l. etiam. §. 1. ff. sol. mat.* ex dolo suo non debet Doctor commodum reporta-
77 re, vt in simili de socero decipiente † generum dixit. *Laderch. cons. 30. num. 5. per l. penult. ff. de vir. Dot. Mat. Berlic. conl. 28. part. 2. n. 39. Milis in repertor. §. carcerari 2. Petrus Lanauder. de priuileg. Doctorum part. 2. §. 11. Baetia. de Inope debit. cap. 16. num. 141.*

78 Limit. vbi Doctor † conuenitur in rem, vt puta si ab illo petatur fundus, vel tanquam non suus, vel alia simili actione. *Laderch. cons. 30. num. 6. argum.* eorum, quæ de marito dicunt. *Bal. Rom. & Incol. in l. si filio 2. ff. sol. mat. n. 9. Ias. l. si constante, ff. sol. mat. num. 119.*

79 Limit. in Doctore poesis, † nam licèt Doctor dicatur à docendo, poetæque donentur corona laurea, & illo insigne creantur Doctores, non aliter ac creantur I.C. medici Theologi, per biretti impositionem, annuli aurei immisionè, & alijs solemnibus relatis. *à Petr. Lenauder. tract. de Doctor. priuileg. part. 1. num. quæst. 3.* placuit tamen Imperatoribus illos excludi omni litteratorū priuilegio. *l. poeta. C. de professor. & medic. lib. 10.* quorum Sanctionem late comprobat. *D. August. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 14.*
80 relato Platone, qui poetas † e sua Repub. eliminandos censuit, vt late est deinde prosequutus. *Petr. Gregor. in sua repub. lib. 1. 17. cap. 5. num. 3. dum num. 1. & 2.* retulisset argumenta, quibus sit interdicenda poesis cum illius lectione, licèt deinde, *num. 4.* subdat argumenta quibus in Republica pati, vel in illam inuchi possint, quod latius explicant. *Cassan. in Catalog. glor. mund. part. 10. considerat 45. Tiraquell. de nobilitat quæst. 31. num. 5. Adam Cotzen. politicor. lib. 4. cap. 19. num. 2. & seq.*
81 & quod poetæ † non gaudeant priuilegio Doctorum expresse firmant *Io. de Plat. in l. medicos, C. de professor. lib. 10. num. 1. vers. & hoc immunitas. Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga, §. quinto, num. 9. circa fin. Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quæst. 10. num. 3. in fin. quart. princ.* multa tamen in suis canticis de ipsis loquuntur poetæ, quæ an vera sint, non disquiro, nè crabrones dormientes, & algentes excitem.

82 Limit. in causa † criminali, quia reatus omne priuilegium excludit. *Io. de Plat. in l. Medicos. C. de professor. lib. 10. num. 1. vers. in criminal. & vers. & nimirum. Petr. Lenauder. de priuileg. Doctor. part. 2. §. 3. addentes, ad Mathesil. singol. 59. numero 2. et sequentibus pluribus*, concludentes posse carcerari, de consuetudine, item, si non de iure, etiam torqueri, late disputet, an exter talis consuetudo, vel an sit valida, & quibus casibus, & Doctoribus, sit illa insligenda. *Auffrer. Clem. vt clericorum de offic. ordin. num. 5. vers. et merito supra dixi.* In casu tamen, quo crimen non esset grauissimum, idest, vt ego interpretor, non esset pro crimine imponenda pœna corporis afflictiua. *l. si seruorum. §. in personis, ff. de pœnis. Alex. quæst. Rex. Aragonum in 2. dub. col. 3. vers. circa tamen,* non potest carcerari, sed carcere solui debet Doctor, data cautione, etiam iuratoria, vbi ex illius impotentia non potest dare fideiussorem. *Io. de Plat. in l. medicos, C. de profes. lib. 10. in princ. & dixi supra, num. 42.*

Quid dicendū si fecit pactū, vt posset carcerari, si non adimplet promissa, *dixi infa §. 3. ampliat. 11.* vel renuntiauit priuilegio Doctoris, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 167. num. 43.*

§. II.

SVMMARIVM.

Imperatoria maiestas armis decoratur, et legibus armatur. 1.

Milites, et I.C. sunt necessarij in repub. 1.

Mili-

Milites in subsidium rei iudicatæ non carcerantur. 2. *ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Limit.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. *et* 17.

Miles an possit renunciare priuilegio, quod carcerari non possit. 16.

1 IMperatoriam maiestatem † armis decorari, & legibus armari scripsit. *Tribonianus in præfat. inst.* Iuris ciuilis, tacite indicans militibus, & legum professoribus rempub. indigere, illorum ope, & consilio augeri, firmari, & consistere, ideo Iure Romano legimus fuisse, I.C. & militibus concessa plura priuilegia, tam circa illorum bona, quam personas, dixi de Doctoribus agam. *Doc.* §. *de militibus*, quos

2 in subsidium non posse carcerari, in exequutione sententiæ latæ in quemuis illorum in actione personali dixere. *Bald in l.* 1. *C. qui bonis ceder. pos. num.* 16. *Angel. in l. Miles, ff. de re iud. num.* 1. *Marc. Mant. tract. de priuileg. milit. vers. decimum quartum vbi de communi Alex. in l. Miles, ff. de re iud. num.* 2. *circa fin. l. medicos C. de profes. lib.* 11. *vbi Io. de Plat. n.* 1. *in princ. Caccialup. tract. de debitor suspect. de fuga,* §. *quinto, num.* 12. *Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quæst.* 10. *num.* 2. *& seq. quæst.* 9. *prin. Io. Castagn. tract. de benef. deduct. quæst.* 9. *num.* 47. *Socin. in rub. de dilation. artic.* 5. *num.* 36. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 167. *num.* 45.

3 Ampl. etiam † in milite coelestis militiæ, *vt dixi.* § *seq.*

4 Ampl. etiam in † militibus nostri temporis, qui licèt non ornentur militari cingulo, nec stigmate, nec in illis creandis seruentur antiqua solemnia, sed considererur potius in illis militaris actus, quam creandorum militum forma, si tamen student armis, & non mercimonijs, vt faciunt milites Florentini, & alij, qui fulgent calcaribus aureis, & eminent in sessionibus, & non in pugna, vel armorum exercitio, & vsus, gaudent isto priuilegio, nec carceri mancipentur. *Caccialup. & ab illo relati tract. de debit. suspec. de fuga,* §. *quinto, num.* 13. *in fin.* 14. *& seq. Ias. l. Miles, ff. de re iud. num.* 10. *Io. Castagn. tract. de benefic. deduct. quæst.* 9. *num.* 48. *& seq.* ampliando non valere consuetudinem contrarium nec posse à milite renuntiari huic priuilegio.

5 Ampl. præsertim † in militibus militiæ S. Ioannis Hierosol. & similibus. *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de exception. cap.* 1. *num.* 49. *vers. primus.*

6 Ampl. etiam † in nobilibus, qui assidue armis exercentur, vt dixi supra.

7 Ampl. etiam in † militibus destinatis ad custodiam prouinciæ, vel regni. *Io. Castagn. tract. de benef. deduct. quæst.* 9. *num.* 47. *Trentacinq. var. resol lib.* 2. *de except. resolut* 1. *num.* 49.

9 Ampl. tam pro debito † contracto in castris, seu militiæ causa, & pro armis, quam extra castra. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga,* §. *quinto num.* 12.

9 Ampl. etiam † in militibus stipendiarijs, qui conducti exercent se in armis, quibus assimilo istos, qui nostris temporibus ascribuntur militiæ in quolibet oppido, gaudentes diuersis priuilegijs circa delationes armorum, & similibus, quæ nihil impendij afferunt principibus. *Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga,* §. *quinto, num.* 12. *et seq. quæstio pulcra. Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de exception. resol.* 1. *num.* 49. *vers. secundus, & vers. quartus.*

10 Limit. in causa † criminali, quia reatus omne priuilegium excludit. *Io. de Plat. in l. medicos, C. de professor. lib.* 10. *num.* 1. *vers. in criminali, et vers. et nimirum. Petr. Lenauder. de priuileg. Doctor. part.* 2. §. 3. *addentes ad Matth. fil. sing.* 59. *num.* 2. *et sequentibus pluribus,* concludentes posse carcerari, & de consuetudine saltem, si non de iure.

11 Limit. vbi consuetudo † extat, in contrarium. *Milis in repertor.* §. *carcerari* 2. *Petr. Lenauder. tract. de priuileg. Doctor. part.* 2. §. 11.

12 Limit. in milite † exercente mercaturam per se, vel alium. *Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quæst.* 10. *num.* 17. *et seq. quart. quæst. princ. et quæst.* 11. *eiusdem* 4. *quæst. n.* 7. *Math. Berlic. conclus.* 28. *part.* 2. *num.* 40.

13 Limit. in milite † suspecto de fuga. *Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quæst.* 11. *quart. quæst. num.* 16. *idem asserens dicendum de clerico. Caccialup. de debit. suspect. de fuga,* §. 5. *num.* 21. *in fin.*

14 Limit. in militibus † auratis non ascriptis alicui signo: sed ampulosi, & minaces vagantur. *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de except. cap.* 1. *num.* 49. *vers. tertius.*

15 Limit. in militibus † qui titulo militari, etiã à supremo Principe decorantur et militiæ non inseruiunt. *Trentacinq. var. resol. lib.* 2. *de except. cap.* 1. *num.* 49. *vers. quintus.*

16 An miles possit huic priuilegio † renuntiare. *Amuesca. tract. de potest. in se ipsum, lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 19. relatis, qui teneat negatiuam, & affirmatiuam adhæret affirmatiuæ, sed illam limitat, si res pub. egeat illorum opera.

17 Limit. vbi miles † ex arte quam callet potest sibi victum parare. *Collerus. de processibus part.* 2. *cap.* 3. *num.* 118.

18 An miles tuta consciẽtia, & sine pœna possit bona occultare, ne illa capiantur, affirmatiuam tenent relati. *à Cancer. Var. Resol. tom.* 2. *de execut. sent. cap.* 17. *num.* 517. *et seq.* sed illam limitat, *nu.* 525. vbi miles est pauper, & alias non viueret sine deteriotatione suæ famæ.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Clericus est maior quouis layco. 1.

Clerici non carcerantur in causa ciuili 2. *ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 16. 18. 19. 27. 28. 29. 31. 33. 35. 54.

Limit. 36. 40. 41. 43. 44. 46. 47. 48. 50. 51. 56. 57. 58.

Clericus an renuntiare possit beneficio ne carcerari

vari possit in causa ciuili, si deficiat in promissione sua, & condemnetur. 9
Iuramentum censetur interpositum iuxta naturam actus, cui apponitur. 12
Clericus, quando carcerari possit, si non soluat pensionem. 13. *praxis Rom. Cur. contra clericos non soluentes pensionem*. 14
Exceptio omnis modificans sententiam potest cōtra illam opponi etiam in illius executione. 17
Pactum, quod quis excommunicari possit non facta solutione, an sit validum. 20.23
Excommunicatio non profertur in aliquem, nisi praecedat culpa. 21.22
Bannum Imperiale in nullum profertur, nisi praecedat culpa. 24
Excommunicatio proferri an possit in impotentem ad soluendum. 25.26
Clericus quando conueniat debitorem suum vltra quam facere potest. 31.32. *Quando conueniri, & reconueniri possit coram laico*. 34.38. *quomodo probetur dolose se obligasse, seu contraxisse*. 42
Debitor fugitiuus, quis dicatur. 37.38.39
Clericus minoribus insignitus, si non inseruit Altari, vel Ecclesia, par est laico. 44. *Si dat operam mercaturae, conuenitur coram Consule mercatorum in spectantibus ad mercaturam*. 45. *A quo Iudice puniatur si post delictum est factus clericus*. 52
Mendacio conuictus amittit beneficium iuris, quo sine mendacio gaudere poterat. 49.
Clericus vbi potest à laico Iudice damnari ad seruiendum creditori, tradendus est seruitio à Iudice ecclesiastico. 53
Monasterium an ingredi possit grauatus aere alieno. 55

IVre praelationis, & dignitatis, quae dicam, *hoc §. tertio*, erant dicenda, *§. 1. et 2.* cum certum
1 sit quemuis clericum † in Christiana Repub. maiorem esse quouis laico. *cap. beatus. 6. q. 1. can. duo sunt. dist. 99. Glos. cap. sedes. verb. maiores, de rescript.* Tamen quia Doctores, & milites occupantur circa plura, quae sunt interdicta clericis, praemissis, quae longiorem requirebant excussionem, agam post illa de clericorum priuilegio in executione rei iudicatae, firman-
2 do, † si fuerint in actione personali contra illos mota, condemnati, non esse carcerandos. *Angel. in l. Miles, ff. de re iud. num. 1. in fin. Caccialup. de debit. suspect. quaest. 5. num. 18. addentes ad Mathesil sing. 61. Marsil. in prax. §. Attingam, num. 70. vbi refert. Bal. dissentire. Io. Ant Niger. de vita, & honest. cleric. in repet. elem. num. 334. et seq. et 337. Baetia de inope debit. cap. 17. num. 1. et seq. Mat. Berlic. conclus. 28. part. 2. nu. 34. in fin. Graf. de effect. clerie. cap. 7. num. 1. Castagn. de benef. deduct. quaest. 10. n. 1. 17. et seq. cum alijs cumulatis supra. cap. 11. §. 4. num. 9. et §. 5. num. 62. Amat. Rodriquez de execut. senten. cap. 5. num. 58.*
3 Ampl. etiam si † pactus fuisset cum creditore, vt posset carcerari. *Io. And. in cap. 51. clericis, de sent. excom. in sext. quem vnà cum apo. alleg. 118. refert, et sequitur Caccialup. de debit. suspect. cap. 5. num. 18. in fin. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 167. num. 51.*
4 Ampl. nec etiam de † mandato Iudicis Ecclesiastici, etiam quod sint in minoribus ordinibus tantum constituti. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga. §. 5. num. 19. Mathesil. singul. 61. Lapus allegat. 118. quaeritur non leuiter. num. 4. vers. nam Iudex.*
5 Ampl. † etiam si ageretur de fructibus census consignatiui. *Carol. de Graff. de effect. clerie. effect. 7. nun. 13.*
6 Ampl. etiam † in clerico coniugato cum vnica, & virgine incedente in habitu, & tonsura. *Lapus allegat. 118. quaeritur non leuiter. num. 2. et seq.* afferens credere ita tenere Rom. Curiam, *et Mandos. late ibid. confirmat.* Contrarium probat *Natta. cons. 306. num. 6. et cons. 356. num. 2. lib. 2. Castagna de Benef. deduct. quaest. 10. fallent. 9. num. 14.*
7 Ampl. vt Iudex † Ecclesiasticus sit excommunicatus, si detineat clericum inuitum in causa pecuniaria, de qua ille cognouit. *Lapus allegat. 118. quaeritur non leuiter. num. 4. vers. nam Iudex. vbi Mandos. plures consentientes refert* Io. Ant. Niger. *in extrauag. de uita, et honest. cleric. num.* 334.
8 Ampl. presertim † pendente iudicio, an clericus sit admittendus ab beneficium *cap. Odoardus, de solution. Brun. de cessione. bonor. q. 3. num. 1. et seq. Abb. d. cap. Odoardus, num. 8.* quos refert, & sequitur, *de Grassis. de effect. clerie. effect. 7. num. 16. et seq. vbi rationes refert.*
9 Ampl. etiam si † clericus renunciasset priuilegio, quod carcerari non possit, si ille sit impotens ad soluendum. *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 9. addentes ad Mathesil. sing. 61. n. 1. licet deinde, num. 7.* referentes, qui dubitent, an
10 clericus possit renunciare † huic priuilegio sibi dato ob publicam vtilitatem, vt dixit prima *apostil. ad eumdem Mathesil. et examinat Gallerat. de renunciat. part. 3. centur. 2. renunciat. 140. et ante Gallerat. Baetia de inope debitor. cap. 17. num. 4. et 9. Castag. de Benef. deduct. quaest. 10. num. 49. Amuesca de potestat. in se ipsum, lib. 2. quaest. 24. num. 9. et seq.* ampliando etiam si renunciatio sit iurata: sed distinguit *Carol. de Graf. de effect. clerie. effect. 7. num. 19. vsque ad 29. Baetia de inop. debit. cap. 17. n. 5.* concludens non posse clericum renunciare beneficio ne carceretur.
11 Ampl. etiam si fuerit obligatus † cum iuramento, & obligatione Camerali, etiam ex causa pensionis reseruatae super beneficio Ecclesiastico. *Couar. relatis dissentientibus, var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 9. circa fin. Baetia de inope debit. cap. 17. sequitur Couar. reprobato Gomesio, num. 6. et 8.* eam afferens rationem, quia
12 iuramentum † censetur interpositum iuxta naturam actus cui apponitur: propterea cum contractus initus cum clerico habeat annexam qualitatem, vt pro illius obseruantia ille non carceretur, nihil operatur tale pactum iuratum, *et dixi supra, cap. 11. §. 5. num. 54. Castagn. de Benef. deduct. quaest. 10. num. 34. circa fin. Carol.*

de

de Graf. de effect. Clericat effectu 7. *num*.19. *& seq*. addit, modò fuerit absolutus à iuramento, & hoc modo conciliat dissentientes. *Battia de inope debit. cap*.17.*num*.8.*relati à Io. Ant. Nigro de vita, & honest. cleric.num*.344 *& seq. & dixi supra cap*.11.§.4.*num*.9.

13 Contrarium tenent *Treuisan*. † *decis*.19. *lib*.1. *num*.2. *&* 3. *Gratian. dicept*.222.*n*.50. *& seq*. distinguendo, an agatur contra resignatarium, vel alium, super cuius beneficij fructibus Papa etiam motu proprio reseruauit pensionē; vt priori casu recedendum sit ab amplatione, secundo autem casu secus. Eamdem distinctionem sequuntur *Carol. de Graf. de effect. cleric. effect*.7.*n*.48. *& seq. Castagn.de Benef.deduct. quæst*.10. *limit* 2. *Io. Ant. Niger de vita, & honest.Cleric. num*.338. *& seq. &*.353.

14 Ab annis tamen quadraginta, & † citra, quibus Vrbem ob patriæ calamitatem colo, practicatum vidi clericos carcerari, & in subsidium publice excommunicari ex quauis causa obligatos informa Cameræ, & eam praxim *Castag. de Benef deduct. quæst*.10. *Fallent*.9. probat, quia illa continet renunciationem omnium auxiliorum; & quod obligatus possit carcerari, & excommunicari. Quæ rationes videntur minime vrgere ex ijs, quæ dixi supra. *num* 10. *& seq. & dicam infra*.

15 Ampl. vt non solùm † carcerari non possit, sed nec etiam capienda sint illius bona, si non supersint illi alimenta, vt late probat *Battia de Inope debit. cap*.17. *num*.7. *& seq. & post Baetiam nouissime*, post hæc scripta late examinat *Io. Castagn tract.de Benefic.Deduct.q*.10. qui mihi ademit laborem eamdem materiam examinandi, excussis, quæ retuli in meis collectaneis, *ad l.maritum, ff. solut. mat. et Couar.Var. resol.lib*.2. *cap*.1. *num*.9. *vers. Hinc Gigas*. addit, Iudicem aliud facientem esse excommunicatum. *Io. Castag. de Benef. Deduct. quæst*.10.*num*.34.

16 Ampl. etiam si clericus † condemnatus fuisset tribus sententijs conformibus, vt reprobato *Gomesio firmat Couar. var. resol.lib*.2. *c.r. num*.9.*vers.quoties vero.Baetia tract. de inope debit.cap*.17. *num*.6. qui concludentes rationes refert, & præcipue, quod † omnis exceptio

17 non perimens sententiam, sed illam modificās, potest opponi, etiam in illius executione. *Graf. de effect. cleric. effect*.7.*num*.45.

Contrarium tenent *Castag. et plures ab eo relati de Benef. deduct quæst*.10.*limit*.5. *et relati à Graf.de effect.cleric.effect*.7.*num*.44.*Baetia, reprobando Gomes. de inope debit. cap*.17. *num*.6.

18 Ampl. vt neque possit † excommunicari in subsidium. *Couar. var. resol.lib*.2.*cap*.1.*nu*.9. *in princ. Brun. à Sole in compend. proposition*. §. *Clericus, licet debitor. Carol. de Graf. de effect.cleric.effectu*.7.*nu*.12.*et seq*.addendo etiam si ageretur de fructibus census.

19 Ampl. vt neque excommunicari possit, † etiā quod clericus pactus fuisset, vt deficiente in adimplemento promissorum posset excōmunicari. *Inn. in cap. p. et g. de offic. deleg*. concludens generaliter non esse excommunicandum, qui conuenta die non soluit, etiam accedente pacto in contrarium, si fuerit impotens ad soluendum: subdens quid dicendum, si durante termino ad soluendum sequuta sit talis impotentia culpa ipsius debitoris, vel casu, vel facto alterius, *Fel.eod.cap.p.et g. num*.2. *circa med*.

20 concludens non esse validum † tale pactum, etiam iuratum, quia turpe, contra bonos mores, quia ex illo innocens, qui non deliquit, separatur à communione fidelium. Item quia est contra naturam rei, super qua interponitur,

21 nam † natura excommunicationis est, vt numquam illa proferatur, nisi præcedat culpa: & licet appositio diei, sit apta inducere contumatiam, & incorrigibilitatem, numquam tamen inducit culpam, quia, *vt dixi de laudem lib*.4. *quæst*. 5.*num*.9. tempus non est potens causa alicuius actus, sed est tantum perpetuus comes humanarum actionum, & ideo non ascribitur inter causas, sed inter accidentia. Ideo cum

22 ad infligendas† censuras requiratur culpa cum contumacia, & in impotente debitore nulla cadat culpa, vel contumacia, nullatenus est excommunicandus, si conuenta die non soluat: &

23 si non valet † pactum, quo quis obliget corpus, & membra sua, quia nemo est dominus illorum, tanto minus valebit pactum, quo anima dedacatur ad inferos, quæ fuit destinata superis, & Deo, sequitur *Mat.Berlic. Doctor Saxonus, conclus*.27. *part*.2.*num*.33.*et* 34.*subdens n*.35.

24 idem dici de † banno Imperiali, & ita receptū in Cam. Imperij asserit. *Gail.de pace pub.lib*.2.

25 *cap*.2.*num*.13. † Et ita data impotentia debiris concludunt *Suarez. de Censuris. disput*.20. *section*.2. *num*.8. *et seq. Alterius de Censuris, lib*.3.*disput*.1.*cap*.7.*col*.4.*vers.quarto, et col*.6. *vers. et id circo in fin. Baetia. de inope debit. lib*.2.*cap*.27. *num*.9.*et seq.Io.Castagn. et ab illo relati de Benefic.Deduct. quæst*.10. *num*.33. *Io.Ant.Niger.in extrauag.de uita et honest.cleric.num*.335

26 Contrarium † firmarunt *Abb.in cap. P.et G*. 40.*de offic.deleg.n*.6.*et seq*.subdendo distinctiones, & subdistinctiones, quæ illius opin.turbant, & illum sine distinctione aliqua sequitur *Gail. de pace pub. lib*. 2. *cap*.2. *magnam*. *num*.5. *et seq*.

27 Ampl. etiam si non † cedat bonis. *Abb. in cap.Odoardus, de solut. num*.8. *vbi aduersus Hostiens.Io And*. & alios tenet clericum non esse obligatum cedere bonis. *Abb. refert, et sequitur alijs relatis, Io. Castagn. de Benef. de. duct.quæst*.9.*num*.25.*et seq. Carol de Graf. de effect. clericat.effect*.7.*n um*.70. *et seq*.

28 Ampl.etiam † in clerico in minoribus constituto.*Caccialup.de debit. suspect.de fuga.quæst*. 5.*num*. 19.

29 Ampl.etiam si ageretur † de solutione debiti contracti ante clericatum. *Io. And. et Abbas in cap. vnic.de obligat ad. ratiocin. Alex. in l.cum. quædam puella.ff. de iurisdict. omn. iud. num*.3. *Baetia tract. de inope debit. cap*.17. *num*.22.*Io,Castagn.de Benef.deduct. quæst*. 9.

30 *ampl*.3.† Limitando, si debitor factus fuit clericus

ricus in fraudem, vel postquam fuit condemnatus, addendo quomodo probetur factus clericus in fraudem.

31 Ampl. è contra, vt clericus † non possit conuenire debitorem, nisi in quantum facere potest, & consequenter non potest Ecclesia ad extremã pauperiem deducere debitorem suum, ita vt egeat alienis ad victum. *Gloss. in cap. 4. verb. quod minus. 16. quæst. 7.* eam afferens rationem, quia res Ecclesiæ sunt omnibus communes, sequitur *Surd. de alime. tit. 1. quæst. 78. His. num. 23. relato Dec. in cap. Episcopus, de prebend.* qui sequendo dictam *Glos.* idem fir-
32 mauerat, nisi † clericus, seu Prælatus, & ipse sit in maiori inopia, quia prima, & ordinata caritas incipit à se ipso *Castag. de Benef. deduct. quæst. 10. nu. 16.* eam afferens rationem, quòd sicuti clericus conuentus à laico non tenetur, nisi in quantum facere potest, & ne egeat, eodem iure vti debet in laicum debitorem, iuxta illud *D. Matt. cap. 7. & D. Luc. cap. 6.* Eadem mensura, qua meriemini, metietur & vobis. Cõtrarium tamen vidi obseruatum cum cõductoribus vectigalium, qui exuti omnibus bonis, aliqui illorum, vt viuerent, coacti Monasterium sunt ingressi.

33 Ampl. etiam, † vbi fuit condemnatus ex sententia Iudicis laici, in casu quo conueniri, vel reconueniri poterat. *Lapus allegat. 118. Quæritur non leuiter. num. 4. vers. Item, si clericus conueniens laicum.* Qui autem sint casus, in
34 quibus clericus † conueniri, vel reconueniri possit coram laico Iudice, dixi in meis *Collect. ad cap. 3. 11. q. 1.*

34 Ampl. etiam si se obligasset † soluere cum iuramento, & Guarantigia. *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 7. nu. 15. 25. et seq. vers. Aut simpliciter.*

36 Limit. vbi est suspectus † de fuga, nam simul cum bonis, quæ præparat ad fugam, poterit ab ipso creditore capi, & tradi proprio Iudici, non relaxandus, donec soluat. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga, quæst. sexta, quinta quæst. n. 19 & 21.* vbi dum prius *num. 18.* retulisset dissentientes, addit posse capi ab ipso creditore, & à Iudice ecclesiastico, & seculari, & alijs, qui illũ adiuuent. Sequitur *Couar. var. resol. lib. 2. c. 1. num. 9. circa med. vers. citat Collectarium. Castagn. de Benef. deduct. quæst. 10. nu. 36. & seq.*
37 declarando, *num. 39. & seq.* quis dicatur debitor fugitiuus, addendo posse etiam capi à Iudice laico, tam isto casu, quàm si reperiatur in
38 fuga † ob delictum; quia cessat dolus, qui requiritur, vt sit locus Canoni, Si quis suadente, declarando *num. 46.* aliud dicendum, si tantùm sit suspectus de fuga, quia tunc laicus Iudex non posset capere, nisi fuerit in actu fugæ, vt subdit *num. 48. Graf. de effect. Cleric. effect. 7. num. 35. Baetia de inop. debit. cap. 17. num. 11.*
39 *& seq.* addendo idem dicendum, † si asportat, vel abscondit bona sua. Et idem dixerat *cap. antecedenti, nu. 126. Baetia de inope debit. cap. 17. numero 1. Io. Ant. Niger in Extrauag. de vita, & honest. cleric. num. 353. vers. Limita secundo. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 167. num. 54.* addendo posse capi de mandato Iudicis laici. idem repetit *Bossius de captura. num. 38.*

40 Limit. vt nihil illi † relinquendum sit ex fructibus beneficij, vel patrimonij, vbi sua industria, & labore viuere potest, inseruiendo alicui Ecclesiæ. *Mandel. cons. 122. Certissima. n. 8.* addendo præsertim, si agatur de causa dotis promissæ à clerico suæ sorori. *Surd. de aliment. tit. 1 quæst. 78. num. 31. & seq.*

41 Limit. in Clerico, qui † tempore quo contraxit æs alienum, vel se obligauit, plùs non habebat in bonis, quàm tempore, quo conuenitur ad soluendum. *Bart. in l. alia. § eleganter. ff sol. mat.* quem refert, & sequitur *Mandel. cons. 122. Certissima nu. 7.* addendo tantò magis procedere, si tẽpore obligationis minus habeat in bonis; quia vt ego addo, videtur in dolo, contrahendo supra vires sui patrimonij, & ratione doli excluditur beneficio iuris, ne careeretur. *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. nu. 44. Carol. de Graff. de effect. Clericat. effect. 7. n. 32.*
42 *& seq.* vbi refert plura signa, † quibus detegitur clericum dolosè se obligasse, seu contraxisse. *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 42. & seq. Ferret. cons. 144. num. 4. & 5.* vbi refert plura signa dolosæ obligationis.

43 Limit. in clericis, † qui tantùm sunt minoribus insigniti, & non inseruiunt altari, aut Ecclesiæ. *Couar. var. Resol. lib. 2. cap. 1. num. 9. cir-*
44 *ca med. vers. Alberic. paus.* addendo tales † clericos isto casu pares esse laicis, & secularibus. *Gratian. disput. 222. num. 39. & seq. Castagn. de Benefic. deduct. quæst. 10. num. 28. & sequen. Graff. de effect. Clericat. effect. 7. nu. 4. Baetia de Inop. debit. cap. 17. num. 20.*

Limit. vbi clericus fuit conuentus actione
45 † in rem; nam condemnatus non gaudet aliquo beneficio, sed rem debet restituere, aliàs cõtra illum victor experitur omni iuris auxilio. *Brun. de Cession. bonor. quæst. 3. nu. 14. & seq. Carol. de Graff. tract. de effect. Clericat. effect. 7. num. 62.* eam afferens rationem, quia isto casu non agitur de persona clerici, nec quid ratione personæ illius prætenditur. *Castagn. de Benef. deduct. quæst. 10. limit. 6. Surd. de Aliment. tit. 1 quæst. 78. num. 39. & 40.* addendo procedere non solùm, si fuit conuentus tanquam principalis, sed etiã tanquam tertius. *Carol. de Graff. de effect. clericat. effect. 7. num. 62. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78. num. 39. & seq.*

44 Lim. in clerico, qui † mercaturam exercet, si conueniatur occasione mercaturæ, secus alia ex causa. *Castagna de Benef. deduct. quæst. 10. limit. 3. num. 1. & seq.* concludens illum priuari beneficio deducto ne egeat, conueniri posse
45 coram Consule † mercatorum, amittere priuilegia concessa clericis; inuehens in clericos, qui differunt vendere suas fruges, vt carius vendant, & tales clericos tanquam pestem fugiendos esse, & à superioribus cogendos esse vt vendant, iuxta pragmaticam. *Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 7. n. 63. & seq.* & quòd clericus exercẽs mercaturam, coram Iudice laico mercaturæ possit cõueniri, latè tradit *Munoz de Escou. de Ratiocin. cap. 7. num. 37. & seq.* addendo clericum

merca-

mercatorem haberi pro seculari in ijs, quæ spectant ad mercaturam, amittere priuilegium
fori,& alia addit *ex Stracca de Mercatura, p.3.*
nu.9.& seq. qui addit procedere etiam in mercatura iure ciuili permissa clericis.
46 Limit. vbi clericus † non viuit clericaliter.
Bal.in l.1.C.qui bonis ceder.poss.Ferret.consil.
144.num.13.Graf.de effect.cleric.effect.7.n.51.
Natta cons.356.Non est.num.5.
47 Limit. vbi agitur de † soluendo debito habente originem à delicto,seu quasi. *cap.olim 2.*
de rest.spol. Gloss.fin.in cap.Odoardus de solut.
Carpan.ad Statut.Mediolan.lib.1.c.167.n.53.
cum alijs cumulatis à Graf.de effectib. Cleric.
effect.7.nu.38. subdens an isto casu clericus sit
aliqua pœna damnandus, *addentes ad Matth.sil.*
sing.60. vers. hac tam. Baetia de inope debit.
cap.17.num.1.et 13.in princ. sublimitando, si
pecunia soluenda ex delicto, non est pœna tantùm ex parte clerici: & idem dicitur de quocũque alio debitore,qui non posset carcerari.*Baetia de inope debit. cap.16.nu.26.& seq. Marsil.*
in praxi.§. Attingam.num.70. in fin. Io.Ant.
Niger de vita, & honest.cleric.num.354.Milis in Repert.§.Clericus,si pro debito.
48 Limit. vbi pertinaciter † negando debitum
fuit conuictus, & condemnatus. *Ferret.consil.144. quaeritur in effectu.num.1.* & ratio est,
49 vt ego addo,quia conuictus de mendacio † exclusus est omni iuris priuilegio illi concesso, si
veritatem dixisset.*cap.1.§.vassall.si de feud.defunct.cont.sit inter domin. & agnat.l.fin.ff.de*
*rei vendicat.*cum alijs cumulatis ad eundẽ textum in meis Collectaneis. *relati à Castagn.de*
benefic.deduct.quaest.5.fallentia 10.n.9.Amuesca de potest. in se ipsum.lib.2.c.23. exemplum
referens nobilis, & minoris, qui ignorauit negauit se nobilem,vel minorem.
50 Limit. in clerico, qui tutelam, † vel administrationem aliquam gessit, & fuit condemnatus in aliqua quantitate, vt volunt relati ab
Escouar.de Ratiocin.cap.7.num.10. 11. 12.&
13.addendo procedere etiam in Episcopo, qui
administrauit bona alicuius Principis,qui si fuerit de fuga suspectus; potest etiam carcerari.
Seu ipse ex *Bobadil in sua politic.Diaz regul.*
92.Guttier. pract. quaest. lib.1.quaest.24. &
de tutel. lib.2.cap.1. num.9. Bal.in auth. licet.
*C.de sacros.Eccles.*contrarium tenet *Castagna*
de Benef.deduct.quaest.10 fallentia 9.n.10.
51 Limita in clerico, † qui fuit promotus ad
clericatum post obligationem, qua fuit condẽnatus. *Carol.de Graff.de effect.clericat.effect.7.*
num.60.61. addendo idem dici, si fuit promotus postquam fuit condemnatus, prælertim
si vtroque casu id factũ fuit clandestine:& comprobari potest ex opinione eorum, qui volunt
52 promotum ad clericatum † post commissum
delictum posse à laico Iudice puniri, quos refert *Carol. de Graff. de effect clericat.effect.1.n.*
1071. & seq.

Contrarium tenet *Baetia tract. de inop. debitor.cap.17. num.22.* eam afferens rationem,
quia per promotionem ad clericatum mutatur
forus, & status personæ promotæ.

Singulare vnum est notandum, quod vbi deficientibus bonis clerici, deueniendum esset ad
pœnam corporis afflictiuam,iuxta regulã, quod
qui non habet in ære, luat in corpore, vt puta
si essemus in Prouincia, vbi receptum esset Statutum Laicorum ab Ecclesia, vt debitores tradantur in seruitium creditorum, quod si fimus
53 in casu,† quo clericus potuit à Iudice laico cõdemnari ad soluendum, quòd nullatenus tradendus sit imperio eiusdem Iudicis,sed adeundus est ecclesiasticus Iudex, qui de corpore clerici decernat.*cap dilectus de appell.cap.cap.gravis de pœnis*, per quæ iura, *relatis Ioan. de*
Anan. & Domin.in cap.Si clericus,de sententia excom. firmat *Baetia de inop.debit.cap.17.*
num.14.

Quæ dixi de clerico non mancipando carce-
54 ri,eadẽ sunt repetẽda † in monacho.*Bal auth.*
causa, quæ fit cum monacho. n.3. vers. quartum,C.de Episc.& cleric. Abb. in c.1. & A.de
*re iud.num.27.*Sed an quis possit monasterium
55 ingredi, si fuerit grauatus † ære alieno,videndus *Bonacin.* cum ab illo relatis *in sua Summa Moralis Theolog.tom.2.disput.1. q.vltim.*
punct.2.§.1.proposit.1.
56 Limit.vbi clericus abscondit bona,† quæ capi possunt in executione.*Caccialup.de debit.suspect. de fuga.quaest.5.num.18. et seq. Baetia*
de inope debit. cap.14.num.126. & cap.17.n.1.
& 12.et seq.
57 Limita in clerico,† qui dolo suo factus est impotẽs ad soluendum. *Io.Anton.Niger in repet.*
extrauag. de vita,& honest. cleric. num. 354.
vers. limita quarto.
58 Limita concurrente † consuetudine Decennali legitimè præscripta. *Milis in repert. §.clericus,si pro debito, quem sequitur Ioan. Ant.*
Niger de vita & honest. cleric.num.355.

§. IV.

SVMMARIVM.

Scholares non carcerantur æris alieni soluendi causa. 1.
*Contrarium.*2.*Ampl.*3.5.6. *Limit.* 10.11.
Baetia de inope debit. cap. 17. num. 26. reprobatur. 7.
*Expressum quid dicitur multis modis, & præcipuè vbi eadem viget ratio.*8.
*Extensio non dicitur fieri, sed comprehensio, vbi eadem viget ratio.*9.

Dicta de Doctore,Milite,& Clerico, dubitari
potest, an sint repetenda in Scholari publicis in gymnasijs studiorum causa versanti, non
autem vaganti, vt communiter faciunt Itali,&
præcipue Papiæ, vbi potius armis, & rixis,
1 quàm studijs occupantur. Et † negatiuam amplexi sunt *Couar.var. resol.lib.2.cap.1.num.9.*
vers. sed & quoad, addendo nunquam vidisse
id obseruari in Vniuersitate Salmaticẽsi.*Couar.*
sequitur Baetia de inope debit.cap.17.num.26.

asserens tale priuilegium non esse scriptum in corpore Iuris, & si esset datum tale priuilegiū ijs, qui primis labris tantùm attigerunt grauiora studia, frustra occupati essent interpretes, disputando, an profitētes tantùm in gymnasijs, vel in foro versantes tantùm gaudeant priuilegio, ne carceri mancipentur, vel conueniantur solùm in quantum facere possunt;& à scholaribus agendas esse gratias Rebusso iuris interpreti, non autem legislatori, qui aliud voluit. idem censuit *Carol. de Grass. in prælud. tract. de except. num.* 176.

2 Contrariam, seu affirmatiuam † sententiam amplexus est *Rebuf. in auth. habita. C. ne filius pro patr. priuileg.* 112.*num.*223.*sequend. Ant. de Tremul. ad pract. Bonacurs. c. de except. quæ post sentent. verb. cæteri. num.* 22. *in fin. sequendo Gloss. in l. nepos Proculo. ff. de verb. signif.* dum voluit, quod sicuti in causa iudicati non possunt capi arma militum, pariter non possint libri scholarium; *vt late dixi cap.* 12.*§.*1 *Bernardin. Scodorb. in auth. habita, C. ne fil. pro patr. §. Veniam, num.*27. concludens non posse carcerari ob pecuniam sibi mutuo datam, sed tantùm iurare debere, quod reuersus ad suos, curabit restitutionem: dum prius *num.* 26. firmasset scholarem condemnatum non teneri,
3 nisi in quantum facere potest, † etiam si debitor esset alterius scholaris, *vt idem subdit num.*97.

Comprobatur opinio *Rebuffi*, quia schola-
4 res † gaudent priuilegio piæ causæ, Ecclesiarū, & clericorum, Doctorum, militum, pauperum, peregrinorum, & eorum omnium, quæ publicæ vtilitatis causa conceduntur. *Horat. Lucius de priuileg. studentium, cap.* 1.2.4.5.7.8.*&* 12. Cuius argumenta non refero, ne de carta in papirum aliorum dicta transferam; tantùm dicam, quod cum causa pia, & reliqua relata non teneantur vltra id, quod facere possunt, pariter vt parium eadem sit dispositio, quod idem sit dicendum de scholaribus.

5 Ampl. quod si fuerit ideò † excommunicatus, sit absoluendus, quamuis non soluerit, & si sequestrentur fructus beneficij, quod possidet, sit relinquenda portio, quæ sit satis pro illius alimentis. *Rebuf. in auth. habita. C. ne fil. pro patre, priuil.* 112.*num.*223.

6 Ampl. etiam † in illorum famulis. *Carol. de Grass. in prælud. sui tract. de except. nu.* 177.

7 Non obstant, quæ considerantur † *à Bactia de inope debit. cap.* 17.*num.*26. nempe non reperiri scriptum tale priuilegium in corpore Iuris, & quod illud concedatur publicè profitentibus in gymnasijs, & negetur cæteris Do-
8 ctoribus. Nam cum expressum † quid dicatur multis modis. *Tiraquell. de legib. connubial. glos.*7. *num.*84. *vsque in fin.* Et expressum dicatur, quod eadem ratione statuendum esset in non expresso, quod fuit constitutum in expresso. *Crauet. cons.*62.*num.*13.*&* 14.*Surd. cons.* 112.*num.* 100. *& cons.* 393.*num.* 1. *& seq.* & casus, quos paritas rationis nectit, non debet iuris dispositio separare. *l. illud ff. ad leg. Aquil. l.* 1. *C. de sent. ex rescript. l.* 1. *ff. de liberat. legat. Bal. in l. maximum vitium, ff. si cert. petat.*
9 *nu.*15. quia concurrente identitate † rationis, non fit de casu ad casum extensio, sed potius comprehensio. *Alex. cons.*75. *videtur. lib.*5.*n.*3. *Paris. cons.*83. *lib.*2. *num.*21. Satis dicitur expressum in Iure, quod scholaris non possit carcerari per expressionem eius, cui æquiparatur. *Ripa in l.*1. *ff. de legat.*1. *num.*4. *vers. Quæ regula. vbi Ias. num.*7. *& in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. num.*25.

10 Ampl. & limita † ijs omnibus casibus, quos retuli supra §.1.2.*&* 3. vbi egi de Doctore, milite, & clerico.

11 Limita, vbi ex † sua industria viuere potest. *Coler. de proces. par.*2.*cap.*3.*num.*117. Hic casus posset omitti, quia rarò vel nunquam accidet. *l. nam ad ea, ff. de legib.*

§. V.

SVMMARIVM.

*Sententia lata contra defunctum, an exequi possit contra hæredem.*1

*Senex an carcerari possit in executione rei iudicatæ.*2.4. *Quis dicatur.*3.

*Pupillus non carceratur causa æris alieni soluendi.*5. *Limit ibidem.*

*Minor non carceratur causa æris alieni soluendi.*6. *Ampl.*7.9. *Limit.*8

Furiosus an carcerandus causa æris alieni. nu. 10.11.12.

Iudæus factus Christianus, an carcerari possit pro ære alieno conflato, dum erat Iudæus. 13.

*Baptismo remittitur pœna criminis, & alij effectus ex illo sequuntur.*13.14.

*Ars agraria Nobilis nuncupatur Statuto Romano.*16

*Agricola non carceratur regulariter.*17

*Fœminæ non carcerantur in ciuilibus.*18.

*Carcerari non potest, qui non est obligatus obligatione personali.*19. *& quare. ibid. Limit.* 21. 22.24.25.

*Debitoris nomine non continetur obligatus obligatione reali.*20.

Suspecti de fuga sunt omnes mercatores in nundinis. 23.

*Cedens bonis non potest carcerari.*26.

*Hæres cum benef. leg. & inuent. non carceratur pro debito hæreditario.*27.

*Infirmus grauiter non carceratur.*28.

Dicenda hoc §. erunt potius vice Singularium, quæ non requirunt disputationem, cum simpliciter sint vera, & deseruiant pro extensione, vel limitatione regulæ constitutæ hoc decimotertio capite nostri Tractatus.

Primus casus erit; Si agatur de sententia la-
1 ta † contra defunctum, an illa exequi possit contra bona, vel personam hæredis; & quia difficultatem istam examinaui supra Cap. 2. §. 1 ideò me remitto ad ibidem dicta.

Secun-

2 Secundus casus est, si sententia lata fuerit in senem: † nam excussis bonis, & iuribus illius, non potest carceri mancipari. Senex autem,
3 quis dicatur, remissum esse arbitrio Iudicis concludit *Menoc. de arbit. iudic. casu 59. num. 3.* Ideo lege Hispana, qua debitores creditori addicuntur, excusantur senes, teste *Baetia de inope debit. cap. 7 Monac. decis. Bononiens. 68. num. 27. & seq. vbi late probat*, & *num. 46.* ad-
4 dit non posse auferri pallium. Contrarium † firmat *Natta cons. 319. num. 2.* addendo, tale priuilegium non reperiri scriptum in corpore Iuris. Latius tamen agit *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 243. num. 6. & seq. & Baetia de inope debitor. cap. 7. Osasc. decis. 123. Dubitatum*, tenet affirmatiuam, dum praemisisset, quae suadent negatiuam, & late *Menoc. cons. 916. dubitatio. num. 1. & seq.*

Tertius casus est: si sententia lata fuerit con-
5 tra pupillum: † nam excussis illius bonis, & iuribus, nullatenus carcerari potest. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga quaest. 5. num. 2.* qui dum prius retulisset, qui distinguunt, an pupillus sit doli capax, absolute concludit pupillum non posse carcerari, & hanc opinionem esse veriorem, & illam late defendit *Baetia de inope debit. cap. 8. num. 2. & seq.* Subdens propterea illum non addicendum creditori iuxta legem Hispaniarum, & esse immunem poenae, quae alicui per negligentiam imponitur, nisi probetur illum fuisse in dolo, vt idem subdit, *num. 17. Monac. decis. Bonon. 68. num. 16.*

6 Quartus casus est in minore † vigintiquinque annorum, si lata fuit contra illum sententia seruatis seruandis, & excussa fuerint illius bona, & iura. Et quamuis aliqui dicant illum posse carceri mancipari, negatiuam tamen tamquam
7 veriorem tenet, & pluribus defendit, † etiamsi à curatore fuerit defensus. *Caccialup. de debit. suspect. de fuga, quaest. 5. num. 2. & seq.* Limi-
8 tando si probetur † illum sine curatore administrate bona sua, veluti si esset mercator: ante *Caccialup. idem dixerant Bal. Angel. Sal. Rom. Alex. Aret. & alij relati à Baetia de inope. debit. cap. 8. num. 12. & comprobat. num. 19.* modo is non fuerit in dolo, vt idem subdit, *n. 17 & seq.* Illum tamen iuxta legem Hispanam esse creditori addicendum late probat, *num. 13. & seq vers. ex aduerso. Ias. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud num. 24. Rom. cons. 120 num. 4. dum prius reprobasset Bart. aliud sentientem. Carpan. ad Statut. Mediol cap. 243. num. 2. vbi ampliat* etiamsi Statutum minorem viginti non carcerari mandaret.

9 Ampl. etiam † si deinde fiat maior. *Bal. Angel. Alber. & Sal. in l. minoribus, C. de ijs quib. vt indign. Baetia de inope debit. c. 8. 9. & cap. 9. num. 10.*

10 Quintus casus † est, si debitor post condemnationem, seu tempore, quo agitur de reali executione in corpus illius, sit factus furiosus: & tunc cum afflictio non sit addenda afflicto, nullatenus carcerari potest, *l. diuus Marcus, ff. de offic. praesid. Baetia de inope debitor. cap. 9. n. 1. & seq. vbi num. 7.* dubitat, an procedat etiam
11 † si adhibuisset medicamenta, vt in furorem verteretur. & *num. 8.* concludit carceratum esse à carceribus eximendum. & *num. 9.* distinguit, si exemptus à carcere redeat ad bonam mentem, quod iterum sit carcerandus. *Monac. decis. Bononiens. 68. n. 18. & seq. vbi late, & 23. in fin.*

12 Limita in furioso† improprio, qualis est prodigus, & qui percitus amore mulieris honestae, vel inhonestae contraxit aes alienum: nam licet illi nuncupentur furiosi, non tamen vere sunt tales, ideo carcerari possunt. *Baetia de inope debit. cap. 9. num. 12. vsque in fin.*

13 Sextus casus est, si lata sententia † contra Iudaeum, vel alium, qui Christianam non profitetur religionem, fiat ille Christianus: & quamuis per Batismum plures sequantur in baptizatum effectus, quos referunt Summistae, & praecipue *Siluester. §. Baptismus, in fin.* quibus
14 addo, quod per baptismum remittitur † poena criminis, *cap. quod autem. 32. q. 1. cap. 2. in fin. de consecrat. dist. 4. But. Imol. & Fel. in cap. de his, de accus. Marquar. de Iudaeis part. 3. cap. 5. num. 1.* vidi plures Hebraeos, euasisse poenam furcarum, qua erant damnati, dum baptismo professi sunt Christianam fidem. *Marquar. refert tamen ibidem disentientes.*

15 Attamen, quia baptismus nō extinguit † actiones actiuas, nec passiuas, *cap. gaudemus, de diuort. vbi Doctores notant. Riciul. tract. de Neophit. cap. 9. num. 22.* poterit excussis illius bonis carcerari, vt concludit *Baetia de inope debit. cap. 7. num. 31. & seq.*

16 Septimus casus est in agricola: † & cum *supra, cap 12. §. 6.* examinauerim, in executione rei iudicatae minime capi posse instrumenta artis agrariae, quam Statutentes Romani nuncupant Nobilem, cum persona dignior sit rebus, & illis sit praeferenda. *l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. §. fin. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. l. iustissime, ff. de aedil. edict.* tanto minus carceri
17 mancipari † poterit agricola, exceptis casibus, quibus instrumenta artis agrariae capi possunt, quos retuli *d. §. 6. Renat. Coppin. de priuileg. rusticor. lib. 1. cap. 7.* vbi diuersas leges circa artem agrariam, & agricultores refert.

18 Octauus casus est, † si faemina fuit in actione personali condemnata, & excussa fuerint illius bona: & non esse carcerandam, dixi §. *seq.* vbi assumptum istud examinaui.

19 Nonus casus est, vbi quis nō† est obligatus personaliter, seu actione personali: nam cum obligatio sit mater actionis, & sine illa nemo aliū iudicio molestare possit. *§. 1. Inst. de action. l. si pupilli. §. videamus, ff. de negot. gest. Capic. decis. 1. num. 15. Gail. obseruat. 17. lib. 2. num. 2.* Deficiente principio, quo quis coram Iudice reum conueniat, nullatenus poterit deueniri ad carcerationem eius, qui personaliter non est obligatus, vt ex *Ias. & alijs concludit Baetia de inope debit. cap. 8. 10 num. 5.* dum prius
20 *n. 1. & seq.* firmasset, nomine † debitoris non contineri obligatū obligatione reali, nec in legato crediti comprehendi res testatoris possessas à legatario. Quod tamen

21 Limitatur in licitatore, † qui simplici oblatione si non soluat, potest carcerari, *Rebuf. de litter. oblig. artic.* 74. *Glos. tertia*. *Et sic. num.*16.

22 Limita in debitore † nundinarum; nam quamuis recipiendo recipiendo in nundinis nō se obligauerit personaliter, tamen si intra tempus nundinarum non soluat, potest carcerari, si debitum sit factum nundinarum causa; debitor, & creditor sunt mercatores frequentes in nundinis; & solutio sit ibidem destinata. *Rebuf. de litter. obligat. artic.*74.*Glos.*3.*num.*18.

23 Et ratio est,† quia mercatores omnes, dum sūt in nundinis, sunt suspecti de fuga. *Curtius de sequestr. num.*31. & omnis debitor etiam personaliter non obligatus, potest iurari suspectus de fuga, & post iuramentum de mandato Iudicis capi. *Rebuf d.num.*18.

24 Limit. pro debito publico, † veluti Collectarum causa. *Rebuf. & Io. de Plat. in l. nemo, C. de exact. tribut. lib.* 10.*Rebuf. de litter. oblig. art.*74.*glos.*3.*num.*19.

25 Limita in depositario publico, † qui rem penes illum depositatā non exhibeat, vel illius pretium, quo fuit vendita; nam carceri mancipatur; & in Vrbe est custos pignorum in executione captorum. *Rebuff. de litter. oblig. art.*74 *glos.*3.*num.*22.

26 Decimus casus est, † si quis cessit bonis, nisi obstet Statutum, vt late *tradit Carpan. ad Stat. Mediol. cap.*167.*num.*63. *& seq.*

27 Vndecimus casus est in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, nam pro debito defuncti non potest carcerari. *Ant. Monac. decis. Bonon.*68.*An exequutio num.*17. *&* 26. *& dixi supra cap.*2.*§*.1.*num.*32.*in fin.*

28 Duodecimus casus est † in infirmo grauiter: nam siue causa sit ciuilis, siue criminalis non carceratur reus: & in criminali si non cauet de se repræsētando, custoditur à Curia expensis rei: in ciuili autem causa non carcerat, imò conceditur inhibitionem, ne carceretur. *Farinac. de carcer. quæst.*27. *num.*87. *vbi asserit ita practicari. Anton. Monac. decis. Bononien.*68. *An executio. num.*32.*in fin.*

29 Decimus tertius casus, † in Musico Capellæ Principis. *Castil. decis. Sicil.* 140. *dubitatum, num.*12.*& seq.* vbi plura encomia Musicæ refert. Et loquitur de Musico Capellæ Viceregis Siciliæ. Et ita obseruatum vidi Romæ cum Antonio Rouilia, qui erat Substitutus Diaconi Capellæ Pontificiæ.

§. VI.

SVMMARIVM.

*Fœmina sunt deterioris conditionis viris.*1.
*Fœmina non carcerantur, quamuis obligatæ sint ad dandum, vel faciendum in forma Cameræ.*2.*Ampl.*3.4.5.8.9.10.11.12.13.15.17.18. 19.26.44.46.48.49. *Limit.*53.54.55.57.58.59 60.61.62.63.64.
*Fœmina non carceratur si quid debeat ratione administratæ tutelæ.*26.*Ampl. ibid. Contrarill.* 28. *Concordā.*29.39.41.43
*Tutela negata, & concessa fœminis.*30. 34. *& quare.*31.32.
*Tutoris officium est publicum.*31.
*Fœmina non potest esse curatrix.*33
*Iustinianus notatur mulierosus.*35
*Tutela concessa matri, & auiæ, indulgentia Iustiniani.num.*36. *anomala, irregularis, & extraordinaria nuncupatur.*37
Tutela testamentaria extinguit legitimam. 38.
*Filius non carceratur, si quid debet matri, vel patri.*40
Doli actio non competit filio aduersus matrem. 42.
Nobilitatis priuilegio non potest renunciari. 44.45
*Meretrix quando dicatur incipere honeste viuere.*47. *An possit carcerari pro ære alieno.*49.50
*Leno sua vxoris quis dicatur.*51
*Mulier an carceretur in causa criminali.*52.
Fœmina inhoneste viuens, carceratur ob debita. 55.*Contrarium.*56.

1 FÆminas esse deterioris conditionis, † quā sint viri, multis probare possem. *l. in multis. ff. de stat. homin. l. fœminæ. ff de regul. Iur. Tiraquel. de legib. connubial. l.* 9. *glos.*1. *part.*1.*nu.*49. cum alijs, quæ duo Germani I.C. cumularunt, nempe *Iacob. Orlosbau in suo Responso. An fœmina in success. Regn. Principat. & Federic Pructiman. in suo tract. de Differētijs inter vtrunque sexum*

2 Sunt tamen melioris conditionis,† vbi conueniuntur ad soluendum, quæ illæ promiserūt, vel dare, facere, ac conuenerant etiam cum obligatione Camerali, vel alia strictiori formula, vt etiam in subsidium non possint carceri mancipari. *l.*1. *& auth. sed hodie. C. de offic. diuers. Iud. Bart. in l. plerique. ff. de in ius vocand. num.*7. *& in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. num.*4. *& Angel. num.*2. *& Io. de Plat. num* 21. *Marsil. in prax. §. Attingam, num.*63. *vbi plures congerit. Ias. in l. ad egregias. ff. de iur. iur. nu.*9. *Grammat. decis.*33.*n.*11 *Gomez. var. resol. lib.*2.*cap.*11.*num.*51. *Clartessans de communi in prax. §. fin. quæst.* 28. *num.* 3. *Gail. obser.* 48. *quoniam nu.* 14. *circa fin. lib.*1.*Rebuf. de litter. oblig. art.*11.*glos.*3.*n.*32 *Caccialup. tract. de debit. suspect. de fuga. q.*5. *nu.*22. *Menoch. de arbitr. iud. quæst.*88. *n.*10. *Farinac. tract. de carcer. quæst.*27.*nu.*42. *Guttier. pract. quæst. lib.*2.*quæst.*25.*num.*3. *Benedict. Aegid. de priuileg. honestat. artic.*3. improbando opinionem eorum, † qui volunt id pro-

3 cedere in carcere virorum, secus in carcere deputato mulieribus. *Thesaur. decis.*153.*num.*8, *Monac. decis. Bonon.*68. *num.*16. *Carpan. ad Stat. Mediol cap.*243.*num.*11.

4 Ampl. etiam † si ageretur de debito fiscali, seu publico. *auth sed hodie. C. de aduocat. diuers. indic. auth. hodie. C. de custod. reor. Bart. l. nemo. C. de exact. tribut. num.*4. *lib.* 10. *et in l. pla-*

*l.placet.C.de sacros. Eccles.num.*52.*Caccialup. de debit.suspect.de fuga.quaest.* 1.*num.*21. *Boer. in repet.l.consentaneum.C.quomod.& quand. iud.num.*139. *Grammat.decis.*33.*num.*9. *Menoch.de arbitr.Iud.quaest.*88.*nu.*10.*Vasquius de success.creat.§.*4.*num.*49. *in fin.vers.sed & illud.Baetia tract.de inop.debit.cap.*15. *num.*4.
5 *& seq.* † addendo procedere etiam si mulier succedat debitori fisci. *Farinac. de carcer. quaest.*27.*num.*43. *relati à Vasquio de success. creat. lib.* 1.§.6.*nu.*38. vbi pluribus probat. *Benet. Aegid. de priuileg.honest. artic.* 3.*num.* 3.
6 declarando, † modo causa sit ciuilis. *Carpan. ad Stat.Mediol.cap.*243.*num.*11.
7 Contrarium, si † mulier nolit bonis cedere, tenet *Vasquius de success.creat.lib.* 1. §.6.*nu.*38. *vers. caeterum*.
8 Ampl. etiam si successerit † ei, qui poterat carcerari. *Bened.Aegid.de priuileg.honest.art.*3 *num.*3.
9 Ampl. praesertim † ex causa fideiussionis. *Bal. cons.*187. *num.*1. *vol.*1. *Cotta in suis Memoral.* §.*Masculinum, vers. proind. Lamberteng. de contract.gl os.*6.*quaest.*94.*num.*367. quos refert, & sequitur *Carpan. ad Stat. Mediol.*243. *num.*12.
10 Ampl. vt Iudex † indebitè carcerando mulierem, poena capitis sit puniendus. *l.*1.*& auth. ibi posita.C.de offic.diuers.iudic.Grammat. decis.*33. *magnifica. num.* 9. addendo procedere, etiam si ageretur de debito fiscali. *Ioan.de Plat. in l.nemo.C.de exact.tribut.lib.*10. *nu.*5 *vers.Notadiligenter.Bald.tract.de carcere.c.*1. *num.*3. *Farinac. de carcer. quaest.*27. *num.*45. subdens *num.*46. poenam capitis mutatam in
11 pecuniariã, † addendo *num.*47. poenam, qua plectantur Birruarij carcerantes mulierem.
12 Ampl. praesertim † si mulier fuerit professa religionem aliquam. *Bald. loquens de abbatissa in l etiam,C de exequut.rei iud.arg.cap.Odoardus de solut.* Sed Bald. loquitur, iuxta suorum temporum conditionem, quibus moniales non aliter, ac reliqui regulares vagabantur per vicos, & plateas. Hodie autem, quo ex constitutione Pij V. moniales sunt restrictae claustris, ac quodammodo carceri mancipatae, *cap.ut famae, de sent. excommunic.* inane est de hoc dubitare, nisi essemus in casu, quo monialis esset ingressa monasterium, quo licet illud egredi, quia ita cauetur regula, quam profitentur; vt in Vrbe, vbi adsunt moniales, quae cum tali libertate profitentur. Posset etiam dictum
13 *Baldi* applicari † mulieribus Bizochis, quae sũpto habitu Montis Carmeli, vel sanctae Clarae,
14 degunt in proprijs domibus: † quae an gaudeant priuilegio fori, videndi sunt *Viu.cõcl.*49. *actor.num.*10. *& seq. Gratian.disceptat.* 413. *factum num.*32. *& seq.*
15 Ampl. etiam si fuerit † condemnata ex debito habente originem à delicto. *auth. hodie nouo iure, C.de custod.reorum.Bald.in l.*3.*C.de episcopal.audient.num.*6.*Sociu.de citat. art.*5. *num.*39.*Baetia tractat.de inope debit. cap.*15.
16 *num.*3. subdens *num.*7.*& seq.* aliud nunc seruari † de consuetudine. *Ducn.regul.*312.*feminã, amplias final. Boer.decis.*349.*num.*11.*circa med.* Limitando si delictum sit leue. Addendo
17 de consuetudine Franciae mulierem † carcerari pro emenda, quamuis sit inops. Contrariũ, si mulier sit condemnata ex delicto, tenet *Farinac.de carcer.quaest.*27.*num.*60.
18 Ampl. praesertim, † si mulier fuerit honesta. *l.*1.*C. de offic.diuers.Iudic. Io.de Plat. in l. nemo, C.de exact. tribut.lib.*10.*num.*20. *vers.*6. *Caccialup.tractat. de debit.suspect.de fuga.q.*5. *num.*24.*Valasc.illust.controuers.cap.*97.*nu.*2. *circa fin. Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 243. *num.*11.
19 Ampl. etiam si mulier † generaliter, vel in specie renunciet beneficio, seu priuilegio interdictae carcerationis. *Caccialup.tract. de debit. suspect.de fuga, quaest.*5.*nu.*26.*in fin.* addendo id esse menti tenendum. *Vasquius de success. creat.* §.4.*num.*49.*in fin. uers. An autem mulier,&* §.22.*num.*82.*uers.Contrariam,testans hanc opin.esse ueriorem*, & praesertim proce-
20 dere, † si renunciatio fiat ab ascendente ad fauorem descendentis. Et ratio est, quia cùm ratione honestatis sexus sit concessum mulieribus, ne in carcerem detrudantur, tale priui-
21 legium † non est renunciabile. *l.ius publicum, ff.de pact. Couar. in c.Quamuis de pact.p.*2 *in princ. num.*7. *in princ. uers. Igitur nemo. Petr. Placa in epitom.delict.cap.*34.*num.*13.*circa med.uers.& ideò satis trita regula.Vas. de success.creat.lib.* 1.§.4.*num.*49. *in fin. uers. An autem, &* §.22. *num.* 82. *uers. Contrariam. Guttier.tract.de tutel.par.*1.*c.*8. *mulier.n.*34.
22 † etiam cum iuramento, ex his, quae de cessione bonorum iurata tradit *Brun. de cession. bonor.quaest.*20. *Molin.de contract. disput.*571. *num.*8. *Bened. Aegid.de priuileg.honest. artic.*3 *num.*6 *&* 7. vt in simili dicitur de clerico, qui non potest pacto se submittere laico Iudici. *c.*
23 *si diligenti, de foro compet.* Et dispositio † *l. si quis in conscribendo. C.de pact.* non habet locum in personis debilis intellectus. *l.Titiocentum.ff.de cond. & demonst.* quales sunt mulieres, quae à molicie nomen sunt sortitae: & cõprobatur ex his, quae dicuntur de nobilitate,
24 † quae cùm sit concessa, vt nobilis non possit carcerari, neque possit tali priuilegio renunciare. *Vasquius de success.creat.*§.30.*num.*295 *Castagn.tract.de Benefic.deduct.quaest.*5. *ampliat.*11.*num.*1. *& seq. Amescua tract. de potest. in se ipsum.lib.*2.*cap.*24.*num.*5.*uers.contrarium, & Barbos.l.alia,* §. *eleganter ff.sol. mat. num.*25. & latius caeteris *Couar.in cap. Quamuis, de pactis in princ. num.* 5. *usque in fin.*
25 Contrarium tenet † *Baetia tract. de inope debit.cap.*15. *num.*15. *& tract.* de *Decima tutor.cap.*4.*num.*46. & conferunt dicta eorum, qui sequentem ampliationem improbant, seu non sequuntur. *relati à Thesaur. decis.* 153. *num.*8.
26 Ampl. etiam, si fuerit condemnata † ratione administratae tutelae. *Barbat.in cap.lator.de pignor.num.*4.*reprobando Bart.* aliud sentientem. *addentes ad Bart.in auth.matri, & auia,*

C. *quand.mul.num.*13.*verſ. in l.*2.*Præpoſit.in cap.ex parte,de appel.Marſil.in prax.§.attin-*
27 *gam. num.*65. addendo † *Bart. & alios* aliud ſentienres non recte loqui, & mirari, quare ille non aduerterit rationem, quod mater tutrix filij ſui non poteſt conueniri niſi in tantum, quantum facere poſſit. *Gomeſ.in cap.mulieres de Iudic.in ſext.num.*23.*Couar. uar.reſol.lib.*2.*cap.* 1.*legibus. num.* 2. addendo non poſſe defendi Bart. & alios diſſentient. *& in cap. quamuis, de pact. part.* 2. *in princ.nu.* 7. *uerſ.attamen.* Addendo procedere,etiam ſi mulier ſuſcipiendo tutelam, ſpecialiter renunciaſſet priuilegio,ne carceretur;quia ex tali renunciatione ceſſaret pietas, & reuerentia debita aſcendentibus, & honeſtaa quæ ſpectatur in fæminis. *l.*1.C.*de offic.diuerſ.Iud.& latius cæteris Petr.Plac.in epitom.delict.cap.*34.*nu.*13. *relati à Vſaq. illuſtrium controuerſ.cap.* 97. *mulier.num.*2.*& ſeq.* Concludens contrariam opinionem nulla fundari lege, vel ratione: quia ſi mulier non poteſt carcerari pro debito fiſcali, vel ex maleficio, tanto minus eſt carceranda pro debito ciuili, & ad fauorem ſui deſcendentis: addendo *num.*4.*in fin.* eſſe impium,crudele, iuiurium, & neſaudum honeſto viro carcerare parentes iactura patrum. *num.*5. *Baetia tract.de de decima tutor.cap.*4 *num.*78. *dum prius num.*46. retuliſſet diſſentientes, qnorum opinionem ſubdit non eſſe tutam, *& tractat. de inope debit cap.*15. *num.*13. *& ſequen. Menocb.de arbitr.Iud.quæſt.*88. *num.*12. *Trentacinq. uar.reſol.lib.*3.*de ſolut.reſol.*4.*Tu babes.num.*3. *uerſ.contra. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.*3.§.22.*num.*82. *uerſ.contrariam.* vbi teſtatur de veriori, ſicuti & *Guttierez tract. de tutel.par.*1.*cap.*8.*mulier.num.*33. *& ſeq.verſ.nibilominus.Farinac.tract.de carcere, & carcerat. quæſt.*22. *num.*62. *& ſeq.* addendo iſtam opinionem eſſe tenendam in iudicando & cõſulendo, quia fundata melioribus rationibus, quibus ego credo non poſſe reſponderi. *Addentes ad Matbeſil.ſing.*108. vbi late comprobant. relati *à Farinac.de carcer. quæſt.*27.*nu.*62. addentes *ad Vinc. de Francbis deciſ.* 164. *num.*6. addendo procedere, etiam ſi renunciauerit omni legum auxilio. *Aſin.de exequut.*§.2. *cap.*7.*uſque in fin.* etiam quod adeſſet Satutũ, quod debitor carceretur, reiecto omni priuilegio.

28 Contrarium † tenent *Bart.* Salic. Roman. *Iaſ. Mattbæus* Io.*Andr.*Gemin.*Franc.Angel. & alÿ relati à Petro* Plac. *in epitom. delictor. cap.*34.*num.*13. *uerſ. quibuſdam.* Couar. *uar. reſol.lib.*2.*cap.*1.*num.*2. *& in cap.quamuis, de pact.par.*2. *in princ. nu.*7.Menocb.*de arb. Iud. quæſt.*88. *num.*12.*Petr. Duen.reg l.*312.*uerſic. Secundo limita.relatus lib.*6.*reg. Iur. uerſ.impium à Guttier. tractatu de tutel par.*9.*cap.*8. *mulier.nu.*33. *à Vaſq.illuſt. controuerſ.c.*97. *num.*1. *Marſil. ſibi parum conſtans ſing.*258. *uerſ. & tenent*, addendo nedum mulierem
29 † carcerari poſſe iſto caſu, ſed etiam illius maritum ſecundum, cuius bona obligantur pro tutela vxoris: addendo, id notandum ab ijs, qui viduas vxores ducunt. *Baetia tract. de Decim.tutor.cap* 4.*num.*16. *relati à Farinac.de carcere.q.*27. *Roman.l.qui in tale.§ eleganter. ff ſol.matr.num.*11.*Aſin de exequut.§.*2.*cap.*7. *num.*2.*& ſeq.* præſertim ſi tranſiuit ad ſecunda vota ante redditam rationem tutelæ.

Contrarietatem hanc credidit conciliaſſe *Caccialup.in tract.de debit.ſuſpect. quæſt.*5.*n.* 26. facta diſtinctione, an mulier tutrix pupilli ſit mater,vel auia: & tunc vera ſit opinio,quod carceri mancipari non poſſit ex tutelari debito,non quia mulier, ſed quia mater, cui filius debet reuerentiã; cui non poteſt renunciari, vt ego addo, quia habet fomentum à iure naturæ, quod quidẽ modificari,ſed penitus tolli nequaquã poteſt à Iure ciuili. *§.ſed naturalia,inſt.de iur.perſon.* Verum etſi quandoque Romanis legibus conceſſa fuerit mulieribus impuberum
30 tutela, iuxta conſequentias hereditatũ † nulla ſexus facta differentia, *vt ex Liuio biſtor.lib.* 39.*probant Iacob.Ræuard. in l. quo tutelæ. ff.de regul.iur.in fin. et Hyppolit.à* Collib.*col. final.* Prudentum tamen animaduerſione, ſeu mutuata lege Solonis, qui Athenis vetuit mulieres eſſe pupillorum tutrices, *teſte Laertio in*
31 *Solone*, cum compertum fuiſſet tutoris † officium relatum inter publica munera, iuxta diſtinctionem *gloſ.in l.athletæ.§ tutela.verb.munus.ff.de excuſ.tut.§.*1.*inſt.de excuſ.tutor. vbi gloſ.verb publicum.* non conuenire fæminis, ſicuti non conueniunt reliqua publica officia. *l.*2.*ff.de reg iur.* Sed eſſe virile. *l.final.ff. de tutelis. l.*1.C.*quand.mulier. tutel.offic.Gozadin.*
32 *conſ.*18.*num.*15. *et conſ.*68.*num.* 2. quia † in alienis rebus adminiſtrandis, actionibus exercendis, exceptionibus, ſtatis temporibus opponendis, emendo, vendendo, nundinando, multum conſilij, & prudentiæ requiri, & exuta muliebri ſtola, verſari in foro, iudicum ſubſellijs, minui matronalem pudicitiam: inde generaliter mulieribus fuit interdicta pupillorũ, etiam quibus ſuccedere poſſent, tutela. §.*final. inſt.de legit.pat.tutel.l. quo tutela. ff. de regul. iur.l.iure noſtro* 26.*ff.de teſtam.tutela. l.final.*
33 *ff. de tutelis*, † necnon & minorium curæ. *l.ſcire oportet.ff.de tutor.et curat.datis ab bis.*
34 Et in tantum † iure veteri mulieres arcebantur à pupillorum tutela, quod ſi pater communium liberorum tutelam mandaſſet matri, & Preſes Prouinciẹ imperitia lapſus patris voluntatem confirmaſſet, ſucceſſor eius ſententiam ſequi non teneretur. *l.iure noſtro.ff.de teſtam. tutel.*

35 Iuſtinianus tamen, † qui ad preces mulierum plura fæmineo ſexui indulſit. *l. aſſiduit.* C. *qui potior.in pignor.babeantur.* Et multum etiam in Iure delinitus blanditijs Dorotheæ, & Theodoræ fixit, & refixit. *autb.eiſdem, et reliquis autb.quæ leguntur ſub tit.* C.*de ſecund. nupt.* matrem, & auiam paternam, vel maternam,abſque alia Principis indulgentia,vt priua fiebat. *l.fin.ff.de tutellis.Alex. conſ.*109. *lib.* 3.
36 volentes ad tutelam filiorum, †. & nepotum admiſit. *autb.matri, et auiæ.* C. *quand. mul tutel. offic.* quarum tutelam ideò anomalam,

† ſeu

37 seu extraordinariam, & irregula tem vocant *Specul. de tutore. §. 4. in princ. Cast. in l. omnem. C. ad Tertul. Alex. cons. 109. lib. 3. in fin.* Nisi pater in testamento etiam minus solenni filijs suis tutorem dederit, quia data testamentaria
38 tutela, cessat legitima. *Corn. cons. 129. n. 10. lib. 1. cons. 175. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 140. n. 4. lib. 1. Soc. Iun. cons. 85. num. 17. lib. 1. Dec. in l. 2. ff. de regul. iur. num. 18.* addendo talem tutelam non posse patrem directo interdicere matri. *Bal. cons. 308. num. 2. lib. 2.* eam afferens rationem, quia sicuti testator non dat legitimũ tutorem, seu ab illo non pendet legitima tutela, ita non potest illam extinquere, vel adimere ei, cui à lege est concessa.

Quare omissa conciliatione *Caccialupi*, cre-
39 derem aliter relatam Doctorum pugnam † posse conciliari: quod aut mater, vel auia expers est doli in administratione tutelæ filij, & nepotis, & vera sit negantium opinio, quod non possit carcerari: quia vel illa habet in bonis tantum, quod potest satisfacere puberi, cuius bona administrauit, & inane est tractare de carceranda matre, vel auia: aut non habet in bonis vnde satisfaciat, & tunc, quia non tenetur nisi in quantũ facere potest, & deducto ne egeat. *§. sed, & si quis, vbi D. D. Inst. de action. l. sunt qui, & ibi Glos. ff. de re iud. vbi Ias. num. 2. Spec. de renunc. et concl. §. 1. n. 28. Surd. de aliment. part. 1. quæst. 78. num. 3, et seq.* subdens eodem
40 priuilegio gaudere filium † conuentum à matre, & patre, obstante reuerentia, quæ iure diuino, & naturæ est debita ascendentibus, à quibus descendentes capiunt suum esse, impium esset cum illis agere de carcere, etiam latissimo. Aut vero mater non caret dolo, in ijs quæ sibi petuntur ratione administratæ tutelæ, vt puta non exhibendo repertorium bonorum pupilli, non offerat rationes, cautiones legendas, dispungendas, atque excutiendas, prout facere debet, *vt plurib. probat Gaganct. tract. de tutel. et cura. lib. 3. l. quæst. 11. num. 27. et seq.* quoad filius factus maior fiat certus virium sui patrimonij, & tunc vera sit opinio affirmatiua, quod carcerari possit, cum æqum non sit ex dolo suo filium lædi, vt in simili dicitur de socio, & socero. *l. verum. §. tempus, ff. pro socio. l. penul. ff. de iure dotium. Barbat. in cap. 2. de pignor.* concludens matrem tutricem pro magna summa posse carceri mancipari, & ita concludit *Pontan. tract. de tutel. cap. 15. nu. 66. Marc. Anton. de Amat. decis. 16. n. 6. Brun. de cession. bonor. quæst. 1. quæst. 4. principal. num. 2. in fin. vers. nisi dol se.*

41 Contrarium † tenet Amuesca *tract. de potestat. in se ipsum. lib. 2. cap. 24. num. 5. in fin.* reprobando Montan, loco relato, ea ratione, quia
42 actio † doli non competit filio aduersus matrem. *l. non debet. ff. de dolo.* Addendo, idẽ dicendum in quacumque muliere, quæ ex Statuto, vel aliter tutelam pupilli administrasset, etiam quod renunciasset priuilegio, quod non posset carcerari. Secus si renunciasset ex alia causa, quam tutelæ: quod mihi durum videtur stante fauorabili, & publica causa pupilli, quæ videtur præferenda priuatæ, ideo tenendo primam partem illationis, non placet secunda.

43 Aliter conciliat Carpan. † *ad Stat. Mediol. cap. 243. num. 15. & seq. plurib. ampliando hanc secundam opin.* vbi transiuit ad secunda vota non reddit ratione administratæ tutelæ, & posse carcerari cum secundo marito.

44 Ampl. etiam, si suscipiendo † tutelam, pacta fuisset carcerari pro debito tutelari. *Vasquius. Illust. controuers. cap. 97 mater num. 8. Couar. in cap. quamuis, de pact. part. 2. in princ. nu. 7.* Licet quoad renunciationẽ nobilis ipse dissentiat ibidem *num. 5. vsq. in fin.* Et ratio est, quia priuilegium exemptionis à carcere, est datum sexui muliebri, cui non potest renunciari, vt dixi
45 supra, exemplo priuilegij dati † nobilitati, vt firmat *Vasquius d. cap. 97. num. 7. & de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 82. vers. contrariam,* vbi relatis dissentientibus hanc firmat opin. exemplo cessionis, cui non renunciari potest, vt late idem ibidem *num. 19. & seq. dixi:* & de priuilegio nobilitatis. *Molin. de contract. disput. 571. num. 11.*

Contrarium tenent relati *à Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 82.*

46 Ampl. etiam in meretrice, † quæ desiuit artẽ meretriciam exercere, & pœnitentia ducta cœpit honeste viuere. *arg. dictorum Bald. & Ias. in l. arefam. C. de inoff. testam.* vbi mater à meretricio emendata potest filiam turpiter viuentem exhæredare: peracta enim pœnitentia tanquam postliminio quodam, pristinam conditionem recuperat, *l. imperialis. C. de nuptijs, vbi Bart. & Bald.* Notandum tamen, quod licet dixerim, si cœperit honeste viuere, quod ad
47 istum effectum † requiritur triennalis vitæ emẽdatio. *§. si quis vero auht. de monac. Corset. singul. §. præsumptio. Gul. Bened. cap. Raynutius, §. & in eodem testamento. el 2. num. 40. & 44.* vbi plura similia congerit, & dixi in meis Singularibus, *§. præscriptio, vers. Triennalis.*

48 Ampl. etiam in † muliere, quæ amore capta alicuius, illi sui corporis copiam fecit, vt probat *Menoc. de arbitr. Iudic. casu 328. cum amore. num. 15.* dum prius multa de effectibus amoris retulisset.

49 Ampl. etiam in meretrice † nupta, quæ in matrimonio meretricatur. *Alex. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num. 12. in princ. & Iason num. 35. in princ. addentes ad Bald. in l. consentaneum. C. quomod. & quand. Iud. num. 40. verb. meretrici. Roman. in l. si vero. §. de viro, ff. solut. mat. num. 7. in secund. fallent. Suarez in l. 2. Fori, de cession. bonor. num. 7. circa med. Ias in l. ad egregias. ff. de iur. iur. n. 9. circa med. Marsil. singul. 248. Conditio. vers. quod tamen. Socin. regul. 259. num. 3. Dec. l. 2. ff. de regul. iur. num. 73. Capic. decis. 44. num. 1. & seq. Gomes. in cap. mulieres de iudic. in sext. n. 18. Rebuf. in l. Masurius. 144. col penul vers. ad hac de verb. signif.* concludens meretricem coniugatam, nisi maritus illius fit vilis, & leno, non expellendam à vicinia: & omnium latissime Bactia *tract. de inope debit. cap. 15. num. 18. & seq*

seq. Farinat. de carcerib. quaest. 27. n. 56. & seq. vbi refert dissentientes, quos concordare tẽtat. Quamuis *Caccialup. in tract. de debit. su-*
50 *spect.* † *quaest. 5. num. 23. & seq.* dubitet de veritate antecedentis extensionis, & plura referat, quibus illa subuertatur, & *Menoc. de arbitr. iud. quaest. 88. num. 14. & seq.* illam absolute reprobet, si maritus sit conscius, & patiens adulterium suæ vxoris, tanquam leno, vt inem *Menoc. præceptor meus declarauit deinde casu 534. Lenonum, num. 27. & seq.* declarando
51 † præterea quando maritus dicatur suæ vxoris leno: Ego autem aduertendo plures in lenones, & adulteras mulieres esse à iure communi indictas pœnas, vt subdit *Menoch. ibid.* quod ratione incertitudinis prolis, esset omnibus modis cohibendum adulterium, non esset iniquum asserere mulierem adulterantem, etiam inscio marito, vel marito inepto, vt puta, quia furiosus, vel alia infirmitate corporis affecto, vel absente à toro, vbi degit mulier, illa non gaudere priuilegio dato honestis mulieribus, ne pari passu ambulent luxuria, & castitas.
52 Quid in causa criminali. *Clar. §. fin. quaest. 28. num. 3. & ibi Baiard. Bened. Aegid. de priuileg. honestat. artic. 3. num. 4.*
53 Limit. in muliere † vili, & humilis fortis *Io. de Plat. in l. nemo. C. de exact. tribut. lib. 10. n. 20. vers. sexto. Clar. §. fin. quaest. 28. n. 3.*
54 Limit, vbi mulier † fuit condemnata aliquid soluere ex delicto. *Baetia de inope debit. cap. 15. n. 6. et seq. plurib. et cap. 16. n. 26. et seq. et cap. 17. num. 14. in fin.* præsertim si fuerit enorme. *Vasq. illustr. controuers. cap. 97. num. 2. in fin. Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 60. Bened. Aegid. de priuileg. honest. artic. 3. num. 4.*
55 Limit. in muliere inhoneste † viuente, seu meretrice. *Vasquius de succession. creat. lib. 1. §. 4. num. 49. in fin. Clar. §. fin. quaest. 28. nu. 3. Molin. tract. de contract. disput. 571. quando num. 7. Alex. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num. 12. & Ias. num. 35. Menoc. de arbitr. Iudic. quaest. 88. num. 13. et seq.* addendo procedere, etiam si fuerit nupta: & dixi supra *in ampliat. fin. Duen. regul. 312. relatus, libr. 6. regul. iur. §. femina, vers. limita primo. Bald. in l. consentaneum, C. quomod. & quand. iud. num. 40. Caccialup. tract. de debit. suspect. quaest. 5. n. 22. Bald. tract. de carcere, cap. 1. num. 3. in fin. adentes ad Matthesil. singul. 108. in fin.* cũ alijs cumulatis *à Baetia, tract. de inope debit. cap. 15. num. 17. Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 55. Baetia de inop. debit. cap. 15. num. 17.* Sublimitando in meretrice nupta, *num. 19. & seq.*
56 Contrarium tenet *Gomes.* † *in cap. mulieres. de iudic. in sext. n. 18. motus verbis auth. sed hodie. C. de offic. diuers. iud.* dum vniuersaliter constituit, quod nulla mulier carceri mancipetur. Verum ipsius *Gomesij* opinio nostris temporibus non seruatur, & in Hispania contraria lege aliud est cautum, *vt refert Duen. regul. 312. vers. hanc etiam, & dixi supra num.* Latius tamen prosequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 243. num. 19. & seq.*
57 Limit. vbi instrumentum † paratam habet exequutionem. *Frideric. Prutman. tract. de different. inter vtrumq. sexum, part. 2. artic. 5. num. 9. relato* Maranta *in prax. part. 5. artic. 8. num. 3.* qui tamen id non dicit, & decipitur, quia ibi loquitur, quod mulier possit liquidare instrumentum per procuratorem; non autem, quod in eam exequutioni demandetur. Et ego in Vrbe exquisito à practicis, quid seruetur, intellexi, etiam si agatur de obligatione Camerali facta à muliere, qua nulla efficacior, quia corpus, bona, & animam obligati ea formula capit; numquam si fuerit honesta, realiter contra illam mandatur exequutioni. *Quid autem isto casu seruetur in Regno Neapoli, videndus Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resol. 4. num. 7.*
58 Limita, vbi damnata † fuit ad instantiam illius, qui eam redemit ab hostibus, quoad restituat pecunias ideo solutas. *l. si quis ingenuam, ff. de captiu. & postlimin. reuers. l. fœdissima, l. si is qui te. l. fin. C. eod.*
59 Limit. vbi contraria † adesset consuetudo. *Milis in Repertorio. §. Carcerari. el 3.* addendo talem consuetudinem decennio præscribi.
60 Limit. vbi adesset † Statutum aliud disponens. *Milis in repertor. in §. carcerari el 5.*
61 Limit, vbi lex, † vel Statutum disponit, quod debitor fugitiuus, seu de fuga suspectus, capi possit, iuxta congesta *à Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 64.*
62 Limit. vbi mulier † recusat redire ad virum, quia capi, & ad maritum duci potest. *Abb. & Card. in cap. literas, de rest. spol. col. fin. quos refert Trentacinq. lib. 3. de solution. resol. 4. num. 5.*
63 Limit. vbi occultat † bona mariti capienda in exequutione. *Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quaest. 5. num. 1.* quem refert, & sequitur *Cancer. var. resol. cap. de exequut. sentent. num. 522.* Sed ex dictis eiusdem, *num. 525.* posset limitari, si id fecit non animo fraudandi, sed vt se posset alere.
64 Limit. vbi est suspecta † de fuga, & in loco extaret Statutum, quod debitor fugitiuus posset capi, & carcerari. *Bart. l. 1. ff. de pecul. n. 24. & in l. iura. ff. de legib. num. 2. Bal. l. ne passim. C. de iuris & facti ignor. & in l. quicumque. C. de seru. fugit. num. 10. Duen. regul. 312. limit. 3.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Reuerentia, quid sit. 1. illius species. 2. semper habet iustitiam.
Honestum non natura sed opinione constat. 3.
Reuerentia quæ requirat, vt dicatur præstita. 5.
Is cui illa est debita, non conuenitur nisi in quãtum facere potest. 6. Ampl. 7. 8. 9. 10. 11. Limit. 12.
Pactum, quod vassallus non cadat à feudo ob non præstitam reuerentiam domino, est validum. 13.

Reue-

Reuerentiæ causa plura sunt concessa.14.15.16.17.19

Ecclesia exempta debet reuerentiam, & cathedraticum Episcopo.14

Fidelitas non est remissa inuestito de feudo franco.16

Visitandi ius non est præscriptibile. 18

Episcopus debet reuerentiam patri, & ascendentibus. 20

Parentes in ius vocari non possunt, non petita venia.20.et 21

1 Reuerentia cùm † sit actus, qui exhibetur in testimonium, vel virtutis, vel dignitatis, seu præeminentiæ, vel obligationis, qua quis astringitur ad fauorem eius, quem quis reueretur, multiplicem illa habet ortu, &
2 in plures diffenditur species. Alia enim est debita iure diuino, alia naturæ, & diuino simul: alia iure ciuili, alia iure ciuili, diuino, & naturæ simul: alia moribus gentium. Prioris generis est cultus latriæ Deo debitus, iuxta Decalogi præceptum: Vnum cole Deum. Secundi generis est obsequium debitum parentibus, iuxta illud: Honora parentes. *l. parentes. ff. de in ius vocand.* Tertij generis est reuerentia, quæ à liberto debetur patrono, & vxori, & liberis. *l. 1. & seq. C. de in ius vocand.* Quarti generis est obsequiū honorabile debitum iis, qui cum imperio præsunt, quamuis discoli sint, iuxta tradita *à D. Petro cap. 1. leg. 2. ff. de in ius vocand.* Posterioris generis est is honor, quem omnes, vel aliquæ gentes præstandum esse certo personarum generi constituerunt: nam cum honestum
3 † non natura, sed opinione constet, inde factum, vt non omnes gentes de honestate idem sentiant, & aliquid hic laudabile, & venerandū censeatur, quod alibi turpe, & non ferendum
4 iudicatur. Semper tamen reuerentia † comitem habet iustitiam, dum per eam exhibetur alteri, quod illi est debitum, vel creditur deberi: qui enim alium reueretur, se se illi submittit, & subijcit, tanquam obligatus ad subiectionem, & venerationem.
5 Cùm autem vbi quis debet aliquem † reuereri, à tribus abstineat sit necesse. Primo, ne illum sine venia in ius vocet. *l. 1. C. de in ius vocand. cum aliis cumulatis à Rol. à Val. consf. 17. lib. 2. num. 1. et seq.* Secundo, ne eundem iniuria aliqua afficiat. *l. 1. ff. de obseq. à liberis, et libert. præst and. l. 3. C. de patria potest.* Tertio ne illū conueniat, vltra quam facere possit. *l. maritum. ff. solut. mat.* Euidens est veritas dictorum supra vndecimo capite, *num. 22. et 5. Quarto,* dum dixi, ordinem faciendæ exequutionis, datum in *l. à diuo pio. §. in vendit,* obseruandum præ-
6 cipue, si agatur † contra reum, cui actor debet reuerentiam, nec contra eundem realem fieri exequutionem, quamuis obligatum in forma Cameræ. *l generaliter. ff. de in ius vocand.*
7 Ampl. etiam si fuerit † renunciatum priuilegio, ne in personam, seu carcere grauari possit. *l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. l. final. vers. reuerentia. C. de bon. libert. Laderch. consf. 30. difficilis. num 8. & seq.* concludens talem renunciationem non valere, quia contraria bonis moribus, & est priuilegium debitum personæ, vt ego addo, non abdicabile ab eo, cui debita est reuerentia, turpitudoque euidens resultat ex actu irreuerenti; præsertim si accidat inter eos, quibus mutua debent esse astricti beneuolentia, *Gallerat. de renunciat. tom. 2. cap. 9. renunciat. iuris reuerential. num. 9. et 20. et seq. Couar. in cap. quamuis de pactis, par. 2. in princ. num. 8. Giurba decis. 42. num. 9. circa fin.*
8 Ampl. etiam † si renunciatio sit iurata. *Glos. et Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. mat. Couar. in c. quamuis. de pact. part. 2. in princ. n. 2. vers. postremo. Giurba decis. 42. num. 9. circa fin.*

Contrarium tenuit *Butrigar. tractat. de renunc. 10. benef.* quem late defendit *Laderch. consil. 30. num. 10. et seq.* addendo, etiam si renunciatio fuerit generalis beneficij omnium legū, vel omnia, & singula attendere, & obseruare.
9 Ampl. vt ius † reuerentiale præscribi non possit. *cap. cum non liceat. de præscript. vbi Felin. Gallarat. tract. de renunciat. tom. 2. centur. 1 cap. 9. num. 25. Ruin. cons. 155. Quia de iure. lib. 4. num. 15.* addendo nec etiam concurrente tanto tempore, cuius initij non exter memoria, quia potius dicitur corruptela, quam præscriptio, quæ non confirmatur tempore.
10 Ampl. vt nec valida † sit contraria consuetudo, vel Statutū difforme iuri reuerentiali, quia ea consuetudo est corruptela, & inhonesta, iniusta, & irrationabilis, qualis non debet esse lex, vel consuetudo, vel statutum. *cap. erit autem dist. 4. Ias. l. 1. ff. de legib. num. 94. Afin. in prax. part. 1. §. 19. cap. 27. nu. 1. Roc. de Curt. de consuet. num. 204. et late probat Ruin. consil. 155. Quia de iure. lib. 4. num. 15. et duobus sequen.*
11 Ampl. vt exceptioni † veniæ non petitæ, quia fundata est in reuerentia debita ei, à quo petitur, non possit renunciari. *Roland. à Val. cons. 17. lib. 2. num. 48. et seq.*
12 Limita. si agatur † de reuerentia debita ratione contractus. *Vincentius de Franc. dec. 164 contra. num. 14.* Qualis est, quæ cadit inter socios; modo tali reuerentiæ sit renunciatum; addendo aliud dicendum, si agatur de reuerentia debita personæ, quia illa non est renunciabilis: & ita intelligenda, quæ dixi supra, quod ius reuerentiale non sit renunciabile. Ideo va-
13 let pactum, quod vasallus † non amittat feudū ob reuerentiam non præstitam domino. *Natt. cap. quamuis de pactis. nu. 109. Mart. Gilim. de feud. quæst final. num. 57.*
14 Iuris autem reuerentialis plura † sunt alia singularia vltra relatum proxime: nam inchoando à dignioribus, si Ecclesia, vel monasterium sit exemptum à iurisdictione ordinarij, non ideò est exemptum à reuerentia illi debita. *Dec. in l. 1. C. de bon. possess. cont. tabul. n. 1. in fin. Rom. sing. 486.* Quare Episcopus exiget ab illa cathedraticum. *cap. pastoralis. de donat. Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. mat. num. 2. & 3.* Et processionaliter ad illam accedens, est excipiendus, nec valeret pactum contrarium. *Felin. c.* cum

cum non liceat in prine de præscript.

15 Emancipatio † quamuis liberet filium à patris potestate. *§. præterea. instit. quib. mod. ius patr. potest. solu.* Non tamen eum eximit, quin patrem reuereri debeat. *Dec. in l. fin. C. de in ius vocand. num. 2.*

16 Imperator quamuis † inuestiat vasallum de castro in feudum francum, & liberum, non ideò censetur remisisse fidelitatem, & reuerentiam debitam ex natura feudi. *Osasc. decisione 163. num. 9. & seq.*

17 Præscriptio quamuis † extinguat omnem obligationem, & æquiparetur solutioni. *l. si pupillus, in fin. ff. de admin. tut. Surd. consf. 24. exceptio. num. 8. & consf. 234. num. 24.* Non tamen extinguit reuerentiam, quam debent inferiores suo superiori. *c. non liceat de præscript.*

18 Ideò ius † visitandi non est præscriptibile, vt late probat *Bero. consil. 25. An prior. lib. 1. num. 2. et 7.*

19 Summa Patritiatus dignitas † sicuti & promotio ad Episcopatum, & ad alias pares, & superiores dignitates, quamuis eximant filium familias à paternis sacris. *§. filiusfamilias. vers. summa, instit. quib. mod. ius patria potest. soluitur. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Azo in Summa constitut. qua de dignit. et epis. num. 2.* Episcopus tamen, vel Senator non po-
20 test patrem in ius vocare, absque † venia. *l. fin. C. de in ius vocand. Glos. et Angel. in § pœnales, inst. de action. Roland. à Val. consil. 18. in præsenti. lib. 2. num. 19. et seq.* addendo procedere, siue agatur iure actionis, siue officio Iudicis. *et num. 25.* Ampliat etiam, si fuerit pater adoptiuus, vel ascendens in infinitum: con-
21 cludens *num. 33.* quod si Adam † hodie viueret, à nemine posset in ius vocari sine venia.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Parentes non possunt vocari in ius à filijs, venia ab eisdem non petita, nec illis instantibus carcerari. 1

Patroni, et patrona non conueniuntur à libertis non petita ab eisdem venia. 2.

Feudi dominus non carceratur instante vassallo. 3. *Ampl.* 4

Clerici non carcerantur pro ære alieno soluendo. 5

Iudex condemnatus in syndicatu ob imperitiam, non carceratur. 6

Maritus instante vxore non carceratur. 7. *Ampl.* 8. *Limit.* 9

Socer non carceratur instante nuru restitutionis dotis causa 10. *Ampl. ibid.*

Frater instante fratre non carceratur. 11

Dixi supra in secunda Regula constituta hoc Capit. decimotertio, non posse carcerari debitores, quibus ab actore debita est reuerentia. Et pro extensione eiusdem assumpti, dixi aliqua in proximo, & antecedenti §. Quia plures sunt personæ, quibus est debita, illas enumerando:

1 Primo loco sunt ascribendi † parentes, qui à filijs, & descendentibus in ius vocari non possunt, venia ab illis non petita. *l. parentes ff. de in ius vocand.* & condemnati nullatenus carcerari possunt. Sed quia dicenda de venia petenda spectant ad eum, qui ageret de exceptionibus, & ego aliqua dixi *infra de except. c. venia non petita*, & in meis Collect. ad dictam *l. parentes, et nouissime Io. Castagn. in suo tract. de Beneficio deducto, quæst. 5.* latissime egit, ne actum agam, & sua sede referantur dicenda, me remitto ad ea, quæ alij dixere, & ego scripsi.

2 Secundo patroni, & patronæ, † si conueniantur à suis libertis. *Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 7.* addendo idem dicendum in filijs, & descendentibus patroni. *Castagn. de Benef. deduct. quæst. 5. ampliat. 1. et fallentia 1.* Limitat, si tale ius amiserunt.

3 Tertio, si dominus † conueniatur à vasallo: nam nedum illo instante non carcerari, sed si
4 fuerit alio instante carceratus, † debet quantū potest curare, vt à carcere eximatur: alias priuatur feudo. *c. 1. §. item si delator, qua fuit prima caus. benef. amittend. per quem textum ita firmat* Clar. *§. feudum. quæst. 24.* vbi refert dissentientes, & in fine limitat, si iuste fuit carceratus.

5 Quarto, Clerici, † vt dixi *supra §. 3.* quibus addo dicta *à Castagna tractat. de Benef. deduct. quæst. 10.*

6 Quinto, † Officialis, & omnis Iudex, qui in sindicatu fuit condemnatus ob imperitiam. *Castagna tract. de Benef. deduct. q. 14.*

7 Sexto, maritus, si conueniatur † ab vxore: nam cum iuxta præceptum *D. Pauli*, *Mulieres estote subditæ maritis vestris*, non sunt illi instante vxore in causa ciuili carcerandi, cum non teneantur vltra quam facere possunt. *l. maritum. ff. solut. mat. vbi plura dixi in meis Collectaneis, et late Castag. de Benefic. deduct. quæst. 1. num. 1. et seq.* vbi ampliat, & limitat. *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 13.* am-
8 pliat ex quouis contractu † conueniatur tam constante, quam soluto matrimonio. Subdens quid dicendum, si se obligauit in solidum resti-
9 tuere dotem, & in casu vergentiæ † *num. 41.* absolute concludit cessare hanc exceptionem.

10 Septimo, socer si fuerit † condemnatus ad restitutionem dotis instante nuru, non carceratur. *Glos. l. rei iudic. §. socero. ff. solut. matr. & examinant Castagna de Benef. deduct. q. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 14.* vbi etiam agit, an procedat tam in socero mariti, quam vxoris *de Franchis, decis. 164.*

11 Octauo frater, si fuerit instante † fratre vtrinque coniuncto condemnatus, non potest carcerari. *Surd de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 6 et dixi §. seq. vers. secundo.*

Inter

§. IX.

SVMMARIVM.

Posse dicimur, quod salua dignitate praestare possumus. 1

Libri, & arma non possunt capi in executione facienda contra doctorem, scholarem, & militem. 2.

Impossibile dicitur, quod salua dignitate facientis non potest fieri. 3. *Ampl. ibid.*

Carceratio laedit famam carcerati. 4.

Clausula, non teneor, vltra quam facere possum vis, & virtus. 5.

Exceptio, non teneor, nisi in quantum facere possum, cōpetit vicissim inter ascendētes, & descēdentes. 6 *fratres vtrinque coniuncti* 7. *Item dominus & vassallus.* 8. *Patronus si conueniatur à praesentato ad beneficium ecclesiasticum. Item Praelatus, Rector, & Parochus conuentus à suo subdito.* 10. *Item omnes, qui non possunt carcerari.* 11. *Item socij omnium bonorum, vel vnius negotiationis, si inuicem agant.* 12. *Item donator conuentus à donatario.* 13. *Ampl.* 14. *Item cedens bonis, si conueniatur à cessionario.* 15. *Negatur obligato, si conueniatur actione reali.* 16. *Item conuicto de mendacio.* 17. *Item marito negante se maritum, si conueniatur de mendacio.* 18. *Item ingrato.* 19. *Obligato cum iuramento.* 20. *Item condemnato, qui argui potest de dolo.* 21. *Item ei, qui viuere potest ex sua industria.* 22. *Item vbi creditor pariter est inops.* 23. *Item pauperi facto sua culpa.* 24. *Vt haec exceptio prosit, quid considerandum, & notandum.* 25. 26. 27. 28. 31. 32.

Nobilis si excipiat, non teneor vltra quam facere possum, quid obseruandum.

Scholaris gaudet beneficio, non teneor nisi in quantum facere potest, & qualiter. 29. *Item miles.* 30.

INter caetera, quae ratione reuerentiae sunt à
creditore praestanda debitori, *supra* §. 7. *n.* 6
& seq. Illud esse dixi, ne ab illo teneret exigere,
vltra quam facere possit. Sed quia idem
seruandum in aliquibus alijs creditoribus, in
quibus reuerentia non causat tale priuilegium,
seu exceptionem; Praesupposito, quod illud
1 † posse dicamur, quod salua dignitate praestare
possumus. *l. nepos Proculo.* §. *fin. ff. de verb. signific.*
quare *Romin. Iun. in* §. 1. *inst. de donat.*
2 *num.* 129. dicebat † in executione facienda
contra doctorem, scholarem, vel militem, non
esse auferendos libros, vel arma, quia vterque
dehonestaretur. *Coler. de proces part.* 2. *cap.* 3.
3 *nu.* 125. *& seq.* & impossibile † iudicatur, quod
salua dignitate facientis, minime potest fieri,
etiam si agatur de facto Principis. *Bal. consil.*
326. *nu.* 3. 4. *&* 5. *lib.* 1. *Crauet. cons.* 241. *Princeps
num.* 20. *vers. nec Princeps. Alex. cons.* 54.
Cassan. in Catalog. Gloriae mund. par. 5. *consider.*
24. *nu.* 107. *Menoc. praesumpt.* 183. *discur*-
rimus lib. 4. *num.* 5. Ideò cum per carceratio-
4 nem laedatur fama carcerati, iuxta congesta à
Neuiz. cons. 52. *num.* 8. Nullatenus sunt ex causa
aeris alieni soluendi, vel facti praestandi, carcere
mancipandi illi, quibus debita est reuerentia,
nec qui non tenentur vltra ea, quae soluere,
& praestare possunt.

5 Cum igitur verba ista, quod quis non sit
obligatus soluere, vel dare vltra ea, quae dare,
vel soluere potest, idem significent, quod debitori
tantùm sit relinquendum, ne egeat, sed
retineat, quae sint satis pro illius alimentis, absque
metu carceris. *l. in condemnatione. ff. de
reg. iur. Bart. l. maritum* 15. *ff. sol. matr. Ruin.
cons.* 144. *videtur. lib.* 5. *num.* 12. *Surd. de alim.
tit.* 1. *quaest.* 78. *nu.* 1. *Giurba decis.* 43. *in princ.*
agendum est de personis, quae gaudeāt isto priuilegio,
seu exceptione: & inchoando à dignioribus,
quibus Iure diuino, & humano sumus
obligati;

Primo ratione correlationis vicissim gaudent
6 isto priuilegio, omnes † ascendentes, & descendentes
vtriusque sexus. *l. sunt qui. vers. item
parens. glos. l. patronus. verb. parentes. ff. de in
ius vocand. Surd. de aliment. titul.* 1. *quaest.* 78.
bis. num. 3. 4. *&* 5. *Io. Fab. in* §. *sunt praeterea.
vers. si quis. inst. de act. in princ.* eam afferens
rationem, quia priuilegium debet esse reciprocum.

7 Secundo, frater vtrinque † coniunctus, si cō-
ueniatur à fratre vtrinque coniuncto. *Io. Fab.
in* §. *sunt praeterea. vers. si quis instit. de action.
n.* 1. Eam afferens rationem, quia frater vtrinque
coniunctus debet alere fratrem sibi vtrinque
coniunctum. *Fabrum sequitur Ias. ibid.
num.* 4. relatis, qui aliud sentiant.

8 Tertio, dominus, † & vassallus, si vnus alterum
conueniat, quia inuicem debent se alere.
Io. Fab. in §. *sunt praeterea. vers. sed si quis, instit.
de action. num.* 1.

9 Quarto, patronus Ecclesiae, si conueniatur à
clerico, quem praesentauit. *Io. Fab. in* §. *sunt
praeterea. vers. sed si quis. inst. de action. num.* 1.
& Ias. eam afferens rationem, quia ab illo est
alendus. *idem voluit Ias. ibid.* 5. & dixi antecedenti
§. *vers.* 2.

10 Quinto, Praelatus, † vel Rector, vel Curatus,
si conueniatur à suo subdito. *Io. Fab. in* §. *sunt
praeterea. vers. sed si quis. institut. de action.
num.* 1.

11 Sexto, omnes, qui † instante actore non
mancipantur carceri, postquam excussa fuerūt
illius bona mobilia, immobilia, & iura, quos
retuli *supra hoc capit.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 8.

12 Septimo, socij † vniuersorum bonorum, &
vnius negociationis, nam si conueniat vnus alterum,
non tenetur vltra quam facere potest.
Ias. §. *sunt praeterea. vers. sed & si quis, num.* 6.
in princ.

13 Octauo, donator non † tenetur donatario, nisi
in quantum facere potest: Ne, vt inquit textus
in l. exhaeredatum. §. *fin. & l. seq.* ex liberalitate
*sua factus inops periclitetur ff. de re iud.
Ias. in* §. *sunt praeterea. vers. sed & si quis inst.
de action. num.* 7. *subdens num.* 8. quid dicen-
dum

dum de donatione ob causam, distinguendo
14 † in donatione dotis causa: an dos petatur ad commodum mariti, vel vxoris: vt priori casu esset beneficium ne teneatur vltra, quam facere possit: secundo secus, iuxta *opin. Io. de Plat. & Angel.* Sed eam distinctionem reprobat, concludens absolute donantem causa dotis, qui non obligatus erat dotare, gaudere beneficio ne teneatur vltra vires, & ne egeat: idem firmat *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 15. Giurba decis. 45. num. 11. in fin.*

15 Cedens bonis si post † cessionem peruenit ad pinguiorem fortunam: nam si conueniatur à creditoribus, quibus cesserat bona, gaudet beneficio ne teneatur vltra vires. *l. is qui ff. de cess. bonor. Surd. & ab eo relati de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 25.*

16 Limit. antecedentes casus omnes † quoties agitur actione reali ad rem ab actore datam, quæ sit immobilis, non autem in pondere, & mensura, quæ recipiat functionem in genere suo: quia cùm reus præcise debeat rem restituere, cessat beneficium ne teneatur vltra vires. *l. vnic. §. cum autem. C. de rei vxor. action. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 39.*

17 Limita, vbi reus conuentus † simpliciter negat qualitatem, quæ est causa beneficij, ne ille teneatur vltra vires, & contumax in sua negatiua conuictus fuit de mendacio: veluti si maritus negat se maritum, vel socius socium, vel vassallus vassallum: nam ratione mendacij non gaudet tali beneficio, vt generaliter concludit *Ias. in §. sunt præterea. vers. sed, & si quis, inst. de action. num. 16.* Limitando, si negatio esset facta cum *clausula, nego narrata, prout narrantur*: de qua verba feci, *de Laudemio. lib. 1. quæst. 27. num. 41. & seq.* & retuli plura, quæ
18 conueniunt casui nostro: † & de marito negante se esse maritum, *Bart. in l. etiam filios. §. 1. ff. sol. mat. num. 3. & seq. Alex. num. 9. Marsil. de fideiuss. num. 327. Ant. de Tremul. ad practic. Bonacurs. cap. quib. modis suo nomine ciuil. n. 205. vers. de marito. Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 79. num. 28. & seq.*

19 Limita, vbi excipiens, † quod non tenetur vltra vires suas, est ingratus in actorem: quia ratione ingratitudinis amisit beneficium istius exceptionis. *Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 78. num. 58. Io. Fab. in §. sunt præterea, vers. sed, & si quis. inst. de action. circa fin.*

20 Limit. vbi reus † conuenitur in vim obligationis iuratæ: nam cum iuramentum obliget præcise ad adimplendum iurata. *cap. fin. ne Prælat. vices suas. Surd. cons. 13. num. 27.* & tollat contrariam exceptionem. *cap. debitores, de iur. iur.* cessat beneficium ne quis teneatur vltra vires, vbi cum iuramento quid fuit promissum.

21 Limit. omni casu, † quo reus condemnatus argui potest de dolo in contractu, quo conuenitur. *l. etiam, §. licet, vbi gloss. ff. sol. mat.* quæ loquitur de marito recipiente dotem, vbi non habebat patrimoniũ sufficiens ad illã restituendã, *& dixi supra §. 3. limit. 3. Giurba. decis. 43. n. 1. & seq. & 6. & dixi §. seq. vers. lim. si filius,*

22 Limit. omni casu, quo reus † conuentus ex sua industria potest sibi victum quærere: nam tunc nihil deducere potest ex suo patrimonio. *Gloss. in l. si maritus in id. verb. neque habebit. ff sol. mat. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 31. Coler. de process. part. 2. cap. 3. num. 118.*

23 Limit. vbi vicissim † actor creditor laborat inopia: nam cum in paritate causæ conquatiantur priuilegia, & priuilegiatus non vtatur priuilegio. *l. sed & milites, ff. de excus. tut. Couar. pract. quæst. cap. 7. vidua. num. 4. Menoc. cons. 447. difficilis. num. 37.* æquius est reum debitorem egere potius, quàm creditorem. *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 34. Coler. tract. de process. part. 1. cap. 3. num. 120.* plura subdens in confirmationem huius assumpti. *Giurba decis. 42. num. 3.* qui loquitur de marito.

24 Limit. vbi quis sua † culpa factus est pauper, vt dixi *num. seq. vers. limit. vbi filius fam. sua culpa.*

Esto quod reus gaudere debeat beneficio ne egeat, aliqua sunt in praxi notanda: & Primo, quod in excutiendo aliquem quantum facere
25 potest, † non consideratur quanti æstimari potest patrimonium rei condemnati, sed quantitas fructuum, quæ ex illo percipiatur. *l. qui bonis. ff. de cession. bon. vbi Bart. notat. l. Imperator. ff. ad Trebel. Ias. in §. sunt præterea. vers. sed & si quis. inst. de action. num. 11.*

Secundo, quod si reus excipiens, quod vltra
26 facere non † potest, habeat fundum, qui multum æstimatur, sed paucos ferat fructus, ita vt vix sufficiant ad illum alendum, quod illum debet vendere, & ex illius precio emere fundum, qui vberiores ferat: vel illud exponere honesto lucro, quoad ille, cum suo creditore alatur, *vt ex Imol. reprobato Bal. concludit Ias. in §. sunt præterea, vers. sed, & si quis, inst. de action. num. 21. circa med.*

Tertio, quod reducendo ad praxim relatam
27 exceptionem, † seu beneficium, Non teneor nisi in quantum facere possum; tria sunt à Iudice consideranda. Primo quantitas patrimonij rei conuenti seu debitoris secundo, qualitas, & conditio personæ eiusdem debitoris: tertio eiusdem ætas, & quantum verisimiliter ille viuere possit.

Quoad primum, licet vt dixit Proculus *in l. nepos. ff. de verb. signif.* posse dicamur, quæ
28 salua nostra dignitate possumus; † attamen, si debitor nobilis possideat amplum patrimoniũ, vt illo diminuto causa æris alieni soluendi, non possit ille eodem splendore viuere, carebit ille priuilegio faciendi tantum, quæ facere potest: secus si patiatur quoad alimenta. *Coler. de process. part. 2. cap. 3. num. 115. in princ. & num. 116. & seq.* Ratio diuersitatis inter primum, & secundum casum ea esse potest, quia priori casu plectitur debitor in patrimonio, quod erat creditori obligatum: secundo autem casu plectitur persona, & agitur de subtrahendis alimentis, & per indirectum de necando ipso debitore in causa ciuili, in qua, persona non punitur; & tenet regula, quod qui non habet in ære, luat in corpore. Et hac ratione idem obseruan

uandum, si debitor sit rusticus, cui sat erit relinquere, quæ sufficiant ad emendum secundarium, vel furfuraceum panem, defrutum, vel fugiens vinum, allium, cæpas, vel hypaceum caseum. *Coler. de proces. part. 2. cap. 3. nu. 117.*

29 Subdens in executione facienda † contra scholarem, tantum illi relinquendum, quod sufficiat ad absoluendum incepta studia, ne illa deserat, nisi ex sua industria viuere posset: idem

30 subdens dicendum † in milite, cuius salarium capitur in causa iudicati, si ex arte, quam callet, potest victum sibi parare: *idem Coler. ibid. num. 118.*

31 Tertio habenda est † ratio ætatis debitoris: & tunc cum lautius, & durius sit alendus iuxta virilem, & ingrauescentem ætatem, minorem, & maiorem quantitatem dari mandabit Iudex. *Coler. de proces. part. 2. cap. 3. num. 119.*

32 An autem in taxandis † alimentis debitori, qui gaudeat beneficio deducto, habenda sit etiã ratio familiæ debitoris, videndus *Coler.* qui dissidentes opin. DD. refert, *de proces. part. 2. cap. 3. num. 119. in fin.*

§. X.

SVMMARIVM.

Filiusfamil. simul cum patre obligatus non tenetur, nisi in quantum facere potest. 1. *Ampl.* 2. 7. 8. 9. 10. 12. *Limit.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Dispositio generalis non extenditur ad casus speciali lege prouisos. 3.

Dotis causa non continetur sub lege, vel Statuto superueniente, licet sit conceptum verbis generalibus. 4.

Clericus renuncians generaliter omni legum auxilio, non intelligitur renunciasse beneficio cap. Odoardus. 5.

Hæres acceptans hæreditatem cum beneficio legis, & inuent. non est propriè hæres. 20.

Agendo de reliquis personis, quæ non obligantur vltra, quam facere possint, nono

1 loco ponamus filiumfamilias, † qui in aliquo contractu se obligauit simul cum patre. *l. 2. ff. et C. quod cum eo. Giurba. decis. 42. num 3. in fin.* vbi *num. 10.* refert rationem quare filiosfam. concessum sit hoc beneficium, quam prius retulerat *Vinc. de Franc. decis. 181. filiumfam. num. 5. et 7. et seq. et decis. 221. num. 1.*

2 Ampl. etiamsi filiusfamilias † cum iuramento, generaliter renunciasset omni iuris, & legum auxilio. *Aloys. de Leo in l. 2. C. quod cum eo. num. 4. et 5. Vrsill. ad Afflic. decis. 308. nu. 20. Mancin. reprobatis aliud sentientibus, in tract. de iurament. part. 4. effectu 201. pluribus, n. 2. et 3. Vinc. de Franc. decis. 181. filiumfamil. n. 6. et seq. Giurba decis. 42. filiusfam. num. 19. in fin.* vbi respondet obiectis.

3 Et ratio est, quia dispositio † quantumuis generalis, non extenditur ad casus à lege specialiter prouisos, seu vt ego interpretor, priuilegia-

4 to in specie, Ideo dotis causa † non comprehenditur sub lege, vel Statuto superueniente, licet sit verbis generalibus conceptum. *l. fin. C. de iur. dot. cum alijs cumulatis in meis collectaneis ad eundem textum.*

5 Sic clericus † per generalem renunciationem non excluditur beneficio *cap. Odoardus, de solut. Ferret. cons. 254. nu. 14. cum alijs per Giurbam relatis, decis. 42. num. 21.* Et idem dicendũ de quocumque sin-

6 gulari, seu priuilegio, † & beneficio alicui concesso, quod sit scriptum in corpore Iuris. *Glos. auth. quia in prouincia, C. ubi de crimin agi oport. Surd. cons. 325. nu. 8.* ampliando etiam si lex noua haberet clausulam, non obstante; vel ea lex emanaret à generali Concilio. *Gul. Bened. cap. Raynutius. §. et uxorem, decis. 2. num. 13.*

7 Ampl. etiam si filius † obligasset se cum clausula guarantigiæ. *Vincent. de Franc. decis. 181. filiumfamilias, num. 11. cum alijs cumulatis per Giurbam decis. 44. qui tutus. num. 5.*

8 Ampl. etiam si filius † obligasset se cum patre causa dotis, nisi vt dicam infra, renunciauerit beneficio *d. l. 2.* vt concludit *Giurba decis. 45. num. 14. usque in fin.*

9 Ampl. vt hæc exceptio non † tollatur longi temporis præscriptione. *de Franc. decis. 221. n. 2. & seq. et num. 11.* respondet legi, *Sed si ex parte. §. sed an etiam, ff. quod cum eo*, quæ videbatur obstare.

10 Ampl. etiam si viuis † parentibus, & durante patria potestate, filius fam. fuit conuentus, & condemnatus, nam si tempore executionis sit sui iuris, morte patris, & non sit illius hæres, vel renunciet bona omnia paterna creditoribus, gaudebit beneficio præfato. *Paris. cons. 94. lib. 1. n. 44. in fin. 46. quem sequitur Giurba decis. 43. num. 25. in fin. & num. 26.*

11 An autem filiusfam. possit † remedio *l. diffamari, C. de ingen. manumis.* agere, ne benef. *d. l. 2.* molestetur à creditore: Distinguendum est, an agatur de credito non habente paratam executionem, & sumus in terminis Iuris communis: & tunc antequam molestetur, potest præuenire, & instare vt liberetur ab imminentibus molestijs. *l. si contendat, vbi Bart. & reliqui, ff. de fideius. l. si pater. C. qui bon. ced.* cum alijs cumulatis *à Giurba decis. 44. num. 1. & seq. Cartar. decis. 20. num. 1. et 3.* An vero agatur de credito habente paratam executionem ex Statuto, vel qualitate obligationis: & rursus distinguendum, an Statutum dirigatur in executionem, an in instrumentum: nam priori casu præuentio non excusat a solutione; secundo autem casu secus, vt colligo *ex Giurba d. decis. 44.*

12 Ampl. etiam si creditor † esset pauperior filiofamilias. *Paris. cons. 64. lib. 1. num. 50.*

13 Limit. vbi filiusfam. † sua culpa redactus est ad statum, quo vt carcerem euitet, cogitur excipere, quod non tenetur vltra quam facere possit, modo culpa probetur præordinata, ne solidum solueret. *l. etiam. 18. §. licet, ff. sol. mat. l. penul. ff. de iur. dotium. l. fin. §. fin. ff. de ijs, quæ in fraud. credit*, per quæ iura casum præsentis

 limi-

3 Contrarium † firmat *Iaſ. in l. vinum, ff. ſi cert. pet. num.6.* dum prius *num.2. & ſeq.* arguendo à tempore præſertim ſacro, ad locum, concludit quod non eſt ponere os in cœlum, firmare hoc aſſumptum; præſertim cum liceat laico capere clericum debitorem ſuſpectum de fuga; & eiſdem argumentis idem tenent relati *à Couar. var. reſol. lib.2.cap.20.num.14.*

4 Limit. in mercatoribus, qui cum reipub. diſpendio ex pecunijs alienis laute viuentibus, vertunt ſolum, & fugientes ad Eccleſias, ſuos creditores fallunt, & falliti nuncupantur, vbi fallentes eſſent dicendi. *Boer. deciſ.215.num.7. Couar. var. reſol. lib.2.cap.20.num.14.verſ. nec Iaſ.* ſubdens, quid à Regibus Hiſpaniatum ſit iſto caſu ſtatutum: quod tamen non eſt receptū in Italia, vbi ſeruato iure communi nemo carcerē metuere debet. *l. nemo carcerē. C. de exactor. tribut. lib.10.* vbi in Hiſpanijs, ſi debitor non habet in ære, traditur creditori, vt ſuis operibus illi ſatisfaciat, vt teſtatur idem *Couar. ibidem.*

Quæ dixi de Eccleſia, dicenda ſunt etiam de

5 monaſterio, † ſubgrundijs, atrio, ſcalis illius, & cœmeterio, *cap. definiuit. 17. quæſt.4. Peccbius de iure ſiſtend. cap.6. num.2. Oldr. conſ.55.* Ideo Venetijs prope Eccleſias vidi in terris marmore inſcribi, Loco ſacro, intra quem dicebant mihi neminem capi poſſe.

6 Oldradus, qui teſte † *Rom. ſing.171.* fuit diſcipulus Dyni, & Aduocatus Conciſtorialis, ſua ætate nuncupabatur legum pater, & familiaris *Io. And.* qui retulit omnia illius conſilia locupletando dicta Speculatoris, vt referunt *Socin. conſ.6. lib.1. num.8. circa fin. & Cotta in ſuis memoral.* §. *de Iuriſperitis*, ſuit, inquam Oldr. in ſingulari opin. quod omni caſu, quo de iure communi, vel Statuto debitor capi, & car-

7 ceri mancipari poteſt, † quod poſſit etiam extrahi ab Eccleſia, vt concludit *conſ.14.* Sed illud communiter reprobatur, *teſte Boſſio de captura num.26.*

8 Amplia, etiam † ſi debitum eſſet publicum. *Boſſius de captura num.26.*

9 Ampl. etiā ſi debitor † renunciaſſet beneficio immunitatis Eccleſiæ, & conuentumeſſet, quod intra illam capi poſſit. *Maſtrill. deciſ.169. re-*

10 *nunciantes, num.1.* addendo † ſi fuit extractus, etiam blandis verbis, vel promiſſione, quod non carcerabitur, eſſe reſtituendum Eccleſiæ.

11 Ampl. etiam † in reo læſæ maieſtatis. *Boſſius de captura num.32.*

12 Ampl. etiam † in confugiente ad hoſpitale conſtructū autoritate Epiſcopi. *Rom. conſ.400. in cauſa, num.6. Fel. in cap. de quarta de præſcript. num.6. verſ. octauo. V alaſ. conſult.105. num.43. Maſcard. de probat. concluſ.869. n.9. vſque in fin. Tuſcus concluſ.164. Hoſpitalia. num.26.*

13 Quid ſi Eccleſia nondum † ſit conſecrata, vel ſolum dedicata? *cap. Eccleſiæ de immun. Eccleſ. Petr. Gregor. de benef. cap.22. num.4. verſ. Eccleſia.*

14 Quid ſi confugiat † ad ſacerdotem deferentē Euchariſtiæ Sacramentum? *Socin. conſ.80. lib.5. num.18. Couar. var.* [illegible] ferit id obſeruatum [illegible] *nitas. num.6.* & à fide dignis [illegible] Mediola-

15 ni diu fuiſſe obſeruatum, † vt ſat eſſet iungi ſacerdoti, vel clerico ſeculari, vel regulari: ſed quia inde fiebant fraudes, ſublata fuit talis immunitas.

16 Quid ſi carceratus † fracto carcere fugit ad Eccleſiam? videndus *Boer. deciſ.110. num.8. & 9.*

17 Quibus expenſis † ſit interim alendus iſte debitor, ſi non habet vnde viuat, eſt textus *in l. fin. verſ. & ipſi. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. Boer. deciſ.303. num.3. Mayner. in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. num.30.*

18 Quid ſi † confugiat ad domum presbiteri. *Boſſius de captura. num.30.*

19 Limit. vt quis † poſſit citari in Eccleſia etiā de mandato iudicis laici. *Mayner. in l. nemo de domo. de reg. iur. num.10. & ſeq.*

---

§. XII.

SVMMARIVM.

Citari poteſt domi exiſtens. 1

Carcerari non poteſt, qui eſt in domo ſua, & quare. 2.3.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.22.23.24.32. *Limit.* 25.26.37.28.29.30.31.33.35.

Domus nomine quid contineatur. 3.7.9.20.20.

Roman. declaratur. 21

Ad factum, quando quis cogi poſſit. 28. *in fin.*

Praxis Mediolanenſis circa capturam debitorum improbatur. 31

Carcerari nemo ſubditus Mediolani poteſt pro debito. 32

Carcerari non poteſt in cauſa ciuili confugiens ad ſtatuam Principis. 36. *nec in Palatio, vbi ius redditur.* 38.39

Ferdinandus Magnus Dux Etruriæ, qua cautione fecerit frequentem portum Liburnum. 37

Carcerari, & capi non poteſt vbique locorum, quibus id eſt prohibitum à Statuto, vel à Principe. 38.40.

1 Qvamuis, qui domui ſuæ eſt, † regulariter poſſit in ius vocari. *l. ſed & ſi 21. ff. de in ius vocand.* attamen inde per vim, ſeu contra voluntatem ſuam, & conſequenter per licto-

2 res inde extrahi † non debet. *l. nemo, ff. de reg. iur. l. plerique. l. ſed & ſi is, ff. de in ius vocand. vbi I. C. Gaius* eam affert rationem, quia domus ſua vnicuique debet eſſe tutiſſimum refugium, & receptaculum: cui conſonat, quod legitur *Deuteron. cap.24. num.10. dum dicitur, Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quā debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille proferet, quod habuerit. Marian. Soc. ſup.2. decret. artic.17. num.5 in princ.*

3 Ampl. etiam ſi domus non eſſet propria, ſed conducta. *Caſt. conſ.92. notandum, num.2. verſ. his tamen*, addendo nomine domus con-

 tine-

C. *quand.mul.num.13.verf. in l.2. Præposit. in cap. ex parte, de appel. Marsil. in prax. § attin-*
27 *gam. num.65.* addendo † *Bart. & alios* aliud
sentientes non recte loqui, & mirari, quare
ille non aduerterit rationem, quod mater tu-
trix filij sui non potest conueniri nisi in tan-
tum, quantum facere possit. *Gomes. in cap. mu-*
lieres, de Iudic. in sext. num.23. Couar. uar. re-
sol. lib.2. cap. 1. legibus. num. 2. addendo non
posse defendi Bart. & alios dissentient. *& in*
cap. quamuis, de pact. part. 2. *in princ. nu.* 7.
uers. attamen. Addendo procedere, etiam si mu-
lier suscipiendo tutelam, specialiter renuncias-
set priuilegio, ne carceretur; quia ex tali renun-
ciatione cessaret pietas, & reuerentia debita
ascendentibus, & honestas quæ spectatur in
fæminis. *l.1. C. de offic. diuers. Iud. & latius cæ-*
teris Petr. Plac. in epitom. delict. cap.34. nu.13.
relati à Vasq. illustrium controuers. cap. 97.
mulier. num.2. & seq. Concludens contrariam
opinionem nulla fundari lege, vel ratione: quia
si mulier non potest carcerari pro debito fisca-
li, vel ex maleficio, tanto minus est carceranda
pro debito ciuili, & ad fauorem sui descenden-
tis: addendo *num.4. in fin.* esse impium, crude-
le, iniurium, & nefandum honesto viro carce-
rare parentes iactura patrum. *num.5. Bactia*
tract. de de decima tutor. cap.4 num.78. dum
prius num.46. retulisset dissentientes, quorum
opinionem subdit non esse tutam, *& tractat.*
de inope debit cap.15. num.13. & sequen. Me-
noch. de arbitr. Iud. quæst.88. num.12. Tren-
tacinq. uar. resol. lib.3. de solut. resol.4. Tu ha-
bes num.3. uers. contra. Vasq. de success. creat.
lib.3. §.22. num.82. uers. contrariam. vbi testa-
tur de veriori, sicuti & *Guttierez tract. de tu-*
tel. par.1. cap.8. mulier. num.33. & seq. vers. ni-
hilominus. Farinac. tract. de carcere, & carce-
rat. quæst.22. num.62. & seq. addendo istam
opinionem esse tenendam in iudicando & cō-
sulendo, quia fundata melioribus rationibus,
quibus ego credo non posse responderi. *Ad-*
dentes ad Mathesil. sing.108. vbi Iaie compro-
bant. relati *à Farinac. de carcer. quæst.27. nu.*
62. addentes *ad Vinc. de Franchis decis.164.*
num.6. addendo procedere, etiam si renuncia-
uerit omni legum auxilio. *Asin. de exequut. §.2.*
cap.7. usque in fin. etiam quod adesset Statutū,
quod debitor carceretur, reiecto omni priui-
legio.

28 Contrarium † tenent *Bart. Salic. Roman.*
Ias. Matthæus Io. Andr. Gemin. Franc. Angel.
& alij relati à Petro Plac. in epitom. delictor.
cap.34. num.13. uers. quibusdam. Couar. uar.
resol. lib.2. cap.1. num.2. & in cap. quamuis, de
pact. par.2. in princ. nu.7. Menoch. de arb. Iud.
quæst.88. num.12. Petr. Duen. reg l.312. uersic.
Secundo limita. relatus lib.6. reg. Iur. uers. im-
pium à Guttier. tractatu de tutel par.9. cap.8.
mulier. nu.33. à Vasq. illust. controuers. c.97.
num.1. Marsil. sibi parum constans sing.258.
uers. & tenens, addendo nedum mulierem
29 † carcerari posse isto casu, sed etiam illius ma-
ritum secundum, cuius bona obligantur pro
tutela vxoris: addendo, id notandum ab ijs,
qui viduas vxores ducunt. *Baetia tract. de De-*
cim. tutor. cap 4. num.16. relati à Farinac. de
carcere. q.27. Roman. l. qui in tale. § eleganter.
ff. sol. matr. num.11. Asin de exequut. §.2. cap.7.
num.2. & seq. præsertim si transiuit ad secunda
vota ante redditam rationem tutelæ.

Contrarietatem hanc credidit conciliasse
Caccialup. in tract. de debit. suspect. quæst.5. n.
26. facta distinctione, an mulier tutrix pupilli
sit mater, vel auia: & tunc vera sit opinio, quod
carceri mancipari non possit ex tutelari debi-
to, non quia mulier, sed quia mater, cui filius
debet reuerentiā; cui non potest renunciari, vt
ego addo, quia habet fomentum à iure naturæ,
quod quidē modificari, sed penitus tolli nequa-
quā potest à Iure ciuili. *§. sed naturalia, inst. de*
iur. person. Verum etsi quandoque Romanis
legibus concessa fuerit mulieribus impuberum
30 tutela, iuxta consequentias hæreditatū † nulla
sexus facta differentia, *vt ex Liuio histor. lib.*
39. probant Iacob. Rauard. in l. quo tutelæ.
ff. de regul. iur. in fin. et Hyppolit. à Collib. col.
final. Prudentum tamen animaduersione, seu
mutuata lege Solonis, qui Athenis vetuit mu-
lieres esse pupillorum tutrices, *teste Laertio in*
31 *Solone*, cum compertum fuisset tutoris † offi-
cium relatum inter publica munera, iuxta di-
stinctionem *glos. in l. athleta. § tutela. verb. mu-*
nus. ff. de excus. tut. §.1. inst. de excus. tutor. vbi
glos. verb publicum. non conuenire fæminis,
sicuti non conueniunt reliqua publica officia.
l.2. ff. de reg iur. Sed esse virile. *l. final. ff. de tu-*
telis. l.1. C. quand. mulier. tutel. offic. Gozadin.
32 *cons.18. num.15. et cons.68. num.2.* quia † in
alienis rebus administrandis, actionibus exer-
cendis, exceptionibus, statis temporibus op-
ponendis, emendo, vendendo, nundinando,
multum consilij, & prudentiæ requiri, & exu-
ta muliebri stola, versari in foro, iudicum sub-
sellijs, minui matronalem pudicitiam: inde ge-
neraliter mulieribus fuit interdicta pupillorū,
etiam quibus succedere possent, tutela. *§. final.*
inst. de legit. pat. tutel. l. quo tutela. ff. de regul.
iur. l. iure nostro 26. ff. de testam. tutela. l. final.
33 *ff. de tutelis*, † necnon & minorium cura.
l. scire oportet. ff. de tutor. et curat. datis ab his.
34 Et in tantum † iure veteri mulieres arceban-
tur à pupillorum tutela, quod si pater commu-
nium liberorum tutelam mandasset matri, &
Præses Prouinciæ imperitia lapsus patris volun-
tatem confirmasset, successor eius sententiam
sequi non teneretur. *l. iure nostro. ff. de testam.*
tutel.

35 Iustinianus tamen, † qui ad preces mulie-
rum plura fæmineo sexui indulsit. *l. assiduis.*
C. *qui potior. in pignor. habeantur.* Et multum
etiam in Iure delinitus blanditijs Dorotheæ, &
Theodoræ fixit, & refixit. *auth. eisdem, et re-*
liquis auth. quæ leguntur sub tit. C. de secund.
nupt. matrem, & auiam paternam, vel mater-
nam, absque alia Principis indulgentia, vt prius
fiebat. *l. fin. ff. de tutellis. Alex. cons.109. lib.3.*
36 volentes ad tutelam filiorum, † & nepotum
admisit. *auth. matri, et auiæ. C. quand. mul.*
tutel. offic. quarum tutelam ideò anomalam,
† seu

37 seu extraordinariam, & irregularem vocant *Specul. de tutore. §. 4. in princ. Cast. in l. omnem. C. ad Tertul. Alex. cons. 109. lib. 3. in fin.* Nisi pater in testamento etiam minus solenni filijs suis tutorem dederit, quia data testamentaria
38 tutela, cessat legitima. *Corn. cons. 129. n. 10. lib. 1. cons. 175. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 140. n. 4. lib. 1. Soc. Iun. cons. 85. num. 17. lib. 1. Dec. in l. 2. ff. de regul. iur. num.* 18. addendo talem tutelam non posse patrem directo interdicere matri. *Bal. cons. 308. num. 2. lib. 2.* eam assereos rationem, quia sicuti testator non dat legitimũ tutorem, seu ab illo non pendet legitima tutela, ita non potest illam extinquere, vel adimere ei, cui à lege est concessa.

Quare omissa conciliatione *Caccialupi*, cre-
39 derem aliter relatam Doctorum pugnam † posse conciliari: quod aut mater, vel auia expers est doli in administratione tutelæ filij, & nepotis, & vera sit negantium opinio, quod non possit carcerari: quia vel illa habet io bonis tantum, quod potest satisfacere puberi, cuius bona administrauit, & inane est tractare de carceranda matre, vel auia: aut non habet io bonis vnde satisfaciat, & tunc, quia non teoetur nisi in quantũ facere potest, & deducto oe egeat. *§. sed, & si quis, vbi D.D. Inst. de action. l. sunt qui, & ibi Glos. ff. de re iud. vbi Ias. num. 2. Spec. de renunc. et concl. §. 1. n. 28. Surd. de aliment. part. 1. quæst. 78. num. 3, et seq.* subdens eodem
40 priuilegio gaudere filium † conuentum à matre, & patre, obstante reuerentia, quæ iure diuino, & naturæ est debita ascendentibus, à quibus descendentes capiunt suum esse, impium esset cum illis agere de carcere, etiam latissimo. Aut vero mater non caret dolo, in ijs quæ sibi petuntur ratiooe administratæ tutelæ, vt puta non exhibendo repertorium bonorum pupilli, non offerat rationes, cautiones legendas, dispungendas, atque excutiendas, prout facere debet, *vt plurib. probat Gaganet. tract. de tutel. et cura. lib. 3. l. quæst. 11. num. 27. et seq.* quoad filius factus maior fiat certus virium sui patrimonij, & tunc vera sit opinio affirmatiua, quod carcerari possit, cum æqum non sit ex dolo suo filium lædi, vt in simili dicitur de socio, & socero. *l. verum. §. tempus, ff. pro socio. l. penul. ff. de iure dotium. Barbat. in cap. 2. de pignor.* concludens matrem tutricem pro magna summa posse carceri maocipari, & ita concludit *Pontan. tract. de tutel. cap. 15. nu. 66. Marc. Anton. de Amat. decis. 16. n. 6. Brun. de cession. bonor. quæst. 1. quæst. 4. principal. num. 2. in fin. vers. nisi dol. se.*

41 Contrarium † tenet Amucsca *tract. de potestat. in se ipsum. lib. 2. cap. 24. num. 5. in fin.* reprobando Montan, loco relato, ea ratione, quia
42 actio † doli non competit filio aduersus matrem. *l. non debet. ff. de dolo.* Addendo, idẽ dicendum in quacumque muliere, quæ ex Statuto, vel aliter tutelam pupilli administrasset, etiam quod renunciasset priuilegio, quod non posset carcerari. Secus si renunciasset ex alia causa, quam tutelæ: quod mihi durum videtur stante fauorabili, & publica causa pupilli, quæ videtur præferenda priuatæ, ideo tenendo primam partem illatioois, non placet secunda.
43 Aliter conciliat *Carpan.* † *ad Stat. Mediol. cap. 243. num. 15. & seq. plurib. ampliando hanc secundam opin.* vbi transiuit ad secunda vota non reddit ratione administratæ tutelæ, & posse carcerari cum secundo marito.
44 Ampl. etiam, si suscipiendo † tutelam, pacta fuisset carcerari pro debito tutelari. *Vasquius. Illust. controuers. cap. 97 mater. num. 8. Couar. in cap. quamuis, de pact. part. 2. in princ. nu. 7.* Licet quoad renunciationẽ nobilis ipse dissẽtiat ibidem *num. 5. vsq. in fin.* Et ratio est, quia priuilegium exemptionis à carcere, est datum sexui muliebri, cui non potest renunciari, vt dixi
45 supra, exemplo priuilegij dati † nobilitati, vt firmat *Vasquius d. cap. 97. num. 7. & de succes. creat. lib. 3. §. 22. num. 82. vers. contrariam,* vbi relatis dissentientibus hanc firmat opin. exemplo cessionis, cui non renunciari potest, vt late idem ibidem *num. 19. & seq.* dixi: & de priuilegio nobilitatis *Molin. de contract. disput. 571. num. 11.*

Contrarium tenent relati *à Vasq. de succes. creat. lib. 3. §. 22. num. 82.*

46 Ampl. etiam in meretrice, † quæ desiuit artẽ meretriciam exercere, & pœnitentia ducta cœpit honeste viuere. *arg. dictorum Bald. & Ias. in l. areram. C. de inoff. testam.* vbi mater à meretricio emendata potest filiam turpiter viuentem exhæredare: peracta enim pœnitentia tanquam postliminio quodam, pristinam conditionem recuperat, *l. imperialis. C. de nuptijs, vbi Bart. & Bald.* Notandum tamen, quod licet dixerim, si cœperit honeste viuere, quod ad
47 istum effectum † requiritur triennalis vitæ emẽdatio. *§. si quis vero auth. de monac. Corset. singul. §. præsumptio. Gul. Bened. cap. Raynutius, §. & in eodem testamento. el 2. num. 40. & 44.* vbi plura similia congerit, & dixi in meis Singularibus, *§. præscriptio, vers. Triennalis.*

48 Ampl. etiam in † muliere, quæ amore capta alicuius, illi sui corporis copiam fecit, vt probat *Menoc. de arbitr. Iudic. casu. 328. cum amore. num. 15.* dum prius multa de effectibus amoris retulisset.

49 Ampl. etiam io meretrice † nupta, quæ in matrimonio meretricatur. *Alex. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num. 12. in princ. & Iason num. 35. in princ. addentes ad Bald. in l. consentaneum. C. quomod. & quand. Iud. num. 40. verb. meretrici. Roman. in l. si vero. §. de viro, ff. solut. mat. num. 7. in secund. fallent. Suarez in l. 2. Fori, de cession. bonor. num. 7. circa med. Ias. in l. ad egregias. ff. de iur. iur. n. 9. circa med. Marsil. singul. 248. Conditio. vers. quod tamen. Socin. regul. 259. num. 3. Dec. l. 2. ff. de regul. iur. num. 73. Capic. decis. 44. num. 1. & seq. Gomes. in cap. mulieres de iudic. in sext. n. 18. Rebuf. in l. Masurius. 144. col. penul. vers. ad hac de verb. signif.* concludens meretricem coniugatam, nisi maritus illius sit vilis, & leno, non expellendam à vicinia: & omnium latissime *Baetia tract. de inope debit. cap. 15. num. 18. & seq*

seq. Farinac. de carcerib. quaest. 27. n. 56. & seq. vbi refert dissentientes, quos concordare tētat.

Quamuis Caccialup. *in tract. de debit. su-*
50 *spect.* † *quaest. 5. num. 23. & seq.* dubitet de veritate antecedentis extensionis, & plura referat, quibus illa subuertatur, & *Menoc. de arbitr. iud. quaest. 88. num. 14. & seq.* illam absolute reprobet, si maritus sit conscius, & patiens adulterium suae vxoris, tanquam leno, vt idem *Menoc. praeceptor meus declarauit deinde casu 534. Lenonum, num. 27. & seq.* declarando
51 † praeterea quando maritus dicatur suae vxoris leno: Ego autem aduertendo plures in lenones, & adulteras mulieres esse à iure communi indictas poenas, vt subdit *Menoch. ibid.* quod ratione incertitudinis prolis, esset omnibus modis cohibendum adulterium, non esset iniquum asserere mulierem adulterantem, etiam inscio marito, vel marito inepto, vt puta, quia furiosus, vel alia infirmitate corporis affecto, vel absente à toro, vbi degit mulier, illa non gaudere priuilegio dato honestis mulieribus, ne pati passu ambulent luxuria, & castitas.

52 Quid in causa criminali. *Clar. §. fin. quaest. 28. num. 3. & ibi Baiard. Bened. Aegid. de priuileg. honestat. artic. 3. num. 4.*

53 Limit. in muliere † vili, & humilis fortis. *Io. de Plat. in l. nemo. C. de exact. tribut. lib. 10. n. 20. vers. sexto. Clar. §. fin. quaest. 28. n. 3.*

54 Limit. vbi mulier † fuit condemnata aliquid soluere ex delicto. *Baetia de inope debit. cap. 15. n. 6. et seq. pluri. et cap. 16. n. 26. et seq. et cap. 17. num. 14. in fin.* praesertim si fuerit enorme. *Vasq. illustr. controuers. cap. 97. num. 2. in fin. Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 60. Bened. Aegid. de priuileg. honest. artic. 3 num. 4.*

55 Limit. in muliere inhonestè † viuente, seu meretrice. *Vasquius de successión. creat. lib. 1. §. 4. num. 49. in fin. Clar. §. fin. quaest. 28. nu. 3. Molin. tract. de contract. disput. 571. quando. num. 7. Alex. in l plerique, ff. de in ius vocand. num. 12. & Ias. num. 35. Menoc. de arbitr. Iudic. quaest. 88. num. 13. et seq.* addendo procedere, etiam si fuerit nupta: & dixi supra *in ampliat. fin. Duen. regul. 312. relatus libr. 6. regul. iur. §. femina, vers. limita primo. Bald. in l. consentaneum, C. quomod. & quand. iud. num. 40. Caccialup. tract. de debit. suspect. quaest. 5. n. 22. Bald. tract. de carcere, cap. 1. num. 3. in fin. adentes ad Matthesil. singul. 108. in fin.* cū alijs cumulatis *à Baetia, tract. de inope debit. cap. 15. num. 17. Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 55. Baetia de inop. debit. cap. 15. num. 17.* Sublimitando in meretrice nupta, *num. 19. & seq.*

56 Contrarium tenet *Gomes.* † *in cap. mulieres. de iudic. in sext. n. 18. motus verbis auth. sed hodie. C. de offic. diuers. iud.* dum vniuersaliter constituit, quod nulla mulier carceri mancipetur. Verum ipsius Gomesij opinio nostris temporibus non seruatur, & in Hispania contraria lege aliud est cautum, *vt refert Duen. regul. 312. vers. hanc etiam, & dixi supra. num.* Latius tamen prosequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 243. num. 19. & seq.*

57 Limit. vbi instrumentum † paratam habet exequutionem. *Frideric. Prucman. tract. de different. inter vtrumq. sexum, part. 2. artic. 5. num. 9. relato Maranta in prax. part. 5. artic. 8. num. 3.* qui tamen id non dicit, & decipitur, quia ibi lòquitur, quod mulier possit liquidare instrumentum per procuratorem; non autem, quod in eam exequutioni demandetur. Et ego in Vrbe exquisito à practicis, quid seruetur, intellexi, etiam si agatur de obligatione Camerali facta à muliere, qua nulla efficacior, quia corpus, bona, & animam obligat ea formula capit; numquam si fuerit honesta, realiter contra illam mandatur exequutioni. *Quid autem* isto casu seruetur in Regno Neapoli, videndus *Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resol. 4. num. 7.*

58 Limita, vbi damnata † fuit ad instantiam illius, qui eam redemit ab hostibus, quoad restituat pecunias ideo solutas. *l. si quis ingenuam, ff. de captiu. & postlimin. reuers. l. foedissima, l. si is qui te. l. fin. C. eod.*

59 Limit. vbi contraria † adesset consuetudo. *Milis in Repertorio. §. Carcerari. el 3.* addendo talem consuetudinem decennio praescribi.

60 Limit. vbi adesset † Statutum aliud disponens. *Milis in repertor. in §. carcerari el 5.*

61 Limit. vbi lex, † vel Statutum disponit, quod debitor fugitiuus, seu de fuga suspectus, capi possit, iuxta congesta *à Farinac. de carcer. quaest. 27. num. 64.*

62 Limit. vbi mulier † recusat redire ad virum, quia capi, & ad maritum duci potest. *Abb. & Card. in cap. literas, de rest. spol. col. fin.* quos refert *Trentacinq. lib. 3. de solution. resol. 4. num. 5.*

63 Limit. vbi occultat † bona mariti capienda in exequutione. *Mat. Brun. tract. de cession. bonor. quaest. 5. num. 1.* quem refert, & sequitur *Cancer. var. resol. cap. de exequut. sentent. num. 522.* Sed ex dictis eiusdem, *num. 525.* posset limitari, si id fecit non animo fraudandi, sed vt se posset alere.

64 Limit. vbi est suspecta † de fuga, & in loco extaret Statutum, quod debitor fugitiuus posset capi, & carcerari. *Bart. l. 1. ff. de pecul. n. 24. & in l. iura. ff. de legib. num. 2. Bal. l. ne passim. C. de iuris & facti ignor. & in l. quicumque. C. de seru. fugit. num. 10. Duen. regul. 312. limit. 3.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Reuerentia, quid sit. 1. illius species. 2. semper habet iustitiam.

Honestum non natura sed opinione constat. 3.

Reuerentia qua requirat, vt dicatur praestita. 5.

Is cui illa est debita, non conuenitur nisi in quā tum facere potest. 6. Ampl. 7. 8. 9. 10. 11. Limit. 12.

Pactum, quod vassallus non cadat à feudo ob non praestitam reuerentiam domino, est validum, 13.

Reue-

Reuerentia causa plura sunt concessa. 14. 15. 16. 17. 19

Ecclesia exempta debet reuerentiam, & cathedraticum Episcopo. 14

Fidelitas non est remissa inuestito de feudo franco. 16

Visitandi ius non est praescriptibile. 18

Episcopus debet reuerentiam patri, & ascendentibus. 20

Parentes in ius vocari non possunt, non petita venia. 20. et 21

1 REuerentia cùm † sit actus, qui exhibetur in testimonium, vel virtutis, vel dignitatis, seu praeminentiae, vel obligationis, qua quis astringitur ad fauorem eius, quem quis reueretur, multiplicem illa habet ortũ, & 2 in plures diffenditur species. Alia enim est debita iure diuino, alia naturae, & diuino simul: alia iure ciuili: alia iure ciuili, diuino, & naturae simul: alia moribus gentium. Prioris generis est cultus latriae Deo debitus, iuxta Decalogi praeceptum: Vnum cole Deum. Secundi generis est obsequium debitum parentibus, iuxta illud: Honora parentes *l. parentes ff. de in ius vocand.* Tertij generis est reuerentia, quae à liberto debetur patrono, & vxori, & liberis. *l. 1. & seq. C. de in ius vocand.* Quarti generis est obsequiũ honorabile debitum ijs, qui cum imperio praesunt, quamuis discoli sint, iuxta tradita *à D. Petro cap. 1. leg. 2. ff. de in ius vocand.* Posterioris generis est is honor, quem omnes, vel aliquae gentes praestandum esse certo personarum generi constituerunt: nam cum honestum 3 † non natura, sed opinione constet, inde factum, vt non omnes gentes de honestate idem sentiant, & aliquid hic laudabile, & venerandũ censeatur, quod alibi turpe, & non ferendum 4 iudicatur. Semper tamen reuerentia † comitem habet iustitiam, dum per eam exhibetur alteri, quod illi est debitum, vel creditur deberi: qui enim alium reueretur, se se illi submittit, & subijcit, tanquam obligatus ad subiectionem, & venerationem.

5 Cùm autem vbi quis debet aliquem † reuereri, à tribus abstineat sit necesse. Primo, ne illum sine venia in ius vocet. *l. 1. C. de in ius vocand. cum alijs cumulatis à Rol. à Val. conf. 17. lib. 2. num. 1. et seq.* Secundo, ne eundem iniuria aliqua afficiat. *l. 1 ff. de obseq. à liberis, et libert. praest and. l. 3. C. de patria potest.* Tertio ne illũ conueniat, vltra quam facere possit. *l. maritum. ff. solut. mat.* Euidens est veritas dictorum supra vndecimo capite, *num. 22. et 5.* Quarto, dum dixi, ordinem faciendae exequutionis, datum in *l. à diuo pio. §. in vendit,* obseruandum praecipue, si agatur † contra reum, cui actor debet 6 reuerentiam, nec contra eundem realem fieri exequutionem, quamuis obligatum in forma Camerae. *l. generaliter. ff. de in ius vocand.*

7 Ampl. etiam si fuerit † renunciatum priuilegio, ne in personam, seu carcere grauari possit. *l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. l. final. vers. reuerentia. C. de bon. libert. Laderch. conf. 30. difficilis. num 8. & seq.* concludens talem renunciationem non valere, quia contraria bonis moribus, & est priuilegium debitum personae, vt ego addo, non abdicabile ab eo, cui debita est reuerentia, turpitudoque euidens resultat ex actu irreuerenti; praesertim si accidat inter eos, qui mutua debent esse astricti beneuolentia. *Gallerat. de renunciat. tom. 2. cap 9. renunciat. iuris reuerential. num. 9. et 20. et seq. Couar. in cap. quamuis de pactis, par. 2. in princ. num. 8. Giurba decis. 42. num. 9. circa fin.*

8 Ampl. etiam † si renunciatio sit iurata. *Glos. et Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. mat. Couar. in c. quamuis. de pact. part. 2. in princ. n. 2. vers. postremo. Giurba decis. 42. num. 9. circa fin.*

Contrarium tenuit *Butrigar. tractat. de renunc. 10. benef.* quem late defendit *Laderch. consil. 30. num. 10. et seq.* addendo, etiam si renunciatio fuerit generalis beneficij omnium legũ, vel omnia, & singula attendere, & obseruare.

9 Ampl. vt ius † reuerentiale praescribi non possit. *cap. cum non liceat, de praescript. vbi Felin. Gallarat. tract. de renunciat. tom. 2. centur. 1 cap. 9. num. 25. Ruin. conf. 155. Quia de iure. lib. 4. num. 15.* addendo nec etiam concurrente tanto tempore, cuius initij non extet memoria, quia potius dicitur corruptela, quam praescriptio, quae non confirmatur tempore.

10 Ampl. vt nec valida † sit contraria consuetudo, vel Statutũ difforme iuri reuerentiali, quia consuetudo est corruptela, & inhonesta, iniusta, & irrationabilis, qualis non debet esse lex, vel consuetudo, vel statutum. *cap. erit autem. dist. 4. Iasl. 1. ff. de legib. num. 94. Afin. in prax. part. 1. §. 19. cap. 27. nu. 1. Roc. de Curt. de consuet. num. 204. et late probat Ruin. consil. 155. Quia de iure. lib. 4. num. 15. et duobus sequen.*

11 Ampl. vt exceptioni † veniae non petitae, quia fundata est in reuerentia debita ei, à quo petititur, non possit renunciari. *Roland. à Val. conf. 17. lib. 2. num. 48. et seq.*

12 Limita, si agatur † de reuerentia debita ratione contractus. *Vincentius de Franc. dec. 164 contra. num. 14.* Qualis est, quae cadit inter socios: modo tali reuerentiae sit renunciatum: addendo aliud dicendum, si agatur de reuerentia debita personae, quia illa non est renunciabilis: & ita intelligenda, quae dixi supra, quod ius reuerentiale non sit renunciabile. Ideò va-13 let pactum, quod vasallus † non amittat feudũ ob reuerentiam non praestitam domino. *Natt. cap. quamuis de pactis. nu. 109. Mart. Gilim. de feud. quast final. num. 57.*

14 Iuris autem reuerentialis plura † sunt alia singularia vltra relatum proxime: nam inchoando à dignioribus, si Ecclesia, vel monasterium sit exemptum à iurisdictione ordinarij, non ideò est exemptum à reuerentia illi debita. *Dec. in l. 1. C. de bon. possess. cont. tabul. n. 1. in fin. Rom. sing. 486.* Quare Episcopus exiget ab illa cathedraticum. *cap. pastoralis, de donat. Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. mat. num. 2. & 3.* Et processionaliter ad illam accedens, est excipiendus, nec valeret pactum contrarium. *Felin. c. cum*

cum non liceat in prine de præscript.

15 Emancipatio † quamuis liberet filium à patris potestate. *§.præterea. instit. quib. mod.ius patr.potest.solu.* Non tamen eum eximit, quin patrem reuereri debeat. *Dec.in l. fin. C.de in ius vocand.num.2.*

16 Imperator quamuis † inuestiat vasallum de castro in feudum francum, & liberum, non ideò censetur remisisse fidelitatem, & reuerentiam debitam ex natura feudi. *Ossc. decisione 163. num.9.& seq.*

17 Præscriptio quamuis † extinguat omnem obligationem, & æquiparetur solutioni, *l. si pupillus,in fin.ff.de admin. tut. Surd. consf.24. exceptio.num.8.& consf.234.num.24.* Non tamen extinguit reuerentiam, quam debent inferiores suo superiori.*c.non liceat de præscript.*

18 Ideò ius † visitandi non est præscriptibile, vt late probat *Bero. consil. 25. An prior. lib. 1. num.2. et 7.*

19 Summa Patritiatus dignitas † sicuti & promotio ad Episcopatum, & ad alias pares, & superiores dignitates, quamuis eximant filium familias à paternis sacris. *§.filiusfamilias. verf. summa, instit. quib.mod.ius patria potest. soluitur. c.per venerabilem.qui filij sint legitimi. Azo in Summa constitut.qua de dignit. et epis. num.2.* Episcopus tamen, vel Senator non po-

20 test patrem in ius vocare, absque † venia.*l.fin. C.de in ius vocand. Glos.et Angel. in § pœnales, inst.de action.Roland.à Val.consil.18. in præsenti.lib.2.num. 19.et seq.* addendo procedere, siue agatur iure actionis, siue officio Iudicis. *et num.25.* Amplia etiam, si fuerit pater adoptiuus, vel ascendens in infinitum: con-

21 cludens *num.33.* quod si Adam † hodie viueret, à nemine posset in ius vocari sine venia.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Parentes non possunt vocari in ius à filijs, venia ab eisdem non petita, nec illis instantibus carcerari.1

Patroni,et patrona non conueniuntur à libertis non petita ab eisdem venia.2.

Feudi dominus non carceratur instante vasallo. 3.Ampl.4

Clerici non carcerantur pro are alieno soluendo. 5

Iudex condemnatus in syndicatu ob imperitiam, non carceratur.6

Maritus instante vxore non carceratur.7. Ampl. 8.Limit.9

Socer non carceratur instante nuru restitutionis dotis causa 10.Ampl.ibid.

Frater instante fratre non carceratur.11

Dixi supra in secunda Regula constituta hoc Capit.decimotertio,non posse carcerari debitores, quibus ab actore debita est reuerentia. Et pro extensione eiusdem assumpti, dixi aliqua in proximo, & antecedenti §.Quia plures sunt personæ, quibus est debita, illas enumerando:

1 Primo loco sunt ascribendi † parentes, qui à filijs,& descendentibus in ius vocari non possunt, venia ab illis non petita. *l.parentes.ff.de in ius vocand.* & condemnati nullatenus carcerati possunt. Sed quia dicenda de venis petenda spectant ad eum,qui ageret de exceptionibus,&ego aliqua dixi *infra de except.c.venia non petita,* & in meis Collect.ad dictam *l. parentes, et nouissime Io.Castagn. in suo tract. de Beneficio deducto, quæst.5.* latissime egit,ne actum agam, & sua sede referantur dicenda, me remitto ad ea, quæ alij dixere, & ego scripsi.

2 Secundo patroni, & patronæ, † si conueniantur à suis libertis.*Surd. de alim.tit.1.q.78. num.7.* addendo idem dicendum in filijs, & descendentibus patroni, *Castagn.de Benef.deduct. quæst.5.ampliat.1.et fallentia* 1.Limitat, si tale ius amiserunt.

3 Tertio, si dominus † conueniatur à vasallo: nam nedum illo instante non carcerati, sed si

4 fuerit alio instante carceratus, † debet quantū potest curare, vt à carcere eximatur: alias priuatus feudo. *c.1.§.item si delator,qua fuit prima cauf.benef.amittend.per quem textum ita firmat Clar.§.feudum.quæst.24.* vbi refert dissentientes, & in fine limitat, si iuste fuit carceratus.

5 Quarto,Clerici, † vt dixi *supra §. 3.* quibus addo dicta *à Castagna tractat.de Benef.deduct. quæst.10.*

6 Quinto, † Officialis, & omnis Iudex, qui in sindicatu fuit condemnatus ob imperitiam. *Castagna tract.de Benef deduct.q.14.*

7 Sexto, maritus, si conueniatur † ab vxore: nam cum iuxta præceptum *D. Pauli, Mulieres estote subditæ maritis vestris*, non sunt illi instante vxore in causa ciuili carcerandi, cum non teneantur vltra quam facere possunt. *l. maritum. ff.solut.mat. vbi plura dixi in meis Collectaneis,et late Castag. de Benefic. deduct. quæst.1.num.1.et seq.* vbi ampliat, & limitat. *Surd. de aliment. tit.1.quæst.78.num.13.* am-

8 pliat ex quouis contractu † conueniatur tam constante, quam soluto matrimonio. Subdens quid dicendum,si se obligauit in solidum testi-

9 uere dotem, & in casu vergentiæ † *num. 41.* absolute concludit cessare hanc exceptionem.

10 Septimo,socer si fuerit † condemnatus ad restitutionem dotis instante nuru, non carceratur. *Glos. l.rei iudic. §. socero, ff. solut. matr. & examinant Castagna de Benef deduct. q.7. Surd.de aliment.tit.1. quæst.78. num. 14.* vbi etiam agit, an procedat tam in socero mariti, quam vxoris *de Franchis,decis.164.*

11 Octauo frater,si fuerit instante † fratre vtrinque coniuncto condemnatus, non potest carcerari. *Surd de aliment. tit.1.quæst.78.num.6 et dixi §.siq. verf. secundo.*

Inter

§. IX.

SVMMARIVM.

Posse dicimur, quod salua dignitate praestare possumus. 1

Libri, & arma non possunt capi in executione facienda contra doctorem, scholarem, & militem. 2.

Impossibile dicitur, quod salua dignitate facientis non potest fieri. 3. *Ampl. ibid.*

Carceratio laedit famam carcerati. 4.

Clausula, non teneor, vltra quam facere possum vis, & virtus. 5.

Exceptio, non teneor, nisi in quantum facere possum, cōpetit vicissim inter ascendētes, & descēdentes. 6 *fratres vtrinque coniuncti* 7. *Item dominus & vassallus.* 8. *Patronus si conueniatur à praesentato ad beneficium ecclesiasticum.* 9. *Item Praelatus, Rector, & Parochus conuentus à suo subdito.* 10. *Item omnes, qui non possunt carcerari.* 11. *Item socij omnium bonorum, vel vnius negotiationis, si inuicem agant.* 12. *Item donator conuentus à donatario.* 13. *Ampl.* 14. *Item cedens bonis, si conueniatur à cessionario.* 15. *Negatur obligato, si conueniatur actione reali.* 16. *Item conuicto de mendacio.* 17. *Item marito negante se maritum, si conueniatur de mendacio.* 18. *Item ingrato.* 19. *Obligato cum iuramento.* 20. *Item condemnato, qui argui potest de dolo.* 21. *Item ei, qui viuere potest ex sua industria.* 22. *Item ubi creditor pariter est inops.* 23. *Item pauperi facto sua culpa.* 24. *Vt hac exceptio prosit, quid considerandum & notandum.* 25. 26. 27. 28. 31. 32.

Nobilis si excipiat, non teneor vltra quam facere possum, quid obseruandum.

Scholaris gaudet beneficio, non teneor nisi in quantum facere potest, & qualiter. 29. *Item miles.* 30.

INter caetera, quae ratione reuerentiae sunt à creditore praestanda debitori, *supra §. 7. n. 6 & seq.* Illud esse dixi, ne ab illo teneri exigere, vltra quàm facere possit. Sed quia idem seruandum in aliquibus alijs creditoribus, in quibus non tenentia non caulantale priuilegium, seu exceptionem; Praesupposito, quod illud

1 † posse dicamur, quod salua dignitate praestare possumus. *l. nepos Proculo. §. fin. ff. de verb. signific.* quare Ramin. *Iun. in §. 1. inst. de donat.*

2 *num.* 129. dicebat † in executione facienda contra doctorem, scholarem, vel militem, non esse auferendos libros, vel arma, quia vterque de honestare tur, *Coler. de process. part. 2. cap. 3.*

3 *nu.* 125. *& seq.* & impossibile † indicatur, quod salua dignitate facientis, minime potest fieri, etiam si ageretur de facto Principis. *Bal. consil.* 326. *nu.* 3. 4. *& 5. lib. 1. Crauet. consil.* 241. *Princeps num.* 20. *vers. nec Princeps. Alex. consil.* 54. *Cassan. in Catalog. Gloria mund. par. 5. consider.* 24. *nu.* 107. *Menoc. praesumpt.* 183. *discursu.* *ramus lib. 4. num.* 5. Ideò, cum per carcerationem

4 laedatur fama carcerati, iuxta congesta à *Neuiz. consil.* 52. *num.* 8. Nullatenus sunt ex causa aeris alieni soluendi, vel facti praestandi, carcere mancipandi illi, quibus debita est reuerētia, nec qui non tenentur vltra ea, quae soluere, & praestare possunt.

5 Cum igitur verba ista, quod quis non sit obligatus soluere, vel dare vltra ea, quae dare, vel soluere potest, idem significent, quod debitori tantum sit relinquendum, ne egeat, sed retineat, quae sint satis pro illius alimentis, absque metu carceris. *l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Bart. l. maritum* 15. *ff. sol. matr. Ruin. consil.* 144. *videtur lib.* 5. *num.* 12. *Surd. de alim. tit.* 1. *quaest.* 78. *nu.* 1. *Giurba decis.* 43. *in princ.* agendum est de personis, quae gaudeāt isto priuilegio, seu exceptione: & inchoando à dignioribus, quibus Iure diuino, & humano sumus obligati;

6 Primo ratione correlationis vicissim gaudent isto priuilegio, omnes † ascendentes, & descendentes veriusque sexus. *l. sunt qui. vers. item parens. glos. l. patronus. verb. parentes. ff. de in ius voc and. Surd. de aliment. titul.* 1. *quaest.* 78. *bis num.* 3. 4. *&* 5. *Io. Fab. in §. sunt praeterea. vers. si quis. inst. de act. in princ.* eam afferens rationem, quia priuilegium debet esse reciprocum.

7 Secundo, frater vtrinque † coniunctus, si cōueniatur à fratre vtrinque coniuncto. *Io. Fab. in §. sunt praeterea. vers. si quis. inst. it. de action. n.* 1. Eam afferens rationem, quia frater vtrinque coniunctus debet alere fratrem sibi vtrinque coniunctum. *Fabrum sequitur Ias. ibid. num.* 4. relatis, qui aliud sentiant.

8 Tertio, dominus, † & vassallus, si vnus alterum conueniat, quia inuicem debent se alere. *Io. Fab. in §. sunt praeterea. vers. sed si quis, inst. de action. num.* 1.

9 Quarto, patronus Ecclesiae, si conueniatur à clerico, quem praesentauit. *Io. Fab. in §. sunt praeterea. vers. sed si quis. inst. de action. num.* 1. *& Ias.* eam afferens rationem, quia ab illo est alendus. *idem voluit Ias. ibid.* 5. & dixi antecedenti *§. vers.* 2.

10 Quinto, Praelatus, † vel Rector, vel Curatus, si conueniatur à suo subdito. *Io. Fab. in §. sunt praeterea. vers. sed si quis. institut. de action. num.* 1.

11 Sexto, omnes, qui † instante actore non mancipantur carceri, postquam excussa fuerūt illius bona mobilia, immobilia, & iura, quos retuli *supra hoc capit.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 8.

12 Septimo, socij † vniuersorum bonorum, & vnius negociationis, nam si conueniat vnus alterum, non tenetur vltra quam facere potest. *Ias. §. sunt praeterea. vers. sed & si quis, num.* 6. *in princ.*

13 Octauo, donator non † tenetur donatario, nisi in quantum facere potest: Ne, vt inquit textus in *l. exhaeredatum. §. fin. & l. seq. ex liberalitate sua factus inops periclitetur. ff. de re iud. Ias. in §. sunt praeterea. vers. sed & si quis inst. de action. num.* 7. *subdens tum.* 8. quid dicendum

dum de donatione ob causam, distinguendo
14 † in donatione dotis causa: an dos petatur ad commodum mariti, vel vxoris: vt priori casu esset beneficium ne teneatur vltra, quam facere possit: secundo secus, iuxta *opin. Io. de Plat. & Angel.* Sed eam distinctionem reprobat, concludens absolute donantem causa dotis, qui non obligatus erat dotare, gaudere beneficio ne teneatur vltra vires, & ne egeat: idem firmat *Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 78. num. 15. Giurba decis. 45. num. 11. in fin.*

15 Cedens bonis si post † cessionem peruenit ad pinguiorem fortunam: nam si conueniatur à creditoribus, quibus cesserat bona, gaudet beneficiò ne teneatur vltra vires. *l. is qui ff. de cess. bonor. Surd. & ab eo relati de aliment. tit. 1. quaest. 78. num. 25.*

16 Limit. antecedentes casus omnes † quoties agitur actione reali ad rem ab actore datam, quae sit immobilis, non autem in pondere, & mensura, quae recipiat functionem in genere suo: quia cùm reus praecise debeat rem restituere, cessat beneficium ne teneatur vltra vires. *l. vnic. §. cum autem. C. de rei vxor. action. Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 78. num. 39.*

17 Limita, vbi reus conuentus † simpliciter negat qualitatem, quae est causa beneficij, ne ille teneatur vltra vires, & contumax in sua negatiua conuictus fuit de mendacio: veluti si maritus negat se maritum, vel socius socium, vel vassallus vassallum: nam ratione mendacij non gaudet tali beneficio, vt generaliter concludit *Ias. in §. sunt praeterea. vers. sed, & si quis, inst. de action. num. 16.* Limitando, si negatio esset facta cum *clausula, nego narrata, prout narrantur*: de qua verba feci, *de Laudemio. lib. 1. quaest. 27. num. 41. & seq.* & retuli plura, quae
18 conueniunt casui nostro: † & de marito negante se esse maritum, *Bart. in l. etiam filios. §. 1. ff. sol. mat. num. 3. & seq. Alex. num. 9. Marsil. de fideius. num. 327. Ant. de Tremul. ad practic. Bonacurs. cap. quib. modis suo nomine ciuil. n. 205. vers. de marito. Surd. de aliment. titul. 1. quaest. 79. num. 28. & seq.*

19 Limita, vbi excipiens, † quod non tenetur vltra vires suas, est ingratus in actorem: quia ratione ingratitudinis amisit beneficium istius exceptionis. *Surd. de aliment. titul. 1. quaest. 78. num. 58. Io. Fab. in §. sunt praeterea, vers. sed, & si quis. inst. de action. circa fin.*

20 Limit. vbi reus † conuenitur in vim obligationis iuratae: nam cum iuramentum obliget praecise ad adimplendum iurata, *cap. fin. ne Praelat. vices suas. Surd. cons. 13. num. 27.* & tollat contrariam exceptionem. *cap. debitores. de iur. iur.* cessat beneficium ne quis teneatur vltra vires, vbi cum iuramento quid fuit promissum.

21 Limit. omni casu, † quo reus condemnatus argui potest de dolo in contractu, quo conuenitur. *l. etiam, §. licet, vbi glos. ff. sol. mat.* quae loquitur de marito recipiente dotem, vbi non habebat patrimoniū sufficiens ad illā restituendā, *& dixi supra §. 3. limit. 3. Giurba. decis. 43. n. 1. & seq. & 6. & dixi §. seq. vers. lim. si filius,*

22 Limit. omni casu, quo reus † conuentus ex sua industria potest sibi victum quaerere: nam tunc nihil deducere potest ex suo patrimonio. *Glos. in l. si maritus in id. verb. neque habebit. ff sol. mat. Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 78. num. 31. Coler. de proces. part. 2. cap. 3. num. 118.*

23 Limit. vbi vicissim † actor creditor laborat inopia: nam cum in paritate causae conquatiantur priuilegia, & priuilegiatus non vtatur priuilegio. *l. sed & milites, ff. de excus. tut. Couar. pract. quaest. cap. 7. vidua. num. 4. Menoc. cons. 447. difficilis. num. 37.* aequius est reum debitorem egere potius, quàm creditorem. *Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 78. num. 34. Coler. tract. de proces. part. 1. cap. 3. num. 120.* plura subdens in confirmationem huius assumpti. *Giurba decis. 42. num. 3.* qui loquitur de marito.

24 Limit. vbi quis sua † culpa factus est pauper, vt dixi *num. seq. vers. limit. vbi filius fam. sua culpa.*

Esto quod reus gaudere debeat beneficio ne egeat, aliqua sunt in praxi notanda: & Primo, quod in exequendo aliquem quantum facere
25 potest, † non consideratur quanti aestimari potest patrimonium rei condemnati, sed quantitas fructuum, quae ex illo percipiatur. *l. qui bonis. ff. de cession. bon. vbi Bart. notat l. Imperator. ff. ad Trebel. Ias. in. §. sunt praeterea. vers. sed & si quis. inst. de act. on. num. 11.*

Secundo, quod si reus excipiens, quod vltra
26 facere non † potest, habeat fundum, qui multum aestimatur, sed paucos ferat fructus, ita vt vix sufficiant ad illum alendum, quod illum debet vendere, & ex illius precio emere fundum, qui vberiores ferat: vel illud exponere honesto lucro, quoad ille, cum suo creditore alatur, *vt ex Imol. reprobato Bal. concludit Ias. in §. sunt praeterea, vers. sed, & si quis, inst. de action num. 21. circa med.*

Tertio, quod reducendo ad praxim relatam
27 exceptionem, † seu beneficium, Non teneor, nisi in quantum facere possum; tria sunt à Iudice consideranda. Primo quantitas patrimonij rei conuenti seu debitoris secundo, qualitas, & conditio personae eiusdem debitoris: tertio eiusdem aetas, & quantum verisimiliter ille viuere possit.

Quoad primum, licet vt dixit Proculus *in l. nepos. ff. de verb. signif.* posse dicamur, quae
28 salua nostra dignitate possumus: † attamen, si debitor nobilis possideat amplum patrimoniū, vt illo diminuto causa aeris alieni soluendi, non possit ille eodem splendore viuere, carebit ille priuilegio faciendi tantum, quae facere potest: secus si patiatur quo ad alimenta. *Coler. de proces. part. 2. cap. 3. num. 115. in princ. & num. 116. & seq.* Ratio diuersitatis inter primum, & secundum casum ea esse potest, quia priori casu plectitur debitor in patrimonio, quod erat creditori obligatum: secundo autem casu plectitur persona. & agitur de subtrahendis alimentis, & per indirectum de necando ipso debitore in causa ciuili, in qua, persona non punitur; & tenet regula, quod qui non habet in aere, luat in corpore. Et hac ratione idem obseruan

uindum, si debitor sit rusticus, cui sat erit relinquere, quæ sufficiant ad emendum secundarium, vel surfuraceum panem, defrutum, vel fugiens vinum, allium, cæpas, vel hypaceum caleum. *Coler. de process. part. 2. cap. 3. nu. 117.*

29 Subdens in executione facienda † contra scholarem, tantum illi relinquendum, quod sufficiat ad absoluendum incepta studia, ne illa deserat, nisi ex sua industria viuere posset: idem

30 subdens dicendum † in milite, cuius salarium capitur in causa iudicati, si ex arte, quam callet, potest victum sibi parare: *idem Coler. ibid. num. 118.*

31 Tertio habenda est † ratio ætatis debitoris: & tunc cum lautius, & dutius sit alendus iuxta virilem, & ingrauescentem ætatem, minorem, & maiorem quantitatem dari mandabit Iudex. *Coler. de process. part. 2. cap. 3. num. 119.*

32 An autem in taxandis † alimentis debitori, qui gaudeat beneficio deducto, habenda sit etiã ratio familiæ debitoris, videndus Coler. qui dissidentes opin. DD. refert, *de process. part. 2. cap. 3. num. 119. in fin.*

---

§. X.

SVMMARIVM.

Filiusfamil. simul cum patre obligatus non tenetur, nisi in quantum facere potest. 1. *Ampl.* 2. 7. 8. 9. 10. 12. *Limit.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Dispositio generalis non extenditur ad casus speciali lege prouisos. 3.

Dotis causa non continetur sub lege, vel Statuto superueniente, licet sit conceptum verbis generalibus. 4.

Clericus renuncians generaliter omni legum auxilio, non intelligitur renunciasse beneficio cap. Odoardus. 5.

Hæres acceptans hæreditatem cum beneficio legis, & inuent. non est proprie hæres, 20.

Agendo de reliquis personis, quæ non obligantur vltra, quam facere possint, nono

1 loco ponamus filiumfamilias, † qui in aliquo contractu se obligauit simul cum patre. *l. 2. ff. et C. quod cum eo. Giurba. decis. 42. num 3. in fin.* vbi *num.* 10. refert rationem quare filiosfam. concessum sit hoc beneficium, quam prius retulerat *Vinc. de Franc. decis.* 181. *filiumfam. num.* 5. *et* 7. *et seq. et decis.* 221. *num.* 1.

2 Ampl. etiamsi filiusfamilias † cum iuramento, generaliter renunciasset omni iuris, & legum auxilio. *Aloys. de Leo in l. 2. C. quod cum eo. num. 4. et 5. Vrsill. ad Afflic. decis.* 308. *nu.* 20. *Mancin. reprobatis aliud sentientibus, in tract. de iurament. part. 4. effectu* 201. *pluribus*, n. 2. *et* 3. *Vinc. de Franc. decis.* 181. *filiumfamil. n.* 6. *et seq. Giurba decis.* 42. *filiusfam. num.* 19. *in fin.* vbi respondet obiectis.

3 Et ratio est, quia dispositio † quantumuis generalis, non extenditur ad casus à lege specialiter prouisos, seu vt ego interpretor, priuilegia-

4 tos in specie, Ideo dotis causa † non comprehenditur sub lege, vel Statuto superueniente, licet sit verbis generalibus conceptum. *l. fin. C. de iur. dot. cum alijs cumulatis in meis collectaneis ad eundem textum.* Sic clericus † per

5 generalem renunciationem non excluditur beneficio *cap Odoardus, de solut. Ferret. cons.* 254. *nu.* 14. *cum alijs per Giurbam relatis, decis.* 42. *num.* 21. Et idem dicendum de quocumque sin-

6 gulari, seu priuilegio, † & beneficio alicui concesso, quod sit scriptum in corpore Iuris. *Glos. auth. quia in prouincia, C. ubi de crimin agi oport. Surd. cons.* 325. *nu.* 8. ampliando etiam si lex noua haberet clausulam, non obstante; vel ea lex emanaret à generali Concilio. *Gul. Bened. cap. Raynutius. §. et uxorem, decis.* 2. *num.* 113.

7 Ampl. etiam si filius † obligasset se cum clausula guarantigiæ. *Vincent. de Franc. decis.* 181. *filiumfamilias, num.* 11. *cum alijs cumulatis per Giurbam decis.* 44. *qui tutus. num.* 5.

8 Ampl. etiam si filius † obligasset se cum patre causa dotis, nisi vt dicam infra, renunciauerit beneficio *d. l. 2.* vt concludit *Giurba decis.* 45. *num.* 14. *usque in fin.*

9 Ampl. vt hæc exceptio non † tollatur longi temporis præscriptione. *de Franc. decis.* 221. *n.* 2. *& seq. et num.* 11. respondet legi, *Sed siex parte. §. sed an etiam, ff. quod cum eo*, quæ videbatur obstare.

10 Ampl. etiam si viuis † parentibus, & durante patria potestate, filius fam. fuit conuentus, & condemnatus, nam si tempore executionis sit sui iuris, morte patris, & non sit illius hæres, vel renunciet bona omnia paterna creditoribus, gaudebit beneficio præfato. *Paris. cons.* 94. *lib.* 1. *n.* 44. *in fin.* 46. *quem sequitur Giurba decis.* 43. *num.* 25. *in fin. & num.* 26.

11 An autem filiusfam. possit † remedio *l. diffamari, C. de ingen. manumis.* agere, ne benef. *d. l.* 2. molestetur à creditore: Distinguendum est, an agatur de credito non habente paratam executionem, & sumus in terminis Iuris communis: & tunc antequam molestetur, potest præuenire, & instare vt liberetur ab imminentibus molestijs. *l. si contendat, vbi Bart. & reliqui, ff. de fideius. l. si pater. C. qui bon. ced.* cum alijs cumulatis *à Giurba decis.* 44. *num.* 1. *& seq. Cartar. decis.* 20. *num.* 1. *et* 3. An vero agatur de credito habente paratam executionem ex Statuto, vel qualitate obligationis: & rursus distinguendum, an Statutum dirigatur in executionem, an in instrumentum: nam priori casu præuentio non excusat a solutione; secundo autem casu secus, vt colligo *ex Giurba d. decis.* 44.

12 Ampl. etiam si creditor † esset pauperior filiofamilias. *Paris. cons.* 64. *lib.* 1. *num.* 50.

13 Limit. vbi filiusfam. † sua culpa redactus est ad statum, quo vt carcerem euitet, cogitur excipere, quod non tenetur vltra quam facere possit, modo culpa probetur prærordinata, ne solidum solueret. *l. etiam.* 18. *§. licet, ff. sol. mat. l. penul. ff. de iur. dotium. l. fin. §. fin. ff. de ijs, qua in in fraud. credit*, per quæ iura casum præsentis

M m limi-

limitationis decidit *Fel.in cap.quæ in Ecclesiarum, de constit. num.*67. extendens ad alias personas,quæ gaudent eodem beneficio. *Giurba, relato Marta dissentiente decis.*43. *num.*8. *&* 27.declarat si culpa fuit ordiuata in fraudem creditorum.

14 Limit. vbi filius† expresse,& in indiuiduo seu spetialicer renunciauit beneficio,*d.l.*2. *ff. &* C. *quod cum eo, de Franch. decis.*181. *filiusfam. num.*8. *&* 9. addendo notarios Neapolis de consilio aduocatorum solitos esse, addere instrumento, quo filius obligatur cum patre, specialem renunciationem *Giurba, decis.*45. *laborare. num.*16.addendo non sufficere renunciasse beneficio *d. l.*2. Sed opus esse certiorare renunciantem de beneficio, & tenore eiusdem legis, dum prius, *num.*14. *& seq.* firmasset non sufficere etiam cum iuramento renunciasse *d.l.*2.addendo *num.*19. *& seq.* non sufficere præsumptam scientiam, vel certiorationem.

15 Limit. si filiusfamilias † dolose se obligauit. *l.*4. *vers.interdum. l.eum qui, ff. quod cum eo. de Franchis* loquẽs de socero doloso,*decis.*164. *contra, num.*11. & dixi proximo, & antecedenti §.*vers. limit. omni casu*, addendo,*eodem Giurba, num* 1.*in fin.* hanc esse singularem cautelam aduersus omnes, qui non conueniuntur vltra id quod facere possunt: *& num.*4. loquitur de marito, qui dolo facit quo minus dotem restituat: concludens generaliter procedere in quocumque, qui gaudeat hoc beneficio, etiam si aduersus tertium dolus sit commissus, vt subdit *num.*8. *Paris. cons.*94. *lib.*1. *num.*9. *&* 13. qui loquitur de filiosam. addendo negari restitutionem in integrum, si dolose, & fraudulenter contraxit, idem repetens *num.* 42. *&* 54.

16 Limit. vbi filiusfam. † lusu, & luxuria factus est pauper. *Neuiz. cons.*59. *Rebuf. cons.*184. *Thesau. decis.*36. *num.*5. quos refert, & sequitur *Giurba decis.*43. *num.* 14. comprobans id exemplo clerici, qui non gaudet *cap. Odoardus de solut.* si in ludo, popinis, & postribulis consumpsit bona sua.

17 Limit in filiosam. qui creditam pecuniam patri, cum vtriusque obligatione, non in rem patris, sed in proprios vsus, seu vt ego addo, abusus, consumpsit, *Giurba decis.*43. *num.*19. eam afferens rationem, quia æquitas, & benignitas Imperatorum, qui hanc exceptionem filiosfamilias concesserunt, non patitur, vt cum incommodo alterius, quis abutatur rebus suis.

18 Limit. vbi filiusfam. † est sub patris potestate. *Paris.cons.*94 *spectabilis. lib.*1.*num.*12.43: 63. *circa med.*64. *in princ. Giurba decis.*43. *reuocata, num.*22.*subdens, num.*23. optimam esse cautelam ad euitandos carceres,vt post obligationem factam cum patre, curet eximi ab illius potestate, nisi tamen emancipatio sit dolosa, vt idem *Giurb. subdit. num.*24. & ideo statim post obligationem non faciendam. *Paris.cons.*94.*num.*43.47.*& seq.lib.*1. *& nu.*53. *Carpan.ad Statut.Mediolan. cap.*167.*num.*56.

19 Limit. vbi filiusfamilias† paternam acceptat hæreditatem absque beneficio legis, & inuentarij.*l.*2.C.*quod cũ eo.Castr.cõs*,323.*col.*1. quẽ referunt, & sequuntur *Cost.de subsidiar.remed.* 28.*ex eodem,n.*2.*& Giurba decis.*43.*n.*25. subdens aliud dicendum,si acceptauit hæreditatem
20 † cũ inuentario,quia tunc non est hæres verus.

Limit. si agatur de soluendo ære alieno contracto à patre, vt filios aleret. *Bart. in l. bis solis, ff.de condict. indeb.Rom.sing.*213.*pater. Baetia de inop. debit. cap.*1. *num.*53. *Cremens. sing.*37.*Tu mutuasti*

---

§. XI.

SVMMARIVM.

*Ex Ecclesia nemo extrahitur,vt carceretur.*1.*An debitor suspectus de fuga.* 2.3.*Ampl.* 2.5.8.9.10. 11. *Limit.*4.18

*Oldrad. laudatur.*6. *reprobatur.*7

*Ecclesia nondum consecrata, sed solum dedicata an gaudeat immunitate.*12

Carcerari non potest confugiens ad sacerdotem deferentem Eucharistiæ Sacramentum. 13. *Ampl.*14

Carcerem frangens, & confugiens ad Ecclesiam an extrahi possit, et carcerari. 15

Ad Ecclesiam confugiens quibus expensis alendus interim sit. 16

Domus parochi an gaudeat immunitate. 17

DIctis de personis, quæ in causam iudicati, capi, & non capi possunt, dicendum est,an vbique debitor capi possit: & negatiuam firmando, exprimenda sunt loca,à quibus possit extrahi debitor, vt carceri mancipetur. Et
1 inchoando à dignoribus,dicendum † ab Ecclesia neminem extrahi posse. *l.præsenti*. C. *de ijs, qui ad Eccles.confug. cap.diffiniuit.cap.frater.*17.*quæst.*4.*cap.inter alia.de immun.Eccles. Petr. Pechius de iur. sisten. d. cap.*6.*num.*1.

Quia latus mihi scribendi aperitur campus, & non desuerunt decora ingenia, qui integra volumina consecere de immunitate Ecclesiarũ, & illarum priuilegijs, & ego dixi aliqua in meis Collectaneis, *ad cap. definiuit.* 17. *quæst.* 4. & de bonis importatis in Ecclesiam dixi *cap. antecedenti*, *§.*12. Dicam tantum hic aliqua, quæ sunt frequentiora.

2 Ampl. vt in Ecclesia capi non † possit debitor suspectus de fuga. *Petr. Pecchius. tract. de iure sistend. cap.*6.*num.*1. vbi plures refert, qui à me quasi omnes visi aliud dicunt; eam afferens rationem, quia ea immunitas est de iure diuino, quæ nec Principum legibus, nec populorum Statutis conuelli, vel tolli potest, relatis à *Pecchio, Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet.num.*8. *Ripa in cap.*1. *de iud.num.*88.*vers. ampl.quarto*, afferens hanc opin.esse veriorem, & idem probat *Couar .var.resolut.lib.*2.*cap.*2. *num.*14.*vers.sed profecto*,& ampl. etiam si fuerit debitor fisci, & respondet argumentis *Ias.* qui fuit auctor huius opin.cum suo practic. Papiens. *vt refert Pecch.d.cap.*6.*num.*1.*in fin.*

Con-

3 Contrarium † firmat *Iaf. in l. vinum, ff. si cert. pet. num.6.* dum prius *num.2. & seq.* arguendo à tempore præsertim sacro, ad locum, concludit quod non est poncte os in cœlum firmate hoc assumptum; præsertim cum liceat laico capere clericum debitorem suspectum de fuga; & eisdem argumentis idem tenent relati à *Couar. var. resol. lib.2.cap.20. num.14.*

4 Limit. in mercatoribus, qui cum reipub. dispendio ex pecunijs alienis laute viuentibus, vertunt solum, & fugientes ad Ecclesias, suos creditores fallunt, & falliti nuncupantur, vbi fallentes essent dicendi. *Boer. decis.215.num.7. Couar. var. resol. lib.2. cap.20. num.14. vers. nec Iaf.* subdens, quid à Regibus Hispaniarum sit isto casu statutum: quod tamen non est receptũ in Italia, vbi seruato iure communi nemo carcerẽ metuere debet. *l. nemo carcerẽ. C. de exact. tribut. lib.10.* vbi in Hispanijs, si debitor non habet in ære, traditur creditori, vt suis operibus illi satisfaciat, vt testatur idem *Couar. ibidem*.

Quæ dixi de Ecclesia, dicenda sunt etiam de
5 monasterio, † subgrundijs, atrio, scalis illius, & cœmeterio, *cap. definiuit. 17. quæst.4. Peccbius de iure sistend. cap.6. num.2. Oldr. cons.55.* Ideo Venetijs prope Ecclesias vidi in terris marmore inscribi, Loco sacro, intra quem dicebant mihi neminem capi posse.

6 Oldradus, qui teste † *Rom. sing.171.* fuit discipulus Dyni, & Aduocatus Concistorialis, sua ætate nuncupabatur legum pater, & familiaris *Io. And.* qui retulit omnia illius consilia locupletando dicta Speculatoris, vt referunt *Socin. cons.6. lib.1. num.8. circa fin. & Cotta in suis memoral. 5. de Iurisperitis*, fuit, inquam Oldr. in singulari opin. quod omni casu, quo de iure communi, vel Statuto debitor capi, & car-
7 ceri mancipari potest, † quod possit etiam extrahi ab Ecclesia, vt concludit *cons.14.* Sed illud communiter reprobatur, *teste Bossio de captura num.26.*

8 Amplia, etiam † si debitum esset publicum. *Bossius de captura num.26.*

9 Ampl. etiã si debitor † renunciasset beneficio immunitatis Ecclesiæ, & conuentum esset, quod intra illam capi posset. *Mastrill. decis.169. re-*
10 *nunciantes, num.1.* addendo † si fuit extractus, etiam blandis verbis, vel promissione, quod non carcerabitur, esse restituendum Ecclesiæ.

11 Ampl. etiam † in reo læsæ maiestatis. *Bossius de captura num.32.*

12 Ampl. etiam † in confugiente ad hospitale constructũ autoritate Episcopi. *Rom. cons.400. in causa, num.6. Fel. in cap. de quarta de præscript. num.6. vers. octauo. Valasc. consult.105. num.43. Mascard. de probat. conclus.869. n.9. vsque in fin. Tuscus conclus.164. Hospitalia. num.26.*

13 Quid si Ecclesia nondum † sit consecrata, vel solum dedicata? *cap. Ecclesiæ de immun. Eccles. Petr. Gregor. de benef. cap.22. num.4. vers. Ecclesiæ.*

14 Quid si confugiat † ad sacerdotem deferentẽ Eucharistiæ Sacramentum? *Socin. cons.80. lib.5. num.18. Couar. var.* [illegible] *nitas. num.6.* & à fide dignis au[illegible] Mediola-
15 ni diu fuisse obseruatum, † vt sat esset iungi sacerdoti, vel clerico seculari, vel regulari: sed quia inde fiebant fraudes, sublata fuit talis immunitas.

16 Quid si carceratus † fracto carcere fugit ad Ecclesiam? videndus *Boer. decis.110. num.8. & 9.*

17 Quibus expensis † sit interim alendus iste debitor, si non habet vnde viuat, est textus *in l. fin. vers. & ipsi. C. de ijs, qui ad Eccles. confug. Boer. decis.303. num.3, Mayner. in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. num.30.*

18 Quid si † confugiat ad domum presbiteri. *Bossius de captura. num.30.*

19 Limit. vt quis † possit citari in Ecclesia etiã de mandato iudicis laici. *Mayner. in l. nemo de domo. de reg. iur. num.10. & seq.*

---

§. XII

SVMMARIVM.

Citari potest domi existens. 1

Carcerari non potest, qui est in domo sua, & quare. 2.3.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17. 18.19.20.22.23.24.32. *Limit.* 25.26.37.28.29. 30.31.33.35.

Domus nomine quid contineatur. 3.7.9.20.20.

Roman. declaratur. 21

Ad factum, quando quis cogi possit. 28. *in fin.*

Praxis Mediolanensis circa capturam debitorum improbatur. 31

Carcerari nemo subditus Mediolani potest pro debito. 32

Carcerari non potest in causa ciuili confugiens ad statuam Principis. 36. *nec in Palatio, vbi ius redditur.* 38.39

Ferdinandus Magnus Dux Etruriæ, qua cautione fecerit frequentem portum Liburnum. 37

Carcerari, & capi non potest vbique locorum, quibus id est prohibitum à Statuto, vel à Principe. 38.40.

1 Qvamuis, qui domui suæ est, † regulariter possit in ius vocari. *l. sed & si 21. ff. de in ius vocand.* attamen inde per vim, seu contra voluntatem suam, & consequenter per licto-
2 res inde extrahi † non debet. *l. nemo, ff. de reg. iur. l. plerique. l. sed & si is. ff. de in ius vocand. vbi I. C. Gaius* eam affert rationem, quia domus sua vnicuique debet esse tutissimum refugium, & receptaculum: cui consonat, quod legitur *Deuteron. cap.24. num.10. dum dicitur, Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quã debet tibi, non ingrediaris domum eius, vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille proferet, quod habuerit. Marian. Soc. sup.2. decret. artic.27. num.5 in princ.*

3 Ampl. etiam si domus non esset propria, sed conducta. *Cast. cons.92. notandum, num.2. vers. his tamen*, addendo nomine domus con-

... ... dèm, & ita intelligi *l.plerique, ff. de in ius vocand. & conf.211. Viso punto, lib.1. num.1. Dec. in l.nemo de domo. ff. de reg. iur. num.2. Marian. Soc. de dilation. artic.17. num.6. Mayner. d.l.nemo. num.4. in fin. Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.4.*

5 Ampl. etiam † in hospitio, nam dum ibi est, etiam ad breue tempus, inde extrahi inuitus non potest. Dec. *reprobato Bal. qui aliud sentit, in l. nemo de domo, ff. de regul. iur. num.1. verf. & hoc, & num.2.*

Contrarium voluit *Mayner. in d. l. nemo, num.5. Iaf. l. plerique, ff. de in ius vocand. num.18.*

6 Ampl. etiam † in domo, quam quis habitat aliqua parte anni, modo dum tractatur de captura, ibi quis habitet. *Marian. Soc. de dilation. artic.17. num.5.*

7 Ampl. vt nec extrahi † possit ab eiusdem domus proiectis subgrundijs, mœnianis, quia sub nomine domus continentur. *Alciat. conf.161. Arridet. tom.2. lib.5. quem sequitur Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.434. num.35.*

8 Ampl. etiam † in apotheca, siue illa sit propria, siue conducta. *Mar. Socin. de dilation. artic.17. num.6. verf. tertio,* qui licet dicat se latius acturum deinde *quaest. tertia*, nihil tamen ibidem *num.35.* concludit. *Cast. conf. 92. lib.1. col.2. verf. his tamen.*

Contrarium *ex Bart. & alijs firmat Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.17.*

9 Ampl. etiam † in domo rustica, seu ruri constructa. *Mar. Soc. de dilation. artic.17. num.6. verf. quarto,* addendo idem dici de capanna propria, vel conducta ad habitandum, non tamen ad condendum fœnum, vel custodiendũ bestias: idem late tradit *Boer. decis.230. num.2. & 4. Mandos. de ingratitud. caf.123. col.2.* addendo idem dicendum, si quis habitaret in dolio, vt alter Diogenes.

10 Ampl. vt liceat † resistere etiam per vim, ne quis de domo sua extrahatur. *Bal. in l. plerique, ff. de in ius vocand. quem refert, & sequitur Mar. Soc. de dilation. artic.17. num.15. l. prohibitum. C. de iur. fisc. Mayner. l. nemo de domo, ff. de reg. iur. num.3. in fin.*

11 Ampl. etiam in porticu, † & theatro, quæ sint iuncta domui, & per domum ad illa pateat aditus, alias secus, quamuis vicina sint. *Mar. Soc. de dilation. artic.17. num.7. verf. & idem dicendum,* addendo idem retentis eisdem terminis affirmandum de horto. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.434. num.36. Mainer. l. nemo de domo, ff. de reg. iur. num.7.*

Contrarium firmat *Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.19.*

12 Ampl. vt † sufficiat partem aliquam, seu membrum corporis habere in domo, vel subgrundijs, vel mœnianis illius, sed praecipue caput. *Mar. Soc. de dilation. artic.17. num.8. & seq.* addendo idem obseruandum de quocumque loco priuilegiato, in quo quis reperiatur, vel ad illum fugiat. *Mayner. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. num.9.*

13 Ampl. etiam † si ostium domus sit apertum. *Mar. Soc. de dilation. artic.17. num.14.* reprobato Angel. dissentiente, & asserente cautos debere tenere domus suæ clausum, si vellent carcerem euitare.

14 Ampl. etiam † in domo aliena, si dominus resistat. *Cagnol. in l. nemo de domo, ff. de reg. iuris. num.2.* limitando si iustitia impediatur, secus si dominus non resistat. *Iaf. l. plerique, ff. de in ius vocan. num.22. Dec. in l. nemo. n.3. in fin.*

15 Ampl. etiam † in magnis causis, & ex mandato magni Iudicis, vt ex *Alberic. concludit Mainer. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. n.2. in fin.*

16 Ampl. vt † captus de domo statim sit relaxandus, & agere possit iniuriarum contra capientem. *l. qui in domum, ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domum, ff. eod.* per quæ iura ita firmat *Mayner. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. num.3. circa fin. Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.30.*

17 Ampl. etiam † si lapsus, è manibus lictorum, vel fugiens intrauit domum, *vt ex Bal. & alijs concludit Mayner. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. nu.4. Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.12.*

18 Ampl. etiam, † quod sit super ostio domus. *Mayner. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. n.7. & 9.* secus si extra ostium. *Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.20.*

19 Ampl. etiam † in domuncula, seu tenui casa. *Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.7.*

20 Ampl. etiam † in naui. *Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.9. Dec. in l. nemo de domo, ff. de regul. iur. num.2. verf. sed in casu, &*

21 *num.3.* & declarat Rom. † aliud sentientem, intelligi, quia agebatur de pœna. *Tiraquel. de retract. consang. §.1. glos.7. num.89. & seq.*

22 Ampl. etiam † in molendino compaginatis nauibus exstructo. *Iaf. l. plerique, ff. de in ius uocand. num.10. Dec. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. n.2. in fin. Tiraquel. de retract. lignag. §.1. glos.7. num.92. & seq.*

23 Ampl. etiam † in horto iuncto domui, ex quo illi pateret aditus. *l. pradijs. §. qui domum, ff. de legat.3. Iaf. per hunc textum. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.21.*

24 Ampl. etiam † in causa criminali, in qua sit imponenda pœna pecuniaria, applicanda parti, nam pro illius executione non potest quis capi in propria domo, *vt ex Bart. concludit Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.14.*

25 Limit. pro † debito fiscali. *Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.28.*

26 Limit. vbi non † capto debitore sequitur contemptus Iudicis, qui si iubeat debitori, vt coram illo compareat, & fit contumax, potest ille in domo propria capi. *Mayner. in l. nemo de domo, ff. de regul. iur. num.35. & seq. Iaf. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.27. verf. cautela.*

27 Limit. in scalis † affixis domui, si fuerint extra domum,

dominium, *vt ex Bal. firmat. Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.* 21.

28 Limit. in † obligato ad factum, nam omni caſu capi poteſt. *Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius vocand. nu.* 25. remiſſiue addendo, quibus caſibus, quis cogi poſſit ad factum.

29 Limit. in debitore † ſuſpecto de fuga. *Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius vocand. num.* 26.

30 Limit. vbi quis † domum ſuam non habitat ſed in alia, *l. plerique, verſ. refugium, & receptaculum, ff. de in ius vocand:* per quem textum ita firmat *Mar. Soc. de dilation. artic.* 17. *num.* 5. *circa fin. Dec. in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. in princ. Iaſ. l. plerique, ff. de in ius vocand. num.* 23.

31 Et hinc patet iniquitas † praxis, ſeu conſuetudinis, quæ viget Mediolani, vt nullus debitor capi poſſit in cauſa ciuili vbilibet reperiatur in aliena domo, morando, vel eundo, modo ſit ſub ſubgrundijs ſuis, vel alienis: & hinc plures contentiones ſuper validitate capturæ ſub tecto, quæ ſummarie, & in facie loci oretenus examinatis teſtibus deciduntur, & reponuntur capti ad locum capturæ, vigilantibus ſatellitibus, ſi contingat illum diſcedere, vt illum aperto cœlo capiant. Suſtinetur tamen ea praxis ex Statuto eiuſdem ciuitatis, *cap.* 167. vbi exceptis

32 quibuſdam † caſibus, eſt ſtatutum, vt pro debito priuato nemo ſubditus Ducatus poſſit perſonaliter capi,

33 Limit. vbi cauſa † eſt criminalis, quia vt ego addo, reatus excludit omne priuilegium, §. *quoniam, auth. vt null. iud. Mar. Socin. de dilation. artic.* 17. *num.* 16. ſubdens, *num.* 17. cautelam, qua ex cauſa ciuili fieri poſsit tranſitus ad criminalem, & conſequenter deueniri ad capturam debitoris. *Mayner. in l. nemo de domo, ff. de re-*

34 *gul. iuris. num.* 2. Sublimitando † ſi fuerit imponenda pœna pecuniaria, & reus habet fideiuſſorem, niſi fuerit fæmina, quam ſat eſt præſtare iuratoriam cautionem, niſi fuerit meretrix.

35 Limit. vbi † debitor renunciauit beneficio, ne de domo extrahi poſsit. *Mar. Soc. de dilation. artic.* 17. *num.* 17. *in fin.* licet *ex Spec. de renunc.* §. 1. ſubdat quæſtionem eſſe dubiam: ſed deinde, *num.* 18. addit limitationem eſſe veram, præſertim ſi renunciatio ſit iurata. Ideo cum in formula obligationis Cameralis, ſit appoſitum pactum, vt debitor vbique capi poſsit, ceſſet eiuſdem obligationis rigor, quia ſic pacto fuit conuentum. *Iaſ. l. plerique, ff. de in ius vocand. num.* 29. addendo procedere etiam ſi generaliter tantum renunciaſſet omni legum auxilio.

Contrarium tueri poteſt ex dictis *Carpan; ad Statut. Mediol. cap.* 167. *num.* 26. dum concludit, non poſſe renunciari beneficio Statuti, quo cauetur, vt pro debito priuato, quis non carceretur.

36 Continuando referre loca, † à quibus debitor inuitus extrahi nõ poteſt, primus erit ſi quis ad ſtatuas Principum confugiat. § *fin. verſ. vel ad ſtatuas, inſt. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. Alex. in rub. ff. de oper. nou. nunc. num.* 10. *Siluestr. Aldobrandin. d. § fin.* aſſerit id obſeruatum fuiſſe Ferrariæ in confugiente ad baſim ſtatuæ Ducis Herculis Eſtenſis. Sed an eadem immunitas fuerit conſeruata deuoluta Ferraria ad Sedem Apoſtol. ignoro: addente eodem Aldobrand. eam immunitatem ortum habuiſſe à Moſe, qui tribus ciuitatibus conſtituit ædes, ad quas interficientes hominem non ex propoſito confugerent, nec inde extrahi poſſent: recenſendo idem fuiſſe conſtitutum apud plures gentes, & præcipue à Romulo, qui aſylum aperuit in Vrbe, in monte Cœlio, vbi ædificata deinde fuit Eccleſia S. Crucis in Ieruſalem: & noſtris tempo-

37 ribus, † Ferdinandus Primus, verbo, & opere Magnus Dux Etruriæ, vt frequentiorem faceret portum Liburnum, quibuscumque confluentibus conceſsit immunitatem ne carcerari poſſent: & Vice Reges Neapolis, eandem immunitatem conceſſere Brundusium, vel Manfredoniam à Turcis deuaſtatam colentibus.

38 Et generaliter debitor capi † non poteſt in quouis loco, quem Princeps conſtituerit non poſſe capi; veluti in domibus Aduocatorum, vel Procuratorum, vel in confinibus Palatij, vt cauetur nouis conſtitutionibus Dominij Mediolani, vt refert *Carpan. ad Statut. Mediolani, cap.* 167. *num.* 61. & 60. & eandem immuni-

39 tatem conſeruari vidi † à R. P. D. Mateo Buratto, dum in Vrbe eſſet Locumtennes Aud. Cam. dum intra ſepta ſuæ domus ſatellites vellent N. carcerare.

40 Vel Statuto † eſſet expreſſus locus, à quo nemo inuitus extrahi poſsit, vt Mediolani, vbi ex Statuto illius Vrbis, *cap.* 260. nemo detineri, nec moleſtari poteſt pro debito publico, nec priuato in Broleto Communis Mediolani, in quo eſt Collegium I.C. nec in Broleto Ducali apud caſtrum, addendo capturam eſſe nullam, & captum relaxandum abſque aliqua impenſa.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Carcerari non poteſt, qui fuit pietatis cauſa ſolutus carcere. 1. *Limit.* 3

Seruus ſemel factus liber non poteſt iterum fieri ſeruus, inſtante eo, qui libertatem conceſſit. 2

Agricultura cauſa non carceratur agricola 4

Carcerari non poteſt excarceratus cauſa publicæ lætitiæ. 5. *Item ob reuerentiam, quæ debita reo ab actore.* 6. *Item boneſtas, & ſexus.* 7. *Item relaxatus carcere morte Pontificis.* 8. *Annonæ fauore.* 9. *Cadauer debitoris.* 10. *Exiſtens in domo durante puerperio.* 11.

1 CAuſa etiam excuſat debitorem † à carcere & quia non vna eſt, ſed multiplex, ſingulas referendo. Prima erit, ſi pietatis cauſa fuit excarceratus. Exemplum, erit ſi in Vrbe probata paupertate, deficiente, vel nolente creditore præſtare alimenta debitori, fuit ille excarcera-

 tus:

eus: nam instante eodem creditore, vel alio, vidi denegati mandatum de capiendo. *l. sciendum. §. fin. ff. qui satisdar. cogant.* inducendo, eum textum hoc modo: Satisdatio de iudicio sisti succedit sæpe in locum carceris, *l. 1. l. diuus, ff. de custod. reorum.* Sed si ex iusta causa fuit illi semel remissa, amplius peti non potest. *l. 2. vers. ita vt in potestate domini non reuertantur, ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. l. 3. §. si quis eum. ff. de libero homin. exhib.* vbi qui se-
2 mel remisit in libertatem † seruum, non potest illum amplius retinere. *l. illicitas. §. de offic. præsid.* vbi remissa mulcta causa paupertatis, licet quis efficiatur soluendo, non ideo cogi potest vt soluat. Paulus tamē Quintus *in sua reform-*
3 *mat. Tribunal.* † *Vrbis, cap. de carceribus, & carceratis. §. relaxati verò*, mandauit, vt facto deposito pro alimentis quindecim dierum, aut amplius arbitrio Iudicis, possit iterum carcerari, eodem debitore citato, & alio mandato relaxato; ex quibus patet vera esse, quæ supra dixi.

4 Secunda causa est cultus † agrorum, seu fauor publicus annonæ, cuius causa seu fauore agricolæ non possunt carcerari, *vt dixi supra. cap. 13. §. 6. & hoc cap. 13. §. 5. vers. septimus.*

5 Tertia causa, est si Princeps † causa publicæ lætitiæ indulgeat carceratis, quod relaxentur, vt late probat *Signorol. de Homodeis cons. 97. num. 11. & seq.* concludens tales carceratos dimissos à Principe, non posse iterum carcerari: licet ipse, *num. 23. vers. & ex his ex verbis indulti*, aliud concludat.

6 Quarta causa, † est reuerentia, quam debet creditor debitori, *vt dixi supra §. 7. & seq.*

7 Quinta causa † est honestas ratione sexus, *vt dixi supra §. 6.*

8 Sexta causa, † quæ in Vrbe contigit, morte Pontificis: nam illa publicata statim Capita regionum, cum suo Priore accedunt ad carceres. & quosuis ibi detentos, ex quauis causa ciuili, vel criminali, dimittunt, nec durante sede vacante molestantur: & in ciuilibus omnes apost. Iudices decendio feriantur, quasi per mortem Papæ sit extincta illorum iurisdictio: post decendium, quo Cardinales ingrediuntur Conclaue, confirmati à Collegio Cardinalium in volentes exercent iurisdictionem; & soli Capita regionum, qui sunt decem, & octo, ius dicunt in ciuilibus, & criminalibus, totum Romanum Populum repræsentantes, summarie, & velo leuato.

9 Septima, si quis † in Vrbem conducat annonam, & illius causa negotiantes, vt statutum est Mediolani, vt testatur *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 167. num. 62.*

10 Octaua causa † est pietas in defunctos, seu vbi debitor est mortuus: nam quamuis posset viuens carcerari, eius tamen cadauer non potest sequestrari, nec minus impediri quo minus sepeliatur, *vt dixi infra §. sequen.*

11 Nona causa est † pietas, & honestas, quam causat hominis natiuitas; cuius natales ne turbentur inciuilitate satellitum, inde apud plures gentes vsu receptum, ne existente muliere in puerperio, fiat executio in bonis, vel personis in domo, vbi illa peperit, *vt dixi §. seq.*

---

§. XIV.

SVMMARIVM.

Debitorum corpora, & membra, cum filijs, qualiter essent creditoribus obligata, iure antiquo. 1. qualiter iure nouo apud ecclesiasticos. 2

Carcerari nemo potest pro debito exsoluendo. 3. 6. & quare. 8. ampl. & limit. 7. 17

Carcer fuit adinuentus ad custodiam non ad pœnam 4. Pœna creditoris indebite carcerantis debitorem. 5.

Membrorum suorum nemo est dominus. 8

Pactum, quo quis se obligat ad carceris pœnam. 9

Item qui se obligat ad bannum Imperiale. 10. 15.

Pactum, quo quis in casu moræ obligat se ad censuras 10. & quare. 11

Censuræ sunt proferendæ contra contumaces, & incorrigibiles. 11

Censuræ non sunt proferendæ contra impotentes ad soluendum. 12. & quare. 13. distingue. ibid. & 14

Pactum de soluendo sub pœna infamiæ non valet. 16

Debitoris cadauer nec capi, nec sequestrari potest pro executione sententiæ. 18. 19. 20, 21. & quare. 19. & 22. ampl. 23. 24. 26. 29. 30. 32 33. 35. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. Limit. 47. 48. 49 40

Appellatio an admittatur à desepeliendo mortuum. 30. 31

Angel. reprobatur. 21. 34. 45. circa med.

Parochus an possit aliquid exigere pro sepultura, funere, & cæmeterio. 27

Cap. reditegranda. 3. q. 1. limitatur. 28

QValis, & quanta esset potestas credito-
1 rum † in corpus, & membra debitorum filiorúque illorum, tam iure duodecim tabularum, quam aliorum gentium legibus, & consuetudine, patet ex dictis à me, *de Laudemio. lib. 3. artic 1. & cap. antecedenti. §. 4.* & si considerentur, quæ sunt præsenti Rom. Curiæ, &
2 Ecclesiasticorum Iudicum † ex subsidiario censurarum remedio recepta praxi, dicendum videtur ab antiquo iure parum fuisse recessum. Nam vbi corpus debitoris licebat tantum torquere carcere, vel neruo, ex obligatione in forma Cameræ Apost. licet debitorem carcere mancipare, & non faciente copiam sui, seu non reperta illius persona, illum excommunicare, & Ditis addicere; non solum si agatur de rebus Ecclesiæ, vel illi annexis, sed etiam profanis, & inter laicos, vt quotidie videmus practicari in Vrbe. *Peregrius in prax. cap. fin. num. 18. & seq. vbi cum Galles. de oblig. Cam. quæst. 12. cum Tiber. Salust in prax. A. C. lib. 2. cap. 31. num. 7. & seq.*

et seq. refert processum ferendarum censurarũ,
& pœnas, si quis in illis insorduerit.
Nam licet Iustinianeo iure fuerit sancitum,
3 † vt nemo in pecuniaria causa, seu ære alieno
soluendo, vel facto præstando, si non satisfa-
ciat promissis, carceri mancipetur. *l. ob æs, C.*
de act. & oblig. Oldr. consil. 54. in princ. Rom.
cons. 120. nu. 2. vers. tertio. Dec. cons. 669. n. 12.
Gail. obser. 26. lib. 1. nu. 1. carcerq; fuerit adin-
4 uentus † ad custodiam potius, quam ad pœnã,
etiam in criminalibus. *l. aut damnum, §. solent,*
ff. de pœnis, l. 1. C. de custod. reor. vbi gloss. verb.
5 *cruciatio*, adeò vt creditor, † qui debitorem
suum indebitè carcerari curat, non solùm amit-
tat ius crediti, sed etiam carcerato, & pa-
rentibus mancipari curet, tantundem dare
debeat, quantum est illius creditum, & cor-
poraliter puniatur. *auth. immo à debito. C. de*
action. & obligat. & cum eo agi possit iniuria-
rum. *Neuizan cons. 52. num. 8.* Ideò Impera-
tor Costantinus fauendo hominis libertati, &
6 illam agnoscendo, exclamat, vt nullus † mor-
talium carcerem metuat solutionis causa. *l. ne-*
mo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. etiam
7 quod sit † debitor fisci, nisi fuerit plusquam
contumax. *Papiens. in form. libel. execut. sent.*
§. sapiens num. 21. vers. primo. Et ratio fit,
8 † quia cum membrorum suorum nemo sit do-
minus. *l. liber homo, ff. ad leg. aquil. cap. contin-*
9 *git, de sent. excom.* non valet pactum, † vt quis
publico carceri detineri possit, si non soluerit
conuenta die. *Io. de Imol. & Aret. in l. alia,*
§. eleganter. ff. sol. mat. num. 7. Luc. à Pen. in l.
curiosi, C. de curios. & station. lib. 11. & in
l. cum scimus, C. de agricol. & censit. lib. 10. n. 5
cum alijs congestis supra, cap. 11. §. 5. num 2.
10 *& seq.* Sicuti etiam non valet pactum, † quod
si fuerit quis morosus in solutione, obligat se
ad bannum Imperiale, vel ad incursum censu-
rarum. *Innoc in cap. P. & G. de offic. delegat. 1.*
eam afferens rationem, quia illæ sunt profe-
11 rendæ † contra contumaces, & incorrigibi-
les. *c. nemo Episcoporum 11. quæst. 3. cap. tam*
sacerdos 24. quæst. 3. Non autem contra im-
12 potentes † soluere, & præstare nunc, quæ prius
promiserant, licèt sua culpa sint facti impo-
tens ante sententiam, secus si post, vt idem
subdit *num. 2. post Med. Innoc. sequuntur Fel.*
in cap. ex rescripto, de iur. iur. num. 13. in fin.
vers. facit solemne, & in d. cap P. & G. num 2.
vers. & etiam vtrum valeat pactum, & vers.
sed quod non valeat Brun. de Cession. bonor.
quæst. 20. num. 18. Matth. Berlic. conclus. 27.
13 *tom. 2. num. 34.* Plures afferens rationes, † &
præcipue, quia pœna capitalis non committi-
tur, vbi non adest culpa, & delictum; tale pa-
ctum est contra naturam rei, quia excommu-
nicatio non fertur, vt dicebam supra, nisi in
contumaces, & incorrigibiles: addendo me-
lius sensisse *Innoc.* cum asseclis, quàm sense-
14 rit *Abb. in d. cap P. & G.* qui tamen, † *num. 7.*
8. et 11. non dissentit ab *Innoc.* data impoten-
tia soluendi culpa debitoris ante sententiam.
Quod autem non sit valida obligatio aliquid
faciendi, præstandi, vel soluendi sub pœna
15 † banni Imperialis latè probant *Gail. de pace*
public. lib. 2. cap. 2. magnam. num. 1. & seq. &
Matth. Berlic. conclus. 27. tom. 2. num. 35. sub-
dens *num. 37.* quid dicendum, si quis soluere
promittat sub pœna infamiæ: concludens tale
16 pactum † non valere, sed promittentem, qui
non adimplet promissa, incurrere in pœnam
infamiæ apud honestos viros.
Notandum tamen, quod licet supra *cap. 11.*
17 *§. 5. num. 9.* dixerim † ex recepta vbiuis gen-
tium consuetudine, validum esse pactum, quod
debitor carcerari possit, vbi ille est factus mo-
rosus in adimplemento promissorum: Atta-
18 men quòd corpus illius † factum cadauer ia-
ceat insepultum, vel ponatur sub sequestro,
vel capiatur in causam iudicati, sicuti capi po-
terat, si viueret, lege ciuili, & canonica est
prohibitum. *l. fin. C. de sepult. §. 1. auth. vt de-*
funct. seu funer. eorum. non iniurient. à credi-
torib. §. penult. auth. vt cum de appell. cognosc.
gloss. penul. in cap. ex parte, de sepultur. vbi Io.
Andr. num. 2. Anchar. num. 3. eam afferens
19 † rationem diuersificatiuam, ex quo aliud fieri pos-
set, si viueret, quia mors omnia soluit, idem
ibidem repetens *Io. de Anan. num. 2. Ant. de*
Butrio num. 7. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 11.
num. 10. vers. mortuo non prohibens, vsque
in finem, vbi pluribus comprobat iustitiam,
& pietatem legis volentis cadauera non esse
insepulta, sicuti & *Gul. Bened. in cap. Raynu-*
tiu, quæst. mortuo, el 1. nu. 5. & seq. plurib. qui
20 præterea mores plurium † gentium funerandi
corpora defunctorum refert. *Viuius opin. 171.*
Grammat. decis. 82. num. 6. addendo *in fin.* vi-
disse annis triginta ita semper iudicatum. *Par-*
lad. rerum quotid. lib. 2. cap. finali, par. 5. §. 3.
21 *num. 26.* asserens opinionem † *Angeli* contra-
riam communiter esse reprobatam, cum *Co-*
uar. supra relatus esset admiratus, quo modo
tantus I. C. id firmauerit, addendo eodem
Parlador. semel repressisse iniquitatem credi-
toris tentantis impedire sepulturam defuncti
debitoris, eidem concedendo, vt cadauer debi-
22 toris auferret, & domum suam portaret. † Ra-
tiones plures huius assumpti refert *Bartia de*
inope debit cap. 1. nu. 22. et seq. sicuti et *Coler.*
de process. par. 1. cap. 6. num. 105. et seq. nu. 108.
circa med. Muscatel. in prax. §. detinebitur, n.
54. Caror. de sequestr. past. 1. quæst. 3. num. 1.
et seq. Foian. eod. tract. par. 2. regula 18. num. 1.
Catal. in. de sindicat. num. 94. Gondisal. de
Hæretic. num. 4.
23 Amplia, vt creditor † impediens mortuum
debitorem sepeliri, amittat omne ius crediti,
tantundem sit obligatus soluere hæredibus de-
bitoris mortui, qui ideò dicitur iniuriatus; pu-
niatur pœna amissionis tertiæ partis bonorum
cum infamia. *Io. Aud. in cap. ex parte, vers. de*
sepultur. num. 2. l. cum sit iustum, et auth. seq.
C. de sepult. violat. Ripa de remed. consil. post.
num. 101. Gramat. decis. 82. num. 4. Bald. auth.
item qui. C. de sepult. violat. Menoch. de arbitr.
Iudic. casu 287. num. 16. Coler. de process. par. 1
cap. 7. num. 107. Pet. Pecchius de iur. sistendi,
cap. 1. nu. 17. latè probat *Foian. de sequest. p. 2.*
regul. 13.

regal.13. & alias pœnas, & priuilegia concessa cadaueribus refert Rebuf. in præfat. tract. de execut. sentent. num.62. & seq. vbi plus pluribus.

24 Ampl. etiam si sequestrum † prætendatur in
defunctum ob vsuram commissam. Io. de Anan.
in cap. sicut.20. de homicid. num.11. in fin. Me-
noch. de arbitr. iud. casu 287. num. 18. Quod
25 tamen intelligas iuxta † distinctionem Ripæ
in tract. de remed. præseruat. cont. pest. n.102.
& Couar. variar. resolut. lib.2. c.1. num.11. circa med. vers. eadem ratione. Grammat. decis.82.
num.5. an vsurarius sit manifestus, vel non
sit, vt in secundo casu dixerit verum Io. de
Anan. secus in primo, vt distinguit. Menoc. de
arbitr. iudic. casu. 287. num.29.

26 Ampl. etiam si esset † creditor ex causa funeris, seu quartæ parochialis, cap. abolenda de
sepultur. cap. non satis, & cap. seq. de Simon.
Rip. tractat. de remed. cont. pest. num.108. in-
27 quirendo num.9. & seq. † An parochus pro
expensis, & terra cœmeteriata vi consuetudinis
possit aliquid exigere Barbos. amicus meus in
suo tract. de paroch. Ac etiam adderet fuisse spoliatum sepultura eius cadaueris. Marsil. singul.199. nu.1. quem sequitur Gramat. decis.82.
num.3. asserens ita fuisse decisum à Rota, limi-
28 tando † isto casu, cap. reditegranda. Guliel. Bened. in cap. Raynutius. § mortuo el.1. num.53.

29 Ampl. siue † cadauer debitoris sit diuitis,
siue pauperis. Couar. var. resol. lib.2. cap.1.
num.10.

30 Ampl. vt non † admittatur appellatio à decreto, quo dictum sit cadauer esse sepeliendum. Marsil. singul. 199. in iure, num.3. Gramat. decis.82. num.2. Aluar. cons.189. num.2.
in fin. Couarruuias variar. resolut. lib.2. cap.1.
31 in princ. Sed distingue † iuxta tradita in cap.
ex parte. 5. de sequestr. à Io. Andr. num.3. Zabarel. num.2. Ancar. num.3. Hostien. num.1.
Abb. num.3. & ibi addentes. Baetia de inope debit. cap.1. num.20. Caroc. de sequest. part.1. quæstion.3. num.6.

32 Ampl. etiam † si debitum esset omnino liquidum. Abb. cap. ex parte.5. de sepult. quem
refert, & sequitur Couar. variar. resolut. lib.2.
cap.1. num. 10. in princ. & cum guarantigia.
Baetia de inope debit. cap.1. num.21.

33 Ampl. etiam † si debitor defunctus fuisset
obligatus cum guarantigia, vt aduersus Angel.
& alios voluit Couar. addendo, illorum opinionem esse falsam, var. resolut. lib.2. cap.1.
num.10. in princ. vers. sunt enim qui existimant. Gramat. deci.82. & idem dicendum censeo de obligato in forma Cameræ, vel alia formula exequutionem paratam habente. Menoc.
de arbitr. iud. casu 287. num.20. Baetia de ino-
34 pe debit. cap.1. nu. 21. Addendo † Angelum
aliud sentientem, indignum illo sapientissimo
nomine. Petr. Pecchius de iure sistendi cap.5.
num.17. post princ. inuehens in parochos, qui
arrestant cadauera defunctorum pro illorum
quarta.

35 Ampl. etiam † si defunctus creditor conuenisset cum creditore, vt carcerari, sequestrari,
vel aliter arrestari posset. Marsilius singul.199.
36 in iure, num.3. in fin. reprobato † Angelo
aliud sentiente, vt etiam reprobauit Grammat. decis.199. num.2. addendo, num.3. proce-
37 dere † etiam quod illum debitor conuenisset,
quod non posset sepeliri, nisi satisfacto creditore, & ita iudicasse, & vidisse iudicari refert ibidem, in fin. Gul. Bened. cap. Raynutius, § mortuo el.1. num.56.

38 Ampl. etiam si debitor † esset præterea inimicus creditoris; Couar. variar. resolut. lib.2.
num.10. in fin.

39 Ampl. etiam si quis † esset debitor fisci ratione delicti, vel personæ. Butr. in cap. ex parte. 5. de sepult. num.7. circa med. Couar. var.
resol. lib.2. cap.1. num.11. Sebast. Medic. relatus,
lib.3. regul. Iur. § cadauer, qui latè agunt, an
40 damnatis † ex delicto, vel se interficientibus,
& quando negetur sepultura, & cadauer vel
ossa, vel cineres exulis conduci ad locum vnde
exulabat.

41 Ampl. vt neque † sequestrari possit ratione
gabellæ ex transitu alieni territorij, nec ex causa repræsaliarum. Foian. tract. de sequest. part.
2. regul.18. num.4. & 5.

42 Ampl. quod † si hæres non curet via Iuris reuocari sequestrum extortum à Iudice, priuaretur hæreditate, quia tacite consentiret defunctum non sepeliri. Boer. decis.287. num.3. Menoc. de arbitr. Iudic. casu. 287. num.17.

43 Ampl. etiam † si debitor esset Iudæus. Menoc. de arbitr. Iudic. casu. 287. num.19. sequendo. Io. de Anan. & Felin.

44 Ampl. vt non † sit valida constitutio Episcopi, quod debitores excommunicati non tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ, etiam si bonis cesserint. Io. Fab. § fin. instit. de action. num.7.
quem sequuntur Bessiann. ad consuetudines
Aluern. de cession, artic.4. Baetia de inope debitare cap.1. num.44. addendo, opin. Fab. esse
veram, & tales Episcopos esse indignos nomine, & dignitate Episcopali, addendo plura contra iniquitatem talis decreti.

45 Ampl. etiam † si ageretur de cadauere vsurarij manifesti, vel debitor esset obligatus cum
clausula guarantigiæ, & extaret Statutum quod
instrumentum paratam habet executionem, vt
aduersus Angelum concludit Foian. tractatu
de sequestr. part.2. regul.18. num.2. & 3. Caroc.
de sequestr. par.1. quæst.3. num.7.

46 Ampl. vt † nec morti proximus sit molestandus, alias creditor amittit ius suum. Auth. sed
neque. C. de sepult. violat. Carocc. de sequest.
part. quæst.115. num.5.

47 Limit. vbi debitor † erat excommunicatus,
nam creditor potest impedire, ne fiat illis funus,
& sepeliatur in loco sacro; cap. sacris de sepultur. Rip. de remed. præseruat. cont. pest. nu.16.
& seq.

48 Limit. vbi debitor † esset parricida, vel se
ipsum interfecisset, nam impeditur illius sepultura. Menoc. de arbitr. iud. casu.287. nu.30.
& seq.

49 Limit. vbi præterea † creditor exciperet, &
probaret, debitorem esse mortuum in mortali
pec-

peccato, & sine illius contritione. *Butr. in cap. ex parte. §. de sepult. num. 7. & Abb. num. 3. in fin. vers. ego dicerem.*

50 Limit. vbi debitor † esset Episcopus, quem praeterea creditor asserit fuisse vsque in horam mortis vxoratum: nam retardatur illius sepultura, & non probato coniugio, non ideo creditor patitur poenas impedientium funera defunctorum. *Io. de Anan. in cap. ex parte. 5. de sepult. in fin.*

CAP. XV.

SVMMARIVM.

Executio fieri non debet die feriata in honorem Dei, aliàs est nulla 1. 2. 14. *& quare* 4. *Contrarium.* 7. 8. *& quare. Ampl.* 12. *Concordare sunt conati.* 13. *Ampl. priorem seu negantem opin.* 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 38. 39.

Limita. 35. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 54. 56. 57. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 79. 72. 74. *Sublimita* 35. 61. 71. 72

Federic. de Senis reprobatur 6

Examen testium fieri potest die dominico. 11

Causae cognitio non potest fieri feriatis diebus.

Clausula, ferijs non obstan. non extenditur ad ferias in honorem Dei. 41

Feria in honorem Dei à quo indici possint. 55

Res quando dicatur peritura. 58

Feriae quando non obstent. 57

Necessitas, quando dicatur imminere. 59

Iuri diuino quando derrogari possit à Principe. 75.

Ferijs in honorem Dei derogari an possit consuetudine. 73

Interpretatio tanquam actus necessarius tolli non potest. 76

Decimoquarto obseruandum est, ne executio sententiae redarguatur de nullitate,
1 † vt illa fiat die non feriata. Et omittendo referre, vnde natum sit nomen istud, Feriae, quot sint feriarum genera, qui actus contentiosae, & voluntariae iurisdictionis, durantibus ferijs possint fieri; agendo tantum de executione rei iudicatae, quae est vnus ex tribus solemnibus illius, & inchoando à dignioribus, nempe à constitutis in honorem Dei, praemittendum est,

Non conuenire Interpretes Iuris nostri, an durantibus ferijs praefatis executio fieri possit, si agatur de sententia ordinario iudicio lata, vel mandato relaxato in vim instrumenti habentis executioné paratam ex Statuto, vel obligatione
2 Camerali, vel Guarantigiae. † Nam *Bart. in l. omnes. C. de ferijs*, vult diebus feriatis in honorem Dei, & consequenter etiam Sanctorum, per quos ille exaltatur, & est admirabilis, sententiam, vel guarantigiatum instrumen-
3 tum † exequi nō posse. *Bart. sequitur Lanfranc. in cap. quoniam, seu in praxi, de citation. n. 20. in fin. Bal. in l. 2. ff. de ferijs, num. 5.* eam asse-
4 rens rationem, quia † organa, vt ego addo, iustitiae suspenduntur interim, & praeconi seu Baiulo silentium est impositum. *l. dies festos. C. de*
5 *ferijs*, idem repetens *num. 3.* ampliando † non posse fieri, nec in bonis, nec in persona debitoris. *& in l. in minorum. C. in quib. caus. in integr. restit. num. 5. in fin. idem repetit, & in l. prouinciarum. C. de ferijs, num. 2. & 3. & in Auth. sed omnino. C. ne vxor pro marito, num. 40. circa med. Abb. cap. fin. de ferijs, num.*
6 *20. in princ. & num. 21.* † reprobando *Fed. de Sen.* aliud censentem. *Alex. cons. 53. quaeritur lib. 5. num. 7. & 10. testans de communi. Rom. l. 1. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs, num. 6. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fin part. 5. §. 4. nu. 3. Rebuff. de litter. oblig. artic. 66. glos. 3. num. 6. circa med. Couar. in spec. commun. opin. quaest. 366. num. 2. relati ab. Auffrer. ad capell. Tholos. decis. 158. & à Mausson. de caus. execut. ampl. 1. num. 1.*

7 Contrarium † vt refert *Guid. Pap. decis. 215. num. 1. & cons. 178. circa num. 7.* tenuit, *Vincent in cap. si extra de iudic.* motus *cap. Adam. de poenit. dist. 1.* vbi glos. notat sententiam latam statim esse exequendam, & pluribus similibus comprobat *d. decis. 215.* addendo eiusdem opinionis fuisse *Archidiac. in cap. sicut sine iudicio. 2. quaest. 1.* qui relato Vincentio, & motus *decisione d. cap. Adam*, asserit sententiam exequi posse die feriato, siue feriae sint solemnes, siue repentinae: & huius opinionis fuit *Abb. in cap. fin. de ferijs, num. 2.* dum relata distinctione *Io. And.* qua conciliare tentauit hanc con-
8 trarietatem, post multa concludit, † quod si de facto fieret executio sententiae, illa esset valida, licet exequens peccaret, quia non est actus iudicialis. *Abb. sequitur addentes ad Guid. Pap. decis. 215. vers. exequutio. el. 2. Fed. de Sen. relatus ab Abb. ibidem. num. 20.* asserens proce-
9 dere † etiam in ferijs indictis in honorem Dei: quod tamen ille non dicit, sed simpliciter asserit, die feriato posse exequi sententiam, quae transiuit in iudicatum, si sit valida, vel aduersus illam non sit petita restitutio in integrum;
10 † quia in exequutione sententiae non requiritur causae cognitio, nec fit in pignoratione iudicialis strepitus; exemplo examinis testium,
11 † quod fieri posse idem concludit *num. 4 in fin.* die Dominico; & aliorum, quae recenset fieri posse die feriato etiam in honoré Dei. *Guid. Pap. decis. 215. num. 2. in princ. vers. aut quaerimus, & num. 5. vers. concluderem*, affirmans de iure pignorationem fieri posse die feriato in honorem Dei, non tamen Dominico; quo, nec
12 etiam stante † consuetudine, valide esset facta exequutio, vt late probant *Parlador. 4. rerū quotidian. lib. 2. c. fin. part. 5. §. 4. n. 4. & seq. plurib. Menoch. de arbitr. iud. quaest. 30. num. 16.* sequitur Guid. Papam, qui idem etiam dixerat *singul. 131. & 921. relati ab Auffrer. ad capel. Tholos. decis. 158.*

Contrarietatem hanc conciliare sunt conati
13 antiqui, † & moderni interpretes, excogitatis distin-

distinctionibus, & subdistinctionibus, vt patet
ex dictis *Ioan. And. ad Specul. de libel. oblat.*
§.9.n.17.verſ.offerendus.Fel. cap. significaue-
runt, de *Iudic.num.*13.*Guid.Papa deciſ.* 215.
*Abb. in cap.fin.de ferijs,num.*16.*&* 20.*Alex.in*
*l.*1.*ff.de nou.oper.nunc.nu.*18. *in fin.* Menoch.
*de arbitr.Iud.quæst.*30.*num.*16. Solan. *ad de-*
*cret.*Sabudiæ *de ferijs,gloſ.*4.*n.*5. *Aſin.tract.de*
exequut.§.7.*cap.*276.*fol.*243. *num.*11.*Parla-*
*dor.rerum quotidian.lib.*2.*cap fin.par.*5. *§.* 4.
*ſed & illud.num.*2. *& ſeq.* Sed quia quæ vnuſ-
quiſque illorum docte excogitauit,penitus non
tollũt relatam contrarietatem, & aliqui referũ-
tur velle, quæ non dixerunt, nec ſimilia rela-
ta vrgent. Alij reprobantur, *vt Feder. de*
*Sen. & Abb.cap.fin.de Iudic.num.*21.*Gratioſ.*
*Vbert.tract.de citation.cap.*10.*nu.*134. *& ſeq.*
Ideò ſequendo modernorum excogitatum mo-
dum, conſtituam regulam, quæ ampliationi-
bus, & limitationibus abſolute aufert omnem
difficultatem, & Doctorum contrarietatem.

Regula itaque ſit executionem ſacti ſentē-
14 tiæ fieri non † poſſe feriatis diebus in honorē
Dei. *l.fin.C.de ferijs.Caſt.& Alex.in l.penul.*
*ff.eod.Alex.conſ.*53.*quæritur an ſtante,lib.*5.
*n.*10.*vbi de communi,& alios congerit Felin.*
*cap.fin.de Iudic.num.*13.*Rebuf. in* Comment.
*de litter.oblig.artic.*66.*gloſ.*3.*num.*4. Conrad.
*de offic.prætor.c.de executione ſentent.verſ.*35
*Cæual.in ſpecul.commun.opin.quæst.*760.*nu.*
31. concludens illam eſſe annullandam.
*Theſaur. deciſ.*95. *nu.* 1.*Vantius de nullitat.*
*ex defect.iuriſd.num.*12.& ita conſtituit *Paul.*
Papa V.in Bulla reformat.Tribunal.Vrb.cap.
*de Baroncellis nu.*9. Mandans generaliter die-
bus feſtiuis, non poſſe fieri exequutionem.
*Signorol.de Homodeis.conſ.*54.*Cum quæritur*
verſ.in oppoſitum, vbi relatis, quæ videbantur
obſtare, reſidet in negatiua opinione. *Aſin. in*
*prax.§.*31. *ampl.*13. *verſ.concludendum. Me-*
*noch.de arbitr.Iud.quæst.*30.*num.*5. *& ſeq.&*
*num.*11. Couar.*var.reſol.lib.*4.*cap.*19.*num.*1.
*Scaccia de Iud.lib.*2.*cap.*5.*num.*91.*&* 135.

15 Amplia præſertim in executione † ſenten-
tiæ criminalis, *vt dixi §.*1.

16 Amplia etiam in ferijs † repentinis, *vt dixi in-*
*fra §.*2.

17 Amplia, † etiam ſi fuerit ferijs renunciatum,
*vt dixi infra §.*3.

18 Amplia, vt nec † eiſdem feriatis diebus poſ-
ſit decerni mandatum de exequendo. *Abb. c.*
*fin. de Iudic.num.*20. *verſ.primum.* Eam affe-
rens rationem, quia tunc requiritur cauſæ co-
19 gnitio, quæ † non poteſt fieri iſtis tempori-
bus. Rom.*l.*1.§.*ſed excipiuntur.ff.de ferijs.n.*6.
circa med. & dixi infra num.

20 Amplia etiam in ſententia † lata ſuper re-
præſalijs. *Bal.l.fin.*C.*ne vxor pro marit.n.*40.

21 Amplia, etiam † ſi ageretur de executione
ſententiæ interlocutoriæ. *Signorol.de Homod.*
*conſ.*54.*num.*1.

22 Amplia, vt nec † Statuto poſſit contrarium
ordinari. *Bal.conſil.*166. *lib.* 2. *num.* 2. *Socin.*
*conſ.*8. *num.*13. *vol.*4.Carpan.*ad Statut.Me-*
*diol.cap.*375.*nu.*150. *Menoc.de arb.Iud.q.*30.
*num.*11.*& ſeq. Alex.conſ.*53.*lib.*5. *num.*3.

23 Amplia, vt nec † pacto conueniri poſſit, vt
poſſit ferri, vel exequi ſententia lata die feria-
ta in honorem Dei. B*art.l ſi feriatis* 41.*ff.de*
*recept.arb.nu.*2. *& in l. filiusfam.ff.de donat.*
*num.*5. *Fel. cap.fin.de Iudic. nu.* 14. *in princ.*
*Franc. Marc.deciſ.*410.*par.*1.*Spec.de ferijs.*§.
*fin.in princ. Theſaur deciſ.*39.*Ferijs,n.*7. ra-
tionem refert *Sicard.p.*4.*C.quomod.& quand.*
*Iud.num.*4.

24 Amplia, etiam ſi iudicantis, † vel executo-
ris eſſet peritura iuriſdictio durantibus ferijs.
*Marcheſan. de commiſſ.feriar. derogat. cap.*1.
*§.*1.*num.*13. *relato Bald.in cap.de cauſis, col.*5.
25 *verſ.quærunt Doctores, de offic.deleg.* † Limi-
tando, ſi res eſſet peritura, quæ erat capienda
in executione, vel expiraret actio, abſque cul-
pa Actoris *Fel.in cap fin.de ferijs,n.*15. *verſ.*
in ferijs autem, declarando, niſi iuriſdictio da-
ta eſſet ad tempus.

26 Amplia, vt de facto † impediri poſſit, ne in-
terim fiat, *vt dixi infra cap.*28.*§.*1. *verſ.pri-*
mum exemplum.

27 Amplia, vt non † poſſit fieri nec in rebus,
nec in perſona condemnati, quia eadem eſt ra-
tio. *Bald.in l.*2.*ff.de ferijs.num.*2.*verſ. & idem*
dico. & num. 2.*in princ.* Quod tamen circa
perſonam intelligas, niſi fiat ſuſpecta de fuga,
vt dicam infra *in limit.*

28 Amplia, etiam † ſi ageretur de exequutione
Inſtrumenti guarantigiati. *Bart. in l.omnes*,
C.*de ferijs*.

29 Amplia, præſertim † ſi fiat quæſtio de ipſis
rebus, quæ tractantur capi in exequutionem.
Bal. in l.fin.C.ne vxor pro marito, num. 40.
Contrarium tenent relati à *Sola.ad decret.Sa-*
*baud gloſ.*4.*n.*5.quorum dicta aſſerit conciliari
ex dictis *Menoc.de arbitr. Iud.quæſt.*30.*n.*14
*vſque in fin. et Theſaur.deciſ.*95.

30 Amplia, etiam † ſi ageretur de exequutione
Inſtrumenti liquidi. *Sola. ad decret. Sabaudiæ*
*gloſ.*4.*num.*4. *de ferijs.*

31 Amplia, etiam † in ferijs indictis in hono-
rem Sanctorum. *Abb.cap fin. de ferijs.n.*16.

32 Amplia, præſertim † vbi cauſæ cognitio eſt
neceſſaria. *l.omnes*, C. *de ferijs Roman. in l.*1.
*§.ſed excipiuntur, ff.de ferijs,num.*6.*circa fin.*
Signorol.*conſ.*54. *in princ.*C*æual.in ſpec.com-*
*mun.opin.quæſt.*760.*num.*30.

33 Amplia, vt † nec quis poſſit carceri recom-
mendari. *Felin.cap.fin.de iudic.n.*15.

34 Amplia, quod † ſi Iudex durantibus ferijs
in honorem Dei mandet exequi mandatum,
decretum illud cum executione ſubſequenti,
ſit nullum. *l* 1.*ff.de ferijs, Innoc.Butr. & re-*
*liqui ext. eod.cap.*1.

35 Amplia, etiam † ſi tales feriæ ſint indictæ ex
conſuetudine, vel Statuto. Bal.*in l.fin.*C.*ne*
*vxor pro marito, num.*4.*Alex.conſil.*53.*nu.*3.

36 Amplia, etiam † ſi talibus diebus non ceſſent
homines ab opere, vt puta in hebdomada ſan-
cta, & octaua Paſchatis, à die Natiuitatis Do-
mini, vſque ad diem Epiphaniæ; & ita obſer-
uatur Romæ, inchoando tales inducias prima
die Iouis, quæ præcedat talia feſta, quia ea
die,

die fit visitatio carcerum gratiosa, & suspenduntur organa iustitiæ, *vt loquitur Bald. in l. 2. ff. de ferijs, num. 2. Thesaur. decis. 92. num. 2.* vbi ita decisum refert, addendo, qui dissentiunt, & an puniendus, qui resistat Curiæ.

37 Ampl. etiam si † exequutio fiat in eadem re, de qua lata est sententia. *Alex. testans de communi, relatis dissentientibus cons. 53. quaritur. lib. 5. num. 8. et 10.*

38 Ampl. vt † liceat de facto resistere exequutori, *vt dixi infra, cap. 28. §. primus*,

39 Ampl. præsertim † in die Dominico. *Guid. Papa, decis. 215.* qui licet aliud sentiat in alijs diebus, censeo ab illo recedendum in quacumque die feriata in honorem Dei, etiam quod ab homine, & non à Deo, vt est dies Dominicus, sit indicta; & cautius seruanda, cum mitius agatur cum Deo, quam cum homine, qui legi se obligauit.

40 Ampl. etiam si † Iudici data esset facultas procedendi, ferijs quibuscumque non obstantibus, *Marches. de commis. feriar. derog. cap. 1. §. 1.*

41 *nu. 74.* eam afferens rationem, quia talia † clausula intelligitur de alijs ferijs, addendo idem dici de ferijs repentinis, *num. 77. & seq.*

46 Limit. in causis † spiritualibus, si ita Iudex arbitretur. *Butr. cap. fin. de ferijs, nu. 23. vers. & hoc concludit.*

47 limit. in causa † alimentorum præstandorum viduæ, & cuicumque pauperi personæ, & præsertim pupillo. *Butr. cap. fin. de ferijs, num. 23. vers. secundo dicit. Alberic. in l. eadem. ff. de ferijs, num. 5.*

48 Limita in † sententia lata ad expeditionem custodiarum seu carceratorum. *Angel. in l. diuus. ff. de ferijs num. 2.*

49 Limita in pertinentibus † ad militarem disciplinam. *Angel. in l. diuus, ff. de ferijs, num. 2. Signorell. cons. 55. in princ.*

50 Limit. quoad † exequutionem, & reuocationem sequestri. *Lanfranc. in prax. cap. de citation. num. 20. in fin.*

51 Limit. vbi periculum † esset in mora, etiam quod feriæ indictæ essent in honorem Dei. *Abb. in cap. fin. de peric. num. 16. in fin. & in numero 20. vers. secus in ferijs solemnibus, & n. 24. & in cap. conquestus de ferijs num. 13.* addendo hoc remitti arbitrio Iudicis. *Spec. de ferijs. §. penult. num. 1. Alex. in l. 1. ff. de nou. oper. num. 19. circa med. Angel. in l. qui restituere, ff. de rei vend. num. 8. Fel. cap. fin. de iudic. n. 14.*

52 vbi late agit de † captura debitoris suspecti de fuga, *& num. 15.* sublimitat. *Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs glos. 4. nu. 7. Thesaur. decis. 95. in fin.* exemplum referens, si exequutione facta euitentur scandala, *Fel. in cap. fin. de ferijs,*

53 *n. 15. vers. Item prædicta,* † declarando si periculum sit cum peremptione rei, idem repetens, *num. 16. Tuscus, conclus. 100. ferijs durantibus, num. 24.*

54 Limit. vbi in † exequutione sententiæ agitur de periculo animæ. *Abb. cap. fin. de Iudic. n. 20. vers. secus in ferijs solemnibus,* extendendo etiã durantibus ferijs in honorem Dei. *Io. And. ad Spec. de libel. concept. §. 9. num. 17. in fin. vers. offerendus in fin. Alex. cons. 53. lib. 5. num. 12. Butr. cap. fin. de ferijs, num. 23. vers. omnia confirmat.*

55 Feriæ in honorem † Dei, à quo indici possint. *Angel. in l. Præsides, ff. de ferijs nu. 2. Butr. cap. 2. num. 2. & seq. de ferijs, num. 17. circa med. & num. 19. & seq.*

56 Limit. vbi res esset † tempore peritura. *Mãdos. de commis. ferijs non obstantib. vers. vndecimo. Azo in summa de ferijs, num. 5. vers. sed fallit.* Si quis autem aliquid actitasset ad vrgentem vitæ necessitatem respiciens, veluti si pater familias bouem, qui in specus decidisset adhibitis operis liberasset, aut tecti fractam trabem ab imminenti ruina fulciendo vindicasset, ferias non videtur polluisse: nam & *Vulpian. in l. 1. §. sed excipiuntur, & duabus ll. sequentibus. ff. eod. tit.* tractat multas id genus species, quarum quidem vrgens necessitas non habet ferias, vti dici solet, nec pietatis exercitium ferijs impeditur. Ergo Sceuola interrogatus, quid non ferijs agi liceret: Quod noceret, inquit, prætermissum. Sic Romanus Pontifex nõ

57 vult in. *cap. 2. & vlt. eod. tit.* † ligari necessitatem, & pietatem. Qua in re reprehensi fuere Iudæi à Christo Saluatore nostro, vt testatur *D. Luc. cap. 14. Scaccia de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 35. Milis in Repert. §. ferijs diebus potest fieri executio. vers. sed si non est,* exempla plura

58 refert: † & quando res sit peritura, arbitrarium esse Iudici concludit *Bald. cap. fin. de ferijs, num. 13. circa med.*

59 Limit. vbi imminet † necessitas, veluti si tẽpus sit breue, & irreparabile damnum, vel officium sit defecturum. *Bald. cap. conquestus de ferijs nu. 14.* vbi declarat, quando necessitas dicatur imminere. *Abb. cap. fin. de iudic. num. 16. in fin. Spec. de ferijs. §. fin. num. 1. & 2. Alex. l. 1. ff. de nou. oper. nunc. num. 19. circa med. Roman. l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de ferijs, num. 6. circa med. Butr. in cap. fin. de ferijs nu. 3. vers. fallit. tertio,* concludens si res, vel actio esset tempore peritura, quod exequutio fieri potest tempore feriarum: licet deinde, *in vers. dicit tamen,* distinguat circa iurisdictionem, quæ expirat vltima die feriata, *Spec. de ferijs. §. 2. nu. 1. & 12. Alex. l. 1. ff. de nou. oper. nunc. num. 19. circa med. Roman. in l. 1. §. sed, & de ferijs, nu. 6. circa med.*

60 Limit. vbi † lapsis ferijs expiraret iudicantis iurisdictio, *cap. consuluit, de officio delegati. Abb. cap. fin. de Iudic. num. 22. vers. vltimo dicit, & num. 23.* late hoc probat. *Bald. cap. con-*

61 *questus de ferijs. num. 14.* † distinguit tamen *Butr. in cap. fin. de ferijs num. 23. vers. dicit tamen. Marant. in prax. part. 6. Actorum editio. §. decimus actus num. 45.* etiam si essent feriæ in honorem Dei, *Bart. l. 1. ff. de gland. legend. num. 1.* quod tamen intellige in ferijs rusticis, & non in honorem Dei, & absit culpa Iudicis. *Felin. in cap. fin. de iudic. num. 15. vers. item prædicta.*

62 Limit. in ijs, † quæ sunt parui præiudicij, veluti si immittatur quis in possessionem ex primo decreto rei seruandæ causa, & similium, vt exem-

exemplis pluribus declarat *Vlpianus in l.2.ff.de ferijs*. *Sola ad decret. Sabaud. de ferijs, glos.4. num.7.* addendo idem dici in omnibus causis summarijs, nisi tamen sint feriæ in honorem Dei. *Bal.cap.fin.de ferijs, num.14. vers. item nota.*

63 Limita in exequutione † sententiæ latæ ad fauorem miserabilium personarum, & cuiusuis causæ piæ. *Spec. de ferijs. §.2. in princ. Bald. cap. conquestus de ferijs in fin.* addendo idem dici, si exequutio tangat salutem animæ, quæ recenseatur inter miserabiles personas, quia soluta corpore amplius se tueri nequit. *Butr.cap. fin. de ferijs num.23.vers fallit secundum glos. final.d.cap.fin.Thesaur. decis.39.num.7.in fin.* Contrarium tenet *Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs, glos.3.num.1.*

64 Limit. in ijs quæ † sunt voluntariæ iurisdictionis. *l.actus*. C.*de ferijs*, per quem textum ita concludit *Bald.in cap.conquestus, de ferijs, vers.ibi strepitus*. *Spec.de ferijs §.fin. & nu.7. Guid.Pap.decis.215. num.3.* qui loquitur de insinuatone donationis, quæ fieri potest etiam die feriata in honorem Dei.

65 Limit. in causis Ecclesiarum, retenta tamen distinctione *Abb. in cap. fin. de iudic. nu.19.*

66 Limit. quoad † intimationem faciendæ executionis. *Tiraquel.de retract.lignag. ad finem tituli, num.81. in fin.* quem refert, & sequitur in terminis nostris dum ille id firmasset in causa intimationis retractus. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.214.num.2.in fin.*

67 Limit. vbi Statuto,† vel consuetudine aliud sequetur, & agatur de ferijs inductis in honorem Dei à Statuto, vel consuetudine. *Alex. cons.53 quaritur.lib.5.num.3.*

68 Limit.contra debitorem† suspectum de fuga. *Angel. l.2. ff. de ferijs. num.3.But.cap.fin cod, tit.num.17.Fel.cap.fin.de iudic.nu.15.in princ.* addendo procedere, si tempore contractus verisimiliter non erat suspectus, vel non aderat causa suspicionis. *Mandos. de comis. feriar. derog. vers. decimo, modo suspicio emerserit post contract. Marant.in prax.part.6.cap.actorum editio.§.decimus actus. num.43. & dixi infra §.5.in princ.Tuscus.conclus.100. ferijs durantibus, num.25.26. Mauson. de caus. execut. ampl.1.num.5.*

69 Limit. si agatur † de puniendo enormi delicto, latrone, & similibus, qui turbant publicam quietem. *l.prouinciarum*. C.*de ferijs*. *Tuscus conclus.100.ferijs durantibus, num.23.*

70 Limit. vbi contraria † viget consuetudo, vt in Delphinatu, teste *Guid.Papa, decis.215.an executio, nu.4.in fin.* asserente, excepto die Dominico, de generali consuetudine illius regionis fieri pignorationes bonorum debitorũ, dicente executore, pignoro te pro tali debito, instante. N. tuo creditore, & de talibus bonis: quia nihil decernitur, sed sola verbalis leuatio pignoris: comprobando alijs similibus actis, qui feriatis diebus in honorem Dei, & Sanctorum fiunt, addendo *num.5.vers.aut.quærimus, de missione*: idem dixerat *singul.131. & 921. Milis in repert. §.feriatis alij diebus*. Et hinc patet qualis, & quanta sit consuetudinis vis, quæ vt idem pluribus probat, *singul.803.* est forma rei, & quasi aliud ius naturale, & immutabile. A *Guid.Papa* non dissensit *Parlador. rerum quatid.lib.2.cap.fin.§.4. num.41.& seq.*

71 pluribus, † sublimitando, si fiat die Dominico, sed etiam ea die facta valeret, sed illam faciens peccaret. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.158. Gratios.V berts.de citation. cap.10. num.48. & seq.* vbi exempla refert.

72 Quid si executio † fiat in ipsa re, de qua fuit cognitum? *Sola ad Decret.Sabaud.glos.3.nu.5. de ferijs*, vbi refert *Alex.cons.53.* tenere affirmatiuam, & testari de communi, & ab eo dissentire *Guid Pap. decis.215.* & posse concordari ex dictis *Menoc. de arbitr.iudic.quast.30. num.14. & seq.& Thesaur.decis.39.* & cæteris latius *Abb.in cap.fin. de Iudic. num.20. Marches. de commis. feriar. derogat. cap.1.§.1. nu. 107. Vbert. tract. de citat. cap. 10. num. 130.* tenet fieri posse, nisi reus aliquid opponat.

73 An autem ferijs † in honorem Dei consuetudine derogari possit. *Tuscus conclus.96. feriati dies, num.5.& seq.*

74 Limit. vbi ex † statuto confirmato à Papa, ius redditur in aliquo genere causarum, vel certo generi personarum, ferijs præfatis non obstantibus. *Marches.de commis. feriar. derogat. cap.1.§.1.num.87. in princ.* addendo, quod li-

75 cet iuri diuino † derogari non possit præsertim à Principe seculari, tamen ex causa possit ab eodem interpretari per viam legis, sed præcipue per viam consuetudinis, comprobans id pluribus ibidem, & *num. 89.* Interpretatio

79 enim † tanquam quid necessarium in actibus humanis, & veluti ius naturale, tolli non potest. *l.2.§.his legibus, vers.vt naturaliter, ff.de origin.iur.Crauet.cons.3.num.23.*

---

§. I.

SVMMARIVM.

Sententia lata in criminali non mandatur executioni tempore feriarum. 1. *Ampl.*2.3.5.6.7. 8.9. *Limit.*4.7.10.11.12.13.15.
Tortura an inferenda die feriata.

Quamuis iudicium ciuile, & criminale differant in pluribus, vt dixi de differentijs vtrorum Iueis, *§.causa ciuilis*, conueniunt tamen in illorum executione: propterea sicuti diebus feriatis non est exequenda sententia lata

1 in iudicio ciuili, † pariter non est exequenda, si fuit prolata in iudicio criminali, seu capitali. *Clar.in prax. § fin. quæst.97. videmus, num.6. vers.quæro etiam. Bal.l.penul.C.de ferijs.nu.2. Abb.cap.fin.de ferijs. num.20.vers.in criminalibus. Tuscus conclus.97.feria messium, nu.5.* addendo Iudices timentes Deum, ita seruare quoad pœnam vltimi supplicij, secus quoad ad pœnas minores.

2 Ampl. siue dies † sit feriata in honorem Dei, siue

siue Sanctorum: nam in illa totus populus cessat ab opere, horrendum, & miserabile esset spectaculum, exequi capitalem sententiam, vel aliquem laqueo suspendere. *Clar. in prax.* § *fin. quaest.* 97. *num.* 6. *vers. quaero etiam*: asserens id firmari ab omnibus Doctoribus *in cap.* 1. *de ferijs*, & obseruari à iudicibus Deum timentibus. *Angel. in l. diuus ff. de ferijs. Sola ad Decret. Sabaud. glos.* 2. *num.* 2. *Abb. cap. fin. de iud. num.* 16. *Tuscus conclus.* 97. *feria messium. num.* 5. *& conclus.* 10. *ferijs durantibus. num.* 21.

3 Ampl. etiam † si dies sit feriata in vtilitatem hominum. *l. si feriatis, ff. de ferijs, l. custodias. C. de pub. iudic.*

4 Contrarium † seruari de consuetudine, etiam si agatur de sententia capitali, testatur *Clar. in in prax.* § *fin. quaest.* 97. *videamus. nu.* 6. *vers. quaero etiam*, addendo neminem de hoc dubitare. *Bal. l. penul. de ferijs, nu.* 3. addendo nulla lege hoc esse interdictum. *Rebuf. de liter. oblig. artic.* 66. *glos.* 3. *num.* 6.

5 Ampl. etiam † si ageretur de exequutione sententiae prolatae in reum laesae maiestatis. *Boerius decis.* 259. *& videtur. numer.* 8. *in princ.*

6 Ampl. etiam † durantibus ferijs repentinis, *vt dixi* § *seq. ampliat tertia.*

7 Ampl. etiam † in executione cuiusuis sententiae corporis afflictiuae. *Marches. de commis. feriar. derog. cap.* 1. *S.* 1. *num.* 84. *Tuscus conclus.* 100. *ferijs durantibus. num.* 21. vbi distinguit, & refert quid seruetur de consuetudine.

8 Ampl. praesertim † si agatur de sententia Iudicis minoris magistratus, quia cum illi iurent seruare leges, nec liceat illis eas transgredi, ferias debent obseruare, in exequutione suarum sententiarum. *Boer. decis.* 259. *num.* 8. *in fin.*

9 Ampl. etiam † in ferijs inductis ob necessitatem hominis, *l. diuus, ff. de ferijs*; per quem textũ ita ibidem firmat *Angel. num.* 2.

10 Limit. si pet † exequutionem sententiae criminalis publica sequatur vtilitas. *Bal. in l. penul. C. de ferijs. num.* 2. & hac ratione excusatam audiebam primis annis, quo veni in Vrbem, exequutionem sententiae factam in caput Gabrielis Fuschetti Praefecti domus Odoardi Cardinalis Farnesij, die Annunciationis B. Mariae Virginis, quia dicebatur auxilium dedisse, quo e manibus satellitum eriperetur, qui ducebatur ad carceres, occasione aeris alieni: & inde nemo est ausus impedire, quominus iussa iudicum exequutioni demandarentur, donec sedit Clemens Papa VIII. licet posteriores dies Pontificatus eiusdem passi fuerint turbam, seu perturbationem ex simili casu, & cum eadem Farnesiana familia.

11 Limit. propter † enormitatem criminis eius in quem lata est sententia. *l. penul. C. de ferijs, vbi Bal. num.* 1. id notat, eam eum Imperatore Theodosio rationem afferens, quia inde multorum salus, & incolumitas procuratur, nã in morte vnius sceleratissimi stat vita multorum. Exemplum esse posset, si ageretur de exequutione sententiae latae in publicum latronem, vel viarũ aggressorem, vel agrorum depopulatorẽ, & eius generis nequissimos homines. *Spec. de ferijs,* § *fin. num.* 3. *in fin. Bal. l. prouinciarum, ff. de ferijs, num.* 1. *& seq. Angel. in l. diuus ff. eod. num.* 2. *Abb. cap. fin. de iudic. nu.* 20. *vers. in criminalibus, & num.* 21. *circa med. Boer. decis.* 259. *num.* 8. *post med. Sola ad decret. Sabaud. de ferijs glos.* 4. *num.* 7. *Mandos. de commis. ferijs non obstantib. vers. duodecimo. Azo in sum. de ferijs num.* 5. *in fin. Milis. in repert.* § *feriatis diebus potest. Franc. Marc. decis.* 409.

12 *n.* 2. † addendo idẽ de repertis in flagrãti crimine magno, & non posse maius fieri sacrificium Deo, quam istos torquere, & mittere ad furcas, iuxta illud Euangelij: Beati, qui faciunt iustitiam omni die: & anno 1624. die 21. Decembris, quo celebratur festum S. Thomae Apost. condemnato Marco Antonio de Dominis de haeresi relapso, licet defuncto, fuit illius cadauer igne consumptum statim, prout combutendum praedixeram, antequam in Angliam secessisset, vt dixi *de Laudemio lib.* 11. *quaest. final. in fin. Milis in repert.* § *feriatis diebus.*

14 An autem † die feriata reus torqueri possit, videndi addentes *ad Bal. in l. penult. C. de ferijs. Clar. in prax.* § *fin. quaest.* 64. *num.* 34.

15 Limit. vbi agitur † de exequtione sententiae absolutoriae. *Marches. de commis. feriar. derog. cap.* 1. *S.* 1. *num.* 82.

---

§. II.

SVMMARIVM.

Feriarum diuersa species. 1. *etiam nunc in Vrbe.* 20

Feria repentina quae dicantur. 2. *& quare ita nuncupata.* 3. *quibus verbis indicerentur.* 4. *exempla talium feriarum, ibid. procedunt à pari cum ferijs in honorem* Dei. 9. 11

Executio sententiae fieri potest durantibus ferijs repentinis. 5. *Contrarium. Et quare* 6. *Ampl.* 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. *Limit.* 17. 18. 19.

Nundinae indici tantum possunt à non recognoscente superiorem. 16

1 INter caetera feriarum † genera, quae apud Romanos plura fuere, vt referunt *Macrob. Saturnal. lib.* 1. *cap.* 16. *Aul. Gel. noct. Attic. lib.* 10. *cap.* 24. *Varro, de lingua Latina, lib.* 5. *vers. A caeli naturali. Sext. Pompe. de verb. signific.* § *feria. Ioan Rosin. antiq. Roman. lib.* 4 *cap.* 3. *Petr. Pitheus. aduersarior. lib.* 1. *cap.* 9. *Aymar. Riual. Histor. Iur. ciuil. seu ad leg.* 12. *Tabul. lib.* 2. *S. ferijs iurgia amouento, vbi Anton. Clar. Siluius plura etiam cumulat. Alex. ab Alexand. Genial. dierum, lib.* 5. *cap.* 7. *& ibi Tiraquel. late. Fab. de Montelcone in sua praxi arbitrali, part.* 6. *tertia pars,* § . *aggressurus. Lilius Gyrald. de annis, & mensib. vers. sacra erat. Cagnol. in l.* 2. *ff. de origin. iur. num.* 412. *Couar. var. resol. lib.* 4. *cap.* 19. *Mandos. de commis.*

mis. ferijs non obstantibus, vers. ferias. *Azo in summa. de ferijs. num. 3. & seq.* *Raeuard. variorum lib. 5. cap. 19.* *Hotoman. & Caluin. in Lexico Iur. verb. feria.* *Thesaur. decis. 39. num. 4 vsq. in fin.* *Polyd. Virgil. de rerum inuent. lib. 6. cap. 7.* *Faber semestr. lib. 1 cap. 6. in princ.* *Sicard. in l. si vt proponis. 4. C. quomod. & quand. Iud. num. 3. & seq.*

2 Recensentur feriæ † repentinæ, quæ casu aliquo de repente nato indicebantur ab Imperatore, Consulibus, vel Rom. populo ob rem prospere gestam, *l. 1. gloss. à nullo C. de ferijs, in verb. ferias.* *Azo in sum. eod. tit. num. 2.* *Bal. in cap. conquestus, de ferijs, num. 9. & 12.* *Host. cap. fin. eod. tit. num. 13. & Butr. num. 18. & addentes ad Abb. ibid. num. 16. vers. an ferijs.* *Martin. Laudens. tract. de Princip. quæst. 410.* *Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs, glos. 1.* *Bal. in cap. fin. de ferijs, num. 9.* *Fab. de Montelcon. in sua prax. part. 6. §. aggressurus, num. 5.* Et quia

3 tales feriæ certum † non habent tempus, quo indicentur, nuncupantur repentinæ, tamquam extra expectatum ordinem indictæ: & eius generis sunt, quæ obseruantur ea die, qua Princeps natus, vel electus fuit, vt accidit vbi quis fuit electus Sum. Pont. vel Imperator, vel Romanorum rex, vel Dux in aristocratico dominio, ne respub. fit acæphala, vel populi Imperium ne careat capite. *l. 1. l. omnes dies. C. de ferijs.* *Thesaur. decis. 39. n. 6.* vbi plures casus refert, quibus à S.P.Q.R. indictæ fuere tales fe-

4 riæ; & † qua verborum formula. *Marchesan. de commis. feriarum derogatoria. §. 1. num. 21. & seq.* vbi plura exempla harum feriarum refert.

5 An autem indictis † repentinis ferijs, possit valide fieri sententiæ executio, non conueniunt Doctores: nam *Abbas cap. fin. de iudic. num. 20. vers. primam*, tenet affirmatiuam, concludens nudam executionem facti posse fieri durantibus ferijs repentinis, quia est quid facti, faciendum à ministro, & ante *Abb.* idem dixerat *Archid. in cap. sicut fine. 2. quæst. 1. in princ.* quẽ sequitur *Milis in repertor. §. feriatis diebus* potest fieri. *circa fin.*

6 Contrarium † voluit idem *Abb. in cap. conquestus. 5. de ferijs, num. 20. in fin.* eam afferens rationem, quia Imperator iussit ferias repentinas obseruari eadem solemnitate, qua obseruantur solemnes. *l. omnes. C. de ferijs*, quisque enim debet eo tempore lætari, nec vllus est ad iram prouocandus. *Thesaur. decis. 39. ferijs. num. 7. in princ.* concludens; quod durantibus ferijs repentinis, suspenditur omnis executio, sequitur *Scaccia de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 135.*

7 Amplectendo itaque † secundam seu negatiuam opinionem, illam ampliabis, siue agatur de executione sententiæ Iudicis ordinarij, siue delegati, siue arbitri. *l. omnes dies. C. de ferijs.*

8 Ampl. vt † non possit renunciari beneficio harum feriarum. *Spec. de ferijs. §. fin. in princ.* *Bal in cap. fin. de ferijs, num. 9.* *Angel. in l. 1. & l. diuus, ff. de ferijs, num. 2.* *Host. in cap. fin. de ferijs, num. 13. & Bal. num. 9.* *Butrius nu. 18.* *Aretin. §. appellantur inst. de except. nu. 33.* *Alberic. d. l. 1. num. 7. in princ.* *Fel in cap. si diligenti. de Iudic. num. 20.* *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. num. 130. & seq.* eum afferens

9 rationem, quia vim † procedant à pari cum ferijs in honorem Dei, sicuti illis renunciari non potest, ita nec istis. *Vantius de nullitat. ex defect. iurisdict. num. 130.* *Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs, glos. 3. nu. 4.* *Alex. cons. 36. Viso themate. lib. 2. num. 8.* *Menoc. de arbitr. iudic. quæst. 30. num. 5. & 6. et 11.* *Abb. cap. fin. de iudic. num. 16.* *Thesaur decis. 39. num. 6. et 7. vbi plures cõgerit.* *Scaccia de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 142.* *Vbert. de citation. cap. 10. num. 54. vers. ista feria.* *Tuscus conclus. 101. ferijs qua liter. num. 17.*

10 Ampl. etiam † in criminalibus: nam illis durantibus, capitalis, vel alis corporis afflictiua pœna differtur. *Host. in cap. fin. de ferijs, num. 13.* *Angel. in l. diuus. ff. de ferijs, num. 2.* *Abb. in cap. fin. de iudic. num. 21. vers. ergo puto, licet num. 20. vers. in criminalibus*, videatur aliud dixisse. Sed pro *opin. Host. et Angel.* vrget ratio, ne publica lætitia turbetur, & risus misceatur lacrymis. Pendet tamen hæc executio ab arbitrio Iudicis, qui si capitalem exequeretur sententiam, illa esset valida, nec vt ego addo, in Syndicatu puniretur, sicuti apud Deum non peccaret, vt subdit *Abb. ibid. num. 22.* in principio tamen Pontificatus Clementis. VIII. N. Folchetus, quia dedisset causam, sine vi, & armis, vt captus, manus lictorum effugisset, capite fuit mulctatus die Annunciationis B. Mariæ Virginis, quæ cadebat infra hebdomadam, quam nos appellamus sanctam, excusantibus aliquibus factum illud die feriata, quia Rom. Ecclesia cadente tali festo infra eam hebdomodam, de illa non facit mentionẽ, sed differt post sequẽs Pascha, is Fulchetus erat domus magister. Odoardi Cardinalis Farnesij. *Marches. de commis. feriar. derogat. cap. 1. §. 1. num. 50. et 51.*

11 idem † sentit, quia procedunt à pari cum ferijs in honorem Dei.

12 Ampl. etiam † si ageretur de executione sententiæ latæ in causa summaria. *glos. in Clem. sæpe. de verb. signif. verb. ob necessitates, in fin. vers. sed quid dices.*

13 Ampl. etiam † si ageretur de executione sententiæ Iudicis, qui ex data sibi à Principe autoritate posset procedere singulis diebus, & horis festiuis, & non festiuis: quia cum istæ feriæ procedant à pari cum ferijs inductis in honorem Dei, & Sanctorum, sicuti illarum reuerentia differtur executio, pariter differenda est priuilegiis istarum. *Scaccia de iudic. lib. 2. c. 5. num. 27 et. 141.* & confirmatur ex dictis supra, *vers. contrariam.*

14 Ampl. etiam † si ageretur de sententia arbitri. *Bal. cap. fin. de ferijs, num. 10.*

15 Ampl. præsertim † contra nundinantes, contra quorum bona, & personas, tam eundo quam redeundo, non potest fieri, executio. *l. vnic. C. de nundin. vbi Bart. Bal. et Sal.* *Angel. in l. hæres. §. si quis tutelam, ff. de iudic. num. 9.*

num.9. Menoc.præsumpt.29. lib.5.num.23.& seq.Coler.de proces.part.2.cap.3.nu.156. Mansson. de caus.execut.ampl.prima. num.15. vsq. in fin. vbi subdit procedere si nundinæ sint in-
16 dictæ † ab habente facultatem illas indicendi, vt puta à non recognoscente superiorem: & li-
17 mitat si subsit † vrgens suspicio contra debitorem, vel fuit renuntiatum beneficio nundinarum, vel agitur de debito iurato, vel contracto in nundinis, vel de re furto subtracta.
18 Limat, ijs omnibus † casibus quibus executio fieri potest feriatis diebus in honorem Dei, quos retuli supra *§.1.*
19 Limita, vbi contraria † viget consuetudo, prout Romæ: nam exceptis ferijs, quæ indicuntur ex decreto Visitationis carcerum, quæ fit bis in anno, nempe postrema die Iouis ante festum Natiuitatis Domini, & ante hebdomodam sanctam, durantibus illis per totam diem sextam Ianuarij sequentis, istis tota ea hebdomoda sancta, & sequenti Paschatis, alijs feriatis diebus, fit executio realis in bonis, & personalis in debitorem, non soluentem, seu non adimplentem promissa. Iudices tamen Capitolini
20 statim indictis † ferijs à visitatoribus carcerum, non sedent pro Tribunali, nec ius reddunt in causis ordinarijs, vel commissarijs, sed Aud. Cam. & Vicarius Papæ ius dicit vsque in diem, quæ præcedit vigiliam Natiuitatis Domini, & Dominicam Palmarum, sicuti, & alijs diebus quibus indictæ sunt repentina feriæ, & apud istos nullæ sunt feriæ messium, vel vindemiarum: secus in foro Capitolino, vbi sæpe contigit feriari, vbi apostolici Iudices non feriantur, & sæpe è contra, quia non eædem sunt apud omnes Iudices Romæ indictæ feriæ.

---

§. III

SVMMARIVM.

1 QVamuis fauori suo † quis renunciare possit. *l si quis in conscribendo.* C. *de pact.cap.si de terra. de priuileg.* Attamen nullatenus quis pacisci potest, quod vbi contigerit in eum fer-
2 ri sententia, † quod illa executioni mandetur tempore feriarum. *cap.fin. in fin.de ferijs.*
3 Ampl. præsertim † in ferijs in honorem Dei. *cap.final.de ferijs, l dies festos.* C.*eod. Angel.in l.1.ff.eod.num.2. & Alber.num.7. & Ias.nu.4. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. num.*130. *& seq.Spec. de ferijs, §.fin.in princ.Fel.in cap.*51.*diligenti, de Iudic.num.*20. Marchesan. *de commiss. derogat. feriar. cap.1. §.1. num.*12.
4 † Ampliando etiam si reus, & actor renuncient. *Mansou.de caus. execut. ampl.*1. *nu.*3.
5 Ampl.etiam † in ferijs indictis in honorem sanctorum. *Specul de ferijs.§.fin.in princ. Abb. in cap.fin. de iudic.num.16.Butr.in cap. fin.de ferijs, num.*18.
6 Ampl. etiam † in ferijs repentinis, *vt dixi supra §.2.ampliat.*11.
7 Ampl. præsertim † si sententia fuit prolata durantibus ferijs. *Angel. in l.si feriatis, ff. de ferijs, num.*1.
8 Ampl.etiam † si conuentum fuit, vt Iudex interpellatus pro exequutione sententiæ illam exequatur, nam licet debeat officium suum implorantibus impartiri, quia iudicandi munus publicum est, *l.munerum.§. iudicandi. ff. de muner. & bonor.glos.in l.2. C.de proxim.sacr. scrin.lib.*10. si tamen nollit impartiri, & ne-
9 get † sua autoritate fieri executionem tempore feriarum, non posset conueniri in syndicatu; Quia feriæ inductæ sunt, vt quandoque iudicibus detur quies. *Thesaur.decis.39.ferijs, n.3. vers.aduertendum Bal.cap.fin.de ferijs, nu.*10.
10 concludens † Iudices, & arbitros non esse obligatos sequi hanc feriarum renunciationem. *Scaccia de Iudic.lib.2.cap.5.num.*159.
11 Contrarium tenet *Sola † ad Decret.Sabaud. ferijs, 3. num.8.auctore Bal.cons.467. quaritur, lib.*1. asserente Doctorem aliquem non determinasse hanc difficultatem, ipso tenente affirmatiuam, quia cum iurisdictionis potestas sit à iure publico introducta, cum necessitate illam exercendi congruo loco, & tempore, incongruitas temporis est sublata per renunciationem litigantium: & credo solum cum *Bal.* verum dixisse in ferijs hominũ gratia inductis, quia istis potest renunciari, vt dixi infra. *Tuscus. conclus.* 101.*ferijs qualiter. num.*16.
12 Ampl. etiam † in ferijs inductis ob publicam vtilitatẽ. *Alex.cons.36.Viso themate.lib.2. n.*8.
13 Ampl. præsertim † vbi tales feriæ sunt indictæ à Statuto, cum exceptione aliquorum casuum, cum exceptio firmet regulam in non exceptis, *glos.in l.quæsitum idem respondit, verb. non potest non videri. ff.de fund.instruct.* in reliquis non exceptis non potest fieri renunciatio. *Alex.cons.36. Viso themate.lib.2. num.7. Tuscus. conclus.*101. *ferijs qualiter. num.*11.
14 *& seq.* † vbi limitat in ferijs messium.
Ampl. vt in casu quo ferijs renunciari potest,
15 non † sufficiat alterum ex litigantibus renunciasse; sed opus est actorem, & rerum renunciare tacitare, vel expæsse, *cap.fin. de ferijs, & in l.si feriatis. ff. eod.* Scaccia *de Iud. lib.2. cap.5. num.157.& seq.*asserens hoc esse indubitatum; *Spec.de ferijs, §.fin. num.3. Tuscus conclus.* 101.*ferijs qualiter, num.7. & seq.*
16 Limitatur in ferijs † messium, & vindemiarum *Spec.de ferijs, §.fin.in princ. vers.rusticis.*

Guid.Pap. decis.215.num.5. vers. alijs autem. Thesaur. decis.39. ferijs, num.7. vers. aliud genus. Tuscus conclus.101. ferijs qualiter, n.2. & seq. vbi ampliat etiam quod contrarium Statuto caueatur, & rationem refert.

Eius generis feriarum sunt, quæ à Vicecan-
17 cellario † Sedis Apost. indicuntur singulis annis, in Rom. Curia, die tertia, vel nona Iulij quibuscumque Iudicibus commissarijs per totum mensem Septembris, quibus tamen facile
18 derogatur † à Papa per organum Cardinalis Præfecti Signaturæ Iustitiæ, si subsit causa, vt puta de examinandis testibus in Curia, vel extra, ne probationes pereant, vel lis citius terminetur, vel instruatur; vel agatur de executione sententiæ post tres conformes, vel vnam, quæ non admittit appellationem ad effectum suspensiuum. Feriæ autem præfatæ indicuntur à Vicecancel. Apost. facto verbo cum S.D.N. in vltima Signatura Gratiæ, & illo annuente,
19 nam nemo † absque supremi Principis licentia potest ferias indicere. *l.à nullo.C.de ferijs,* vbi *Bal & Cast.* addunt illas non habere effectum si ab alio indicantur. Prima autem die iuridica Octobris, vnus vel duo ex Auditoribus Rotæ, equestres, & comitati turba Procuratorum, & Aduocatorum, accedunt ad tribunal Rotæ in Vaticano, & ab illorum vno recitata oratione commendante Iustitiam, quam ministrant, lectis constitutionibus Sum.Pont, quas illi ingressu eius Auditorij iurant obseruare, domum equestres pariter cum eo comitatu redeunt.

20 Limit. ijs omnibus † casibus, quibus executio fieri potest feriatis diebus in honorem Dei. *vt dixi supra.§.hoc.cap.25. in princ.* & idem dicendum de ferijs repentinis, *vt dixi supra. §.13.*

21 An renunciatio † feriarum, vbi illa fieri potest, sit facienda in iudicio, vel extra. *Alberic. in l.1. ff. de ferijs, num.8. & Ias. num.28.*

22 An renunciatio † feriarum intelligatur de ijs, quæ erant tempore renunciationis, vel proxime indicendis. *Ias. in l.1. ff. de ferijs, num.29. Spec. de ferijs. §. fin. n.1. Tuscus conclus.101. ferijs qualiter, nu.6. Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs, glos.3. num.5.*

23 Feriarum † renunciatio facta in prima instãtia, an extendatur ad ferias secundæ instantiæ. *Sola ad Decret. Sabaud. glos.3. num.5.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Feria messium Cereales nuncupabantur à Romanis. 1

Agricolarum priuilegia plura. 2

Ferijs messium durantibus, Iudices, & litigantes feriantur. 3. *Ampl.*4.5. *Qui actus iudiciales fieri possint tempore harum feriarum.*6.

*Feriarum exceptio quando obstet.*7

Executio sententiæ latæ extra tempus feriarum, exequi potest durantibus ferijs messium. 8. *& quare.* 9. *Ampl.* 10.

*Declinatoria exceptioni quis dicitur renunciare opposita dilatoria, vel peremptoria.*11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21. *Limit.*22.26

*Feria messium, vel vindemiarum, an obseruentur tantum, vbi colligitur granum, vel vinum.*23.34.25.

POst ferias, quas dixi indictas in honorem Dei, eum Sanctis suis, & quas repentinas, seu extraordinarias vocamus, fuerunt apud Ro-
1 manos, etiam aliæ feriæ, † quas Cereales vocabant, à Cerere segetum Dea, & nos nuncupamus messium, quæ publici boni causa fuerunt constitutæ particulari constitutione Prouinciæ, vt apud Pedemontanos, teste *Sola ad Decret. Sabaudia, cap. de ferijs. Romæ ex Statuto Vrbis, & constitutionibus Sum.Pont.*

Omissis, quæ de agricultura, & agricolarum
2 priuilegijs dici possint, & ego aliqua scripsi supra *cap.12. §.6. & latius* Renat. *Copin. de priuileg. rustic. lib.1.cap.7.* vbi agit de rustico debitore vinculis non coercendo, de aratorijs instrumentis iure pignoris non capiendis. In examine huius §. duo casus sunt constituendi. Primus est si tractetur de iudicio inchoando, vel per sententiam terminando; & pro re-
3 gula constituendum est, † quod indictis, & durantibus istis ferijs Iudices, & litigantes debent se abstinere ab exercitio contentiosæ iurisdictionis. *l.1. vbi Ias. num,2. ff. de ferijs. l. omnes dies,* C. *eod.* contra qualcumque personas. *Spec.*
4 *de feriis. §.1. num.8.* alias † quid decernatur, & nat, est nullum, & pro infecto habetur. *glos. in d.l.1. verb. ir firmabitur,* concludens non esse ab ijs actis appellandum, & si appelletur
5 † non ideo lapsu fatalium sententiam fatam tempore feriarum transire in iudicatum; & idem firmari *à Baldo, Alexandro,* & reliquis relatis *à Vantio de nullit. ex defect. iurisdict. n.130. vers. cum igitur.*

Sed quia argumentum istud, qui iudiciales
6 actus † fieri possint tempore messium, & vindemiarum, late examinarunt *Marches. de commiss. feriar. derog. cap.1. §.1. num.29. & 30. & seq. & 63.* Aretin. *§. appellantur. Inst. de except. num.28. & seq.* Scaccia *de Iudic. lib.2. cap.5. num.144. vsque in fin.* ne de carta in papirum transferam, quæ ab illis sunt dicta, & sunt extra argumentum nostrum faciendæ executionis, eorum quæ Iudex ordinario, vel executiuo, vel summario iudicio pronunciauit, & de quibus *Sccacia* nihil dixit expresse; transeo ad secundum casum, in quem diuisi dicenda hoc quarto §. indicando. *Aret §. appellantur. Inst. de except. num.28. & seq. plurib.* plura
7 † cumulatæ circa exceptionem feriatum.
8 Secundus casus, est si agatur de † exequenda sententia, extra tempus feriarum lata, in vim citationis ad illam eo tempore audiendam: & tunc nulli dubium est, exequi posse tempore feriarum, & messium, *cap. fin. de Iudic. cap. fin. de ferijs* vbi *Abb. & cæteri, cap. sicut.2. q.1. cap. Adam de pœnit. dist.1. Bart in l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de ijs, quæ in fraud. credit.*

Alex.

Alex.conf.130. In causa, lib.4.num.1.& conf. 55.lib.5.num.7. Capel.Tholos.decis.158. Marchesi. de commis. feriar.derog.cap.1.§.1.nu.41. Thesaur.decis.95.num.1. Milis, in Repertor. v.feriatis diebus.

9 Ratio est quia † in facienda executione, non opus est causæ cognitione, & ideo omni tempore etiam feriato in honorem Dei fieri potest, vt probant *Guid.Papa, decis.215. an executio. Auffrer. ad Capel.Tholos. decis.158.*

10 Ampl. præsertim † vbi reus, & actor renunciarunt istis ferijs, quibus posse renunciari non est dubium. *Thesaur. decis.39. ferijs, num.1. & 7. vers. bis renunciari.* Renunciatio tamen fieri potest expressis verbis, vel tacite, faciendo actum, qui fieri non potest citra feriarum renunciationem, *l.de lege. §.fin. & l.seq. ff. de lege commis. Cast.cons.119. Videtur dicendum super primo puncto, col.2.cons.259.circa primum, quæsitum dubitatio videtur, col.2.lib.2.* quem sequitur *Menoc.cons.87. qua adhuc, nu. 23.24.* Comprobans id exemplo eius, cui competit declinatoria, † qui illi renunciare censetur, si dilatorias, & peremptorias opponit, quæ non possunt opponi citra renunciationem declinatoriæ, *Menochij* sequitur *Surd.cons.8. in iudicio, num.22. Marchesi. de comis. feriar. derog. part.3.cap.1.§.1.num.12.*

11

12 Ampl. præsertim † si agatur de executione sententiæ latæ in possessorio. *cap.fin. de Iudic. Capel. Tholos. decis.159.* quæ loquitur si sententia lata fit in spolio, addendo non solum posse exequi sententiam, sed etiam posse inchoari iudicium. *Tuscus conclus.97. feria messium, num.3. in fin.*

13 Ampl. etiam † vbi Iudicis iurisdictio est lapsis ferijs peritura. *Auffrer. ad Capel.Tholos. decis.159. Spec.de ferijs, §.2.num.12.*

14 Ampl.etiam † si executio petatur fieri vigore pacti, vel Statuti contra debitorem morosum. *Alex.cons.130. in causa, lib.4.num.1.* qui loquitur vbi quis defecerat in solutione pensionis, vel locationis finitæ, & ex pacto, vel Statuto conductor poterat expelli.

15 Ampl. præsertim † ad fauorem personæ miserabilis, vel pupilli, vel viduæ. *Thesaur. decis.39.ferijs, vers.bis renunciari.*

16 Ampl. si agatur † de ijs, quæ celerem expeditionem desiderant. *Thesaur.decis.39. ferijs. num.7. vers. bis renunciari,* & dilatione sint peritura. *Tuscus conclus.97. feria messium, num.5.*

17 Ampl. præsertim † in executione facienda ad fauorem eius, qui Romam venit causa litis, in qua lata est sententia, de cuius executione agitur. *Felin.in cap significauerunt, de Iudic. num.10. in fin.*

18 Ampl. in † executione facienda in criminalibus. *Tuscus, conclus.97. feria messium, num.5.*

19 Ampl. si executio † respiciat causam publicam, vel fiscalem, *l. publicas, C. de ferijs.*

20 Ampl. præsertim † vbi executio fit in ipsa re, de qua fuit cognitum, & vlterior non requiritur cognitio. *Feder. de Sen.cons.144. difficultina, in princ. Alex. cons.131.lib.4.* quos refert *Tuscus conclus.100. ferijs durantibus, num.6.& 7.* vbi refert dissentientes.

21 Ampl. præsertim † contra debitorem suspectum de fuga. *Mansion.de caus.execut.ampl.1. nu.8.* vbi plures concordantes refert: & idem dixi supra §.1. & 2. dum egi de ferijs in honorem Dei, & de ijs, quas repentinas dicimus.

22 Limit. vbi † fieret in re, de qua non est cognitum, & iudicatum. *Sola ad Decret. Sabaud. de ferijs, glos.4.num.5.*

23 Singulare notandum, quod feriæ † vindemiarum obseruantur tantum in regione vbi colligitur vinum, vt in tota Italia, Hispania, parte Germaniæ, & Galliæ, non autem in regione vbi illud non colligitur, vt in Flandria, Ollandia, Suenia, & alia regione Septentrionali, quæ licet careat vino, tamen generat homines extra modum illud amantes, vt voluit *Angel. in l. præsides, ff. de ferijs.* Feriæ tamen

24 † messium obseruantur etiam in regione vbi non seritur granum, vt in Hibernia, vt subdit *Angel.ibid. Marchesi. de commis. feriar. derog. cap.1. §.1.nu.23.& seq.vers.aut inquit. Felin. in cap. significauerunt, de Iudic. num.11.* qui loquitur etiam, vbi non colligitur granum.

25 Contrarium quod obseruentur † etiam vbi non colligitur vinum vel granum, probat *ex Baldo, Ias. Felin. & alijs, Scaccia de Iudic.lib.2. cap.5.num.145.*

26 Singulare aliud † notandum refert *Thesaur. decis.39.num.10. in princ.* videlicet, quod qui nec per se, nec per alium potest vacare vindemijs, vel messibus, vt sunt, qui nihil habent, vel non possident immobilia, non gaudeat ferijs messium, & vindemiarum.

§. V.

SVMMARIVM.

Debitor suspectus de fuga câpi potest durantibus ferijs omnis generis. 1. Intellige. 2. Ampl.3.

Feriæ si non eaedem in loco facienda executionis, qua in loco, vbi illa fuit decreta, quæ erunt obseruanda. 4.

Actus omnis iudicialis factus tempore feriarum est nullus. 5. Ampl.6.

L.si quis ex aliena. ff. de iudic.)

L.2.ff. si quis iuec. vocat. non ierit.) Declaratur.

Citatio facta die feriata ad diem non feriatam est valida. 18. si in loco Iudicijs talis sit consuetudo, vel stylus. 8

Doctori testanti de consuetudine quando credatur. 9

Citatio facta die ferata ad diem non feriatum, an valida. 10

Tempus ad appellandum currit durantibus ferijs cuius vis generis. 11

Appellare licet tempore feriarum. 12.

1 HOc quinto §. referam, quæ sunt † utilia, & iis omnibus communia: & primo quod debitor suspectus de fuga potest capi, & carcerari tam tempore messium, quam vindemiarum, quam in honorem Dei, quam quo indictæ sunt feriæ repentinæ, *Iaf. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 3. verf. quod autem. Bal. in cap. fin. de ferijs. num. 11. in fin. Thesaur. decis. 39. ferijs num. 7. circa med. Bart. in l. fin. ff. de ferijs, n. 1. verf. nota secundum, & ibidem Cast. in fin. relati à Marchef. de commiss. feriar. derogat. cap. 1. §. 1. num. 90. Scaccia de Iudic. lib. 2. cap. 5. num. 18. verf. primus*, vbi relatis pluribus testatur de communi: & idem repetit *num. 301 Milis in repert. § feriatis diebus*; etiam, & dixi supra, *hoc cap. in limitationibus regulæ. Bal. & Angel. in l. 2. ff. de ferijs, num. 2.* declarando † modò suspicio emergerit post contractum; idem tepetit *Butr. in cap. fin. de ferijs nu. 17. Parlad. rer. quotid lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. num. 9.*

3 Amplia etiam † si ille sit clericus, & mandatum sit relaxatum ab incompetenti Iudice. *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quaest. nu. 95. & seq. Auffrer. in rept. Clem. ut cleric. de offic. ordin. num. 66. & 69. Iaf. in l. vinum, ff. si cert. petat. num. 5. verf. istud vltimum. Marsil. sing. 436. debitor. num. 3.*

Debitor suspectus de fuga quando, & à quo capi possit, & quæ requirantur, & alia plura ad hoc spectantia, dixi *in meis collectaneis, ad l. ait prætor. §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit.*

4 Secundò, si non sunt † eædem feriæ in loco faciendæ executionis, quæ sunt in loco iudicij, quæ sint seruandæ, videndi sunt *in cap. fin. de ferijs Inn. num. 2. & seq. Bal num. 11. Butr. num. 23. verf. ex dictis. Abb. num. 19. in fin. Fab. de monte Leon. in sua prax. arbitr. part. 6. §. aggressurus, num. 10 Spec. de ferijs. §. 1. num. 5. & seq. & 11.*

5 Tertio, quod omnis † actus contentiosæ iurisdictionis factus ferijs in honorem Dei, vel hominis, & quouis modo indictæ fuerint, sit nullus, etiam † si citetus non comparuit, *l. 1. ff. de ferijs*. Nec obstat *l. si quis ex aliena, ff. de iudic.* vt non comparendo possit mulctari, *l. 2. ff. si quis in ius vocat nō ierit*. Quia vltra alios intellectus, † qui dantur dictis legibus, vt retuli *in meis Collectaneis ad eosdem textus*, cessat dispositio *d. l. 2. et l. si quis*, vbi certum est Iudicem non debuisse citare, & qui supra suam iurisdictionem velit iudicare, *glos. d. l. 1. verb. nullius esse. Sicard. in l. 4. C. quo mod. et quand. Iud. num. 8. et 9.*

8 Quarto, † quod citatio facta qualibet die feriarum cuiusuis generis, ad actum faciendum die non feriata, est valida, si in loco iudicij talis viget consuetudo, vel stylus. *Milis in repertor § feriatis diebus alijs*: vt in Vrbe, vbi Mandatarij Curiæ Cardinalis Vicarij Papæ, Gubernatoris Vrbis, Capitolij, & aliarum Curiarum, quæ sunt inferiores, citant etiam die Dominico, quæ est feriata Iure diuino, ad diem Lunæ, verbaliter nō feriatam. Cursores autem, seu Viatores, qui mediante pecunia consequuntur facultatem citandi quasuis personas etiam Cardinales, Duces, vt factum fuit cum Parmensi hoc anno 1641. & vt audiui à fide dignis, cum Carolo V. Imperatore, nemine excitant die feriata in honorem Dei, & Sanctorum, vbi tota ciuitas feriatur; & ita obseruaui annis quadraginta, quibus Vrbem colo; & de mihi danda fides non quia I. C. in his, quæ sunt de stu fori. *Dec. in l. 3. §. mutui, ff. si cert. pet. in secund. lectur. num. 8. verf. pro vera, & cons. 402. in causa, num. 15. verf. non obst. Crauet. cons. 166. n. 9. & seq.* Sed quia testor ita practicari.

10 Notandum tamen, me dixisse † citationem executam die feriata valere ad diem non feriatam, si talis vigeat consuetudo: quia in hoc assumpto magna est controuersia Doctorum, quæ præcipue oritur non facta distinctione, an agatur de ferijs in honorem Dei, vel hominum commoditatem, vel an illæ sint ordinariæ, vel extraordinariæ, seu repentinæ; vt patet ex dictis *in l. dies festos, 10. C. de ferijs, à Cyn. num. 1. Bal. num. 2. & 3. Cast. n. 1. Bart. in l. 1. §. nunciatio, ff. de non oper. nunc. num. 30. & Iaf. & in tepul. de vitat. nu. 8. & 9. Abbat. in cap. conquestus, 5. de ferijs, num. 20. & seq. Felin. in cap. significauerunt, de Iudic. num. 9. & seq.*

11 Quinto, quod † tempus ad appellandum currit tempore feriarum cuiusuis speciei illæ sint. *Guid. Papa decis. 215.*

12 Sexto, quod sicuti † licet parti die feriata appellere, pariter licet iudici die feriata appellationem admittere, quia concessis extremis, sunt etiam concessa media, vt ex *Salicet.* concludit *Felin. in cap. significauerunt, de Iudic. num. 10.*

---

§. VI.

SVMMARIVM.

Nox est pars diei. 1

Executio sententiæ fieri potest nocte. 2. *Contrarium.* 8. & *quare* 3. 4. 8. 9. 14. 15. *Limit.* 10. 12

Apium natura. 10. 11.

Sententia lata noctis tempore est nulla. 4. *quare* 6. *Ampl.* 5. 7.

Paulus Papa V. laudatur. 9

In executione facienda, habenda est ratio rei temporis, quo fiat. 13

1 MOre Romano noctem † esse partem diei dixit Paulus ad Sabinum, vt refert Tribonianus, cum socijs *in l. more Romano, ff. de ferijs*, qui cum addat quidquid. duabus mediatis noctibus, & luce media actum fuerit, perinde esse, quasi quauis hora lucis sit factum propterea minime dubitandum videtur † exequutionem sententiæ latæ in actione personali, vel reali interata, posse fieri noctis tempore: quia vt inquit Paulus ibidem, perinde est ac si executio facta sit quauis hora lucis. Verum quia,

vt

vt inquit *Ouid. de arte amandi: lib. 1.*

3 *Nox, † & amor, vinumque nihil moderabile suadent.*

Et teste *Liuio decad. quarta, num. 10.* Nox ad quietam data est mortalibus beneficio naturæ. Et idem censuit *Valer. Flac. lib. 5.* inquiens.

Nox hominum genus, & duros miserata labores.
Retulerat fessis optata silentia rebus.

4 Sicuti sententia † prolata tempore noctis est nulla, & nomen sententiæ non meretur. *§. sedebunt, auth. de Iudic. cap. consuluit, de offic. delegat.* cum alijs congestis à *Gal. Mayner. in l. res iudicata, ff. de reg. iur. num. 42. in fin. Marsil. tract. de Bannit. §. sententia. el 4. num. 118. Papiens. in prax. cap. forma sentent. diffinit. §. 1 num. 37.* asserens male ab aliquibus censeri contrarium. *Ias.* testans de communiori opinione, *in l. non minorem. C. de transact. num. 3.* quem sequitur, & defendit *Signorol.* testans de communi Canonistarum, & Legistarũ,
5 illam pluribus confirmans; † addendo procedere etiam si prima hora noctis feratur, *cons. 52. quaritur. num. 1. & seq. Viuius opin. 703. sententia lata de nocte, num. 1.* eam afferens ra-
6 tionem, † quia proferrur extra tempus à lege statutum, & quando Iudicis iurisdictio videbatur suspensa; addendo qui affirment Iudi-
7 cem † proferentem sententiam de nocte facere litem suam.

8 Multo minus sententiæ fieri † potest exequutio: nam prohibito antecedenti, sunt etiam prohibita quæcumque ab illo sequuntur. *l. oratio, ff. de sponsal.* præsertim si sequantur ab antecedenti tanquam causa proxima, & immediata, qualis est exequutio, de qua non esset tractandum, nisi præcederet sententia, vt in simili arguit, *Christoph. Angnian. tract. de legib. lib. 3*
9 *cap. 12. n. 14. & 24. post med.* Ideo Paulus † Papa, V. studens quieti Vrbis, & totius ditionis Ecclesiasticæ, inter cæteros abusus, qui latenter irrepserant in Orbem Romanum, in sua Bulla reformationis tribunalium, *§. 13. de Baroncellis, & exequut[oribus], num. 9.* constituit mandata ciuilia non exequenda esse diebus festiuis, neque de nocte, nisi fuerint relaxata contra debitorem suspectum de fuga.

Singularem tamen casum obseruaui, quo exe-
10 quutio † fieri non potest nisi noctis tempore Apium enim cum fera sit natura, *§. apium. Inst. de rerum decis.* & excusantur indictis & pœnis, si quis ius dicenti non obtemperauerit, de illis scribit Poeta *Georgic. lib. quarto.*

Discurrunt, magnisacuũt stridoribus iras
Ingentes animos angusto in corpore versant.
Vtraque vis apibus pariter metuenda, neque illos
Aut hos versa fuga victor dare terga coegit.
Illis ira modum supra est, læsaque venenum.
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt,
Affixa venis, animasque in vulnere ponunt.

11 Si lucente † Sole in causam rei iudicatæ caperentur aluearia, cum in vestibulo ianuæ consistant apes plures, quibus, vt inquit *Virg. Georgic. libro quarto.*

Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Aut onera accipiunt venientum fœdere pacto
Inuigilant.

12 Captura † non esset apparitori facilis, nec honesta: quis enim non rideret lictorem saucium ore, fronte, & toto vultu aculeis apum, quas illo loco, parendo Prætori mouere volebat: Sicuti derisum fuisse Satyrum mellis cupidum refert *Ouid.*

Dum auide trunco conditæ mella petit
Millia crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt: oraque prima notant
Ille cadit præceps, & calce feritur aselli;
Inclamatque suos, auxiliumque rogat
Concurrunt Satyri, turgentiaque ora parentis
Rident, percusso claudicat ille genu.
Ridet, & ipse Deus.

Cùm iura nostra velint habendam esse ratio-
13 nem † in exequutione facienda rei quæ capiatur, & temporis quo illa capi possit, vt dixi supra *hoc capit. & capite antecedenti.* Sequendo consilium *Columella libro, nono capite octauo de Rerustica.* Si apes fuerint de loco ad locum transportandæ, cauendum, vt nocte collo transportentur; & si longa sit via, fugiendæ salebræ ne quassato motu baiuli solicitentur ad illius
14 noxam. Dicendum † noctis tempore tantum, quo etiam custodibus apes sonuerunt receptui, esse capienda aluearia in causam rei iudicatæ, vt refert fuisse iudicatum à suprema Curia Brabãtiæ. *Ioannes Decherius Dissertation. final. lib. 2.*

Miscui hæc dictis de ferijs, & credo non
15 inepte: nam sicuti feriarum † tempore silet præconis horrida vox, datur vacatio à forensibus negocijs, & à cunctis executionibus excusatur reus. *l. dies festos. C. de ferijs, l. penul. ff. eod.* ita noctis tempore, quod datum est mortalibus fessis, & lassis diurnis laboribus, tanquam ferijs, nullus est quiete data à natura, molestia iudiciali afficiendus, sed expectanda lux quæ detegat quid moliatur lictor, & velit apparitor: nam tenebrarum proprium est sopire omnia, & ita pacare, vt stupiditate quadam percussa nihil prorsus edant murmeris, propria que sit ea quies rebus ferijs agendis, sumendis consilijs, colendis Musis, arripiendis litteris, & negotijs mature gerendis: collectis enim totis sensibus in suas cellas, accuratius, facile est propria munera adimplere.

Cap.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

Executio facta ab illegitimo executore iuris, vel facti, est nulla, & reuocanda. 1. *Ampl.* 2. 3

Executorum sententiarum ciuilium, & criminalium species, & dignitas. 5. 6.

Iudex non impartitur officium suum nisi petenti rem, vel quantitatem certam. 4

Executor legitimus iuris, qui sit. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Executor legitimus facti, qui sit. 15. 16. 17

Executor illegitimus iuris, qui sit. 18. 19. 20

Executor illegittimus facti, qui sit. 21. 22

1 DEcimoquinto obseruandum est, vt legitima sit executio, † quod illa fiat, à legitimo executore, tam iuris, quã facti: nam si fiat mandante eo, qui non habebat imperium illam mandandi, vel ab eo, qui carebat facultate illam faciendi; vtroque casu est nulla, & est reuocanda; siue agatur

2 de executione † sententiæ diffinitiuæ, siue interlocutoriæ, siue constet, vel non constet de bono iure petentis reuocationem *Isernia. in cap. 1. de controuers. inter vassal. & alium. Serafin decis. 1168. fuit resolutum, num.* 11. Si-

3 cuti etiam † reuocaretur, si fieret ex mandato Iudicis generali, non expressa quantitate crediti, nec corpore de quo ageretur, nec expresso, quo instante fiat executio, quia generalia mandata non relaxantur à Iudice, sicuti &

4 idem † nemine petente impartitur officium suum, de certa re, & quantitate, §. *curare, Inst. de action. Petr. Gregor. Syntag. iuris, lib. 47. num. 40. num. 18. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.*

5 Omisso, quæ fuerint vigente Romano Imperio exequutorum † sententiarum, tam ciuilium, quam criminalium species, & quo nomine illi nuncuparentur, cuius ordinis in Vrbe, & alijs Imperijs essent, quia non conferunt ad ea quæ sum dicturus, & illa mucida nuncuparet delicatulus I. C. aliquis, qui nihil prætera quærit, quam quæ hic, vel alibi sunt iudicata, neglecta iudicum, & iudiciorum origine, quæ lucem afferunt decisis, & sunt late relata à *Petr. Gregor. Syntag. iuris, lib. 47. cap. 40.* properando ad ea, quæ sunt de pane lucrando;

6 Difficultas est scire, quis dicatur legitimus, & non legitimus † sententiæ executor: qui vel est, vel iuris, id est iudicat de executione faciẽda. Vel facti, id est qui iudicum iussa, seu mandata, executione facti perficit, & absoluit.

7 Dicendum primo, legitimum † iuris executorem esse, quemcumque ordinarium Iudicem, seu qui vniuersalem, & omnium causarum habet iurisdictionem, & imperium, in aliquo territorio. Nam si ille pronunciauit in causa, in qua non liceat appellare ad effectum suspensiuum, vel illius sententia non fuerit per appellationem, vel restitutionem in integrum suspensa, vel non opposita exceptio aliqua, quæ sententiæ executionem remoretur, de quibus egi *tract. de exception.* nam

8 talis ordinarius † est legitimus exequutor suæ sententiæ, mandando suis apparitoribus, vt illam in bonis, vel in persona executioni mandet, & iudicata perficiat. *Bald. & Castrens. in l. episcopale, C. de episcopal. audient. Scaccia de appellat. quæst. 15. num. 573. vers. contraria, & num. 174.* qui loquitur de Auditore Cameræ, Vicario Papæ, Senatore, & reliquis Iudicibus Romanæ Curiæ. *Leand. Galganet. de Iure pub. lib. 2. titul. 52. nu. 7. Beurota cons. 3. num. 22*

9 Intellige, modo quater citetur † condemnatus ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta superabundanti, semper ad primam diem, vt dixi *infra cap. 22.*

10 Secundo, legitimus executor † iuris est, etiã ordinarius, qui sententiam sui delegati executioni mandat, vt dixi *infra §. 1. in princ.*

11 Tertio, legitimus iuris † executor est delegatus Principis, vt lata sententia fuerit ulterius rescriptum, vt constito de re iudicata, & quod alias fit locus executioni, suam exequatur sententiam, vt dixi §. 5. *vers. secundum exemplum.*

12 Quarto, legitimus iuris † executor est quilliber ordinarius Iudex, qui requisitus ab alio Iudice, in suo territorio executioni mandat sententiam Iudicis requirentis, in bonis, vel persona condemnati, vt dixi *§. 55. vers. notandum.*

13 Quinto, legitimus executor † iuris est, qui ex pacto inito cum debitore, apprehendit, seu ingreditur possessionem bonorum debitoris sui, vt dixi *infra* §. 12.

14 Sexto, legitimus executor iuris est, quiuis † Iudex, qui alterius Iudicis sententiam annuente Iudice, qui illam protulit, aliquo legitime instante, executioni mandat per suos apparitores, vt dixi *infra §. 14.*

Septimo Vicarius Episcopi, qui suam exequatur sententiam. *Barbat. Clem. auditor de rescript. num. 20.*

Octauo, Rector scholarium, si agatur de sententia ab eo lata contra scholarem, si in territorio gymnasij habeat bona, vel requirat Iudicẽ, qui ipsius sententiam exequatur. *Barbat. Clem. si auditor, de rescript. 25. vers. quid autem in Rectore.*

15 Legitimus vero executor facti † est Birruarius, qui mortuo Iudice, qui sententiam tulerat, & mandarat illam exequi, eandem executioni mendat, vt dixi §. 7. *vers. quoad primam.*

16 Secundo, legitimus † exequutor facti est, qui mandatum cuiusuis Curiæ exequitur, vt dixi §. 7. *vers. quoad secundum.*

17 Tertio, legitimus executor facti est † Birruarius,

rius, qui mandata supremi Iudicis, seu tribunalis, vel delegati Principis exequutione perficit, in territorio vassalli, non requisito vassallo, vt dixi *infra*. §. 7. *vers. quoad tertium*.

18 Illegitimus autem iuris executor † est, qui mandat suam sententiam exequi in alieno territorio, non requisito Iudice territorij, vbi executio est facienda, vt licet colligere ex dictis *infra* §. *secundo, & tertio, &* §. *septimo vers. quoad tertium*. *Berreta cons.* 3. *num.* 5. & §. 8. *num.* 2.

19 Secundo, illegitimus iuris † executor, est, qui opposita exceptione remorante executionem illius, ea non obstante processit vlterius, & executioni mandat suam sententiam, vt dixi *infra* §. 4.

20 Tertio, illegitimus iuris † executor est, quiuis Iudex, qui alterius sententiam, non requisitus à Iudice, qui illam protulit, executioni mandat in suo territorio, vt dixi *infra* §. 13.

Quarto, illegitimus executor est, qui parem in eodem loco habens iurisdictionem, executioni mandat sententiam, quam tulit alius Iudex, vt dixi *infra* §. 11. *num.* 33. *in fin.* exemplum est, si sententiam latam à primo Collaterali Cur. Capitolij secundus iure suo exequatur.

21 Illegitimus facti executor † est qui reportata fauorabili sententia, per se ipsum illam executioni mandat, vt dixi *infra* §. 5.

22 Secundo illegitimus facti executor † est Apparitor, seu Birruarius, qui in territorio faciendæ executionis non habuit licentiam, illam faciendi à Iudice, qui præest territorio, vt dixi *infra* §. 8.

---

§. I.

SVMMARIVM.

Delegatus inferioris à Principe non potest suam exequi sententiam, nisi expressè sibi data fuerit talis facultas. 1. *Contrarium*. 2. *Concorda*. 4.

L. à D. Pio ff. de re iud. declaratur. 3.

Princeps est ordinarius ordinariorum. 5.

Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario. 6. 7.

Quis dicatur talis. 7. *suam exequi potest sententiam*. 8. *& quare* 10.

Aequiparatorum eadem est ratio & dispositio. 9. *ampl. ibid.*

Delegatus Principis ad vnam causam, an suam possit exequi sententiam. 11. 13. 15. 16. 17. 18. *in fin.*

L. iudex ff. de re Iud. declaratur. 12.

De facto seruari, & lege cauere, procedunt à paris. 14.

Angel. in l. qui restituere, de rei vend. reprobatur. 18.

Innoc. reprobatur. 18.

Auditores Rotæ *an suam, licet sint delegati, exequantur sententiam*. 19. 21.

Paulus V. laudatur. 21. 34.

Lucas Stella Episcopus Vicent. & deinde Patauin. 23.

Episcopatus dignitas est prima post Pontificalem. 2.

Causa pia est popularis. 23.

Ingenuo homini nil peius accidere potest, quàm sine lege, & Principis iussu premi. 24. *ampl.* 25.

Verba futuri temporis non adaptantur ad præterita. 27.

Lex quæ non dixit, nec nos dicere debemus. 28. *ampl.* 29.

Exceptio oriens ex ventre instrumenti, quo quis conuenitur, nunquam censetur reiecta. 30. 31.

Persona industria quando dicatur electa. 32.

Inuidia est inter pares. 33.

Figulus figulum odit. 34.

Procuratoris vsus est voluntarius. 15.

Auditores Rotæ *non possunt præferre procuratores litigantibus*. 16.

Verba temporis præteriti perfecti non possunt adaptari ad futura. 37.

Iudex committit excessum vbi facit vltra mandatam sibi iurisdictionem. 38. *exercens iurisdictionem quam non habet, lædit maiestatem Principis*. 39. 40.

Impedito nullum currit tempus. 41.

Dicenda hoc §. exemplis potius, quàm alia methodo explicari possunt. Primũ exemplum erit delegati † inferioris à Principe, qua-
1 lis est quilibet iudex ordinarius. Et quamuis *Glos. in l. à Diuo Pio de re iud. verb. à se, & in l. tale pactum. verb. sequuntur in fin. ff. de pact.* firmauerit illum non posse exequi suam sententiam, & consequenter illius factam exequutionem esse nullam, & eiusdem opinionis sit *Abb. in cap. si quis contra* 4. *de foro compet. nu.* 39. concludes de iure delegatum inferioris à Principe non posse suam sententiã exequi, nisi specialiter sibi fuerit exequutio commissa, & plura referri possent ad comprobandam hãc opinionem, quæ considerant communiter Doctores *in l. à* D. *Pio ff. de re iudic. Scaccia de appell. q.* 11. *art.* 7. *n.* 177. *vers. subextende, et nu.* 179. ampliando etiam si esset aliàs iudex ordinarius.

2 Attamen ad partes examinata quæstione † contrarium reperio firmasse *Franc. Curt. seniorem lib. Quæst. forens. quæst.* 25. *nu.* 4. *& seq.* & nulla eiusdem Curtij facta mentione, sed latius extẽsis illius dictis. *Hieronym. Ferdin. de Ottero, Roman. lucubrat. disp.* 5. vbi relatis qui aliud sentiunt, concludit delegatum iudicem posse exequi suam sententiam, respondendo singulis quæ obstare videbãtur; sicuti prius fecerat *Curtius*. Quibus addo intellectum, qui datur ab *Alex. in quæst. Rex Aragonum, dub.* 3. *col.* 8.
3 *vers. non obst. l. à* D. *Pio. ad eumdem* † *textum l. à Diuo*, qui pro contraria opinione multum vrget, videlicet quod ibi absolutè non negatur delegatum ordinarij, non posse exequi suam sententiam, nec minus absolutè affirmatur illã esse exequendam ab ordinario delegante; sed tantũ dicitur, executionem fieri ab illo posse, si non fuit facta à suo delegato; tacitè innuens,

facul-

facultatem exequendi cumulatiue, non autem priuatiue, vtrique datam. Barbatia † *in Clem. si auditor, de rescript. num* 17. *& sequent.* longa distinctione relatam contrarietatem, *nu.*9. conciliat, quod delegatus ab inferiore non possit suam sententiam exequi mittendo victorem actualiter in possessionem, sed posse pronunciare illum immittendum.

Secundum exemplum erit in delegato Prin-
5 cipis,† seu ordinarij, ordinariorum, *glos. fin. in cap felicis de pœnis in sext.* Et quia talis delegatus potest esse ad vniuersitatem causarum, vel ad vnam tantum: Dicendum, quod cum
6 primus † æquipararetur ordinario. *l.* 1. *§ fin. ff. quis, & à quo. glos. cap. cum causam, verb. delegatus, in fin. de appel. Alex. in l. à Iudice. C. de iudic. num.* 6. *& seq.* vbi remissiue declarat,
7 † quis dicatur delegatus Iudex ad vniuersitatem causarum: & tunc nulli dubium est validam
8 futuram † exequutionem illo mandante factã, non aliter ac si fieret ab ordinario, *Alex. l. à diuo Pio, ff. de re iud. num.* 13. *Scaccia de appel. quæst.* 11. *num.* 173. *vers. contraria*, cum æquiparatorum eadem sit ratio, & iuris dispositio, *glos. fin l. si quis seruo.* 20. *C. de furt.* subdens
9 ideo, quod † quæ de vno sunt constituta, de alio idem censetur statutum, etiam in exorbitantibus, & correctorijs. *Ias. l. fin. C. de inof. testan. Ripa in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.*4. *vers. quæ regu-*
10 *la. Hond ed, cons.* 1. *vol.* 1. *nu.*4. & quia † idem delegatus remanet etiam Iudex post latam sententiam, iuxta congesta *à Marant. in praxi, part.*4. *vers. quinta principalis, num.* 51.
11 Si vero agatur de sententia delegati † ad vnã causam tantum, quia postquam ille iudicauit desinit esse Iudex, *l. Iudex. ff. de re iud. Alex. in quæst. rex Aragonum, dub.*3. *col.*1. *vers. nono*
12 *videtur*, licet aliqui velint d. textum † intelligi, vbi præterea exequutioni demandauit suã sententiam, *glos. in cap. in litteris, verb. officio.*
13 *de offic. delegat.* grandis tamẽ† est inter Doctores controuersia, an ille possit exequi suam sententiam, vt patet ex dictis *glos. & Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num.*3. *& seq. pluribus. Spec. de exequut. sent. §. fin. num.* 2. *vers. quinto. Barbat. in Clem. auditor. de rescript. nu.* 19. *vers. tertio, vsque in fin.*

Ego tamen, qui potius haberi volo relator eorum, quæ quotidiana praxi obseruantur in Curia, quam discussor, an illa aliter de iure
14 seruanda essent, quia lege † caueri, & de facto seruari procedunt à pari, *glos. final. in l. qui babebat, ff. de manumis. testam. Ias. in l. obi pactum. C. de transact. num.* 27. *in fin. & in l. dedi. §. si liber ff. de cond. caus. dat. nu.* 1. *in princ. Cagnol. l. si quis maior. C. de transact. nu.* 216. practicaui, & practicatum vidi, vt commissa
15 causa aliqua à Papa † alicui Prælato in Curia, vt lata ab illo sententia si ab illa non liceat appellare, quia sit lata in possessorio, vel transitum fecit in iudicatum, vel prolata in tertia instantia; quod idem Prælatus suam non exequitur sententiam, nisi per aliud rescriptum, seu commissionem eidem mandetur, quod constito sibi de re iudicata, vel quod alias sit locus exequutioni, suam exequatur sententiam, quamuis idem Prælatus alias esset ordinarius Iudex in Romana Curia. Et paucos ante menses cum fuisset appellatione remota commissa causa R.P.D. Antonio Torniello ciui primario Nouariensi, & Vicesgerenti Cardinalis Vicarij,
16 inter † Iacobum Bellolium Parmensem Parochum S. Basij de Fouea, contra Carolum Ghettum occasione domus, quam idem Parochus diligens in munere suo, quoad spiritualia, & temporalia, prætendebat sine iure, & titulo occupari ab eodem Ghetto, & idem Vicesgerens latam ab eo sententiam exequutioni demandasset, idem Ghettus habito recursu ad Vrbanum VIII. allegando nullitatem exequutionis, ex defectu iurisdictionis, censuit idem Pontifex exequutionem non potuisse fieri absque alia commissione exequutoriali, iuxta praxim, seu quã de facto facit Romana Curia, quæ habet
17 Angel. Autorem, affirmantem nullum † delegatum posse exequi suam sententiam manu militari, seu per violentiam, *in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. in princ. vers. in text.* Dum tamen inquit, procedere etiam si exequendi habeat facultatem à Papa, vel à Principe, censeo eum
18 cum *Inn.* quem refert, & sequitur, male sensisse: quia cum à Principe omnis fluat iurisdictio, dicendum esset illum non posse hanc iurisdictionis speciem demandare, quod est falsum.

Limit. in delegato extra Curiam suæ præsentiam Principis. *Scaccia de appel quæst.* 11. *artic.*7. *num.* 178.

An autem, quæ dixi de delegato Principis
19 sint repetenda in Auditore † Sacri Palatij, seu Rotæ, cui dietim Papa committit causas cuiusuis generis, excepto vbi agitur de crimine: nam, vt quandoque mihi respondit Prosper Farinatius, tunc Fisci Procurator, dum illum rogarem ne in causa Cremonensi confidentiæ esset mihi tam acer aduersarius, ne de voto Rotæ cognosceretur. Præstabo quid potero, & quantum petero, ne Rota in ea causa se immisceat, quia Fiscus duriorem non habet aduersarium Rota Romana. Fuit tamen ex rescripto nunquam
20 inter morituræ † memoriæ Pauli V. de voto Rotæ decisa. *Ludouis. decis.* 517.
21 In hac difficultate reperio fuisse † variatum. Nam antiquitus obseruabatur, quod sententiæ Rotales mittebantur exequutioni à Vicecancellario, vel Camerario Papæ. Nec Auditores Rotæ poterant suas sententias exequi, vt cantat *decis.*39. *Dic quod, de re iud in antiq.* nunc autem aliud obseruatur. *Scaccia de appel. quæst.* 11. *num.* 175. & ita in eo tribunali practicaui annis triginta, & vltra, donec Coccinus mihi interdixit aditum, & quo iure, docent sequentia, quibus ratiocinatus fuit Leander Galganettus amicus meus, quæ hic inserui, vt omnem à me culpam euellam eorum, quæ in me gessit homo ille, qui an mecum fuerit boni, vel mali genij, iudicet alius, & non ego in causa propria.

Defuncto eodẽ Coccino paralysi inter epulas correpto, quas singulis annis præbet Auditoribus Rotæ Vicecancellarius S.R.E. in Die

Appa-

Apparitionis 1641. suffecto eidē R.P.D. Filippo
Pirouano Mediolanensi Patritio, statim transmisit mihi apocam, qua mihi significabat sustulisse interdictum Coccini: tantum refert, in quas manus incidat magistratus,

Affixa schedula foribus domnum Dominorū
22 † de Rota, vt loquebantur maiores nostri. 1. qua significabatur in sacro Rotæ Auditorio licere scriptis informare solis Procuratoribus, qui præuio examine super omnibus requisitis ex forma reformationis §. 18. *num*. 2. fuerint approbati, & qui se ad dictum effectum prius descripsisset, coram Decano, esset, vt supra examinatus, eius arbitrio, cum comminatione, quod qui statis diebus non subijceret se examini, amplius non examinaretur.

Antonius Niger triginta & vltra annos versatus in Romana Curia, aduertens prædicta schedula nil aliud indici, quam exequutionem Bullæ Pauli Quinti, adijt R.P.D. Coccinum Rotæ Decanum, & ea qua potuit, & debuit reuerentia, tentauit primum per se ipsum, deinde per amicos, domesticos, familiares, constitutos in Ecclesiastica dignitate, quæ. 2. post Pon-
23 tificalem iurisdictionem † est prima, videlicet
per Lucam Stella tunc Episcopum Vimcentinum, & deinde Patauinum, illi persuadere, ipsum minime ligari præfato suo edicto, quia fuisset examinatus à bon. men. Decano Penia, tempore editæ reformationis, & ab inde citra semper fuisse, ad informandum Rotam, voce, & scripto admissum

Inanis fuit omnis diligentia, & preces Ecclesiastici viri exaudiendæ, tanquam semina alio committenda, cum nullum tulissent fructum, rogauit Antonius iterum humilime eundem Rotæ Decanum, vt illum admitteret ad informandum in causa sibi commendata ab Eminētissimo Cardinali Antonio Barberino. pro pauperibus Virginibus, quas spersas vocamus: & passus repulsam, quia scripto non probaret, quod fuisset examinatus à Penia Deccano,

Excepit, quod de admissione sua plusquam plene, & concludenter constaret, si vellet reminisci, quod de mandato S.D.N. superioribus annis, eidem imperasset sub indictis à iure pœnis, vt rueretur paries Præfecti Cubiculi Eminētissimi Cardinalis Spadæ in lite sibi mota in Rota à R.P.D. Pier Benedicto.

Perstit Decanus in negatis, & affirmando talia non recordari, quamuis exhiberetur attestatio D. Præfecti, & diceretur de rigore aliquid remittendum in causa pia, quæ popularis erat 3. & petebatur vocalis informatio minime interdicta ex relata schedula affixa foribus illius: & rogatus, obsecratus, vt saltem annueret posse scriptis referri causas, quare Antonius recusaret iterum examinari, durior fuit cæteris Decani responsio.

Quia ingenuo homini nil peius accidere
24 potest, quam sine Principis † lege premi, 4. &
25 pressus peccet, si se non † defendat 5. ne dum,
26 vt inquit *Gratianus*; *studet plusquam* † *necesse est hominibus subijci compellatur eorum vitia venerari*; post negatam Antonio licentiam, quæ seruatæ modestiæ legibus fuit petita, licèt non habita, & forsan non petenda, volens ille in sacræ Rotæ Auditorio versari, credo eundem immunem noui examinis faciendi præter formam à bon. mem. Penia obseruatam.

Primo, quia cum Bulla Pauli Quinti sit concepta per verba futuri temporis, dum inquit: *Non omnes admittantur ad procurandum in Rotæ Auditorio*, & ad eiusdem Bullæ cancellos sit restringenda d. Schedula affixa foribus Auditorum Rotæ, nullatenus examinandi sunt, qui ante diem affixæ schedulæ erant in possessione informandi Rotam in causis non leuibus, præsertim si doctrinæ, & integritatis specimen aliquod dederunt.

Quia de illis non loquitur lex examen imperans, nec de illis loqui potest, vel debet relata schedula exequens iussa, & vetita. 7. Cum
27 † receptum sit assumptum, quod verba futuri temporis in legibus præcipue, non adaptan-
28 tur ad præterita, 8. quod † quæ non dicit lex
29 prohibens, præsertim 9. nec † nos dicere debemus: & quod exceptio oriens ex ventre dispositionis, de cuius execútione agitur, non censetur reiecta à Statuto etiam vniuersaliter reij-
30 ciente † omnes exceptiones. 10 etiamsi tractaretur de obseruantia legum Draconis, qui Athenienfibus non atramento, sed sanguine scri-
31 ptas fertur † dedisse leges.

Quod autem ante diem affixionis schedulæ esset admissus Antonius ad informandam Rotam voce, & scripto, constat, si velint Domini de Rota videre, quæ idem scripsit, vt cætera omittam similia, in Cordubensi Decimarum pro Rege Catholico Magno Magistro Calatrauæ, Coram R.P.D. Pirouano: vbi postquam Rota dixisset Fucaros Thesaurarios Mensæ Magistralis esse condemnandos, iuxta Sententiam bon. mem. Rubei Decani latam Anno 1563. ipso Antonio informante, fuit primis chartulis resolutum, vt videretur de validitate, & iustitia d. sententiæ, quam ex registro actorum concordante cum Broliardo, & Rubricella Notarij probabat iniustam ex defectu Iuris actoris, & nullam ex defectu iurisdictionis, citationis, & alijs capitibus, quæ longum esset refere: nec esset inane addere, si videantur, quæ ille scripsit in Placētina subhastationis pro Comite Antonio Bilio, quæ dederant causam conficiendi tractatum de postremis tribus solemnibus rei iudicatæ.

Probatur secundo Antonij admissio ad Rotæ audientiam, si à R.P.D. Decano Coccino videantur quæ ille scripsit, & obtinuit in Romana Domorum coram R.P.D. Martino Andrea, aduersus ea quæ sub nomine Dominici Albani scripserat Collegium Bononiense, vt tunc affirmauit Eminentissimus Cardinalis Verospius, iure ob eius integritatem, & peritiam in iure dicundo Inter Purpuratos adscriptus; An dispositio *l. feminæ*, C. *de secund. nupt.* extenderetur contra Matrem ad mediatam filij sui sucessionem, illa transeunte ad secunda vota.

Eius

Eius enim generis fuerunt scripta Antonij
in ista causa, vt relatis pluribus ex veteri, me-
dia, & recenti Iuris prudentia confectæ fue-
rint binæ Rotales decisiones dignæ; quæ refe-
rantur inter ius nouissimum, si quando Papa,
vel Imperator de eo condendo meditaretur.

Taceo, quod scriptis eiusdem, *de Laudemio lib.1.quæst.*10. communicatis tuentibus partes
Capituli Basilicæ sancti Petri, fuit nuper resolu-
tum coram R.P.D. Ghislerio aduersus decisio-
nem R.P.D. Coccini, Laudemium esse soluen-
dum mediato Domino, dum ex Valasco sibi
contradicente, si non aliud dicente, retulisset
esse debitum immediato: & idem futurum cre-
dam de decisione eiusdem 543. *num.*3. *in re-
cent.par.*2. dum voluit Ecclesiam esse capacem
emphiteusis ad effectum vendendi tantum, non
autem retinendi: vt probat Antonius *d. tract.
quæst.*12. *artic.*3. demonstrando *Speculatorem*,
quo Auctore firmatur d. decisio Coccini, contra-
rium dixisse, & eam decisionem repugnare
iuri, quo vtimur, & ratione destitui.

Tertio, cum Bulla reformationis vellit à Rotę
Decano ipso approbandum esse, qui se exami-
ni subiecerit, ab alio fieri non debet examen,
quam à Decano met, cui personaliter, & sub
32 nomine dignitatis † est commissa approbatio.
12. adhibitis in examine, & approbatione
duobus Procuratoribus tanquam testibus, an
interogatis fuerit congrue responsum, vel con-
querente interogato de rigore interogantia, ap-
pareat veritas querelæ.

Nec postquam ab aula Romana recessit
mos Q. Sceuolæ commendatus à Valerio Ma-
33 ximo, *lib.*8. *cap.*13. & exereuit inter pares † in-
34 uidia. 13. & Figulus figulum odio † prosequa-
tur. 14. aliud sensit Paulus Papa Quiutus, ho-
mo pacis, & quietis Vrbis, & orbis, quia fun-
ctus officio Auditoris Cameræ, optime noue-
rat, & expertus erat Procuratorum æmulatio-
nes, & artes se inuicem vincendi, si non de-
primendi.

Nec bon. mem. Penia, qui renuentibus Pro-
curatotibus Collegij subijci examini iuxta Le-
gem reformationis, consuluit eundem Pontifi-
cem, quid agendum, aliter quam per se ipsum
examinauit Procuratores, quorum vsus cum
35 sit voluntarius, † ne grauius lædatur Ius com-
mune, & sub censuris sit Rotæ Auditoribus
36 interdictum Procuratores litigantibus † præ-
ferre. 16. non esset absurdum dicere verba Bul-
læ reformationis restringenda, vbi ex officio da-
tur reo, vel actori Procurator, non autem vbi
idem eligitur ab eo, qui expertus alicuius fidē,
scientiam, & diligentiam, eidem pandidit secre-
ta domus suæ.

Quarto, recusare potest Antonius iterum su-
bijci examini, quia vidit apertè R.P.D. Cocci-
num excedere fines facultatis sibi datæ, dum al-
liciendo Procuratores ad subijciendum se exa-
mini, promittit, quod qui primò coram illo se
describet ad eum effectum, erit illius arbitrio
examinatus, tacitè promittens habilitatem au-
dientiæ Rotalis, cuicunque satagenti, &
currenti ad describendum se coram illo, nul-
la personarum facta distinctione.

37 Participium enim illud examinatus † cum sit
temporis præteriti perfecti, nullatenus adaptari
potest ad examinandum in futurum. 17. Quare
cum ex tenore Bullæ reformationis non habeat
38 tale arbitrium, † excessit ille manifeste fines si-
bi demandatæ facultatis. 18.

Et patiendo Procuratores ab illo adhiben-
dos tanquam testes exercere iurisdictionem,
quam nonhabent in causa statua personæ. 19.
relinquo cogitandum bonæ mentis viro, an
Antonius, vel Principis maiestas grauius fue-
39 rit offensa † 20 tam ex prædictis, quam ex po-
stremis verbis sui edicti, quatenus sonent in
perpetuam exclusionem impotentis, vel ex iusta
causa intra constitutum ab illo tempus recusan-
tis subire periculum alterius examinis, cum
40 impotenti, vel impedito nullum currat tem-
pus etiam immemorabile. 21. & cum duode-
cim sint horæ diei, non sit impediendus recu-
sans etiam septuagies septies, quin pœnitens, si
aliud non obstet, admittatur, & de eiusdem
Decani foribus sit versus: Porta patens esto,
nulli claudaris honesto: nec exercenti officium
publicum vtilitate, & necessitate licet dicere:
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

1 *Roman. sing.*13. *in fin. & sing.*37. 47. *&* 85. *Marsil. in rub. de probat. num.*455.

2 *Marc. Mant. tract. de concil. num.* 3. *Bon. de Curt. tract. de nobilit. parte* 2. *num.*23.

3 *§. Si vero Sanctissimus, auth. de Eccles. titul. Tiraq. de pia caus. priuil.*151.

4 *L. Libertas l. non est singulis §. infinita ff. de reg. iur. vbi Hipolitus à Collibus. Hortul. Politic. corona* 6. *vers. huc etiam.*

5 *Marsil. l. vnius facinoris, §. cogniturum, ff. de quæst. num.*67.

6 *Cap. admonendi* 2. *q.* 7. *Gul. Durant. de modo generali Concil. rub.*34. *num.*2.

7 *L. ait Prætor §. si Iudex, ff. de re iud. Dec. conf.*47. *num.*2. *circa fin.*

8 *Afflict. decis.*355. *num.*1. *& seq.*

9 *Cranett conf.*90. *nu.*2. *vers. secundo. Surd. conf.*163. *num.*8. *& conf.*308. *num.*3. *post fin. conf. & conf.*397. *num.*15.

10 *Bart. l.* 1. *§. & pacta, ff. quod vi, aut clam. num.*5. *Alex. conf.*95. *num.*2. *& conf.*119. *n.*2. *lib.*1. *Bald. conf.*397. *lib.*4. *num.*2. *Rip. l. qui pro tribunali, ff. de re iud. num.*9. *Galles. de oblig. Cameral. quæst.*17. *num.*8. *vbi addentes.*

11 *Plutarch. in Solone.*

12 *l. Idem Iulianus §.*1. *ff de leg.*1. *Menoc. præsum.*103. *lib.*3. *num.* 9. *vers. & hoc signum, & num.*23. *&* 24.

13 *Hesiod. in opere, cui titulus est, opera, & dies, vt refert author Polianth. §. inuidia.*

14 *Manutius in prouerb. figulus figulo.*

15 *L.* 1. *§ vsus, ff. de Procurat. Bald. l. omnes populi, ff. de Iust. & Iur. num.*22. *Mant. d.*337.

16 *Dixi de Iure public. lib.*2. *tit.*9. *de Aduocat. num.*17. *vbi plura congessi in Iudices, qui in hoc Pontificias constitutiones non obseruant.*

17 *L. si à te, ff de aur. & arg. legat.*

18 *Cap. cum dilecta, de rescript. l. diligenter ff. mandati. Natt. conf.*39. *num.*1. *Franc. Becc.*

conf.

conſ.21.num.14. & ſeq. concludentes eſſe nullum, & tanquam exceſſiuum reuocandum, quicquid factum eſt prater, vel contra formam reſcripti.

19 *L.ingenuum, ff.de ſtat.homin.*

20 *Gul. Maynet.l.non videntur,data §.qui iuſſu, ff. de reg. iur. num. 17. Aluarez in Spec. Princip.cap. de crimin. laſa maieſtat. verſ. & nota quod afferens.*

23 *L.& Attilius, ff.de ſtuit. prad. Gomeſ. ad regul. de Annalibus quaſt.24.num.8. verſ.tertio.Put.deciſ.150.par.2.num.3.in fin.*

22 *Dec.& reliqui in l.inuitus, ff. de reg.iur.*

§. II.

SVMMARIVM.

Iudex quilibet poteſt executioni demandare in ſuo territorio ſententiam alterius Iudicis duplici via.videlicet coram illo per libellum actionis infactum 1. 2. vel implorato nobili officio Iudicis, curet ab alio Iudice illam exequi. 3. & quid ille obſeruare debeat intali executione facienda. 4

Iudex requiſitus ad exequendā ſententiā alterius non debet manum executioni apponere ante ſibi praſentatas requiſitorias litteras. 4. Ampl. 5.6.7.8. 11.12.13.14.17.18. 20.21.22. 23. 24. 25. Limit. 26.27.29.30.31.32.33.34.35

Delegatus nulliter procedit ante receptas delegationis litteras. 6. Ampl. 7. & quare ibid.

Baldus laudatur. 16

Iudex requiſitus ad exequendam ſententiam alterius Iudicis, quid obſeruare debeat. 19

Papa debet auxiliari Imperatori ad continendos illius ſubditos. 20. Ampl. e contra. 21.22

Baldus negans Epiſcopum poſſe exequi ſuam ſententiam, quia caret territorio, reprobatur. 36

Littera requiſitoria quales eſſe debeant 4.37. in illarum executione an reus citandus. 38

Iudex requiſitus ſi grauet, ad quem appellandum.

POſt ea, quæ dixi de exequutione ſententiæ, quæ fiat à Iudice, qui illam protulit, agam hic, quid dicendum, vbi ſententia mandatur exequutioni ab eo Iudice, qui illam non protulit, nec proferre poterat: & ſequendo methodum in præcedentibus, quantum fieri poteſt obſeruatam.

1 Regula ſit, quod quilibet Iudex † propriam habens iuriſdictionem cum imperio, poteſt in ſuo territorio, ſententiam alterius Iudicis exequutioni demandare. *l. à diuo Pio. §. ſententiam ff.de re iud. Couar. practic.quaſt. cap.10. num.2.verſ.ſed & apud. Alex.d.§.ſententiam. num.1. Angel.l.qui reſtituere.ff.de rei vend. in*

2 *princ.* idq; duplici via, † vel actione in factum propoſita coram illo à victore, dando libellum, litem conteſtando, & cætera ſolemnia iudicij obſeruando. *Spec.de exequut.ſent.§. breuiter. nu.2.verſ.eſt & ſecundum.Iaſ.in l.à diuo Pio. §.ſententiam.ff.de re iudic. num.* 3. Sed quia intentata exequutione ſententię hoc modo fiūt de lite lites, & ſæpe datur appellatio à ſententia, quam Iudex protulit exequendam, vt ſubdit *Specul.ibidem num. 6.* Ideò cautus cauſarum patronus, aliud capiat conſilium, quod Implo-

3 rato nobili officio † à Iudice qui ſententiam exequendam protulit. *l qui reſtituere. ff de rei vendicat. Specul. de exequut. ſent. §. 2. Nunc dicendum.num.14. verſ. porro.* curet ſententiam exequi ab alio ſuis requiſitorijs litteris.

Notandum tamen eſt, ne contingat dici de nullitate exequtionis factæ à Iudice, qui de cauſa non cognouit, ſed requiſitus impartiur officium, quo ille non apponat manus exe-

4 quutioni, † niſi in primis, & ante omnia conſignentur litteræ Iudicis eum requirentis vrbanè, & ciuiliter, non autē ſub pœna. *Franc. Marc. deciſ.147. num.* 1. vt ſibi præſtet auxilium quod executioni demandentur, quæ ipſæ iudicauit. *l.1.ff.de offic.conſul. l.properandum. §.ſin autem.C.de Iudic. vbi Iaſ.num.4. c.Romana. §.contrahentes, de for. compet in ſext. Cyn.in .1. C.de confeſſ. num.11. in fin. Bart. in l. à Diuo Pio.§.ſententiam.ff.de re iud. n.1. in fin. & Iaſ. num.4. & Alex.nu.5. & 6.* vbi plures congerit. *Caſt. l.epiſcopale C.de Epiſc. audient num. 3.in fin. Bero. conſil.104 lib.3. num.1. Iaſon in l. cum quadam puella, ff. de iuriſd.omn.Iud.num.18.* teſtans ita fuiſſe iudicatum. *Franc. Marc.deciſ.127.n.6. in princ. Bald. in l.fin. C.de edict. diui Adr. toll. n. 55. verſ. abſque litteris.Franc.Marc.dec.147.n.6. par.1. Cagnol.d.l.cum quadam.num.31.verſ.4.*

5 addendo † exequutionem aliaſeſſe inualidam: & ſimilia ſunt, quæ dicuntur de delegato, qui † nulliter procedit, ſi quid decernat ante receptas delegationis litteras, quamuis ſciret ſibi demandatam eſſe cauſam. *Bald. in l. falſus 19. C.de furt num. 19. Roman. conſ.353. nu. 8. & 10. addentes ad Rotam deciſ.7. de procur. in*

6 *nou. n.2.* † & idem dicitur de exequutore. *Rot. deciſ.4.num.3. & deciſ.6.de offic.deleg. in nou. num.1.* eam aſſerens rationem, quia illius iuriſdictio non pendet à ſcientia auctoritatis ſibi demandatæ, ſed à reſcripto ſibi conſignando, idem tradit *Creſcent. deciſ fin. de conceſſ. prabend. & dixerat Roman. conſ.353. num.8. & 10. & Puteus* loquens de exequutore ad transferendam penſionem *deciſ.245.lib.3.*

7 Ampl.quod ſi Iudex, † qui tulit ſententiam, erat delegatus, delegans poſſit illam exequutioni demandare, abſque alio proceſſu. *Cyn. in l.1. C.de confeſſ. num.11.in fin. per textum in l. à diuo Pio. ff. de re iud. Cancer.de litter. requiſitor.num.3.*

8 Ampl. in criminalibus, † quamuis par ſit iuriſdictio iudicantis, & exequentis iudicata.

Bart. in l. à diuo Pio.ff.de re iud.num. conclu-

9 dens bannitum † poſſe puniri à quocunque Iudice illum capiente, fauore publicæ vindictæ. latius tamen declarant *Alex. ibidem num.2. & ſeq.& nu.9. & ſeq. & Couar. pract.q.11.n.3. & ſeq.*

& seq. distingue tamen, *vt per Clar. §. fin. q. 96. num. 9.*

11 Amplia præsertim, vbi Iudex, † qui iudicauit, non habet familiam armatam, seu territorium, *Bart.* loquens de Rectore *scholarium. in l. qui Romæ. §. sententiam. ff. de re iud. num. 4. & Iaf. nu. 3. verf. secundo. Bald. l. episcopale.* C. *de Episc. aud. num.* 2.

12 Ampl. vt non solum † possit, sed etiam debeat Iudex vnius territorij, requisitus exequi sententiam Iudicis alterius territorij, vt dixi *§. sequent.*

13 Ampl. quod si Iudex, qui tulit sententiam, nolit per suas litteras requirere Iudicem alterius territorij, quod suam exequatur sententiam, possit à suo superiore pœnis, & mulctis cogi ad scribendum, & requirendum officium alterius Iudicis habentis facultatem exequendi, ac etiam cum illo agi actione in factum ad interesse. *l. Iudex. ff.* de *var. & extraord. cognit. Bart. in l a diuo* Pio. *§. sententiã, ff. de re iud. n. 5. Iaf. num.* 19. *Alex. nu. 5. in fin.* addit Iudicem nolentem requirere Iudicem alterius territorij, vt suam exequatur sententiam, facere litem suam, nisi possit illam exequi in suo territorio.

14 Ampl. siue † agatur de exequutione reali, siue personali. *Iason. in l. cum quædam puella. ff. de iurisdict. omn. Iud. num.* 18.

15 Ampl. etiam in sententia † lata in possessorio, legitimo contradictore interueniente. *Bald. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. nu.* 55
eam afferens rationem, quia nullus Iudex nisi requisitus, se immiscet aliorum iudicatis. Nam requisitus gerit imaginem requirentis: in
16 quo noto subtile iudicium *Baldi*, † qui non dixit vices, seu partes Iudicis requirentis, quia sui territorij iurisdictionem vulneraret, & admitteret coniudicem, seu condominum. *Iaf.* idem repetit *in l. a diuo* Pio, *§. sententiam. ff. de re iud. num. 4. in princ.*

17 Ampl. siue agatur de exequenda † sententia laici, siue ecclesiastici Iudicis, qui mutuo debent sibi auxiliari, quoad ab illis iudicata suum sortiantur exitum *auth. sed hodie.* C. *de adulter. cap. 1. de offic. ordin. vbi glos. verb. publicum cum alijs cumulatis a* Couar. *pract. quæst. c.* 10 *Non omnibus nu.* 1. addendo procedere etiam
18 in sententia † Iudicis delegati. *Fed. de Senis. cons. 163. super inuocatione, num. 5.* Alberic. *in l. episcopale.* C. *de episcopal. audient. num. 2. & Cast. nu. 4. Alex in l. Titia. 35. ff. sol. mat. num* 8. *in princ.* Natta. *cons. 529. Iudex, n. 8. Martin. de Fano de Brach. secul. inuoc. n. 19. verf. restat. Innoc. in cap. 1. de offic. ordin. nu. 1. & 2. Franc Marc. decis. 147. part. 1. num. 6. in princip.* Gail. *obser. 115. lib. 1. num. 2. & 8. Muta in proem. constit. Regni num. 133. Gail. obser. 115. Iudices lib. 1. num. 2. 8. & seq.* addendo in exequendis sententijs Iudicem requirentẽ, & requisitum esse pares. *Franc. Marc. decis. 147. part. 1. num. 6. & decis. 269. num. 1.* eam afferens rationem, quia vbique potestas est inuenta, vt vna adiuuetur ab altera *Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. num. 125.* referens, quid
19 † obtemperare debeat Ecclesiasticus requisitus à
laico, & e contra laicus requisitus ab Ecclesiastico de suo brachio seu auxilio, & idem repetit *Martin. de Fano, tract. de brachio secul. nu. 21.*
20 *verf. vnum tamen addo:* & quod Papa † debeat
auxiliari Imperatori ad continẽdos, & reprimendos subditos suos in officio, tradunt *Iaf. cons.*
9. Arbitror. vol. 3. Hercul. de cantion. de non
21 *offend. cap. 5. num.* 8. † & quod vtraque iurisdi-
ctio debeant sibi vicissim famulari, pluribus probant *Marant. disput. 1. num. 26. Alciat. cap. 1. de offic. ordin. num. 121. & seq. subdens num. 123. & seq. Cancer. var. resol. part. 2. cap. de litter. requisit. num. 4. & seq.* vbi refert laicum posse cogi censuris ab Ecclesiastico, vt suam exequatur sententiam, & qualiter Ecclesiasticus. *Iaf. l. à diuo Pio. § sententiam. ff. de re iud. n. 3.*
22 *verf. hinc, & num.* 4. Quomodo † consulatur
vtrique iurisdictioni, si laicus recuset brachium Ecclesiastico, vel e contra *Bellug. in specul. princip rub. 11. §. tractandum, num.* 1. concludens exigente necessitate vtrumque gladium inuicem sibi suffragari, & mutua subuentione exerceri. *Isern. in proem. constit. Regni, verf. sicut sunt duo, humani generi præsidentes.*

Camillus Borel. in addit. ad Bellug. in spec. princip. rub. 11. §. tractandum verf. requirit,
23 firmat Ecclesiasticum † non teneri impartiri
suum bracchium seculari, nisi per processum legitime factum fiat sibi fides de inobedientia, & rebellione eius, in quem est procedendum, & dixi etiam *Sbrozius de offic.* Vicar. *lib. 2. quæst. 192. num. 4.*

24 Ampl. siue agatur † de exequutione sententiæ diffinitiuæ, siue interlocutoriæ. *Isern. in cap. 1. de contr. inter. vassal. & alium, num. 15.* vbi refert aliquos dissentire quoad interlocutoriam.

25 Ampl. vt possit exequi † ab sque alio processu ordinario, sed tantum summaria cognitione præmissa. *Cuman. cons. 141. in princ.* Capel. *Tholos. decis. 411. vbi Auffrer.* Retenta tamen distinctione *Bart. in l. à diuo* Pio, *ff. de re iudic. num. 4. & seq.*

26 Limit. vbi excipitur † de nullitate, vel iniustitia sententiæ, cuius exequutio petitur fieri ab alio, qui illam non protulit, *vt dixi §. 4. verf. tertia, & versic. quarta, infra hoc cap.*

27 Limit. vbi Iudex † exequens est in eodem territorio, in quo est Iudex, qui sententiam protulit, nam sustinetur exequutio, quamuis fuerit facta sine litteris Iudicis, qui iudicauit, *Bald. in l. episcopale.* C. *de episcopal. audient. num. 2. in fin.*

28 Sublimita, vbi ambo Iudices † sunt in eadem ciuitate, & habent parem iurisdictionem. *Bart. l. à diuo* Pio, *§. sententiam. ff. de re iud. num. 3. verf. quæro.* Exemplum esse posset in Collateralibus Capitolij, nam vnus non potest exequi alterius sententiam.

29 Limit. vbi petitur † exequutio sententiæ actione iudicati, vel in factum, nam exequutio facta sine litteris requisitoris prioris Iudicis sustinetur, addentes *ad Bald. in l. episcopale.* C. *de epi-*

episcop. audient. Alex. in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. num. 5. circa fin. & num. 8. in princ. & refert rationem differentiæ, quare aliud dicatur, si exequutio petatur implorato officio Iudicis nobili. *Cagnol. l. cum quædam, ff. de iurisd. omn. iud. num. 33. vers. tertio limita. Ias. d. §. sententiam, num. 3.*

30 Limit. vbi tractatur de † exequutione sententiæ latæ ab arbitro, nam valida erit illius exequutio, quamuis arbiter non implorauerit illius officium ad exequendum, *Bart. in l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudicat. num. 7. Ias. num. 21. & seq. & Alex. num. 16.* addendo exequutionem fieri intentata actione in factum, vel vtili actione in rem, vel condictione ex lege, non autem officio Iudicis; licet aliqui dissentiant, quos ipse refert, & sequitur.

31 Limit. vbi agitur de † exequutione sententiæ latæ à Iudice, cuius iurisdictio fuit prorogata, vbi poterat declinari, *Alex. ad Bald. in l. episcopali,* C. *de episcop. audien. in fin.* eam afferens rationem, quia lata sententia expirauit illius iurisdictio, & consequenter non poterat implorare alicuius Iudicis officium, vt suam exequatur sententiam. *Bald. in l. final.* C. *de edict. Diui Adrian. tollend. nu. 55. versic. aliquando.*

32 Limit. vbi exequutio † petitur vigore statuti, vt dicam latius *§. sequent. limit. 11.*

33 Limit. vbi pætitur † exequutio à superiore suo, qui sententiam protulit, *Bald. in l. fin.* C. *de edict. Diui Adrian. tollend. num. 55. vers. aliquando.* Et ratio esse potest, quia cum Iudex requisitus debeat ciuiliter parere, vt dicā *§. seq.* non opus est requisitorijs litteris, alias sequeretur quod inferior haberet potestatem in suū superiorē, vbi non habet in parem, *l. nam magistratus, ff. de recept. arbitr. cum vulgaribus:* & quod duo, vel plures Iudices habentes parem iurisdictionem in eodem loco, vnus non exequatur sententiam alterius, voluit *Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. nu. 3.* & dixi *infra. §. 13.*

34 Limit. vbi exequutio † sententiæ pertinet ad aliquem de iure communi, vel ex statuto, nam potest exequi sententiam absque requisitorijs litteris. *Alex in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. num. 5. vers. quandoque.* Ideo Auditor Cam. Apost. qui ex suis facultatibus est exequutor quarumcunque sententiarum, non requisitus illas exequutioni mandat, monito tamen condemnato: & ita practicaui, & practicatum vidi in Vrbe.

35 Limit. in sententia † lata à Iudice non habente territorium, nam sine requisitorijs litteris potest illam validè exequi. *Alex. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. num. 6. vers. ter. tio,* exemplum referens sententiæ latæ à rectore

36 scholarium, † reprobato *Bald.* idem dicente de sententia episcopi. *Cagnol. in l. cum quædam, ff. de iurisd. omn. iudic. num. 33. vers. limitatur primo. Ias. d. §. sententiam. n. 3. vers. secundo.*

37 Requisitoriæ litteræ, † cuius tenoris esse debeant. *Couar. pract. quæst. cap. 10. num. 7. in fin.*

38 Citari an debeat pars ad † videndum exequi à Iudice requisito. *Natt. cons. 529. num. 24. & seq.*

Ad quem appellandum, si requisitus grauet, dixi §. 4. *num. 45.*

Limit. vbi iudex requisitus negat executionem, quia sententia sit iniusta, vt dixi *infra. §. 4. num. 46.*

---

§. III.

SVMMARIVM.

Iudex requisitus à Iudice, qui iudicauit, debet illius sententiam exequi, & quare. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 6. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 56. *Limit.* 18. 19. 24. 29. 40. 41. 42. 43. 44. 49. 50. 51. 52. 53. 56. 57. 58. 59. *Intellige.* 11. *Sublimit.* 47

Ecclesiasticus Iudex debet requisitus exequi sententiam Iudicis laici, si sit iusta, & quare, & e contra. 4. 5. 30

Iudex laicus potest mulctare laicos, & etiam bannire non obedientes suo episcopo, præmissa monitione ad parendum. 6. 7

Mandatum non extinguitur morte mandantis, vbi mandatarius debet exequi mandatum. 10

Executor post annū nō exequitur Iudicis mandatapost annum, quo fuit relaxatum nisi citata pert. 11.

Iudex executor debet seruare statuta sui territorij, & non excedere metam sua iurisdictionis. 20. 21

in Executiuis obseruanda sunt statuta loci, vbi fieri debet executio. 21

Instrumentum habens paratam executionem, vbi illud est stipulatum, si petatur illius executio, vbi illam non habet eam executionem obseruandum est, quid caueatur in loco, vbi petitur executio 22. *Contrarium.* 23

Delegatus Iudex debet facere fidem suæ delegationis scripto. 25. *Ampl. ibid* & 26

Iudex requisitus ab alio Iudice exequi suam sententiam, quid obseruare debeat si est delegatus. 25. 26. 27

Iudex ordinarius requirens suam ab alio exequi sententiam, excusatur ab insertione litterarum, quod sit talis, sed sufficit sola illius assertio. 28

Regula quod quisque iuris, exornatur. 31

Debitor cui concessa est moratoria, non cogit interim debitores suos ad soluendum. 32

Clausula appellatione remota, communis est reo, & actori. 33

Clericus vtens statuto laici contra laicum, pariter laicus vtetur illo contra clericum. 34

Iudices debent inuicem se adiuuare in exequendis eorum sententijs. 35

non Adimplenti non est adimplendum. 35

Fidem frangenti fides eidem frangitur. 36

Principi resistere possunt subditi, & negare tributa si ab illo non defendantur, vel iustitiam non ministret. 37. 38

IVdicem vnius territorij posse si fuerit requisitus literis eius, qui in alio territorio iudicauit, exequutioni demandare, quæ ipse non iudicauit, dixi in proximo, & antecedenti §. Ad-
1 do nunc debere, † & non posse recusare quin iudicata exequatur. *Ias. l. à diuo Pio. § sententiam, ff. de re iud. num. 1. & num. 5. in fin. Cast. num. 5. in fin.* nam isto casu Iudex requirens maior est Iudice requisito, iuxta congesta *a Franc. Marc. decis. 147. part. 1. num. 6. vers. & tandem. Isern. loquens de Gallo* Iudice qui requirit Hispanum, *in cap. 1. de contr. inter vas. & alium, num. 15. Marant. disput. 1. nu. 1. & seq.*
2 Ampl. vt sit à superiori suo † cogendus ad exequendam sententiam alterius Iudicis, *§. 1. auth. vt differ. iud. Bart. in l. à diuo Pio. § 1. ff. de re iud. nu. 5. in princ.* addendo præterea posse puniri. *Couar. pratic. quæst. cap. 10. n. 3. vers. sed, & apud,* vbi refert praxim Hispaniæ in hoc casu; idem repetens *num. 7. vers. quod si iudex. Ias. d. § 1. num. 19. & Alex. num. 14.*
3 Ampl. præsertim, † vbi Iudex Ecclesiasticus requirit laicum, vt dixi *infra § 9.*
4 Ampl. e contra, vbi † Ecclesiasticus Iudex requiritur ad exequendam sententiam Iudicis laici, nam si ille negligat, vel nolit exequi, est à Metropolitano cogendus, vt exequatur. *Inn. & Abb. in cap. 1. de offic. ordin. vbi Alciat. n. 26. & 123. testatur de communi,* idem sensit *Ias. in l. à diuo Pio. § sententiam, ff. de re iud. n. 16.*
5 addendo † modo sit iusta, & non discrepet à iure Canonico, & episcopum hoc casu debere obedire requisitioni Iudicis laici patrocinando temporalem iurisdictionem, quia vt inquit *Ias. l. à diuo Pio. § sententiam. ff. de re iud. num. 10. vers. Io. de Imo.* iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sunt inuicem collegatæ, & confœderatæ, & vt memini alibi dixisse, mutua coniuratione iunctæ in causam publici boni, & exequendæ iustitiæ. *glos. in cap. quoniam in verb. brachio. de offic. ordin. & in cap. statuimus, verb. potestatem, de maledic. Bellug. in spec. princip. rub. 11. § tractandum, num. 1. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. & decis. 247. num. 6. Calcan. cons. 119. num. 1.* qui plures congerit.
6 Ideo Iudex secularis † potest multare inobedientes Episcopo, ac etiam bannire. & si laici nolunt obedire suo præsidi, vel potestati, Episcopus requisitus potest, & debet illos excommunicare. *Ias. in l. à diuo Pio. § sententiam, ff. de re iudic. nu. 17. Alex. nu. 13. & 14. Ias cons. 9. arbitror. vol. 3 num. 2. Hercul. de caut. de non*
7 *offendend. cap. 5. nu. 8.* Seruata cautione † quam tradunt *Ias. in l. à diuo Pio. § sententiam, ff. de re iud. num. 18. Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. num. 125.* videlicet præmissa monitione, & non sequatur animæ præiudicium, & delictum talem mereatur pœnam.
8 Ampl. præsertim, † vbi Iudex delegatus requirit ordinarium, vt suam exequatur sententiam. *Dec. cap. significasti. de offic. delegat. nu. 1. & seq.* Vide tamen, quæ dixi *infra § 9. vers. limit.* vbi brachium seculare.
9 Ampl. etiam quod Iudex, † qui requisiuerat suam exequi sententiam, sit mortuus, vel alias excesserit ab officio, quod exercebat, vel etiam illo fuerit sua culpa priuatus, *l. fundi venditor. § fin. ff. de acquir. possess. § & hoc vero iubemus, vers. si vero, auth. vt nulli* Iudic. *Couar. pract. quæst. cap. 11.* comprobans optimo simili, vt sicut mandatum re etiam integra nō extingui-
10 tur † morte mandantis, vbi mandatarius debet exequi mandatum. *Marsil. singul. 44. vers. tertio;* ita & Iudex, vel exequutor requisitus debet exequi sententiam, quamuis requirens moriatur, vel alias desinat illius iurisdictio. *Ias. l. more, ff. de iurisdictione omn. Iudic. nu. 62. & seq.* et alia similia refert cum *Couar. cap. 10. vers. secundo vsque ad num. 3. pract. quæstion.*
11 Intelligas tamē nisi † lapsus sit annus à die requisitionis, vel aliud longum tempus, quia tunc pars est citanda. *Bald. cons. 35. lib. 5. Guid. Pap. decis. 329. Ias. l. more ff. de iurisd. omn. Iudic. nu. 64. Dec. cons. 404. num. 10. circa med.*
12 Ampl. idem dicendum † vbi requiritur à superiore eius Iudicis, qui sententiam protulit. *Ias. in l. qui Romæ. § sententiam, ff. de re iud. ante num. 1.*
13 Ampl. vt Iudex recusans † exequi sententiā alterius Iudicis, qui suis literis illum requisiuit pro exequutione, possit puniri à superiore suo, & condemnari ad interesse partis, *Ias. in l. à diuo Pio. § sententiam, ff. de re iud. nu. 19.* Imo pœna superiori arbitraria. *Menoc. de arbitr. iud. cas. 452. Cum ij.* Sed an ipso requirente, videndus *Dec. in cap. significasti, de offic. deleg. num. 12.*
14 Ampl. quod si Princeps † requisitus pro exequutione, negligat, vel recuset imperare, & cogere suos officiales, vt exequantur iudicata à requirente; vel Iudex non habito recursu ad suū superiorem, pariter negligit, vel recusat exequi requirentis iudicata; In subsidium ne penitus iaceat iustitia sine adiutore, sed potius etiā per circuitum, seu indirectum habeat prouidum exequutorem, fiatque ius iuxta monitum Pij V. Sum. Pont. ne pereat mundus; iuste decerni possunt represaliæ, contra res, & bona subditorum eius qui neglexit, vel noluit esse exequutor alienæ sententiæ seueridis iustitiæ, vt dixi § 10.
15 Ampl. siue Iudex requirens † suam exequi sententiam, sit ordinarius, siue delegatus, relati à *Marant. disput. 1. num. 4. & seq. & dixi § 9. vers. limit. vbi brachium seculare.*

Am-

16 Ampl. præsertim, vbi agitur † de exequutione sententiæ latæ contra eum, qui cœpto iudicio migrauit in aliud territorium. *Bald. consil. 156. lib. 5. in fin. Tuscus conclus. 494. exequutio, num. 10. & seq.*

17 Ampl. etiam absque alio † processu. *Capel. Tholos. decis. 412.*

18 Limit. vbi Iudex requisitus † cognoscit, seu iudicat ex eisdem actis, quibus fuit iudicatum, vel ex ventre exequutor. alium comperit sententiam, quæ requiritur exequi, non mereri exequutionem, *l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudic. Ias. in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. in princ. verf. secundo modo.* Ideo in vna Placentina euictionis dicebam pro comite Antonio Bilio hærede hæredis Marchionis Horatij Pallauicini, reuocandam esse exequutionem sententiæ Platti, à Serafino, & Blancheto confirmatæ, quia ex actis, & lectura exequutorialium constabat non mereri exequutionem, quia in illis dicebatur fuisse pronunciatum contra Alfonsum hæredem Commendatarij Pallauicini, & sententiem exequendam contra bona emphiteotica Ecclesiæ eidem Marchioni cessa quinque annos ante motam euictionis litem, ob incapacitatem dicti Alfonsi, præsertim eum egentes de euictione scientes inuestiri de re Ecclesiæ, seu quæ non erat inuestientis, expresse sibi non cauerant de euictione. Pendet tamen resolutio causæ.

19 Limit. vbi Iudex † requirit alium Iudicem, vt suam exequatur sententiam, quia ex dispositione Statuti de duabus conformibus mereatur exequutionem, æque ac si essent tres. *l. missi opinatores. C. de exact. tribut. lib. 10. Bald. per hunc textum in l. final. C. de confess. num. 47. in fin.* quem sequuntur *in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. Alex. num. 6. verf. secundo limita, & Ias. num. 6. idem Ias. in l. cum quadam, ff. de iurisd. omn. Iud. num. 20. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 412. in princ. Marta decis. 197. num. 1. & seq.*

Contrarium tenent relati *a Ias. in d. §. sententiam, n. 8. & seq. verf. per ista. Cuman. consil. 141. Tuscus conclus. 466. Iudex, num. 4. 8. & seq. & a Marta decis. 197.*

Quare si in loco latæ sententiæ adsit Statutum, quod duæ conformes faciant rem iudicatam, & in loco Iudicis requisiti vigeat ius commune, quo requiruntur tres, non debet Iudex requisitus exequi duas conformes, quia Iudex

20 † in exequendo debet seruare metam suæ iurisdictionis: *Bald. l. fin. C. de confess. in finalib. verbis, seu vt inquit Ias. in l. à diuo Pio. §. sen-*

21 *tentiam ff. de re iud. num. 7.* in † exequutiuis seruanda sunt Statuta loci, vbi petitur exequutio, & non loci, vbi lata est sententia, si fuerint diuersa. Hinc si alicubi adsit Statutum, quod instrumenta habeant paratam exequu-

22 tionem, † & quis conueniatur alibi ex instrumento celebrato, vbi relatum viget Statutum, non habebit paratam exequutionem, nisi ibidem adsit tale Statutum. *Ias. in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. num. 8. & 24. & in l. cum quadam, ff. de iurisd. omn. iud. num. 21.*

Alex. d. §. sententiam, num. 12. vbi etiam *Cast. num. 4.*

23 Contrarium † tenet *Bart. in l. à diuo Pio. §. sententiam ff. de re iud. n. 8. Cuman. cons. 141. Domini Iudices, num. 1. verf. nec ad hoc quicquam. Tusc. conclus. 466. Iudex vnius, nu. 3. & num. 18.* exemplum referens sententiæ latæ inter Lucenses Venetijs degentes super contractu ibidem celebrato, quod fit Lucæ exequenda facta fide à iudice requirente, quod iuxta leges Venetas mereatur exequutionem. Idem sentit *Bald. cons. 156. quidam in lib. 5. num. 1. in fin.*

24 Limit. vbi sententia Iudicis † requirentis suã exequi sententiam asseritur lata à delegato, qui in suis requisitorijs litteris exemplum suæ delegationis non inseruit, nam cum delegato non

25 credatur nisi scripto faciat fidem † suæ delegationis indubitatam. *cap. eum in iure peritus; de offic. delegat. l. 1. C. de mandat. Princip. Natta consil. 96. scripsi. nu. 6. Puteus decis. 240. lib. 3. Rol. a Val. cons. 37. lib. 1. num. 2. & seq.* qui ideo admonet Iudicem requirentem, vt sit cautus, dum ab alio requirit suam exequi sententiam, vt in requisitorijs litteris intera: rescriptum suæ delegationis, idem dixerant *Calcan. consil. 169. num. 3. in fin. & num. 4. Natt. cons. 529. Iudex, n. 37. & seq. Couar. pract. quæst. cap. 10. num. 7. in fin. Gail. obseruat. 115. lib. 1. num. 10. in fin.* Nam isto casu denegari debet

26 auxilium Iudicis requisiti, in tantum † vt volenti facere exequutionem impune resisti possit, & idem puniatur si ideo tumultus fiat in populo, *late probat Brun. cons. 141. lib. 2.*

27 Cauere præterea debet Iudex † requirens alterius Iudicis auxilium in exequutione suæ sententiæ, quæ sit confirmatoria alterius sententiæ latæ ab ordinario Iudice, vt in suis requisitorijs litteris inserat sententiam confirmatam, quæ si fuerit lata à delegato, debet cum sententia inserere exemplum delegationis illi factæ: & ita superioribus mensibus practicaui, dum R.P.D. Comiti Francisco Bilio commissa fuisset causa appellationis à sentẽtia Vicarij Archiepiscopi Mediolanensis, qui dixerat litteras Apostolicas in forma Dignũ adfauorem Petri Mariæ Gallarati prouisi de Canonicatu ordinario in Cathedrali, non exequendas, quia non idoneus fuisset repertus, cum ille in Romana Curia ab examinatoribus Cardinalis Vicarij S.D.N. repertus fuisset idoneissimus, si per regulas grammaticorum hoc verbo vti licet: & ideo ab eodem Comite, qui in iudicando non fallit, nec fallitur, reuocata fuisset Mediolanensis sententia.

28 Ordinarius autem Iudex † excusatur ab insertione litterarum ordinariæ iurisdictionis, sed statur illius assertioni, enunciando se vel Auditorem Cameræ, vel Vrbis Senatorem, vel Prætorem v.g. Annoni patriæ meæ.

29 Limit. vbi Iudici † requisito de auxilio pro exequutione sententiæ, idem Iudex requirens, vel alius, qui similem, vel dissimilem ab eodem fonte habeat, & exerceat iurisdictionem, denegauit auxilium exequendi sententiam latam

ab illo vel alio, qui ab eodem Principe habeat ius terrendi, seu iudicandi. *Isern. in cap.1 de controuers. inter vasal. & alium, num 15 in princ.* qui loquitur vbi Gallus requisiuisset Hispanum, motus *l. cum proponas, C. de pact.*

Nam cum, dicebam supra hoc §.2. *num.4.*
30 *& 5.* omnium† iuricum iurisdictiones perpetua coniuratione tamquam sociæ debeant sibi mutuo famulari ad directionem publici boni, quod alia via tutius consequi non potest, quam ex ministerio iustitiæ; non est iniquum petenti denegare, quæ prius ille negauit concedere, vr-
31 get enim regula Rub.† *quod quisque iuris*, quæ cum, inquit Vlpianus *in l.1. eiusdem tituli*, summam habeat æquitatem, & sine cuiusquã indignatione iusta. Quis enim aspernabitur, idem sibi ius dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit? Qui magistratum potestatemue habebit, si quid in aliquem noui iuris statuerit, ipse quandoque aduersario postulante, eodem iure vti debet. Quare qui moratoriam aduersus
32 † creditores impetrauit, eadem vtuntur aduersus cum illius debitores. *Afflic. decis.66. quidam*, & qui obtinuit rescriptum cum † clausu-
33 la, appellatione remota, cum eadem clausula reconuenitur à conuento ex tali rescripto, *cap. fin. de mutuis petition.* & Clericus, qui laicorũ
34 statuto † vti vult, debet, & pati vt laicus eodem statuto vtatur contra illum, iuxta ea quæ late cumulant addentes ad *Mathesilan. singul. 11. Nota vnum, num 17. & seq. plurib.*
35 Viget obligatio, qua reciproce † astringuntur Iudices sibi mutuo opem præstare, & cum non adimplenti non sit adimplendum. *l. Iulianus. §. offerri, ff. de action. empt Rol. a Val cons.69. lib.4. num.13. & seq Bero. cons.144. lib.1. n.1. & seq. Mantic. decis.1. num.3. & seq.* fidemque
36 frangenti † liceat fidem frangere, *l. cum proponas. 2. C. de pact. l. qui fidem, ff. de transact.* etiam quod ille sit Princeps, vel eidem sit debita fidelitas. *Luc à Pen. in l.1. C. de superindict. lib.10. Alberic. in l.1. ff ad leg. Iul maiest Afflic. decis.265. illustrissime num.1. Alciat in l. placet. C. de sacros. Eccles Gigas. de crimin. læsæ maiest cap. qualiter. & à quib. quæst 54.* concludentes, subditos posse de facto resistere
37 † Principi, & eidem denegare tributa, si illis iustitiam non ministrat: vassallum excusari, si denegat Domino, quæ ratione vassalagij præstare debet, si primo Dominus denegauit vassallo, quæ debebat præstare, quia reciproca, & mutua est obligatio præstandi, quæ ratione dominij, & vassallagij sunt debita. Quare subditi,
38 qui † non defenduntur à suis dominis, possunt absque crimine læsæ maiestatis alium quærere, & recognoscere Dominum. *Decian. tract. crimin lib.7. cap.49 excusabit, num.29.* propterea vera est ampliatio nostra.

Ideo cum a Senatu Pedemontano superioribus annis relaxatæ fuissent litteræ requisitoriales, quibus moneretur Antonius Fagnanus ad suscipiendam litem motam fratribus de Tarinis occasione domus, quam in ciuitate Taurini illis vendiderat, & requirere à R.P.D. Io. Dominico Spinola tunc Auditore Cameræ, & nunc Cardinali, licentiam, vt per vnum ex Cursoribus S.D.N. intimarentur dicto Fagnano præfatæ litteræ, & fieret mihi aliqua difficultas, dicebam eam concedendam ne dicto Senatui daretur occasio denegandi brachium suum sæculare, vbi de illo requireretur cum sæpissime illo sit opus, tam contra laicos condemnatos à iudicibus Ecclesiasticis, quam contra Ecclesiasticos, non habentibus episcopis in Pedemontana regione familiam satis armatam ad exequendas illorum
39 sententias: Ac etiam quia † clericus ratione euictionis debitæ, vel promissæ, conueniri potest coram sæculari Iudice, vbi pendet lis contra eum, cui clericus debet euictionem, vt volunt *Gul. Bened. in cap. Raynutius. §. & vxorem, decis.2. num.125. Corn cons.79. num.12. vol 4. Aret. in rubr inst de except. nu.20. Boer. decis.69 præsuppono, num.27. & seq. Couar. pract. quæst. cap.8 nu.3.* qui referunt aliquos dissentientes, vt latius dixi in meis collect. aocis, *ad l venditor, ff. de iud.* Quid autem obtineat tum, non refero nec recolo, memor dictorum Vantij antiqui Curialis. *de Nullit. ex defect. iurisd. deleg. num.19. in fin.*
40 Limit. vbi Iudex † requisitus arbitratur adesse causam quare non sit exequenda sententia Iudicis requirentis, vt ex *Inn. in cap. cum in iure, de offic. deleg. in glos.2.* & alijs concludit *Tusc. conclus.466. num.22.* execut.
41 Limit. vbi ab eo † contra quem petitor auxilium ad exequendam sententiam latã ab alio Iudice, opponitur aliqua exceptio, quæ potest obijci, coram executore *Franc. Marc decis. 269. num.1. Gail obseruat.115. Iudices, num.4. & seq.* Quæ autem sint istæ exceptiones dicam. *§. seq. Franc. Marc. decis.269. num.1.* vbi refert quid sit à Iudice requisito faciendũ. *Natt. cons.529. num.3.* vbi remissiue refert, quæ sint istæ exceptiones.
24 Limit. vbi sententia † fuit prolata non interueniente legitimo contradictore. *Bald. in l fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num.55.*
43 Limit. vbi sententia lata fuit, † vt loquitur Bal quem referam, leuato capite, seu sine contradictore, seu verius non discussis meritis causæ. *Bald. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. n.55. in fin.* seu processit extraiudicialiter, vt dicam infra. Scacitato lapide, vt loquitur *Bossius de foro compet. num.94. in princ.*
44 Limit. vbi a requirente † auxilium pro exequutione sua sententiæ, non fuit adhibita diligentia, vt illam exequutioni demandaret in suo territorio, quia hæc requisitio est remedium subsidiarium, tunc exercendum, vbi cætera deficiunt. *Bald. cons.156. lib.5. Fed. de Senis* de Iudice Ecclesiastico requirente sæculare brachium à laico, *cons.163. num.5. & cons.251. Casus talis, num.4.* addendo brachium sæcula-
45 re † esse inuocandum cum est necesse, & iuris ordine seruato, videlicet cum deficiunt cætera Ecclesiastica remedia, nec incipere à cauda, sed à capite. *Calcan. cons.119. num.6. vers. nec videatur, & num.7.* vbi refert quæ sint præstanda a requirente. *Oldr. cons.89. num 5. Archid. cap. administratores, 23. quæst.5. nu.3. & 4.*

adden-

addendo debere requirere prius ordinarium ecclesiasticum. Sequitur *Rol. à Val. consf.37. omisso, num.5. & seq. lib.1.* vbi remissiue relatis, quæ præcedere debeant implorationem brachij secularis, addit debere apparere de excommunicatione, aggrauatione, reaggrauatione, & quod condemnatus in quem imploratur seculare brachium, effectus est incorrigibilis: & si requirens sit delegatus, debet constare, quod ordinarius ecclesiasticus fuerit ab illo requisitus, & illius auxilium non fuisse satis, vt iudicata suum sortirentur finem, iuxta distinctionē *Menoch. de retinenda possess. remed.3. num.360. vers. deinde ad vertat. Marant. late disput. 1. num.26. circa med.* addendo id esse notandum, quia vt plurimum ecclesiastici illud impetrant ex abrupto, & latius *Afflic. in proem. const. Regni num.54.* addendo ita intelligi omnia iura, quæ volunt secularem Iudicem debere concedere suum brachium Ecclesiastico Iudici, & ita videtur innuere *Concil. Trident. sess.25. de regul. cap.5. vers. si opus fuerit. Gail. obseruat.115. Iudices, lib.1. num.2. in fin. & num.3. Martin. de Fano tract. de brachio secular. implorand.*

46 *num.21. circa fin.* concludens idem † obseruandum, vbi laicus Iudex implorat auxilium brachij Ecclesiastici Iudicis.

47 Sublimita in casu, quo Iudex † Ecclesiasticus requirit brachium seculare contra eum, qui litteras apostolicas falsificauit, nam absque alijs diligentijs est illi obsecundandū. *Martin. de Fano. in tract. de brach. secul. implorand. num.2. vers. alias nisi persona.* Et idem crederem dicendum, vbi laicus requireret Ecclesiasticum aduersus eum, qui falsificauit litteras Imperiales, & alterius Principis, ex relatis supra, *in fin.*

Quæ tamen dixi supra de excommunicatione
48 † prius ferenda ante inuocationem brachij secularis, sunt sublata à *Concil. Trident. sess.25. de reformat. cap.3. quamuis Tuscus conclus.125. brachium seculare, num.1. cum quinque seq.* relatis contentientibus, & dissentientibus ante dictis, testetur de communi non requiri relatam diligentiam, licet deinde *num.11.* videatur sibi non constare.

49 Limit. vbi is, in quem † petitur fieri exequutionem sententiæ, non habet domicilium in loco seu territorio Iudicis requisiti. *Bald. cons. 156. quidam in terra, lib.5. num.1.*

50 Limit. vbi Iudex † requirens non habet mixtum imperium *Bald. cons.156. quidam in terra. lib.5. in fin.*

51 Limit. vbi Iudex requirens auxilium Iudicis alterius territorij processit extraiudicialiter. *Franc. Marc. decis.289. part.1. nu.1. in princ. vers. & hoc verum. Afflic. in proem. cōstit. Regni, num.61.* addendo talicasu si laicus fuerit requisitus ab Ecclesiastico, posse exripere, vt ad illum portentur acta talis sententiæ, ex quibus si viderit condemnatum fuisse grauatum, vel fuisse procedendū ordinarie, vbi aliter fuit processum, posse denegare brachium seculare. *Alciat. in cap.1. de offic. ordin. num.117. & seq.* eam afferens rationem, quia in extraiudicialibus requirens, & requisitus Iudex sunt pares, nec vnus in alterum habet imperium, & *Alciat.* sequitur *Decian. tract. crimin. lib.1. cap.9. nu. 128. & lib.4. cap.9. num.128. Maran. disput. 1. num.33.* addendo procedere etiam si ageretur de sententia delegati, cui Princeps dedit facultatem procedendi extraiudicialiter, si apparet de legitima causa, quare mandatum Principis dici posset iniustum, vel posset præsumi Principis ignorantia, dando tale mandatum, quia tunc est differenda exequutio, & expectanda secunda iussio: & si delegatus nollet differre exequutionem, ordinarium Iudicem posse resistere, præsertim si fuerit appellatum à delegato nolente differre. Si vero non habet facultatem procedendi extraiudicialiter, sed ordine iuris, concludit posse etiam violenter resisti, siue sequatur ex facta exequutione præiudicium reparabile, siue non; concludit idem *num.34.* quia tunc procedit non, vt Iudex, sed vt priuata persona. *Bellug. in Spec. Princ. rub.11. §. tractandum, num.4. in fin.* vbi refert plura exempla.

52 Limit. vbi Iudex requiritur † ad exequendā alterius sententiam infra tempus datum iudicatis ad soluendum. *Papazon. ad Rot. decis.2. de rescript. in nouis, num.53. in fin.* quem sequitur *Grauat. ad Vestr. in prax. cap. fin. nu.41. in fin* ambo loquentes de inuocatione brachij secularis, attestante eodem Papazon. quod sestinet, & vrgeat quantum velit actor, numquā illud à Rota obtinebit, quin labatur tale tempus, quod est quatuor mensium, & late *dixi supra cap.4. §.1. vers. secundum exemplum*, vbi exampliationibus, & limitationibus ibidem relatis colliges, quando cesset præsens limitatio, & dixi etiam *supra cap.3. vers. secundum exemplum.*

53 Limit. vbi Iudex requirens † suam exequi sententiam, non processit iuris ordine seruato. *Antar. cons.382. Retento. num.8. quem sequitur Afflic. decis. 22. in causa, num.9. in princ.* addendo idem dici *à Felin. in cap. cum sit, col. 5. de foro compet. Oldrad. cons.89. num.5. Cal. can. cons.119. n.3. vers. secundo Vrsil. ad Afflic. decis.24. num.14. & in proem. constit. num.71. Natta cons.539. Rol. à Val. cons.37. num.8.* concludens Iudicem laicum non debere obsequi Ecclesiastico, vbi non procedit ordine iuris seruato, addentes tamen *ad Vest. cap. fin. num.41.* distinguunt, an agatur de re mere Ecclesiastica, vel secus, & refert etiam in hoc Legistas, ex Canonistas dissentire. Dicitur

54 autem † Iudex processisse ordine iuris non seruato, si non seruauit ordinem iudiciorum datū à iure communi, vel stylo, & consuetudine Curiæ, vbi lata fuit sententia; seu etiam vbi Iudex requirens alterius auxilium, omnem non adhibuit diligentiam exequendi sententiam suam in suo territorio, vt dixi supra, etiam

55 delegatus Ecclesiasticus debeat prius requirere ordinarium Ecclesiasticum, quam requirat laicum videndus *Menoc. de retinend. remed.3. nu. 360. circa fin.*

56 Limit. vbi requiritur † Iudex ad exequendam sententiam contra eum, qui de iure recusat parere

rere iudicatis,veluti si episcopus petat auxilium aduersus eum, quẽ tamquam subdictum visitare volebat, & ille excipiat esse exemptum, & appellet, *Abb.in cap.1.de offic.ordin. num.12.in fin.* concludens auxilium esse præstandum contra inobedientem de facto, non autem de iure recusantem parere mandatis. *Bald.in d. cap.1. num.18. vers.quæro nunquid, & Alciat. nu. 126. vers.tertia*, exemplum referens si Episcopus velit visitare Milites Tẽplarios, & similes. *Bellug. in Spec. Princip.rub.11.§. tractandum num.7. vers. sed si sumus*, subdens, *num.8.* quid dicendum si excipiatur appellationem esse desertam.

57 Limit. vbi Iudex requirens † alterius Iudicis auxilium, potest ipse exequi suam sententiam. *cap.2.cap. postulasti, de homicid. Calcan.* loquens tam de seculari, quam Ecclesiastico Iudice, vicissim se requirentibus, *cons.119. num.7.* Ideo secularis Iudex non impartitur brachium ad carcerandum clericum, si ille habeat familiam armatam. *Calcan.cons.119.nu.7. Sbroz. de offic. vicar.lib.2.quæst.190. num.Cagnol. in l.cum quadam, ff. de iurisdict.omn.Iud.nu.33. vers.secundo.*

58 Limit. vbi adest præsumptio † pro reo aduersus sententiam, quæ requiritur exequi. *Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. num. 112. & seq.*

59 Limit. vbi sententia esset † exequenda in re, vel persona alicuius, qui in loco Iudicij non habeat, vel non elegerat domicilium. *Bald.cons. 156. lib.5.* addendo non reperiri iure cautum, quod in persona victi fiat executio ad requisitionem alicuius Iudicis, nisi habeat domicilium in territorio Iudicis requirentis, & fecerit omnẽ diligentiam de exequendo in territorio Iudicis requirentis. *Tuscus conclus.494. exequutio. num.5. & 12. & decis.22. num.9.* Addo ego, vel legitime ad requirentem Iudicem causa non est deuoluta, vt quotidie practicamus in Romana Curia, ad quam per appellationem deuoluta causa aliqua beneficiali, vel prosana, si contingat ibidem sententiam de partibus confirmari à delegato Iudice, tunc requiritur Iudex extra statum Ecclesiæ, vt illam exequatur: intra statum autem Ecclesiæ, præcipitur sub censuris &, pœnis, vt à quibuscunque exequutoribus exequutioni demandetur, & hanc differentiam tacite fecit *Tuscus conclus.494. eqequutio 4. & seq.*

60 Limit. vbi is in quem † requiritur exequi sententiam neget Iudicem, qui iudicauit habuisse iurisdictionem, vel confecisse processum solemnem, nec de illo constare. *Bald. cons.399.non præsumitur, lib.4.* quem refert, & sequitur *Tuscus, conclus.492. exequutio, num.25. & seq.*

61 Limit. vbi obijcitur aliqua † ex exceptionibus, quas retuli *infra §.seq.* vel quæ non impugnet sententiam, veluti, non teneor nisi in quantum facere possum, & alias similes, de quibus *per Bart.in l. à diuo Pio, ff. de re iud.num.4. & seq. Tuscus conclus.466. Iudex, num.11. in fin. & n.17. & dixi infra, lib.2.cap.1. & seq.*

62 Limit. vbi apparet † exequutoriales non fuisse rite, & recte expeditas. *Muscatel. in prax. part.3. §.seruata, num.57. & sequent.* addendo suprema tribunalia solere apponere clausulã dummodo rite, & recte, quoties concedunt exequutionem requisitorijs.

63 Quid autem dicendum † si Iudex requisitus sit requirenti par vel maior. *Cast. in l. à diuo pio. §. 1. ff. de re iud. Muscatel.in prax. part.3. §.seruata, num.57.*

Si autem Iudex requisitus excedat in exequẽdo ad quẽ sit recurrendum videt. *Bart.in l. à diuo Pio. §.sententiam, ff. de re iud. nu.6. Alex. num.15. Auffrer. ad Capel.Tholos.417. in fin. & dixi infra §. seq.num.45.*

§. IV

SVMMARIVM.

Exceptiones omnes, quæ ad retardandam executionem sententiæ obijci possunt coram Iudice requisito, poterunt obijci coram requirente brachium alterius Iudicis. 1

Sententiæ executio retardatur exceptione appellationis interposita, si causa erat appellabilis. 2. *Ampl.* 4.6.7.8.9. 10. 11. 12. 13. *Limit.* 14. 15.16

Iudices Ecclesiastici, & seculares sibi inuicem famulantur in ijs, quæ Deo sunt grata. 3

Appellatio si non extinguit, saltem suspendit Iudicis iurisdictionem. 5

Sententia lata ab incompetenti Iudice non est exequenda a Iudice requisito de suo brachio. 17

Iudex exequens sententiam Iudicis incompetentis punitur. 18

Pœna in citantes aliquem coram incompetenti Iudice. 19

Iudex requisitus ad exequendam sententiam nullam, recusare debet brachium. 20. *Ampl.* 21. 22.23.24. 25. 33.34.35.36.37.38. *Limit.* 39. 40.41.42.43.44

Iudex requisitus ad exequendam sententiam, potest de illius nullitate cognoscere 25. *& quare, ibidem, &* 29.30. *Contrarium.* 31. *qualiter fiat talis cognitio.* 26. *Intellige.* 28. *Concorda.* 32. *Ampl.* 33. 34. 35.36.37. *Limit.* 39. 40.41.

Exequutor litterarum apost. in forma dignum neminem debet citare. 27

Iudex requisitus si nolit admittere exceptionem, quæ est admittenda, ad quem appellandum sit. 45

Iudex requisitus ad exequendum sententiam, si excipiatur illam esse iniustam, differt executionẽ. 47. *Ampl.* 49.59.51.52.53.54.55.56.57.58.59. 60.61. *Limit* 62.63.64.66.67.68

Rex requisitus ad puniendum subditum suum debet Ecclesiastico obedire. 49.48. *Contrarium.* 47

Iniustitia euidens, quæ dicatur. 65

Retuli *in tract. de exceptionibus cap.1. & seq.* plures exceptiones, quæ remorentur facien-

faciendam sententiæ exequutionem, & factam
reuocent,& in fine eiusdem tractatus, remissiue
retuli aliquas, quas per otium mihi non licuit
examinare, *relinquendo onus examinis, quod
erit facillimum perficere, Antonio Francisco
meo ex fratre germano nepoti, & cuicumque
volenti, ex Collectaneis meis*, studia, & labores
meos æmulari. Agendo hic tantum de exce-
ptionibus, quibus Iudex requisitus alienam
exequi sententiam, iste denegat suum auxiliũ,
ac impedire potest, quo minus alibi iudicata
in suo exequantur territorio. Licet generaliter
1 dicatur † omnes exceptiones, quæ coram Iudi-
ce objici possunt, posse opponi coram requisito
Iudice de suo auxilio, *Bald.cons.98.Casus lib.3.
& distinguit Tuscus conclus.466. Iudex.nu.
11.Franc.Molin.de brachio secul.lib.2.cap.38.
num.4.13.18. vsque in fin. Auffrer.* ad Capel.
Tholos.decis.411.*in fin* Maldonat.*in suasylua
respons.16.cap.4.num* 20. vbi exempla refert.
*Franc.Marc.decis.147.num.6.& seq. & decis.
269.num.1.*

Prima exceptio, est quoties objicitur fuisse
ab ea sententia, cuius exequutio requiritur, ap-
2 pellatum, vbi causa † est appellabilis ad effectũ
suspensiuum. *Oldrad.cons.89. episcopus, nu.3.*
concludens isto casu secularem Iudicem dene-
gare posse Episcopo auxilium. Quia vtraque
3 iurisdictio † debet sibi mutuo famulari in ijs,
quæ Deo grata sunt, non autem ingrata, referens
exemplum D.Pauli, qui fuit ad. Iudicem suum
remissus dum appellasset, quia fustibus illum
non suus Iudex cædi mandasset, vt legitur *Act.
Apost.cap.25.Alberic.* loquens de sententia
episcopi lata contra clericum, *in l. episcopali.
C. de episcop. audient. num.3. Abb.cap.1.de of-
fic ordin.num.23.Dec.cap.significasti, de offic.
deleg.num.15. vers.secundo. Gail. obser. 115.
num.4.lib.1.Franc.Marc.decis.269.nu.1. vers.
si vero. Alberic.l.episcopali. cap.de episcop.aud.
num.3.Cast.num.4.circa fin. Fel.C.si quando,
de offic.deleg.num.2.vers.item declara.*

Ampl. vt Iudici volenti exequi suam senten-
4 tiam † post appellationem interpositam, & ad-
missam, vel admittendam, liceat de facto resi-
sti, *l.prohibitum. C.de iur.fisc.l.deuotum.C.de
metat.lib.10.cap.quid culpatur.23.q.1.cap.non
semper, cum duob seq.11. quæst.3. Oldrad. per
hac iura cons.89.episcopus, num.3. in princ.*
5 eam afferens rationem, † quia cum per appel-
lationem, si non extincta, saltem esset suspen-
sa illius iurisdictio, & dicatur procedere tan-
quam singularis persona sine imperio, potest
repelli, & impune contemni; post *Old.idem
dixit Alberic.in l episcopali. C. de episcop. aud.
num.3.vers.in contrarium. Cast.num.4.in fin.
Abb. & Fel. in cap si quando. 8. de offic. deleg.
num.2.vers. aut procedit. Rol. à Val. cons.37.
lib.1.nu.10.& seq. Menoc.de retinend.remed.3.
num.360. in fin. Bal.l.facultas. C. de iur. fis.
num.1. in fin. Maranta, disput.1.num.26. in
6 fin.& num.33.* procedere † etiam si agatur de
sententia delegati Principis habentis facultatem
procedendi extraiudicialiter, si nolit supersede-
re, vbi appareat de iniustitia mandati, vel igno-
rantia Principis delegando causam cum tali fa-
cultate; repetens *num.38.* interposita appella-
tione posse resisti Iudici volenti exequi suam
sententiam, siue sit ordinarius, siue delegatus,
& posse conuocari vicinos amicos, & mercede
conductos ad resistendum executioni faciendæ
ab incompetenti: ita tamen est plena pericu-
lo, licet talis resistentia fieri dicatur per modũ
defensionis, non autem spretus Iudicis, & sub-
dit idem *Maranta* ibidem, procedere donec
durent fatalia. *Oldrad.cons.89.num.2. Alberic.
l.episcopali. C.de episcop. audien.nu.3. & fin.*
& damnum cum sit irreparabile, *num.2. vers.
quod intellige*, addendo excusari cõsanguineos,
& vicinos, qui rogati præstant auxilium.

7 Ampl. præsertim † si fuit appellatum ex cau-
sa probabili. *Oldrad. cons.89.episcopus, nu.4.
in fine.*

8 Ampl. vt magistratus, qui † non impedit exe-
quutionem sententiæ pendente appellatione
pondo triginta auri sit puniendus. *l.quoniam
Iudices. C. de appell.* per quem textum ita fir-
mat *Oldrad.cons.89.episcopus num.3.circa fin.
Alberic. in l. episcopali. C. de episcop. audien.
num.4.*

9 Ampl. vt Iudex tentans † isto casu exequi
suam sententiam, dicatur delinquere apud
Deum, & homines, violando iustitiæ regulas,
& superioris sui iurisdictionem, seu auctorita-
tem spernendo, dum vult cognoscere, & exe-
qui ea, cuius exequutio, & cognitio ad illum
non spectat. *Oldrad.cons.89.num.3.circa med.*
idem voluit *Alberic. in l. episcopali. C. de epi-
scop.aud.num.4.*

10 Ampl. præsertim † in sententia lata in iudi-
cio criminali. *Isern.in cap.1.de cont.inter vas.
& alium, num.15. vers. sed quid.*

11 Ampl. etiam vbi appellatio fuit † reiecta, vbi
erat admittenda, & fuit appellatum à reiectio-
ne, vt relato *Card. & alijs*, concludit fuisse iu-
dicatum *Rol. à Val.cons.37.* & dixerat pius *Af-
flic. in Proem. Constit. Regn. num.71. vers.
idem.*

12 Ampl. etiam † vbi appellatio fuit interposita
à mero executore facti. *Mayner.* loquens de
ministro iustitiæ, qui videt esse exequendam
sententiam iniustam, vel contra legem, in *l.qui
iussu ff. de reg. iur.num.5. & 6.*

13 Ampl. etiam si agatur † de re penitus perti-
nente ad forum Iudicis requirentis, à quo fuit
appellatum. *Alciat.loquens de Iudice Ecclesia-
stico*, qui tulit sententiam de re vel causa Ec-
clesiastica, *in cap.1.de.offic.ordin.nu.112.vers.
tertio limita.*

14 Limit. vbi ageretur † de exequutione senten-
tiæ declaratoriæ excommunicationis incursæ
ipso iure. *Afflic.in Proem. Constit.Regni, nu.
71. in fin.* sublimitando, si agatur de exequutio-
ne reali.

15 Limit. deserta † appellatione. *Isern.in cap 1.
de controuers.inter.vas.& alium num.15. post
med.vers.si ergo transiuit. Bellug.in Spec.Prin-
cip.rub.11. §.tractandum, num.8.* vbi præte-
rea examinat, quis ex iudicibus cognoscet de
tali desertione.

Limit.

16 Limit. vbi appellatio † est turbida, nam si quid illi obstar, concedendū nō est brachium ad exequendum. *Menoc.* loquens de Iudice Ecclesiastico requirente auxilium laici, relato *Nauar. de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 360. *in fin.* & similia sunt quæ dicam infra, de nullitate turbida, & dixit *Natta conf.* 629. *Iudex, num.* 5. *&* 8.

Limita vt limitaui alijs modis *infra, cap.* 28. §. 1. *& seq.*

Secunda exceptio, est si objiciatur sententiā
17 † latam esse à Iudice incompetenti, nam si vera est exceptio, iuste negabitur auxilium, & retardabitur sententiæ exequutio. *l. in criminali. C. de iurisdict. omn. iud vbi Bald. num.* 4. *& Sal. num.* 2. *vers. item quod exequentes.* concludēs
18 puniendos esse Iudices † exequentes sententias Iudicum incompetentium, & cautum esse debere ordinarium Iudicem, aduertere quando requiritur ab aliquo, qui asserit se delegatum Papæ, an ille sit talis. *Baldum* sequuntur *Calcan. conf.* 119. *Sanctissimus, n.* 6. *Rol. à Val. conf.* 37. *omisso. lib.* 1. *nu.* 3. *&* 4. *Natt. conf.* 529. *Iudex. num.* 6. 37. *& seq. Menoc. de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 360. *vers. debet. Isern. in cap.* 1. *de cont. inter. vassal. & alium, num.* 15. *in fin. Gail. obseruat.* 115. *lib.* 1. *num.* 10. *in fin.* addendo idem fuisse dictum ab *Archid. in cap. administratores.* 23. *quæst.* 5. *num.* 2. Quibus
19 † autem pœnis plectatur vocans aliquem corā incompetenti, videndus *Bald. & reliqui in d. l. in criminali.* Latius tamen egi quando retarderur exequutio sententiæ inualidæ ex defectu iurisdictionis, infra *lib.* 2. *cap.* 15. §. 3.

Tertia exceptio est, si in quem petitur auxilium exequendæ sententiæ, objicit Iudicem nul-
20 liter † processisse, vel iudicasse. *Isern.* loquens de Ecclesiastico requirente brachium seculare, *in cap.* 1. *de controuers. inter. vassal. & alium. num.* 15. *in fin, & dixi infra, lib.* 2. *cap.* 15. §. 7. *vers. dicendum secundo*, & dicam hic aliqua, quæ stricte conueniunt exequutori requisito de suo brachio. *Calcan. conf.* 119. *num.* 4. *in fin. Rol. à Val. conf.* 37. *num.* 14. dum prius *num.* 7. firmasset Iudicem requisitum debere summariè se informare de validitate sententiæ exequēdæ, & si comperiat illam inualidam, non debere concedere brachium. *Menoc. de retinend. remed.* 3. *nu.* 360. *circa fin. vers. debet. Gail. obser.* 115. *lib.* 1. *num.* 4. *circa fin. & num.* 5. *idem firmat Neuiz. conf.* 70. *nu.* 1. *circa fin. Franc. Marc. decis.* 169. *part.* 1. *num.* 1. *Natt.* 529. *n.* 9. *Bertazol. conf.* 200. *num.* 5. *vers. sic etiam in criminal. Cagnol. in l. eum quadam puella, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 33. *vers. quinto. Vrsil. ad Afflic. decis.* 24. *num.* 13. *& seq. Tuscus conclus.* 125. *brachium, num.* 12.

Contrarium suadent cōnsiderata à *Maranta disput.* 1. *num.* 2. *& seq.*

21 Ampl. quomodolibet † sententia fuerit nulla, siue quia in illa ferenda nōn fuerit seruatus ordo iuris, vel stilus Curiæ in qua fuerit prolata. *Isern. in cap.* 1. *de controuers. inter vassal. & alium, num.* 15. *in fin.* & præcipue ex defectu iurisdictionis, vt dicebam supra, *vers. secunda. Calcan conf.* 119. *n.* 3. *Natta. conf.* 520. *num.* 6. *in fin.*

22 Ampl. præsertim vbi nullitas † patens esset ex actis, vel aliàs excipiens ad illam probandam haberet probationes in promptu. *Isern. in cap.* 1. *de controu. inter vassal. & alium nu.* 17. *in princ. & dixi infra, lib.* 2. *cap.* 15. §. 1. *&* 2. *Natt. conf.* 529. *nu.* 5. *&* 6. 10. *Gail. obser.* 115. *lib.* 1. *num.* 5. *Rol. à Val. conf.* 37. *num.* 15. *Bellug. in spec. princ. dub.* 11. § *tractandum, num.* 6.

Limita, si ageretur de exequutione mandati extraiudicialiter relaxati, & de ijs quæ spectant ad Iudicis officium. *Cancer. var. resol. part.* 2. *de litter. requisit. num.* 33. *& seq.* vbi late comprobat.

23 Ampl. præsertim si agatur † de sententia lata in criminali corporis quomodo libet afflictiua. *Isern. in cap.* 1. *de contro. inter vassal. & alium, num.* 15. *vers. sed quid.*

24 Ampl. præsertim vbi sententia † est nulla ex defectu citationis. *Calcan. conf.* 119. *num.* 4. *& seq. Neuiz. conf.* 70. *num.* 1. *in fin.*

25 Ampl. vt Iudex requisitus † possit de nullitate opposita cognoscere. *Angel. conf.* 276. *punctus. Natt. conf.* 529. *nu.* 8. *&* 35. eam afferens rationem, quia sententia nulla non est sententia, & Iudex præstans auxilium illius exequutioni, potius dicitur præstare auxilium actui extraiudiciali, quam iudiciali. Declarando ta-
26 men, *num.* 11. tale examen, † & cognitionem faciendam per inspectionem actorum, non autem, quod desuper fiat processus, cum citatione partis, nec validam esse consequentiam: requiritur causæ cognitio, ergo pars citanda: subdens, *num.* 13. exemplum exequutoris apost.
27 in forma † Dignū, qui licet super idoneitate debeat adhibere causæ cognitionem, non tamen
28 debet aliquem citare. Seu dicitur posse † cognoscere non ad effectum pronunciandi, sed vt informatus referat Iudici requirenti opponi exceptiones, quas quilibet exequutor debet admittere, vt ex *Imol.* tradit *Natt. d. conf.* 529. *num.* 3. *circa med. & num.* 15. & posse cogno-
29 scere de nullitate, † quia requisitus habet parem potestatem, cum requirente etiam Ecclesiastico, vt idem subdit *num.* 35. *Gail. obser-*
30 *uat.* 115. *num.* 5. eam afferens rationem, † quia ista est de exceptionibus, quas quilibet exequutor debet admittere. *Marant. disput.* 1. *n.* 26. *in fin. Tuscus conclus.* 430. *Iudex. num.* 15. concludens laicum posse cognoscere de nullitate sententiæ Ecclesiastici, & illius exequutionem reuocare.

31 Contrarium tenet *Calcan.* † *conf.* 86. *num.* 5. *Bossius, de foro compet. num.* 94. refert Senatum Mediolani solere detecta nullitate referre Iudici Ecclesiastico, & non exequi, addendo quid obseruet, si alia objiciatur exceptio, relati à *Tusc. conclus.* 466. *Iudex num.* 13. *& seq.*
32 † vbi concordat.

33 Ampl. etiam in sententia † lata à delegato etiam Principis. *Marant. disput.* 1. *num.* 26. *in fin.* addendo posse etiam illi resisti, si velit exequi.

34 Ampl. præsertim vbi nullitas † deducitur ex incom-

incompetentia Iudicis, nam denegatur brachium. *Menoch. loquens de Ecclesiastico requisito à laico, de retinend. possess. remed. 3. num. 360. vers. debet.*

35 Ampl. vbi nullitas deducitur † ex defectu iurisdictionis. *Franc. Marc. decis. 269. num. 2. Bellug. in spec. princip. rub. 11. §. tractandum, num. 4. vers. si vero.*

36 Ampl. vt nō solū Iudex † secularis possit negare Ecclesiastico brachium, vbi videt sententiam ex illius ventre esse nullam, vt etiam possit illā reuocare. *Tuscus conclus. 492. exequutio, nu. 7. & seq. relatis Angel. cons. 276. punctus, & Roman. cons. 51. Attentis.*

37 Ampl. vt Iudex requisitus † possit cognoscere de nullitate sententiæ exequendæ, siue ille sit laicus, siue Ecclesiasticus. *Angel. cons. 276. punctus talis. Tusc. conclus. 466. Iudex, n. 16. Ancar* loquens de sententia lata super obseruatione iuramenti parte non citata. *cons. 382. Retento, num. 11.*

38 Contrarium scilicet, quod cognitio † causæ nullitatis sit remittenda Iudici, qui iudicauit, voluit *Galganct. de Iure public. lib. 2. titul. 51. num. 4.* & concludit *Tusc. conclus. 430. Iudex, num. 4. & seq. & conclus. 125. brachium, nu. 16. & dixi supra num. 31.*

39 Limit. vbi de † nullitate non constaret per probationes promptas, vel ex lectura actorum, *cap. qui resistit. 11. quæst. 3.* per quem textum, & alios ita concludit *Afflic. proem. constit. Regni num. 55.* loquens de laico Iudice, qui denegat brachium Ecclesiastico. *Rol. à Val. cons. 37. num. 14. lib. 1. Purpur. in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud. num. 32. Cuman. cons. 141. n. 2. vers. ad secundum. Bal. cons. 36. factumque, lib. 4. vers. super quinto.*

40 Limit. vbi excipitur † de nullitate iuxta leges Iudicis requisiti, si fuerit valida iuxta leges requirentis. *Cuman.* loquens de sententia lata Venetijs exequenda in terris Imperij, *cons. 141. Tusc. conclus. 466. Iudex, num. 18. Isern. ad proem. const. Regni in fin. vers. sufficere.*

41 Limit. vbi nullitas † est turbida. *Natt. cons. 529. num. 8. in fin. Rol. à Val. cons. 37. lib. 1. num. 15. Cancer. var. resol. part. 2. cap. de litter. requisit. num. 35.*

42 Limit. vbi requiritur inferior, *cap. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. Natt. cons. 529. Iudex, num. 34. Marant. disput. 1. num. 6.*

Contrarium tenent relati à *Marant. disput. 1. num. 19.*

43 Limit. vbi excussio nullitatis altiori egeret indagine. *Cyn. & Bal. in l. ab exequutione, C. quor. appel. Fel. cap. de cætero. de re iud. Cancer. var. resol. part. 2. de litteris requisit. nu. 36.* declarando *nu. 37.* quando talis dicatur exceptio.

44 Limit. vbi Iudex requirens † omnem adhibuit diligentiam sibi possibilem, vt suam exequeretur sententiam; nam Iudex requisitus debet præstare auxilium suum absque alia disquisitione iustitiæ, vel iniustitiæ. *Afflic.* loquens de Ecclesiastico Iudice requirente isto casu laicum, *in proem. constit. Regni, num. 54.* eam afferens rationem, quia excipiens de iniustitia non appellando, dicitur negligens, & in culpa damni, quod patitur ex exequutione; nisi agatur de sententia lata in causa mixti fori, vt subdit idem *num. 69. & seq.*

45 Si Iudex requisitus † nolit admittere aliquā ex exceptionibus, quam quilibet exequutor admitteret, an appellandum ad superiorem Iudicis requisiti, vel requirentis. *Auffrer. ad Capel. Tolos. decis. 412. Ias. in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. num. 20. vers. quinto, & Bart. num. 6.*

Quarta exceptio est, si obijciatur sententiā, quam Iudex requirit ab alio Iudice exequi,
46 † esse iniustam. Nam quamuis *Innoc. in cap. 1. de offic. ordin. num. 2. vers. & intelligitur. & Archid. in cap. administratores. 23. quæst. 5. num. 4.* de verbo ad verbum referens dicta *Innoc. & Spec. de sent. execut. §. nunc dicendum, col. 3. vers. hoc etiam not.* velint quod si rex requiratur ab Ecclesiastico, quod puniat aliquē, quem iudicialiter procedendo condemnauit, debeat ille obtemperare requisitioni, absque alia discussione an sententia sit iusta, vel iniusta, alias sit excommunicatus:

Verum quia idem *Inn.* in eodem, *cap. 1. de offic. ordin.* relato multiplici sensu seu intellectu qui datur eidem textui, concludit ex requisitione facta à Iudice Ecclesiastico, non fieri præiudicium secularibus potestatibus, quin inde ipsi faciant iustitiam. Inde plures ab opinione *Inn.* recesserunt, concludentes requisitum
47 † Iudicem posse denegare brachium requirenti, etiam Ecclesiastico, si iniuste postuletur. *Calcan. cons. 119. sanctissimus, in princ. & nu. 6. circa med. Butr. in cap. 1. de offic. ordin.* concludens secularem Iudicem requisitum ab Ecclesiastico debere admittere omnes exceptiones, quas alius exequutor admitteret, idest quas est exceptio iniustitiæ, vt dixi *infra lib. 2. cap. 15. §. 12.* ante *Calcan.* idem dixerat *Oldrad. cons. 89. num. 3. in fin.* concludens secularem Iudicem non debere impartiri suum brachium Ecclesiastico in iniustis, & in ijs, quæ Deo non placent, sed in iustis, & Deo gratis. *Fed. de Senis. cons. 251. num. 3. in fin. vers. quid plus. Old. cons. 89. in fin. Natt. cons. 529. nu. 33. in fin.* & comprobari potest ex dictis *Marantæ, disput. 1. num. 16. & seq. plurib. Afflict.* idem reperit in *proem. constit. Regni, num. 55.* & latius *num. 71. Rol. à Val. cons. 37. num. 14 Menoc. de retinend. remed. 3. nu. 360. in fin. Franc. Marc. decis. 269. nu. 1. Bellug. in Spec. Princip. rub. 11. §. tractandum, num. 4. Tusc. conclus. 125. brachium, num. 15.*

48 Contrarium † tenet *Calcan. cons. 86. num. 5.* suaderi potest illius opinio ex dictis. *Marant. disput. 1. num. 1. & seq. plurib.*

49 Ampl. vt Iudex requisitus † de brachio, antequam illud impartiatur, debet aliqualiter examinare, an iusta sit requisitio, seu præceptum, *cap. administratoris. 23. q. 5. Oldrad. cons. 89. episcopus, num. 3. in fin.* subdens, ex *Io. And. num. 4.* quod remittens criminosum debet aliqualiter cognoscere an iusta sit remissio; &

50 sio; & hoc esse verum, præsertim † si fuit appellatum ex causa probabili. *Aberic. in l.episcopale C.de epis.aud.num.*4, idem repetit nulla secta mentione Oldradi, *Cagnol.in l.cum quadã, ff.de iurisd.omn.iud.num.*33. *vers.quarto. Tuscus conclus.*436. *Iudex. Marant.disput.*1. *nu.*26.*in fin.Rol.à Val.cons.*37. *lib.*1. *num.*7. addendo summarie debere examinare, an iuste exequitatur, non tamen judicialiter citando, inhibendo, vel pœnas comminando contra Iudicem Ecclesiasticum, sed tantum, vt conquerens de iniustitia defendatur à vi illata, vt censuit Rota, declarando, quod alias illa dixerat, & videbantur obstare, in Oscen. Canonicatus: *relata a Theodosio de Rubeis in suis singul. tom.*1.*ad decis. Penia.vers. his tamen*: & cum pro Celidonio Ximenz hæc deduxissem *in Pampilonensi Prioratus de Arghedos*, non displicuere Consilio Hispano.

51 Ampl. quod vbi iniustitia † est euidens, iuste denegari possit auxilium petenti: *Natta cons.*529. *n.*5.*& seq. &* 10. *Marant.disput.*1. *num.*4. addendo posse resisti, si velit exequi, nedum negari illi auxilium suum. *Bellug. in spec. princip.rub.*11.*§. tractandum, num.*4. *vers. hoc limita*. addendo procedere etiam si laicus de causa non posset cognoscere. *Tuscus conclus.*430.*Iudex, num.*16.

52 Ampl. quod si Iudex † requisitus sciat, vel vehementer suspicetur sententiam, quæ petitur ab illo exequi, esse iniustam, possit denegare suum auxilium. *Ancar.cons.*382. *num.*8. *Marsil.sing.*367.*nemo, num.*2.*Natt.cons.*529. *num.*6. 10. *& seq.* eam afferens rationem, quia grauius grauaret exequutor, quam Iudex, qui iudicauit, quia ille verbis, iste facto grauat. *Cagnol. in l.cum quadã, ff.de iurisd.omn. iud. num.*33.*in fin.Ancar.cons.*282. *num.*11. Contrarium tenent relati à *Marant.disput.*1.*nu.*4. *&* 8.

53 Ampl. etiam flageretur † de exequutione sententiæ supremi Principis. *cap.si quando de rescript.Natt.cons.*529. *num.*6. *circa med.Marant.disput.*1.*num.*19.*& seq.* qui plures, & plura cumulat. *Purpurat, l. magistratibus, ff. de iurisd.omn. iud.num.*39. *Bald. cons.*121. *orta. num.*2. *lib.*3. qui loquitur de sententia Regis exequenda ab Imperatore per illius litteras requisitorias.

54 Ampl. vt Iudex requisitus † possit de iustitia cognoscere ad effectum referendi Iudici requirenti, & eo modo quo dixi posse cognoscere de nullitate, vt dixi supra, *vers. tertia, ampliat.*5. *num.*28. *Natt. cons.* 529. *num.*34. *& seq. Bald.cons.*98.*Casus,lib.*3 *Tusc. concl.*466. *Iudex, num.*17. eam afferens rationem ne Iudex requisitus alteri præstet opem ad malum: *Bellug. in spec.princip.rub.*11. §. *tractandum, num.*4. *vers. si ergo*, concludens, posse summarie cognoscere ad se informandum.

55 Ampl. vt sufficiat sola præsumptio † iniustitiæ, vel quod de iure sit supersedendum ad denegandum petitum auxilium. *Alciat.in cap.*1. *de offic. ordin.num.*112. *& seq.*

56 Ampl. etiam vbi agitur † de remissione facienda ad locum delicti. *Tuscus conclus.*430. *Iudex, num.*8.

57 Ampl. præsertim † in sententia lata in criminali iudicio. *Isern.in cap.*1.*de contr.inter vassal. & alium, num.*15. *vers.sed quid*, & *circa fin.* addit procedere siue Iudex requisitus sit par, siue subditus, & *in proem. ad Const.* Regni, *vers.si autem est criminale*.

58 Ampl. etiam † vbi ordinarius requiritur à delegato Principis. *Marant. disput.*1. *num.*16. *& seq.plurib.*

Contrarium suadent considerata à *Marant. disput.*1.*num.*1.*& seq. plurib.*

59 Ampl. præsertim † si agatur de exequutione sententiæ latæ in casu, quo Iudex requisitus erat etiam competens, seu in casu causæ mixti fori. *Afflic.* loquens de laico requisito ab Ecclesiastico, qui iudicauit de crimine, vel causa mixti fori, *in proem.constit.Regni, num.*69. *& seq.* concludens denegandum brachium, si ex actis detegat sententiam iniustam, etiam quod ab illa non fuerit appellatum, *Alciat. in cap.*1.*de offic.ordin n.*103. *&* 119.*& seq.Clar.* §.*fin. quæst.*96. *num.*7. *in fin. Decian. Rerum Criminal.lib.*4. *cap.*9.*num.*129.

60 Ampl. præsertim † si exequuta sententia iniusta sequitur præiudicium irreparabile eius, qui passus est exequutionem. *Purpur.l.magistratibus, ff. de iurisd.omn.iud.num.*34.*& seq.* addendo licere e manibus exequtoris eripi eũ, qui iniuste est puniendus: quod tamen dico esse periculosum facere: & ista refero, vt admoneantur Iudices iuste iudicare, & quos tumultus suis iniquis sententijs facile possint excitare. *Mayner.in l.qui iussu, ff.de regul. iuris, n.*

61 5.*& seq.* concludens carnificem † debere resistere, ne exequatur sententiam aperte iniustam.

62 Limit. vbi iniustitia † est turbida, vt puta quia non fuisset appellatum, vel petita in integrum restitutio, vel non supplicatum Principi pro reuisione. *Isern.in c.*1. *de contr. inter vas. et alium, num.*15.*vers. in ciuili. Purpur. in l.magistratibus, ff.de iurisd.omn.iud.n.*32.*et seq*

63 Limit. vbi superior † mandat inferiori, vt suã exequatur sententiam, nam non debet ille de iustitia, vel iniustitia disquirere. *Marant. in prax.disput.*1. *num.*6.*&* 8.*in fin.*

64 Limit. vbi excipiens † de iniustitia potuit remedio appellationis sibi consulere, & non consuluit. *Bellug.in spec.princip.rub.*11. §.*tractandum, num.*4.*vers. si autem super meritis*.

65 Limit. vbi iniustitia † non est euidens. *Tuscus conclus.*125. *brachium, num.*6. declarando tunc dici euidentem nullitatem, quæ ex ventre sententiæ detegitur, & tunc requisitum Iudicem non posse cognoscere, sed debere remittere ad requirentem Iudicem, etiam Ecclesiasticum.

66 Limit. vbi iniustitia † non probatur per probationes in promptu, seu ex actis. *Afflic. in proem Const. Regni, num.*55. qui loquitur vbi ab Ecclesiastico imploratur brachium seculare. *Purpur.l, magistratibus, ff.de iurisdict. omn. iud.num.*32.*& seq.*

Limit

67 Limit. vbi Iudex requisitus non potest, vel est incapax cognitionis causæ in qua lata est sẽtentia. *Afflic. loquens* vbi lai cus requiritur ad exequendam sententiam in causa hæresis, *in procm. Constit. Regni, num.* 56. & eadem ratione idem dicendum censeo de quacumque alia causa spirituali, reprobando *n.* 68. *Bart. Alberic.* & alios dissentientes. *Purpur. late agit. in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 24. *& seq. plurib. & Decian. rer. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 122. *cum quatuor seq. Clar.* §. *fin. quæst.* 96. *num.* 7. vbi refert testantes, Senatum Mediolani in contingentia facti tenuisse *opin. Bart.* & liberasse iniuste condemnatos de hæresi, affirmando aliud suis temporibus fuisse seruatum, & seruari in Hispania, nec etiam minui pœnam. *Alciat, latè in cap.* 1. *de offic. ordin. num.* 100. *& seq. plurib. Bellug. in Spec. Princip. rub.* 11. §. *tractandum. num.* 4. *verf. tu vero plenius.*

68 Limit. vbi Iudex † vult suam sententiam exequi iuxta pœnas Canonum, & requirit tantum laicum, vt sibi accommodet familiam, nam absque alia discussione debet sibi auxilium præstare, *l. episcopale. C. de epis. aud. Decian. rerum crimin. lib.* 4. *titul.* 11. *num.* 127. *Berret. cons.* 4. *num.* 15. *Vulpel. de libert. Eccles. part.* 3. *num.* 32. *Alciat. in cap.* 1. *de offic. ordin. num.* 120.

Iudici autem quando possit resisti volẽti exequi sententiam iniustam, dixi *infra cap.* 28. *nu.* 83. *& seq.*

---

§. V.

SVMMARIVM.

Executio sententia non potest fieri ab eo pro quo est prolata. 1. *et quare.* 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30

Menoc. sibi contrarius. 7. *in fin.*

Possessionem rei sibi debita quando liceat ingredi propria auctoritate. 14.

Sententia lata in iudicio retinendæ trahit secum executionem. 27. *in fin.*

IVrium conditores mirum in modum fuisse diligentes, vt quæ Iudices suis sententijs decernũt, exequutioni demandentur, patet ex relatis in antecedentibus. Ne tamen vnde iura inde iniuriæ proficiscerentur, fuit expresse constitutum, & prohibitiue, quia omnis victoria est
1 insolens, ne quis † sententiam pro se latam ipse exequatur, *l. extat. ff. eo quod metus caus. l. non est singulis, ff. de regul. iuris, vbi Cagnol. n.* 5. *in fin. Bursat. cons.* 269. *num.* 29. *l. miles.* §. *qui iudicati, ff. de re iud.* vbi *Bart. et Alex.* notant *in princ. et Ias. num.* 1. *T. usc. conclus.* 492. *exe-*
2 *quutio, nu.* 27. *et seq.* vbi præterea refert plures rationes. *Bart. l. creditores,* 2. *C. de Pignor. num.* 1.

3 Ampl. vt exequens † sententiam ad suum fauorem latam, incidat in edictum D. Marci, idest amittit ius crediti. *l. extat. ff. eo quod metus caus. Bursat. cons.* 269. *num.* 20. *Bart. in l. miles.* §. *qui iudicati. ff. de re iud. in princ. Surd. cons.* 168. *num.* 31.

Ampl. vt exequens sententiam pro se latam,
4 † conueniri possit actione furti, ac vi bonorum raptorum. *l. miles.* §. *qui iudicati, ff. de re iud. Bursat. cons.* 269. *num.* 20.

Ampl. vt exequens sententiam pro ipso latam,
5 committat † spolium. *Inn. in cap. cum nostris de concess. præbend. num.* 4. *Bart. l. creditores. C. de pignorib. & in l. iuste possidet. ff. de acq. possess. Ripa l. naturaliter* §. *nihil commune, ff. de acq. possess. num.* 62. addendo procedere etiam si sen-
6 tentia † esset iusta, & valida, eum alijs cumulatis à *Menoc. de recup. possess. remed.* 8. *num.* 32. *Surd. cons.* 168. *dubitat. num.* 32. *circa fin.* ad-
7 dendo procedere † siue exequatur resistente cõdemnato, siue non: licet *cons.* 160. *num.* 47. *in fin.* sequendo Ripam aliud senserit.

8 Ampl. etiam quod sententia † fuerit lata super restitutione rei. *l. qui restituere, ff. de rei vendicat. Ias. in l. miles.* §. *qui iudicati, ff. de re iud. num.* 1. *in fin. & Bart. in princ.*

9 Ampl. vt nec acquirat † possessionem, qui pro se latam sententiam exequutioni mandat. *Honded. cons.* 20. *lib.* 1. *num.* 24. 26. 27.

10 Ampl. etiam si agatur † de sententia lata in iudicio adipiscendæ, *Ant. Fab. Cod. lib.* 7. *titul.* 2. *definit.* 45.

11 Ampl. quod si † sententia fuerit nulla, non excusetur exequens illam, à pœna imposita ijs, qui ius sibi dicunt, licet quælibet causa etiam bestialis excuset à pœna. *Fel. in cap. de cætero, de re iud. num.* 15.

12 Ampl. præsertim in † beneficialibus. *Fel. in cap. de cætero, de re iudicat, num.* 15.

13 Ampl. etiam si non inueniat, † qui illi resistat, si tamen victor asserat id facere, & exequi propria auctoritate, nisi victus consentiat exequutioni. *Felin. in cap. de cætero, de re iud. n.* 16. addendo passum talem exequutionem, tanquam spoliatum redintegrandum: nec obstare notorium defectum iuris resultantem ex sentẽtia in illum prolata. Subdens deinde *in vers.*
14 *dic plenius,* † distinctionem quando liceat, & non liceat propria auctoritate ingredi possessionem rei sibi ex sententia debitæ.

Ampl. vt exequens sine apparitore sententiã
15 † iniustam pro se latam, incidat in pœnam *l. meminerint. C. vnd. vi,* vt distinguendo *ibidem* concludit *Bart. num.* 8.

16 Ampl. præsertim si agatur † de repræsalijs. *Cast. cons.* 38. *super lib.* 1. *in princ. T. uscus conclus.* 198. *repræsaliæ, num.* 22. *& conclus.* 200. *repræsaliæ, num.* 3. *& seq.*

17 Ampl. præsertim si agatur † de exequutione reali, etiam ex pacto, vt dixi *infra* §. 11.

18 Ampl. vt amittat ius quod † habet, vt ex *Innoc.* concludit *Guid. Papa, decis.* 107. *licet in fine. Cancer. var. resol. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. addendo amittere etiam dominium.

19 Limit. vbi Princeps † causa cognita, vel ex certa scientia, restituit aliquem ad possessionem

Pp ali-

aliquorum bonorum. *Angel. Aret. conf.* 19. *videtur omnino, num.* 19. *in fin.* & dixi *infra num.* 26.

20 Limit. vbi pacto conuentum † fuit, exequutionem conuentionis, vel sententiæ fieri posse ab ipsomet victore, vel pro obseruatione contractus, sit couentum, vt creditor propria auctoritate ingredi, & capere possit bona debitoris morosi, vt dixi. §. 11. *& seq.*

21 Limit. vbi Iudex † victori dedit licentiam exequendi sententiam pro illo latam, vt dixi §. *seq.*

22 Limit. vbi ius victoris † esset periturum breui, nisi per se ipsum exequeretur suam sententiã. *Alex. in l. miles*. §. *qui iudicati, ff. de re iud. num.* 1. *circa med.* & *ibidem Iaf. num.* 2. *in fin.* addit, si cum tali periculo concurrebat deficientia exequutorum. *& num.* 3. exempla refert, si nisi exequuta sententia perirent animalia, quæ esse restituenda pronunciauit Iudex, vel exsiccaretur vinea, ex dilatione, & similia sequi possent incommoda. *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *verf.* 3. *ampl. num.* 4.

23 Limit. vbi agitur de † exequutione sententiæ latæ super statu matrimonij cum vxore, cum qua fuit matrimonium consũmatum: nam maritus potest ipse exequi sententiam, & mulierem trahere ad domum suam. *Iaf. in l. miles*. §. *qui iudicati, ff. de re iudic. num.* 5. *& seq. Bart.* tamen *ibidem, num.* 8. in hoc remittit se ad Canonistas.

24 Limit. in exequutione † sententiæ latæ ad fauorem spoliati. *Surd. conf.* 169. *Remedium, num.* 48. concludens spoliatum lata sententia ad illius fauorem posse absque executoris auxilio ingredi possessionem propria auctoritate, quia qui habet sententiam pro se in possessorio non multum peccat, si absque exequutore ingrediatur possessionem, nec minus tali casu agi cum illo posse de attentatis, vt censuit *Paris. conf.* 108. *lib.* 1. *num.* 23. *& seq.*

25 Limit. vbi non habetur † copia exequutoris. *Glof. & DD. in l. nullus*. C. *de iudic. Alex.* ampliando etiam si res, de qua lata est sententia, non sit breui peritura. *Alex. in l miles*. §. *qui iudicati, num.* 1. *verf. ego puto, ff. de re iud. & Iaf. num.* 2. *verf. secundo, & nu.* 3. vult vt cum deficientia exequutoris concurrat periculum interitus rei. *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampl.* 3. *num.* 4. *& seq.* vbi cumulat plures concordantes, & alia exempla refert. *Bald.* loquens in casu absentiæ magistratus, cuius aduentum expectare esset inutile, *in cap.* 1. §. 1. *de confuet. recti feud. num.* 8. Veluti si ageretur de debitore fugitiuo, vel præparante se ad fugam. *Ancar. conf.* 192. *in auxilium*.

26 Limit. vbi Princeps causa † cognita, vel ex certa scientia restituit aliquem ad possessionem bonorum. *Angel. Aret. conf.* 19. *videtur omnino, num.* 58. *& seq.* concludens quod licet regulariter restitutio intelligatur circa, quæ iuris sunt, tamen quando Princeps restituit ad ea, quæ sunt facti, vt est possessio bonorum, non requiritur alia citatio etiam si Princeps det exequutorem, quia est merus exequutor. *Arctin.* sequitur *Tuscus conclus.* 492. *exequutio num.* 24.

27 Limit. vbi sententia † lata est super manutentione. *Surd conf.* 16. *Remedium, num.* 47. *circa fin. Ant Fab. Cod. lib.* 7. *tit.* 2. *defin.* 45. addendo ideo dici quod sententia lata in iudicicio retinendæ trahit secum exequutionem.

28 Limit. in sententia † lata in causa status. *Iaf. in l. miles*. §. *qui iudicati, ff. de re iud. num.* 9. quem sequitur *Afin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampl.* 3. *vers. tertio ampliatur tertia*.

29 Limit. in sententia lata † in incorporalibus, in cuius exequutione sufficit victoris denegatio, *Angel. in l. ordo*. C. *de exequut. rei iudic. quem refert & sequitur Afinius in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 3. *verf. quarto ampliatur prædicta*.

30 Limit. vbi agitur † de executione in bonis debitoris, si pactum fuerit, vt propria auctoritate quis capere illa possit, vt dixi. §. 12.

Limit. vbi lata est super incorporalibus. *Inn. in cap. cum nostris, de concef. prabend. in fin.* sequitur *Bal in l traditionibus*. C. *de pact. & in l.* 1. *in fin.* C. *commun. vtriusq. iud. & in l. quoties*. C. *de rei vendicat*, vt refert *Cancer. var. resol part* 2. *cap.* 10. *num.* 6.

§. VI.

SVMMARIVM.

Iudicis licentia seu mandatum facit licitum, quod alias est illicitum. 1. *ampl. ibid.*

Executio facta à victore de licentia Iudicis est valida. 2. *Contrarium*. 3. *Concorda*. 5. *Ampl.* 6. 7. 8. 12. 14. 15. 16. 17. 18. *Limit.* 19. 20. 22. 23. 24. 25. 26

Emphiteota an in casu caducitatis possit expelli à domino propria auctoritate. 4

Executio sententiæ facta ab ipso met victore est valida si Iudex mandet illam fieri citra vim, & ita fuerit facta. 7

Ampliatiam si non fuit apposita clausula citra vim. 8. *et quare*. 9. *Contrarium, si deficit dicta clausula*. 10. *Concorda*. 11

L fin. §. *fin. ff. eo quod met. cauf. declaratur*. 13

Iudex potest dare licentiam victori, vt exequatur sententiam pro se latam etiam contra resistentem de facto. 20. *Contrarium*. 21

Bart. et Bald. contrarij. 8

Ommune est assumptum, quod Iudicis
1 † iussum, seu licentia, facit licitum, quod alias est illicitum. *glos. l. facti.* §. *qui iussu. ff. de ijs, qui notant. infam.* præsertim si agatur, de pœna vitanda. *l. si quis id quod.* §. *doli mali ff. de iurisd. omn. iud.* cũ *alijs cumulatis a Mayner. in l. non videtur*. §. *qui iussu. ff. de regul. iur. num.* 3. *circa fin. verf. ex quibus*. *Dyn. in cap. quod quis mandato, de reg. iur.*

Ideo quæcumque dixi in antecedenti §. de
2 nullitate † exequutionis factæ ab ipsomet victore, limitanda sunt vbi quis de licentia Iudicis

dicis exequitur sententiam pro se latam. *Bart. in l. iuste possidet. 11. ff. de acquir. possess. nu. 2. in princ* asserens idem censuisse *Oldrad. & Iacob. de Aren.* licet communiter sententiæ exequantur per apparitores. *Bart. in l. miles. §. qui iu. dicati, ff. de re iud. in princ. & Cast. in princ. Cuman. num. 2.* Angel. Alex. Imol. *& Ripa. ibidem omnes, num. 1. Angel. in l. ordo. C. de exequut. rei iud. num. 2. Conrad. de offic. prætor. lib. 1. cap. 9. §. 2. de exequut. sentent. num. 4. Bald. conf. 345. ad euidentiam. lib. 1. nu. 2. vers. item potest.* Cast. *conf. 255. Viso suprascripto. lib. 1. num. 2. circa fin. Honded. conf. 20. lib. 1. num. 28. Ias. l. iuste possidet, ff. de acq. possess. num. 13. & seq. Ruin. conf. 102. lib. 5. num. 8. circa fin. Marant. in prax. part. 6. §. recte concipiatur citatio, nu. 45.* Pechius *de iure sistendi, cap. 15. num. 2.*

3 Contrarium voluit *Dynus* † motus *l. non est singulis, ff. de reg. iur.* vt refert Bart. *in l. iuste possidet. 11. ff. de acq. possess.* & idem sentiunt alij *ab eodem Bart. relati, in l. creditores, 2. C. de pignor. num. 18. circa fin. vers. vos scitis. Angel. in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. col. 1. vers. item aduerte.* & conferunt quæ

4 de emphiteota dicuntur, † qui in casu commissi non potest expelli propria auctoritate Domini, vt late tradit *Caldas de empt. & vendit. cap. 25. nu. 35. & seq. plurib.* vbi refert dissentientes, & concordat.

Concorda per *Angel. in l. qui restituere, ff. de rei vend. col. 1. vers. item aduerte.* Quæ concor-

5 dia redigitur ad sensum, si victor † exequendo non habeat contradictorem. *Mayner. in l. non est singulis, ff. de reg. iuris, num. 8. vers. dummodo.*

6 Ampl. etiam si sententia Iudicis † esset inualida, & agatur de pœna corporali in eum imposita, qui alium in sua possessione molestat; secus quo ad aliam pœnam, quia stante nullitate sententiæ, exequendo illam per se ipsum, dicitur esse in lata culpa. *Bart. in l. iuste possidet. 11. ff. de acq. possess. num. 4.* idem sentit *Bald. in quæst. accusatus. §. aliud iam incipit, n. 20.* vbi refert qui sequantur, & reprobent *Bart. in d. l. iuste possidet*, subdens *num. 24. & 28.* locum esse pœnæ aduersus scientem sententiam esse inualidam ex defectu citationis, vel alio simili, nisi agatur contra mulierem, vel minorem, & si miles, quos iuris ignorantia excusat.

7 Ampl. præsertim vbi Iudex † in licentia data apponit conditionem, quod fiat exequutio citra vim. *Bart. l. iuste possidet. 11. ff. de acq. poss. num. 4.*

8 Si autem Iudex non apponat † relatam conditionem, dissentiunt *Bart. & Bald.* Nam quod possit victor etiam cum vi, exequi suam sententiam, tenet *Bald. in quæst. accusatus de vi turbatiua. §. aliud nu. 1. in fin*, addendo Bart. insipide, & male loquutum, dum aliud censuit,

9 ea motus ratione, † quia lata sententia, quis fieri potest exequutor in re sua, & lex armat me, non ego me ipsum, vt possim vim inferre cum moderamine, tanquã officialis Prætoris. *Baldi* opinionem, & dicta late comprobat *Fel. in cap. de cætero, ff. de re iudic. nu. 14.* & in hanc sententiam videtur inclinasse *Alex. in l. iuste, ff. de acq. possess. num. 29. & seq. plurib.* & sequitur Menoc. *de recuperand. remed. 8. nu. 38. & seq. vers. contrariam*, addendo semper tenuisse *opin. Bald.* veriorem, & *nu. 34. & seq.* respondet obiectis.

10 Contrarium tenet † *Bart. in l. iuste possidet. 11. ff. de acquir. possess. num 4. in fin.* & illum sequuntur addentes *ad Bald. in quæst. accusatus, §. aliud. num. 2. 4. & seq.* & *Bartoli* opinionem esse æquiorem, & *Baldi* in iure veriorem refert *Alex. in l. iuste, ff. de acq. possess. nu. 28. in fin.* & *Bartoli* opinionem æquiorem, & scandali euitatiuam tenendam censent *Cagnol. in l. non est singulis, ff. de regul. iuris, num. 5. circa fin. relati à Menoc. de recuperand. remed. 8 num. 32. Bursat. conf. 269. num. 23.*

11 Concordatur tamen, † vt per *Alex. in l. iuste, ff. de acq. possess. num. 29.* vt opinio *Bartoli* sit vera, vbi exequendo est opus causæ cognitione: *Baldi* vero vbi opus non est causæ cognitione, vel vbi lex expresse dat licentiam exequendi contra resistentem.

12 Ampl. præsertim vbi licentia † exequendi data fuit victori parte citata. *Bart. l. meminerint, C. vnde vi, num. 2. vers. et ergo tertius. Alex. in l. iuste possidet. ff de acq. possess. nu. 28. vers. dicit. Ias. in l iubere, ff. de iurisd. omn. iud. n. 4. post med. vers. tu dic.* subdens exequentem sine tali licentia incurrere in pœnas *l. meminerint. C. vnd. vi.* & ita consuluisse *Bartolum Alex.*

13 *& alios.* Verum ponderando *l. fin. §. fin.* † *ff. eo quod met. caus.* & pluta deducendo, quod valida sit exequutio sine partis citatione, nihil concludit, sed cogitandum de resolutione, quæ pendet à vero intellectu *d. §. fin.* quem remissiue retuli in meis Collectaneis ad eundem textum. *Tuscus* tamen, *conclus. 409. possessio, num. 12.* videtur conciliasse, vt non requiratur citatio, si licentia detur ab eodem Iudice, qui sententiam tulit, secus si non ab eodem.

14 Ampl. præsertim † in sententia lata in possessorio. *Bald. conf. 345. ad euidentiam, lib. 1. n. 2. vers. item potest concedere.*

15 Ampl. præsertim † vbi sententia est exequenda in eadem re, de qua fuit cognitum, & pronunciatum. *Alex. conf. 2. ex narratis, lib. 4. num. 10. vers. et index potest*, cum alijs relatis *à Tusc. conclus. 492. exequutio, num. 21.*

16 Ampl. etiam in exequutione † mandati de perquirendo alicubi rem furto ablatam: licet tutius sit, ad euitanda scandala talem perquisitionem fieri à lictoribus. *Clar. §. furtum, num. 3.*

17 Ampl. etiam si agatur † de represalijs. *Cast. conf. 78. super, lib. 1. Tuscus conclus. 198. Represalia, num. 22. et conclus. 200. Represalia, num. 3.*

18 Ampl. præsertim vbi ius † partis est clarum, exequutio est facienda in re, de qua est lata sententia. *Bald. conf. 345. n. 2. vers. item potest lib. 1.* addendo, multo magis si talis licentia sit data

à Principe, vel à Statuto. *Tusc. conclus*.524. *exequutor.num*.3. *et* 5.

19 Limit. vbi agitur de † sententia exequenda à victore in persona victi, vt dixi *infra*, *§*.11.

20 Limit. vbi Iudex † daret licentiam victori exequendi sententiam contra victum etiam de facto resistentem. *Bart. in l. creditores*. 2. *C de pignor.num*. 18. *vers. non tamen credo, & vers. aut Iudex*, eam afferens rationem, quia Iudex diceretur auctor rixæ, & tumultus, idem clarius repetens *ibidem in fin. Bart.* sequuntur *in cap. de cætero. de sent. & re iud. Abb. num*. 10. *& Fel. num*. 13. *in princ.* vbi alias idem tenentes refert, subdens quid dicendum, si inde sequantur vulnera, vel homicidia. *Bart.* sequuntur etiam *Conrad. de offic. prætor, lib*. 1. *cap*. 9. *§*. 2. *de exequut. sent. nu*. 4. *Afin. in prax*. §. 31. *cap*. 2. *ampl*. 3. *vers*. 2. *ampliatur, num*. 3. *Alex.* & ab illo relati *in l. quia tale. §. eleganter. ff. sol. mat. num*. 6. *vers. sexto. Mayner, in l. non est singulis, ff. de regul. iuris, num*. 7. *& seq.* testans de communi. *Ias. l. iuste possidet. ff. de acq. possess. numer*. 21. vbi de communi, & *num*. 22.

Contrarium scilicet, quod Iudex possit dare licentiam victori, vt contra victum, resisten-
21 tem † exequatur suam sententiam, tenent relati *supra, vers. si autem Iudex*, relati à *Ias. in l. iuste possidet, ff. de acq. possess. num*. 19. *& seq.*

22 Limit. si in exequutione † facienda, adhibenda sit causæ cognitio. *Abbas. in cap. de cætero, de re iud. num*. 11. quem refert, & sequitur *Afinius in prax. §*. 31. *cap*. 2. *ampliat*. 3. *vers*. 2. *ampliatur, num*. 3. *Cagnol.* plures congerens, *in l. non est singulis, ff. de regul. iuris, num*. 5. *Tuscus conclus*. 492. *exequutio, num*. 22. vbi exempla refert.

23 Limit. vbi sententia, † quam quis ad suum fauorem latam exequitur, est iniusta, nam non euitat pœnas *l. meminerint. C. vnd. vi*, vt concludit *ibidem Bart. num*. 3. *testans de communi*.

24 Limit. vbi sententia est nulla, † quia prolata non seruato ordine iuris, nam excepto casu, quo agatur de pœna corporali, vt dixi supra, *ampl*. 1. exequens sententiam pro se latam incidit in pœnas, quæ sunt impositæ dicentibus sibi ius in causa propria. *Bart. in l. meminerint. C. vnde vi, num*. 3. *Bart. in l. iuste possidet*. 11. *ff de acq. possess. num*. 1. *& Alex. num*. 27. *& seq.*

25 Limit. vbi agitur de † perquisitione rei furtosub tactæ, nam ad euitanda scandala, illa non debet parti committi. *Clar. §. factum, num*. 3. *vers quaro numquid*

26 Limit. vbi quis vellet † exequi sententiam tanquam victor in causa, non autem tanquam exequutor. *Ruin. cons*. 102. *Viso. lib*. 5. *num*. 8. *in fin.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Berruarij officium publicum est vtilitate, & necessitate. 2

Berruarius non recipit facultatem exequendi ex scripto mandato Iudicis, sed ab officio sibi exequendi iudicum iussa collato. 1. 3. *Potest exequi, qua prior Iudex mandauerat, absque licentia successoris*. 4. 7. *& quare ibidem. Contrarium*. 6. *Ampl. primam opin*. 8. 9. 10. 11. 12

Praxis Tusciæ, & Melitæ, vbi de credito constat instrumento guarantigiato. 12

Antonius Tornielus Inquisitor Melitæ. 13

Executoris potestas anno expirat. 18

Berruarius vnius Curiæ an possit exequi mandata alterius Curiæ Distingue. 19. 20. 23. 24. 25. 26

Executorum merces antiquitus erat fisci, nunc autem est propria illorum. 21. 22

Berruarius non potest exequi sententiam superioris in territorio inferioris, nisi ab illo petita licentia, aut facto participe executionis faciendæ. 27. 31. 36. 37. 42. *& quare*. 30

Ampl. 28. 36. 37. 39. 40. *Contrarium*. 46. 47. *& quare*. 48. 55. 56. *Ampl*. 62. 64. 65. 67. 68. 73. 75. 76. 77

Executor regius si delinquat in terra, inferioris ab eodem punitur admonito superiore. 31

Delegatus Principis punitur ab ordinario, si delinquat in delegatione. 22. *Ampl*. 32

Executor si excedat in exequendo, potest illi resisti. 33

Iudices omnes debent subditos suos tueri. 34. *Ampl*. 35

Delegato non creditur nisi docto de litteris delegationis. 38. *Ampl*. 39. 40. 41

§. Eos autem, auth. de collation. declaratur. 43

Executor tributorum Principis, vel alterius personæ debet exhibere speciale sibi datum mandatum. 45

Feudatarius est vtilis dominus feudi, et ad eum spectant mulcta, et confiscationes. 49

Dominus potest præcipere vassallo, vt causam terminet infra certum tempus. 50

Potestatem alteri nemo potest dare quin maiorem penes se retineat. 51

Cap. dudum. §. nos igitur de præbend. in sext. est singulare. 52

Princeps potest concurrere cum suo inferiore in ministranda iustitia. 53

Procuratorem constituens ad præsentandum, potest alium cumulatiue præsentare. 54.

Episcopus potest ipse facere, quæ facere concesserat suo vicario. 54

Imperialis essentia, et substantia, quæ sit. 55

Potestatis supremæ inferior non est capax. 56. *Iura illius non sunt communicabilia, et translata, quouis modo sunt reuocabilia, sine alicuius iniuria*. 57

Castro

Difficultates sex excutiam hoc §. Prima an facti executor, seu apparitor, vel Birruarius, mortuo Iudice, vel dato illi successore, possit absque nouo mandato exequi sententiam, cuius exequutio fuerat sibi demandata. Secunda, an Birruarius vnius Curiæ possit exequi sententiam Iudicis alterius Curiæ absque licentia Iudicis illius Curiæ. Tertia, an Birruarius volens exequi mandatum, seu sententiam superioris Iudicis in territorio inferioris, possit id facere absque licentia, vel communicatione inferioris. Quarta, an excommunicato Iudice, qui tulit sententiā, exequutor possit illam exequi. Quinta, an mortuo Iudice requirente e suam exequi sententiam, expiret Iudicis requisiti exequendi facultas. Sexta, quanto tempore duret exequutoris facultas exequendi.

Quoad primam, cum isto casu exequutor ha-
1 beat facultatem † exequendi ratione officij, illiusque proprium munus sit iudicum iussa exequutioni de mandare, sitque illius officiū,

2 vt alibi dicebam, publicum † necessitate, & vtilitate, quia parum, aut inutile esset ferri sententias, nisi adessent personæ, per quas exequerentur. §. *final. inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* Nec recipiat facultatem † exequendi ex
3 chartula mandati Iudicis, quæ tantum probat, quæ ille iussit; Mortuo, vel alias cedente, vel
4 recedente Iudice, † potest Birruarius exequi, quæ habuit in mandatis à priore Iudice, absque nouo mandato, vel licentia. *Bart. in l. fundi* 33. *in fin. ff. de acq. poss. & in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. vers. & per hoc dico*, quem refert, & sequitur alijs idem sentientibus cumulatis, *Dec. cons.* 404. *Viso eleganti, nu.* 11. *vers. si ergo*. Quibus addo congesta à *Ias. in l. more, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 62. *& seq.* asserens *Bartolum* variasse, † dum assumptum
5 istud credidit probari *ex cap. si super, de offic. deleg. in sext. & l. fundi paterni, ff. de acq. poss. Couar.* plures idē sentientes referens, *pract.*
6 *quæst. cap.* 11. *num.* 2. *vers. secundo*, & quamuis *Bald. in d. l. more, num.* 6. afferat contrarium seruari Papiæ, & Perusiæ: testatur *Angel in l. fundi, ff. de acq. poss. num.* 2. *vers. & ideo*, & eam praxim esse meliorem, vt impetretur licentia exequendi à successore, quia exequutor est organum Iudicis, in cuius persona est formāda exequutio. *Ias.* tamen *ibidem num.* 62. re-
7 probato † *Baldo*, assentitur *Bartolo*, cum alibi ille dixisset, exequutorem esse organum officij, sui, quod nunquam moritur. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *titul.* 23. *num.* 49. *& seq.* vbi plures alias rationes refert, & dignas tanti Doctoris. *Marsil. in l. fin. ff de iurisdict. omn. iud. num.* 183. concludens ex *Angel.* & alijs præceptum Iudicis emanatum causa cognita, non expirare morte, vel aliter mutata persona præcipientis. *Petr. Pechius de iure sistendi cap.* 4. *num.* 16. *cum alijs relatis à Vinc. de Franc. decis.* 405. *num.* 2. *& seq. pluribus*, vbi de communi. *Rubeus in l. non solum. §. morte, ff. de nou. oper. nunc. num.* 19.

8 Ampl. præsertim † vbi mandatum de exequendo sententiam fuit datum, seu decretum, & relaxatum, causa cognita. *Angel. in l. fundi, ff. de acq. poss. num.* 2. *& in l. si per epistolam, ff. de acq. hered. num.* 2. *Ias. l. more, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 2.

9 Ampl. præsertim si † sententia sit diffinitiua, & trahat secum irreparabile præiudicium. *Angel. in l. puto tamen, ff. de postul. num.* 2. *in fin.* concludens mandatum de decapitando aliquē, non expirare per cessum, vel decessum Iudicis, qui illud dedit.

10 Ampl. etiam si ageretur † de mandato de immittendo, vel de capiendo debitorem. *Angel. in l. fundi, ff. de acq. poss. num.* 2. idem dixisse *Bald. refert Vinc. de Franc. decis.* 405. *num.* 6. *circa fin. Rubeus in l. non solum, in §. morte, ff. de nou. oper. nunc. num.* 19.

11 Ampl. e contra † si moriatur Birruarius, seu Barisellus, vt illius successor possit exequi absque alio mandato, *Ias. l. more, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 63. Nisi fuerit etiam mutatus Iudex. *Rot. recent. decis.* 365. *num.* 5. *in fin part.* 1.

12 Limit. vbi mandatum † in bona, vel personā fuit relaxatum, causa non cognita *Angel. in l. fundi, ff. de acq. poss. num.* 2. exemplum referens praxis Tusciæ, vbi exhibito instrumento cum guarantigia, absque alia discussione, relaxatur mandatum contra obligatum: & eandem praxim retulit mihi vigere in Insula Melitæ
13 † R. P. D. Antonius Torniellus, qui postremis annis Pontificatus Pauli. V. fuit ibidem Inquisitor Apost. Exemplum etiam esse posset, si in Rom. Cur. ab aliquo ex Collateralibus Cur. Capitolij relaxatum esset mandatum de immittēdo aliquem in possessionem, tanquam hæredem alicuius defuncti ab intestato: nam si cedat, vel decedat, vel desinat esse Collateralis, exequi non potest mandatum sine licentia successoris, *idem Angel. in l. si per epistolam, ff. de acquir. hered. nu.* 2. *&* 3. idem repetit, & dixerat *Bald.* & post illum *Fulgos. in l. more, ff. de iurisdict. omn. iud. Vinc. de Franc. decis.* 405. *citato, num.* 7. addendo exequutionem isto casu esse nullam.

14 Limit. vbi mutatus est Iudex, † & exequutor; nam citandus est condemnatus. *Rota recent. decis.* 365. *part.* 1. *num.* 5. *in fin.*

15 Limit. vbi exequutio † facienda esset contra hæredem eius, contra quem relaxatum fuit mādatum. *Vinc. de Franch decis.* 405. *citato, n.* 8. addendo procedere etiam si ageretur de exequutione facienda in re petita, & possessa ab hærede.

16 Limit. vbi agitur de † exequutione sententiæ interlocutoriæ. *Angel in l. puto autem, ff. de postul num.* 2. concludens renouandam esse licentiam à successore Iudicis, qui interlocutoriam tulerat, & hanc esse bonam praxim. *Ias. in l. more, ff. de iurisd. omn. iudic. num.* 62. *in fin.*

17 Limit vbi exequutor vult † exequi post annum, quo datum sibi fuit mandatum *Bart. in l. si finita. §. si quis metu. in fin. ff. de damn. infect. & in l. prætor. §. in cum, ff. de bon. aut. iud. possid.* Et ratio est quia potestas exequuto-
18 ris † anno finitur, *cap. querenti, de offic. delegat.* Ideo post annum pars est citanda ad videndum fieri exequutionem. *Bal. cons.* 35. *lib.* 5. *Guid. Pap. decis.* 329. *Dec. cons.* 404. *num.* 10. *circa fin. Ias.* tamen vult biennio finiri potestatem exequutoris, *in l. more, ff. de iurisd. omn. iud. num.* 64. Sed hoc intellige in executore Iudicis delegati; secus si fuerit ordinarij, vt dixi *infra vers. in ciuilibus*.

19 Quoad secundam distinguendum † est, an agatur de exequutione mandati relaxati in loco vbi plures sunt Curiæ, seu tribunalia, vt puta Auditor Cam. Vrbis Gubernator, Cardinalis Vicarius S. D. N. Senator Vrbis, cum suis Collateralibus, & Conseruatoribus, vt reliquas omittam; qui omnes, & singuli, suam habent armatam familiam, cum suo Capite nuncupato, Barigellus Vicarij, Gubernatoris, Aud. Cam, Curiæ Capitolij: & hoc casu eum mandata exequenda dirigantur, & imponantur quibuscūque exequutoribus etiam sub pœnis, cuiuscū-
20 que Curiæ exequutor exequutioni † demandare

dare potest mandata cuiusuis Iudicis Rom. Curiæ, quia exequutoris officium est publicum vtilitate, & necessitate. *Spec. de exequutore, §. 1. num. 1.*

Vidi tamen quandoque in Vrbe obseruari à Iudicibus, in subscriptione mandatorum apponi clausulam, Exequatur per exequutores nostros, sub pœna nullitatis conquerente Batigello Auditoris Cam, vel Vicarij, quod alias non possent ferre onera officij sui, nisi adiuuaretur
21 sportulis, seu salario exequutionum, † quod alias addicebatur fisco, à quo recipiant mercedem, *teste Bart. in §. nullo. auth. de iudic. n. 2. & sequitur Auendan. de exequend. mand. Regijs, part. 1. cap. 17. num. 2. vers. ideo olim.* Nunc autem in Vrbe ex prouidentia Sum. Pont. & præcipue Pij Quarti, Pij Quinti, & Pauli
22 Quinti taxata est † merces exequutorum, & fit illorum propria absque participatione fisci, vt voluit *Bart. in §. ne autem, auth. de iudic. n. 3. in fin.* & idem factum fuisse apud Hispanos, testatur *Auendan, ibidem vers. hodie*: Paulus
23 † tamen V. in sua Bulla reformationis tribunalium Vrbis, quoad mandata ciuilia voluit illa tantum exequi posse à birruarijs Gubernatoris, A. C. Vicarij, Senatoris, & Burgi, exclusis exequutoribus, Ripæ, Ripetæ, Magistrorum viarum, & aliorum infimi ordinis.

Aut vero agitur de exequutione mandati Iu-
24 dicis in quo vnus tantum est Iudex, † & tunc si agatur de mandato Iudicis eiusdem, potest à quolibet exequutore exequi ratione quam retuli supra, quod exequutoris officium sit publicum, si vero agatur de exequutione mandati alterius Iudicis. Iterum distinguendum est, an Iudex, qui relaxauit mandatum exequendũ nullam habeat iurisdictionem in loco faciendæ exequutionis; & dicendum vt concluditur *infra. §. 8.* Aut vero habet iurisdictionem in eodẽ loco generalem, & uidenda quæ dixi. §. 9.

Limitanda sunt quæ dixi de exequutione
25 † facienda per quemcunque executorem, vbi essemus in loco, seu Regno, vel Prouincia, vbi à Principe esset deputatus exequutor quarumvis sententiarum, vt apud Gallos, teste *Rebuf. de litter. obligat. artic. 2. glos. vnic. num. 57.* addendo anno 1523. factum fuisse præceptum à Senatu Parisiensi Seneschallis, & Baiuliuis, vt commissiones suas dirigerent seruientibus regijs, & non apparitoribus Baronum aut aliorum Dominorum: debet tamen ex delatione signi apparere, quod sit regius exequutor. *Bart. in l. prohibitum, C. de iure fisci, num. 1. in fin.*

26 Post hæc scripta reperi † *Petr. Pechium, in tract. de iure sistendi, cap. 16.* concludere exequutores Regios nõ posse exequi in terris Baronum mandata, quæ non sint à Regijs Iudicibus relaxata, & ideo sæpe fuisse appellatum. Romæ autem quid seruetur si exequendum sit mandatum in regione Burgi relaxatum, ab aliquo ex Iudicibus Romanæ Curiæ, dicam sequenti casu.

Quoad tertiam, dicendum videtur, nullatenus posse exequi sententiam superioris, in ter-
27 ritorio inferioris, † nisi ab illo petita licentia, aut saltem communicatione illi facta fiendæ exequutionis, iuxta textum *in l. 1. C. de exequut. & exact. lib. 12. vers. & eum eo agant illo insistente, & dispenente, & agnoscente*, & ibi id notant *Iacob. Rebuf. num. 3.* addendo id probari *in l. contra, eod tit.* & arguendo à simili id probari *in l cum vnus. §. 15. qui, ff. de bonis auth. iud. possid. & cap. 1. §. si Iudex, de pace tenend. & viol.* concludens, si Prases Prouinciæ mittat seruientem ad terram Baronis, pro facienda exequutione, quod illam non potest facere, nisi prius requisito Barone, seu illius
28 officiali ordinario, alias † esset puniendus tanquam alienam vsurpans iurisdictionem. Post *Rebuff. Io. de Plat. ibidem vers. Et idem*, concludit exequutionem faciendam esse à Magistratu terræ Baronis, non autem ab apparito-
29 re misso à superiore: & idem † faciendum à missis ad colligendas collectas Apost. Et in patria mea grauata supra vires oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, vidi, quoties à Regijs quæstoribus mittebantur exactores, & exequutores, simul collectarum, & tributorum, quod illi nihil attentabant in publica, vel priuatorum bona, nisi prius communicato mandato quæstorum cum Prætore, & illo absente, vocatis, & præsentibus syndicis, quos Consu-
30 les vniuersitatis vocamus: & hoc † modo cognita, & approbata exequutorum persona, vitantur tumultus, & scandala, quæ accidere possunt, quoties quis videt ab ignoto capi bona, & militari manu aliò transferri.

31 Comprobantur præmissa † ex his, quæ ex *Bart. Sal. Cyn.* & alijs concludit *Ioan. Anton. Niger in repet. extrauag. de vita, & honest. cleric. num. 99. & seq. plurib.* quod si seruitor Regis delinquat in territorio Baronis, Baro cognoscit de delicto, & illud punit, admonito tamen Principe: & idem dici de delegato
32 † Principis, qui ab ordinario punitur. *Capel. Tholos. decis. 424. & ibidem Auffrer. latè*, & vtrunque caput probat *Boer. decis. 9. & præ-*
33 *suppono.* Et si exequutores † in exequendo modũ excedant, possunt, & debent illis resistere, ac etiam reuocare, quæ iniuste, & grauando vassallos, sunt exequuti. *l. 2. C. de lucr. aduoc. lib. 12.*
34 vbi cuncti † Iudices debent tueri prouinciales, & non permittere vt illis inferatur iniuria. *Ripa in cap. si quando, de rescript. nu. 12. & seq.*
35 concludens non solum Iudices, sed etiam † notarios, debere illi resistere. *Marant. in prax. disput. 1. num. 24.*

36 Secundo probatur supra firmata † conclusio, expresso textu *in §. eos autem, auth. de Collat. vbi Bart. & Angel.* concludunt exequutores missos in Prouincijs non debere exactiones inchoare, nisi prius coram Prouinciæ Præside mã-
37 datum suum insinuauerint, præsertim † in priuatis negotijs; & *post Bart. idem aduertit Ioan. de Plat. in l. quicunq. C. de execut. lib. 12. num. 1.* concludens quod nuncij, & exactores Principis, & Papæ debent mandatum suum in scriptis ostendere. Comprobatur ex ijs, quæ dicuntur de
38 † delegato; cui non creditur, nisi de delegatione

sua

sua fidem indubitatam fecerit, *cap. cum in iure*, *de offic. deleg.* l. 1. C. *de mandat. princ.* *Put. decis.*
39 240. *lib.* 3. alias impune potest illi resisti, † & sit puniendus, si ideo fiat tumultus in populo, quia dicitur in eo deficere iurisdictionem, & procedere tanquam singularis persona absque
40 imperio in alios, præterim † si requisitus non doceat de suo mandato, & asserat, se delegatum Papæ. *Brun cons* 141. *Vantius, de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num.* 16. Quod an pro-
41 cedat etiam in Cardinali asserente † se Legatum, videndi sunt *Fel. in cap. cum in iure*, *de offic. delegat. num.* 6. & 12. *glos. ad Pragmat. Sanct. cap. de sublat. Clem. litteris verb. quibuscumque. Bec. in l.* 1. C. *de mandat. princ. num.* 18. & *seq.* & *num.* 22. *Abb. cons.* 94. *lib.* 2. *num.* 2.
42 Tertio idem probatur † ex *l. prohibitum.* C. *de iur. fisci*, *lib.* 12. *vbi Bart. in sum. notat*, Nuncijs Principis non credi sine litteris, & ipsis volentibus aliorum bona capere, quilibet cuius interest potest de facto resistere; addendo *nu.* 1. debere innotescere tales litteras illis, quorum interest, scilicet Curiæ Præsidis Prouinciæ; sub-
43 dens, *num.* 1. ita intelligendum † esse *§. cos*, *auth. de collation.* Idem probatur *in l.* 2. C. *de his qui latron. occul.* vbi à dominis fundorum, vel illorum Procuratoribus exhibendi sunt rei criminis ibi latitantes. Per quem textum *Amanel. de Claris aquis singul.* 25. concludit Iudicem
44 † regium, & cuiuscumque alterius superioris, non posse facere exequutionem, non requisito domino inferiori. Sequitur *Cassan. ad consuet. Burgund. rub.* 1 *num.* 107. *in fin.* & §. 7. *num.* 39. *in princ.* & *in fin. vers. textus est*. Et qui
45 † ad exigendum debita Principi tributa mittuntur, debent speciale mandatum in prouinciali iudicio exhibere. Et idem obseruatur in priuatis debitis, *Nouel.* 128. §. *qui vero. Galganet. de Iur. publ. lib.* 4. *titul.* 9. *num.* 13. *Marin. Ferc. de different. feud. quatern. num.* 39. *Mastril. tract. de magistrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 140. sequendo *Bart.* & *alios supra relatos*.
46 Contrarium tamen, † scilicet, quod exequutores Principis, seu supremorum tribunalium, possint absque licentia, vel communicatione Baronis, aut illius officialis, exequi mandara sibi demandata, tenent *Guid. Pap. decis.* 346. *die nona*, asserens in Curia Delphinatus, vt in terris Baronum exequuantur citationes relaxatæ à Curia Delphinatus absque aliqua requisitione, & exequendas esse per officiales Baronum: vbi addentes alios consentientes referunt, *Bocr.* loquens de litteris exequutorijs Parlamēti, *decis.* 8. *quinta*, asserens ita iudicatum, & ordinatum, vt ex libro Cancellariæ deleretur annotatio styli contrarij, inhibendo ne in futurum fierent tales postulationes, seu requisitiones, & ita practicari in Francia, & sæpe decisum. *Masuer.* pariter loquens de citatione, *in prax. cap.* 1. *num.* 15. *in fin. Rebuf. in comment. de literis requisitor. num.* 6. & *seq.* concludens apparitorem supremæ Curiæ, non obligari aliquem requirere antequam faciat exequutionem, sed postea sic, & ita frequenti Senatu resolutum. *Cassan. ad Consuet. Burgund.* *rubric.* 1. *num.* 107. *vers. nunquid autem*, concludit non esse requi rendum Baronem quoties in illius Baronia sunt exequendæ litteræ Parlamenti, & aliorum iudicum regiorum. *Rebuf.* & *Boerium sequitur Auendan. de exequend. mandat. Reg. cap.* 11. *num.* 8. *vers. si vero.* & post *Auendan. Bobadil in sua politic. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 28. congerens alios Doctores Hispanos idem sentientes. *Natta cons.* 580. *primo, num.* 1. & *seq.* concludens Iudices supremi Principis posse non requisito vassallo, in castro infeudato, cum mero, & mixto imperio, citare, testes examinare, & similia facere, referens *cons. Aret.* 58. qui voluit Papam posse eadem facere in terris Imperij, quia dependet ab Ecclesia. *Muscatel. in prax. part.* 3. *glos. §. seruata*, *num.* 54. concludens Regios exequutores, vel sacri Consilij, & Iudicum supremorum cuiuscunque Prouinciæ, non obligari facere aliquam requisitionem ordinarijs iudicibus, vbi facienda sit exequutio *Petrus Pecchius de iure sistendi cap.* 16. *hinc etiā nu.* 1. Imbertum practicum Gallum testantem apparitores Magni Cōsilij vbique in Gallia exequi illius decreta absq. alicuius requisitione *Amad. à pont tractat. de Laudem. quæst.* 24. *nu.* 55. *quem sequitur Surd.* addendo ita seruari in Montecretato, *cons.* 152. *sæpe num.* 50. In Gallia autem nulla fit requisitio, vt refert, *Petrus Gregor. Syntag. Iur. part.* 3. *lib.* 47. *cap.* 40. *nu.* 25. & *seq.*

In Vrbe tamen obseruaui, quod si agatur de exequutione facienda in bonis, vel persona alicuius qui habitet in Burgo, ex mandato Auditoris Cam. vel Cardinalis Vicarij, & alterius, quod nullus exequutor, etiam Iudicis Burgi, audet vel vult manum Exequutioni apponere, nisi a Iudice Burgi decernatur exequutio parte citata, & solutis iulijs quatuor cum dimidio pro regalijs, seu mercede Iudicis, & Notarij.
47 Proxima, & præcedentem qui tenent † opinionem, illā probari volunt *Lemnes.* 31. *§. exequutoribus. vers. verum.* C. *de episcopal. audient.* vbi apparitores supremæ Curiæ citare possunt clericos nemine requisito, & conclu-
48 denti † ratione, vt considerat *Amad. à Pont. de Laudem. quæst.* 24. *insuper*, *num.* 54. *in fin.* Quia indecorum esset, Principem; & eius officiales requirere vassallum ad exercendam suam iurisdictionem. Quæ ratio quamuis sit vrgens, ego tamen aliorum dictis aliquid addendo, cēseo, non admonito, vel alias requisito vassallo, vel illius officialibus, posse exequi mandata iudicum supremi Principis in territorio vassalli, quia eum ille in castro sibi in feudum dato sit constitutus ordinarius Iudex, & æqui & iusti minister, vt volunt *relati ab Osase. decis.* 101. *in hac quæstione, num.* 5. sitque castri
49 infeudati vtilis dominus, ad eumque † tantum spectent vtilia iura feudi, que sunt mulctæ, & confiscationes, *Bald. in l.* 1. *ff. de rerum diuis. num.* 35. *Bort.* & *Alex. in l. diuortio. §. si fundum*, *ff. sol. mat. Tiraquel de retract. conuent.*
50 *§.* 5. *glos.* 4. *num.* 21. possitque supremus † dominus præcipere suo vassallo, quod intra certum tem-

tempus, terminet coram illo pendentem causam, vt ex *Anton. gola* concludit *Surd. consil.* 152. *sæpe*, *num.*31. multo magis poterunt exequi mandata supremi Principis, vel illius supremæ Curiæ in territorio vassalli, qui in iudicando factus est minister, Iudex, & excequutor. Quia
51 nemo alteri tantam † dare potest auctoritatem, quin sibi maiorem reseruauerit, *cap. dudum*. §. *nos igitur*, *de præbend. in sext. vbi Io. And. & Archid.* dicunt fontem maiorem esse riuo, qui à fonte procedat, & qui alteri dedit facultatem faciendi actum, non priuatur facultate
52 idem faciendi, † *& d.* §. *nos igitur*. singularem dicunt. *Gram. voto.*28. *Natta conf.*487. *fine difficultate*. *num.*24. *& seq. Rol. à Val. conf.* 1. *lib.*2. *num.*134. *& seq. Surd. conf.*210. *ne quid*, *num.*56. *& seq. Gonzal. ad Regul. Cancel.* §. 2. *proemial. num.*1. *& seq. pluribus*, inferentes
53 ex illo supremum † Principem in iustitia ministranda, vel alio actu iurisdictionali exercendo, posse concurrere cum suo inferiori, quia iurisdictio censetur cumulatiue, non autem priuatiue, in terris vassallorum concessa: nec constituto Procuratore ad præsentandum, impeditur
54 constituens, quin alium cumulatiue præsentet: nec Episcopus constituto Generali Vicario in diœcesi, impeditur exercere, quæ per Vicarium exerceri posse voluit. *Vasquius*, *de success. creation.* §. 26. *num.*39. *&* 88. cum alijs cumulatis *à Menoc. præsumpt.*18. *disputatio*, *lib.*2.

Addatur quod cum facultas, exercendi iuris-
55 dictionem † in terris vassallorum, tangat iura supremi dominij, sitque illa ipsissima forma, & essentia Regiæ, seu Imperialis maiestatis, quæ à supremo Principe abdicari non potest, sicuti non abdicantur directa iura ab ossibus ceden-
56 tis, *l.*3. *C. de nouat.* nullusque Princeps † inferior, fit supremæ potestatis capax, quia impossibile est in regno, & de regno esse aliquem, qui sit à principali potestate exemptus, & su-
57 prema † potestatis iura sunt communicabilia, non autem præscriptibilia, vel in alium transibilia, & sine iniuria alicuius reuocabilia, quocunque modo dicantur translata, vt sæpius consuluisse *Bald.* refert *Caccialup. in l. imperium*, *ff. de iurisd. omn. iud. num.*34. 35. *&* 43. *Couar. practic. quæst. cap.*4. *Natta*, *conf.*614. *duæ sunt*, *num.*12. *& seq. Surd. conf.*210. *num.*62. tanto magis confirmatur præcedens opinio. Quia etiam concesso castro, cum omni iure suo,
58 † Princeps dicitur tantum concessisse ius, quod ille habet tanquam illius castri dominus, non autem regium illud supremum ius. *Alberic. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. quem refert*, *& sequitur Iac. de S. Georg. in sua inuest.* §. *de castro*, *num.*6. *circa fin. & in.* §. *dictique vassalli*, *el*2. *num.*3. eam afferens rationem, quia
59 † verisimiliter, in sperie non esset concessurus, & sequendo *Alberic.* non relato *Iacobino*, per eamdem rationem, idem firmant *Natta*, *conf.* 487. *Sine*, *n.*31. & illi coæuus *Rol. à Val. conf.* 1. *vol.*2. *num.* 144. addendo id etiam firmari à *Soc. Iun. Calcan. Martin. Laudens. & Iacobin. in locis relatis*, cum alijs latè cumulatis *à Surd. conf.*210. *ne quid*, *num.*48. *& seq.* addendo

60 procedere † etiam quod concessio alias effectũ sortiri non posset, vel Princeps expressè concederet à regalia, referens plura, quæ dicantur
61 esse, & competere Principi de suprema potestate.
62 Amplectendo itaque posteriorem, † & affirmatiuam sententiam, illam ampliabis præsertim in castro subinfeudato: nam cum subinfeudans non possit plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, cedique tantum possint
63 iura actiua † non autem passiua, quia passiones non sunt in nostra potestate; multo magis, aut saltem æque bene, & rectè, exerceri possunt iura supremi dominij in castro subinfeudato, sicuti exercerentur in castro infeudato. *Surd. conf.*210. *ne quid*, *num.*48.
64 Ampl. præsertim vbi Princeps † Infeudando reseruauit sibi supremum dominium, in castro concesso in feudũ. *Surd. conf.*210. *ne quid*, *n.*48. *vers. secundo*, addendo iura alia, quæ per eam reseruationem remanent penes infeudantem.
65 Ampl. præsertim vbi exequutio † fit ab ipsismet supremi Principis exequutoribus. *Boer. decis.*8. *quinta*, *num.*6. *Muscatel. in prax. part.*3. §. *seruata*, *num.*54. *Petr. Pechius tract. de iur.*
66 *sistend. cap.*16. limitando si ijdem † exequutores vellent exequi sententiam alterius Iudicis, quam vt ego addo, non possent exequi sine requisitorijs litteris in alieno territorio, *vt dixi infra* §. 8. *limit.*1. *addentes ad Guid. Pap. decis.* 346. *vers. Barones*, *in fin.*
67 Ampl. præsertim † si agatur de exequutione sententiæ latæ in suprema Curia, ratione superioritatis illius, veluti si agatur de exequutione sententiæ latæ in gradu appellationis; & alia similia, ad supremam Curiam deuoluta. *Cassan. ad Consuet. Burgund. rub.*1. §. 7. *num* 29. *circa princ. vers. hinc vt semper*. *Muscatel. in prax. part.*3. §. *seruata*, *num.*54. subdens, *num.*55. ex vrbanitate tamen aliud seruari.
68 Ampl. præsertim † si agatur de exequutione citationis. *Bart. in l.*1. §. 1. *ff. de requirend. reis*, *num.*3. *Ias. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. num.*25. addendo communiter esse receptam *Bart. opin.* quod Iudex absque requisitorijs litteris, potest mittere suum nuncium, ad citandum suum subditum, vel qui coram illo, ex aliquo capite forum sortiatur, in alieno territorio subdito eidem Principi. *Bossius*, *tract. de citation. num.*24. *& de foro compet. num.*164. Ex cuius dictis iustificatur praxis Rotæ Romanæ, & Auditoris Cam. citandi sine requisitorijs litteris, in terris Imperij, & Principum secularium, quia id faciunt Auditores Rotæ tanquam delegati, & Auditor Com. tanquam ordinarius Iudex Papæ habentis iurisdictionem habitu in
69 terris Imperij, † quod iuxta communem pendet ab Ecclesia. *Cassan. in Catalog. glor. mund. part.*5. *consid.*29. *col. fin. vers. ad hoc etiam*, &
70 illo † vacante deuoluitur ad Papam actu, & habitu. *Clem. Pastoralis*, *fin. de re iud. Scaccia tamen de iudic. lib.*1. *cap.*33. *num.*10. *in fin. ex Marant.* & alijs, refert Papam non exercere
71 iurisdictionem, quam habitu habet in terris Imperij, nisi in spiritualibus, & Ecclesiasticis,

adden-

addendo Sixtum V. causam inobseruantiæ contractus inter Comites Nuuolariæ in Rota commissam, fuisse ab eodē remissam ad Imperatorem, & nunc quiescere. Quare vacante Imperio morte Rodulphi, negauit mihi tunc Vicesgerens Præfecti Signaturæ Iustitiæ, signare Commissionem appellationis interpositæ ab vno ex Condominis Desanæ Vercellen. diœcesis à sententia lata super portione eiusdem Castri feudi Imperialis.

72 Quamuis supra relata vera sint, † quia nostris temporibus abijt in desuetudinem, vt exequutores supremarum Curiarum ferant signum, quo probetur illos esse tales, alias de iure impune potest illis resisti, vt pluribus relatis concludit *Farin. de carcerib. quæst. 32. carceratum, num 37.* Insignia autem ab exequutoribus deferri solita alicubi vidi esse birretum rubrum, vel virgam, qualem ferunt Cursores Papæ, dum denunriant Cardinalibus, qua die, hora, & loco, celebranda sit Capella, vel fiet Consistoriū, & alius actus publicus, vel priuatus Cardinalium, Papa præsente, vel absente: quod ad euitandos tumultus congruum est, vt exequutores in territorio Baronum, vassallo, vel illius officiali significent, quæ habeant in mandatis, & sint facturi legitime, videaturque illos non excedere formam exequendi. *Amad. à Pont. de Laudem. quæst. 24. num. 55. Mastril. de Magist. lib. 5. cap. 16. num. 140.* addendo præser-

73 tim † si fuerint requisiti ad indicandam eorum commissionem, & securam esse exequutorum cesolutionem, vt notificent ordinatijs locorum eorum mandata. *Muscatel. in prax. part. 3. § seruata, num. 55.* concludens ex vrbanitate seruari, quod aliquando tales exequutores, & commissarij suas ostendant commissiones Ordinarijs locorum, qui si videant illos excedere

74 † suos fines, possunt prohibere, ne vlterius progrediantur, & de facto illis, resisti, vocatis, & acclamatis vicinis, qui aduersus illos opem ferant, iuxta tradita à *Bartol. in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10.* & non facta mentione *Amadei* auctoris huius vrbanitatis, idem censent *Auendan. de exequend. mandat. regijs, part. 1. cap. 1 c. quanquam, num. 8. in fin. Boba dil. in sua politic. lib. 2. cap. 20. num. 28.* adiuendo idem sentire *Azeued. lib. 3. Recopilation. l. 3. titul. 5.*

75 Limit. vbi agitur † de exequutione sententiæ latæ à Iudice, qui non subest eidem præsidi, licet subsit eidem Principi, vt dixi *infra § seq. vers. sublimita.*

76 Limit. vbi agitur de exequenda † sententia contra clericos, lata à Legato, vel alio superiore, nam requirendus est Episcopus, in cuius diœcesi fieri debet exequutio, *Concil. Trident. sess. 24. de reformat cap. 20. vt refert Sbrozius. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 192. num. 9.*

77 Limit. vbi agitur † de exequenda sententia Iudicis, seu tribunalis inferioris. *Iacob. Rebuf. in l. 1. C. de execut. & ex actor. lib. 12. Boer. decis. 8. circa fin. Muscatel. in prax. part. 3. § seruata, nu. 54. & seq. Scalion. ad Çarauit ritu 39. num. 14.*

78 Quoad quartam, quamuis excommunicatus æquiparetur exuli, deportato, & reliquis, qui ciuiliter dicūtur mortui, *cap. Domino guerram, hic finit lex Corrad. gloss final. in cap. pastoralis, de appellat. Bald. in l. 1. C. de seru. fugit.* Et dicendum videatur, excommuni-

79 cato Iudice, † qui sententiam tulit, non exequendam illius sententiam ab exequutore ele-

80 cto, quia extincto, † vel suspenso antecedenti, extincta, & suspensa sunt consequentia, & dependentia. *l. alienata. § Seia. ff de aliment. legat. Bald. auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. nu. 52. Mantic. decis. 199. num. 9.* Attamen, quia

81 exequutoris † officium, & exequutio mandantis est necessitatis, parum esset enim sententias proferri, nisi adessent personæ, per quas illæ exequutioni demandarentur. *§. fin. inst. de iust. & iur. & dixi supra. §. 2. ampl. 5.* sicuti mor-

82 te † mandantis non expirat mandatum, si agatur de ijs, quæ mandatarius debebat facere. *l. fundi venditor, ff. de acq. possess. vbi Angel.*

83 *num. 1. Alex. num. 4.* ita & exequutoris † potestas exequendi latam sententiam, non est extincta, vel suspensa excommunicato Iudice, qui lata sententia dederat facultatem apparitori illam exequendi: & ita reperio censuisse *Bart. in l. morc. ff. de iurisdict. omn. iud. num. 16.*

Quoad quintam, ne de carta in papirum trāsferam, vel repetam, quæ in antecedentibus di-

84 xi, quod Iudex requisitus † mortuo requirente, possit illius sententiam exequi non expectata requisitione successoris, late probat *Couar. practic. quæst. cap. 11. num. 1. in princ.* vbi plures idem sentientes cumulat: Licet deinde *num. 2.* diuertatur ad probandum, quod assumptum istud non probetur ex *l fundi 33. §. fin.*

85 *ff. de acq possess.* Et ratio † est euidens, quia Iudici requisito nulla fit delegatio, quæ morte delegantis ex integra extinguitur, *cap. quoniā, de offic. deleg.* sed tantum excitatur Iudicis officium habentis potestatem, seu iurisdictionem subordinatam; vt subdit *Couarr. ibidem, vers. secundo:* seu vt ego addo, & credo verius, quia Iudex requisitus omnino est obligatus parere requisitioni sibi factæ, vt dixi *supra* §. 3.

Quoad sextam difficultatem tres casus sunt constituendi. Primus est, si agatur de executore

86 gratiæ seu rescripti Principis: & tunc quia gratia Principis est perpetua, *cap. decet. de regul. iur. cap. si super gratia, de offic. deleg. in sext.* executoris potestas erit perpetua, nec morte concedentis expirat; vt latè examinat *Tuscus conclus. 513. & seq. Exequutor quanto tempore:* cuius dicta breuiter referam, quia sunt extra nostrum argumentum executionis sententiæ, Ampliat enim assumptum, istud siue agatur de executione gratiæ concessæ seu factæ, seu concedendæ, & faciendæ, præsertim si in parte sit exequutus, & executor acceptauerit onus exequendi, & is sit ordinarius Iudex, Limitando in executore dato à Legato Papæ, circa gratiam faciendam: nam mortuo Legato expirat illius iurisdictio. Vel sit executor ad tempus. Item in executore de prouidendo expectantem de vacaturo, quod ille infra mensem

sem acceptauerit, nam post sex menses expirat executoris facultas. Item in executore pij legati, qui si infra annum non exequatur, executio deuoluitur ad Episcopum.

87 In Ducatu Mediolani vigebat stylus,† seu decretum Senatus, quod omne rescriptum, quod sub nomine Ducis illius Domini ab eodem Senatu conceditur; infra mensem consignetur Iudici cui dirigitur, dies mense elapso parte excipiente, quod lapsus sit mensis, nullius est roboris, & habetur pro non concesso.

Secundus casus est, si agatur de executore testamenti à testatore deputato, absque expressione temporis intra quod illius voluntatē adim-

88 pleat: nam licèt vbi† obligationi aliquid faciendi, præstandiue tempus non adijcitur, præsenti die sit faciendum, præstandum ve, quod est in obligatione, quia illa est pura, & simplex, *l. cum qui Calendis*, §. 1 *ff. de verb. obligat Peregr. cōs.* 98 *sentiolib.* 3. *n.* 8

89 Attamen idem executor, † habet annum ad exequendum voluntatem defuncti, si interim fuit monitus, etiam quod agatur de faciendo, vel præstando opus pium, *l. nulli*. C. *de episcop. & cleric. auth. hoc amplius*. C. *commun. de legat. cap. nos quidem, de testament.* vbi Abb. n. 10

Notandum tamen, quod licèt de iure executori testamenti concedatur annus ad exequendum legata non pia, & pia habeat sex menses. *Abb. cap.* 3. *de testam. num.* 10. si tamen

90 differat toto anno, vel semestri sine† causā, quod mortaliter peccat, præsertim si dilatio fiat non displiceat hæredi, vel illi sit vtile differre: nisi tamen dilatio esset verisimiliter vtilis legatarijs, vt puta si non maturis mensibus relinquerentur modia decem frumenti vendēda, & illorum prætium distribuendum inter pauperes, nam potest executor tuta conscientia differre, conditionem, vt carius vendatur. S. *Anton. in sua summ. part.* 3. *titul. decimo, de testamentis, cap.* 2. *num.* 12. *vers. secundo queritur*, adden-

91 do executores† testamentorum ad pias causas differentes executionem dici, Quasi egenium necatores, per *cap. qui collationes*, 13. *q.* 2. *idem dixit Angel. in summa.* §. *executor, num.* 23. *in fin.* per eadem iura, quibus executor admonetur quanto citius suo fungi officio.

Difficultas oritur, an cum detur annus, vel dimidium anni ad exequendam defuncti volūtatem, an labi ille incipiat à die obitus testatoris, vel aditæ hæreditatis, vel monitionis: &

92 cum † mors testatoris nihil præterea faciat, quam quod facit actum non reuocabilem, qui viuente testatore erat reuocabilis. *Gul. Bened. in cap. Raynutius, de testament.* §. *mortuo, el.* 1. *num.* 30. *l.* 4. *ff. de adimend legat.* & ideo non

93 est dubitandum † annum non labi à die obitus testatoris, nisi periculum sit in mora, seu vt ego interpretor, dilatio repugnet publicæ honestati, vt puta quod defunctus sepeliatur cum honesto funere, quod mandauit testator, vt voluit *Bal. in l. eam quam C. de fideicom. num.* 7. *vers. in executione*. Subdens idem dicendum, si quid necessario sit restituendum, vt puta si testator mandauit restitui vsuras perceptas, vel male ablata in bello, & similia: quia vt dicebam supra, differentes exequi piam voluntatem defuncti potius sunt pauperum necatores, quam testamentorum executores, *cap. qui collationes*. 13. *quæst.* 2. & ideo priuantur omni commodo sibi in testamento relicto. *Didac. Spin. de execut. test am. glos.* 28. *num.* 45. *Rebuf. in præfat. tract. de sent. prouis. num.* 91.

94 Nec ante † aditam hæreditatem incipit labi dilatio, quia cum interim sit impedita executio eorum, quæ testator mandauit, exceptis casibus mox relatis. *Bald. auth. hoc amplius*. C. *de testament. num.* 17. *vers. in exequutione*. C. *de fideicom.* concludens, nullum officium datum in testamento confirmari, nisi adita hæreditate *Spec. de inst. edit.* §. *nunc aliqua, num.* 22.

95 & 60. concludens † executorem ante aditam hæreditatem non habere ius aliquod reale, vel personale, & necessariam esse aditionem ex testamento, vel ab intestato, quoad executor suo fungatur officio, firmat *Bart. in l. alio.* 9. *ff. de aliment. & cibar. legat. num.* 7. addendo idem dici, si testamento detur tutor, vel libertas, quæ licet fauorabilia sint, non tamen valent, si non adeatur hæreditas, relinquens indecisum si nullus, etiam fiscus, nollit esse hæres. Dicendum

96 † est annum labi tantum post aditam hæreditatem, quo executor non impeditur suo fungi officio. *Abb. in cap.* 3. *de testam num* 10. *Imol. num.* 7. & reliqui ibidem scribentes. *Couar. in cap.* 3. *de testam. num.* 1. *in fin. & num.* 3. vbi ampliat, etiam si testator moriatur intestatus.

97 Quod autem incipiat labi tempus † ad exequendum legata pia, & non pia, à die factæ interpellationis: probatur expresso textu *cap.* 3. *de testam. vers. vt eam commoneat*, & cum ratione, quia quotiescunque certum tempus exprimitur ad faciendum actum, sufficit facere quandocunque libuerit facienti, *l.* 1. §. *meminisse, ff. de vent. inspic. Crau. cons.* 14. *num.* 3. *Rimin. Iun. cons.* 163. *Cum. nu.* 30. *Rom. cons.*

98 340. *Circa. num.* 2. & nemo in † mora constituatur, nisi fuerit interpellatus, *l. nulla. ff. de reg. iur. l. mora. vers. si interpellatus, ff. de vsuris*, etiam quod quis sit obligatus cum Guarantigia. *Natta, cons.* 66. *repetitur, num.* 2. & ita concludit post longum discursum, *Couar. d. cap.* 3. *num.* 6.

99 Post monitionem hæres, † vel executor testamenti si, non adimpleat voluntatem defuncti intra tempus datum à lege, executio deuoluitur ad Episcopum. §. *fin autem, auth. de Eccles. titul. Couar. cap.* 3. *de testam. nu.* 5. *l nulli. C. de epis. & cleric. cap.* 2. *de testam. Concil. Trident. sess.* 22. *de reformat. cap.* 8. *Didac. Spin. de execut. testam. glos.* 28. *num.* 39. tenet suffi-

100 cere vnicam monitionem † etiam extraiudicialem; & binas requiri si agatur de priuando illum lucro sibi competenti ex administratione, & testamento, vt *idem* subdit *num.* 45.

101 Ampl. etiam si testator † expresse prohibeat, ne Episcopus curet suam voluntatem adimpleri, *cap. tua nobis*, 17. *de testam.* vbi *glos. verb. interdici*, eam affert rationem, quia priuata testa-

testatoris dispositio non potest generalem legis, vel canonis dispositionem immutare. Seu vt
102 ego addo, quia cũ † executio sit iuris publici. *glos. in l Gallus, verb. vtilitatem, ff. de lib. & post. Bald. in l.* 4. *C. qui admit. num.* 4. *& Alex. num.* 6 *Dec. cons.* 105. *pro tenui, num.* 2. *in fin. Neuizan. cons.* 26. *num.* 7. *&* 8. concludens *in fin.* Reipublicæ, & contrariam perniciosam esse subtilitatē, per quam subuertantur voluntates testatorum; Non potest singularis persona derogare iuri publico. *l. ius publicum, ff. de pact.*
103 vt in simili dicitur de pacto† præiudiciali dotri, quod non est validum. *Surd. cons.* 78. *nu.* 2. *& seq.*

Intelligas tamen antecedentem extensionē, vbi testator primo executori negligenti, vel no-
104 lenti exequi voluntatem suam, † non substituit alium: & hæc est cautela, quam docuit *Durand. de arte testan. titulo de tutore, & executore cautel.* 6. *nu.* 3. ne Episcopus assumat onus exequendi testamenta: & eandem cautelam pluribus probat, & illam vbique seruari testatur *Boer. decis.* 39. *num.* 16. *Aluarez in specul. sum. Rom. Pont. cap.* 26. *in princ. Couar. in c.* 3. *de testament. num.* 2. *in princ.*
105 Ampl. vt eandem iurisdictionem† quam habet Episcopus in executorem testamenti, ad illud exequendum, habeat etiam Capitulum sede vacante. Nam cum in iurisdictionalibus succedat Capitulum Episcopo defuncto, *cap. cum olim,* §. *mandamus, de maior. & obed. cap. ad abolendam, de hæretic. Gail. obser.* 30. *num.* 10. *& seq. lib.* 1. poterit etiam compellere executores ad exequendum testamentum, in quo sunt illi dati: vt post longum examen concludit *Panuin. in tract. de auctor. capitul. sed. vacant. part.* 2. *quæst.* 7.
106 Ampl. siue agatur † de executione testamenti ad pias causas, siue non pias, *l. nulli. C. de episcop. & cleric. cap. nos quidem, de testam. Didac. Spin. de execut. testam. glos.* 28. *nu.* 40.
107 Ampl. quod si episcopus † fuerit negligens non monendo executorem, vt adimpleat voluntatem defuncti, facultas data Episcopo, deuoluatur ad Metropolitanum, *cap cum simus.* 9. *quæst.* 3. *cap. nullus, de iur. pat.* vbi Episcopo deficiente in administranda iustitia, iurisdictio deuoluitur ad Metropolitanum. *Didac. Spin.*
108 *de execut. testam. glos.* 28. *num.* 42. † Quando autem Episcopus dicatur negligens in exequēdo testamentum, *Boer. decis.* 39. *& circa, n.* 15. *& seq.*
109 Ampl. vt cura † exequendi testamentum spectet priuatiue, quoad Iudices etiam seculares, ad Episcopos, *l. nulli. C. de Episc. & cleric. cap. si hæredes, de testam. Concil. Trident. sess.* 22. *cap.* 8. *Didac. Spin. de execut. testam. glos.* 28. *nu.* 44.
110 *circa fin.* reprobando † *Barbat.* qui voluit causam executionis testamentorum esse mixti fori, relato *Spec. de Inst. edit.* §. *nunc aliqua;*
111 *num.* 80. Si autem † plures Episcopi concurrant, quis præferatur, *Iacob. à Canib. de execut. vltim. volunt. part.* 1. *num.* 13. *in fin. & num.* 14. Mixti fori esse causam executionis piæ causæ, vult esse *Henric. Bot. tract. de Synod. Episcop. n.* 175. vbi refert id fuisse dictum ab *Abb. & alijs.*
112 Ampl. quod si executor † testamenti sit exemptus à iurisdictione Episcopi, possit tamen ab illo compelli ad exequendum. *Clem.* 1. *de testam. Didac. Spin. de execut. testam. glos.* 28. *nu.* 20. *vers. quo fit.* Et ratio est, quia cum executor acceptando onus sibi demandatum à testatore, dicatur quasi contraxisse, sortitur ille forum loci, & iudicis contractus seu quasi. *l. hæres absens.* §. 1. *ff. de iudic. Felin. cap. fin. de foro compet. num.* 17.
113 Ampl. vt executor testamenti † cogi possit ab Episcopo ad implendam voluntatem defuncti per se ipsum, & non per alium, etiam si ille fuerit laicus, *l. nulli, vers. pro sua conscientia. C. de Episc. & cleric.* & ibi *Bal.* notat. Et ratio est quia vbi alicuius personæ industria est electa ad
114 opus aliquod, † non potest per alium illud adimplere, *l. inter artifices, ff. de solut. l.* 1. §. *ne autem. C. de caduc. tollend. Alex. l. si stipulatus, ff. de verb. oblig. Aluarez in specul. sum. Pont. cap.* 26. *in princ. Felin. in cap. fin. de offic. deleg. num.* 5. *vers. item executor,* vbi late probat, & declarat procedere in executore dato
115 † ab homine, secus in dato lege. Per quam declarationem colligo, quod Episcopus ex negligentia executoris, si fiat executor, quod poterit per alium facere executionem. *Aluarez ind. cap.* 26. *in princ.*
116 Neque obstat, quod cùm laici † extra casum spiritualium non sint conueniendi coram Ecclesiastico, stante diuisione iurisdictionis in spiritualem, & temporalem designatam ex duobus gladijs indicatis à B. Petro, *cap. duo sunt, dist.* 96. *glos. cap.* 1. *verb. quod clericus.* 11. *q.* 1. *cap. nouit. de iudic. cap. si duobus.* §. 1. *de appel. cap. licet ex suscepto, de foro compet.* & hæ duæ
117 † iurisdictiones debeant sibi inuicem famulari. *Alciat. in cap. nouit. de iudic. num.* 9. *& dixi sup. hoc capite* §. 3.
118 Non ingrediendo difficultatem, an Papa, † & reliqui in partem solicitudinis illius, in Ecclesia vocati, habeant directam, vel indirectam potestatem in temporalibus, vel vtranque simul, in ordine ad spiritualia, cùm Theologi, illis cōcedant tantum indirectam. *Suarez contra Regem Angliæ. lib.* 3. *cap.* 22. *&* 23. *Molin. de iust. disput.* 29. *Anguian. de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *contro.* 17. *Morla in Empor. iur. part.* 1. *tit.* 2. *q.* 4. *Baldellus in sua Theolog. moral. lib.* 5. *disput.* 2. *num.* 4. *Nauar. in cap. nouit. de iudic. not.* 3. *num.* 21. *&* 32.

Legistæ vero, & Canonistæ, velint Summum Pontificē habere, & directam, & indirectam potestatem temporalem in ordine ad temporalia. *Bobadil. in sua politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. *Marta tract. de iurisdiction. part.* 1. *cap.* 19. *&* 20. cum alijs, quos mihi per schedulam indicauit R.P.D. Antoninus Diana, dum illum con-
119 suluissem pro resolutione antecedentis obiecti. † Dicendum, licet sint distinctæ iurisdictiones, & temporalis quoad exercitium sit commissa secularibus Principibus, & ijs à quo illam ab eisdem recipiunt: Papa tamen vtranque habet

habet spiritualem actu, & potentia, & temporalem in habitu, quam ex iusta causa reducit ad actum, & exercitium. *Dec. in cap. nouit. de Iudic. num. 63. vers. sed addatis quod Lud. Imperator*, & ibi communiter reliqui, cum exe-
120 cutio legatorum † piorum fit de mandata Episcopis, vt dicebam supra, *nu. 99.* necessario sequitur, Episcopum iurisdictionem, quam actu habet, posse ad actum reducere, contra omnes, tam Ecclesiasticos, quam seculares, & mulctis, & pœnis, compellere hæredem, vel in testamento nominatum executorem, ad exequendã
121 voluntatem defuncti, quæ † omni casu est pia, *l. 1. C. de sacr sant. Eccles.* nam sine choertione
122 saltem † modica, nulla & illusoria est iurisdictio *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. Barbat. in cap. ex litteris, de offic. deleg. num. 8. Cuiac. ad l. 1. q. Papinian. l. 5. ff. de offic. procons. in princ.*
123 Ampl. præsertim in legato † facto in redemptionem captiuorum, nam licet vbi testator non nominauit executorem, hæres ipse sit executor, non tamen potest exequi legatum præfatum. *§. si quis edificatuonem, & §. si quis autem pro redemptione, auth. de Eccles. titul. Couar. in cap. 3. de testam. num. 8. in princ.*
124 Quid autem dicendum de legato † pro male ab latis, vel restitutione vsurarum, an ad Episcopum, vel executorem, vel hæredem spectet restitutio videndi. *Couar. in cap. 3. de testam. num. 8. & 9. Aluarez. in Specul. Sum. Rom. Pont. cap. 26. de potestat. sanct. Episc. circa*
125 *princ. vers. vide tamen* † addendo distributionem esse faciendam in loco rapinæ. *Petr. de Vbald. tract. de canon. Episcopal. cap. 7. nu. 12. & seq. plurib.*
126 Limit, vbi opus Pium, † quod testator mandauit fieri non potest perfici infra annum, nam sufficit interim illud inchoasse. *Couar. in c. 3. de testam. num. 6. vers. quinta*, addendo Iudicis arbitrio constitui tempus ad illud perficendum. *Aluarez. in specul. Sum. Rom. Pont. cap. 26. de autorit. sanct. Episc. in Princip. Didac. Spin. de execut. testam. glos. 28. num. 41. concludens in ijs*, quæ interuallum temporis requirunt, vt perficiantur, fat esse, si infra annum inchoentur, *relati à Curt de iure pat. §. constru-xit in princ.* Et hac ratione cum officiales fabricæ Principis Apostolotum vellent pecunias, quas
127 Ioannes Sauonerius, destinatas in suo testamẽto, ad exornandã marmoreis incrustationibus, & picturis, Capellam sanctæ Annæ in Ecclesia Beatæ Mariæ de Anima Nationis Teutonicorũ, in qua Ministri illius dederunt mihi locum se-
128 pulturæ, esse deuolutas ad fabricam, † quæ ex Priuilegijs Apostolicis succedit in omnibus legatis Pijs, quæ infra anum non adimplentur ab illorum executore, vel hæ rede.

Prouisores, vt vocant dictæ Ecclesiæ non fuerunt vlterius molestati docendo quod Lapicidæ manum apposuissent lectis marmoribus variegatis, ad exornandam præfatam capellam, iuxta disposita ab eodem Sauonetio, qui præterea eidem Ecclesiæ reliquit plura loca montiũ, cum onere qualibet feria quinta exponendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: concurrẽte tota vicinia in qua habito domum propriam, dum Sacerdotes electi ad diuina Quotidiana celebrandum alternis vicibus Organo, & cantu Gregori ano psallũt santi Thomæ Hymnum Pange lingua, & sequentiam eiusdem. Lauda Sion Saluatorem: omnia sedulo, & pie curante, nunc quo hæc scribo Anno 1642.
129 † D. Francone Cuijchio Vltraiectino, eiusdẽ Ecclesiæ sacris præposito.

Nomina autem prouisorum sunt quæ sequuntur.

Ill.mus & Reuren.mus D. Aegidius Vrsinus de Viuarijs Patriarcha Hierosol. S. D. N. Datar. & Audit.
R. P. D. Christophorus Peutingerius. Rotæ Auditor.
D. Theodorus Ameijden.
D. Guilhelmus Moens
D. Guilielmus Motmanuus.
D. Lucas Holstenius.
D. Gualterus Gualterius de Castro.
D. Ioannes Emerix.
D. Robertus Pratz.
D. Getardus Meijsz.
D. Petrus Piscator.
D. Balduinus Breijel.
D. Laurentius Thijs.

Tertius casus, si agatur de executione faciẽ-
130 † in causis criminalibus, nam in illis dato mandato executori, non per dies, sed per horas tantum differt ille executionnem, vel vt ille in quem est facienda, confessus Sacerdoti, quæ in Deum, & homines commisit, absoluatur in foro conscientiæ, vel ductus per compita viarum, omnibus sit nota criminis enormitas; *Abb. cap. quarenti. 26. de offic. deleg. n 4.* asserens ita seruari de consuetudine, licet secus sic de iure, quo decendium datur à Die con-
131 demnationis † exequendam esse statim latam sententiam in criminalibus nos docuit Deus, qui statim eiecit, post peccatum de Paradiso Adam, & Angelos reprobos, vt considerat *Rebuf. in præfat. tract. de sent. execut. nu. 3 t.*

In ciuilibus vero, quia in illis executores
132 † sunt proterui, auari, rapaces, ita vt sæpe fuerentur etiam cineres, & vocantur alicubi comestores, quia breuiter possunt comedere bona omnia existentia in domo, vbi exequuntur iudicum mandata. *Rebuf. de litter obligat. artic. fin. glos. vinc. num 21. Petr Peccbius de iure sistendi, cap. 18. num. 1.* Distinguendum est, quod executor facti habet mandatum exequen-
133 dum † à Iudice ordinario, & sicuti mandantis iurisdictio est perpetua, ita tempore aliquo non exspirat mandatarij executoris facultas, quæ sibi fuit mãdata. *Ancar. cons. 92. tria sunt, n. 3.*

Sed quia parum esset, ac etiam inutile Iudicem iudicasse, & dedisse mandatum, vt iudicata executioni mandentur, & non sit præfixi-
134 pius † terminus à iure, infra quem executor mandata Iudicis exequatur, magnaque sit proteruia executorum, seu lictorum, vt dix *supra, num. 132.* Hinc vnaquæque Prouintia Statuti

executoribus tempus infra quod, à die mandati Iudicis consignatione, illud exequatur: & hoc modo amputata est dilatio perpetua exequendi mandata, & sublata concussio executorum, qui mille diffugijs protrahebant faciendam executionem corrupti pretio, vel prece à debitoribus. Quare Paulus Papa Quintus
135 † æmulatus cæterorum Pontificum vigilantiam, & curam in Repub. administranda, qui quino numero sua ætate denominabãtur, in sua Bulla reformationis Tribunalium Vrbis, *cap. de Baroncellis, & executoribus, num.* 10. præcepit eisdem executoribus, vt mandata iudicũ sibi à partibus consignata, debeant infra tridum exequi, vel illa ei restituere, qui dedit, & si forte illa amiserint, suis sumptibus curent illa refici.

136 Aut vero executor facti habe† mandatum exequendi iudicata, à Iudice delegato, ad executionem faciendam, & tunc si infra annum non exequatur, caret vlterius facultate exequẽ-
137 di, † nec delegatus potest tempus annale prorogare, *cap. quærenti, de offic. delegat. vbi Abb. & reliqui. Spec. de execut. sent. §. 4. num. 6.* & dixi *supra, num.* 18.

138 Pœna autem executoris, † qui metu, vel precibus, vel sordibus corruptus, non exequitur, & à quo puniatur. *Petr. Pechius de iure sistendi, cap.* 19.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Index extra territorium exercere non potest iurisdictionem. 1

Executor illegitimus est, qui in alieno territorio suam mandat exequi sententiam. 2. *& quare.* 3

Episcopus non potest in aliena diœcesi exercere iurisdictionem. 4. *Limit.* 5

Excommunicatus ab vno Episcopo est vbique excommunicatus, & quare. 5

Irregularis declaratus ab vno Episcopo, vbique est irregularis. 5

Executio facta extra territorium iudicantis qui mandauit illam fieri, est nulla. 2. *& quare.* 8. *Ampl.* 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *sub Limita.* 17

Causa limitata limitatum producit effectum.

Citari an possit subditus extra territorium citantis. 18

1 VVlgate, & commune est assumptum, † quod extra territorium suum, Iudex iurisdictionem exercere non potest, *l. extra territorium, ff. de iurisdi. omn. iud.* cum alijs pluribus in hanc sensum cumulatis à *Cels. Vgon. consil. 60. quamuis num. 54. & seq.* Ideo
2 † inualida ex defectu potestatis erit exequutio, & exequutor dicetur illegitimus, qui sententiã latam exequutioni mandat extra territorium iudicantis. *l. cũ vnus, §. is qui, ff. de bon. aut. iud. possid. cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet. Fed. de Senis. cons. 16. num. 8. Aretin.*
3 *cons. 75. num. 5. & 6.* quia dicitur † immittere falcem in messem alienam, cum offensione domini illius, spretis legibus, quæ rerum dominia iuxta iuris gentium distinctionem tuentur, *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.* cum periculo scandali, vt considerat, & probat *Feder. de Senis cons. 16. Capitulum, num. 13. vers. sed posito.* Subdens idem dicendum de Episcopo,
4 quod non possit in aliena diœcesi, aliquam exercere iurisdictionem, vel suam exequi sententiam, licet existens in sua diœcesi possit ferre sententiam, quæ afficiat existentem extra
5 eam, vt puta aliquem † excommunicando, vel aliam iuris sententiam ferendo, quia illa non circumscribitur loco, ideo excommunicatus ab Episcopo Astensi, vel declaratus irregularis, vbiq. est excommunicatus, & irregularis. *Roman. cons. 39. vers. quarto.*

6 Ampl. præsertim † si agatur de immittendo vincentem in possessionem bonorum, quæ sint posita extra territorium iudicantis. *l. cum vnus. §. is qui. ff. de bonis aut. iud. possid. cap. 1. §. contrahentes, de foro compet.* per quæ iura ita firmant *Fed. de Senis. cons. 16. num. 8. & Bart. in tract. repræsal. quæst. 1. num.* 11.

7 Ampl. etiam in exequutione facta † in persona victi, veluti si capiatur bannitus extra territorium bannientis, vel delicti. *Bald. cons. 209. quidam, lib. 2. num. 1. vers. sed his non obstantibus. Iac. de S. Georg. tract. de Feudis, num.* 53.

8 Limitata † enim causa, limitatum producit effectum, & vis potentiæ causæ efficientis est spectanda, *l. si arrogator. ff. de adopt. & late Curt. Iun. cons. 231. num. 66. & seq.*

9 Ampl. etiam † vbi agitur de sententia confiscationis bonorum. *Aretin. cons. 75. in casu,* quia extra suum territorium nullus Iudex confiscat.

10 Ampl. etiam quod † vtrunque territorium, scilicet Iudicis, qui sententiam protulit, & eius vbi exequenda esset sententia, esset sub Imperio eiusdem Principis, *l. ex ea causa, ff. de postulando. Thesaur. quæst. 10. vassallus,*
11 *lib. 2. numer. 5.* concludens vassallum † Ducis Sabaudiæ, non posse bannire delinquentem, vel contumacem in suo territorio, extra limites sui territorij, quia per indirectum fieret particeps alienæ iurisdictionis, & sequeretur iurisdictionum confusio: & in praxi seruari, vt bannito aliquo à vassallo, petatur à Senatu extendi bannum à toto Ducali Dominio, & viso processu conceditur extensio.

12 Ampl. vt exequens sententiam † iure proprio, in alieno territorio, puniatur pœna læsæ maiestatis. *l. 3. ff. de leg. Iul. maiest. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. num. 18. & seq.*

13 Ampl. vt exequutio † sententiæ facta in alieno territorio non requisito brachio Iudicis territorij, vbi fit exequutio, sit tanquam excessiua reuocanda. *l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet.* per quæ iura ita firmat *Museatel. in*

*in prax. part.*3. §. *seruata*, *num.*53. referens id tum̃e etiam firmatum à *Bart. Cast.* & *alijs*.

14 Limit. vbi requisitorijs † litteris, Iudex qui tulit sententiam, petit à iudice, in cuius territorio sunt bona condemnati, vel ille degit, vt suam exequatur sententiam, & requisitus Iudex annuit petitis. *Bart. in tract. repraesal. q.*1. *num.*11. *Bald. cons.*156. *quidam lib.*5. & *dixi late supra* §.3. *Arct. cons.*75. *num.*17. & *seq. Cast. cons.*320. *col.*2. *lib.*2.

15 Limit. si agatur† de exequutione decreti dationis tutoris, nam datus tutor in vno loco, absque alio decreto, administrabit in alio, & vbique. *Bart. l. pupillo*, *ff. de tut.* & *curat. dat. ab his. Cast. cons.*320. *primum*, *num.*2. *lib.*1. & idem dicitur de quacumque sententia iuris. *Rom. cons.*39. *vt dixerat Cast. d. cons.*320.

16 Limit. in sententia,† quæ vbique afficit condemnatum, veluti si quis ob delictum commissum in territorio oppidi Hannoni, patriæ meæ Status Mediolani, fuerit bannitus, nam vbique in eo dominio potest à quouis Prætore cuiusvis oppidi capi, & pœnis banni mulctari, *Cast. in l. cum quadam puella ff. de iurisd. omn. iud. num.*5. & *ibidem Sapia post num.*28. *Clar.* §. *fin. num.*9. *relato Bos. de foro compet. nu.*86. cum alijs cumulatis à *Tusc. conclus.*118. *sententia. Marsil. sing.*971.

17 Sublimita quoties dicta† sententia lata fuisset in territorio non subdito eidem præsidi, cui subest territorium, in quo prætenditur fieri exequutio. *Clar.* §. *fin. quaest.*96 *num.*9. *in fin.* exemplum referens, si quis bannitus fuit à Statu Mediolani, & capiatur in Regno Neapolis, nam quamuis Ducatus Mediolani, & Regnum Neapolis sint Regis nunc Hispaniarum, sententia tamen exilij lata in vno, non meretur exequutionem in alio. *Thesaur. quaest.*10. *vassallus lib.*2. *num.*4. *vers. in contrarium*.

18 An autem quis citare † possit extra territorium suum subditum, vel qui corã eo forum sit sortitus, *Scaccia de Iudic. lib.*1. *cap.*33. *nu.*6. & *seq. Feder. de Senis cons.*16. *Capitulum*. *nu.*13. *Couar. practic. quaest.* cap.10. *num.*7. *Tuscus conclus.*494. *exequutio*, *num.*7.

§. IX.

SVMMARIVM.

QVia inter cæteras ampliationes, quas retuli ad regulam constitutam *supra* §.3. illa est præcipua, quoties laicus Iudex requiritur ab Ecclesiastico Iudice, vt suam exequatur sententiam; licet hac de re confecta fuerint integra volumina, & plures implendæ essent cartæ, omissis reliquis, ne in aliquod vtrique potestati ingratum, & non acceptum incidam, restringendo me ad ea, quæ quotidiana praxi

1 seruantur, firmato assumpto, quod laicus † Iudex requisitus ab Ecclesiastico, debeat illius brachium impartiri, & eius sententiam exequi, *cap. princeps*, *cap. administratores* 34. *quaest.*5. cum alijs cumulatis à *Menoc. de Arbitr. iud. casu*.452. *Cum ij. Franc. Marc. decis.*147. *part.*

2 1. *num.*1. concludens per modum † necessitatis laicum Iudicem debere præstare brachium Ecclesiastico.

3 Ampl. quod si recuset illam † exequi, possit excommunicari, vel sacris interdici, *Bart. in l. à diuo Pio*. §. *sententiam*, *ff. de re iud. nu.*5. *Alciat. in cap.*1. *de offic. ordin num.*123. *Marant. disput.*1. *num.*8. *circa med.* cum alijs cumulatis à *Gail. obser.* 115. lib. 1. *num.*1. *Paul. Fusc. de visitat. lib.*2 *cap.*32. *quoniam. n.*14. cum alijs cumulatis à *Sbroz. de offic. Vicar. lib.*2. *quaest.* 190. *num.*5. & comprobatur ex dictis *Concilij Tridentini sess.*25. de *Regul. cap* 5.

4 Ampl. vt possit etiam † temporalibus pœnis mulctari, captis, & distractis illius bonis, quæ possidet in terris Ecclesiæ. *Marta de iurisd. lib.*1. *part.*1. *cap* 51. *num.*52.

5 Ampl. vt possint etiam † concedi repræsaliæ, vt dicam §. *seq.*

6 Ampl. præsertim † in causis mere Ecclesiasticis. *Clar.* §. *fin. quaest.*96. *nu.*7. *in princ. Paul. Fusc. tract. de visitat. lib.*2. *cap.*32. *quoniam*, *num.*14. concludens isto casu partes Iudicis laici tantum esse in exequendo, vt dixerat *eod. lib.*2. *cap.*21. *num.*7. & *seq.* & ante illum *Couar. var. resol. lib.*1. *cap.*1. *num.*10 *Bellug. in Specul. princip. rub.*11. §. *tractandum*, *nu.*2.

7 & 3. † concludens debere impartiri, absque

aliqua cognitione nullitatis, vel iniustitiæ sententiæ, & idem firmat *Baiard.* relatis dictis bon. me. Peniæ Rotæ Auditoris, & meis temporibus Decani, *ad Clar. § fin. quæst. 96. nu. 15. Bellug. in specul. princip. rub. 11. §. tractandũ, num. 2. & 3. verſ. non eſt tamen*, exemplum referens, si agatur de Episcopo, vel clerico incorrigibili degradato puniendo, de causa matrimoniali, in causa hæresis, vel schismatis. *Cagnol. in l. cum quadam, ff. de iuriſd. omn. iud. num. 33. verſ. magiſtratus*, & dixi *ſupra § 4. verſ. quarta, limit. penul. Tuſcus concluſ. 430. Iudex, nu. 14.* reprobando dissentientes, quos *num. 13.* retulerat.

8 Ampl. præsertim † vbi seculare brachium imploratur, quoties Ecclesia opprimitur à laicis, vel Ecclesiasticis, in casu schismatis, *cap. placuit, diſt. 17. & cap. de Liguribus, cap. Princeps. 23. quæſt. 5. Bellug. in ſpecul. princip. rub. 11. num. 1. in fin. ſubdens, num. 2.* laicos isto

9 casu non adiuuantes † Ecclesiam parum distare ab hæresi, & qui tale auxilium denegat, priuari sua iurisdictione, declarando tamen, vt dixi in proxima, & antecedenti ampliat.

10 Ampl. præsertim † vbi laicus Iudex requiritur ab Ecclesiastico Iudice, vt tantum concedat familiam suam armatam, quæ exequatur illius sententiam. *Franc. Marc. deciſ. 269. part. 1. num. 3.*

11 Ampl. vt secularis Iudex † debeat brachium suum impartiri, non solum petente Episcopo, sed etiam illius Vicario generali. *Bald. conſ. 91. vol. 5.* concludens Vicarium Episcopi posse

12 mandare prætori, † vt in suis carceribus retineat aliquem, nec relaxet sine ipsius licentia, *Franc. Marc. deciſ. 147. in princ. part. 1.*

13 Ampl. etiam vbi petitur † contra personam Ecclesiasticam. *Oldrad. conſ. 278. in fin. Fed. de Senis conſ. 251. n. 4. verſ. præterea. Tuſc. concluſ. 125. brachium num 8.* vbi testatur de obseruantia Curiæ, dum prius *num. 7.* retulisset dissentientes.

14 Ampl. præsertim † vbi Ecclesiasticus Iudex non habet familiam armatam, vt *dixi, §. 2.*

15 *ampliat. 3.* An autem Episcopus possit † habere familiam armatam, dixi de laudemio, *lib. 1. quæſt. 17. art. 4. num. 62.* & dictis ibidem addo *Sbroz. de offic. Vicarij, lib. 2. quæſt. 191. Berretta conſ. 3. num. 1. vſque in fin.*

16 Ampl. præsertim † si innocetur ad conseruandam episcopalem iurisdictionem, *cap. dilectus, de ſent. excom. in ſext. Inn. cap venerabilis, & Abb. de cenſib. num. 3. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 192. num. 13.*

17 Ampl. præsertim † pro defensione, & manutentione Ecclesiæ, & iurium illius. *l. alearum. C. de alea luſ. & aleat. Iſern. in proem. conſtit. Regni, verſ ſicut duo ſunt.*

An laicus Iudex requisitus de brachio con-

18 tra † personam clerici exercendo possit, vel debeat clericum captum ducere ad suos carceres, *Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 192. num. 10. & ſeq.*

19 An autem inuocatio † brachij secularis contra Ecclesiasticam personam sit denuncianda Episcopo, vbi fieri debet exequutio. *Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 192. num. 9. & ſeq.*

20 An autem laicus † Iudex debeat stare actis ab Ecclesiastico, vbi requiritur de bracchio, & è contra, vbi Ecclesiasticus requiritur à laico. *Tuſcus concluſ. 430. Iudex, num. 9. & ſeq. plurib.*

21 An autem Ecclesiasticus † Iudex possit præcipere seculari, vt exequatur suam sententiam, absque causæ cognitione, non seruata illius cõsuetudine. *Bald. conſ. 91. ſed pone, lib. 5.* quem refert, & sequitur *Tuſcus concluſ. 430. Iudex ſecularis.*

22 Limit. vbi sententia † Iudicis Ecclesiastici requirentis seculare brachium, est nulla, vt dixi *ſupra §. 4. verſ tert. a.*

23 Limit. vbi sententia † Iudicis Ecclesiastici requirentis seculare brachium est iniusta; vt dixi *ſupra §. 4. verſ. quarta.*

24 Limitari etiam † multis modis potest, quos colligere licet ex limitationibus datis regulæ constitutæ supra *§. 2. & ſeq.*

25 Limit. vbi à sententia, † pro cuius exequutione petitur seculare brachium, probatur fuisse appellatum, vt examinaui *ſupra §. 4. verſ. prima.*

26 Limit. vbi excipitur, † & probatur sententiam fuisse prolatam ab incompetenti Iudice, vt dixi *ſupra §. 4. verſ. ſecunda.*

27 Limit. vbi brachium † seculare requiritur à Iudice delegato, cui in commissione sibi demandata, non legitur data facultas implorandi auxilium brachij secularis, *Alberic. in l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. aud. nu. 5. verſ. ſed nunquid. Archid. in cap. vt officium, de hæretic. in ſext. num. 9. verſ. denique, quem referunt, & ſequũtur Calcan. conſ. 119. num. 2. verſ. relinquitur. Fed. de Senis conſil 251. Iacobus, num. 4.* & late *Martin. de Fano tract. de brachio ſecul. implorand. num. 3. verſ. quod autem, & num. 4. & ſeq. Felin. in cap ſignificaſti, de offic. delegat. num. 2. verſ. quarto,* Qui omnes testantur ita seruari de Stylo Romanæ Curiæ, quem

28 † à lege non differre probant *Calcan. d. conſ. 119. num. 3. & Fed. de Senis conſ. 230. num 5.* concludentes Iudicem iudicantem, & facientem contra stylum suæ Curiæ facere litem suã, sicut faceret, sic cõtra legem iudicaret, relati *à Bellug. in Spec. Princip. rub 11. §. & quæ dicta ſunt, num. 1. vſque in fin. & ibi Borel. late.*

29 † *Mandoſ. tract. de comiſ. formul. 2. verſ. auxilium,* dicit, qui sapiunt apponere istam clausulam ad tollendum omne dubium,

30 Contrarium tamen sibi parum † constantes tenuerunt *Archid. in cap adminiſtratores. 23. quæſt. 5. num. 2. verb. Eccleſiaſticis, & Fed. de Senis conſ. 164. ſuper, num. 3. verſ. in contrarium,* relatis *Inn. Spec. Ioan. And. & eodem Archid.* quibus addo *Oldrad. conſ. 89. Epiſcopus, in fin. Zabarel. in Clem. 1. de offic. delegat. num. 14. verſ. decimo. Felin. in cap. ſignificaſti, de offic. delegat. num. 14.* vbi de communi, *& ibidem Bero. num. 24. & ſeq. Rol. à Val.* plures congerens, *conſ. 37. lib. 1. num. 1. Marſil. de Bannit.*

de Bannit. §.commissario , num.53. vers.quærit notabiliter. Bellug. testans de veriori, in Spec.*Princip.rub.11.* §.*& quæ dicta sunt.n.1. & seq.vers. & ideo* .

31 Contrarietate hanc tẽtarunt † conciliare *Fel. in cap.significasti de offic. delegat. num.2. Gul. de monte* Laudan. *in* Clem.*vnic.de offic. deleg.* quem ipsissimis verbis relatis sequitur *Hunric. Boich. d.cap.significasti , num.2. & seq.*

32 Limit. vbi Iudex † Ecclesiasticus requirens auxilium brachij secularis esset incompetens in causa , in qua pronunciauit , & cuius sententia petitur exequi . *Natta cons.529.Iudex, nu.37. & seq. Gail. obseruat.115. Iudicem , num.10.* concludens brachium non impartiendum delegato , nisi prius fecerit fidem de sua delegatione , & sic quod esset Iudex competens . *Rol. à Val. cons.37.lib.1.num.2. & seq.*

33 Limit. vbi Iudex laicus † requiritur ad exequendam sententiam latam in crimine, seu causa mixti fori, seu in qua sit locus præuentioni , vt puta in causa vsuræ, sacrilegij, quoad pœnam pecuniariam : nam in ijs non obligatur secularis Iudex parere Ecclesiastico , nisi cognita iustitia, & validitate sententiæ ex processu . *Bellug. in Specul.*Princip *rub.11. §.tractandum, num.2. in fin. & num.3. & 4.* & dixi *supra* §.4. *vers.tertia , & vers.quarta* . Cagnol.*in l.cum.quædam, ff. de iurisd.omn. iud. num.33. circa fin.* exemplum referens de propinante poculum amatorium .

34 Limit. vbi sententia Iudicis † tam Ecclesiastici , quam secularis requirentis alterius brachium , est euidenter iniusta , & peccat, vel in iure . vel in facto.*Bellug.in Spec.*Princ.*rub.11.* §.*tractandum , num.4. vers. maxime* , addendo præsertim si essemus in casu, quo Iudex supplere potest, quæ desunt partibus , remissiue

35 referens , † qui sint casus, In quibus Iudex potest supplere , & dixi *supra.* §.4.*vers. quarta* .

36 Limit.vbi allegatur † quæuis exceptio , quæ opposita coram exequutore , faceret illum supersedere.*Bellug.in* Spec.*Princip rub.*11.§.*tractandum , num.4. post med. vers. & allegantur* , & dixi *supra .§.2.vers limit.vbi abeo* .

37 Limit. vbi Ecclesiasticus † potest ipse exequi suam sententiam in bonis sibi subditis. *Cagnol. in l.cum quædam.ff.de iurisd.omn.iud.num.33. vers.secundo* .

38 An autem sint exibenda † acta seculari Iudici, cuius brachium imploratur .*Isern.in proem. constit. Regni Sicil.in fin.*

§. X.

SVMMARIVM.

Repræsaliæ sunt de iure probibitæ . 1. Quare . 2. Conceduntur ex causa . 3. Conceduntur tantum à supremo Principe , & ab alio cui sit data talis facultas . 4. 5. Item à prætore . 6. Solemnia in illis decernendis . 7

Repræsaliæ indicuntur , vbi negatur iustitia subditis illas indicentis . 8.9. Ampl 10, 11.

Iustitia quando dicatur negata , quoad decernantur repræsaliæ . 13.14

Repræsaliæ decernuntur contra bona , & res illius , qui requisitus ad exequendam sententiam latam à requirente , illam exequi recusat.14. Ampl. 15.16. *Limit.17. An sufficiat vnica requisitio . ibid.*

Repræsaliarum vsus frequens fuit , sed sublatus , et renouatus . 18.20. *Quare negatus , et sublatus .* 19

Principes studere debent enixe, vt subditis suis ministretur iustitia,etiam ab exteris Principibus . 20

Repræsaliarum vsus quando coeptus .21. sibi reseruauit Populus *Roman.22.23. effectus qui sit.*24

*Repræsalijs relaxatis contra Florentinos,an contineantur clerici Florentini.*25

1 REpræsaliæ, quamuis † regulariter sint de
iure prohibitæ. *Ancar. cons. 140. primum dubium . Bologn. in addit. ad cons. Io. de
Anan.94 num.3. in fin.vers. et primo* , quia
2 iniustum † ac impium est , ab vno exigi , quod
ab alio est debitum.*§.1. auth. vt non fiant pignor.et toto titulo de probib.sequestr. pecun.*
ex illis offenditur iustissima , & æquissima iuris
regula, quod nemo ex alieno facto , vel delicto
grauari debet ,*l. non debet,ff.de reg. iuris*, pœna enim sequi debet suum auctorem, vt inquit
Imperator *in l.sancimus* . C.*de pænis* .
3 Attamen ex causa † sunt illæ concessæ , &
fiunt licitæ iure diuino, ciuili, naturali , & gentium *Bolog. ad cons. Io. de Anan.94. num.4.
vers. et istud adeo* , & pluribus relatis probant
Ancar.*cons.140. num.2. Papon. de iur. repræsal. arest.1. vers.tertium, lib.5. Gail. de pignorat obseruat.2.num.2.*Causæ autem concedendarum repræsaliarum multæ sunt,*vt refert Iac.*
à Canibus, *tract. de repræsal. num.20.et post
illum* Laudens.*eod. tract.num.3. et 7. Mysinger. obser.1. centur.6.num.4.8. et seq. Tusc.
conclus.195.repræsaliæ*:Agendo tamen tantum
de ijs, quæ conueniunt argumento nostro , di-
4 cendum† repræsalias iuste concedi à non recognoscente superiorem . *Bart.in tract. de repræsal.* § *tertia principalis , num.3.* eam afferens
rationem , quia est species indictionis belli, sequitur *Ioan.Iacob. à* Canib.*eod.tract.num.36*
5 *in fin.et nu.37.* ampliando in quocunque,† cui
à supremo Principe concessum sit ius repræsaliarum , quia tunc à superiore videntur concessæ ;
addendo non differre,an is non recognoscat superiorem de iure , vel de facto . Idem repetit
*Martin. Laudens. eod. tract. nu.*8. Prætorem
6 † tamen , quem vulgariter nuncupamus Potestatem, habentem merum imperium posse repræsalias relaxare, & decernere, tradunt *Calderin cons.1. de trigua, et pace , num.4. vers.quod
enim, et Ancar.cons.*140.*primum dub.num.3.*
7 *in fin. subdens num.*4.Solemnia † necessaria ad
decretum repræsaliarum , vt post illum retulerant Bologn.*ad cons.Ioan.de* Anan.94. *Papon.
de iur. repræsal. arrest.1. lib.5. Laudens.tract.*

de repræsal.num. 15. *et seq.* Causa autem concedendi repræsalias est,

8 Quando subditis indicentis si repræsalias denegatur iustitia ab officiali alterius Principis. *Calderin.cons.* 1. *de tregua & pace*, *nu.*4. *vers. quodenim*. *Ancar.cons.*140.*num.*2 *in fin.* concludens repræsalias decerni quoties utique in loco debitoris non reperitur iustitia, negligentia, vel voluntate domini negligentis, vel nolentis ministrare iustitiam in suum subditum. *Corset.singul.* §. *iudex.*5. *Afflic.ad const. Regni, rub.de cultu pacis, num.*37. subdens an sufficiat semel instasse, vel pluries sit instandum.

Sed quia relatus defectus iustitiæ, duobus modis contingere potest, & clatius id exemplis demonstratur; Primus modus defectus iustitiæ erit, si subditus vnius Principis, litigando, vel gerendo officium sub alio Principe, iniustitiam est passus: nam si alio remedio sibi non sit con-

9 sulium, † potest proprius Princeps, ad querelam passi iniustitiam, decernere repræsalias, contra Iudicem, personas, & bona subditi Principis, qui non curauit ministrari iustitiam requirenti. *Mysing. obseruat. centur.* 6.*nu.*8. & 9. *Paris de Put.tract. de syndicat.* §. *Iudices ad syndicatum qui sint cap.*4. concludens iuste decerni repræsalias contra Iudicem, & illius familiam, ac assessores eiusdem, si iniquæ sententiæ assenserint, & aliquo modo essent deputati ad iudicandum, & iudicata exequendum; addendo idem dicendum, & faciendum ad instantiam Iudicis, qui in syndicatu iniuste fuit condem-

10 natus, † etiam si in ingressu officij promisisset non uti repræsalijs, etiam quod non habuisset recursum ad superiorem eorum, qui illum in syndicatu condemnauerant, paupertate sua impeditus: subdens *num.*3. quid dicendum si Iudex qui inique iudicauit, vel aliter dedit causam repræsaliarum, sit forensis, & non subditus Principi, sub quo iniustitiam fecit; addendo quod cum quidam Siculus Prætor Florentiæ fuisset multatus scutis quatuor mille, quia recusauerat capite punire quatuor insontes Florentinos ciues, conquestus apud Regem Alphonsum, decretæ fuere repræsaliæ contra Florentinos.

11 Ampl. vt multo † magis decerni possint repræsaliæ, etiam generaliter contra omnes subditos, si Princeps ipse tulit iniquam sententiã, *Paris. de Put. de syndicat.* §. *repræsaliæ*. addendo tali casu etiam, qui passus est iniustitiam, posse sibi ius dicere.

12 Intellige modo † requisitus fuerit supremus Dominus Iudicis, qui denegauit iustitiam, vel inique tractauit non subditum, & ille pariter recusat, vel negligit facere iustitiam. *Calderin. cons.*95. *num.*4. *vers.hoc tamen*. *Ancar. cons.* 140. *num* 4.*Bolog.ad cons.Ioan.Anan.*94.*n* 4.

13 declarando tunc † dici fuisse neglectum facere iustitiam, si non consulit indemniati eius, cui denegata est iustitia, vel non eligitur Iudex non suspectus, qui cognoscat de veritate querelae conquerentis. *Angel.cons.*196. *Non sunt octuaginta*, *col.* 2. *vers tertio Ioan. de Anan. d.cons.*94.*num.*2. concludens repræsalias iniuste fuisse relaxatas contra Florentinos, & Bononienses, non requisito Bononiensi Legato, & Communi, & officialibus Reipub. Florentinæ.

Secundus modus, quo dicitur alicui defice-

14 re, seu non ministratam † fuisse iustitiam, est, quoties Iudex vnius Principis, sedens pro tribunali, *Rom.cons*48.*in fin.vers. præterea*, lata legitima sententia contra aliquem, suis requisitorijs litteris instat, ab officialibus alterius Principis, suam exequi sententiam in bonis condemnati existentibus in illius territorio, & ille negligit, vel negat parere requisitorijs. Nam isto casu decerni possunt repræsaliæ, contra res, & bona subditorum eius, qui noluit esse alienæ sententiæ seu verius iustitiæ exequutor. *cap. Dominus*. 23. *quæst.*2. *Innoc. in cap. olim causam, de restit spol.num.*8.*vers item quilibet, & num.*9.*& seq. in fin. vers. alij dicunt. Iacob. à Canib. tract. de repræsal.num.*20.*vers.prima*, & fuisse ob denegatam iustitiam isto modo, concessas repræsalias à Venetis, Ianuensibus, Pisanis, Perusinis, & alijs, refert *Tusc. conclus.* 193. *repræsaliæ*.

15 Ampl. præsertim † vbi requisitoriæ litteræ sint scriptæ sub nomine supremi Principis, & ad supremum Principem, vel qui de facto non recognoscit superiorem. *Cuman.cons.*141.*Domini Iudices, quem refert, & sequitur Tusc. conclus.*466. *Iudex.num.*1. concludens si ciuitas Lucana negligit, vel recusat exequi sententiam latam contra ciuem Lucensem, Venetijs legitime conuentum, iuste posse decerni repræsalias contra Lucenses. *Paris de Put. de syndicat.* §. *repræsaliæ*, *in fin.*

16 Ampl. etiam si sententia † esset nulla inspectis legibus, vel Statutis, consuetudine, vel stylo loci, vel curiæ iudicis requisiti, modo sit valida, iuxta leges Iudicis requirentis. *Cuman. cons.*141. *num.*3. *Tusc. conclus.* 466. *Iudex. num.*4. addendo faciendam esse fidem Iudici requisito de stylo, vel lege, validante talem sententiam.

17 Limit. vbi sententia † quæ petebatur exequi, erat nulla, vel iniusta. *Paris.de Put. de Syndicat.* §. *Iudices ad syndicandum, qui sint cap.*4. *in fin.* addendo Iudicem negantem, vel negligentem exequi talem sententiam, non posse condemnari in syndicatu, quia deficiente subiecto, in quo cardo sententiæ vertitur, non potest dici adesse aliquam sententiam, quæ esset exequenda.

An sufficiat vnica requisitio, vel opus sit pluribus. *Afflic. ad constit. Regn.Rub. de Cultu pacis, num.*37. *& seq.*

18 Vsus repræsaliarum, parentum † nostrorum ætatibus frequens in Italia, vt patet ex relatis à *Tusc. conclus.*193. *repræsaliæ*, abierat nostris temporibus in desuetudinem; renouatus tamen fuit superioribus annis, Motis armis, & bello inter Regem Hispaniarum, & Ducem Sabaudiæ, occasione Marchiæ Montis ferrati, quia ex illarum concessione indicitur quodammodo

19 † bellum, inimicitiæ talens secum furta, stupra, scandala, & ... mille malis ...

ratione tefert *Gail. de pignorationib. obseruat.* 2. *num.* 3. à modernis Imperatoribus illarum con-
20 cessionem † denegari, ne turbetur publica quies, quæ vtilitati priuatorum est præferenda. Partes tamen supremorum Principum sunt vrgere, studere, quærere, & omnem mouere lapidem, vt subditis suis, ab exteris Principibus, ministretur iustitia.

Quamuis *Martin. Laudens.* sequendo *Bart.*
21 *de repræsal. n.* 4. voluerit repræsaliarum † vsum fuisse excogitatum post occasum Imperij Rom. illo diuiso in Regulos, & de facto Principantes, fallitur tamen, vt probat *Zas. in l.* 2. §. *& ita leges, ff. de origin. iuris vers. latas, in fin.* quia illæ originem habuerunt à Fœcialibus Sacerdotibus, institutis à Numa Pompilio secundo Romanorum Rege, quorum munus erat, vt referunt *Gell. Noc. Attic. lib.* 16. *cap.* 4. *Plutar. in Numa. Halissarnac Histor. Roman. lib.* 1. custodire, ne alicui à Romanis iniuste inferretur bellum: & illud indicendi, vbi à socijs Populi Rom. tracta esset pax, vel iusta non fecissent.

22 Morem seu ius indicendi † repræsalias sibi reseruasse Rom. Populum aduerto, postquam iuxta Donationem Constantini, de qua in *cap. Constantinus, dist.* 96. conficta, vel vera, non disquiro, cum non leuem dubitandi causam præbeat inscriptio illius per verbum, *Palea*, vt aduertit *Alciat. Parergon lib.* 12. *cap.* 3. & post illum *Prataus in Lexico. §. Palea.* transtulit in summos Pontifices Diui Petri Apost. Principis successores, & Christi Redemptoris nostri Vicarios, omnem suam autoritatem, vt prius transtulerat in Imperatores, vt refert *Pomponius in l.* 2. *ff. de origin. iur.* Nam Statutis populi *Rom. lib.* 1. *cap.* 157. *in fin. & lib.* 2. *cap.* 30.
23 fuit sancitum † quod constitutis in mora illis, qui debent fideiussores liberare, vel indemnes releuare, quod contra Barones, seu locorum dominos, & Communitates, fieri possit executio pro debito factæ fideiussionis: & si ab incola, vel ciue Romano petatur securitas ab aliquo habitante in districtu, & fuerit ille contumax, cum Communitate requisita, vt faceret talem præstari securitatem, Vniuersitas, & Dominus illius in certa pecuniarum summa condemnetur, & condemnatoria sententia exequatur con-
24 tra singulos ex Vniuersitate: † effectus enim purus repræsaliarum est, vbi vnus peccat, & alius plectitur.

25 An relaxatis repræsalijs † contra ciues, vel homines Florentinos comprehendantur clerici, viden. *Bart. in tract. de repræsal. §. septima, num.* 1. *& seq. Guid. Pap. decis.* 34.

§. XI.

SVMMARIVM.

Pactum quod non soluente debitore conuenta die, possit à creditore carcerari, non valet. 1. 3. 5. *& quare.* 6. *Ampl.* 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. *Limit.* 10. 14. 16. 17. 18. 19. 20

Testatoris dispositio, quod aliqua bona sua, vel reliquia corporis sui proijciantur in mari, est valida. 2

Doctor plures opiniones referens, censetur approbare posteriorem. 5

Nobilis qualiter carcerandus. 15

Debitor quando possit capi, et carcerari a creditore. 16

Arguendo ab vltimis voluntatibus ad contractus, quod genus argumenti validum, & frequens est iuxta tradita ab Eucrard. in suis locis argument, *c. à contract.* ad vltimas voluntates, & è contra, *num.* 2. facilis est resolutio difficultatis nostræ, quod validum sit, & exequi possit
1 pactum † facultatiuum de carcerando debitorem morosum propria auctoritate absque Iudicis auxilio, vel ministerio: quia valet testatoris
2 dispositio, † quod pars aliqua suorum bonorum, vel reliquiæ corporis sui in mare abijciantur, *l. quidam.* 27. *ff. de condit. instit. l. Mænius.* 54. *ff. de condit. & demonst.*

Proposita difficultas duo habet capita, vtrunq; breuiter, quantũ potero resoluendo, non transcribendo, quæ late cumulat *Ioan. de Platea in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib.* 10. *num.* 24. *vsque in fin.* vbi late disputat an validum sit pactum inter debitorem, & credito-
3 rem † tempore contractus, quod non soluente debitore die conuenta, possit à creditore propria auctoritate capi, & carceri detineri donec soluerit: & plura cumulat, quæ negatiuam, & affirmatiuam suadere possunt, & idem præstitit *Alex. in l. quia tale §. eleganter, ff. solut. mat. num.* 6. *cum quatuor seq.* inclinando in negantem opinionem, cum post ea, quæ pro affirmatiua deduci poterant, illam postremo referat, iuxta regulam, quod vbi à Doctore plures re-
4 censentur † opiniones, nullam expresse improbando, censeatur adhærere posteriori: quam
5 expresse firmauit † *Angel. in l. si vnus.* §. *pacta, ff. de pactis, num.* 3. quia potestas capiendi, &
6 carcerandi † spectat ad Iudicem priuatiue, quoad alios regulariter, & clarius, *in d. §. eleganter, num.* 5. *vers. sed non potest, &* §. 1. *in fin. auth. vt non fiant pignorat*, & dixi *sup. cap.* 11. §. 5.

7 Ampliabis primo, etiam † quod fuerit conuentum, vt capi possit, etiam quod resistat, seu cum violentia; ex his quæ dixi supra. §. 6. *vers. limit. vbi Iudex*, *Ioan. de Plat. in l. nemo carcerem.* C. *de exact. tribut. lib.* 10. *num.* 30 *Socin. cons.* 99, *lib.* 4. *num.* 11.

8 Ampl. etiam † vbi fuerit conuentum, vt capi possit ad effectum, vt fiat seruus, vel seruiat, vel in illius corpus constituatur pignus vendendum, sicuti venduntur cæteræ res pignoratæ. *Io. de Plat. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. num.* 31. *Angel. in l. si vnus. §. pacta, ff. de pact. num.* 1. *Rom. in l. quia tale*, §. *eleganter, ff. sol. mat. num.* 4.

9 Ampl. præsertim † si pactum fuerit conceptũ, quod debitor carceri priuato mancipatus deti-

nea-

neatur donec soluerit. *Alex. in l. quia tale, §. eleganter, ff. sol. mat. num. 6. vers. septimo*, vbi limit. in † debitore redempto ab hostibus, qui recusat soluere, & scriptore, qui promisit certo loco stare, & scribere librum. *Socin. cons. 99. lib. 4. num. 11. Imol. d. §. eleganter, num. 4.*

11 Ampl. etiam si tale † pactum sit iuramento firmatum. *Roman. l. quia tale, §. eleganter, ff. sol. mat. num. 6.* & *Bart. nu. 5.* addendo non valere de Iure Ciuili nec Canonico, *& Alex. num. 6. in princ. vers. & dicit Bald.*

12 Ampl. præsertim † si pactum istud fiat in casu, quo de iure non licet creditori manus inijcere in debitorem sine Iudice. *Rom. l. quia tale, §. eleganter, ff. sol. mat. num. 8. in fin.*

13 Ampl. vt multo † minus valeat contra paciscentis hæredem, *Roman. l. quia tale, §. eleganter,*

14 *ff. sol. mat. num. 10.* † nisi adsit Statutum in contrarium, vt *idem subdit, num. 14.*

15 Ampl. præsertim † si tale pactum fuerit factum cum viro nobili, etiam si carcer esset latissimus, arg. dictorum *Grammat. decis. 33. magnifica Lucretia, num. 13.* dum voluit Princi-

16 pem mandantem carcerari † nobilem virum, esse à Iudice satisfactum mandato Principis, si illi assignetur palatium suum, vel etiam tota ciuitas pro carcere.

Ampl. præsertim si fiat à nobili etiam cum renunciatione priuilegij nobilitatis. *Aegidius in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. part. 2. cap. 13. clausul. 7. num. 6. vers. similiter.*

17 Limit. vbi tale pactum † fit in vno ex casibus, quibus licet manus inijcere in debitorem, & illum capere. Qui autem sint isti casus videndi sunt *Ioan. de Plat. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib. 10. num. 25. Rom. in l. quia tale, §. eleganter, ff. sol. mat. nu. 5. & 7. circa fin. & Alex num. 6. in fin. vers. fallit. & Angel. num. 5. in fin. & Castr.*

18 Limit. ad effectum † vt captus ducatur ad carceres publicos. *Bald. in l. Titio centum. 70. §. Titio. 2. ff. de cond. & demonst. concludens* posse pacisci, quod in casu isto debitor possit carcerari sine alio processu, & ita consuluisse Ant. de Vbiano, seu de monte Rubiano, vt *dixit Alex. in l. quia tale. §. eleganter. ff. sol. mat. num. 9.* quod est exiguum oppidum Vmbriæ. *Aegidius l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. cap. 13. clausul. 7 num. 1.* vbi plures congerit, *licet Io. de Imol. ibidem num. 4. & in d. §. Titio, num. 5.* relatis dictis *Bald.* qui simpliciter loquitur valere dictum pactum, vt dixi, contrarium velit, quia partes non possunt renunciare ordini iudiciorum, & idem *cum Imol. volunt Rom. & Alex. ibidem num. 6. vers. in hoc ergo passu*, addendo etiam quod fuerit pactus, vt capi possit à familia Iudicis, quia ordini iudiciario renunciari non potest, nec ab exequutione inchoandum, & dixi *supra capit. 14. num. 14.*

19 Limit. vbi tale pactum † fieret in loco, vbi vigeret Statutum, vel consuetudo, quod morosus debitor possit à creditore propria auctoritate capi, & carcerari. *Ioan. de Imol. in l. Titia centum. §. Titio. 2. ff. de cond. & demonst. num. 5. vers. nec obst. d. l. missi, & in l. maritum. §. eleganter, ff. sol. mat. nu. 4. in fin. Rom. tamen in l. quia tale, §. eleganter, ff. sol. mat. num. 13.* disputat de validitate dicti Statuti, & concludit valere, & dixi supra *cap. 11. §. 5. vers. valido itaque, & comprobatur ex dictis Bald. in l. facultas. C. de iur. fisci, nu. 2.* concludentis Statuto posse moderari, non autem pœnitus tolli defensionem.

20 Limit. vbi † debitor non resistit. *Aret. in l. maritum, §. eleganter, ff. solut. mat. num. 7. in princ. vers. nam ego concedam. Soc. cons. 99. lib. 4. num. 11.*

21 Limit. vbi tale pactum † fit in consequentia. *Aret. in l. maritum. §. eleganter, ff. sol mat. n. 8. vers. sed ibi plene.*

22 Limit. ad euitandum pœnam *l. meminerint, & l. extat. Aegidius in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. part. 2. cap. 13. clausul. 7. num. 4. & 5.*

---

§. XII.

SVMMARIVM.

Pactum quod in casu moræ debitoris, liceat creditori ingredi, & possidere bona illius, est validum. 1. *Intellige.* 7. 10. 12. 15. *Ampl.* 2. 8. 9. 11. 13. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 28. 32. *Limit.* 14. 25. 30. 34. *Sublimit.* 21. 33

An ius huius pacti possit cedi. 29

Actiones transeunt ad hæredes actiue, & passiue. 3. *Amplia* 4. 5. *Intellige.* 6

CVm personæ rebus præferantur, *l. sancimus. C. de sacros. Eccles. glos. l. ob æs, verb. alienum. C. de præd. minor.* ideo constituam regulam hoc §. *conuenientem* constitutæ in ante-

1 cedenti, Quod validum † sit pactum, vt in casu moræ, creditor possit propria auctoritate ingredi, capere, & possidere bona debitoris morosi, affirmant *Angel. in §. eleganter, quem ille legit sub l. maritum*, cum cæteri illam legant sub *l. quia tale, ff. sol. mat. num. 5. & in §. 1. in fin. auth. vt non fiant pignorat. l. 3. C. de pignor. vbi glos. verb. non videntur, alia iura congerit, idem ibidem firmat Odofred. Bellapert. Alberic. & reliqui. Neguf. de Pignor. part. 4. num. 8. Afflic. decis. 368. num. 1. in fin. Cartar. decis. 12. num. 10. & seq.* & dixi *supra*, *cap. 2. §. 22.*

2 Ampl. vt sit validum † etiam ad effectum capiendi bona hæredis eius, qui tale fecit pactũ, *l. veteres, C. de contrah. & commit. stipul.* vbi *Bald. in fin. l. pactum, ff. de probat.* & ratio est

3 quia actiue, † & passiue transeunt actiones ad hæredes, *l. 2. C. de pact.* vbi *glos. l. viam veritatis. C. locat.* etiam si de illis non sit facta mentio. *Tiraquel. de retract. conuent. §. 1.*

4 *glos. 6. num. 1. in fin.* † Vel pactum fuerit conceptum in persona paciscentis taxatiue, vel per verba personalitatem importantia, vt *idem subdit num. 2. & seq. Viuius decis. 12. venditor, num. 3. & seq. Surd. cons. 384. Desiderio, num. 46. Siluan. ad plura inferens, cons. 65. de anno, num. 22. & seq. Gaii. obser. 2. lib. 2.*

5 *num.*13.*& seq.* vel hæres esset disparis condi-
tionis defuncti, vt puta quia sit minor, vel Eccle-
sia, vt ex *Cyn. Bart. & Sal.* & alijs contra Innoc.
concludit Surd. *conf.*221. *super*, *num.*44. &
prius dixerat *Neguf. de pignor part.*4. *num.*17.
6 Intelligendo † modo fuerit liquidatum seu pro-
batum illum esse hæredem, vt dixi *supra, cap.*2.
§.1. *Bart. in l. creditores*. C. *de pignor. num.*14.
verf. è contra. Et minor vel Ecclesia fuerit de-
fensa. *Bero. conf.*150. *lib.*1. *num.*36.

7 Intellilge, si tali pacto † sit addita clausula con-
stituti, vel precarij. *Alex. conf.*35. *viso themate*,
*lib.*6. *in princ. Angel. Aret conf.*106. *in casu*,
*Tusc. conclus.*37. *pactum*, *num.*4.

8 Ampl. præsertim † si agatur de capiendis bo-
nis, quorum causa fuit factum pactum faculta-
tiuum ingrediendi propria auctoritate. *Bero.
conf.*150. *Viso dubio, lib.*1. *num.*36.

9 Ampl. in tantum † valere, vt excuset capien-
tem, seu ingredientem à pœna violentiæ, id est
vi bonorū raptorum, seu à pœna legis Iuliæ de
vi, & constitutionis D. Marci, *glof. l. pignoris,
verb. præsidiale. vbi Salic. n.*1. *verf. Item not.* C.
*de pignor. action. Bart. l. creditores. C. de pignor.
num.*18. *verf. tamen* per hanc conuentionem,
*& Sal. num.*14. *verf. sed tene contrarium*.
*Neguf. de pignor. part.*4. *num.*9. *& seq.* ad-
dendo procedere ad effectum retinendi, si præ-
terea dictum fuerit, vt possit ingredi, capere,
& retinere, *& num.*27. *& seq, addit.* † an
10 sit necesse, quod quis expresse declaret, quod
ingrediatur virtute *dicti pacti. Farinac. de
furtis, quæst.*175. *num.*174. *&* 175.

Ampl. vt in tantum sit in validum tale pa-
11 ctum, vt excludat eum, cuius bona sunt capta,
& possessa actione spolij. *Ruin. conf.*83. *de-
ueniendo*, *lib.*1. *num.*5. *in princ. verf. & pro-
pterea*. Martic. *& ab illo relati, decif.*194. *nu.*
2. *circa med. Bart Bald Ripa, & alij cumula-
ti à Menoc de recuperand. remed.*11. *num.*208.
& seq. limitando † si debitor resistat. Vel co-
12 ram Iudice seruatis seruandis fuerit liquida-
tum creditum, cuius causa concessa fuit facul-
tas ingrediendi possessionem debitoris propria
auctoritate, *Bart. l. creditores*. 2. C. *de pignor.
num.*14. *circa fin. verf. si enim, & verf. è con-
tra*. *Neguf. de pignorib. part.*4. *num.*8.

13 Ampl. etiam si tale pactum † sit factum cum
Ecclesia, modo contractus, cui apponitur sit
validus: & agatur de re non sacra. *Bart. l. credi-
tores*, 2. C. *de pignor. num.*7. *dum prius n* 6.
idem voluisset, si tale pactum fuisset factum à
tutore de rebus pupilli, eam afferens rationem,
quæ concludit ad vtrunque casum, quia perso-
na pupilli non præstat impedimentum validita-
ti huiusmodi pacti, sed tantum consideratio, an
illud sit conceptum in casu, quo de iure sit
validum. *Surd conf.*221. *num.*44. *& dixerat
Neguf. de pignorib. part.*4. *num.*18. *& seq.*
*Farinac. de furtis, quæst.*175. *part.*3. *num.*180.
14 *et seq.* Limitando quoad bona sacra, † & Deo
dicata, vt sunt Calices, Candelabra, & similia,
at etiam vbi ministri Ecclesiæ resisterent. *Ne-
guf. de pignor. part.*4. *num.*29. addendo requiri
præterea Iudicis declarationem: late tamen
hoc examinant *Menoc. de Adipiscend. poss. re-
med.*5. *nu.*22. *et seq. Tusc. conclus.*37. *pactum
ingrediendi*, *num.*23. *et seq.*

15 Ampl. etiam † si factum fuerit cum pupillo
debitore, vel illius tutore. *Farinac. de furt.
quæst.*175. *part.*2. *num.*183. *et seq.* vbi refert
dissentientes.

16 Ampl. siue † talis facultas sit concessa in quo-
uis contractu, siue in testamento. *Bart. l. cre-
ditores*. C. *de pignorib. num.*9. *et seq. et Sal.
quæst.*3. *Neguf. de pignor. part.*4. *num.*12. *Fa-
rinac. de furt quæ.*175. *num.*187. *et seq. Surd.
conf.*221. *num.*20.

17 Ampl. siue causa † exercendi tale pactum
fuerit liquidata tempore contractus, siue post,
sed notorie, & pro notorio deducatur. *Bart.
l. creditores*. C. *de pignor*, *num.*14. *Surd. conf.*
221. *super, n.*31. *in fin. et nn.*33. 36. *et* 51. *verf.
et non releuat*, qui loquitur in muliere ingre-
diente possessionem bonorum mariti defuncti
ex pacto, quod in casu solutionis matrimonij
liceret sibi sine Iudice capere bona mariti, præ-
sertim si adsit clausula constituti. *Neguf. de
18 pignorib. part.*4. *num,*22. addendo † modo
agatur contra debitorem. secus contra tertium.
*Tusc. conclus.*37. *pactum ingrediendi*, *nu.*39.
asserens ita fuisse iudicatum Florentiæ, etiam
19 addita facultate † vendendi, & valere vendi-
tionem, etiam hærede non citato; subdens tutius
esse citare saltem ad videndum confici instru-
mentum venditionis ex officio.

20 Ampl. si vlterius dictum † fuerit posse ingre-
di etiam negotio, vel causa non liquidata. *Bart.
l. creditores*. C. *de pignor. num.*16.

21 Ampl. etiam quod † quis ignorante debitore
ingrediatur possessionē. *Neguf. de pignor. part.*4.
*num.*13. addendo tale pactum excusare a vitio
clandestinitatis.

22 Ampl. in quacunque dispositione † fuerit po-
situm. *Angel. Aretin. conf.*28. *ad decisionem, in
princ.*

23 An autem tale pactum † possit exerceri con-
tra singularem successorem eius, qui fecit tale
pactum, & licentiam dedit ingrediendi propria
auctoritate, seu contra tertium, dixi *supra*,
*cap.*2. §. 17.

24 Ampl. vt tali pacto † valide addi possit conuen-
tio, quod creditor ingressus possessionem, possit
bona capta retinere in solutū, vel alteri dare pro
iusto pretio. *l.*1. *C. de pact. pignor. l. si fūdū*, §. *fin.
ff. de pignor.* modo in pretio constituendo cite-
tur debitor. *Tuscus conclus.*37. *pactum in-
grediendi*, *num.*41. dum *nu.*40. retulisset *Af-
flic. decif.*268. aliud sentientem, & *num.*39. di-
xisset tale pactum valere præsertim ad fauorem
mulieris in casu restitutionis dotis, modo non
agatur de pignore, quia in illo tale pactum est
improbatum. *Farinac. de furtis*, *quæst.*171.
25 *num.*208. *& seq.* † vbi limitat. *Neguf. de pi-
gnoribus*, *part.*4. *num.*11. *verf. secundo*.

26 Ampl. vt tale pactum † transeat etiam ad hæ-
redes eius, cuius fauore fuit illud conceptum
actiue, & passiue. *Neguf. de pignor. part.*4.
*num.*21. *in fin. verf. nona*. *Farinac. de furt.
quæst.*175. *num.*190. *et seq.* et *num.*192. de-

cla-

27 clarat procedere † quoad bona defuncti, non autem propria hæredis, licet non acceptauerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuent.

28 Ampl. vt iura talis pacti † exerceri possint etiã à singulari successore paciscentis. *Neguf. de pignorib. part.*4. qui loquitur de cessionario, idem dixerat Barbat. *consf.*51. *lib.*1. *num.*19. *in fin.* addendo procedere etiam si cedens habe-
29 ret facultatem ingrediendi per vim †. Sed an iura talis pacti possit cedi, late examinant *Farinac. tract. de furtis, quæst.*175. *num.*193. *& seq. Menoc. de adipiscend. possess. remed.*5. *num.*100. *Dec. consf.*449. *num.*36. *Tuscus conclus.*37. *pactum, num.*49.

30 Limit. vbi volens vti facultate † huius pacti reperit, qui de facto illi resistat. *Bart. l. quia tale. §. eleganter, ff. solut. mat. num.*8. *& in l. creditores. C. de pignor. num.*18. *vers. non tamen credo. Puteus decis.*73. *part.*2. *num.*4. *& decis.*130. *part.*2. *num.*5. *Neguf. de pignorib. part.*4. *num.*14. addendo secus esse si resistat verbis, non deducendo legitimam causam resistentiæ, vt dixerat *Bart. d. l. creditores, nu.*19. *in fin.* exemplum referens si offeratur solutio. *Mayner. in l. non est singulis, ff. de regul. iur. num.*5. *circa fin.* relati a *Menoc. de recup. possess. remed.*8. *num.*32. *& seq.* addendo exercentem isto casu tale pactum spoliare resistentem.

Contrarium ex *Bald. & alijs* defendit *Menoc. de recup. possess. remed.*8. *num.*38. *& seq. vers. contrarium.*

31 Sublimita si vltra pactum † facultatiuum ingrediendi, addita fuerit clausula constituti, vel precarij ad fauorem creditoris, nam quia tunc vtraque possessio fuit translata in creditorem, & si debitor resisteret, diceretur tunc spoliare, posset creditor per vim ingredi, & defendere suam possessionem. *Bart. l. creditores. 2. C. de pignor. nu.*19. *in fin. Neguf. de pignorib. par.*4. *nu.*14. *vers. istud. Tiraquel. de Constit. part.*1. *num.*37. *&* 38. addendo *in fin.* qui dissentiant,
32 *et n.*43. addit qui sentiãt pactum † istud isto casu posse exerceri contra singularem successorem resistentem exequutioni, etiam quod sit Ecclesia. *Surd. consf.*221. *num.*36. *& seq.* addendo procedere etiam non facta liquidatione.

Contrarium tenet *Ruin. consf.*127. *Visa, lib.*5. *num.*7. *& seq.* declarando quomodo intelligenda sint antecedentia.

33 Limita, vbi is qui † tali vti poterat facultate, Iudicẽ adiuit, & iudicialiter cœpit agere, vt dixi supra, *cap.*2. §.27. & dicam aliqua §. *seq. Bald. in l.*2. *C. de seruit. & aq. quæst.*10. cum alis cumulatis à *Tiraquel. de constit part.*1. *num.*39. *& seq.* vbi refert præterea Baldum sibi non cõstare, declarando id procedere, si simpliciter intentata fuerit iudicialis via, secus si cum protestatione conseruationis iurium. *Late tamen distinguit Bart. quid faciendum à iudice isto casu in l creditores. C. de pignorib. num.*26. & quid operetur Iudicis licentia, & quid à petente illam sit obseruandum. *Neguf. de pignorib. part.*4. *num.*23. *& seq. distinguit. Surd. consf.*221. *et seq. Maceratens. resolut.*52. *nu.*5. *et* 13.

34 Limit. vbi subesse † potest legitima causa impediens ingressum conuentum. *Mantic. decis.*194. *num.*2. *in fin. et num* 3. *et seq.*

§. XIII.

SVMMARIVM.

Creditor potest propria auctoritate capere debitorem suspectum de fuga. 1. *Limit.* 2. *Intellige.* 4

Mandatum suspicionis fugæ, vt concedatur, quæ requirantur. 3

Emphiteota an aperta emphiteusi possit à domino expelli propria auctoritate. 5

Iudex incompetens nihil validè facit. 6. *qui sit vbi agitur de expulsione emphiteotæ.* 7

AD confirmandum ea quæ dixi §. *antecedenti, num.*3. ac etiam regulam quam ex opinione Martini antiqui Iuris nostri glossatoris firmaui *supra cap.*2. §.27. addam aliqua, quæ rimando mea scartafacia superuenerunt. Velu-
1 ti quod si creditor † qui à lege habet facultatẽ propria auctoritate capiendi debitorem suspectum de fuga, *l. ait prætor. §. si debitorem,*
2 *ff. qui satisdar. cogant.* si tamen ille † capiatur de mandato Iudicis, exclusus est creditor facultate illum capiendi propria auctoritate. *Castr. consf.*78. *super eo. num.*3.

3 Vt autem à Iudice † concedi possit mandatum suspicientis fugæ, videndi sunt *Rom. consf.*224. *num.*3. *et consf.*320. *nu.*1. *et seq. vbi Mandosf. late. Trentacinq. var. resol.*10. *creditores, lib.*3. *Marsil sing.*282. *creditor. num.*1. *et* 3.

Facultas data creditori capiendi debitorẽ su-
4 spectum inteligit † modo debitorẽ consigner Iudici infra horas viginti, alias committit priuatum carcerem. *Iasf.* §.1. *Instit. de action. n.*70. *Bart. l. capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adulter. num.*3.

5 Quamuis controuersa sit † quæstio, an aperta emphiteusi ob canonem non solutum, possit dominus sine Iudice ingredi, & retinere fundum emphiteoticum, vt patet ex dictis *Petr. Iacob. in prax rubric.*4. *num.*8. *et* 14. *et Iasf. in l.*2. *C. de iur. emphit. num.*100. *et seq. vers. pro clara.* Attamen si adeat Iudicem, & iudicialiter sine reseruatione aliqua petat immitti, non potest deinde propria auctoritate capere possessionem, vt ex *Bal Augel.* & alijs concludit *Iasf. d. l.*2. *num.*114. *in princ.*

6 Limit. vbi quis non adit Iudicem † competentem, cum ille habeatur pro non adito, & requisito, *l.*2. *et fin. C si à non compet. iud.*

7 Iudex autem † competens isto casu erit Iudex rei sitæ. *Socin. consf.*167. *non inutilis, lib.*2. *num.*19.

§. XIV.

§. XIV.

SVMMARIVM.

Executor illegitimus est Iudex, qui nemine instante, alterius Iudicis sententiam executioni mandat. 1. *Ampl.* 2. *Limit.* 3. 4. *et* 5.

CVm Iudex officium suum non impartiatur nisi petenti, *l.* 4. *§. hoc autem, ff. de dam. infect. l. si super. C. de transf.* vbi *Bart. num.* 10. *l.* 1. *§. magistratibus, ff. de magist. conuen.* & ratione impotentiæ si quid faciat, illud sit nullum, tanquam factum à priuata persona. Ideo illegi-
1 timus † executor erit Iudex, qui non requisitus executioni mandat, quæ alius Iudex iudicauit, *l.* 1. *ff. de offic. consul. Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. num.* 10. *et Bart. nu.* 1. *vers. aut fine litteris, cap. Romana. §. contrahentes, de foro compet.*

2 Ampl. etiam si Iudex† exequens habetet parem iurisdictionem, cum Iudice, qui sententiam tulit. *Bart. in l. à diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. num.* 3. *Ias. num.* 10. *Cast. num.* 3. *vers. quinto*, exemplum, referens si Potestas duos habeat Collaterales, vt in Vrbe habet Senator.

3 Limit. in causis pijs † *l. ne quicquam. §. fin. ff. de iure fisci. Bart. in l.* 4. *§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. num.* 1. *in fin.*

Limit. vbi agitur principaliter de publica
4 † vtilitate. *Bart. in l.* 4. *§. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. num.* 2.

5 Limit. in † causis fiscalibus, *l.* 2. *§. senatus, ff. de iure fisc. i. Alex. in l.* 4. *§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. num.* 25.

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

Executio est nulla, et reuocanda, si facta fuit in re, de qua non fuit cognitum. 2. *Ampl.* 3. 4. 5

Argumentum à persona ad rem, et è contra, est validum. 1

Executio realis magis nulla est captura persona. 6

Iura sunt tertium genus bonorum. 7

Ordine vitiato vitiatur ordinabile. 8

Executio facta in bonis non potest fieri in persona, et è contra variando de vna specie pignorum ad aliam, quæ sit satis pro satisfactione creditoris. 9. *Ampl.* 10. 11. *Limit.* 13. 14. 15.

L. 2. *C. de pignor. est exorbitans, et Ampl. et Limitatur.* 12

ARguendo à persona † ad rem, *l. qui furore, ff. de stat. homin.* vbi *Alberic. et Bald.* vaidum esse tale argumentum *Euerard. in suis locis legal. cap. à persona ad res*, cui addo pariter valere argumentum e contra, à rebus ad personas, vt voluit *Ias. in l.* 2. *§.* 1. *ff. si cert. pet. num.* 9. & post *Ias. Tiraquel. de retract. linag. §.* 29. *glos.* 1. *num.* 3. *in fin. Surd. cons.* 380. *n.* 20. Ideo cum supra *cap.* 11. dixerim exequutionem faciendam contra condemnatum, alias est nulla, & reuocanda si fuerit facta contra non no-
2 minatum in sententia, idem † pariter est dicendum si fuerit facta in re, in illa non expressa, seu de qua Iudex non cognouit. *Gabriel. cons.* 52. *puto. lib.* 1. *num.* 4. & 5. *circa fin. Rol. à val. cons.* 5. *videtur, lib.* 2. *num.* 10. *in fin. et nu.* 11. *Rebuf. in Comment. de sent. exequut. artic.* 7. *glos.* 14. *num.* 3. *Roman. cons.* 69. *Viso. num.* 13. *Contard. de moment. possess. limit.* 19. *num.* 21. *Bart. l. ab exequutore. C. quorum appel. non recip. Host. in cap. quoad consultationem.* 15. *de re iudicat. num.* 8. *in princ. Ludouis. decis.* 555 *num.* 4. *Peguer. decis.* 205. *n.* 6. *in fin.*

3 Ampl. vt passus talem † exequutionem possit propria auctoritate, rem captam recuperare. *l.* 3. *§. cum igitur, ff. de vi, et vi armat. per quē textum ita firmat Gabriel. cons.* 52. *puto. lib.* 1. *num.* 5. *in princ.*

4 Ampliari, & limitari potest † multis modis, quos diligens lector desumere potest ex dictis *supra, cap.* 2.

5 Ampl. vt possit impediri † exequutio, quæ tentatur fieri in re, de qua non loquitur sententia. *Mysinger. obser.* 73. *centur.* 3. *num.* 3. *Ioseph. Lud. decis. perus.* 26. *num.* 16. *Scaccia de appel. quæst.* 17 *limit.* 6. *memb.* 4. *num.* 53. *in princ.*

Difficultas non aliena dicendis hoc capite, oritur, quid dicendum si generaliter fuerit relaxatum mandatum de carcerando debitore condemnato, & de auferendis illius bonis pro quantitate contenta in sententia: An facta exequutione in vna re, possit illa fieri in alia, & an variando, carcerato debitore, liceat capere illius bona, & à personali exequutione deueni-
6 re ad realem, quamuis nulla magis † realis dici possit executio, quam quoties fit in persona debitoris. *Peregrin. Ianin. tract. de reali citat. cap.* 1. *num.* 1.

Et resolutiue procedendo dicas, non licere, quia peruerteretur ordo datus à iure in *l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re indicat.* vbi antequam deueniatur ad capturam personæ debitoris, distrahenda sunt primum illius bona mobilia, deinde immobilia, & postremo nomina,
7 † & iura eiusdem, tanquam tertium genus bonorum eiusdem. *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 1. *et seq. Gabriel. de verb. signif. con-*
8 *clus.* 7. Cum itaque † ordine non seruato vitietur ordinabile, *l. non. hoc. C. vnde legit. l. qui Romæ. §. Flauius, ff. de verb. oblig.* itaut nec cōsensu partium sustineatur, *l. ius publicum, ff. de pact. Ias. l. testandi. C. de testam. num.* 4. *vers.*
9 *iuris enim*, † nullatenus poterit creditor facta exequutione in mobilibus, vel immobilibus, vel iuribus debitoris, quæ sint satis ad illius satisfacionem, deuenire ad capturam personæ, vel de vna specie pignorum ad aliam.

Amplia-

10 Ampliari, & limitari † posset firmatum assumptum ex dictis *supra cap.11. et cap.12.* Ideo ad ibidem dicta me remitto, ne bis idem sine fructu, & cum legentium tædio repetam.

11 Ampl. præsertim † vbi aliqua bona sunt creditori specialiter hypothecata; nam ante illorum excussionem, non possunt capi alia, *l.2. C. de pignoribus.* Cuius dispositio licet sit exor-

12 bitans, † teste *Socin. consf.75. pgimo. vol.4. num.14.* cui assentitur *Paris. consil.103. lib.3. num.4.* patitur tamen plures limitationes, ac etiam ampliationes, vt dixi in meis collectaneis ad eundem textum,

13 Limit. vbi quis exequutiue† conueniri potest, nam cum in exequutiuis electa vna via, non sit præclusa altera. *Lancel. de Attentat.2.part. cap.4. lim.t.2. num.84.* licita erit variatio de vna specie pignorum ad aliam. *Mauson. de caus. execut. ampl.15. num.5. & seq. Neguf. de pignor. part.8. menib.3. num.27. vers. postremo, & late Asin. de execution. §.2, cap.3, num.13.*

14 Limit. vbi pacto fuit † conuentum, vt in exequutione liceat variare. *Boer. decis.295. & primo presuppoco. num.10.*

15 Limit. vbi probatur † debitorem bona aliqua mobilia subtraxisse, nam ad capturam personæ immediate deueniri potest;& in iuris subsidium ad censuras, si agatur coram Iudice Ecclesiastico *Asin. de exequut. §.2. cap.1. num.3.*

Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

In ingressu quale quid est, tale est in progressu. 1

Principium similes sibi producit effectus. 2

Executio est nulla si fiat non præcedente legitima causæ cognitione. 3. *Ampl.* 4. 5. *Limit.* 8. 9

Citatio facta extra forum citantis sine decreto Iudicis in cuius territorio, quis citatur est nulla. 6

Citatione illegitima, sequentia sunt illegitima. 7

In notorijs non opus est causæ cognitione. 9. *non est opus cognitione, sed executione.* 10

SEntentiam prolatam absque causæ cognitionem esse nullam, notissimum est, & dixi *supra, cap.6. §.8. vers. secundus casus*, propte-
1 rea sicut in naturalibus, quale vnunquodque est in ingressu, tale est in processu, quia prin-
2 cipium † similes, & non dissimiles sibi effectus producit, *l in ratione. §. si filio, ff. leg. falcid. l. ex diuerso. §.1. ff de rei vendicat.* per quæ iura ad plura infert *Stefan. de Federic. de interpret. iur. part.1. num.30. & seq.* Ideo cautus debet esse causæ patronus, vt exequutio fiat præce-
3 dente † legitima causæ cognitione, & condemnatione, alias est nulla, & reuocanda, *l.1. C. de execut. rei iud. Galganet. de iure pub. lib.2. tit.51. num.10. cum quatuor seq. Natta. cons. 502. super, num.23. in fin.*

4 Ampl. etiam quod facta † fuisset autoritate, seu rescriplo supremi Principis, *l. fin. C. si per vi, vel alio modo, l. meminerint. C. vnde vi*, per quæ iura relatis *Bart. & Bald.* idem sentientibus concludit. *Natta. cons.502. super, n.24.*

5 Ampl. præsertim † vbi non præcessit decretum, citato debitore legitime ad soluendum, vel dandum, vel præstandum, quæ soluere, dare, vel præstare promisit, quis iuxta petita fuit condemnatus. *Rol. à Val. cons.32. primo, lib.2. num.19.* qui loquitur in casu, quo de solutione collectarum agebatur, addendo *num.20.*
6 citationem factam † extra forum citantis, sine decteto Iudicis, in cuius territorio, quis citatur, non esse legitimam, & non præcedente
7 legitima citatione † omnia sequentia esse nulla subdit idem. *num.23.*

8 Limit. vbi creditor pactus † est cum debitore, vt non facta solutione conuenta die, possit auctoritate propria facere executionem æque ac si iudicatum esset, modo creditor probet conuentionem legitime. *Rebuf. de chirograf. recognit. artic.1. num.104.*

8 Limit. vbi Statuto, † vel stylo Curiæ aliud est Statutum, vel obseruatur, vt apud Neapolitanos, vt dixi supra, *cap.1. vers. ampl. vbi exequutio.*

9 Limit. in notorijs † *Coler. de proces. part.3. cap.1. num.12.* eam asserens rationem, quia in illis ordo est, non seruare ordinem, *cap. ad nostram. 3. de iur. iur. Abb. cap. vestram, de cohabit. cleric. & mulier. nu.18. Soc. cons.99. vol.3. num.5.* & vt inquit *Bald. in l. ea quidem, num.7. C. de accus. & in l. cum fratrem. C. de ijs quib. vt indign. num.4. & 5.* in notorijs
10 † non opus est cognitione, sed exequutione. Veluti si quis sit debitum confessus in iudicio, vel coram Iudice, *Suarez. in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. §. sequutus vestigia, nu 8. & nu. 15.* & hinc iustificatur stylus Cur. Neapolis, de quo dixi supra, *cap.1. vers. ampl.* vbi exequutio.

Cap. XIX.

SVMMARIVM.

Causa cessante cessat effectus, 1

Executio fieri non potest, vbi deficit causa illam faciendi. 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 9. *Limit.* 10. 11. 12. 14

Exceptio, quæ non impugnat sententiam potest quandocunque opponi. 6

Obligationis iurata si deficit causa, iuramentum non obligat. 7

Pensionem soluere, qui se obligauit, excusatur à solutione si non est adeptus possessionem beneficij. 8. *Ampl. ibid.*

Causa finalis, quæ dicatur. 13. *si ex pluribus vna deficiat an cesset dispositio.* 17

Bart. reprobatur. 15

Lega.

Legatum factum pro filia maritanda, debetur illa maritata, etiam si viuens illam non petijt. 14. 16

1 CAusa cessante† extingui omnem effectum, qui ex illa prodire poterat, fatentur philosophi, & legistæ. *Arist. 2. phis. in princ. cap. cum cessante. de appel. cum alijs cumulatis à Tiraquel. tract. cessant. caus. num. 1. & seq. vnde versus.*

Effectum perimit causa perempta suum.

Non inquirendo itaque, de eua causa intelligatur relatum axioma, nec quando cesset, & ad quos casus extendatur, admonebo tantum causarum patronum, ne in munere suo exercendo
2 peccet, vel redarguatur, vt caueat, † ne faciat exequi sententiam, vbi sit certus causam exequutionis faciendæ defecisse, cessasseque, quia
3 facta reuocatur, † & facienda retardatur, *l. in commodato. §. fin. ff. commod. l. si fallo, ff. de cond. sine caus.* vbi qui soluit ex decreto Iudicis pretium rei commodatæ, vel quam pulsiendam receperat, quia illam sua culpa amiserat, potest solutum repetere, si deinde dominus illam inuenit, eo quia causa deuenit ad non causam, & agitur de iure, quod superuenit post latam sententiam, & factam exequutionem, & vrget æquitas reuocationis, & suspensionis illius, *l. 2. l. si à te. l. si mater. §. eadem, ff. de except. rei iud. Socin. d. l. si à te num. 1.* cum alijs cumulatis *à Tiraquel. tract. cessant. caus. numer. 240.*

4 Ampl. etiam † quod exequutio esset facta, vel dicatur fieri vi obligationis præcedentis, cuius causa deficiat, *l. ex conducto, ff. locat. Brunus tract. de interitu. concl. 11. vers. ad prædicta, & conclus. 16. vbi exempla plura refert. Gratian. discept. 273. num. 21. & seq.*

5 Ampl. etiam, quod facienda † esset ex obligatione iurata. Nam licet, vbi adest iuramentum, cesset omnis exceptio, *l. non erit. § dato, l. duobus, §. fin. de iur. iur. Serafin. de iuram. priuileg. 127. num. 1.* attamen quia defectus causæ, non impugnat iuramentum, imo illud confirmat, potest de illo excipi, exemplo eorum,
6 que dicuntur de exceptione, † quæ non impugnat rem iudicatam *Bursat. conf. 305 tam patens, num. 7. A fin de in praxi. §. 31. limit. 14. nu. 1. & seq. Serafin. d. priuileg. 127. Mancin. de iuram. part. 4. effect. 216. num. 22.* & ratio esse potest, quia deficiente causa obligationis,
7 † deficit consensus iurantis, sine quo iuramentum non obligat. *Dec. l. 2. § fin. in tertia lectur. ff. si cert. pet. num. 37. & seq. & conf. 492. Viso tenore, num. 24. in fin. & num. 25. & seq. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, num. 148.* exemplum, est si relaxatum fuit mandatum contra eum, qui ex causa cessionis, vel alises pro-
8 missus de beneficio, se obligauit soluere † pensionem, si sibi beneficium non fuit collatum, vel impeditus fuit illius adipisci possessionem *Bursat. conf. 261. r. signauit. vol. 4. Marestot. resol. 18. multi, num. 3.* ampliando etiam quod quis se obligauerit soluere, habita, vel non habita possessione, quia talis clausula non extenditur ad solutionem faciendã vltra annum, vel biennium, & triennium si subsit causa, vt idem subdit, *num. 4. lib. 2.*

9 Ampl. præsertim si deficiat ratione † causæ, qua illa fieri deber, vt puta si in parte fit extinctum debitum, quo casu exequutio dicitur excessiua, vt late sum prosequutus *supra, cap. 3.*

10 Limit. vbi defectus causæ † non est euidens, etiam quod ageretur de causa finali. *Alex. l. qui Romæ. § duo fratres, ff. de verb. oblig. nu. 54. Bart. l. de monstratio falsa. §. quod autem, de cond. & de monst. num. 13. Imol. col. 3. vers. item adde circa. Socin. num. 4. & seq. Corn. conf. 309. lib. 4. un 1.* & censuit *Rota coram Orano. in Rom. execut. Cam oblig. 21. Aprilis. 1593.* relata *a Zacchia de oblig Cam. decis. 148.*

11 Limit. vbi causa non † est talis, quæ obligatum non remouisset ab obligatione facta *Fulgos. l. sicum te. 52. ff. de pact. num. 4. & Cast. num. 3. Socin. conf. 159. lib. 2. num. 22. Cast. in l. 1. ff de edend. num 10.* dum voluit causam debere esse talem, ex qua necessario sequatur obligationis conclusio.

12 Limit. vbi defectus causæ † non est in causa finali, vt patet ex congestis à Tiraquel. *tract. cessant. caus. limitat. 1. num. 1. & seq.* quibus addo. *Surd. conf. 298. licuisse, num. 33.* Causa
13 autem † quando dicatur finalis, videndi sunt *Corn. conf. 101. Visis actis, lib. 1. col. fin. vers. verum. Franc. Bec. conf. 45. reuocatur, n. 30. Zuccard. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. num. 14. Surd. conf. 381. num. 8. & seq. Tiraquel. tract. cessant. caus. limit. 1. num. 21. & seq.*

14 Limit. vbi causa † potius dicitur habuisse effectum, quam fuisse extinctam *l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. l. hæc conditio, ff. de condit. et demonst. Bald in l filia, C. de legat. 1.* concludens legatum factum pro filia maritanda, deberi etiam si fuerit maritata *Baldum ibidem sequuutur Angel. Sal. Cast. Corn. et Ias.*
15 reprobantes † distinctionem *Bart. in l. Lutius. 1. ff. de legat. 2.* & teste *Cast. conf. 148. vol. 2.* hæc fuit originalis opinio *Gul. de Cun. in l. cum it. §. si mulier. ff de cond indeb.* Ideo Rota coram Pamphilio in *Senogalien. dotis. 26. Iunij.*
16 *1606.* dicebat deberi promissam † dotem, quamuis viuente muliere non fuisset vnquam petita.

17 Quid si plures finales causæ † concurrant, & vna deficiat, videndus *Rip. in l si ventri. §. in bonis, ff. de priuileg. credit. numer. 13. et seq.*

Cap. XX.

SVMMARIVM:

Executio facta post inhibitionem est nulla, et reuocanda. 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 10. *Limit.* 16

Princeps quando dicatur apposuisse manum actui,

actui, et quibus modis dicatur id fecisse. 7
Inhibitio tacita, quæ sit. 9
Attentata nulliter non sunt reuocanda, & quando. 11
Cessionarius, & similes vtuntur iure cedentis. 13. *Ampl.* 14. *Limit.* 15
L. non solet, ff. de regul. iur. Ampl. & Limit. 17
Commissioni impetratæ, quando quis possit renunciare. 18

1 DEcimo octauo obseruandum † est ne exequutio facta reuocetur tanquam nulla, & inualida, quòd non fiat post inhibitionem Iudicis. *Serafin. decis.* 385. *num.* 1. *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampliat.* 10. *Aretin. cons.* 75. *diligenter, num.* 1. *vers. circa primum, & num.* 4. *vers. secundo.*

2 Ampl. etiam si inhibitio † concessa fuisset parte inhibita non citata. *Aretin. cons.* 75. *Diligenter, num.* 7. vbi rationem refert *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 8.

3 Ampl. etiam vbi inhibitio † emanauit à Iudice delegato, in secunda, vel tertia instantia. *Aretin. cons.* 75. *Diligenter, num.* 4. *vers. secundo. Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11. vbi agit de inhibitione Rotæ, referens plura specialia illius Consessus in orbem.

4 Ampl. etiam vbi † inhibitio fuit reuocata parte non citata; quia idem est ac si non fuisset reuocata. *Aretin. cons.* 75. *diligenter, nu.* 8. *&* 9.

5 Ampl. etiam si inhibitio † fuerit tacita, veluti si Princeps apponat manum in causa, vel illam ad se auocet, *cap. vt nostrum, de appel. Peregrin. cons.* 24. *præsupposita, lib.* 1. *num.* 21. *Capic. decis.* 22. *num.* 3. *Bran. cons.* 47. *num.* 8. *Rimin. iun. cons.* 23. *illustris, nu.* 136. *Natta. cons.* 51. *num.* 11. *Abb.* loquens de quocunque superiore, *in cap. cum super, de sepultur, nu.* 9.
6 etiam quod nulliter † apposuerit manum. *Crauet. cons.* 136. *magister, num.* 8. *in fin. Rota diuers.* 570. *maior. part.* 1. *in recent. Surd. cons.* 354. *peracuta, num.* 28. *Gonzal. ad regul.* 8.
7 *§.* 3. *procemial. nu.* 146. Princeps autem † quando dicatur apposuisse manum causæ, videndus *Petr. Gregor. de benef. capit.* 24. *num.* 26. *vers. eo ipso quod Papa.* Modos autem plures, quibus probat ut Papam apposuisse manum causæ, refert *Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 52. *nu.* 11. *& seq.*
8 & rationem † nostri assumpti refert *Gul. Mayner. in l. qui iussu ff. de reg. iur. num.* 19.

9 Exemplum etiam † tacitæ inhibitionis erit, si fuerit appellatum in causa recipiente appellationem ad vtrunque effectum, vel alias sit damnato concessa dilatio: nam si fiat exequutio intra tempus ad appellandum, vel appellationem prosequendam, vel durante dilatione data, illa reuocabitur tanquam nulla, vt dixi *supra, cap.* 4. §. 1. *& seq.*

10 Ampl. etiam quod alias exequutio esset facienda, nam quia in spretum maiestatis iudicantis fuit facta, est illa reuocanda, in odium attentantis *Lancellot. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampliat.* 10. *&* 17. Licet alias verum sit,
11 quod tenuta † nulliter data, etiam ex defectu solemnitatum, non sit reuocanda, vbi de nouo esset danda. *Crauet. cons.* 65. *num.* 4. *Achil. de Gras. decis.* 15. *de restit. spoliat. Rol. à Val. cons.* 5. *lib.* 2. *num.* 6. *Neuiz. cons.* 56. *num.* 10. *Rot. diuers. recent. decis.* 131. *Domini, num.* 9. *part.* 1. modo possessio fuerit tradita à persona, quæ illam transferre poterat. *Surd. cons.* 176. *quamuis, num.* 14. *in fin.* & dixi late *infra cap.* 26.

12 Ampl. etiam si ageretur de † exequutione trium conformium, nam licet minime possit tertiò prouocari, *l.* 1. *C. ne liceat in vna eademq. caus. tertio prouocar.* si tamen fuerit commissa causa appellationis, & inhibitum, & fiat exequutio, illa erit tanquam attentata, & nulla reuocanda. *Mandos. de inhibit. quæst.* 29. *num.* 6. *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampliat.* 18.

13 Ampl. etiam vbi exequutio fit † ab habente causam ab inhibito, veluti ab illius hærede, donatario, vel cessionario: nam cum ille sit idem cum inhibito, & vti debeat iure illius, cum sua causa, siue illa fuerit bona, siue mala, *l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acq. posses. cap. Eleuterius.* 24. *quæst.* 2. *Rot. decis.* 10. *vt lite pend. in nou. num.* 4. *l. fin. C. de hæred. vel action. vend.*
14 & exceptio, quæ † obstat cessionario, obstet etiam cedenti. *Cast. cons.* 46. *super eo. lib.* 1. *num.* 2. *Afflic. decis.* 74. *Brun. à Sole, quæst.* 10. *Put. decis.* 51. *lib.* 3. concludens exceptionem attentatorum, quæ obstabat cedenti, obstare etiam cessionario: & exceptio, quæ repellit cedentem à limine Iudicij, pariter repellit cessionarium, vt late prosequitur *Brun. à Sole, quæst.* 7. *quæro septimo,* reuocanda est exequutio facta à successore inhibiti, sicuti reuocare-
15 tur si fuisset facta ab Inhibito: † retenta tamen distinctione *Lancel. de Attent. part.* 2. *cap.* 20. *limit.* 24. *num.* 19. si iste, qui habuit causam ab aliquo, fuit conscius litis.

16 Limit. vbi Inhibitio † solum fuit decreta, sed non exequuta contra eum, qui exequutionem fecit, vel facere tentat: vel fuit minus legitime exequuta. *Lancel. de Attentat. part.* 20. *limit.* 24. *num.* 5. *& limit.* 28. *num.* 1. *& seq. & declarat.* 1. *num.* 1. vbi exempla plura refert inhibitionis non legitimæ exequutæ. Licet quoad actorem ad effectum vitij litigiosi, vel attentatorum, sufficiat Inhibitionem fuisse decretam, vel male exequutam. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 4. *in præfation. nu.* 35. *& seq.* vbi plures effectus citationis in eum, qui illam sibi decer-
17 ni curauit, late refert, per † quos limitatur regula *l. non solet. ff. de regul. iuris.* Quæ tamen sublimitatur, si qui illam impetrauit renunciat impetrationi, vel alias illum pœniteat impe-
18 trasse. Exemplo † commissionis, cui potest renunciari, antequam pars legitime citetur ad dicendum contra. *Lancel. in d. præfat. num.* 45. *& seq. d. urib. Beltramin. ad Ludouis. decis.* 552. *fuit dictum, num.* 7.

Inhibitionis plures effectus aduersus bonũ ius inhibiti, refert *Lancel. de Attentat. part.* 2. *c.* 2. *ampliat.* 11. *& seq. pluribus, & ampliat.* 17. *n.* 6

Cap.

Cap. XXI.

SVMMARIVM.

Restitutione in integrum petita à competenti Iudice, nihil est innouandum. 1. *An impediatur sententiæ executio, quatuor sunt opin. & Rota variauit.* 2

Restitutionis in integrum fundamentum est læsio. 3. *& quare.* 5. *Ampl.* 4. 6

Ius Canonicum & Ciuile extra materiam peccati, & Sacramentorum, est concordandum. 8. *Ampl.* 9

Restitutione petita ad appellandum, vel aduersus rem iudicatam, fieri non potest sententia executio, & facta est reuocanda. 10. 11. 13. *Limit. vbi executio est cœpta.* 14. *Distingue.* 28. 29. 30

Statutum Vrbis, lib. 1. cap. 50. comprobatur. 19

Exequutio dicitur cæpta multis modis. 15. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 26. *Concorda.* 29

Vincentius Hondedeus laudatur. 28

Restitutio in integrum coram quo Iudice petenda. 31. 32. *si petatur à clerico contra laicum.* 33. *quando dicatur petita incidenter, vel principaliter.* 34. 35. 36. *quando dicatur peti principaliter.* 37

Restitutione in integrum petita, & pronunciato illam competere, appellandum est infra decem dies, alias prior sententia transibit in iudicatum. 38

POst ea quæ dixi de Inhibitione decreta à Iudice, & parti intimata, iusto ordine agam hic, an idem dicendum, vbi extraordinario iuris remedio petita fuerit aduersus rem iudicatam, vel ad appellandum restitutio in integrum: quæ licet talis, & tantæ sit poten-
1 tiæ, vt statim atque † à competenti Iudice imploratur, sub pœna nullitatis, & reuocationis actorum nihil sit innouandum, *l. vnic. C. de restit. in integ. postul. Ripa l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 30. Guid. Pap decis. 215. num. 7.* Tamen quia in iure nostro ex data illius interpretibus facultate, pauca sunt, nisi vis fiat Imperatorum, & Pontificum sanctionibus, & responsis antiquorum Prudentum, quæ pro lege à Iustiniano, & reliquis Summis Principibus fuere recepta, quæ non patiantur controuersiam; Quatuor reperio opiniones, an petita
2 in integrum † restitutione impediatur sententiæ exequutio, vt refert *Lancel. de Attentat. part. 2. cap. 18. num. 2. & seq.* Volentibus aliquibus exequutionem impediri, si de causa restitutionis doceatur in continenti: vel an altiori opus sit indagine: vel an sequamur ius Canonicũ, vel Ciuile: vel agatur de exequutione facta, vel facienda: & an petita restitutione in integrũ ad appellandum, reuocanda sit exequutio: *Lancel. d. tract. part. 2. cap. 14. referens Rotam variasse.*

3 Verum quia fundamentum † restitutionis in integrum est læsio, itaut vbi illa non cadit, non sit de illa tractandum, *l. nam & postea. §. si minor, ff. de iureiur. l. verum. §. sciendum, ff. de minorib. & ibi Bart. & reliqui. Angel. cons. 312. in princ. Dec. cons. 616. in fin.* etiam
4 si petatur † à minore, vt idem concludit, *in l. fin. C. de transact. in secundo not. Bero. cons. 122. vol. 3. num. 9. & 10. Gozad. cons. 44. num. 8. Osasc. decis. 150. num. 9. Mastril. decis. 45. num. 9. cum tribus seq.* quia quod abstulit
5 læsio, refundere debet in integrum † restitutio. *Clem. 1. in fin. de restit. in integr. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 74. Decian. cons. 19. ex. prædicta, vol. 1. num. 241. & seq.*
6 de qua † læsione an plene, vel semiplene sit docendum, late *Benintend. decis. 85. nu. 1. & seq.* & ideo non sit facienda differentia, an incon-
7 tinenti, vel temporis interuallo † constare possit, quod quis sit in integrum restituendus, quia quod differtur non aufertur. *§. appellantur. Instit. de action. l. 2. C. de precib. Imp. offer. cap. ancillam. 32. quæst. 2.* tempusque non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, *l. obligationum fere. §. placet, ff de action. & obligat. l. si certis annis, C. de pactis.* In-
8 ter ius Canonicum, † & Ciuile extra materiam peccati, & Sacramentorum, minime fieri debet differentia, imo omni interpretatione vndecunque reducendum in eandẽ consonantiã, *l. 1. C. de inoff. dotib. cap. cum expediat. de elect. in sext. glos. penul. in cap. cum dilectus, de consuetud.*
9 † etiam diuinando, & per subauditos intellectus, vt probant *Neuiz. cons. 20. Clementissimi, numer. 28. Bursat. cons. 203. in iudicio, num. 25.*
10 Ideo generalis erit regula, quòd petita † restitutione in integrum, tam ad appellandum, quàm aduersus rem iudicatam suspendatur sententiæ exequutio, & quod sit tanquam nulla, & attentata reuocanda, si post petitionem restitutionis contingat fieri. *Primum caput firmant Spec. de exequut. sent. §. fin. num. 2. Rota decis. 51. si committatur de appel. in nou. nu. 1. vers. & ideo. Millis in repertor. §. attentata pendente causa restit. ad appel. Ripa l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 30. versic. considera etiam. Capic. decis. 53. num. 1.* testans vtrunque Imolam ita tenere. *Vinc. de Franc. decis. 86. assensum, num. 9. Marant. in prax. part. 6. §. & quandoque appellatur actu. 2., num. 108. Benintend. decis. 81. dubitabatur num. 11. A fin. in prax. §. 31. cap. 2. limit. 5. n. 1. Vestrius in prax. lib. 8. capit. 3. num. 15. Marescot. var resol. lib. 2. cap. 121. num. 12.* Se-
11 cundum † probant *glos. & D.D. in l 1. C. in integ. rest. postul. Vestrius in prax. lib. 8. cap. 3. num. 4.*
12 Sed quia vtrumque caput late † sunt prosequuti duo insignes I. C. Perusini, videlicet *Lancel. de Attentat. part. 2. cap. 14. & 18. & Sfortia Oddus in suo tract. de restit in integrum*, miro ordine, & nunquam satis laudata methodo confecto, *part. 1. quæst. 42. artic. 7. num. 33. & seq. & quæst. 43. artic. 1.* nuncu-

 pando

13 pando † Lancellotum patrem, & præceptorem
honorandum, quibus addo, quæ postremo
præstarunt Trentacinq. var. resol. lib. 2. cap. de
restit. in integ. resol. 2. & sub compendio Peregrin. conf. 73. lib. 1. num. 19. & seq. ideo ne
actum agam, & quæ alij dixere, repetam, referam tantum aliqua, quæ illi omisserunt, vel cōcise nimis tradiderunt.

Quia inter cæteras limitationes, quæ dantur
14 regulæ † supra firmatæ, illa est præcipua, vbi
exequutio est cœpta. Cardin. Mantic. decis. 29.
in fin. & decis. 74. num. 5. & decis. 222. num. 3.
& decis. 369. num. 2. Rota Recent. decis. 148.
part. 2. num. 2. Vinc. de Franc. decis. 86. num. 8.
cum alijs pluribus cumulatis à Mastril. decis. 30.
communis, num. 1.

Non conueniunt tamen Doctores in assertione, quando exequutio dicatur cœpta, volen-
15 tibus aliquibus dici † cœptam, vbi petitum fuit
à Iudice, qui iudicauit illam fieri. Alex. cons.
223. egregie, lib. 6. num. 6. in princ. vers. Quia
ita demum. Barzia. tract. de guarantiz quæst.
16 penul. vers. succedit, eum † afferens rationem,
quia restitutio in integrum, aut petitur per modum conuentionis principaliter, & tunc cum
requiratur plena cognitio, non suspendit; aut
petitur per modum exceptionis, & tunc minus
impedit, quia Iudicium est finitum, & non
potest corrigi petitio inclusa in exceptione.
Barziam refert. & sequitur Ripa. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 30. in fin. & post
Ripam Cæsal. cons. 263. Dominus Marcus, lib.
2. num. 38. & pro regula ita firmat Puteus. decis. 1. de restit. spoliat. Rota diuers. decis. 346.
part. 1. num. 6. quæ latius extensa habetur apud
Cæs. de Graf. decis. 1. de restit. in integ. vbi Rubeus alias concludentes refert, & late Castil.
decis. 190. num. 1. vsque in fin. part. 2. Serafin.
decis. 777. intentatum, num. 12. relato Put. decis.
285. lib. 2. quos refert, & sequitur. Lancel. de
Attentat. part. 2. cap. 18. num. 132. alijs pluribus idem sentientibus cumulatis. Rot. diuers.
decis. 346. part. 1. num. 5. Put. decis. 277. part. 2.
Hondad. cons. 18. V. fff. lib. 1. num. 18. relati à
Rubeo in suis singul. ad Manzaned. in Burgen.
præ eminentiarum, & ad Cæs. de Graf. decis. 21.

Alij contrarium tenentes voluerunt concedi,
17 restitutionem, vbi fuit petita exequutio, & sic
verbis tantum cœpta. Benintend. decis. 85. Dubitabatur, num. 15. addendo relato Fulgos.
cons. 183. procedere etiam si petita exequutio
fuisset commissa, modo non fuerit deuentum
ad actum facti, quia aliud est, fuisse commissam,
aliud esse factam exequutionem, & idem sentit Lancel. de Attentat. part. 2. cap. 18. nu. 129.
& 130. eo motus argumento, quia à Doctoribus sufficiens non affertur ratio, quare simplex
petitio exequutionis, & ea modica anticipatio,
seu præuentio debeat eum effectum operare, &
idem sentit Sfort. Od. etiam quid deuentum
fuerit ad primum decretum. de Restit. in integ.
part. 1. quæst. 43. num. 91. vers. aut est in cœpta,
subdens in fin. artic. 7. ita bis obtinuisse, & ita
18 intelligendum † Alex. auctorem contrariæ opinionis. Trentacinq. resol. 2. lib. 3. de restit. in
integ. num. 12. Castil. tamen decis. 199. nu. 12.
in fin. declarat procedere, vbi in exequutione
capienda sunt bona condemnati, secus si agatur de re tradenda seu restituenda.

19 Horum opinionem † comprobat Statutum
Vrbis, lib. 1. cap. 50. dum alternatiue disponit,
restitutionem in integrum, non retardare exequutionem duarum conformium, quæ ex eodem habent vim trium, vbi exequutio est cœpta, seu etiam petita fuerit.

20 Alij volunt tunc dici cœptam † exequutionem, quoties lata est contra condemnatum declaratoria, vt relatis pluribus Rotæ decis. testatur. Lancellot. de Attentat. part. 2. cap.
18. num. 131. Sforlia Odd. de restitut. in integ.
part. 1. quæst. 43. artic. 6. nom. 91. Declaratoria
dicitur lata, vt instruantur extra Rom. Cur. degentes, quoties factis diligentijs nō reperiuntur
bona condemnati, vel idē condēnatus extra statū. Ecclesiæ de facto impedit, quo minus fiat rei
iudicatæ exequutio, propterea si Iudici delegato
data est facultas excōmunicandi, vel interdicēdi,
ex speciali cōmissione deinde obtenta, docto de
cōtradictione, vel defectu bonorum, præuia citatione ad dicendum contra, & ad videndum
declarari incidisse in censuras, fertur declaratoria, si vero agatur de sententia ordinaria, qualis est Auditor Cameræ, docto ex attestatione
exequutoris, quod condemnatus non reperiatur, nec in bonis, nec in persona, illo citato
domi, vel per contradictas, si contumax fuerit,
fertur in illum declaratoria censurarum.

21 Alij volunt exequutionem dici † captam,
vbi contra condemnatum relaxatum est mandatum. Rota recent. decis. 545. Visum fuit,
part. 1. num. 5. relatis alijs decis. & Rip. in l. 4.
§. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 30. vers.
aliquando, & censuit Rota in Cornetana pecuniaria 4. Iunij 1601. coram Pamphilio,
nunc merito Cardinali creato ab Vrbano VIII.
dum apud Philippum quartum Regem Hispaniarum Nuncij Apost. munere fungeretur.

22 Signatura tamen † iustitiæ hanc Rotæ opinionem improbat, sed tunc dici, captam exequutionem, vbi vi mandati relaxati capta sunt debitori pignora, vel facta immissio, vel aliter, per
actum facti est facta exequutio, & ita vidi practicari me reclamante, & defendente Scipionem Bacconum Abbatem, S. Mariæ de Galasso
Tarentin. dum expedito mandato contra Antonium Tontum occasione expensarum litis, nō
interposita appellatione infra legitima tempora,
nec petita restitutione in integrum infra quadriennium clanculum extorserat committi causam appellationis, & restitutionis integrum,
instabam moderari inhibitionem, vigore dictæ
cōmissionis, & rescribi Iudici, vt procederet sine
præiudicio exequutionis rei iudicatæ, & mandati relaxati, suspensa exequutione fuit rescriptum, vt præfixo aliquo breui, & perēptorio termino ad docendum de appellatione, &
illius prosequutione, & causis restitutionis in
integrum, quo elapso, & nihil quod releuet
docto, exequeretur mandatum præcitum.

23 Alij censent exequutionem dici † cœptam, per decretum litterarum exequutorialium sententiæ, & rei iudicatæ. *Rota Recent. decis.* 138. *legitimo part.* 2. *num.* 2. *in princ. Mantic. decis.* 29. *in fin. & decis.* 74. *num.* 5. *Marescot. resolut.* 121. *regulariter*, *lib.* 2. *num.* 16.

24 Alij volunt exequutionem dici cœptam, vbi contra condemnatum deuentum fuit ad primū decretum. *Sfort. Odd. de restit. in integ. part.* 1. *quæst.* 43. *num.* 91. *vers. aut est incepta. relati à Mastril. decis.* 30. *communes num.* 7. *& seq.* addendo, si ex primo decreto sit facta missio, exequutionem dici perfectam, & non inchoatam; probans id ex dictis *Bart. in l. is qui rei publi-*

25 *ca*, *ff. ex quib. caus. maior. num.* 3. dum † examinat, quando quid dicatur factum, vel inchoatum.

26 Difficultatem hanc sustulerunt † Reges Siciliæ, dum particulari lege, quam vocant Ritum, constituerunt exequutionem dici perfectam quatuor modis, per primum decretum, condemnati carcerationem, fideiussionem de soluendo infra quinquēniū, & solutionem factam: qui quartus modus fuit superfluus, cum illo interueniente omnis extinguatur obligatio, vt refert *Mastril. decis.* 30. *communis*, *nu.* 8. Quo-

27 rum † Regum charitatem in suos subditos, si qui maiores, vel minores illis sunt, cum pari Imperio æmulatentur in sedandis similibus cōtrouersijs Doctorum, & supremotum tribunalium, quæ modo vnum, modo aliud censent, & tanquam Luna nunquam in eodem statu, seu sententia permanent, ita vt miseri mortales illorum iudicio subditi nesciant, quæ iure viuant, non refero quæ inde prodirent commoda. Licet me hæc scribentem inscitiæ reprehenderit politicus quidam, sed verius Atheus modernus, qui inter cætera imperij retinendi vincula, illud esse dicebat, lites inter subditos excitare, alereque.

28 Ioannes Vincentius Hondedeus † Eugubinas, qui inter nostri temporis Iuris Consultos, in consulendo si non primum, saltem secundum locum obtinuit, sequendo *Benintend. decis.* 85. *num.* 15. *& seq. Sfort. de restit. integ. part.* 1. *quæst.* 43. *artic.* 7. *Contard. de momentan. possess. limit.* 8. *num.* 59. *& seq. Lancel. de de Attentat. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 129. *& seq. Bero. cons.* 119. *lib.* 3. *num.* 1. hanc contrarieta-

29 tem † sustulit, facta distinctione, an restitutio in integrum petatur principaliter, per viam libelli, vt inquit *Contard. d. num.* 59. post petitam exequutionem, vt isto casu non retardetur exequutio, & ita intelligendum Alex. cum reliquis primo loco citatis. Aut vero restitutio in integrum proponitur excipiendo, & tunc licet sit præuentum in petitione exequutionis, suspēditur exequutio, si de læsione constat, aut excipiens offert de illa docere incontinenti, præsertim si nulla fuit prolata sententia, pro qua possit præsumi, concludente eodem *Honded. ibi-*

30 *dem*, *nu.* 92. non esse simpliciter verum, † quod petita exequutione antequam petatur restitutio in integrum, non retardetur exequutio, sed tunc demum, quando illa realiter est cœpta, licet sit concessa: & ita intelligendi, qui secundo loco fuere citati, *cum Benintend. decis.* 85. *num.* 15. *Cas. Barz. tract. de guarantig. quæst. penul. vers. succedit*, tenet etiam excipiendo, non retardari exequutionem quoties fuit præuentum in illius petitione.

Quia supra firmaui, petita in integrum restitutione retardari sentētiæ exequutionem, si dubitetur coram quo Iudice sit petenda, distin-

31 guendum † est, an illa petatur incidenter, vel principaliter: nam si primo modo, peti potest coram quocunque Iudice, qui de principali causa cognoscit, etiam quod ad eam causam, vel causarum genus non sit deputatus, *l.* 1. *C. de ordin. cognit. glos. fin. in l. final. C. vbi, & apud quem*, per quæ iura ita firmant *in l. ait prætor.* 7. *§. si minor. ff. de procur. Alex. nu.* 5. *&* 6. *& Ias. num.* 14. qui vnanimes id declarant, modo illa non petatur aduersus actum extraiudicialem approbatum à maiori: exemplum referentes si petatur restitutio aduersus decretū Episcopi, qui alienationem rei Ecclesiæ approbauit, non ab illius inferiore, secus si petatur aduersus actum in iudicio gestum: licet Alex. ibidem referat, qui velint idem dicendum vtroque casu. Aut vero petitur principaliter, & tunc à quocunque, qui reo ideo conuentro esset competens, vel ex rescripto Principis peti potest, *l.* 2. *C. vbi & apud quem rest. in integ. cap. cum in literis*, *ext. eod. Specul. d. restit. in integ. §. tidem. dum*, *num.* 1. *& seq. Zabarel. Clem.* 1.

32 *eod. tit. num.* 13. Imo & ab eodem Iudice, † qui sententiam protulit, *l. in causæ. §. fin. ff. de minor.* & ratio est, quia per restitutionem in integrum quis non conqueritur de iniustitia iudicantis, sed petitur ob eodem, & non alio, corrigi errorem suum. *l. præfecti*, *ff. de minoribus.*

33 Si vero petatur à clerico † contra laicum, non non conueniunt Doctores, an à laico, vel Ecclesiastico sit petenda. *Couar. reiectis dissentientibus* firmat coram laico esse petendam, præsertim si agatur de illius patrimonialibus, quibus fuit premotus ad clericatum, quia in illis non gaudet priuilegio concesso bonis sacratis Ecclesiæ.

Quia supra dixi restitutionem in integrum

34 peti incidenter, † & quandoque principaliter, & à *Sfortia Odd & Lancellot.* in locis citatis nō declaratur, quando taliter petita dicatur, & *Imol. in cap.* 2. *de offic. iud.* postquam laborauit maxime in declaratione harum difficultatum, subdat post multa, quæ faciunt resolutionem difficiliorem, tunc illam intellexisse. Quoad primum reperio Doctores variasse, dicentibus alijs, tunc peti restitutionem incidenter, vbi quis excipiendo, vel replicando illam implorat. *Alex. l. ait prætor.* 7. *§ si minor ff. de minor. num.* 5. *et* 6. vbi *Ias. num.* 6. *in fin.* addendo idem dici à *Bart.* sed non clare, prout re vera aduerto ex lectura illius *ibidem*, *num.* 1. *vers. secundo modo*. *V est. in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 19. *in princ.*

35 Alij dixere, quod tunc dicatur petita † restitutio incidenter, vbi intentatur remedium rescindens tantum, vt puta petendo restitui ad ap-

pellandum, vel aduersus rem iudicatam, vel aduersus suam promissionem, vel aditam hæreditatem, vel aliud factum ipsius petentis, excepto iuramento præstito, secus in delato, & tūc quia abest nihil petenti, quod sit penes aduersarium, & non proceditur præmisso libello, vel facta litis contestatione, sed summarie, dicitur petita restitutio incidenter, *cap.2.vbi glos. de offic. iud. vbi Butr. nu.20 & 21. Cyn. auth. si omnes. C. si minor. ab hæred. se abstin. nu.5. quem sequitur Bald. ibidem. num.5. in fin. & num.6. Cast. l. nam, & postea. §. si minor. ff. de minorib. num.3.*

36 Alij volunt tunc † dicendum peti restitutionem in integrum incidenter, quoties petita exequutione sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, quis aduersus lapsum fatalium petat restitui, sicuti, & si quis durante statutaria dilatione non probasset, & ratio est, quia pendente discussione negotij principalis, incidit peti restitutionem. *Abb. cap. sustituta, de restit. in integ. num.5. Franc. in cap. ex ratione, de appellat. col.14. vers. de secundo. Cast. l. nam, & postea. 7. §. si minor. ff. de minorib. num.2.* asserens ita intelligendum *Bart. ibidem*.

Quo vero ad secundum caput, non reperi Doctores variasse, sed firmasse, quod dicatur peti-
37 ta † restitutio in integrum, quoties, quis nō præuentus, vel iuditio pulsus, dato libello, petit rescindi contractum, vel quod quid à reo conuento, restituatur, & lite contestata, seruatis que terminis in ordinario iudicio seruari solitis, instatur, pronunciari ad fauorem actoris, *Abb. in cap. suscitata, de restit. in integ. n.5. Bart. Cast. & reliqui* supra citati, vides ergo quantum se totierint interpretes nostri in re ieuidensi, quod accepto serendem est innatæ hominibus conditioni ad disentiendum, improbandunque, quod alteri placet, vt late dixi *de Laudem. lib.1 quæst.28. num.1. & seq.*

38 Obiter notandum, quod petita † restitutione in integrum ad appellandum, quod lata à Iudice sententia, illam esse concedendam, quod intra decem dies, qui illam petijt, debet appellare, alias sententia transibit in iudicatum, nec reuocantur interim gesta. *Lancellot. de attent. part.2. cap.14. num.31. & seq.*

Cap. XXII.

SVMMARIVM.

Executio sententiæ petenda est à legitima persona. 1. & quare. 2.3. Ampl. 5.6.7.8.11.12.14. 15.16.17.18.19. Limit. 20.21

Exceptionis legitimationis personæ, quæ sit vis. 3

in Iudicio non omnes stare possunt. 4

Mandatū est exhibendum à procuratore in principio litis, nec sufficit si deinde exhibeatur. 9. Ampl 10

Clausula supplentes, non sanat defectum legitimationis personarum. 13

Clausula de plenitudine potestatis non sanat defectum legitimationis personarum. 13. in fin.

Defunctorum voluntates exequi publice interest. 2. Ampl. ibid.

Executio testamenti est munus publicum. 23. Ampl. ibid.

SVpta capite septimo firmaui, quod quoties non à victore ipsomet petitur exequutio sententiæ, sed per Procuratorem, debet ille speciale habere mandatum, alias vel non conceditur, vel facta non reuocatur, constituam hic
1 generalem regulam, quod exequutio † peti debet à legitima persona, vt censuit *Rota coram litta, vt patet decis.76. num.6. relata à Zachia de obligat. Cam.*

2 Et ratio est † quia fundamentum Iudicij, & efficiens causa, cuiusuis iudicialis actus, est legitimatio personæ actoris, & rei, *Bart. l.2. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num.3. l. si quæramus, ff. de testam.* prius enim de personis, quam de rebus agendum est, *§.1. inst. de iur. natural. gent. & ciuil.* & exceptio † legitimationis
3 personarum tantæ est potentiæ, vt impediat processum ad vlteriora. *glos. l. si pupilli. §. videamus, ff. de negot. gestis. Gratian. disceptat. 486. Cessio. num.8.* quia non prius iudicis ordo, & iuris ratio, quærenda est, quam sit cognitum de personis, quæ adsunt iudicio *l. si quæramus, ff. de testam.* cum infinitis cumulatis à *Reusner. decis.12. part.3. num.4. Butigel. in l.1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat. nu.48.*
4 *in fin. &* 49. & nō omnes stare possunt † in iudicio, tam actiue, quam passiue, plures enim nec conuenire, nec conueniri possunt, vt refert *Vantius de nullitat. ex defect. mandat. num.4. & seq.*

5 Ampl. tam in petenda † exequutione sententiæ latæ in causa ciuili, quam in causa criminali, *l. licet. C. de procurat. l. non ignorat. C. de his qui à accus. pos. cap.1. de accusat.* vbi *Abb. & reliqui, cap. exhibita. de Iudic. Bald. in l. fin. C. de iudic. num.7. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. quæst.5 vbi Dec num.47.*

6 Ampl. vt talis legitimatio † sit plene, & concludenter probanda, seu facienda. *Dec. in l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend numer.47.* vbi refert disentientes, quos concordat *Vant. de Nullit. ex defect. mandat, num.3. Grat. cons. 140. quoniam res, lib.1. num.39.* qui loquitur in iudicio *l. fin. C. de dect. Diti Adrian.*

7 Ampl. etiam si causa † sit summaria, vel in qua de plano, sine strepitu, & figura Iudicij sit procedendum, *Bart. in l.2. C. de edict. Diui Adrian. tollend. vbi Fulgos. Alex. et Ias. num.4. Bart. ad reprimend. §. et figura, num.7. Dec. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. num.47. Rol. à Val. consil.71. vol.1. num.6. Butigel. in l.1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. nu.49. Iacob. Niger. in rub. C. qui admit. num.9. et seq.* vbi refert disentientes, & concordat. *Alex cons.59. lib.2. nu.2. Natta. cons.143. Lancel. de Attentat. part.3. cap.23. num.39. Neuiz. cons.18. numer.4. Grat.* loquens in sententia lata ex

l. fin.

l. fin. C. de edict. Diui Adrian. num.39.

8 Ampl. vt talis legitimatio † debeat adesse tempore petitæ exequutionis, adeo vt non sufficeret, si deinde superueniret, *arg. l. si filius, l. eius qui, in princ. ff. de test. cap. 1. de despens. impub. in sext. Dec. consf. 661. in casu, num. 15. Neuiz. consf. 18. num. 1. & 2. 7.* & de mandato

9 Procuratoris † quod post acta, vel sententiam fuit exhibitum, an sufficiat, dixi supra *cap. 6. §. 3. n. 1. vers. difficultas, & vers. cum temperamento,* & non sufficere, vbi adest Statutum, quod pro-

10 curator debet in exordio litis doceret † de mandato, firmat. *Asinius in prax. §. 28. cap. 3. nu. 3. & cap. 4.* addit idem dicendum de procuratore in rem suam.

11 Ampl. præsertim, vbi petitur † per procuratorem, nam eum non sufficiat generale mandatum, nisi doceat de speciali, nulla, & reuocanda est exequutio facta, vel retardabitur facienda, vt dixi *supra, cap. 7.* in cuius examine late sum versatus, in quibus requiratur speciale mandatum, & quando illud non sit satis, an sufficiat deinde, seu post actum, docere de mandato, dixi ampliat antecedenti *in fin.*

12 Ampl. vt exequutio facta † instante persona minus legitima in tantum sit nulla, vt nec rescripto Principis confirmari possit. *Felin. in cap. 2. de rescript. num. 42. vers. & adde. Spec. de legato. §. 6. nunc ostendendum, num. 15.* concludens confirmationem factam à Principe cum

13 clausula † supplentes, non extendi ad defectum legitimationis personæ, sed ad ea tantum, quæ sunt iuris. *Butigel. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. num. 49. circa med.* qui loquitur de confirmatione à Papæ facta, cum clausula de plenitudine potestatis, vel clausula supplentes, vt non extendatur ad defectum legitimationis personarum.

14 Ampl. etiam si agatur de exequutione † sententiæ latæ in possessorio. *Dec. in l fin. C. de edicto diui Adrian. tollend. num. 47. Puteus, decis. 270. in vna Anagnina. num. 2. lib. 2. Lancel. de Attentat part. 3. cap. 25. num. 38. & nu. 37.* loquitur de sententia lata in spolio, & idem dixerat prius, *cap. 24. quæst. 2. num. 3. Menoc. de recuperand. possess. remed. 15. quæst. 24. num. 172. & seq.*

15 Ampl. etiam, vbi petitur nomine † pupilli, nam petenda est à tutore, qui doceat de tutela, & idem si petatur à curatore minoris, vel prodigi, & quocunque alio, qui non suo iure, sed alieno petit rei iudicatæ exequutionem. *Asinius in prax. §. 28, capit. 11.* qui licet non loquatur de ijs omnibus, attamen quia ratio, quæ in illorum vno vrget, cogit, vt fateamur idem dicere in alio, ideo in supra dictis omnibus idem dicendum censeo, vt deinde reperi dixisse *Lancel. de Attentat. part. 3. cap. 24. quæst. 2. num. 4. & cap. 25. num. 36.*

16 Ampl. etiam si agatur de † exequutione sententiæ latæ super reuocatione attentatorum, *Lancel. de Attentat. part. 3. cap. 24. quæst. 2. num. 4. & cap. 25. num. 36.* & dixi *supra, cap. 7. §. 6. vers. trigesimo nono.*

17 Ampl. etiam † vbi agitur de exequutione obligationis Cameralis, & in quibuscunque exequutiuis. *Neuizan. consf. 18. num. 3. & 4. Alex. consf. 59. lib. 2. num. 1.*

18 Ampl. vt sit etiam † legitimanda persona rei, contra quem petitur exequutio, nam si prætendatur sententiam esset exequendam contra Titium, tanquam hæredem Sempronij, probandum esset illum acceptasse, verbis, vel facto, *l. gerit. ff. de acq. hæred. illius* hæreditatem. *Menoc. de acquir. possess. remed. 3. num. 166. & seq.*

19 Ampl. vt talis legitimatio † debeat facto, & verbis conuenire legi, rescripto, libello, vel contractui requirenti legitimationem, itaut non obstet regula, *l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.* vt concludit *Marsil. in l. si quis ne, ff. de quæstion. num. 130. vbi late probat.*

20 Limit. in omni casu † quo quis aliena negotia gerere potest sine mandato, qui autem sint isti casus, dixi *supra, cap. 7. §. 14.*

21 Limit. vbi agitur de exequutione † relictorũ ad pias causas. *§. fin autem sancimus, auth. de Eccles. titul. Specul. de instr. edition. §. nunc vero aliqua, num. 65.* & ratio est, quia publice

22 interest defunctorum † voluntates suum habere exitum, *glos. l. gallus. §. quid si is, verb. vtilitatem, ff. de liber. & posth. Dec. consf. 105. nu. 2. in fin. Neuiz. consf. 26. num. 7. & seq. plurib.* vbi plura refert specialia conseruationis, & exe-

23 quutionis testamentorum, & exequutio † vltimæ voluntatis est munus publicum, & pœnis arbitrio Iudicis, quis cogitur illud subire. *Spec. d. §. nunc aliqua, num. 55. et seq. Menoc. de arbitr. iud. casu. 444. Marsil. in l. si quis ne, ff de quæstion. num. 106. et 109.* addit præsertim si agatur de exequutione testamenti peregrini.

Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

Iudiciorum species plures sunt. 1

Iudici ordinarium executiuum, e summarium differunt. 2

Condemnatus in iudicio ordinario, in eum non fit executio nisi prius quater citetur ad docendũ de appellatione, et illius legitima prosequutione. 3. *et quare.* 4. *Ampl.* 5. 6. *Limit.* 7. 8. *Castella sanandi talem nullitatem.* 9

1 Iudiciorum plures esse † species tradunt Doctores in interpretatione Rubricæ vtriusque iuris. De Iudicijs, & latius cæteris *Marant. in prax. part. 4. dist in ct. 1. et seq.* præcipua autem Iudicij species est illa, quam ab exequutiuo seu summario distinguentes, ordinarium nuncupamus, quod excepta legitimatione personarum, quæ iudicium constituunt, in reliquis differt

2 ab exequutiuo, vt dixi *de differentijs verborum iuris. §. Iudicium ordinarium, et summariũ* differũt, vbi eum retulerim in quibus differant, quoad processum, addo hic differre etiam quoad

quoad solemnia obseruanda, vt canonica sit exequutio, eorum quæ in iudicio ordinario sunt iudicata,, quæ tamen omitti possunt in exequutione Iudicij exequutiui. Nempe quod

3 si quis fauorabilem sententiam † reportauit in iudicio ordinario, in quo licet appellare, vt nullatenus procedatur ad exequutionem, nisi prius condemnatus quater fuerit citatus die iuridica ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione. *Rota diuers. decis. 506. cum sententia, part. 2. num. 1.*

4 Ratio autem huius praxis est, quia † cum licuerit condemnato appellare, ad vtrunque effectum, certus debet fieri Iudex, quod appellatio sit deserta, talis certitudo fieri non potest nisi parte citata, quæ potest deducere causas impedimenti tam in appellando, quam in prosequendo, *vt ex Bart. Bald. Cast. et alijs refert Gabriel. de citation. conclus. 1. num. 214. et seq.* inualida esset exequutio non præmissa citatione ad docendum de appellatione, illiusque legitima prosequutione, alias videndum exequi mandatum in sententia decretum, & relaxatum. *Vestrius in praxi, lib. 8. cap. fin. num. 8.* ex quo notabis eam geminatam citationem de stylo Rom. Curiæ obseruati, non autem, quod ita sit iure cautum; & ea praxi euitat is, qui pro exequutione rei iudicatæ instat, decretum Iudicis, quo dicatur causam esse desertam, à quo datur appellatio, & causa iterum renouata, differretur litis exitus.

5 Ampl. præsertim, vbi Iudex † in sententia non decreuit, & relaxauit mandatum pro contentis in sententia ad fauorem victoris: in quo vidi aliquando causarum patronos fuisse negligentes, & contenti sola fauorabili sententia, non curarunt addi à Iudice, quod pro contentis in illa decernebat, & relaxabat mandatum, exponentes se periculo, vt non interposita appellatione à sententia, appelletur deinde à decreto relaxationis mandati obtenti postquam sententia transiuit in iudicatum. *Serafin. decis. 565. Domini, num. 10.*

6 Ampl. vt exequutio sententiæ † facta non præmissis relatis quatuor citationibus sit nulla, & spoliatiua, vt censuit Rota; *teste Coccino decis. 130. Domini, num. 2.* Crederem tamen hanc extensionem esse verã in Rom. Cur. & vbi recepta est illius praxis, secus inspecto iure communi, & regula, quam constitui supra, *cap. 1.* vbi egi quando in exequutione sententię requiritur partis citatio.

7 Limit. vbi appellatio est deserta, † & Iudex est certus de desertione. *Serafin. decis. 565. Domini resoluerunt, num. 5.* Qualiter autem Iudex dicatur certus de desertione, *Rom. singul. 163. hoc nescient, num. 1. et seq. et sing. 167.* Iudex, concludit Iudicem esse certum de desertione, si datis reuerentialibus, præfigat appellanti terminum infra quem prosequatur appellationem, vel ad faciendum fidem, quod præsentet se coram Iudice ad quem. Nam lapso termino fieri potest exequutio absque alia citatione, & late prosequitur *Felin. in cap. personas, de appellat. num. 2. et seq.* vbi refert alios modos certificandi Iudicem de desertione, & plures cautelas decipiendi appellantem, vt appellatione interposita non obstante sententia transeat in iudicatum.

8 Limit. vbi Principis rescripto † aliud mandatur. *Vestrius in praxi, lib 8. cap. fin. nu. 8.* asserens ad euitandam multiplicitatẽ quatuor citationum, quandoque dari commissionem, seu concedi rescriptum, vt præfixo vnico breui, & peremptorio termino ad docendum de appellatione, ac eius legitima prosequutione, quo elapso, & nihil quod releuet docto, Iudex suam exequatur sententiam.

Et postquam de Principis rescripto contigit sermo, singulare vnum in praxi subdo, quod si

9 acciderit casus† quo nulla dictarum quatuor citationum fuit facta, vel aliqua eorum tantum, quod cum solemnites ista non sit iuris, sed de stylo Curiæ, facile solet Princeps talem nullitatem sanare, præsertim concurrente bono iure eius, qui obtinuit exequutionem, Ideo tali casu consueuit Papa rescribere iudici, vt constito de bono iure eius, qui fecit exequutionem, procedat in causa nullitate prædicta non obstante. *Rot. Recent. decis. 506. cum sententia. part. 2. num. 1.* & conferunt, quæ dicam. *capit. sequenti*, vbi agam an exequutio nulliter facta, sit reuocanda, vbi iterum rite est facienda.

10 Limit. vbi agitur de executione sententiæ, †à qua non licet appellare ad effectum suspensiuũ; vel ageretur de executione trium conformium, nam cum Iudex certus sit non licere appellare, fit executio. *Vest. in prax. cap. final. num. 13. vers. si commissio*, quem refert, & ita declarat intelligendum *Scaccia de appellat. quæst. 11. num. 200. vers. aut agitur.*

CAP. XXIV.

SVMMARIVM.

Executio non rite, sed recte facta, non est reuocanda, si iterum est facienda. 1. 10. 14. 16. *et quare* 1. *vsque ad* 14. 21. 30. *Contrarium.* 22. *Ampl.* 23. *prima opin. Ampl.* 5. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 51. 52. 54. 55

Limita, 56. 60. 62. 63. 64. 65. 67. 68. 71

Liberatio ab eo minime peti potest ab eo, qui si fuisset liberatus, iterum conueniri posset, vt caueat. 1

Captus male si iterum esset capiendus, non est relaxandus. 2. 17. *Declara.* 73

Iudex quando dicatur spoliare vt Iudex, et quãdo vti priuatus. 4

Possessio alicui nulliter concessa à Iudice, non est reuocanda si iterum esset concedenda. 6

Examen testium factum, post publicationem illius non est nullum, si ex priuilegio inducentis testes esset faciendum. 7

Sententia nulla est confirmanda à Iudice nullitatis, si ex actis constat illam esse iustam. 8

Spoliatus non restituitur, vbi ex actis constat spolia.

Spoliatorem esse dominum rei. 3. *Item vbi iterum esset spoliandus*. 9

Iudex nullitatis sententiæ potest illam confirmare. 10

Iudex appellationis potest sententiam, à qua fuit appellatum infirmare, confirmareq́, & reformare. 11

Exactum per vim non restituitur nisi vltra debitum. 12

Factum rectè non rescinditur factum per modum indebitum. 13. 15

L. fin. §. fin. ff. quod metus caus. exornatur. 17.

Circuitus inutiles vitandi. 18. 19

Fideicommissarius quando possit occupare bona fideicommissi ante factam sibi restitutionem

Possessio data à Iudice sine citatione est reuocanda. 23

Nullum quod est à principio non confirmatur. 24. *Ampl*. 25

Angel declaratur. 24

Possessio nulliter data habetur pro non data, & non confirmanda, sed reuocanda. 26. *Ampl*. 28. 57. *Limita*. 59

Condemnatus nulliter de facto resistere potest exequutori. 27

Sine ordine factum, non potest suppleri, cum ordine. 29

Ius quando dicatur notorium. 31

Ius bonum quando dicatur constare notorie. 32

In solutum datio nulliter quando sustineatur. 33

Notorium quando quid dicatur, & qui sint illius effectus. 49

Executio nulla non reuocatur si fuerit iusta, & petatur confirmari. 53

Executio facta si concurrat vis, quando reuocanda. 58

Exequens sententiam pro se latam sine Iudice incidit in pœnam, l. meminerit C. vnde vi, & l. extat ff. quod met. caus. 60

Debitor suspectus de fuga captus à debitore non relaxatur, etiam quod fuerit captus pro quantitate excedente verum debitum. 61

Clausula si quid exequendum est iustificanda ex deductis, non autem ex deducendis. 6

Executio nulliter facta in re vacanti, an reuocanda. 69

In possessionem immissus ex sententia nulla, an faciat fructus suos. 70

Cap. licet episcopus, de præbend. in sext. declaratur. 72

RElaris quæ diligens, & honestus causarum patronus curare debet, obseruari in exequutione sententiæ, ne illa tanquam non valida reuocetur, probabiliter dubitari potest an
1 exequutio † non rite, seu omisso aliquo ex relatis solemnibus, facta, sit reuocanda, si constet illam iterum esse faciendam.

1 Negatiuam † suadent dicta ab *Accus. in l. si finita, verb. vt liberetur, ff. de damn. in fect.* dum voluit liberationem ab eo minime peti posse, qui si fuisset liberatus, iterum conueniri posset, vt caueat, ex quo assumpto plura deducuntur in praxi, primo quod male captus,
3 seu carceratus, si de nouo ex eadem causa esset carcerandus, non debet relaxari, vt voluit *Cast. consil. penul. lib. num. 4. Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudic. num. 12. Cast. cons. penul. lib. 1. in fin. Rot. diuers. decis. 151. Faustinus, part. 2. nu. 3. 5.* comprobando exem-
4 plo eius, † qui iuxta *cap. redintegranda. 11. q. 1.* esset restituendus, vt non restituatur, si constet spoliantem esse dominum rei, de cuius restitutione agitur. *Veral. decis. 175. part. 3. num. 1. & late Neguss. de Pignor. 2. memb 3 part. n. 21.*
5 *& 22.* declarando quando † Iudex dicatur spoliare, & quando, vt priuatus. *Dec. cons. 449. nu. 20. Castrens. d. cons. sequuntur Crauet. cons. 46. num. 7. & cons. 65. num. 4. & cons. 172. num. 7. Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. nu. 12. Neguss. de pignor. 2. memb. 3. part. nu. 23. in fin. Bero cons. 12. lib. 3.*
6 *num. 11.* ampliando † etiam si facta fuisset vltra debitam summam; vel pro credito tempore capturæ non liquido, sed liquidato post capturam. *Socin cons. 113. vol. 3. col final. vers. postremo. Rota diuers. decis. 151. part. 2. num. 5.* quæ loquitur de captura nulla ex defectu citationis. *Corrad. de offic. prætor. lib. 1. cap. 9. in caus. ciuilib. §. 2. num. 9.* vbi refert disentientes.

7 Secundo quod tenuta nulliter data † non sit reuocanda, si de nouo illa esset danda. *Angel. in l. si finita, ff. de dam. infect. vers. in glos. magna*, addendo ita sæpius practicasse, opposita ista exceptione, & ad cautellam, petendo illam confirmari. *Angel. sequuntur. Crauet.* & ab illo relati *cons. 65 num. 4. & cons 140. num. 9. et cons. 172. num. 7.* relati *ab Osac decis. 34. exactis, num. 2. Ias in l. si pacto. C. de pact. num. 11. vers. tamen limita. Dec cons. 191. in causa, in finalibus verbis, et cons. 449. Visis duobus, nu. 18. Curt. Iun. cons. 127. Noua. num. 5. Serafin. decis. 878. fuit per dominos num, 2. Gozadin. testans de communi, cons. 21. num. 31. Neguss. de pignor. 2. memb. 3. part. num. 23. in fin. Rol. à Val. cons. 5. videtur, lib. 2. num. 6. Afflic. ad constit de officialibus, in fin. Vant. de nullit. cap. fin. n. 130.* & ita iudicatum, teste. *Ant. Monach. decis. Lucens. 48. num. 36. et decis. Bononien. 20. num. 2. Surd decis. 46. num. -. Zacbias de oblinat. Cameral. decis. 102. num. 4.*

8 Tertio quod examen † testium factum post publicatas, & didicitas attestationes aliorum testium, non est nullum, vel reprobandum, si illud ex priuilegio eius, qui fecit examinare, esset de nouo faciendum. *Crauet. cons. 65. num. 3. vers quarto, & num. 4*

9 Quarto quod sicuti Iudex nullitatis † debet confirmare sententiam nullam, quando ex actis constat, quod est iusta, & ita iure pronunciandum, sicuti pronunciatum est nulliter. *Vinius,*
10 *decis. 495. num. 9.* & spoliatus † non restituitur, vbi spoliatori restituenda esset possessio, purgato spolio. *Veral. decis. 175. part. 3. num. 13. et seq.*
11 ita & exequutio † perperam facta non est infirmanda, sed potius confirmanda, *ex congestis à Castil. decis. 148. num. 8. et 9.* sicuti Iudex appel-

11 t appellationis potest sententiam† à qua fuit ap-
pellatum confirmare, vel reformare; ita idem
facere potest Iudex, coram quo disputatur de
nullitate exequutionis. *Curt. Iun. cons.* 127.
num.5. vers. nam secundum. Negus. de pignor.
2. memb. 3. part. num. 23.

Quinto facit quæ ex *Bart.* & alijs voluit *Ne-
uiz. cons.* 77, *num.8. & seq.* dum concludit exa-
12 ctum per vim † ab exequutore, rescindi qua-
tenus est indebitum, & non vltra: promissa per
metum esse valida, si illa sunt licita, & iusta,
& notorie constat de debito, si absque ordine
Iudex cogat debitorem soluere, non reuocatur
13 exequutio, quòd debite factum non rescindi-
tur per indebitum modum, nec exequutio re-
uocatur, si fuit facta pro legitime debitis. *Alex. in
l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic,
num, 6. circa fin. vers. quærit Bart.*

Ex quibus amnibus concludendum videtur,
14 † exequutionem sententiæ perperam factam
non esse reuocandam, si illa iterum esset facien-
da pro eodem debito, vt ex dictis *Angel. &
aliorum voluit Crauet. cons. 65. sorores, nu.
4. & cons. 172. venerabilis, num. 7. Curtius
in l. si pacto, C. de pact. num. 7.* admonendo
quod si aliquid impetretur à Iudice ordine iu-
ris non seruato, si aduersarius petat illud reuo-
cari, impediri restitutionem, seu reuocationē,
si coram eodem Iudice petatur confirmatio,
vel iterata concessio, quia habeo bonum ius.
Neuiz. cons. 77. nu. 10. & seq. vbi plures con-
sentientes refert, ea ratione quia debite factum
15 † non rescinditur, licet factum fuerit per inde-
bitum modum, vt idem subdit *Gratian. di-
scept. 16. retractanda, num. 25.* qui loquitur
de exequutione nulla ex defectu iurisdictionis.
*Gama decis. 237. num. 3. Cancer. var. resol. de
sent. exequut. num. 561. Fontanel. de pact. nu-
ptial. tom. 1. glos. 18. part. 4. clausul. 4. nu. 107.*
cum alijs congestis *supra cap. 18. ampl. 5. Dec.
cons. 449. num. 17. & seq.*

Et probatur præcedens assumptum singulari
16 † *textu l. fin. §. fin. ff. quod met. caus.* vbi de-
bitor non repetit, si soluit quod debebat, licet
soluerit iuris ordine non seruato: per quem
textum *Curt. in l. si pacto. C. de pact. num. 8.
circa med.* concludit probari singularem practi-
cam *Angeli in d. l. si finita, ff. de dam. infect. vt
retuli supra, vers. secundo. Bald. in cap. tuæ,
vt lite non contest. num. 3. in fin.* concludit, si
17 si quis ordine iuris non seruato † captus fuerit
de mandato Iudicis, & soluerit, quod re vera
debebat, illud non repetit, addendo textum
hunc esse vnicum, & *Neuiz. cons. 77. num. 7.
vers. tertio, & vers. quarto*, quia tendit ad
liberationem factam inciuiliter, id est ordine
iuris non seruato, auctore Iudice, citra vim cō-
pulsiuam: non est tractandum de reuocatione
eius, quod est de nouo faciendum, vt inquit
Bald. in cap. conquærente, de restit. spoliat. n. 3.
18 *in fin.* Et vrget ratio vitandi † circuitus: nam
si facta sit exequutio iuste & recte, quamuis
non rite, sine fructu litigantium reuocaretur il-
la, quoad iterum rite & recte fieret, & inique
ageret Iudex, cui ex actis constat de veritate,

& iustitia causæ, si alio processu cogeret partem
experiri de iure suo, vt considerat *Giurba de-
cis. 79. num. 12. circa fin.* dum plura cumulasset,
19 quod inutiles circuitus sunt vitandi, & ante il-
lum idē præstiterat *Tiraquel. de retract. conuent.*
20 *ad finem tituli, num. 25. & seq.* & † fideicom-
missarius, qui rem sibi ex fideicommisso debi-
tam sine Iudice, vel absque solemni processu
vacantem occupat, si detrahenda non est falci-
dia, nec alia quarta, vt euitetur inutilis circui-
tus restitutionis, & nouæ petitionis, excusatur
à restitutione, vt *ex Bart. Angel. Ripa, & alijs
concludit Osasc. decis. 34. ex actis, num. 9. &
10. & dixerat Neuiz. cons. 77. nu. 7.* ac etiam
21 quia nihil interest† petenti reuocationem exe-
quutionis, an sit male facta, vel iterum rite fa-
cienda, & cauendum, ne de lite fiant lites. *Cā-
cer. var. resol de sent. exequut. num. 563. Gama
decis. 237. num. 2. circa med.*

22 Contrariam sententiam amplexus † est Se-
natus Pedemontanus, teste *Osasc. decis 34. ex
actis, num. 29. vers. et propterea*, & post Se-
natum Pedemontanum, idem censuit *Rota
Romana, teste Serafin. decis. 1168. fuit resolu-
tum, num. 11.* addendo idem fuisse decisum co-
ram *Chisanen.* quod prius dixerat *Lofred. cons.
47. quatuor, num. 16.* concludens tenutam
23 † datam parte non citata, esse reuocandā; addē-
do idē dicendū de quacunque exeeutione inua-
lida præsertim ex defectu citationis, vt idē sub-
dit *n. 17. Alex. cons. 179. In causa, lib. 6. nu. 8.*
constituit regulam, omnem exequutionem de
facto factam; de facto esse reuocandam, licet
in l. si pacto. C. de pact. num. 4. aliud videatur
sentire, dum concludit, si Iudex quid minus so-
lemniter decreuit, non debere illud reuocare
parte non citata. *Ias. in l. si pacto. C. de pact.
num. 9. et seq. Rol. à Val. cons. 5. videtur, lib. 2.
num. 18.* referens *Bald.* idem dixisse sæpius le-
gendo, & consulendo. *Gramat. decis. 58. ma-
gnifica, numer. 5. Gratus consil. 122. liber. 1.
numer. 6. Bursat. consil. 74. numer. 166. et
seq.* vbi late comprobat. *Castil.* loquens de
adiudicatione nulliter facta, *decis 140. numer.
2.* concludens sicuti Iudex fuit facilis in ad-
dicendo, pariter debet esse facilis in reuocan-
do, referens *decis. Vinc. de Franc. 136.* quæ
magistraliter loquitur.

24 Nec obstat cautela † *Angeli*, quod exequutio
petatur confirmari à Iudice, coram quo peti-
tur reuocatio: quia quod ab initio est nul-
lum non potest confirmari, *l. quod ab initio. ff. de
reg. iur. cap. non firmatur. eod. tit. §. 1. inst. de
25 exhæred. lib.* etiam si esset † causa, propter quā
actus annullatur. *§. posteriore, inst. quib. non
est permis. facer. testam.* quia nulliter facta pro
non factis habentur. *l. nulla, ff. de autor. tut.
l. quoties, ff. de ijs qui satisdare cog.* & in termi-
26 nis tenutæ nulliter† datæ, quod habeatur pro
nō data. *Imol. cons. 128.* & nō confirmanda, rela-
ti à *Surd. decis. 46. num. 3.* & quæ de facto sunt
facta, de facto etiam sunt reuocanda, vt in ter-
minis tenutæ nulliter datæ, de Iudice qui iudi-
cauit in causa, in qua non poterat iudicare, exe-
quutore nulliter exequente, & similibus, con-
cludit

eludit *Pelin.conſ.*49. *Reuerende Domine, n.*16. *et ſeq. Rol à Val.conſ.*5. *videtur lib.*2. *num.*9. *in fin.* cum alijs pluribus cumulatis à *Tiraquel. de legib. connubial.*§. *contracter. gloſ.*5. *nu.*15. *& ſeq.* cum alijs, quæ cumulaui ad *l. nihil tam naturale, ff. de regul.iur. Hip. Marſil. in l de vnoquoq. ff de re iud.num.*38, declarat de facto facta eſſe reuocanda parte citata. *Oſaſc.deciſ.*34.
27 *num.*15. *et ſeq.* & condemnatum † nulliter, poſſe de facto impedire exequutionem ſententiæ,
28 qua fuit condemnatus: & prædonem, † non tam male poſſidere, ſicut poſſidet immiſſus ex ſententia nulla. *Ripa l. naturaliter. §. nihil commune, ff de acq.poſſeſ.num.*59. *et.*61. *in*
29 *fin.* & factum † ſine ordine, non poteſt ſuppleri cum ordine. *Bald in cap. conquerente, de reſtit.ſpol.in finalibus verbis.*

Contrarietas iſta varijs modis conciliatur à Doctoribus. Sed quia ex his, quæ quiſque excogitauit, penitus non ceſſat relata diſcordia, ex omnium dictis conſtituam regulam, qua ampliationibus, & limitationibus examinata, omnia ceſſat difficultas.

Regula itaque ſit negatiua, quod exequutio
30 † non rite ſed recte facta, non ſit reuocanda, vt dixi ſupra.

31 Ampl præſertim, † vbi notorium eſt ius eius, pro quo facta eſt exequutio. *Grat.conſ.*76. *lib.*2. *num.*5. *et* 15. addendo ius eſſe notorium, ſi de illo conſtat inſtrumento, vel actis, etiam coram arbitro factis. *Seraſin. deciſion.* 878. *num.*2. *in princ. idem dixerat Crau. conſ.*46. *num.*7. *poſt med. Put.deciſ.*177. *lib.*1. addendo
32 notorie † conſtare de bono iure ex ſententia, & probationibus factis, non repugnante aduerſario. *Curt.Iun.conſ.*127. *nu.*5. *in fin.Dec.conſ.* 449. *num.*19. idem firmat, ſi de debito conſtat ex confeſſione debitoris, vel aliter: quod priua dixerant *Calt.conſ.penul lib.*1. *num.*4. etiam ſi defectua eſſet in citatione, *et Socin. conſ.* 113. *col fin.verſ.poſtremo, lib.*3. *Neuiz. conſil.*77. *num.*7.

33 Ampl.etiam in tenuta † ſeu datione iudicialis in ſolutum data: nam quamuis nulliter ſit data, non ideo eſt reuocanda, vt puta ſi iuſto pretio ſit facta, quamuis cætera ſolemnia, etiam ſubſubſtantialia deficiant, quæ requirebantur, vt ſtaus abeſſet, & iuſtus rei valor haberetur. *Put.deciſ.*246. *part.*2. vbi refert fuiſſe receſſum ab ijs, quæ prius fuerant reſoluta ob defectum ſubhaſtationis. *Caualer. deciſ.*564. *nu.*5. *et* 6. concludens ex æquitate ſuſtineri tenutam, non præcedente ſubhaſtatione, ſi fuit data pro iuſto pretio. *Iaſ. l. à diuo Pio §. in venditione, ff.de re iud.num.*14. *in fin.* & dixi *infra lib.*3. *cap.*9.

34 Ampl.præſertim, † vbi exequutio fuit denunciata ei, qui poſt aliquod tempus petit illam reuocari, & nihil excepit, tempore intimationis. *Grat. conſ.* 76. *lib.*2. *num.* 6. *et numer.*7.

35 Ampl. etiam ſi exequutio † eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis Iudicis, qui illam relaxauit, vel ex quocunque alio capite. *Gratian. diſcept.* 16. *retractanda. numer.*35. *Vantius de nullit. cap. final. numer.* 129. *et ſeq.*

36 Ampl. præſertim † ad effectum retentionis, vt dixi *infra*. §.1.

37 Ampl. vt Iudex eodem † contextu poſſit renutam nulliter datam, eam de nouo, quia dандa iterum eſſet, concedere, vt ſequendo *Caſt. Bald. & Rom. in l fin. C.de edict. diui Adrian. tollend* concludit *Seraſin.deciſ.*978. *num.*2. *Io. ſeph.Lud.deciſ.Peruſ.*40. *num.*4.

38 Ampl. etiam † quod interuenerit vis compulſiua. *Puteus. deciſ.*177. *lib.*1. *num.*1. *in fin.*

39 Ampl. etiam ſi† exequutio ſit facta contra pupillum. *Anton. Fab.in ſuo Cod. lib.*3. *titul.* 12. *de iuriſdict omn. iud. defin.* 24. *ſequitur Cancer. var reſol. de ſent. exequut. num.*563. *Simon.de Pretis de interp. vltim.volunt.lib.*5. *Interp.*2. *dub.*3. *num* 122.

40 Ampl. præſertim † vbi exequutio fuit decretacum cauſæ cognitione. *Burſat.conſ.*73. *Dominus, num.*31.

41 Ampl. præſertim † vbi petens reuocationem exequutionis nulliter factæ, non docet de aliquo ſuo intereſſe. *Rol. à Val.conſ.*5. *videtur, num.*6. *lib.*2.

42 Ampl. præſertim, vbi Iudex † habet facultatem procedendi ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij. *Dec. conſ.*449. *Viſis duobus, num.*15. 21. *&* 23. *in fin. Oſaſc.deciſ.* 34. *num.*6. qui idem firmat, vbi nullo iuris ordine poterat Iudex procedere. *Neuiz. conſ.* 77. *num.*7. *in fin.* addendo tali caſu ſuſtineri exequutionem licet non ſit lata ſententia.

43 Ampl. præſertim vbi † is, ad cuius fauorem facta eſt exequutio, poterat ex pacto ſine Iudice poſſeſſionem ingredi, & retinere, vt ex *Bart.* concludit *Oſaſc.deciſ.*34. *ex actis, nu.*19. *Dec. conſ.*449. *num.*22. *in fin.*

44 Ampl. præſertim † ſi agatur de dote. *Burſat. conſ.*8. *cauſa, num.*15. *verſ.quinto.*

45 Ampl. præſertim † vbi ex ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, conſtat de iure eius, cui data eſt tenuta *Grat.conſ.*76. *lib.*2. *num.*18.

46 Ampl. præſertim, † vbi qui petit confirmationem, poterat propria auctoritate capere poſſeſſionem. *Grat.conſ.*76. *lib.*2. *num.*19. *& ſeq.verſ.quarto.*

47 Ampl. præſertim † aduerſus eum, qui non poſſidebat tempore tenutæ nulliter datæ, *Grat. conſ.*76. *lib.*2. *num.*20. *verſ quarto.*

48 Ampl. etiam in caſu, † quo prætenderetur exequutionem eſſe nullam ex defectu citationis eius, quem nullam habere defenſionem conſtat Iudici. *Dec.in l.ſi pacto. C de pact. num.*5. *in princ.* eam afferens rationem, quia in notorija non requiritur citatio, ſeu, vt ego addo, non eſt citandus, qui nullum ius habet in re controuerſa. *Grat. conſ.*76. *lib.*2. *num.*4. *verſ.maturius, & num.*15. *Cancer. variar.reſolut. de ſent.exequut.nu.*556. *&* 562. *Gozad. conſ.*21.
49 *num.*31. Notorium† autem eſt, vbi ex actis, vel côfeſſione aduerſarij conſtat. *Grammat.dec.*36. *n.*38. *& ſeq.* addendo notorium operari, quod Iudex non debet pati iudicium agitari, ſed exequi; & in notorijs ordinem eſſe non ſeruare

ordi-

ordinem, *& num.*44. *& seq.* plures effectus notorij refert *Brun.conf.*22. *num.*2. *verf. & primo*.

50 Ampl.etiam io casu † quo qui excipit de nullitate exequutionis, si fuisset citatus, & contradixisset, Iudex nihilominus exequutionem relaxasset. *Dec. in l.si pacto*. C. de *pact. num.*5. *circa med. vers. & dictum Bal.*

Ampl, præsertim si per executionem nullam sit solutum, quod debebat petens reuocationem exequutionis. *Paris. de sindicat. §. pont. num.*2.

51 Ampl. præsertim † vbi periculum est io mora, & ideo omissa fuit solemnitas necessaria. *Dec.in l.si pacto.C.de pact.num.*5. *in fin. Gabriel. de citat.conclus.*1. *num.*285. *Menoc. de adipiscend. possess. remed.*2. *num.*58. *Mascard. de probat.conclus.*1388. *transumptum, nu.*16. *& seq.*

52 Ampl. præsertim † vbi is, pro quo facta fuit exequutio, petit illam cooffirmari, vel reuocari. *Ias. in l.si pacto*. C. *de pact. num.*11. *vers. tamen limita*. *Alex. in l.si finita*. *ff. de dam. infert. num.*6. vbi refert praxim pronuociandi isto casu, *et.*8. addit cautum aduocatum, ista cautela euitare exequutionis reuocationem, idem repetens in *vers.vnde videtur*, addit præsertim procedere si noua ad confirmandum superuenit causa, pluribus probaos, quod quæ

53 nulla † sunt confirmari possuot, licet regula sit in contrarium. *Gama. decis.*237.*num.*3. *Curt. Iun. conf.*127. *num.*5. vbi de veriori. *Bero. conf.*12.*lib.*3. *num.*10. *relati ab Osasc.decis.*34. *num.*11. *Ioseph. Ludouic. decis.*40.*nu.*2.*Brun, conf.*22.*num.*3.

54 Ampl. præsertim † si ius petentis reuocationem exequutionis altiori eget indagioe. *Grat, conf.*76.*lib.*2.*num.*5.*circa med.*

55 Ampl. etiam si exequutio † sit facta per capturam personæ *ex congestis à Ioseph. Ludouic. decis.*40. *num.*2. *Ias. l.à diuo Pio*. §. *in venditione, ff. de re iud.num.*12.

56 Limit.vbi per exequutionem factam † omisso aliquo ex solemnibus relatis supra, quis fuit sua possessione priuatus. *Alex. conf.*5. *in causa, lib.*2. *num.*1. addendo procedere etiam si possessor iniuste possideret, vel generaliter fuisset citati omoes habentes interesse, cooeludendo spetialiter esse citandum possessorem, quia ille certus est, subdens quando sufficiat generalis citatio, idem sentit *Dec.in l.si pacto. C.de pact.nu.*3. *&* 4. addendo procedere etiam si ageretur de reuocanda possessiooe alicui de facto data, relati a *Grat. conf.*76 *part.*2.*nu.*1. *et seq.* addendo ingredientem tenutam de mandato Iudicis relaxato sine citatione, iniuste possidere, & puniendum, quia debebat inquirere, quis esset possessor. *Ruin.conf.*102.*Viso.lib.*5.

57 concludens tenutam † nulliter datam posse cōfirmari, præterquam ad effectum excludendi possessorem à remedio canonis. *Redintegranda*. 3. *quæst.*1. *Dec. conf.*449. *Visis duobus, num.*16. sublimitando, vbi quis violenter spoliasset, vel Iudex non processisset iudicialiter, sed vti priuatus. *Osasc. decis.*34.*num.*25.*vers. aut vero*. *Surd. conf.*168. *nu.*26.*et conf.*189. *num.*30. *Puteus. decis.*177. *lib.*1. coucludens

58 exequutionem † nulliter factam esse reuocandam, vbi concurrit vis expulsiua, nisi passus vim patiatur iostrui causam super bono iure, quo constet exequutionem confirmandā esse. *Gratian.discept.*734.*incipiendam n.*22.concludens

59 possessionem † spoliatiuam nunquam confirmandam, licet nouo esset danda.

60 Limit, vbi quis auctoritate propria, seu absque maodato Iudicis facit exequutionem sententiæ pro se latæ. *Ias.in l.à diuo Pio*. §. *in venditione, ff.de re iud num.*13. *in fin.* subdens tunc dici, quem inuadere potius, quam exequi, & locum esse *l.meminerint*. *C.vnd.vi*, & ego addo incidere in edictum diui Marci, *l.extat. ff.quod metus caus. Alex. l.si finitu, ff.* de *dam. infect. num.*7.*circa med. Surd.conf.*276.*quamuis, nu.*14. *in fin. Bero. conf.*12. *vol.*3. *num.*10. *Dec. conf*449. *num.*13. *& seq. &* 33.*Osasc.decis.*34. *ex actis, num.*20. *& seq. & num.*25. *in fin. & num.*26. qui loquitur de fideicommissario, qui lata sententia ad sui fauorem ingreditur possessionem bonorum fideicommissi, etiam quod essent vacantia, subdens idem dicendum de filio, qui ratione legitimæ occupat corpus aliquod bonorum paternorum.

61 Sublimita tamen, † vbi ageretur de captura debitoris suspecti de fuga, etiam si fuisset captus pro maiori summa. *Bero. conf.*12. *lib.*3. *num.*10.*in fin.*

62 Limit. vbi noo † constat de tenuta data, seu exequutione facta à Iudice, sed fuit facta à nuncio, seu berruario ex suo capite. *Rol.à Val.conf.*5.*videtur, lib.*2.*nu.*20. *& seq. Ruin.conf.*102. *lib.*5.*num.*7.*in fin.*

63 Limit. vbi agitur de re, quæ non † erat petenti reuocationem obligata *Bald.l.fundus.*9. *ff. de rescind.vend. num.*5.

64 Limit, vbi confirmatio † petitur ab eo, qui subreptitio decreto factus fuit possessor. *Rol. à Val.conf.*5.*lib.*2.*num.*19.

65 Limit. vbi iustitia † exequutionis probatur, vel prætenditur probari post factam executionem. *Natta conf.*43.*num.*25. *& seq.* qui loquitur de captura debitoris tanquam suspecti, non probatis quæ erant probanda, faciunt, quæ di-

66 cuntur de clausula † si quid exequendum, quæ ex dedoctis non ex deducendis est iustificaoda. *Marta. de clausul.*169.*num.*2.

67 Limit, vbi executio † fuit facta post inhibitionem Iudicis, oc illa fieret, vt dixi *infra cap.*18.*ampl.*5.

68 Limit. vbi executio † est nulla ex defectu iurisdictionis eius, cuius auctoritate fuit facta. *Rol. à Val conf.*65.*lib.*1.*num.*5. *vers.sed præmissis, & num.*30. vbi loquitur de captura, & *conf.*65.*lib.*3.*num.*10.

69 Quod autem dicendum † si executio fuit facta in re vacanti. *Osasc.decis.*34. *ex actis, nu.*3. *& seq. & num.*19. *in fin. & nu.*20. *& tribus sequentibus*.

70 An immissus io possessionem † ex sententia nulla faciat fructus suos. *Neuiz.conf.*77.*nu.*23. *Bursat.conf.*73.*num.*29.*&* 30.*Osasc. decis.*34. *num.*

num.27.vers & propterea Senatus. *Surd.decis.*
45.*quod datio, num.5.vsque in fin.* Pacific. de
*Saluian. inspect.4.cap.1.num.*35.

71 Limit. vbi constat † nullum ius competere
petenti confirmari tenutam nulliter illi datam.
Grat.cons.76.lib.2.num.16. in fin. addendo
72 ita intelligi *cap. licet † episcopus, de Præbend.*
in sext.

73 Quæ dixi de captura † nulla, *num.2. et seq.*
Rota decis.151. Faustinus. part.2.num.3.et 4.
declarat, modo iustitia sit probata tempore ca-
pturæ, secus si post capturam, & quod non po-
test captus retineri pro alio debito. *Rol à Val.*
*cons.65. captura, lib.3. num.*10. qui loquitur
de debitore capto, tanquam suspecto de fuga.

---

§. I.

SVMMARIVM.

Retentio facilius datur, quam petitio. 1. *est fa-*
uorabilior compensatione, ibid. conceditur cre-
ditori chirographario, et hypothecario quoties
res deuenit ad illius manus donec sit satisfa-
ctus. 2

Retentio non conceditur, vbi executio nulliter
facta non est confirmanda. 3. *et quare.* 4.
Contrarium. 5. 7. 8. *Ampl.* 9. 10. 11. 12. 13.
14. 15. 19. 21. 23. 24
Limita. 16. 22. 26. 28. 29.

Possessio acquisita cum vitio non potest retineri.
4. *Ampl. ibid. et* 5

Spolij actio quando competat ei, qui executionem
passus est excessiuam. 6

Salic. reprobatur. 7

Retentio datur creditori etiam si res retenta
non sit creditori hypothecata. 15. *Contra-*
rium. 17

Concorda. 18

Excipiendi ius transit in singularem successo-
rem. 20

Retentio non datur creditori, vbi cum clausula
precarij, vel licentia ingrediendi res retenta
non est obligata. 26. *Contrarium quod detur*
sine tali clausula. 27

EX proximo, & præcedenti Capite oritur
difficultas, An dato casu aliquo, quo exe-
quutio nulliter facta non est confirmanda, an
liceat ei cui negatur confirmatio, excipere de
1 retentione, quæ facilius † datur quam petitio,
l.1. ff. quib mod. pign. vel hypot. soluitur. Ro-
ta diuers.decis,115. part.2.num.1. Surd *plures*
*congerens cons.263. num.*22. & fauorabilior
compensatione. *Crauet. cons.*148.*Nobilis,n.*2.
*Rot.diuers. decis.115. part.2.num.*1. & propte-
2 rea tam creditori † hypothecario, quam chy-
rographario licet retinere rem sibi hypotheca-
tam, quæ ad illius manus deuenit, *l.1. C. si*
vnus ex plurib. hæred. credit. donec de credi-
to suo sit satisfactus, *l.1.C.etiam ob chyrograph.*
pecun.

3 Et non licere excipere de † retentione voluit
Salic. in auth. ei qui iurat. C. de bonis autorit.
iud. possidend. num.26. vers. quæro 12. con-
cludens creditorem missum in possessionem ex
primo decreto nullo, non posse excipere de re-
tentione. Idem voluisse *Crauet.* testatur *Osasc.*
*decis 34. ex actis, num.*17. comprobat *Surd.*
decis.46.num.2. et tribus seq.

4 Quorum opinio † probari potest, quia pos-
sessio acquisita cum aliquo vitio, non potest
retineri ab eo ad quem deuenit, *cap fin. de*
ordin.cognit. l.1. §.rediguntur, ff. quor. legat.
etiam quod ageretur de re legata. *Neguf. de*
pignor.4. memb.5. num.1. cum alijs cumulatis
à Surd.cons.4. num.40. in princ. Prætor enim
non tuetur iniustum possessorem, *l.communi.*
§.inter prædones. ff. commun. diuid. l.1.et 2.
ff. vti possidet.l.improba.C.de acq possess. etiam
5 quod ille † occupasset possessionem vacantem.
Bald.in l fin.C.de edict.D. Adrian.tollend.nu.1.
in fin. addendo grauius peccare occupantem
possessionem vacantem per mortem possessoris,
quàm qui occupat per negligentiam hominis
viuentis, & probatur hæc *opin.l.hæc autem.*
§.fin.ff. ex quib.caus.in possess.eat. vbi glos.fin.
l.si quis. §. penul. et fin.de præscrip. trigint
ann.auth. ei qui, C.de bon.aut.iud.possid.

5 Contrarium, scilicet quod liceat † excipere
de retentione, & illius beneficio impedire re-
stitutionem, probatur *l. si non sortem. §. si*
centum, ff.de condit. indeb. et ibi glos.ver. re-
tinebitur, vbi dicitur quod licet datio in solu-
tum sit excessiua, & ideo reuocanda, vt dixi
supra, cap.3. creditor tamen potest data in so-
lutum retinere, donec de suo credito fuerit sa-
tisfactus. Item probatur *l.fin. in fin.* C. *si ad-*
uers fiscum, vbi non restituuntur perperam
alienata, nisi satisfacto creditore. Item, *l.si mi-*
nore. C. *de iure fisci. lib.*10. vbi res restituitur
domino, si tamen ille debitum inferat. Item,
*l.1. C. de fide inst.et iur.hast.fiscal. lib.*10. vbi
Imperator iubet rem restitui sub conditione, si
soluatur, quod fuit iudicatum. relati à *Surd. de-*
cis.46. tenuit, nu.7. & de *Alimentis titulo.9.*
*quæst.32.multi, num.49. Perez.*de Locu. *tract.*
de Anniuersar. et Capellanijs.lib.1.cap.10. num
20. Et quòd annullata exequutione detur re-
tentio rei captæ in exequutione, ei, pro quo fuit
facta exequutio, tenent *Bursat.* & ab illo rela-
ti, *consil.73. Dominus, num.*28. & *num.*31.
addit non competere aduersario actionem spo-
6 lij, declarando quando illa † competat. *Ca-*
strens.l petenti.27.ff de pignor act.num. . *Ne-*
*guf.de pignor.2. memb.3.part.num.*20. *Galles.*
de obligat.Cam quæst.final.num 32. testans ita
7 fuisse decisum. & opin. † Saliceti contrariam
esse falsam probat *Surd. decis.46.nu.13. et opi-*
nio Salic. inclinando dari isto casu retentio-
nem; sequitur. *Gratian.discept.17.num.36.* te-
stando de veriori, & communiori opin. & idē
repetens, *discept.706.num.11.et* 12.

8 Comprobatur hæc opinio ex pluribus † rela-
tis à *Simon.de Prat.de interp. vltim. vol.lib.5.*
interp.2.dub.3.num.115.et seq. vbi refert in
pluribus dari retentionem, ad quæ non datur

actio. *Rot. diuers. decis.* 115. *memorialibus, part.* 2. *num.* 1. concludens retentionem esse fauorabiliorem actione, compensatione, & competere etiam aduersus exequutionem sententiæ.

Ampl. præsertim vbi res, de cuius retentione 9 † agitur, est retinenti hypothecata. *Bart. l. si non fortem.* §. *si centum, ff. de cond. indeb. n.* 7. addendo etiam quod agatur de alio debito, quã eo, pro quo fuit retenta. *Neguſ. de pignor.* 4. *memb.* 5. *part num.* 2. & dixi etiam *infra, num.* 11.

10 Ampl. vbi mulier † excipit de retentione bonorum mariti pro sua dote, licet minus solemniter fuerit in possessionem immissa, vt dixi §. *sequent.*

11 Ampl. præsertim † vbi res, de cuius retentione agitur, erat ob ipsa ta ei, qui vti vult retentione. *Bald. in l fundus.* 9. *ff. de rescind vend. n.* 5. quem pro singulari notat *Cremens. singul.* 93. *tenuta. Dec. conſ.* 449. *num.* 22. *Surd. decis.* 46. *Tenuit. num.* 11. *in fin.* concludens dari retentionem rei obligatæ, etiam quod deuenerit ad 12 retinentem † cum vitio, idem repetens *nu.* 12. addendo etiam si obligatio seu hypotheca esset inualida, & *num.* 16. addit procedere etiam si non adesset precarium, vel pactum ingrediendi propria auctoritate.

13 Ampl. præsertim si adest pactum † vt creditor propria auctoritate possit possessionem capere. *Dec. conſ.* 449. *num.* 22. *Salic. in auth. ei qui. C. de bonis aut iud poſſidend. num.* 26. *in fin. Molignat de retention. quæſt.* 59. *circa fin. verſ. & dicit. Alex. conſ.* 5. *lib.* 2. *nu.* 4. *verſ. potuisset*, vbi *Natta* alios refert.

14 Ampl. etiam quod immissus † seu factus possessor, vellet retinere ex alia causa, seu debito pro quo res retenta non sit obligata, expresse, sed intrinsece. *Bart l. si non fortem.* 26. §. *si centum, ff. de condict. indeb. num.* 7. addendo præsertim ex causa expensarum factarum in re retenta, & ibidem *Alex. nu.* 6. *& Iaſ. nu.* 10. *& Bald. ibidem in fin.*

15 Ampl. etiam si res, de cuius † retentione agitur, volenti retinere non sit obligata, *l sint.* §. *at si in poſſeſſione.* 2. *vbi gloſ. verb. cam. C. etiam ob chirograph pecun Bart. in l. si non fortem.* §. *si centum ff. de cond. indeb. nu.* 7. *& Caſt. num.* 5. addendo id esse verum, si res 16 deuenit ad manum † creditoris pro eo debito ad quod consequendum non competebat hypothecaria nec ad rem retentam auccandã agi poterat, eadem actione. *Tiraquel de retract. lignag.* §. 23. *gloſ* 1. *num.* 27. *verſ. intellige. Bur. ſat. conſ.* 73. *Dominus, nu.* 28. *in fin. Schurſ. conſ.* 77. *in præſenti, nu.* 2. *verſ. item si res non Centur.* 2. *Schultſ quæſt.* 13. *num.* 5. *Surd. decis.* 46. *num.* 9. vbi alios refert.

17 Contrarium quod non † detur retentio, nisi res retenta sit retinenti obligata, volunt *Spec. de Contumac.* §. *ſequitur, num.* 6. *Bal. in l. fundus,* 9. *ff. de rei vendicat num.* 5. quem pro singulari refert *Cremens. ſingul.* 93. *tenuta. Bart. in l si non inducta. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. num.* 3 *in princ. Dec. conſ.* 449. *nu.* 22. *Molignat. tract. de retention. quæſt.* 59. *creditor. circa med. verſ. unde*, vbi addit *Bart. & Alex.* ita tenere, *in l.* 3. §. *fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & hanc esse conclusionem intactam testatur. Idem *Molignat. eod. tract. quæſt.* 427. *verſ. retineri, relato Spec. d.* §. *ſequitur.* concludit retentionem tantum concedi, vbi res est hypothecata. *Rol. à Val. conſ.* 5. *lib.* 2. *num.* 7. & late *Neguſ. de pignorib. part.* 3. *memb.* 2. *num.* 20. *& ſeq. Gratian. diſput.* 26. *num.* 36.

18 Pro concordia † videndi sunt *Bart. in l. si nõ inducta. C. in quib. cauſ. pignus tacit cont. n.* 3. *Bald. in l. prætextu. C. commod. Caſt. l. petenti.* 27. *ff. de pignor. act. num.* 3. cuius distinctio aptior est, & conuenit casui nostro, *& in l. si non fortem.* 26. §. *si centum, ff. de condict. indeb. num.* 5. *Rot. diuerſ. decis.* 115. *part.* 2. *nu.* 3. *& ſeq.*

19 Ampl. vt retentio detur † etiam singulari successori eius, ad cuius manus res capta in exequutione nulla, deuenit. *Crau. conſ.* 148. *nobilis, num.* 1. eam afferens rationem, quia ius 20 † excipiendi transit in singularem successorem. *l. fin. ff. de excep. rei iud*, idem sentit *Rom. ſing.* 177. concludens exceptionem melioramentorum transire in singularem successorem rei melioratæ, sequitur *Tiraquel de retract. conuent.* §. 7. *gloſ.* 1. *nu.* 15. & late *Socin. conſ.* 158 *vol.* 2. *num.* 28. *Ripa in l vbi pure.* §. *qui in distrahendis, ff. ad Trebel. num.* 3. *Neguſ. de pignorib. in* 4. *memb.* 5. *part. num.* 23. *Bocr. decis.* 44. *nu.* 14. *Ceſal. conſ.* 299. *num.* 35.

21 Ampl. etiam si passus † exequutionem vellet cauere de soluendo, vel de stando iuri pro vero debito, & expensis, restituta re capta in exequutione. *Surd. decis.* 46. *tenuit, n.* 9. *verſ quin-* 22 *imo.* Limitando † vbi immissio facta fuit in pœnam contumaciæ, quia relaxatur possessio contumace comparente, & cauente, *& nu.* 10. refert rationem diuersitatis. *Gratian. diſcept.* 16. *num.* 38.

23 Ampl. etiam vbi † executio fuit facta in contumaciam non soluentis, quæ deberet. *Grat. diſcept.* 16. *num.* 39. *&* 40.

24 Ampl. præsertim vbi res † deuenit ad manus tertij ex causa eius debiti; pro quo vult illam retinere, quia etiam si deuenerit cum vitio, conceditur retentio. *Bart. l. si non fortem.* §. *si centum, ff. de condit. indebit. num.* 8. per textum *in l. eleganter.* §. *qui reprobos, ff de pignor. action. Bald. l. si petenti. ff eod. nu.* 7. *Surd. decis.* 46. *num* 12. *Gratian. diſcept.* 706. *difficultas, num.* 14.

25 Limit. vbi quis vellet retinere † ex credito, cuius dies exactionis non cessit, vel non venit, vel exigi non potest, vt puta ratione sortis principalis census, vt censuit *Rota coram Vbaldo in Romana domus.* 10. *Nouembris.* 1600.

26 Limit. vbi agitur de retentione † rei obligatæ absque clausula Precarij, vel licentia ingrediendi propria auctoritate. *Bald. c. quoniam frequenter.* §. *fin autem reus, vt lit. non conteſt. num.* 7. & consentiunt addentes ad *Dec. conſ.* 440. *num.* 22. Quo pretio sint bona retenta æstimanda an iuxta tempus retentionis,

vel

vel æſtimationis. *Rot. recent. deciſ.267. num.2. part.1.*

27 Contrarium tenet † *Surd. deciſ.46. tenuit. num.16.* teſtans de communi in contrarium, vt patet ex dictis *ſupra ampl.2.* & ita tenendum in iudicando, & conſulendo affirmat.

28 Limit. vbi † creditum, pro quo quis vult retinere, non eſt liquidum, vel breui non poteſt liquidari, *Surd. deciſ.46. Tenuit. num.16.* teſtans ita fuiſſe pronunciatum.

29 Limit. in exequutione facta † in pœnam contumaciæ non venientis ad iudicium, quia data cautione, & refectis expenſis, reuocatur. *Gratian. diſcept.16. num.39. & 40.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Dotis cauſa vbique præcipua, & multis gaudet priuilegijs. 1

Vxor eſt ſocia mariti diuini, & humani iuris. 2

Non poteſt retinere bona mariti, quæ illo viuente poſſidebat iure familiaritatis. 3. & quare. 5.6. Contrarium ſi illa ſine vitio poſſideat, & quare. 10

Ampl.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24. 25.26.27.28.29.31.32.33. Limita. 30.34. Intellige relatas ampliationes. 35.36.38.39.40

Poſſeſſio iure familiaritatis non eſt poſſeſſio proprie, & deterior eſt aſinina detentatione. 3. & quare. 4. Ampl.4

Detentori competit remedium retinendæ, & recuperandæ. 4

Vxor viuente marito nullum ius, vel titulum habet in bonis mariti, quæ poſſidebat iure familiaritatis. 5 non poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis in bonis mariti. 6

Poſſeſſionis cauſam mulier non poteſt nec præſumitur mutaſſe. 6

Retentio conceditur condemnato reſtituere hæreditatem, donec ſit ſatisfactus de expenſis factis in hæreditate. 7

Item conductori, qui meliorauit rem conductam. 8

Vxor mortuo marito eſt illius imago, retinet illius domicilium, gaudet priuilegio defuncti mariti etiam exorbitanti, & quare. 9. quomodo probetur retinere bona mariti. 11

Fundum retineri poteſt ab vxore defuncto marito donec ſit ſatisfacta de ſua dote. 28. Ampl. in emphiteuſi. 29. Contrarium. 30

Rotæ contrarietas tollitur. 37

Vxor poſſidens bona mariti an faciat fructus illorum ſuos, vel an imputentur in ſortem principalem. 41

Dotis cauſam, tanquam proximum inſtrumentum ad replendam ciuitatem liberis
1 hominibus, ſemper, † & vbique eſſe præcipuã
dixit Pomponius relatus *in l.1. ff. ſolut. mat.*
Propterea plura eidem leguntur conceſſa priuilegia, vt patet ex titulis Digeſtorum, & Codicis Iuſtinianei. De iure dotium, & ex his quæ *Rol. à Val. Bald. Nouel.* & alij ſcripſerunt *in ſuis tractat. de lucro dotis, & priuilegijs dotium.*

Dubitari tamen probabiliter poteſt, an vxor,
2 † quæ eſt ſocia diuini, & humani iuris mariti,
l.1. ff. de ritu nupt. poſſit quodammodo ius ſibi dicens retinere bona mariti, quæ illo viuente familiaritatis iure poſſidebat.
3 Negatiuam † ſuadet commune aſſumptum,
quod poſſeſſio iure familiaritatis nõ eſt proprie poſſeſſio, & deterioris conditionis eſt aſinina
4 detentatione, cum pro iſta † competat interdi-
ctum tam retinendæ, quam recuperandæ, pro illa vero nequaquam, *l. qui iure, ff. de acquir. poſſeſ. Bald. l. pignoris.* C. de *pignor. act. num.1. circa fin. verſ. & videtur. Menoc.* de *Arbitr. Iud. caſu. 160.* extat. *num.8. & ſeq. plurib.* Put. *deciſ.73. in vna, lib.2. num.2. in fin.* &
5 vxor quæ † iure familiaritatis viuente marito
poſſidebat illius bona, quia nullum in illis habebat dominium, vel titulum. *Socin. conſ.61. lib.1. num.7. Neuiz. conſ.80. num.21. Put. de-*
6 *ciſ.73. lib.2. num.5.* † videtur non poſſe poſſeſ-
ſionis cauſam ſibi mutare, *l.3. §. illud, ff. de acquir. poſſeſ. l. ad probationem.* C. *locat,* prout in dubio minime mutaſſe præſumitur. *Alciat. præſumpt.23. regul.2. num.5. in fin.* & conſequenter tanto minus vti retentione, quæ alium excludit, quominus vtatur iure dominij competentis, & poſſeſſionis acquirendæ, *l. quod ſi poſſeſſor. ff. de petit. hæred. l. in reſtituenda.* C. *eod. vbi* Bal. *Angel. Sal. & Caſt. notant. l. de hæreditate.* C. *eod. vbi* Caſt. *Sal. & Bald.* qui
7 loquuntur de condemnato ad reſtituendam
hæreditatem, cui datur retentio donec fuerit ſatiſfactus de expenſis, & ſolutis hæreditatis cauſa. *Cartar. deciſ.11. num.1. & ſeq. Veral. deciſ.180. part.1. num.1 & ſeq.* qui loquuntur
8 de conductore, † qui repellit dominum in vſu
rei ſuæ, dum aliqua ex cauſa conceditur illi retentio rei conductæ.
9 Attamen quia vxor mortuo marito eſt illius
imago. *Bal. in l. pignoris. C. de pignor. action. num.2.* retinet viri domicilium, *l. filij. §. vidua, ff. ad municipal.* gaudet viuens defuncti mariti priuilegio, & immunitate, quia cenſetur eſſe in ſeruitio mariti, & durare in matrimonio, *Rol. à Val. conſ.15. ſubtilis, lib.3. nu.6. & ſeq. plurib.* vt omittam congeſta à *Tiraquel. de nobilit. cap.19. num.5. & ſeq.* addendo, *num.8.* etiam ſi priuilegia ſint exorbitantia, ſi
10 ſine vitio bona † mariti ad illam peruenerunt,
conceditur vxori retentio. *Bald. in l. penul.* C. *de non numer. pecun. num.1. & in l. pignoris.* C. *de pignor. action. num.1. in fin.* eam afferens rationem, quia noua ſuperuenit cauſa, quem refert, & ſequitur *Dec. conſ.232. Dura. nu.2. & conſ.400. Viſo eleganti, num.5. conſ.449. num.22. & conſ.672. applaudent. nu.5. & 7.* Bald *Nouel. tract. de Dote. part.8. priuileg.6. num.21. Franc. Marc. deciſ.181. part.1. nu.1.* Gram. *deciſ.58. num.3. & deciſ.92. numer.19. Ioſeph. Lud. deciſ.* Peruſ. *12. nu.18. & deciſ.61. num.2.*

num.2. & decis.191. num.1. addendo, num.2. in fin. neminem discrepare, vbi plures refert, Bero. cons.60. lib.2. num.6. Rol. à Val. cons.77. lib.1. num.27. Bursat. cons.9. num.4. Neguf. de pignor.4. memb.5. part. num.5. Schultes quæst. 13. num.7. Socin. cons.131. numer.6. in fin. lib.1.

11 Retinere autem bona mariti probatur† vxor, si illis insistat, vel retineat claues, l. clauibus, ff. de acquir. pos. vbi Bart. Bal. in l.1. C. de crimin. expil. hæredit. num.2. vel impediat hæredem mariti, quominus ingrediatur domum, Ioseph. Lud. decis.109. num.9. & seq. vbi alia addit signa talis retentionis, Alciat. reg.3. præsumpt.6. num.3.

12 Ampl. præsertim † vbi maritus ad fauorem vxoris hypothecasset bona sua, cum clausula constituti, vel precarij, nam poterit illa propria auctoritate ingredi, & apprehendere possessionem bonorum, etiam quod fuerint ab alio apprehensa, l. certum, §. quæsitum, ff. de precar. per quem textum ita firmat Bald. Nouel. tract. de Dote. part.8. quæst.6. num.2c Gozad. cons.42. num.11. & seq. & repetit Gram. decis. 82. num.21. & seq. cum temperamento tamen, vt idem subdit num.23. in quo non habeat, qui de facto resistat.

13 Ampl. quod si ab hæredibus mariti † expellatur, possit agere spolio, & tanquam spoliata est redintegranda. Dec. cons.400 num.6. & ita decisum fuit teste Coler de proces. part.1. cap.2. num.192. Sed declaro infra, vers. intellige.

14 Ampl. præsertim vbi vxor † est ingressa possessionem, seu retinet sine vitio, Bald. in l. penul. C. de non num. pecun. num.1. & in l. si pignoris. C. de pignor. action. num.1. quem sequitur Franc. Marc. decis.181. part.1. num.1. Bero. cons.60. lib.2. num.6. Dec. consil.232. num.2.

15 Ampl. vt tale ius retentionis à muliere cedi, donari, & alio simili titulo in alium transferri, quia est ius reale, l. fin. §. fin autem. C. de bon. aut. iud. possid. l. placet. C. de priuileg. fisci, per quæ iura ita firmat Franc. Marc. decis. 181. part. 1. num.2. & 3. Surd. cons.4. plura num.10.

Contrarium tenent relati à Neguf. de pignorib. 1. memb.5. part. num.38. circa fin.

16 Ampl. vt talis retentio † sit concessa etiam filijs, vt ex Brun. & Campeg. concludit Gramat decis.58. magnifica, num.4. & decis.92. num.28. Ioseph. Lud. decis.109.

17 Ampl. vt talis retentio † concedatur viduæ absque alio Iudicis decreto. Capic. decis.119. num.3. Borgnin. tract. de vsufruct. mul. relict. num.201.

18 Ampl. etiam vbi fuisset † condemnata ad restituendam mariti hæreditatem, vel aliam partem bonorum illius. Capic. decis.119. in causa, num.1. & seq.

19 Ampl. siue ad fauorem † mulieris concurrat tacita, siue expressa hypotheca. Borgnin. tract. de vsufruct. mulier. relict. num.201.

20 Ampl. vt talis retentio † concedatur, non solum pro dote, sed etiam pro iuribus dotalibus, vel parafernalibus, vt in Vrbe, vbi mulier alio non conuento, lucratur quartum dotale, id est quantum importat quarta pars dotis solutæ, Borgnin. tract. de vsufruct. mul. relict. num.204. circa fin. & ita practicaui in Vrbe. Bursat. cons.8. num.15. versic. & de vxore.

21 Ampl. vt mulieri detur † retentio, etiam eorum quæ marito sunt obligata, si sine vitio deueniant ad manus illius. Borgnin. tract. de vsufruct. mulier. num.204. in fin.

22 Ampl. etiam non facta † liquidatione dotis. Surd. cons.221. super, num.51. in fin. Ioseph. Lud. decis.109. num.2.

23 Ampl. vt illi detur † retentio tam mobilium, quam immobilium, Alex. l. si constante. 25. ff. sol. mat. num.27. & 28. addendo etiam si mobilia sint causa mercantiæ, vel suppellectilia.

24 Ampl. etiam in concursu † hæredis mariti, qui eodem momento prætenderet cæpisse possidere. Bursat. cons.9. quoniam, num.4. in fin. & seq. & idem dixerat cons.8. num.15. in fin. & 17. in fin.

25 Ampl. vt illi competat † interdictum vti possidetis. Bursat cons.9. num.3. in princ.

26 Ampl. etiam † quod maritus defunctus esset minor. Alex. l. si constante, ff. sol. mat. num. 29. vbi refert dissentientes, & concordat.

27 Ampl. siue dos † consistat in pecunia, siue in corporibus.

28 Ampl. vt vidua possit † omnia bona mariti defuncti occupare, & retinere pro sua dote, & iuribus dotalibus etiam quod aliqua prætendantur feudalia, nisi id concludenter probetur. Bursat. cons.8 in causa, num.16. et seq vers. additur. Alex. in l si constante. 25. ff. sol mat. num.25. concludens in casu vergentiæ posse
29 retineri † feudum, vel emphiteusim, donec maritus viuit, ante Bursat. idem dixerat Rom. in l. si constante, ff. sol. mat. nu.42. circa med. dum prius retulisset, qui dissentiant. Schultes. quæst. 13. num.8.

30 Contrarium † tenent in l. si constante. 25. ff. sol. mat. Bart. num 97. in fin. Cast. num.6. Ias. num.23. eam afferens rationem, quia talis retentio conceditur speciali iure, & vt ego addo, specialia non sunt multiplicanda. Cyn. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. num.18. quem sequitur tenet contrarium, & latius cæteris tradit Neguf de pignorib. in 1. memb.5 part. num.33. concludens mulierem non posse occupare omnia bona mariti, sicuti possunt facere alij creditores hypothecarij; sed debere eligere corpus aliquod etiam ex melioribus paris æstimationis suæ dotis. Bald. Nouel. de Dote. part.7. priuileg.47. in fin.

31 Ampl. etiam si mulier † esset debitrix hæredum mariti ex causa administratæ tutelæ illorum, vt aduersus Socinum late probat Neguf. de pignor. 1. memb.5. part. num.36. et seq.

32 Ampl. etiam vbi ad fauorem † mulieris non adesset hypotheca, vt dixi proximo, et antecedenti. §.

Ampl. etiam si esset in possessione ex inordinato

nato processu seu executione perperam facta argum. dictorum *Bald. in l. fundus. 9. ff. de rescind. vend. nu. 5. Molignat. de retent. quaest. 20. col. 9. vers. imo plus dicit.*

33 Ampl. etiam † si creditores, vel haeredes mariti offerant dotem soluere. *Bart. et reliqui relati ab Alex. in l. si constante ff. sol. mat. n. 31. in princ. Cyn. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. nu. 17. Neguf. et ab illo relati, de pignorib. 1. memb. 5. part. num. 31. 32. vers. contrarium. Bal. Nouel. de Dote. part. 7. priuileg. 47.*

34 Contrarium tenent Bal. † *Cast. et alij relati ab Alex. in l. si constante, 25. ff. sol. mat. num. 31. in fin.* vbi idem testatur de veriori. relati à *Neguf. de pignor. 1. memb. 5. part. num. 31. in princ.*

35 Intellige conclusionem † hanc cum suis ampliationibus, si mulier declarat, velle defuncto marito antequam superueniat haeres illius, retinere bona pro sua dote, & iuribus dotalibus; alias caret isto beneficio, & cogetur iudiciario ordine consequi dotem suam. *Dec. l. quae dotis. C. de collat. num. 3.* subdendo non facta tali declaratione praesumi possidere iure familiaritatis potius, quam ratione dotis, vt dixit *Alciat. praesumpt. 23. regul. 2. num. 5.* idem repetit *Dec. cons. 232. Dura. num. 2. et cons. 672. num. 5.* addendo excusari à iudiciali actione, si haeres consentiat viduam ingredi possessionem bonorum mariti, idem tradit *Ioseph. Ludouic.* alios consentientes referens, *decis. Perus. 61. num. 4. et seq. et decis. 109. num. 4.* addendo talem declarationem faciendam verbo, vel facto, vt di-

36 xi in *princ. Et num. 19. et 20.* † subdit, si expellatur ante eam declarationem, excludi actione spolij, licet aliud sentiret Rota Rom. cuius opin. dicit intelligendam si tempore turbationis fiat à muliere talis declaratio, vel non probetur aliquo modo mulierem velle possidere iure proprio, & non familiaritatis, vt idem subdit, *cons. 9. num. 7. in fin. Rol. à Val. cons. 77. lib. 1. num. 28. et seq.* dum prius *num. 26.* firmasset, nõ facta tali declaratione, licet sit in domo mariti, praesumi possidere iure familiaritatis, & non proprio. *Surd. cons. 221. nu. 10. 50. et seq.* addendo ita intelligi Doctores, qui hanc retentionem concedunt vxori.

37 Contrarietas, quae videtur † adesse cum Rota Romana, silet ex dictis *Crescent. decis. 5. de vestit. spoliat.*

38 Limit. vbi haeredes † mariti, vel alius qui ius praetenderet, praeuenit in occupatione bonorum illius, seu vbi bona mariti habent possessorem, seu non vacant. *Dec. cons. 232. Dura. num. 2. vers. ingrediendi, et cons. 400. Viso n. 5.* concludens talem retentionem faciendam antequam haeres mariti apprehendat possessionẽ, *et cons. 672. applaudent. num. 5. et. 7.* cum alijs cumul. tis à *Borgnin. tract. de vsufruct. mul. relict. num. 201. in princ. Dec. l. dotis. C. de collat. num. 3.* concludens vxorem defuncto marito posse occupare illius bona pro sua dote, si fuerint vacantia. *Ioseph. Lud. decis. Perus. 61. num. 8. et decis. 109. num. 3. 5. Bursat. cons. 8. num. 15.*

39 Limit. vbi bona mariti † consistunt in pecunia, vel certam habent aestimationem, vel sunt diuisibilia; nam nisi pro rata competit retentio: secus, si non sint diuisibilia, vel certum non habent pretium, nam tunc datur retentio, etiã si longe excedant dotem. *Rot. recent. decis. 559. Rota, part. 1. num. 5.*

40 *Limit.* vbi retentio fieret † causa dotis confessatae. *Bart. l. si constante. 25. ff. sol mat num. 100.* Verum quia non est absolute, & perpetuo verum, quod dos confessata non gaudeat priuilegijs dotis realiter numeratae, videnda sunt pro complemento huius limitationis, quae dixi in meis collectaneis *ad glos. in l. assiduis, verb. data. C. qui potior. in pignor. habeant.*

41 An autem fructus, † quos percipit mulier retinens bona mariti vergentis ad inopiam, vel defuncti, imputentur in sortem principalem, sicuti regulariter imputantur fructus pignoris iuxta, *l. 1. C. de pignor. action.* videndi sunt *Aret. in §. fuerat. inst. de action. num. 12. et seq. Bal. auth. ei qui iurat. C. de bonis aut. iud possidend. num. 29. Barbos. in l de diuisione. 5. ff. solut. mat. num. 2. Surd de aliment. titul. 1. quaest. 42. quandoque. num. 7. et cons. 194. nonnulla, num. 1. et seq. et cons. 243. num. 42. Villagut. tract. de vsuris, quaest. 22.*

Cap. XXV.

SVMMARIVM.

Effectus omnis habet suam causam, et idem est cum causa. 1. *vis, & potentia illius qualis, & quanta.* 7
Philosophorum auctoritas apud I. C. est magna. 2
Sine effectu nihil fit, vel factum dicitur. 3
Electio non dicitur facta, si effectũ non habuit. 4
Optio qua caret effectu, non dicitur facta. 4
Praesentatus non dicitur, qui aliqua ex causa non fuit institutus, vel cedat, vel decedat. 5
Turnus nõ dicitur consumptus, si prouisio quouis modo non habet effectum. 6
Effectus nullis regulis alligatur. 8. *modo is sequatur, non curamus de modo.* 8. *vbique primum locum tenet.* 9. *Ampl.* 10. *demonstrat virtutem sua causa.* 12
Probatio ab effectu superat omnes probationes. 11
Facta demonstrant mentem facientis. 13
Pietas non stat in nomine, sed in operibus. 14
Finis spectatur, & coronat opus. 15
Exequutio quando dicatur facta. 16
Exequutio rite facta quamuis non rite, non est reuocanda. 17. *quando dicatur illa facta.* 31. *an faciat cessare ius retractus.* 48
Exequutionem petens reuocari non auditur, nisi refuso quidquid illius causa fuit solutum. 18. *Ampl.* 19. 20. 21. 22. *Limit.* 23
Exequutione lis finitur. 24. *et quare.* 26. *Intellige.* 25

Item per illam creatur pratorium pignus. 27. Item facit venditionem rei capta in executione fraudulentam. 28. Item perficitur iudicium. 29. Item creatur hypotheca in re capta in executione. 32
Exequutio fit contra ementem rem captam in executione non praecedente reuocatoria. 33.34. Cumulat forum foro. 35. quando inducat praesumptionem, quod bona capta in executione sint debitoris. 36.39
Executione à lege ipso iure facta non purgatur mora. 43
Idem dicitur, si fiat ab homine per rei traditionem. 44
Appellare cui non licet, de nullitate illi dicere licet. 30
Nuncio asserenti fecisse executionem in bonis debitoris, creditur. 37. Item quod immiserit N. in possessionem bonorum debitoris. 38
Mora in omittendo purgari potest Iure Canonico, & Ciuili. 40.41.42
Executione facta, cessant interusuria debita. 45
In Executione creditor posterior praeueniens an praeferatur anteriori. 46
Executione, & subhastatione facta liberatur debitor, licet executor consumat pretium illi solutum. 47

ACturus de effectibus, qui prodeunt ex reali executione facta in bonis, vel persona debitoris, praecedente iusto saltem, si non valido simul Iudicis mandato, non erit penitus alienum ab examine eorum, quae sumus dicturi hoc vigesimo quinto capitulo, aliqua praefari de vi, & virtute effectuum. Quorum omnium
1 eum ea sit conditio, vt in se ipsis, † semper suas habeant causas, idemque sint cum illis, ad eas omni conatu conuertantur, & vi auxilioque originis suae operentur: illarum tamen excellentia non laesa, licet in illis detegerur imperfectio aliqua, vt ratiocinantur *Plotinus. Enn. sexta, lib. 7. cap. 2. Marsil. Ficin. Platon. Theolog. lib. 9. capit. 3. et in Dion. Areopag. de diuinis nominibus. Leo. Habr. de Amore Dialog. 3. Plato in Phileb.*
2 A Philosophis, † quorum nō leuis est apud Iurisconsultos auctoritas *l. si pater. ff. de solution. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. caus. in po ssess. eatur. l. si vxor. ff. de adulter. Fel. in cap. ex parte, de rescript. num. 52.* transeundo ad nostros, dici-
3 mus, quod effectus † tantae est potentiae, vt sine ipso nihil fiat, vel factum dicatur, *capit. non praest at de reg. iur. l. 2. C. de aliment. pupil praestand. l. cum seruus, ff. de verb. obligat. l. 2. 3.*
4 *& 4. ff. de option. legat.* vbi electio, † vel optio, non dicitur facta, si effectum non habuit. Nec praesentatio dicitur facta, si praesentatus, ante
5 confirmationem, seu institutionem, cedat vel decedat, vel detegatur ex aliquo defectu non instituendus, *cap. si electio, de election. in sext. Rot. decis. 6. de elect. in nou. Put. decis. 200. lib. 1. et decis. 207. et 277. lib. 2. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 4. num. 38.* cum alijs congestis per *Gonzal. ad regul. 8. glos. 45. §. 3. n. 6.*

& seq. addendo idem dici de turno ad confe-
6 rendum, † qui non dicitur consumptus, si prouisio non habeat effectum facto prouisi, vel superioris collatoris, qui inferiorem praeuenire potuit. Tantumque potest subsequens effectus,
7 † vt ratione praedominij, quod habet, in hominum dispositionibus, vincat naturam ipsam, vt ex *Bal. cons. 344. circa princ. lib. 1. & Aldobrandin. cons. 52. num. 17. concludit Mantic.*
8 *decis. 304. num. 4. in fin.* Seu vt ego addo, † nullis regulis alligetur. Ideo non curamus de modo, si sequatur effectus, *l. eum seruus, vers. quia non quaeritur. ff. de verb. obligat. l. si mater. C. de instit. & substit. l. si vero non. §. si filio, ff. man-*
9 *dat. l. naturaliter, ff. de vsucap.* quia † vbique primum locum tenet subsequens effectus, *l. 2. C. de aliment. pupil. praestand. l. 2. §. appellata, ff. si cert. pet. Surd. consil 381. num. 15. in fin.*
10 *& num. 16.* quamuis † dispositionis verba repugnent, *l. seruo legato. §. si testator, ff. de legat. 1. l. fideicommissa. §. interdum, ff. de legat. 3. l. filiofam. ff. de cond. et demonst. Natta cons. 110. num. 17. Surd. cons. 3. nu. 26. et cons. 380. num. 34. et seq. et cons. 393. nu. 38. et seq. Crau. cons. 59. num. 1. vers. nec attenditur, et cons. 244. num. 2.* Hinc dicimus quod probatio
11 ab effectu, seu quae patet sensibus, superat omne probationis genus: quaerere rationes, & argumenta, vbi habemus sensum, infirmitas est intellectus, vt *post. Arist. dicit Bal. in rub. ff. de rerum diuis. num. 32. et in l. 1. C. qui accus. non pos. et in l. fin. C. de execut. rei iud.* cum alijs cumulatis ab *Esurard. in suis locis legal. cap. ab effect. num. 1.* & Christus Saluator noster volens conuincere Iudaeorum contumaciā, illos arguebat, vt si non verbis, fidem praesta-
12 rent operibus, nam ex vi, seu efficacia † effectus, arguitur potentia causae efficientis, *l. generali, C. de episcop. et cleric. l. rem non no-*
13 *uam, in fin. C. de iudic.* & opera † quae quisque facit, indicant quae sit mens facientis, *cap. quod Dei, de stat. monach.* Sic pietas nō stat in nomi-
14 ne † pietatis, sed in operibus Pijs, *Iapus alleg. gat. 95 num. 4.* Propterea dicebat *Rebuff in compend. alien. rer. Eccles. num. 34. in fin.* Iu-
15 ra nolunt nisi † effectum duci ad optatum finem, qui vt est in prouerbio, omne coronat opus.

Ne autem procedamus per ignota, notandum
16 tunc executionem dici factam, quoties à lege ipso iure, vel facto hominis translatum est dominium rei captae in executione. *Gratian. discept. 708. Non. num. 46. et seq.* addendo non dici factam si facienda sit subhastatio, quia vt ego addo, nihil dicitur factum, vbi quid praeterea est agendum, *l. cum Sylanianum. C. de his quib. vt indign. Surd. cons. 168. num. 9.*

Recensendo itaque effectus executionis, Pri-
17 mus est, quod illa † non sit regulariter reuocanda, quamuis rite non fuerit facta, si tamen illa recta seu iusta fuit, vt dixi *proximo, et antecedenti capite.*
18 Secundus factae executionis effectus † est, vt non audiatur petens illam reuocari, nisi refundat, seu soluat quantitatem debitam, cuius causa

facta fuit executio *l.1.C.de fid.inst. et iur.hasta fiscal.lib.10. Bart. et reliqui in l. si non sortem. § si centum, ff.de condit.indeb. Castr.in l.si quis aliam. 46. ff. de verb.obligat.col.final.vers.ad de quartum casum*, dum voluit, si insolutum datum fuit prædium excedens quantitatem debitam per errorem, datio quamuis sit nulla, sed debitori non conceditur repetitio, nisi soluat debitam quantitatem. *Salic. in l. vnic. C. ne liceat in vna eademq. caus. tertio prouoc. nu 5. circa med.vers.attende tamen.* *Neuiz. cons.77. num.12.* referens Parpaliam testantem ita vidisse practicari. *Aloys.* de Albert. *singul.1.* cum alijs pluribus cumulatis à *Surd. de aliment. titul.9.quæst.32. multi sunt casus, num.49.*

19 Ampl. vt parte † excipiente Iudex non debeat ad vlteriora procedere, & processus sit nullus, si non soluatur, quod erat debitum. *Salic. l.vnic. C. ne liceat in vna, & eadem caus. tertio prouoc.num.5. circa fin. versic.* ego *hoc secundum.*

20 Ampl, etiam si † reuocatio executionis petatur beneficio restitutionis in integrum, vt dixi *supra, cap.11.§.1. num.58.*

21 Ampl. etiam † si facta fuisset, vt fisco esset satisfactum, *l.fin. in fin.C. si aduersus fiscum. Surdus de alimentis, tit.9. quæst.32. multi, num.49. Rol. à* Val.*cons.32. primo, lib.1. nu. 16.* vbi loquitur de bonis venditis, vt soluerentur tributa Principi.

22 Ampl. etiam † si reuocatio executionis petatur ab ipso fisco. *Surd.de aliment. tit.9.quæst. 33. multi, num.53. vers.tertio.*

23 Limit. parte † non excipiente de solutione sibi facienda. *Salic. in l. vnic. C. ne liceat in vna eademq. caus. tertio prouoc. num.5. in fin. vers. ego hoc secundum*, concludens processum valere, si talis non fuerit opposita exceptio, quia Iudex non impartitur officium nisi petenti.

24 Tertius effectus † executionis est, quod per illam lis dicitur finita, nihil enim præterea petere potest à Iudice victor, nec quid aliud agendum superest; & sententiæ condemnatoriæ nihil aliud expectant, quam executionem; vt ex *Sal. in l.executorem. C. de execut. rei iud. & Lanfranc. de Orian.in cap. contra falsam*, de *probat. vers. nota hic videri casum*, de *probat.* concludit *Boer.cons.44.videtur mihi, num 4.*
25 *& 6.* † declarando *Bal in l.2.C. vt lit.pend.* qui voluit pronunciationem, seu sententiam esse finem actorum, intelligi in sententia absolutoria, quæ vt ego addo, nihil post se expe-
26 ctat faciendum. Ideo Doctores † recensentes partes integrantes iudicii, postremam referunt esse executionem, nam parum esset, pro se sententias habere, nisi executione perficerentur. *Marant. in prax. part.6. vers.tertius, & vltimus actus principalis, nu.1.* Berreta *cons.3. cum multa, & graues, num.15.* & dixi *infra, vers.sextus effectus.*

27 Quartus effectus † est factæ executionis, vt per illam in re capta in executione creetur prætorium pignus necessarium, siue actum fuerit actione reali siue personali, vt dixi *infra* §.1.

28 Quintus est, † vt faciat venditionem rei captæ in executione fraudulentam, si contingat deinde illam à debitore fieri, vt dixi *infra* §.2.

29 Sextus effectus est, vt executione, tanquam parte integrali, seu verius integrante, cœptum perficiatur iudicium. *Boer.cons.44.nu.4.& 6. Berreta cons.3. Cum multa.num.15.* Nam licet multum operetur res iudicata, vt dixi in meis collectaneis, *ad l. res iudicata, ff.de regul. iur*, aduersus tres conformes cessat nullitatis exceptio. *Clem. vt calumnijs. de re iud.* licet
30 regula sit contraria, vt cui non † licet appellare, liceat de nullitate dicere, & experiri. *Aretin. cons.75.num.11. & late Trentacinq. lib.2. de confes.resolut.1.num.46.Vant.de nullit.cap.4. num.33.& seq.* parum seu verius sine fructu esset reportasse tres conformes, vel vnicam, quæ ex aliquo capite transiuisset in iudicatum, vel à qua non liceret ad effectum suspensiuum appellare, nisi victor per executionem faciendam in bonis, vel persona debitoris, consequeretur quæ Iudex illi dari, solui, præstariue decreuit: vt in simili dixit Iustinianus, quod parum esset iura condere, nisi adsint personæ, per quas iura exerceantur: & commune est axioma, quod inanis sit actio, quam inopia debitoris exclu-
31 dit. Executio † autem quando dicatur facta, dixi *supra, vers.nc autem.* Vide supra *vers.tertius effectus.*

32 Septimus effectus est † vt per executionem creetur hypotheca in re capta in executione ad fauorem eius, quo instante fuit facta executio, quam tamen non creat sententia, *l.non est mirum, ff. de pignor act.* Ranchin.*ad Guid Papam, decis.26. relato Rebuf. in comment. de constit. reddit. artic.1.glos.14. in fin.* & dixi latius *infra. §1.*

33 Octauus est, † quod quamuis contra tertium non possit fieri sententiæ executio, tamen, si is tertius in fraudem paratæ executionis, seu factam executionem in re debitoris, quæ dicitur præparatoria deueniendi ad secundum decretum, seu antiphona perficiendi rem iudicatam, illam emat, contra illum fiet executio, & res illi distracta auferetur, vt dixi late *supra, cap.2. §.6.num.61. & seq. & num.98. & seq.* vbi limitaui in necessario emptore. *Surd. cons. 533. executio, num.1. et 4.* addendo non esse
34 opus † reuocatoria, seu rescisoria factæ venditionis, licet secus sit quando fuit facta in fraudem creditorum.

35 Nonus factæ † executionis effectus est, vt cumulet forum foro, vt dixi *infra* §.3.

36 Decimus effectus est, † vt inducat præsumptionem, quod bona, in ea facienda capta, sint debitoris, contra quem erat facienda, *glos.in l.1.C.de priuil. fisc. Alex.in l. à diuo Pio. §. si super rebus, ff. de re iud.num.17.* concludens,
37 quod si nuncius † capit bona aliqua tanquam debitoris, quamuis non constet de dominio, & possessione debitoris, creditur relationi nuncij, & qui aliud asserit, grauatur onere probandi assertionem suam: conterunt dicta *Tiraquel. de retract. consang. §.8. glos.9.num.22.* dum

voluit

38 voluit credi † nuntio, quod immiserit . N. in possessionem bonorum Titij debitoris, & quod
39 illius fuerint. Quod tamen intelligendum † est, vbi bona capta erant penes debitores, vel non adest contradictor, qui doceat illa possidere. *DD. in l. Adiuo Pio. §. super rebus, ff. de re iud. Bal. in l. 1. C. de priuil. fisci, num.* 2.

40 Vndecimus effectus est, † quod licet mora commissa in omittendo possit de iure ciuili purgari, *l. si seruum. §. sequitur, ff. de verb. oblig.* vbi *Bart.* notat *num.* 2. *Imol. nu.* 4. *Ias. nu.* 3. & idem repetierit *in l. si insulam, eod. num.* 7. *Ias. in l. eum qui ita. §. fin. num.* 11. *vers. vltra glos. ff. eod.* & pro regula idem tradit *Ruin. cons.*
41 133. *lib.* 1. *num.* 10. & de iure canonico † dicitur, quod semper, & omni casu mora potest purgari, si ius alterius non sit factum deterius. *Alex. in l. si insulam, ff. de verb. oblig. num.* 37. *et in l. si quis maior. C. de transf. num.* 7. *vers. fallit tamen, et ibi Cur. Sen. num.* 44. *Dec. cons.*
42 138. *num.* 7. & idem dicendum † esse etiam de iure ciuili voluit *Bart. in l. si ita quis, §. scias, ff. de verb. oblig.* quem refer, & sequitur *Mantic. decis.* 270. *facti, num.* 6.

43 Attamen si à lege executio † fit ipso iure facta, per dominij translationem, non admittitur moræ purgatio, *cap. licet canon. vbi glos. verb. priuatus, de electi. in. in sext. l. si cui. ff. de legat.* 2. vbi *Bart. num.* 2. *et* 3. *relato Dyn.* notat. *l. traiectitia in fin. ff. de action. et obligat. Bart. in l. qui ob rem, ff. de cond. indeb.* addendo quod in ijs, pœnis in quibus lex facit executionem ipso iure, non admittitur moræ purgatio: & *Bal.* addit secus esse si fuit translata obligatio sine dominio. *Marsil. de fideius. num.* 344. *Puteus decis.* 259. *part.* 1. *num.* 6. *Veral. decis.* 236. *et* 417. *part.* 2.

44 Et idem dicitur si † executio sit facta ab homine, per rei traditionem, *l. qui ob rem, ff. de condict. indeb.* vbi *Bart firmat*, quod post factam executionem ab homine, non est locus purgationi moræ, & *in l. si in cui.* 19. *ff. de legat.* 2. *num.* 3. addendo *Dyn.* ita firmare. *Bal. in d. l. qui ob rem*, concludens quod vbi facta est executio facti, non habet locũ purgatio moræ. *Veral decis.* 236. *et* 417. *part.* 2.

Ampl. præsertim, vbi mora est geminata, vel debitoris culpa concurreret, *l. traiectitia. §. de illo, ff. de act. et obelg.* per quem textum ita firmat *Rom. cons.* 352. *quæritur primo, nu.* 8. *et ibi Mandos* exemplum refert impediti, qui non remouit impedimentum, vbi illud poterat remouere. *Mancin. de iuram. part.* 4. *effect.* 13: *subsequitur, num.* 53.

Limit. vbi per executionem facti solum occupatur prætorium pignus, nam cum non sit trãslatum rei dominium, & pignus soluatur quantitate debita creditori, cui nihil nocet, non procedit ad vlteriora in perfectione executionis, admittitur purgatio moræ debitoris soluentis, quæ debebat etiam quod renunciasset omni legum auxilio. Et ex ista limitatione conciliantur, quæ in negantem, & affirmantem opin. dici possent ex *Dec. cons.* 452. *Visa instructione, num.* 19. *et seq. Cæsal. cons.* 25. *mora, nu.* 14. *et seq. Afflic. decis.* 174. *quidam, num.* 4. *et ibi Vrsil. Gratian. disceptat.* 707 *emphiteusis, num.* 46. *Mancin. de iurament. part.* 4. *effect.* 13 *subsequitur, num.* 48 *et seq.* Ex cuius dictis addi posset sublimitatio, si ageretur simul de facto præstando, vt puta de repræsentando aliquem intra carceribus sub pœna debiti, nam si contra fideiussorem ideo datum relaxatum, & executum sit mandatum, non purgatur mora si repræsentetur debitor in carceribus, vt ex Voto *Rota* firmat *Mancin.* ibibem.

45 Duodecimus effectus factæ † executionis est, vt facta executione pro quantitate pecuniarum debita, statim cessent interusuria, si quæ ex cõtractu, vel alias erant debita, vt dixi *supra cap.* 3. §. 6. *num.* 6. *et* 7.

46 Decimus tertius effectus † factæ executionis apud Lusitanos est, vt qui prior illam fieri curauerit, cæteris creditoribus quamuis anterioribus præferatur, vt refert *Emanuel Mendes in sua praxi Lusitana seculari lib.* 3. *cap.* 21. §. 11. qui præterea pluribus probat iustitiam eius praxis, seu legis Lusitanæ, & pluribus casibus illam limitat.

47 Decimus quartus est, † vt facta executione, seu captis pignoribus, & illis sub hasta venditis, statim sit liberatus debitor, quamuis exequutor, cui consignatum fuit pretium, illud consumat, *l. quæsitum, ff. de dist. pignorum*, per quem textum ita firmat *Io. Faber. in l. si eo tempore. C. de remis. pignor. num.* 5. addendo executorem ideo conueniendum, & qui illum præposuit obligari.

48 Decimus quintus, an faciat † cessare ius retractus gentilitium, seu congrui, dixi de *Laudemio, lib.* 2. *quæst.* 14. *artic.* 1. *numer.* 44. *& seq.*

Decimus sextus effectus est, vt illa facta cesset executorum cognitio. *Galganet de iure pub. lib.* 2. *tit.* 52. *num.* 27. qui motus *l. à diuo Pio. §. si post addictum, et §. sed si emptor. ff. de re iud.* addit, quod si post addictum pignus, moueatur controuersia emptori, potest de illa cognoscere, & si emptor non soluit pretium sibi addicti, executor nullam habet facultatem cogendi, vt soluatur.

§. I.

SVMMARIVM.

Pignus vnde dicatur. 1. *consistit in mobilibus tantum.* 2. *non contrahitur sine traditione.* 5. *idem cum hypotheca, ex recepto vsu loquendi.* 6. *diuersimodè sumitur.* 7

Hypotheca vnde dicatur, et quando contrahatur 3. 4. *diuersimodè sumitur.* 7. *de illius natura non est, vt res hypothecata tradatur.* 4

Litigiosa res efficitur sola litis denunciatione, in actione reali 8. *Quid in personali.* 9. *Limit. vbi debitor denunciat creditori ne vendat pignus.* 10. *et quare.* 11

Pacta sunt diuidua. 12

Pignus

Pignus quando vendi possit à creditore, et quibus solemnibus, 13
L. fin. C. de prætor, pign. declaratur. 14
Pignus triplici modo constituitur, 15. 18. 19
Hypotheca tacita, quæ dicatur. 16
Lex in ijs quæ sunt iuris, vera, & non ficta facit. 17
Creditor quando excludatur à posteriori in traditione pignoris. 20
Pignus conuentionale non dicitur conuentionale si vendatur sub hasta, 21

1 VI nominis, certum est † pignus differre ab
hypotheca: nam cum pignus, dicatur à
pugno, quasi, quod cautionis iure est conuentum,
pugno, & manibus teratur, gratia debitoris,
vt ipsi facilius credatur, & creditoris, quoad
illo sit securus *§. fin. inst. quib. modis re contra-*
2 *hit. obligat.* quare pignus † proprie constituitur
in mobilibus, *l. plebs. §. pignus, ff. de verb. signific. l. si rem alienam. 9. §. 1. vers. proprie,*
ff. de pignor. action. §. item seruiana, inst. de
3 *action.* Hypotheca † autem, deducta à verbo
græco *hypotithenae* quod apud latinos idē est,
quod latinos idem est, quod supponere, & obligationi
subijcere se, vel rem aliquam, in genere,
vel in specie, nihil aliud significat, quam
suppositionem, & rem ipsam obligationi suppo-
4 sitam †. Ideo de natura hypothecæ non est, vt
res hypothecata tradatur, sed sola sufficit conuentio
debitoris, & creditoris: quod secus est
5 in pignore, quod vi † natiua sine traditione
non dicitur contrahi. *§. fin. inst. quib. mod. re*
contrahit. oblig. l. 1. ff. de pignor. act. l. 4. ff. de pignor.
Vsu tamen loquendi recepto vtrunque
6 verbum, pro † eodem recipitur, diciturque
hypotheca etiam res quæ ab initio tradita est,
quia non traditio, sed conuentio obligationem
facit: & è contra pignus etiam dicitur, quod
non est traditum. Quare inter pignus, & hypothecā
sola nominis differentia, seu sonus intercedit,
l. res hypotheca, ff. de pignor. & comprobat. rub. instit. & digest. quibus modis pignus, vel hypoth. sol.
Notandum est tamen pi-
7 gnoris verbum, † itemque hypothecæ aliquando
designare contractum ipsum pignoratitium,
l. 1. ff. de pign. act. modo rem pignori datam,
l. 3. l. si cum venderet, ff. de pign. action. §. fin. inst. quib. mod. re contrahit. obligat. modo obligationem
ipsam. *d. § fin. l. 3. ff. de pignor.* Modo
significat ius in re, quod ex ea obligatione
creditor habet, cuius vi ille exercet actionem
in rem, *Seruianam*, vel quasi. *§. item Seruiana, inst. de action. l. & quæ. §. 1. & l. seq. §. creditor, ff. de pignor.*
8 Notandum secundo, quod quamuis † sola litis
denunciatio faciat rem litigiosam, *l. 1. §. 1. ff. de litigios.* si agatur actione reali, super illius
dominio, *Honded. cons. 20. contenditur, lib. 1. num. 31. & num. 42. circa med.* vbi de magis
communi. *Archid. cap. quia res. 11. quæst. 1. num. 6. Ias. cons. 43. lib. 1. num. 9. circa med. Surd. decis. 172. pendente, num. 3.* Quamuis ali-
9 qui † velint idem dicendum, si agatur actione
personali, quos refert *Honded. cons. 20. nu. 31.*
post princ. & concordant Ias. cons. 43. circa lib. 1. num. 10. Gomes. Var. Resol. lib. 2. cap. 2. de empt. & vend. num. 20. vers. quinto principaliter, circa med.
10 Si tamen debitor † denunciet creditori, ne
pignus vendat, si illud vendatur, non contrahitur
vitium litigiosi, *l. 1. ff. de litigios.* vbi *Vulpianus* inquit: *Litigiosam rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis causa fit, etiam quod creditor maiorem partem sui crediti sit consequutus. Et l. quandiu, l. vnus. C. de di-*
11 *stract. pignor.* & ratio † est, quia debitor non
potest pignoris venditionem impedire. *Rub. & toto titulo C. debit. pignor. vend. imped. non pos.* & nihil dicitur factum, vel solutum, vbi
quid faciendum, vel soluendum remanet, nam
12 facta † sunt indiuidua, *l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Rimin. iun. cons. 629. nu. 13. late Costa in tract de iur & facti*
13 *ignor. inspect. 6.* Quando † autem creditor possit
vendere pignus, & quibus solemnibus, videndus
Negus. de pignor. 1. memb. 6. part. n. 1. & seq. & num. 15. et seq.
Notandum tertio, quod licet Iustinianus
14 *in l. fin. C. de prætor. pignor* † videatur constituisse
duas tantum pignorum species. Vnā, quæ
ex conuentionibus, & pactis hominum constituitur:
alterā, quæ à iudicibus oritur: non id Imperator
dixit, quasi tantum duo genera hypothecarum
sint, quia ibi non intendit tradere
pignorum diuisionem, sed tantum exæquat
duo genera hypothecarum; nempe quæ Iudicis
iussu, seu decreto creatur, appellando illam
prætorium pignus; & conuentionalem,
concludendo creditorem tam ex magistratus
Imperio, quam ex conuentione, habere
actionem in rem, ad recuperandum possessionem,
si illam amiserit, non negando quin
15 triplici † modo constituatur pignus, nempe
aut à lege, vel statuto. *Negusant de pignorib. 4. memb. 2. part. num. 1. et seq.* addendo tale pi-
16 gnus, seu † hypothecam, dici tacitam, etiam
quod à Statuto dicatur, quod habeat eandem
vim, quam habet hypotheca descripta in instrumento,
& quam habet expressa, etiam
quod Statutū vtatur verbis fictionem designan-
17 tibus, quia lex fingendo † in ijs, quæ sunt iuris,
vere facit, & non ficte, *glos. l. si tutor. verb. confessum. C. de interdict. matrimon.* Aut
18 † decreto, & iussu magistratus, quod prætorium
nuncupatur, vbi in contumaciam debitoris
non parentis iudicatis, Iudex mandat capi
illius bona pro rata debiti, quæ sic capta loco
pignoris detinentur à creditore, *l. non est mirum, et ibi Bart. ff. de pignor. act. l. 1. C. si in caus. iudicat. pignus captum sit*, vbi Imperator
Antonius A. Gabinio rescripsit. Res *ob causam iudicati datas eius iussu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac distrahi posse sæpe rescriptum est. Nam in vicem iustæ obligationis succedit ex causa contractus auctoritas iu-*
19 *bentis.* Aut priuati debitoris, † vel alioqui domini
voluntate expressa constituitur, & nuncupatur
conuentionale, quasi quod solo partium
consensu fiat, tam inter præsentes, quam
abien-

absentes, & tam scripto, quam sine etiam tacite, *l. si tibi decem. §. de pignore, ff. de pact. l. 4. ff. de pignorib. l. 1. ff. de pignor. action. l. creditor. 23. ff. de pignorib. l. Pomponius. 5. §. 1. ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. Neguſ. de pignor. part. 3. memb. 1. num. 1. & seq.*

Norandum quarto, quod cum creditor possit
20 ex† conuentione facta cum debitore, interpellato illo ad redimendum, vendere pignus conuentionale, iure creditoris, & excludere posteriorem à iure offerendi, *l. 1. & 2. C. si antiq. cred. vbi Cyn. & Sal. Bal. conſ. 25. lib. 1. num. 4. Neguſ. de pignor. 3. memb. 5. part. num. 4. Fulgoſ. conſ. 127. Ceſal. conſ. 397. in facto, nu. 37. Vinc. de Franc. deciſ. 227. vendita, num. 1. &*
21 *seq.* attamen† si idem pignus instante creditore vendatur sub hasta ex Iudicis decreto, non efficitur pratorium, sed remanet conuentionale, & in illo cessat ius offerendi, vt censuit Rota teste *Duran. deciſ. 445. num. 69. & seq.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Venditio rei captæ in executione est fraudulenta. 1. *Ampl.* 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. *Limit.* 12
Confidere propinquis, & amicis, naturale est. 3
Patrimonij sui vires quando quis præsumatur ignorare. 7
Necessitatis casus nullis legibus ligatur. 13. 16
Litigiosa alienantur valide ob necessitatem. 14. *Item ex pacto ante litem facto.* 15. *Item si dilata venditione res fieret inutilis. ibid.*
Pupilli, & minoris bona venduntur absque solemnibus, si venditio sit necessaria.
Alienatia quando dicatur necessaria. 17. *facta causa dotis est necessaria, ibid.*

1 Inter cæteros effectus,† quos parit executio facta ex Iudicis decreto in bonis debitoris is est præcipuus, vt faciat censeri alienationem rei in executione captæ esse fraudulentam. *Ripa in l. 1. §. si haeres, ff. ad Trebel.* & dixi *supra, cap. 2. §. 6. num. 62. Surd. conſ. 533. executio, num. 1. Cumia ritu 90. num. 37.*

2 Ampl. præsertim † si alienatio facta fuit in coniunctam personam, *l. data. C. de donat. l. penul. verſ. faciliorque ſuſpitio, ff. de bon. libert. Bart. in l. post contractum. §. de donat. num. 2. Bal. conſ. 70. apparent. num. 1. lib. 1.* concludens, quod ratio † naturalis suadet confidere
3 coniunctis, & amicissimis, *l. Theopompus ff. de dote prælegat. Cuman.* loquens de socero, & genero, *conſ. 155. Antognolus, num. 4. Afflic. deciſ. 370. tria dubia, num. 14. Crauet. conſ. 82. D. Bartholomeus, nu. 5. & conſ. 122. de anno, num. 7. Gozadin. conſ. 1. num. 24.* Quod præterea
4 tim † procederet, si alienans possideret, quæ asseruit vendidisse. *Iaſ. in §. item si quis in fraudem, instit. de action. num. 41. verſ. item præsu-*
5 *mitur, et num. 42.* Vel vbi pretio † esset facta alienatio, vt subdit *Iaſ. ibid. num. 46. in fin. verſ. alium modum.*

6 Ampl. præsertim † vbi debitor, qui alienauit, sciebat non habere bona, quæ essent satis ad extinguendum æs alienum. *Iaſ. in §. si quis in fraudem, inſt. de action. num. 46. vbi ex Bart.* refert quomodo debitor sciat bona sua non sufficere creditoribus; subdens *num. 48.* quan-
7 do quis † præsumatur scire, vel ignorare vires sui patrimonij.

8 Ampl. præsertim † si debitor, qui alienauit, remansit in possessione rei alienatæ, *Bero. conſ. 170. in præſenti, num. 8. lib. 1.* subdens præsertim si alienatio fuit facta in coniunctum. *Iaſ. in §. si quis in fraudem, inſt. de action. nu. 41. verſ. item præsumitur.*

9 Ampl. quod si facta † fuit postquam capta sunt pignora, & exposita hastæ fiscali, præsumitur facta in contemptum Iudicis, & fraudem executionis. *Ripa in l. 1. §. si haeres, ff. ad Trebel. num. 22.* quem refert, & sequitur *Surd. conſ. 533. executio, num. 5.*

10 Ampl. etiam† vbi probatur debitorem aliud non habuisse in bonis, quàm rem alienatam lite pendente, etiam quod acquirens litem ignorauerit. *Caſt. in l. à diuo Pio. §. si ſuper rebus, ff. de re iud. num. 8. verſ. et poteſt dici.* & dixi *supra cap. 2. §. 6. num. 57. Zucard. conſ. 2. num. 3.* cum alijs cumulatis à *Giurba deciſ. 62. num. 5. circa med.* concludente idem dicendum, si debitor alienasset maiorem partem suorum bonorum.

11 Ampl. vt deueniri† possit ad secundũ decretũ, illo non citato, nisi probasset se anteriorẽ, vel potiorem creditorem, vel aliter esse præferendum ei, quo instante facta fuit executio. *Gabriel. conſ. 21. puto. lib. 2. nu. 20. et ſeq.* sequitur *Giurba deciſ. 62. num. 17. poſt. med.*

12 Limit. vbi alienatio † fuit necessaria, *l. alienationes. 13. ff. famil. hereiſcund. l. diuus. 5. ff. de petit. hæred. l. peto. §. prædium ff. de legat. 2. l. pater. in princ. ff. de legat. 3.* & vbi ut *Alberic. l non ſolum. §. 1. ff. de alien. iud. mutand. cauſ.* cũ *infinitis à Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 11, Intrigl. deciſ. 46. num. 64.*

13 & ratio est, † quia casus necessitatis nullis legum regulis alligatur; *l. quæ propter, ff. de reg. iuris, et ſicut. de conſecrat. diſt. 1. cap. 2. de obſeruat. ieiun. Iaſ. in l. 1. ff. de offic. eius, nu. 75. Crauet. conſ. 215. pater dedit, num. 3. et ſeq.*

14 Ideo litigiosa † absque pœna alienantur, si alienatio sit necessaria. *Archid. in cap. quia res. 11. quæſt. 1. num. 5. Beniutend deciſ. 48 num. 15. et ſeq. Lancel. de attentat. cap. 4. limit. 8. num. 1. et*
15 *ſeq.* Vel fiat alienatio† ex pacto inito ante motam litem. *Paſſitus conſ. 197. res adeo, num. 4. et 5.* exemplum etiam referens si dilata venditione res vendita futura esset inutilis. *Roderic. de annal. Redditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 82. et*
16 *ſeq.* † concludens res minoris, vel pupilli alienari, si alienatio sit necessaria ex dispositione hominis, vel legis, veluti ex iure congrui, vel pacto de retrouendendo. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 11. et ſeq. Oſaſc. deciſ. 168. num. 12. Lancel. de Attent. part. 2. cap. 4 limit.*

limit. 8. vbi *num.* 8. *& seq.* declarat quando
17 † alienatio dicatur necessaria. Exemplum etiam esse potest, si dotis causa prædiũ sit distractum, *l. fin. C. de litigios. Crauet. cons.* 481. *num.* 20. quia causa dotis constituendæ ab ascendente est necessaria, *l. qui liberos, ff. sol. mat. l. dote, ff. de ritu nupt. l.* 1. §. 1. *ff. de impens. in reb. dotal. fact.*

18 Limit. vbi alienatio † fuit facta creditori anteriori eius, quo instante facta fuit executio, seu creatum prætorium pignus. *Cumia ritu* 90. *Item effectus. num.* 37. *circa med. vers. limitatamen hanc communem. Intrigl. decis.* 46. *adiudicatio, num.* 50. *Giurba decis.* 62. *nu.* 20. Concludentes, si alienatio sit facta antiquiori creditori, non posse contra illum deueniri ad secundum decretum, & posse excipere de sua anterioritate, & præferri, præsertim si creditum processisset ex causa necessaria, & de præterito.

§. III.

SVMMARIVM.

In Exequutione capta bona præsumuntur esse debitoris, apudquem fuere reperta. 1

Clericus asserens capta in executione facta contra laicum ex mandato Iudicis laici debet assertionem coram laico Iudice probare. 3. *& quare.* 2. 4. 8. 9. *Ampl.* 14. 15. *ibi.* 21. 22. 23. 24. 25. *Limita.* 26. 27.

Dominium quando probetur sola possessione. 27

Excipiens est actor in exceptione opposita. 4. *Ampha n.* 5. 6

Fori declinatoria cessat in tertio, qui adueniat causæ. 9. *Ampl.* 10

Tertius aduenient causa non potest declinatoriam opponere. 9. *Ampl.* 10. *& quare.* 11

Clericus non potest opponere fori declinatoriam, vbi est actor voluntarius. 12. *Ampl.* 13. *Limit* 14. *Condemnatur à laico Iudice in expensis factis ab actore ante exceptionem clericatus.* 17. *Intellige.* 28

L. si quis ex aliena ff. de iud. Ampl. 19

Bellamera reprobatur. 20

Iudex incompetens aditus potest condemnare in expensis, qui illum requisiuit tanquam competentem. 18

Clericus mulctari potest ab incompetenti Iudice amissione causæ, si coram illo egit. 22. *Quando condemnari in expensis.* 17. 28. 29

ESto quod ex mandato Iudicis laici fiat executio in bonis, quæ penes laicum debitorem reperiantur, si insurgat clericus, vel alius, qui non sit subditus Iudicis, cuius imperio facta fuit executio, & excipiat, illa, vel illorum aliqua esse sua, & creditor replicet, præ-
1 sumi esse sui debitoris, & releuari ab onere probandi dominium. §. *commodum, inst. de interdict. Bocr. decis.* 229 *nu.* 4. *vers. fallit tertio. Vasquius in præfat. illust. controuers. num.* 25.
2 *vers. ad rem pertinet:* † quod sat dicitur probatũ per naturalem possessionẽ rei captæ in executione debitoris, quia agitur de dominio probando incidenter, *cap. querelam, de election. Imol. in Clem.* 1. *vt lite pend. num.* 1. 3. *et* 10. *glos. in l quidam in suo.* 27. *verb. amouere, & ibi Bart. ff. de condit. instit. et in l. apud Trebatium.* §. 1. *num.* 3. *ff. de aqua plu. arcend.* cum alijs cumulatis à *Natta cons.* 14. *Viso instrumento, num.* 10. *Franc. Marc. decis.* 559. *part.* 1. *num.* 8. *in fin.*

Quia iuxta distinctionem *Bart. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicat. num.* 4.
3 clericus † grauatur onere probandi suam exceptionem, ex attractiua vi factæ executionis, & sortitur forum Iudicis laici, dum vult exequutionem reuocari tanquam factam in bonis suis, *Ancar. cons.* 333. *addubia, num.* 2. *et* 3. concludens, qui venit ad iudicium ex transuerso, nõ posse forum declinare, & petere remissionem ad Iudicem suum: & talis contradictio facta lite finita potius dicitur actus extraiudicialis, quã iudicialis. *Vincent. de Franc. decis.* 545. *de iure, num.* 9. referens id firmari à *Gul. Bened. et alijs. Auffrer. in Clem. vt clericorum, de offic. ordin. regul* 2. *vers. decimo fallit*, vbi refert id fuisse dictum à *Baldo, et Salicet.*

Nec *Ancaranus*, & illi consentientes in relato
4 † assumpto, caret ratione. Primo quia cum excipiens sit actor in opposita exceptione. *l.* 1. *ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de probat. Rol. à Val. cons.* 13. *lib.* 3. *num.* 65. *Cæsal. consil.* 455.
5 *magnifie. num.* 30. *& seq.* præsertim † ad retardandum vlteriorem processum, & impediendã factam exequutionem. *Ancar. cons.* 333. *ad dubia nu.* 2. *in fin.* & idem debeat † sequi forum
6 rei, quem vult impedire, ne ex pretio, vel adiudicatione consequatur, quod sibi est debitũ. *cap. cum sit generale de foro compet. l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud.* debet idem excipiens suam exceptionem & rem captam in exequutione esse suam, probare coram Iudice rei. *l. de pupillo.* §. *cui opus ff. de nou. oper. nunc. vbi Bart. & reliqui. Ancar. d. cons.* 333. *in princ. Tuscus conclus.* 85. *tertius se opponens. n.* 4.
7 Secundò, cum in dubio bona † præsumantur esse illius, penes quem exequutor ea reperijt: *Franc. Marc. decis.* 559. *par.* 1. *num.* 9. & ratione naturalis possessionis, quis præsumatur dominus rei, quam possidet, vbi incidenter accidit quæstio dominij, vt dicebam *supra num.* 2. &
8 cum † agatur de eadem re, non est contingẽdum ad diuersos Iudices, sed standum iudicio eius, qui præuenit, ne contingat diuisa continentia causæ, variæ, & contrariæ ferri sententiæ. *l. nulli. C. de Iudic. Gail obseruat.* 32. *Iurisdictionem. lib.* 2. *num.* 11. *Aretin. cons.* 29. *n.* 24.
9 *vers. Nec obst. præmissis*, concludens † pendente iudicio, non posse variari à quouis, qui adueniat causæ. *l. vbi cæptum, ff. de Iudic.* sed semper eumdem remanere parte excipiente. *Crauet cons.* 258. *num.* 7. *Gail. obser.* 32 *lib.* 1. *n.* 13. *Conzal. ad regul.* 8. *num.* 6. *glos.* 5. *vers. Item.*
10 Quoad cognitionem † & sententiam ferendã. *Oldrad consil.* 17. *Thema, num.* 11. *Dec. l. & si*

pra-

prætor.ff.de offic.eius,num.2. Trentacinq. de Iudicb.resol.3.na.15.lib.2.Tuſcus concl. 976. continentia cauſæ num.6. conuincitur clericus, quod debet exceptionem ab eo oppoſitam probare coram Iudice, cuius imperio facta fuit exequutio, iuxta regulam *l nihil tam naturale.ff.*
11 *de reg.iur.* ad eum † enim pertinet releuamen, qui intulit grauamen.

12 Et comprobatur optimo ſimili, quod omni caſu † quo agitur inter laicos, ſi clericus pro ſuo intereſſe adueniat cauſæ, debet illud deducere coram laico, nec poteſt forum declinare, quia eſt actor voluntarius contra laicum. *Afflict.deciſ.380.Vincentius num.9. Maſtril.deciſ.79. num.4. Peregrin.deciſ.Patauin.60.ſtatutum.num.4. in fin.* aſſerens ita obſeruari Pa-
13 tauij; ſubdens *num.5.* id procedere † ſi agere- tur inter laicos de re emphiteotica, vel feudali, eam aſſerens rationem, quia emphiteota, vel
14 feudatarius vtiliter poſſidet ſibi, ſed ſecus † eſſet, ſi ageretur inter laicos colonos rerum Eccleſiæ, relato *Siluano conſ. 49. Conſultation. num 45. in princ.* vbi latè proſequitur.

15 Ampl. vt non poſſit † clericus iſto caſu opponere fori declinatoriam, & trahere ex ſua perſona, cauſam ad forum Eccleſiaſticum. *Ancar.conſ.333.ad dubia.in princ.Afflict.dec.380 Vincentius num.9.Maſtril.deciſ.79.nu.4.Tuſcus concl.85. tertius num.2.*

16 Ampl. quod ſi clericus † deducendo iura ſua grauauit, qui exequutionem obtinuerat, expenſis, poſſit à Iudice laico condemnari, quia talis condemnatio acceſſoriè ſit ſententiæ prolatæ in clericū, qui exequutionem tentauit impedire. *Fel.in cap.at ſi clerici de Iudic. num 8. in princ.* addendo neminem hoc negare. *Marcobran.conſ.24.viſ.num 20.& ſeq.*

Et comprobatur ex dictis *Bellamer. dec.226. Caſſad.dec.3. de appellat n.5.* dum concludunt
17 † clericum conuentum coram ſeculari Iudice, qui diſtulit excipere de clericatu, vbi actor de illo non habebat notitiam; poſſe à ſeculari Iudice condemnari in expenſis factis, antequam ille excepiſſet de clericatu: & regulare eſt,
18 † quod Iudex incompetens, vel ratione rei, vel perſonæ, ſi fuerit aditus, poteſt condemnare eum, qui illum tamquam competentem requiſiuit, *Clem.1.de reſcript. c.diſpendia, extra cod. tit.in ſext.* vbi Iudex coram quo quis trahitur iniuſtè, licèt non ſit competens in cauſa principali, eſt tamen competens ſuper expenſis factis
19 in articulo competentiæ; & hæc eſt † ampliatio *l. ſi quis ex aliena.de Iudic. vt notant Ancar.in d.clem.1.de reſcript.nu.7. verſ. Septimo*, vbi alios refert. *Vantius tamē de null.ex defect. Iuriſdiction.ordin. nu.101.* cum alijs ab eo cu-
20 mulatis † diſſentit à *Bellamer.in dicta dec.226.*

Ampl. vt ſecularis Iudex † poſſit etiam pronuntiare nullum ius competere clerico, in re capta in exequutione. *argum. dictorum Rom. conſil.369. nu.39.* dum voluit Iudicem incom-
22 petentem, poſſe mulctare clericum † amiſſione cauſæ, qui conuenit clericum coram Iudice ſeculari, quia in iſto incidenti, tamquam executor Canonis factus eſt competens. *Marcobrun.conſ.44. Viſ.num.40.& 41.& ſeq.* comprobans exemplo depoſiti, ſequeſtri facti penes clericum ex decreto Iudicis laici, & tutelæ eidē demandatæ.

23 Ampl. vt debeat iſte † clericus tentans impedire vlteriorem exequutionem, iura ſua deducere coram laico Iudice tamquam actor voluntarius, qui non laceſſitus venit ad iudiciū cum alio finitum, & ideò debet iuſtificare intentionem ſuam excluſiuam iuris illius, pro quo fuit iudicatum, & facta exequutio. *Ancar.conſil.333. ad dubia.num.2. in fin.*

24 Ampl. præſertim † ſi agatur de exequutione ſententiæ latæ contra laicum interueniēte ipſo clerico tamquam defenſore, vel procuratore, & ſemper tacuit ius ſuum. *Ancar. conſ.333. ad dubia.num.4. & 5. Tuſcus concluſ.86. tertius veniens.num.9. & 10.*

25 Ampl. etiam, † vbi clericus inſtat reuocari exequutionem factam ex capite nullitatis, nam cum iſto caſu ſit actor, debet ſequi forum rei conuenti. *Socin.conſ.109. præſtantiſſime. num.1. poſt med.verſ.maxime quando.*

26 Limit. vbi clericus fuit citatus ad videndum per Iudicem mandari procedi ad vlteriora, nam cum ille ſit reus, remittenda eſt cauſa ad ſuum Iudicem, qui cognoſcat de iure ſuo. *Socin. conſ.109. lib.4. nu.1. vbi refert Bart. & Nellum de S.Gemin.* declarantes, quando quis dicatur actor, vel reus, vbi agitur de retardanda executione. Exemplum etiam eſſe poſſet, vbi is qui obtinuit primum decretum, vel tenutam, ex remedio *l.diffameri*, conueniſſet clericum, vt colligo ex eodem *Socin.* dum refert dicta *Bal. in d.l.diffamari.*

27 Limita vbi executio † facta fuiſſet in contumaciam, & clericus refectis expenſis, & data cautione, comparet principaliter ad defenſam, & reſiſtendum, ne ad vlteriora procedatur. Nam cum iſto caſu, clericus ſit reus, cauſa erit coram ſuo Iudice cognoſcenda. *Socin. conſ. 109. præſtantiſſime, lib.4. num.1. princ.* ſubdens aliud dicendum, ſi principaliter inſiſteret executionem reuocari: exemplum eſſe poſſet, ſi aliquis ex Statuti diſpoſitione fuiſſet immiſſus in poſſeſſione defuncti.

Singularē vnum addam, quod licet dixerim ſupra, *num.17.* ſecularem Iudicem poſſe condemnare clericum in expenſis ſi ſine iure rentauit retardare executionem, & contra illum relaxare mandatum executiuum, quod tamen
28 † executiō non fiet abſque mādato Iudicis Eccleſiaſtici, vt dixi *ſupra, cap.2. §.17. num. 57.*
29 Quando † autē Iudex laicus poſſit condemnare clericum in expenſis, ſi coram illo litiget. *Clar.§.fin.quæſt.26.num.5. & ſeq.*

CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

Executor ſeu birruarius poteſt exequi ſententiam Iudicis mandato in ſcriptis illi dato. 1.

Con-

Contrarium . 6. *quaest*. 17. *Ampl*. 10. 13. 16. 17. 18. 19. 21.
Nuncio referenti citasse aliquem de mandato Iudicis licet de illo non constet, datur fides . 2. *Ampl*. 3
Intellige . 4. *Distingue* . 5. & 9. & 11. & 22. 23
Acta iudicij sunt scripto probanda . 8
Delegato non creditur nisi exhibeat litteras sua delegationis . 12. *Ampl. ibidem*
Mandata generalia non relaxantur à iudicibus . 14
Executor non facit executionem generalem, & incertam . 13. *in fin*.
Sententia debet esse certa per se, vel per relationem ad aliud, alias est nulla . 15
Executio realis, quae dicatur . 20
Paulus Papa V. laudatur . 24

LAta sententia in actione personali, vel reali, mota, & moto iudicio ordinario, vel executiuo, vel summario, in petitorio, vel pos-
1 sessorio, quod ab apparitore † possit illius fieri executio absque mandato Iudicis illi in sciptis dato, suadent quae dicuntur de citatione, quae viua voce fieri potest, *cap. dilecti, de dolo, et contum*. *Marant. in prax. part*. 4. §. *an sit iudicium ordinarium*, *num*. 58. *Vant. de nullit. ex defect. citation. num*. 41. *et* 42. concludens cre-
2 di Nuncio † referenti, quod aliquem citauerit de mandato Iudicis, licet non constet de praecedenti illius decreto apud acta, & ita practicatur in Vrbe, coram quibusuis iudicibus, vt quaeuis persona citetur in ciuilibus, vel criminalibus causis, absque Iudicis decreto, *Ver. sal. decis*. 268. *part*. 2. concludens Nuncio referenti citasse. N. de mandato Iudicis, credi de
3 stylo Rotae. Imo quod soli nuncio publico† citatus credere debeat, quamuis non exhibeat illi citationem scriptam, & verbo tantum illum citet, firmat *Specul. de citation*. §. *sequitur*, *num*. 6. *et* 10. quem sequitur *Maranta in prax. part*. 6. §. *recte incipiatur citatio. num* 45. Si
4 tamen eodem contextu † exprimat nomen Iudicis, & instantia, eum causa ob quam citatur, & terminum, infra quem compareat coram
5 ordinario Iudice, secus si coram † delegato, vt late prosequitur *Vbert. Gratiosus, in suo tract. de citat. cap*. 9. *num*. 1. *vsque in fin. dum cap*. 7. *num*. 208. firmasset posse personaliter quem citari, sine scripto, si nuncius illi exprimat ad quem, coram quo, & ad cuius instantiam citatur.

6 Contrarium † probatur *l. fin. C. de exhib. reis*, vbi *Salic*. in summario notat reum neminem esse exhibendum, nisi praecesserit Iudicis mandatum, & concludit *Petr. Gregor. Syntag. Iuris*, *lib*. 47. *de actionib. cap*. 40. *num*. 18. *et seq*. *Angel. in l. consentaneum* . *C. quomod. et quand. Iudex. num*. 6. *et* 7. *Bart. in l*. 2. *C. de ecclat. fund. fis. lib*. 10. *nu*. 2. *in fin. Marant. in praxi. part*. 6. §. *recte concipiatur citatio*, *num*. 77. *et* 78.

7 Ratio autem huius † assumpti esse potest, qui a eum executor Iudicis sententiam exequatur, & non suo nomine, sed alieno capiat bona debitoris, vel aliquem in possessionem immittit, id facit perficiendo, quae à Iudice sunt decreta, qui vel potuit illa reuocasse, vel differre eorum executionem, scripto constare deber
8 de Iudicis voluntate, cum acta † Iudicij scripto sint probanda, *l*. 2. *C. de sent. ex breuil. recit. glos. cap*. 1. §. *postquam*, *de censib. in sext*. *Mandel. cons*. 742. *num*. 2. *Bellamer. decis*. 67. *Fel. in cap. quoniam contra, de probat. nu*. 55.

Non obstant in contrarium deducta, quia diuersa sunt ab executione, quae fiat captis pignoribus, vel persona rei, nam illa minus gra-
9 uant, quam ista: vel etiam dicitur illa † procedere, vbi quis citatur personaliter, secus si scripto. *Rota, decis*. 15. *de dolo, et contum. in nouis*, *num*. 2. *in fin*, & dixi *infra*, *cap*. 28. §. 2. *vers. primus*.

10 Ampl. quod † si agatur de executione facienda Iudicis delegati, non solum executor debeat docere de mandato Iudicis, quo sibi mandatur, vt suam exequatur sententiam, sed etiam debet docere de delegatione facta Iudici, qui sententiam tulit, *auth. qui semel. C. quomod. et quand. iud. Salic. in l. absentem. C. de accusat.*
11 *num*. 12. *vers. quaero quinto*, concludit † quod nuncius delegati, debet, cum litteris citatorijs secum etiam portare litteras delegationis, seu earum copiam, quoad hoc citatus sciat, qui
12 suus sit Iudex: & ratio est, quia † delegato non datur fides, nisi doceat de sua delegatione, *cap. cum in iure, de offic. delegat. l*. 1. *C. de mandat. princ*. & interim dicitur carere iurisdictione, & illi possit resisti, & si ideo excitentur tumultus in populo, sit puniendus. *Albert. Brun. cons*. 141.

13 Ampl. quod † si agatur de executione mandati relaxati occasione quantitatis pecuniarũ, vel alterius rei, quae pondere, vel numero designatur, sit certa quantitas, & qualitas in mandato exprimenda, & si agatur de immobilibus, sint etiam exprimendi confines, vbi res est sita, & tota res, vel in parte, non enim apparitor generaliter exequi potest, nec à iudicibus
14 † generalia mandata conceduntur. *Petr. Gregor. in Syntag. iuris part*. 3. *lib*. 47. *cap*. 40. *egent. num*. 18. & ratio est quia cum executio sit consequutiua sententiae, seu antecedentis decreti, *l*. 1. *C. de execut. rei iudic*. sicuti sententia
15 † debet esse certa per se, vel per relationem ad aliud, alias est nulla ipso iure. §. *curare*, *inst. de action*. *Angel. in l. hac sententia*. *C. de sent. quae sine rect. quantit. num*. 1. pariter mandatum de illa exequenda debet esse certum.
16 Ampl. etiam † in executore Principis, *l*. 1. *C. de mandat. princip. Angel*. loquens de executore etiam Papae, *in l. consentaneum. C. quomod. et quand. iudex, num*. 7.
17 Ampl. praesertim † si agatur de executione sententiae latae à Iudice alterius territorij. Nam consignatis litteris requisitorijs Iudici requisito, fiet executio, vt dixi *supra, cap*. 6. §. 2. *nu*. 4. *et seq*.
18 Ampl. quod † si impugnetur facta executio, & petatur reuocari ex defectu mandati Iudicis, non credatur Iudici illud scripto dedisse appa-

Tt ritori.

ritori. *Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 47. part. 3. cap. 40. de actionib. num. 19. Innoc. in cap. quoniam contra, de probat. num. 3.* & ratio est, quia cum Iudicis munus sit causæ cognitionem adhibere, & curare, vt acta coram illo scribantur à notario, *d. cap. quoniam*, ei non creditur, in ijs, quibus ipsius iustificatur sententia. *Socin. consil. 47. num. 15. lib. 4.*

19 Ampl. etiam si † ageretur de executione facienda ad fauorem fisci, *l. missi opinatores, C. de exact. tribut. l. prohibitum, C. de iur. fisci, lib. 10.* per quæ iura *Bal. in cap. cum parati, de appellat. num. 8.* concludit apparitorem posse vita voce personaliter citare; realiter tamen, 20 id est, si † agatur de captura personæ, vel bonorum, vel immissione in possessionem, & similibus, non potest nisi ex præcepto Iudicis in scriptis dato. *Bald.* sequuntur *ibidem Præposit. num. 7. et Franc. col. 11. vers. sed limita, et vers.* 21 *secundo limita*, addendo procedere etiam † si apparitor esset notus, et executio fieret intra limites territorij iudicantis. *Alciat. præsumpt. 14. regul. 3. num. 7. vers. et hoc procedit*, & ibi addentes, qui examinando dubium, an credatur nuncio asserenti, quod mandante Iudice ali- 22 quem † in iudicium vocet, distinguendo, an agatur de citatione reali, vel verbali, concludit in primo credi, sed opus esse mandato in scriptis; secundo casu secus. *Tiraquel. de retract.* 23 *lignag. §. 8. glos. fin. num. 27. et 30.* † aliter distinguit, an agatur de paruo, vel magno præiudicio: & concludit, in primo capite credi, in secundo secus, & late agunt *Menoc. de arbitr. iud. casu. 112. perplexa, nu. 1. et seq. Mascard. de probat. conclus. 4. Nuncio, num. 3. et seq.* Ideo cum in Vrbe laxatæ essent, vltra quam par erat apparitorum manus, & quandoque manciparentur carceri plures solo nutu Baroncelli, quamuis non reperti in flagranti crimine, Pau- 24 lus † Papa V. Vrbis, & orbis studens quieti, in sua Bulla coformationis tribunalium, eam licentiam sustulit, & mandauit, neminem carcerari, nisi ex mandato Iudicis scripto dato exequutori.

§. I.

SVMMARIVM.

Mandati fines non excedendi sunt. 1
Executor iuris finito officio conuenitur pro damnis illatis ex illius excessu. 2. *Ampl.* 3. *Debet errorem apparitoris corrigere.* 4
Executor facti, seu berruarius damnatur ad damna, & expensas passas ab eo in quem facit executionem vltra fines mandati. 5. *Ampl.* 8. *Item conuenitur de dolo.* 7. *Punitur etiam corporis pœna afflictiua iuxta qualitatem excessus.* 8. *Conuenitur actione iniuriarum.* 10. *Ampl.* 11
Officium Iudicis extenditur ad inferendam pœnam mortis. 9

Executio iuris non infert iniuriam. 10.

QVæ dicam hoc §. dixeram supra, *cap. 3, §. 8.* Sed quia incuria amanuensis mei fuerunt omissa, & difficile si non impossibile est omnia aduertere, cum dicto *cap.* egerim de exequutione excessiua, & *cap. 16.* egerim de facultatibus executoris iuris, & facti, referam hoc §. quibus pœnis vterque plectatur, & plecti possit, si peccauerit in executione facta.

1 Primo, cum in suo munere peragendo, quisque diligens esse debeat † nec fines mandati sibi dati excedere, executor iuris si fines demandatæ iurisdictionis excedendo aliquem læserit, 2 post depositum officium, conueniri potest, vt resarciat damna † illata ex suo excessu, *l. penul. C. de magist. conueniend. Paris. de Put. tract. de syndicat. de offic. syndicator. cap. 2. num. 4. et seq. Galganet. de iure public. lib. 1. cap. 5. publici Amad. Iustin. tract. de syndicat. num. 242.* 3 concludens Iudicem † conueniri posse, si executioni mandet sententiam nullam ab eo prolatam.

4 Secundo executor iuris † debet errorem executoris corrigere, & emendare illius iniquum factum. *Rebuf. dicta glos. 16. num. 4.*

5 Executor facti, seu apparitor, & berruarius, si excessit † fines mandati, condemnatur ad damna, expensas, et interesse eius, in quem facta est exequutio vltra fines mandati Iudicis, *Rebuf. in Comment. de execut. sent. artic. 7.* 6 *glos. 16. num. 2.* † addendo mulctari etiam arbitrio Iudicis: quod numquam vidi factum.

7 Secundo, conueniri † etiam potest de dolo, arguendo à contrario sensu ex *l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur. l. 3. §. si executor, ff. de negot. gest. Guid. Pap. decis. 293. quod executor.*

8 Tertio, puniri potest † à Iudice iuxta qualitatem excessus commissi. *Rebuf. in Coment. de execut. rei indic. artic. 7. glos. 16. num. 7.* referens, executorem quemdam fuisse punitum furca ob excessum commissum, eam afferens 9 rationem *ex glos. in §. in summa, instit. de iniur.* quia officium Iudicis † in reum protenditur ad illius occisionem. *Guid. Pap. decis. 293. in fin.* concludens officio Iudicis posse puniri;

10 Quarto, licet iuris † executio iniuriam non inferat, *l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur.* si tamen executor mandati Iudicis fines illius excedat, cum eo agi potest iniuriarum actione, *l. si iniuria, ff. de iniur. Guid. Pap. decis. 293. quod, & decis. 324. si quis*, addendo multo magis agi 11 posse † si executio fiat in persona, vbi illa minime fieri poterat.

Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

Aetas auctoris dum hæc scripsit. 1
Executio sententiæ, an fiat à Iudice à quo, vel ad quem

ad quem, dubius est articulus. 1

Executio sententiæ latæ ab ordinario Iudice, in prima instantia, mandatur executioni à Iudice, à quo si non fuit ab illa appellatum. 3. *Ampl*. 4. 6. 7. 9. 10. 11.

Appellatio quando dicatur minus legitima interposita. 6

Iudices omnes Rom. Cur. sunt delegati, & quare. 7. 8

Executio sententiæ latæ ab ordinario, vel delegato Iudice fit ab eodem, si appelans non sit appellationem prosequutus. 12. *& quare*. 13. 20. *Ampl*. 14. 17. 18. 19. 21.

Iudex deferens appellationi, quando dicatur abdicare a se omnem iurisdictionem. 14. 16. *potest præfigere tempus ad prosequendam appellationem*. 15

Iudex à quo lapsis fatalibus non potest suam exequi sententiam nisi præcedat decretum, quod sint lapsa fatalia. 22. *& quare*. 23. *Contrarium*. 25. *& Quare*. 26. *Ampl*. 27

Glos. in l eos. C. *de appel. declaratur*. 24

Angel. in l. si contra. C. *de appel. declaratur*. 28. 31. *& 60*.

Sententia nulla non transit in iudicatum. 29

Luca petus reprobatur. 30

Appellatio non datur ab executione. 31

Appellatio datur à decreto de exequendo. 32

Appellatio est fauorabilis, & non præsumitur deserta. 33

Appellatio conceditur a decreto de exequendo. 32. 34. *Contrarium*. 32. *in princ*. 35. *& quare*. 39. 44. 45

Stylus Rom. Curiæ modo est albus modo niger. 38

Duo vbi sunt propter vnū vtrobique est vnum. 39

Contractus vbi incidit in alium per madum accessioris, est pars contractus cui accedit. 40

Contractus vnus vbi fit in executionem alterius, vnus & non duo dicuntur facti contractus. 41

Contractus vnus, vbi perficitur ab alio, non inspicitur perfectus sed perficiens. 42

Franciscus Bilius laudatur. 38. *in fin. & 43*

Decretum de exequendo sententiam est interlocutorium. 44. *est interlocutorium habens vim diffinitiuæ*. 45

Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, regulatur iuxta naturam sententiæ, quæ profertur in principali. 46

Appellatio à decreto de exequendo qualiter concipiatur. 47

Appellatio vbi à iure negatur, si quis appellet debet scripto appellare, & exprimere causam appellandi alias idem est ac si non fuisset appellatum. 48. *Limit*. 49

Citatio an sit necessaria in executione sententiæ. 50

in Executione sententiæ, à qua non fuit appellatum qualiter procedatur, in Rom. Cur. 51. 54. 56. 59

Auditores Rotæ Rom. dietim recipiunt à Papa iurisdictionem, & sunt delegati in pronunciando, & ordinarij in cognoscendo. 52

Citatio est necessaria in quocunque actu praiudiciali citato. 57

Cyn. defenditur. 58

Senatus Mediolani, quo auctore rescribat. 61

Signatura vnde dicatur, & quæ sit in Rom. Cur. 62. 63. *illius rescripti formula*.

Iulius Sachetus præfectus signaturæ iustitiæ. 65

Signatura à quo fuit instituta, & illius iurisdictio. 66. *Qualiter dicatur Ventura seu fore*. 67. 68. *à Principis voluntate, quæ pendent recensentur inter casus fortuitos*. 68

Iudex ordinarius potest vnam, et plures causas delegare, cum facultate subdelegandi. 69. *an omnes*. 70. 71. *potest mutare, & emendare, quæ iudicauit*. 74

Delegatio est stricti iuris. 72. *non potest reuocare iudicata*. 73

L. Iudex postea quam, ff. de re iud. variui est sensus. 73

Delegatus ab inferiori à Principe an possit suam exequi sententiam. 75. 76. 77. 78

Delegatus Principis extra curiam potest exequi suam sententiam absque alio rescripto. 79. *Ampl*. 80. 82. *Limita*. 83

Sententia vbi confirmatur agitur ex confirmante non ex confirmata. 81

Ordinarius Iudex quando fiat delegatus. 86

Delegatus Principis in sua Curia, suam non exequitur sententiā de stylo Rom. Cur. absq. rescripto illius exequtiuo. 84. *Ampl*. 85. 87. *Limit*. 88

AN executio sententiæ fieri possit, & de-
1 beat à Iudice à quo, † vel à Iudice ad quem, dubius est, & diffusus articulus, teste *Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num*. 20. *in fin*. dum præmisisset, qui illum examinat, nihil concludit, relinquendo posteris, & mihi illius resolutionem, & in eo plura cumularem, ni-
2 si ætas annorum † septuaginta quinque, quam hac die decima nona Februarij 1642, qua hæc scribo, sum ingressus, me cogeret vt vela contraham, & breuis sim. ideo sequentes constituo casus, omni, in vnoque illorum omissa disputatione.

3 Primus est si sententia lata † fuerit in prima instantia ab ordinario Iudice, & ab illa non fuit appellatum, & tunc idem Iudex suam sententiam executioni mandat, implorato illius nobili officio. *Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. iud. num*. 21. *circa princ*. quem sequitur *Luca Petus in sua prax Capitolina, lib*. 8. *cap*. 1. *nu*. 12. & pluribus probat *Scacca de appellat. quæst*. 11. *artic*. 7. *num*. 166.

4 Ampl. etiam vbi non † fuit legitime appellatum, nam cum non facere, & illegitime facere, procedant à pari, *l. nulla, ff. de autor. tut. l. quamuis*. §. *si conuenerit*, vbi *Bart. ff. ad Velleian*. idem ordinarius suam exequetur sen-
5 tentiam. Quando † autem minus legitime dicatur appellatum dixi *supra, cap. quarto*. §. 12. *num*. 15. *et seq*.

6 Ampl. etiam † vbi fuit appellatum, sed appellatio fuit deserta, seu sententia transiuit in iudicatum, nam ad Iudicem, qui sententiam

protulit, deuoluitur sententiæ ab eo prolatæ executio, vt dixi *infra*, *verſ. ſecundus caſus*. *Ampliat. ſecunda*.

7 Ampl. etiam † in ſententia lata in facie, ſeu Curia Principis. Nam licet coram Principe omnes, qui ius dicunt, ſint delegati, & non ordinarij Iudices, quia apparente ſole deficiunt cætera cœleſtia lumina, vt dicebat Bonifacius eius nominis Papa Octauus, vt refert *gloſ. 1. in fin. in Clem. auditor. de reſcript.* Quare ſtricto

8 iure † nullus Iudicum Romanæ Curiæ dici poteſt ordinarius Iudex, vt pluribus probat *Scaccia de appel. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. num. 79. verſ. contra*. Attamen ſi à ſententia Auditoris Cameræ, vel Gubernatoris Vrbis, Vicarij Papæ, Senatoris, & illius Collateralium, & reliquorum, qui à Papa ſunt ſubſtituti ad vniuerſitatem cauſarum, vel certi generis, & ſpeciei, quales ſunt Præſes viarum, Annonæ, Graſciæ, Ripæ, & Ripetæ, ſi ab illorum ſententijs non fuerit appellatum, ſuas exequuntur ſententias. *Scaccia de appel. quæſt. 11. artic. 7. nu. 173. & ſeq. verſ. contraria*.

9 Ampl. idem dicendum † ſi fuit appellationi renunciatum. *Bart. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num. 15. verſ. quandoque pars. Rebuf. de ſent. execut. artic. 11. gloſ. nona, num. 6. verſ. idem dicetis. Veſtrius in prax. cap. final. nu. 9. verſ. ſi vero non tempore*.

10 Ampl. idem dicendum † etiam, vbi fuit appellatum, & Iudex ad quem pronunciauit, male fuiſſe appellatum, vel appellationem non recipiendam, vel eſſe fruſtratoriam, vt loquitur *Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num. 22. cap. cum in Eccleſia, vbi gloſ. & Abb. de appellat. Rebuf.* plures concordantes congerens, *de execut. ſentent. artic. 11. gloſ. nona, num. 6*.

11 Ampl. etiam † vbi fuit appellatum, & lapſis fatalibus Iudex ad quem pronunciat appellationem eſſe deſertam, vt dixi *infra*, *verſ. ſecundus caſus*, *ampliat. ſecunda*.

Secundus caſus eſt vbi à ſententia ordinarij Iudicis fuit appellatum: & diſtinguendum eſt, an appellans ſit appellationem proſecutus, & tunc an ad Iudicem à quo, vel ad quem ſpectet executio ſententiæ, dicam infra. Si vero appel-

12 lans † non ſit appellationem proſequutus, & ſententia tranſierit in iudicatum, aliquo ex modis ſeu cauſis, quas retuli ſupra, *cap. quarto. §. 12.* vbi egi quando ſententia tranſeat in iudicatum, & quando appellatio dicatur deſerta, executio fiet ab ordinario, vel delegato Iudice, cuius ſententia tranſiuit in iudicatum. *Scaccia de appellat. quæſt. 11. artic. 7. num. 167. circa fin.*

13 Ratio eſt, quia † ſententia iſto caſu non confirmatur à Iudice, ita vt ſit agendum ex confirmante, ſed confirmata fuit ex curſu temporis, & lapſu fatalium. *Bart. in l. à diuo Pio, ff. de re iudic. num. 15. verſ. quandoque Iudex appellationis non confirmat, & in l. præcipimus. §. officijs. C. de appel. num. 2. verſ. breuiter*.

14 Ampl. etiam † ſi ille detuliſſet appellationi, nam licet Iudex admittens appellationem abdicat à ſe omnem iuriſdictionem, *c. cum appellationibus. §. 1. de appel. in ſext. Rot. deciſ. 13. de offic. deleg. in in nou. num. 1.* Attamen penes illum remanent adhuc reliquiæ iuriſdictionis pro complemento eorum, quæ iudicauit, vel tendunt ad faciliorem illorum exitum, quare

15 præfigere † poteſt tempus ad appellationem proſequendam *Surd. conſ. 35. ordinauit, num. 13. Gratian. deciſ. 2. num. 22. & ſeq.* Ac etiam

16 quia appellationis admiſſio, † non priuat Iudicem iuriſdictionis habitu, ſed tantum illius impedit exercitium, quod deinde reuiuiſcit, tacito conſenſu appellantis, qui interpoſitam non proſequitur appellationem. *Franc. cap. cum appellationibus. §. ſi vero, de appel. in ſext. num. 3. fin. Scaccia de appell. quæſt. 11. artic. 7. num. 168.*

17 Ampl. ſiue † agatur de prima, ſiue de ſecunda ſententia. *Scaccia de appellat. quæſt. 11. artic. 7. num. 171.*

18 Ampl. præſertim † vbi Iudex ad quem pronunciat appellationem eſſe deſertam, nam Iudex à quo, ſuam executioni mandat ſententiã, quia ex eadem ſententia orta actio debet ſuo fine, & deſtinato perfici, per manus eius, qui opus cœpit, *l. fin. §. illud, verſ. tanquam licet ab initio. C. de temp. appel. l. ſi contra. C. de appel. l. furti. §. 1. verſ. nec ergo ſi ab initio, ff. de ijs qui notant. infam. Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num. 22. circa fin.* & idem ibidem dixerat *Bart. nu. 15. verſ. quandoque Iudex, cl. 2. Mynſinger. obſeruat. 94. in cauſis. centur. 5. num. 3.* concludens, ſi Iudex

19 ad quem tacite † confirmet ſententiam Iudicis à quo, per lapſum fatalium, vel defectum alterius ſolemnitatis, executionem ſententiæ ſpectare ad Iudicem à quo. *Rebuf. de ſent. execut. artic. 11. gloſa nona, num. 6.* concludens, ſi Iudex ad quem pronunciat appellationẽ eſſe deſertam, executionem ſententiæ Iudicis à quo, ad eumdem ſpectare *Scaccia de appellat. quæſt. 11. artic. 7. num. 169.* eam afferens rationem,

20 quia † ſententia declaratoria deſertionis appellationis eſt interlocutoria, ex qua nulla proficiſcitur actio, vel obligatio ad executionem contentorum in ſententia, nec Iudex proprie dicitur confirmare, ſed tantum daclarare latam ſententiam, cui nihil, vt ego addo, additur per declarationem. *l. hæredes palam. §. 1. ff. de teſtam. cum alijs cumulatis à Surd. conſ. 288. num. 10. & ſeq. & deciſ. 29. ſæpe, num. 4. et ſeq. addendo, num. 170.* procedere etiam ſi idem

21 † Iudex non pronunciaret appellationem eſſe deſertam, ſed etiam eandem ſententiam confirmaret, quia talis confirmatio eſt ſuperflua.

Quamuis Luca Petus in ſua Capitolina *praxi, lib. 8. cap. 1. num. 16.* relato *Franc. in cap. ex ratione, de appel.* quem non reperio in meo codice cum *Alex.* ab eodem relato, dicat per-

22 plexam eſſe quæſtionem, an Iudex † à quo poſſit lapſis fatalibus ſuam exequi ſententiam, niſi præcedat Iudicis ad quem, interlocutorium decretum, quod lapſa ſint fatalia, vel appellatio deſerta: & affirmatiuam, ſcilicet, quod tali ſit opus decreto, teneat *Bart. in l. à diuo Pio, ff. de re iud.*

re iud. num.16.post med. vers.sed quando, ff.de
23 *re iudic.* eam afferens rationem, † quia ex alia
causa posset impediri executio, vt puta quia sẽ-
tentia esset nulla, *& in l.eos*. C.*de appel.nu.*8.
24 vbi declarando glos. † ibidem, quæ negat esse
opus decreto, dicit illam dicere verum, scilicet
quod non est pronunciandum diffinitiue, ab-
soluendo, vel condemnando appellantem, sed
quidem debere pronunciare appellationem es-
se desertam, & consequenter appellantem esse
absoluendum ab obseruatione iudicij.

Ex numero tamen Doctorum, qui contra-
rium tenuerunt, communis est, vt fatetur idem
25 *Lucas Petus d. cap.1.nu.16.* vt non sit † opus
interlocutorio decreto appellationem fuisse de-
sertam. *Angel. in l.si contra*. C. *de appel.* vbi
testatur sæpe practicasse, vt lapsis fatalibus, qui
reportauit sententiam fauorabilem, adiret Iu-
dicem à quo, & instaret vt suam exequatur sen-
tentiam, absque decreto Iudicis ad quem, quod
appellatio sit deserta, idem repetens *in l.si præ-
ses ff.de re iud. & in cons.130.circa fin.* & idem
sentiunt *Cast. & Alex. in d. l.si præses, nu.6.
& ex Innoc.* & alijs idem tenet *Guid. Papa,
decis.213. num.5. Felin.* asserens dicta *Angeli*
esse aurea, *in cap.ex parte de rescript num.9.
Casal.cons.366.num.7.* addendo lapsis fatalibus
26 idem esse † ac si nunquam fuisset appellatum,
& sententiam stare in suo robore, æque ac si
non fuisset appellatum, exequendam esse. Ve-
27 *strius in praxi. lib.8. cap.final.num.9.* † ex-
tendendo etiam ad Iudicem secundæ instantiæ,
*Brederod. de appel.part.1.tit.20.§.à pronuncia
de exequend. & §. ab interlocutoria de exe-
quendo.*

Contrarietas, quæ videtur adesse in hoc as-
28 sumpto, leuis est, si considerentur † dicta *Angeli*.
nam licet ille neget non esse opus decreto super
desertione, cum tamen velit citandum esse ap-
pellantem ad contradicendum, quare sententia
contra illum prolata non sit executioni deman-
danda, & si non comparet, vel non doceat, po-
test ad executionem deueniri absque decreto,
quod appellatio sit deserta, & consequenter eui-
tare magnum circuitum, quem ille non expri-
mit, consideratis dictis *Bart.* qui vult opus es-
se decreto, quia sententia forte esset nulla, &
29 ideo † cessare rem iudicatam, *l.si expressim,
ff. de appel. Surd. cons.61. num.50. & seq. &
Angel.* qui vult citandum esse appellantem ad
contra dicendum quare executioni non sit mã-
danda sententia contra illum prolata, nulla
realis adest contrarietas expressa, sed tantum
30 verbalis, & † à *Luca Peto* perperam fuisse di-
ctum hanc esse intricatam, & perplexam diffi-
cultatem.

Circuitum, quem dixit, & non expressit *An-
gel. in d.l.si contra. C.de appellat.* euitari, si Iu-
dex ad quem non interloquatur appellationem
esse desertam, censeo eum fuisse, quia licet
31 ab executione non appelletur, *l.ab executione.
C.quorum appel.non recip.l.ab executore, ff.eo-
dem tit.* attamen quod à decreto de exequen-
32 do † concedatur ad vtrunque effectum appel-
latio, plures tenent, quos congessit *Gabriel.
de appellat. conclusione quarta, in princ.* sub-
dens ibidem, *vers.contrarium*, qui tenent ne-
gatiuam, & post *Gabriel.* idem retulerunt *Ce-
ual. in specul. commun.opin. quæst.190. Tus-
cus conclus.410. appellatio ab executione, n.1.
& 2. & alij*, quos congessi in meis collecta-
neis ad *textum, & glos. l.ab executione. C.quo-
rum appellat. non recipiunt.* ex quibus elicies
quando cesset dispositio *d. l. ab executione*.

Et in resolutione eiusdem assumpti discordes
etiam reperio, qui praxim Romanæ Curiæ pro-
fessi sunt docuisse. Nam *Lucas Petus* in sua Ca-
pitolina praxi *lib.7.cap.1.num.*10. fauendo ap-
33 pellationi, † quæ est species defensionis, & in
dubio non neganda, nec præsumenda deserta.
*Surdus, decis.36. a declaratione, num.4. & de
aliment. titul.8. quæst.60. appellatio, num.1.
Mantic.decis.128. num.4. Gabriel.cons.56.nu.
11.lib.1.* relatis *Bart. & Sal.* firmat à decreto
34 de exequendo licere appellare. † Contrarium
autem concludit *Vestrius, in praxi, lib.7. cap.3.
num.9.* cuius opinionem negantem appellatio-
nem late ad eundem *Vestrium ibidem* compro-
bat *Grauat.num.43.*

Salustius Tiberius in sua praxi Curiæ Audi-
toris Cameræ, *lib.2. cap.25. num.16. & seq.*
35 relatis qui affirment, & negent licere † appel-
lare à decreto de exequendo sententiam prola-
tam, concludit communem esse negatiuam, &
Signaturam Iustitiæ, quæ in ijs, quæ sunt de
iure rescribenda, vbi contigit quod quis appel-
let à decreto de exequendo mandatum relaxa-
tum in iudicio executiuo, vel summario, vel or-
dinatio, semper rescribere soler, cũ clausula, vel
Parito iudicato, vel Sine præiudicio legitimæ
36 executionis, † cum limitatione tamen si à de-
creto mandato, & relaxato licebat appellare,
seu vbi sententia in qua relaxatum fuit manda-
tum, erat appellabilis, iuxta distinctionem *Capic.
decis.1. nu.23.* quam pluribus consentientibus
relatis probat *Lancel. de Attentat. part.2. cap.
37 12. limitat.53. numer.42.* † Vel tali decreto
non inferatur nouum grauamen, vt dixi in me-
is collectaneis, *in l.ab executione*. C. *quorum
appel. non recip.* ex quibus colliges alias limi-
tationes, & habes totam materiam illius tex-
tus, alibi dispersam, & sæpe non congrua sede
examinatã, quod est præcipuum incommodum
legalis professionis.

Quamuis teste *Cassad. decis.fin.de præbend.in
38 fin.* † stylus Romanæ Curiæ modo sit albus,
modo niger, attamen relatam à Tiberio praxim,
etiam nunc obseruari affirmauit mihi R. P. D.
Comes Franciscus Bilius secundum tenens locũ
in dicta Signatura, & illam perpetuo tenendam
39 affirmabat. Quia † vbi duo sunt propter vnum,
vtrobique illa duo sunt potentia iuris, non duo,
sed vnum, *l.Titius l.Iulianus, ff.de cond. & de-
monst.l.illud.§. illud, ff. de leg. Aquil. Ias. in
l. quominus, ff. de flumin. num.36.* Propterea
cum decretum de exequendo fiat, vt præcedens
sententia suum consequatur finem in reum cõ-
demnatum, vnum, & idem, considerato exitu
illius, dicitur factum decretum eiusdem qua-
litatis, & naturæ, cuius erat quod fuerat in præ-

cedenti sententia factum. *Bal. conf.* 440. *lib.* 5. *num.* 6. & similia sunt, quæ tradit *Mantic. de de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 6. *& seq.* dum comprobando dicta *Bal in d. conf.* 440. concluuit,
40 quod dũ vnus † contractus incidit in alium, per modum accessionis, talia contractus accessorius censetur pars contractus, cui accedit, ita vt actio, quæ oritur à principali, oriatur etiam ab incidenti, & accessorio, cui accedit. *l. fundi, ff. de contrah. empt. l. si quis nec causam,*
41 *ff. si cert. petat.* Et vbi vnus contractus fuit celebratus ad executionem alterius, vnus tantũ, & non duo dicuntur celebrati contractus, propter rei vnitatem, *l. scire debemus ff. de verb. ob-*
42 *ligation.* & vbi vnus contractus † proficiscitur ab alio, non inspicitur subsequens, sed præcedens, qui fuit causa subsequentis. *Ambros. Opizon. in l filiusfam. §. diui, ff. de legat.* 1. *num.* 85. *vers. sexto.*

43 Secundo eandem praxim confirmabat † idem Comes Biliusin Romana Curia in iure dicundo, vel interpretando, vel quæ consuetudine, vel stylo recepta declarando, nemini concedens.
44 Quia siue dicamus decretum † de exequendo, quæ sunt iudicata, esse mere interlocutorium, vt volunt *Cravet. conf.* 273. *Nobilis. col. vers. nec præmissis, ex Rom. & Aretin. in l.* 5. *ff. de verb. obligat. in princ. & Felin. in cap. quoad consultationem, de re iud. col. fin.* quibus addo *Marant. in prax. §. & demum fertur sententia, num.* 25. *Rot. Ianuens. decis.* 164. *num.* 24. *&* 25. *Vinium decis.* 302. *num.* 6. *& seq. Cartar. decis. Ianuen.* 27. *num.* 12. *& seq.* Siue di-
45 camus † esse interlocutorium habens vim diffinitiuæ, quia ex illo determinatur causa principalis, nec post se expectat aliud decretum, inferatque damnum irreparabile, *arg. l.* 1. *ff. de re iud. vt ratiocinatur Roman. conf.* 257. *dicitur*, cum alijs cumulatis à *Bursat. conf.* 269. *in causa, num.* 30. *Marant. in prax. §. demum fertur sententia, num.* 24. *vers. breuiter. Cartar. decis. Ianuen.* 27. *num.* 1. Vtroque casu non licet regulariter appellare. Non ab interlocutoria meta, vt probatur *l ante sententiam. C. quorũ appel. non recip.* cum alijs congestis à *Sera. decis.* 36. *a declaratione in princ. et a Cæsar. Bartia decis.* 125. *mandatum, n* 39. Non ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, cõuincit ratio,
46 quia † illa in omnibus, & per omnia regulatur iuxta naturam sententiæ, quæ profertur in negotio principali. *Natta conf.* 92. *motiuum, n.* 1. *& seq. Guid. Papa decis.* 12. *num.* 3. *Rimin. iun. conf.* 212. *contra, lib.* 2. *num.* 1. *Surd. conf.* 288. *num.* 3. *Capic. decis.* 1. *num.* 21.

Singulare vnum in praxi notandũ, quod licet simus in casu, quo liceat à decreto de exequẽ-
47 do † appellare, quòd est appellandũ in scriptis, & in cedula appellationis exprimenda est causa, quare appelletur, adeo quod non esset satis referre se adacta, *vt ex. Spec. Io. And. Butr. Abb. & alijs concludit Capic. decis.* 1. *num.* 20. *Sal. l. ab execution. C. quorum, appel. non recip. n.* 3. *Lancel. de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *limit. fin. n.* 48. 51. 55. & est regulare, quod omni casu, quo
48 negatur appellatio, † appellandum est scripto, cum expressione causæ, quare appelletur. *Aretin. in l.* 2. *ff. de verb. oblig. num.* 3. *vers. sed huic rationi. Tiraquel.* testans de communi, *in tract. le mort saisit. part.* 6. *declarat.* 6. *num.* 4. Alias idem esset ac si non fuisset appellatum. *Bero.* testans de communi, *conf.* 106. *quatuor sunt, num.* 1. *lib.* 3. quem sequitur *Lancel. de attentat. d. limit. final. num.* 50. *addendo nu.*
49 52. *& seq.* expressionem † causæ non requiri, vbi ex ventre sententiæ, vel allegatione iuris apparet de grauamine.

Singulare aliud notandum, quod cum sit satis
50 controuersa quæstio, an in executione † sententiæ sit citandus condemnatus ad videndum illam exequi, vt dixi *supra cap.* 1. & late prosequutus fuerat *Scaccia de appel. quæst.* 1. *artic.* 8. *num.* 187. *& seq.* quod ad tollendam huiusmodi controuersiam, vel ad impinguandum extractus, & registra actorum, si remedio restitutionis in integrum, vel reuisionis causæ, vel supplicationis, vel alio ordinario, vel extraordinario remedio Iuris, vel gratia Principis, contingat iterum litem renouari, non in omnibus
51 tribunalibus Vrbis proceditur eodem † stylo ad executionem sententiæ, à qua non fuit appellatum: nam Vicarius Papæ, Gubernator Vrbis, Auditor Cameræ, cuius iurisdictio extenditur per totum Statum Ecclesiasticum, & etiam extra, in personas, & causas coram illo
52 introductas, & † Auditores Rotæ, qui dictam recipiunt iurisdictionem per rescripta, quæ illis transmittuntur, & sunt ordinarij in cognoscendo, & delegati in pronunciando, & diffiniendo, teste *Vantio tract. de nullit. cap.* 3. *nec est, num.* 15. subdens ideo illos non posse nisi ex nouo rescripto, reuocare suas sententias nul-
53 las, † sicuti sine alio rescripto reuocare possunt omnes ordinarij Iudices. *Scaccia de appellat. q.*
54 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *n.* 73. *& seq.* Non † pro-
55 cedunt illi ad executionẽ sententiæ, † nisi priùs citent condemnatus quater ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, vt
56 dixi *supra cap.* 23. Reliqui † autem Iudices inspectis actis, & viso non fuisse appellatum, procedunt ad executionem sententiæ, expedito mandato ab illis in suis sententijs decreto & relaxato, quod cauti Procuratores curant in eis decerni, & relaxari. Si autem imperitia, vel negligentia, vel malitia Procuratoris cupientis clientem litibus inuolui, vel inuolutum diutius retinere, non fuerit mandatum contentorum
57 in sententia relaxatum, quia † in vnoquoque actu iudiciali vocandus est, qui ex illo grauari potest, *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & præcipue si agatur de executione sententiæ, *Cyn. in l.* 1. *C. de iur. & facti ignorant. num.* 15. *& in l.* 1. *C. quorum appel. non recip. num.* 1. quem
58 † defendunt *in l. d diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. Cast. num.* 4. *Alex. nu.* 31. *vers. item quia, Ioan. Imol. num.* 4. Tunc victor, pro quo fuit iudicatum in petitorio, vel possessorio, vel in actione reali, vel personali, vel in rem
59 scripta, vel mixta, † debet condemnatum, seu victum citare ad videndum decerni, & relaxari mandatum de exequendo pro contentis in sen-

ten-

tentia contra ipsum prolata, & interloquente Iudice iuxta petita, fiet sententiæ executio, *Alex. in l. à diuo Pio, ff. de re iud. num.* 21. & iste forte est circuitus, quem dixi non fuisse ex-
60 pressum † ab *Angel. in l. si contra*, C. *de appellat.*

Quia supra, & alibi sæpe tetali, Signaturam Iustitiæ rescribere, & non expressi, an suo vel
61 alieno nomine, rescribat, vt facit inclitus † Senatus Mediolani, qui sub nomine Philippi Hispaniarum Regis, & Ducis Mediolani, & alterius, qui in vitam, & necem Mediolanensium dominaretur Deo tantum auctore, tam in ijs quæ sunt iuris, quam præter, vel contra ius. Quamuis quæ dixi non expressisse, sint notaversatis in Romana Curia, tamẽ quia scribimus & nõ versatis in ea, premitto, quod nomen istud
62 † *Signatura*, natum à verbo *Signo Signas*, indicat actum signandi, non autem personam signantem suo, vel alieno nomine, iuxta illud *Sueton. in Nerone cap.* 17. dum dicitur fuisse cautum, vt in testamentis primæ duæ ceræ testatorum, modo nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur. In sensu tamen nostro
63 significat † congressum, seu vnionem duodecim Prælatorum ex antiquioribus Rom. Curiæ, qui retinentes, qua prius decorati erant, dignitatem Referendarij, omnibus diebus Iouis, nisi ille sit feriatus in honorem Dei, vel Sanctorum, vel hominum commodo, vel edicto Papæ, & stylo Curiæ, informati à Procuratoribus, & Aduocatis biduo prius, voce, & scripto, quibus ex causis appellantes asserant fuisse grauatos à Locumtenentibus Vicarij Papæ, Vrbis Gubernatoris, & Auditoris Cameræ, seu ab ipsomet Vicario, Gubernatore, & Auditore, conueniunt in domo Cardinalis, quem Signaturæ Iustitiæ Præfectum appellamus, & cuiusque appellantis grauaminibus relatis à Prælato, pariter dignitate Referendarij decorato, quẽ quilibet grauatus eligit, voto dictorum duodecim, vel maioris partis illorum, an sit appellatio ad vtrunque effectum admittenda, vel reijcienda, vel suspendenda, & differenda executio, ex eisdem actis, in possessorio, vel petitorio, & quandoque circumscripto decreto, quo quis asserit se grauatum, mandatur Vicario, vel Gubernatori, & Aud. Cam. vt alium Prælatum deputet, qui causam ex integro cognoscat, vel illorum Locumtenentem iterum appellantem
64 audiat. Formula † autem, qua præfatus Cardinalis Præfectus vtitur, ea est, vt Præmissa forma qua relati duodecim Prælati concordes, vel pro maiori parte conuenerunt de rescripto faciendo, vel in paritate suffragiorum iuxta votum eorum, quibus accedit Cardinalis Præfectus, expresso nomine Prælati, vel Auditoris Rotæ à Regente Cancellariæ Apost. qui causam cognoscat, sua manu scribit: P*lacet Domino nostro Papæ. N. Cardinalis*. Sed notandum quod relata formula idem Cardinalis Præfectus cum Regente vtitur, quoties nihil additur precibus appellantis: nam si quid addatur, tunc Regens addit: *N. audiat de secunda parte*, & Cardinalis Præfectus pariter subscribit, P*lacet Domino nostro Papæ de secunda parte. N. Cardinalis*. Ex quibus patet, Prælatos Signaturæ, si fuerint omnes concordes, vel maior illorum pars concordet in modo rescribendi, maiorem auctoritatem illos habere, quàm habeat illorum Præfectus Cardinalis Signaturæ præpositus, ne illa esset acephala. Munus Præfecti Signaturæ nunc quo hæc scribo, egregie, & cum laude
65 sustinet † Iulius Cardinalis Sacchettus, filius Ioannis Baptistæ nobilis Florentini, cum quo ptimis annis quo Romam veni, sæpe tractaui, & illius humanitati non parum fateor me esse obligatum.

Dicenda essent vltra nominis significationem
66 † alia de Signatura, & Referendarijs, nempe à quo, & de quo tempore fuerit illa, cum Referendarijs instituta: quod sit Referendariorum officium, quæ iurisdictio, & alia, de quibus confecta sunt volumina à *Gomes. in cõpend. vtriusque signat. Stapbilco. in tract. de litteris gratiæ, & iustitiæ Marchesan. de Cõmis. part.* 1. *Ioan. Martinez I.C. Hispano in suo tract. de referẽdar.* ad ea quæ illi dixere, & nõn conferunt argumento nostro, me remitto. Non omitto tamen nostrorum Curialium commune dictum
67 Signatura, † Ventura: qui si illud dicant de ijs quæ rescribuntur à Signatura Iustitiæ, credo illos dicere falsum, & ego in proprijs, & alienis causis expertus sum, præsertim vbi inter Prælatos duodecim, ex quibus illa constat, fuit ascriptus R.P.D. Comes Franciscus Bilius. Si vero
68 de Signatura † Gratiæ, quæ fit coram Papa, idẽ dicendũ, ex præsentia Principis: licet à nostris sit receptũ assumptum, quod quæ pendẽt à voluntate Principum, numerantur inter casus fortuitos. *Crau. cons.* 95. *et* 233. *n.* 1. *&* 2: *Gama decis.* 42. *in princ. Pascal. de pat. potest part.* 4. *cap.* 6. *in princ.*

Tertius casus est vbi agitur de executione sen-
69 tentiæ, quam † protulit delegatus ab ordinario Iudice, qui cum possit vnam, vel plures causas, alicui non habenti iurisdictionem demandare, etiam cum facultate subdelegandi, *auth. ad hæc, de iudic. Marant. in praxi. parte quarta. §. quinta principalis, num.* 55. & 60. concludens quemuis ordinarium Iudicem, etiam minimum, posse delegare, cum facultate
70 subdelegandi, modo † totam suam iurisdictionem non committat, quia id facere non potest inconsulto Principe, quod est verum de
71 iure ciuili iuxta *d. auth.* ad hæc, † secus de iure canonico. *Veral. decis.* 341. *Vicelegatus, part.* 3.
72 Quia delegatio † est stricti iuris, nec extendenda ad non expressa, *capit.* 1. *vers. nec ad alia, de offic. delegat. in sext. Natta cons.* 5. *num.* 3. &
73 varius fit † sensus *l. Iudex postea quam, ff. de re iud. teste Alex. in quæst. Rex Aragonum in tertio dub. col.* 8. *vers. similiter*, asserens delegatum Iudicem tunc dici functum officio suo, vbi præterea executioni mandauit, quæ iudicauit; vel quod sit functus officio suo, quia siue bene siue male iudicauit, non potest iudicata reuoca-
74 re, nec corrigere, & emendare, † prout potest facere Iudex ordinarius. *l.* 1. *C. de sent. & interl. omn. iud. Capic. decis.* 1. *n.* 29. *circa fin. Capel.* Tbo-

Tholos. decis. 114. Marant. in prax. part. 4. § quinto principalis, num. 51. Perplexaque
75 sit satis quæstia, † an delegatus ab inferiori à Principe suam possit exequi sententiam : nam Alex. in l. a diuo Pio, ff. de re iud. num. 6. & 7. post multa telata differentia inter ius ciuile, & canonicum, vt illo non possit exequi, quia est mixti Imperij, isto autem secus, nihil certi concludit. Ideo in terris Imperij ad tollendam omnem difficultatem, delegatus inferioris à Principe considerabit, quas facultates illi concesserit ordinarius Iudex, & illas cauebit non egredi, l. diligenter, ff. mandat, cap. cum dilecta, de rescript. Addam tamen, quod expresse tenent de-
76 legatum † inferioris à Principe, non posse suam exequi sententiam, videlicet Marant. in prax. parte quarta, § quinta principalis, num. 43. per textum in l. properandum, § fin autem reus: vbi glos. verb. ad maiorem, C. de iudic. asserens id firmari etiam ab Abb. in cap. si quis contra, de foro compet. qui num. 32. vsque ad 40. fatetur id verum de iure ciuili, secus de iure canonico. Scaccia de appella. quæst. 11. artic. 7. num. 179. asserens latius dixisse sequendo Ias. in tract. de iudic. lib. 1. cap. 63. nu. 6. Ferdinan. de Otero in suis Roman. lucubration. disputation. 5. præ manibus, ad partes examinata quæstione, concludit in fine, tam de iure
77 ciuili † quam canonico, delegatum tam Principis, quam ordinarij, posse suam exequi sententiam. Sed Petrus a Syria I.C. Valentin. practic. Forens. quæst. libr. 1. quæst. 25. partem, ad partes examinata difficultate concludit num. 5. in
78 puncto iuris veriorem esse sententiam, † quod delegatus non possit exequi, quæ diffinitiue iudicauit: & in hoc articulo adesse communem contra communem opinionem, refert Caual. in specul. commun. opin. quæst. 632. delegatus, num. 6. & seq.

Quartus casus est, si agatur de executione sententiæ Iudicis delegati à Principe extra illius
79 Curiam: nam † idē delegatus Iudex absque alio rescripto suam exequitur sententiam, auth. si quis litigantium. C. de epis. audi. nt. l. præcipimus. §. in his. C. de appellat. Rebuf. de sent. execut. artic. 11. glos. nona, num. 5. Mysinger. obseruat. 94. in causis. Centur. 5. vbi alios idem sentientes refert. Scaccia de appellat. quæst. 11. artic. 7. num. 178.

80 Ampl. siue simus in casu, † quo duæ conformes faciunt rem iudicatam, siue in casu, quo Iudex appellationis tulit tertiam, duabus præcedentibus conformem. Bart. in l. a diuo Pio, ff. de re iudic. num. 15. in princ. & in l. præcipimus. C. de appel. num. 1. & Franc. in cap. Romana. § fin. de appel. in sext. num. 3. vers. aliquando sententia diffinitiua. Vestrius in praxi cap. fin. num. 9. vers. quod si non tempore.

81 Ratio est, † quia vbi prima, vel secunda sententia à iudice confirmatur, agitur ex sententia confirmante, non ex confirmata, & ex illa, non autem ex ista nascitur actio agendi, & exequendi actio, per manus seu imperio confirmantis. Cassador. decis. 13. habuerat. de rescript. num. 3. & 4.

82 Ampl. etiam † in delegato à Papa, & inspecto iure Canonico. Scaccia de appellat. quæst. 11. artic. 7. num. 163. eam afferens rationem, quia delegatus Principis de iure ciuili, & canonico
83 suam exequitur † intra annum, sententiam. Alex. in l. a diuo Pio, ff. de re iud. num. 3. Ruin. cons. 113. ex multis, lib. 4. num. 10.

Quintus casus est, si agatur de executione
84 sententiæ † latæ in facie, seu Curia Principis, ab eo, cui fuerat commissa causa: & tunc quamuis delegatus Principis supremi possit suam exequi sententiam, vt dixi supra; tamen de stylo Romanæ Curiæ obseruatur, vt lata à commissario Iudice sententia, curet victor eidem committi à Papa, vt suam exequatur sententiam, & expensas in lite factas taxet, vt dixi supra cap. 16. §. 1. num. 14. & seq. vbi retuli procedere etiam si causa fuisset commissa cum clausula, appellatione remota. Cassad. decis. 13. de rescript.

85 Ampl. etiam si idem commissarius Iudex † esset in Curia Principis ordinarius Iudex. Scaccia de appellat. quæst. 11. artic. 7. num. 177. vers. subextende, testans ita practicari: & exemplum refert, si Auditori Cameræ, vel alteri Iudici ordinario sit commissa causa. Quomodo autem
86 cognoscatur † ordinarium Iudicem fieri delegatum, cum sæpe ex rescripto Principis exceitetur tantum, non autem detur iurisdictio, videndus Treuisan. decis. 1. num. 1. & seq. Bursat. cons. 74. num. 46. & seq. Rebuf. ad concordata, cap. de mandat. Apost. verb. conferatis. Franc. de Claper. decis. fiscal. decis. 8. quæst. 1. videtur, num. 1. & seq.

87 Ampl. etiam † vbi causa deuoluitur ad Curiā Principis, alicui in ea Iudici ordinario, ex iurisdictione ordinaria illi data. Exemplum esse potest in Statu Mediolani, vbi quis diffidens de Iudice alicuius oppidi inuestiti alicui Comiti, vel cum titulo Marchionatus, nullus enim alius titulus datur in eo Dominio inuestitis de feudo, recurrit ad maiorem Magistratum. Aliud exemplū erit in Auditore Cameræ, coram quo, si introducatur appellatio à sententia extra curiā lata, & illa transeat in iudicatum, ille non exequitur sententiam extra Curiam lata, absque executoriali Papæ rescripto. Scaccia de appellat. quæst. 11. artic. 7. num. 174. vers. secus est si agitur.

88 . Auditores Rotæ, † qui nullam habent iurisdictionem in causis tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, nisi quam dietim recipiunt per mandata Pontificia, & proprie sunt delegati, Scaccia de appellat. quæst. 13. artic. 7. num. 175. & seq. absolute tenet illos non posse suas exequi sententias. Sed quid nunc seruetur, dixi supra cap. 16. §. 1. num. 19. & seq. & cum illa communicassem R.P.D. Coccino, qui defunctis antiquioribus sedit multos annos Rotæ Decanus, & rogassem, vt mea scripta videret an conuenirent cum ijs quæ intellexeram illum obseruasse in hac difficultate, nihil potui ab illo obtinere, & ideo refero tantum, quæ ego obseruaui. Bonum tamen quò latius diffunditur, eò maius; & aromata grauius tusa plus re-

ciciet

dolent. Sunt tamen qui tantum sibi sapientes, plus cæteris sapere eredunt, seu verius alios idem sapere dolent: Triste genus hominum.

CAP. XXVIII.

SVMMARIVM.

Exequutionem iniquam passuro qualiter succurratur. 1. *& seq*. 9. 12. 13. 16
Dominium quando sit difficilis probationis. 5. 6
Iudicis factum est factum partis. 7
Herculan. *reprobatur*. 8
Spolij actio præscribitur annis triginta. 10
Decisiones Rotæ, quando vim legis obtineant. 11
Possessio ciuilis quanto tempore amittatur. 14. 15
Iudici resistere est probibitum iure diuino, & humano. 17
Contumacia nulla maior, quam offendere Iudicem, & illius mandata spernere. 18

QValiter succurratur passo, vel passuro exe-
1 quutionem † non obseruato aliquo ex
solemnibus, quod dixi obseruandum, vt canonica sit facta, vel quæ comminatur fieri, executio. Vincentius Herculanus I. C. Perusinus credidit distinctione difficultatem istam sustulisse, dum in *l. à diuo Pio*. §. *in venditione*, *ff. de re iudic. num*. 39. Primum constituta regula,
2 † quod remedio appellationis succurratur passo iniquam exequutionem, si ille intra legitimum tempus appellauit. Si vero non appella-
3 uit, distinguit, an executio sit facta mota † in reum actione personali, & tunc si pignora in executione capta nondum sint distracta, officio Iudicis, præcedente summaria cognitione reuocatur facta executio, tanquam non facienda, & non valida, *l. à diuo Pio*. §. *si super*, *ff. de re iu-*
4 *dicat*. Si vero pignora † capta, fuerint distracta, concludit esse agendum rei vendicatione, *d. l. a diuo Pio*. §. *si post addictum*. Sed quia actor agens rei vendicatione, debet probare se esse dominum rei, quam vendicare intendit, & gra-
5 uem subit ille prouinciam, † quia dominium est difficilis probationis, *l. 1. C. de alien. iud. mutand. caus. fact. l. in rem*. §. 1. *l. ad officium*, *l. cum res*, *C. de probat*. Contard. *in l. vnic. C. de moment. posses. in prim. oppos. num*. 4. *& seq*. *Surd. decis*. 22. *num*. 5. qui præterea referunt,
6 † qualiter, & quando dominium facile probetur, & facta ex Iudicis decreto venditione pignorum, quæ erant hastæ exposita, videtur idē
7 debitor illa vendidisse, quia factum † Iudicis dicitur factum partis, præsertim quæ non paret imperanti, & est contumax in satisfaciendo promissis, videtur extinctum omne debitoris
8 dominium relicta † distinctione Herculani, cautius aget passus iniquam executionem, vt infra decennium, quo facta fuit pignorum venditio,
9 agat contra emptorem iudicio † retinendæ, quo lapso decennio erit exclusus, *glos. in l. furtum verb. vel. longo*, *ff. de vsucap. & in l. licet. verb. temporis*, *C. de acq. possess*. *Cast. cons*. 10. *lib*. 1. *num*. 4. *vers. sed ex alio*, *& in l. 1. ff. de acquir. pos. num*. 14. Vel agat spolio infra triginta annos, vt dixi *de infra*, *de vendition. pign. sub hasta*, *cap*. 3. §. 2. *& cap*. 34. §. 6. tempore
10 enim annorum † triginta præscribitur actio spolij. *Serafin*, *decis*. 1360. quam ille conscripsit ex ijs, quæ Aduocati scripserant, de mandato Clementis Papæ VIII. quoad in futurum cessaret controuersia, an actio spolij sit præscriptibilis,
11 † quam decisionem dixi habere vim legis in dominio ecclesiastico, *de Laudemio lib*. 1. *quæst*. 45. *num*. 28.

12 Si vero sit actum actione reali, † relata distinctione eorum, qui volunt intra annum competere officium Iudicis, quo summarie pronuncietur executionem non faciendam, post annum verò ordinario iudicio agendum esse concludit idem Herculan, si executio laboret vitio citationis, quod sicuti illa facta fuit, non citata parte, pariter reuocetur de facto, & absque
13 citatione. Cautius † tamen aget, si iuxta fori vsum, & praxim, vt infra decenium agat remedio retinendæ, nam decennio amittitur ci-
14 uilis † possessio, *glos. l. furtum*, *verb. vel longo*, *ff. de vsucap. & in l. licet verb. temporis*. *C. de acq. posses*. *Cast. cons*. 10. *lib*. 1. *nu*. 14. *vers. sed ex alio*, *& in l. 1. ff. de acq. posses. num*. 14. *Alex. cons*. 94. *Visis*, *lib*. 5. *num*. 7. vbi refert ar-
15 bitrarium esse Iudici † vt decennio, vel minori temporis spatio amittatur ciuilis possessio.
16 Alij volunt de facto resisti posse, † quoties minus legitime cōminatur in aliquem faciendā esse executionem, vt pluribus casibus dicam *infra hoc cap*. §. 1. *& seq*. Sed quia cautio ista
17 aduersatur Iuri Diuino, † & humano, dicente *D. Paulo ad Romanos*, *cap*. 13. *num*. 2. *Qui potestati resistit*, *Dei ordinationi resistit*, & I. C. Iabolenus responderit, *in l. non potest*, *ff. de reg. iur*. Quod non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non obtemperat, *& teste Bal. in l. 1. C. quor. appel. non recip*. Nulla ma-
18 ior est † contumacia, quam offendere Iudicem, vel spernere illius mandata, vt taceam reliqua, quæ in hunc sensum cumulant *Felin. in cap. si quando*, *de offic. delegat. num*. 2. *Gul. Mayner. in l. non videntur*. §. *qui iussu*, *ff. de reg. iur. num*. 1. *et seq. plurib*. & admissa tali resistentia, nimium videntur laxatæ condemnatorum manus, dicentibus illis quodam modo ius sibi in causa propria. Attamen quia Iurium conditores, nemini volunt fieri iniuriam, & iudicum facta iniqua, & omisso iuris ordine decisa improbant, & illa non à Iudice sed à persona carente iurisdictione procedere volunt, & tanquam de facto facta, de facto etiam inficienda; ne omni casu quo codemnatus sibi persuadet, cum illo inique, vel perperam fuisse actum, audeat iudicatis non obtemperare; subdam casus quibus liceat Iudici, vel illius executoribus, vel Iudici, & executoribus simul resistere; & non obtemperare, dicendis diuisis duobus §. §.

§. 1.

§. I.

SVMMARIVM.

Iudici licet non obtemperare, & spernere illius mandata, si extra suum territorium ius diceret. 1. *Ampl.* 2. 5

Episcopus quando extra dioeceßim poßit iurisdictionem contensiosam exercere. 3. 4

Executio sententiæ facta à Iudice sine requisitorijs litteris Iudicis, qui illam tulit est nulla, & resisti illi potest. 6. *Ampl.* 7. 8. 9. 10. 13. 15. 16

Limit. 11. 12. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24

Iudici resistere seu non parere licet, vbi procedit de facto. 25. *Ampl.* 26. *declara.* 27. *Item vbi vult exequi sententiam nullam.* 28. *declara.* 29. *Item vbi procederet ordine iuris non seruato, & quare.* 30. *Ampl.* 32. 33. 34

Iudex torquens aliquem iuris ordine non seruato puniendus capite, & quando. 31

Executio impediri potest, vbi Iudex post interpositam appellationem, vbi causa est appellabilis ad vtrunque effectum, mandat illam fieri. 35. & 36. 37. 38. 39. 40. 45. 46 47. 48. 49. 50

Limita. 51. 52

Appellatio ex uit Iudicem iurisdictione. 35. *in princ. in dubio est admittanda.* 38

Iudex punitur, qui mandat exequi sententiam, post interpositam appellationem, vbi causa esset appellabilis. 39. 40. *Ampl.* 41. 42. 44

Iudici non paretur impune, vbi excedit fines suæ iurisdictionis, & quare. 45. 56. *Ampl.* 55. 57. 58. 59. 64. 65. 66. 68. 69. *Limit.* 70. 72

Causa limitata, limitatum producit effectum. 54. *in princ.*

Iudex quibus modis dicitur excedere fines sua iurisdictionis. 57. 57. 59. 60. 63. 64. 68

Executio sententiæ fieri non potest tempore feriarum, in honorem Dei. 60. *Ampl.* 61. *Limit.* 62. *Item durante dilatione conuenta inter litigantes.* 63. *Item si Iudex mandet illam fieri post tempus illi datum ad iudicandum.* 64

Iudex excedens suam iurisdictionem punitur pœna arbitraria sui superioris. 66

Delegatus excedens fines suæ delegationis tenetur vnde vi. 67

Iudex laicus quando cognoscat de causis Ecclesiasticis. 7

Iudex exercens iurisdictionem, quam non habet committit Crimen Læsæ Maiestatis. 73

Iudici resistere licet, vbi procedit sine causæ cognitione, & quare 7. *Ampl. ibid.* & 75

Item vbi quid facit tanquam vnus de populo, & extra iudicium. 76. *Ampl.* 77

Executori resisti potest, vbi vult exequi mandatum delegati, non constito de delegatione, in territorio, cui præest Iudex ordinarius. 78. 79

Delegato non datur fides nisi doceat de delegatione. 78. 79. *Ampl.* 80. 81. 82

Executori resisti potest si executio est iniusta. 83. *Intellige.* 84. *Ampl.* 86. 87. 88. 90. 91. 92. 93. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 108. 110. 111. 113. 114. 115. 116. 117. *Limit.* 119. 120. 121

Executio quando dicatur iniusta. 85

Iurisconsulti laqueo non suspenduntur. 87. 89

Principi mandanti iniustitiam alicui fieri quando non obtemperandum. 94. 95

Iudici quando liceat reos verberare. 107

Clericus impune potest eripere, e manibus Curiæ, quem videt iniuste duci ad mortem. 112

Excommunicatio iniusta quando timenda. 118.

Iudici non paretur, vbi mandat quid inhonestum vel indiscretum. 122. *Item mandat, quod impoßibile est facto naturaliter, vel lege.* 123. *Item vbi quid mandat, quod non spectat ad illius iurisdictionem.* 124. *Item vbi mandat, quid fieri ex quo sequatur scandalum, vel peccatum.* 125. *Item quando à Iudice committitur executio sententia.* 126

Iudici vbi licet resistere, licet etiam conuocare amicos, consanguineos, & mercede conducere, qui adiuuent resistentem. 128

1 PRimus itaque casus, quo licet iudicum † mandara spernere, & illis resisti, est, vbi illi vellint extra fines territorij sui ius dicere, *l. fin. ff. de iurisdict omn iud cap. 2. de constit. in sext. vbi glos. verb territorium. Fel. in cap. si quando num. 2. vers pro hoc*, vbi addit præterea licere eidem resistere, *l. duum virum. C. de decurion. lib. 10. Surd. cons. 47. primo, num. 16.*

2 Ampl. etiam si † esset episcopus, nam extra dioecesim, cum nullam exercere poßit iurisdictionem contentiosam, illi minime obtemperare licet, & sine pœna, *cap. episcopum. 9. quæst. 2. Nauar. in manual. cap 27. num. 6.* concludens episcopum non posse extra suam dioecesim excommunicare, etiam suum subditum

3 † nisi de consensu diocesani, aut agatur de re, quæ non requirat causæ cognitionẽ,

4 quæ autem † requirantur, vt episcopus extra propriam dioecesim ius dicere poßit tradit, *glos. in cap vt litigantes, verb. de consuetudine, de offic. ordin.*

5 Ampl. præsertim in Iudice † delegato ab inferiori à Principe, exemplum esse potest in vicario episcopi, qui extra diocesim, nec etiam voluntariam iurisdictionem exercere potest, vt auctoritate plurium firmat *Boer. decision. 30. num. 4. & seq.* licet deinde subdat Rotam aliud firmasse.

6 Ampl. quod si Iudex † non requisitus per litteras alterius territorij exequatur, sententiam latam à Iudice non requirente, executio fit nulla, & fieri non potest, & consequenter esset in facultate cõdemnati illi resistere *Angel. Aret. cons. 75. num. 5. & 6. vers. et pro hoc. Ias. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudic. nu. 2.*

7 Limitando † deinde. *num. 3.* si executio petatur imploraro officio, Iudicis alterius territorij, vel

vel corā illo actum fuit actione in factū, seu iudicati, vel sententia lata esset à Iudice, qui nō haberet territorium, qualis est Iudex scholariū. *Sard.conf.*204. *contra*, *num.6*, sequitur prio-
8 res duas limitationes. Exemplum † esse potest, si debitor Romæ repertus, fuit in actione reali, vel personali condemnatus, Iudex domicilij, vel rei sitæ, sine requisitorijs litteris exequatur, quæ sunt iudicata in Vrbe tanquam communi omnibus patria, & in qua quisque conueniri potest. *l.Roma. ff. ad municipal. l. nec non. §. si eum, ff. ex quib. cauf. maior. Alciat. dispunct.* 21.*lib.*2. *Butr.cap.fin.de foro compet. num.*23. *& Abb. num.*45.*verf.furgit*, qui rationem referunt. Et quæ dixi de condemnato in Roma-
9 na Curia, sunt etiam dicenda † io reperto, & condemnato in Curia Imperatoris, firmat *Abb. in cap.fin.de foro compet. num.*45. *verf.surgit*. Sed an hodie idseruetur stante dominiorum distinctione, videndi *Dec. in cap. meminimus, de appel. num.6.* vsque *in fin. verf. postremo. Restaur. Castald.tract.de Imperat. quæst.* 105. *num.*8. *& 9. Fel in cap. fin. de foro compet. num* 25. *& ibid Butr. & Imol. Constan. Copius in repet. cap.licet. de foro compet.nu.*102. *Bonifat.tract. de furtis. §. contrectatio, nu.* 33. *in princ. Couar. pract. quæst. cap.*5. *nu.*1. *Farinac. in prax. tit. de inquisit. quæst.*7. *num.*12. *Mantua in Enchirid. lib.*6.*cap.*146.
10 Ampl. quod si Iudex † relaxet mandatum de carcerando aliquem, & ille labatur e manibus birruariorū, qui deinde illum insequendo capiunt in alterius Iudicis territorio, fit ille relaxandus, & ne caperetur resisti poterat. *Bal. conf.*209. *quidam lib.*2. *Castr.conf.*309. *de iure, & conf.*315. *præsupposita, lib.*2. *Bal. Flor. & Angel. in l. sicut. §. auctio. ff. si seruit. vendic. Igneus in l.*1. *ff. ad Syllanian.n.*8. *Alex.conf.* 24 *animaduertis, lib.*2.*num.*28. *& ibi addentes, verf.alieno. Iac de S.Georg. tract.de Rhodijs, num.*53. *Clar. §.fin. quæst.*29. *sæpe,num.*
11 10. vbi de communi, † & refert aliud fuisse factum cum eo qui delinquens Perusij fuit insequutus Florentiam vsque, & ibi captus, *& quæst.*30. *num.*19. addit idem obseruatum fuisse, si fugiens ingrediatur Ecclesiam: & pro-
12 cedit si territoria amborum iudicū sint † subdita eidem Principi, & causa sit ciuilis, & ratio est, quia illa diuisa sunt, & discreta est ambarum iurisdictio. *Bal. conf.*340. *si pater, lib.*5. *num.*3.*circa fin.*secus si criminalis, & delictum sit in vtroque territorio punibile, *Felin. in cap.fin.de foro compet.nu.*16.*verf.Item limita dummodo*.
13 Ampl. etiam in arbitro † exemplum, si quis fuerit electus arbiter Papiæ, nam nihil valet, quod decernat Mediolani, si causæ cognitionē requirat; secus, si non requirat causæ cognitionem, vt puta prorogare tempus compromissi, si talis illi sit data facultas. *Iaf. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud num.*19, subdens *num.*23.
14 † generaliter limitari regulam nostri §. vbi non requiritur causæ cognitio: & ratio est, quia, vt alibi dixi, arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.

15 Ampl. etiam † in supremis Principibus, nam vnus non potest exercere iurisdictionem in territorio alterius. *Petr. Pecc. in cap. ea quæ de reg. iur. num.*5. *verf. secundo*, qui loquitur de Papa, & Imperatore.
16 Ampl. etiā † si lapsus è manibus Curiæ fugiat in alio territorio, nam est relaxandus seu remittendus ad Iudicem territorij in quo fuit captus. *Clar. §.fin. quæst.*29.*num.*10.
17 Limit. in Iudice duorum † territoriorum, nam existens in vno, potest imperare, seu iurisdictionem exercere quoad aliud, vt ex *Cast. Alex.*& alijs cōcludit *Iaf in l.fin. ff. de iurisdict. omn. iud.num.*9.
18 Limit. in Episcopo † vi expulso à sua diœcesi, qui petita licentia etiam non habita à vicino, vel eius vicario, potest contra expulsores, vel illius subditos procedere. *Clem.* 1. *de foro compet.*
19 Limit. in Iudice † expulso è suo territorio, vel qui impeditur illud ingredi, *Clem.*1.*de foro compet.l.aliquando, ff. de offic. procons*, per quæ iura sequendo *Inn. & Cast.* ita firmat *Iaf. in l.fin. ff. de iurisdict. omn. iud. nu.*10.
20 Limit. in sententia † excommunicationis, nā in quocunque territorio illa proferatur, afficit subditum; quia agitur de sententia, quæ afficit animam, quæ non circumscribitur loco, vt ex *Inn. Abb.*& alijs firmat *Iaf.in l fin ff.de iurisdict. omn. iud. num.*17. *Tuscus. conclus.*52. *territorium*, *num.*29. vbi tradit idem dici de sententia infamiæ, quæ vbique afficit.
21 Limit. in Iudice † dante tutorem pupillo, nā tutor datus in vna prouincia administrat vbique illius bona, *Bart.l. pupillo, ff.de curat. & tut. dat. Tuscus conclus.*52. *territorium. nu.* 19.*& seq.*vbi refert dissentientes, & tradit idem dici de Curatore dato prodigo.
22 Limit. omni casu, † quo principaliter exercetur actus circa personam subditam, licet in consequentiam tendat in bona, nam ille actus habet effectum vbique. *Castr.conf.*320. *lib.*2. *num.*2.*verf.pro solutione*. *Roman. conf.*39.*in proposita*, *num.*3. *vbi apostil. verf. Circa bona*.
23 Limit. in sententia † infamiæ, nam vbique facit infamem eum, in quem fuit prolata. *Roman.conf.*39. *in proposita, in princ.verf.quarto. Tuscus conclus.*52. *territorium. num.*29. *& 34. Cast. conf.*320. *in fin. lib.*1.
24 Limit vbi iurisdictio † exercetur in loco, qui dubitatur an fit de iurisdictione eius, qui citat *l si quis ex aliena, ff. de iudic. l.*2. *ff. si quis in ius.vocat.non ierit.* quæ iura ita declarat *Dyn. in cap. ea quæ fiunt, de reg. iur. num.*4. *in fin.*
Pœna qua puniatur executor exequens sententiam extra territorium iudicantis, *Pet. Pecchius de iure fistendi, cap.*17.
25 Secundus casus est, vbi Iudex † procedit de facto, nam vnicuique licet resistere, *l.prohibitū, l.defensionis facultas. C.de iure fisci, lib.*10. cum alijs cumulatis à *Marant.disput.*1.*nu.*22. *Paris de Puteo,de Syndicat.§.resistentia,cap.*1.
26 *num.*2. *circa med.* † addendo procedere præ-

fertim

sertim si executio sit irretractabilis, & posse
amicos consanguineos, & vicinos vocari in
auxilium. *Marant. disput. 1. num. 22. Gail. ob-
ser. 76. non. lib. 2. num. 13. & 14. Clar. §. fin.*
27 *quæst. 29. nu. 2.* † declarando procedere si pro-
cedat tanquam priuatus, secus si tanquam
Iudex.

28 Tertius casus est, vbi Iudex † velit executio-
ni mandare sententiam nullam, seu minime
validam, vt dixi *supra, cap. 6. §. 1. Paris de Pu-
teo, tract. de syndicat. §. resistentia cap. 2. nu.
3. Afflic. ad constit. de cultu pacis, num. 56. cir-
ca med. Marant. disput. 1. num. 3. & 22. in fin.
& 44. in fin.* cum alijs cumulatis a *Farinac. de
carcer. quæst. 32. num. 100.* & dixi etiam *tract.
de except. remorant. execution. cap. 12. May-
ner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de reg. iur.
num. 61. vers. adiungit,* vbi limit. in executore
deputato ad exequendum, ignorante nullitatem
sententiæ. *late Claud. de Seysel. in l. vt vim,
ff. de iust. & iur. num. 52. in fin. & num. 55.*
29 *& seq.* † declarando si nullitas causatur ex de-
fectu iurisdictionis, & executio est irretracta-
bilis, & dixi *supra cap. 6. §. 1.*

30 Quartus casus est, quoties Iudex † procederet
ordine iuris non obseruato. *Marsil. in l. 1. ff. de
quæstion. num. 18.* eam afferens rationem, quia
procedendo eo modo, dicitur iniuste facere,
& debere reuocare, quæ fecit, si fuerint reuo-
31 cabilia: & Iudicem torquentem † reum ordine
iuris non seruato, puniendum in Syndicatu ca-
pite; si id fecit dolose, & sine causa, secus si
cum causa, & sine dolo, nam tunc punitur actio-
ne iniuriarum arbitrio Iudicis. *Cagnol. l. san-
ctum, ff. de reg. iur. num. 5. Marant. disput. 1.*
32 *num. 22.* concludens posse resisti Iudici † exe-
quenti de facto à quocunque de populo. *Fari-
nac.* alios referens, *de carcer. quæst. 32. nu. 97.
& seq.* exemplum esse potest si mandet exequi
sententiam non citato condemnato, vt dixi
*supra cap. 1. nu. 2. Natta cons. 412. postquam,
num. 3.* concludens vbicunque. Iudex procedit
33 nulla adhibita † causæ cognitione, non seruata
forma, & figura Iudicij, posse illi de facto resi-
sti. *Mayner. l. non videtur. §. qui iussu, ff. de
regul. iur. num. 6. in fin. & nu. 8. in princ. vers.
si vero,* exemplum referens si iniuste, & sine
ordine iuris mandet aliquem capite plecti, ta-
lem resistentiam fieri posse à quocunque de
populo, *Paris de Put. de syndicat. §. resisten-
tia cap. 1. num. 2. vers. quod si Iudex,* conclu-
dens resistentem isto casu dici se defendere, nõ
autem Curiæ resistere. *Gail. obser. 76. non,
num. 3.* vbi etiam rationem refert. *Afflic. ad
constit. de cultu pacis, num. 60. vers. secundo.
Franc. Marc. decis. 666. num. 2.* & dixi *supra
cap. 6. §. 1. num. 13. & seq.*

34 Ampl. etiam † vbi non obseruat stylum suæ
Curiæ. *Petr. Peck. in cap. ea quæ, de regul. iur.
num. 6. vers. sexto.*

35 Quintus casus est, vbi Iudex † mandat exequi
sententiam post appellationem interpositam;
si causa sit appellabilis ad vtrunque effectum;
nam cum appellatio exuat iudicem omni iuris-
dictione, *cap. cordi, de appel. in sext. Bellam.
decis. 52. Surd. cons. 139. num. 4. & cons. 271.*
36 *num. 36.* impediri † potest executio, vt ex *Inn.
in cap. si quando de offic. delegat. num. 2. vers. et
ex quo,* refert *Farinac. de carcer. quæst. 32.
num. 108. & 77. Gul. Mayner l. non videtur,
§. qui iussu, ff. de reg. iur. num 6. vers. sed post.
Marant. disput. 1. num. 38. & 44. in fin. Rol. à
Val. cons. 77. Viso, lib. 2, n. 6. & 7. Felin. in cap. si
quãdo, de offic. deleg. n. 2. vers. fallit primo. Paris
de Put. de Syndic. §. resistentia, c. 1. n. 2. vers. Itẽ
si procedat, & vers. & quod quoad resistendũ.
Afflic.* ad *Constit. Regni de cultu pacis, num.
60.* & dixi *supra cap. 16. §. 4. num. 4. & 6.* vbi
ampliaui etiam in sententia delegati Principis,
& alia addidi singularia.

37 Ampl. præsertim vbi appellatio fuit † admis-
sa, & durabant fatalia ad prosequendam appel-
lationem. *Oldrad. cons. 89 num. 3. Alberic. in
l. episcopale. C. de epis. aud. num. 3. in fin.* & di-
xi *supra cap. 16. §. 4.*

38 Ampl. etiam † vbi dubitatur an appellatio sit
admittenda, nam cum tali casu illa sit admit-
tenda, *Surd. cons. 228. num. 4. & cons. 271. nu.
30. & seq. et cons. 277. nu. 12.* est pronuncian-
dum non esse desertam. *Dec. cons. 34. pro n. 5.
Gabriel. cons. 56. nu. 2. Mantic. decis. 128. nu. 4.
Farinac. de carcer. quæst. 22. num. 100.*

Contrarium tenent relati à *Mayner. in l. non
videtur. §. qui iussu, ff. de reg iur. num. 8. post
med. & in fin.* concordat, vt dixi *infra, n. 52.*

39 Ampl. vt non solum † resisti possit volenti
exequi sententiam post interpositam appella-
tionem, sed etiam peccare, & puniendum es-
se Iudicem, qui velit exequi, *l. quoniam Iu-
dices. C. de appel. cap. priore, de appel. Alberic.
in l. episcopale. C. de episcop. aud. nu. 4. Oldrad.
cons. 89. episcopus, num. 3. in fin.* dum prius
dixisset, Iudicem procedentem pendente ap-
pellatione facere iniuriam Iudici ad quem, &
puniendum officialem, qui requisitus non resi-
stat executori. *Marant. disput. 1. num. 44. post
med. vers. vel post appellationem. Farinac. de
carcer. quæst. 23. num. 111. et seq.*

40 Ampl. quod si Iudex † pẽdente appellatione mit-
tat cõdemnatũ ad furcas, possint consanguinei,
vel amici impune resistere ne suspendatur. *Pa-
ris de Puteo, tract. de Syndicat. §. resistentia n.
2. in princ. Fel. in cap. si quando de offic. deleg.
num. 1. vers. fallit primo. Marsil. in praxi
§. attingam, num. 39. Farinac. de carcer. quæst.
32. num. 77. et 108. in fin.* subdens, *num.*
41 Iudicem † ipsum esse puniendum eadem pœna:
quod tamen deinde declarat. *Ias. §. pœnales;
instit. de act. num. 208.*

42 Ampl. præsertim, vbi appellans † possidet
*Paris de Puteo tract. de Syndicat. §. resisten-
tia. cap. 1. nu. 3. vers. quod est verum, et cap. 2.
num. 1.* addendo quod amici, & vicini possi-
dentis possunt impune percutere volentem il-
lum expellere. & *cap. 2. num. 1.* addit vicinos,
& amicos posse resistere, ne possessor expel-
latur.

43 Ampl. præsertim si causa † erat appellabilis,
& Iudex non admittit appellationem, nam, &
illi resisti potest, & puniendus est de iure, secus
de

de consuetudine hodierna, si non processit ad executionem, & stetit in solis finibus denegationis admissionis appellationis; *Farinac. de Carcere, quaest.23. num.112. & 113. & nu.*

44 114.† addit qua poena puniatur si processit ad executionem. *Fel. in cap. si quando, de offic. deleg. num.2.* concludens consanguineos appellantes pro eo, qui ducitur ad mortem posse resistere, si non admittatur appellatio.

45 Ampl. vbi causa erat † appellabilis, & appellatio fuit intra legitimum tempus interposita, & à Iudice reiecta, & appellatum fuit à reiectione, vt dixi *supra cap.16. §.4. num.5. & 11. Fel. cap. si quando, de offic. deleg. num.2. vers. item declarat.*

46 Ampl. vt appellans† possit conuocare amicos, & consanguineos ad resistendum, ac etiam non vocati resistant. *Parid. de Put. de Syndicat. §. resistentia, cap.1. num.1. in fin. Fel. cap. si quando, de offic. deleg. num.2. in princ.* declarando modo praeiudicium sit Irreparabile, idem repetens. *vers. tertio fallit. Ias. §. poenales, inst. de act. num.108.*

47 Ampl. praesertim† si iniusta sit & Irreparabilis. *Afflic. ad constit. Regni, de cultu pacis, nu.60. vers. tertio. Felin. in cap. si quando, de offic. delegat. num.1. vers. quod intellige. Ias. §. poenales inst. de act. num.108.*

48 Ampl. † & alijs modis supra, *cap.16. §.4.*

49 Ampl. etiam † vbi dubitari potest an causa sit appellabilis. *Farinac. de carcer quaest.32. nu. 109.* & dixi supra.

Contrarium tenent relati *infra limit.11.*

50 Ampl. etiam † vbi notorie non apparet de iniustitia. *Farinac. de carcer. quaest.32. numer.110.*

Ampl. etiam vbi appellatio est interposita ab amico, vel consanguineo. *Ias. §. poenales, inst. de action. num.108.*

51 Limit. vbi causa † non erat appellabilis, quamuis Iudex admisserit appellationem cum clausula fiet in quantum. *Rol. à Val. cons.77. Viso, lib.2. num.9. 15. vsque in fin.*

52 Limit. vbi dubitatur † an causa sit appellabilis, nam licet In dubio, vt ego addo sit admittenda, & censeatur permissa. *Surd. cons.228. num.4. & cons.271. num.30. & seq. & cons. 277. num.13.* attamen quia praesumitur pro Iudice, *l.2. C. de offic. ciuil. iud. testat. allegat. 1.*

53 *num.3 & seq.* & † ista praesumptio eliditur ab alia, *l.2. ff. qui ord. in bon. pos. seru. Alciat. regul. 3. praesumpt. 4. num.8.* concurrit, que generalis regula, quod Iudici sit obediendum, vt dicebam in princ. nostri. §. licita non est resistentia, sed facienda executio. *Claud. Seysel. in l. vt vim, ff. de inst. & iur. num.61. in princ.*

Contrarium tenet *Farin. de carcer. quaest.32. num.109.* & dixi supra, *num.38. lib.1.*

53 Sextus casus est † vbi Iudex iudicando excedit fines suae iurisdictionis, *l. factum à Iudice, ff. de regul. iur. vbi Dec. num.1.* eam affert rationem, quia quidquid tunc facit, non dicitur facere tanquam Iudex, sed tanquam priuatus, seu vnus de populo, *cap. ea quae de regul. iurif.* quare Cic. pro Cluentio dicebat: Iudicis est meminisse, tantum sibi esse permissum, quantum commissum, & creditum fuit, & non solum sibi potestatem datam, sed etiam fidem habitam esse, & irrita esse, quae fierent ad officium eius non pertinentia. *Gul. Mayner. l. non videtr. §. qui iussu, ff. de reg. iur. num.64. vers. illud tamen. Parid. & Puteo, de Syndicat. §. resistenti, cap.1. num.2. vers. & adde. Petr. Pecchius, in cap. eo qua, de reg. iuris, num.6. Gail. obser.76. num.3. lib.2.*

55 Ampl. etiam † vbi fines suae iurisdictionis excedit respectu qualitatis, cum qua datus, vel factus fuit Iudex. *Dec. in l factum, ff. de regul. iuris, num.3. in fin.* & ratio est quia limitata causa limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acq. rer. domin.* & comprobatur similibus pluribus relatis à *Felin. in cap. cum ordinem, de rescript. num.2. & seq. Angel. & Cast. in l. fin. ff. de iurisdict. om. iud.* quos refert, & sequitur *Surd. cons.47. primo, num.16. Farinac. de carcere, quaest.32. num.107. circa fin.* concludens

56 dens † quod cui datum est certum officium, non potest se in alio immiscere, & immiscendo potest illi resisti, & punitur, & idem dicitur si aliqua committatur causa, idem repetens, *num.116. Dec. l. non videtur. §. qui iussu, ff. de reg. iur. num.5.*

57 Ampl. etiam † respectu personae in quā exercere vellit iurisdictionem, veluti si laicus citet, vel condēnet clericum, vel ecclesiasticus Iudex citet, vel condamnet laicum extra casum, quo illi non sunt conueniendi, nec condemnandi, vt exemplificat *Dyn. in cap. ea qua de reg. iur l.1. ff. de iurisd omn. iud l. fin. ff. de offic. praefect. vrb. l.2. §. fin. ff. de poenis. Dyn. in cap. ea qua fiunt, de regul. iur. num.1. & 2.* exemplum si Iudex det tutorem pupillo, qui non sit eiusdē municipij *l. scire oportat. §. fin. ff. de excus. tut. l. ius. dandi. ff. de tut. & cdrat dat. ab bis. Angel. & Cast. in l. fin ff. iurisd. omn. iud. nu.16.* quos refert, & sequitur *Surd. cons.47. primo, num.16.*

58 Ampl. etiam vbi excedit † fines suae iurisdictionis respectu loci, *l. fin. ff de iurisdic. omn. iudic.* & dixi *supra hoc. §.1. vers. primus casus.*

59 Ampl. etiam vbi excedit † respectu temporis, & quia hoc accidere potest multipliciter, & exemplis fit clarior resolutio, *l.1 ff. de praescript. verb. l. bona fides, ff. de posit.*

60 Primum exemplū erit, si Iudex mandet fieri executionem tempore feriarum in honorem Dei, nam cum tunc de iure canonico, & ciuili minime fieri possit, Iudex mandando illam fieri, excedit fines iurisdictionis in tempore, *l. fin. C. de ferijs, cap. fin. extra eod. Alex. relatis Bart. Bal.* & alijs testando in super de communi, *cons.53. quaeritur an stante, lib.5. num.7. Io. de Plat. in l. prohibitum. C. de iur. fisci, lib.10.*

61 *num.4.* addendo † resistentiam fieri posse non solum ab eo contra quem fit executio, sed etiā ab omnibus quorum interest; & ab amicis, & vicinis. *Thesaur. decis.95. feriarum, numer.1.*

An autem hoc procedat in ferijs in honorem

Dei

Dei in qui bus homines non cessant ab opere. *Thesaur. d.decis.95.num.2.& seq.* refert Senatum Pedemontanum censuisse puniendum esse
62 † qui talibus ferijs impediret executionem, quod esse iustum deinde declarauit Gaspar illius filius cōsiderato rigore decreti Ducum Sabaudiæ ad fauorem executorum, ampliando paternas decisiones.

63 Secundum exemplum erit † si durante dilatione conuenta inter litigantes, vel data ex stylo Curiæ, vel aliter, mandet Iudex fieri executionem, *l.fine pars. C. de dilationib. Dyn. in cap. ea quæ fiunt, de reg.iur. num.2. in princ.* & dixi *supra capit.*

64 Tertium exemplum † erit si Iudex quid decernat post tempus sib constitutum ad exequēdum, quia lapso tempore desinit esse Iudex, arguendo à loco ad tempus, firmant *Alberic.Angel.Cast.relatia Surd.cons.57. inter, nu.11. in fin. & num.12.* vrget ratio quod concessa tempus illo lapso, censentur prohibita, quæ fuere concessa.

65 Ampl. in quocunque † officiali excedente officium suum, & dubitari non potest, quin excedat, *Parid. de Put. de syndicat. §.resistentia, cap.2.num.2.Vers.quod est verum.*

Ampl. præsertim in delegato, & arbitro, *cap. cum alim, el. 1. de offic.deleg.Gul.Mayner.in l.non videtur. §. qui iussu, ff.de reg.iur.num. 64. circa med.*

66 Ampl. vt Iudex † excedens demandatam, seu concessam sibi iurisdictionem puniatur pœna arbitraria sui superioris. *Mayner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff.de reg.iur.num.17. relato Rebuf.in l.si quis. 2.C. de aqua duct. lib.11. Parid, de Put. de syndicat. §- resistentia, cap.1. num.2. vers. & dixit Inn.* concludens delega-
67 tum † teneri vnde vi, si excedat commissionem suam, & illi posse resisti, & hac ratione conquestus sum de Coccino, vt dicam infra.

68 Ampl. etiam vbi † excedit fines suæ iurisdictionis, respectu quantitatis de qua poterat iudicare, vt puta si fuerit Iudex causarum, quæ non excedant ducentas libras, nam iudicando vltra eam quantitatem, dicitur excedere fines suæ iurisdictionis, & illi non est parendum, & resisti potest, *l.fin.vers.si Iuder.ff.de iurisd.omn. iudic.vbi Iason.nu.27. et Angel. et Cast.* quos refert, & sequitur *Surd.cons.47.primo,nu.16. Ias.d.l.fin.num.27.* addendo in eorum corruere, nec sustineri pro quantitate de qua iudicare poterat. disentiunt tamen relati à *Gul. Mayner.in l.non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iur.num.64.vers.sed an saltem.*

69 Ampl. multo magis † vbi Iudex carebat iurisdictione decernendi mandatum. vel illud esse exequendum, etiam quod essemus in criminalibus. *Luc. à pen in l. quoties C. de exact. tribut.num.6.vers.si autem capitur.* *Farinac. de carcer. quæst.22.num.70.et n.71.* refert exemplum si Iudex laicus mandet capi clericum, vel aliam personam, quæ de iure non potest carceri mancipari.

Limit. vbi incidenter † excedit, *l. quoties. C.de iudic.l.2.C. de pedam.iud.l.non distingue mut. §. de liberali, ff. de arbitr.Gul. Mayner. l.non videtur. §.qui iussu, ff.de reg.iur. n.67.*
71 *et seq.* plurib. † vbi examinat quando laicus cognoscat de ecclesiasticis causis.

72 Limit. vbi non deuenit † ad factum, sed sat est non obedire. *Farinac. de carcer. quæst.32. num.104.vers.in tertio,* si vero deuenit ad factum extra suum officium, licita est resistentia, secus si excedat in officio, vt idem subdit.

73 Si autem idem Iudex penitus careteret † iurisdictione, vsurpando auctoritatem, quam non habet, quia facit se similem altissimo punitur lege Iulia maiestatis, *l.3.in fin.ff.ad leg.Iul.maiest.Gul.Mayner.in l.non videtur. §.qui iussu, ff. de regul.iur.nu.17.Vant.de nullit.ex defect. iurisd.et vnde, num.18.Belug.in Spec. princip.rub.11.§. ex quo, num.3. Isern.ad constit, Regn.de homicidio, vers.occidisse.*

74 Septimus casus est † vbi Iudex procederet absque causæ cognitione. *Farinac.tract. de carcere, quæst.32.num.117.* addendo tunc procedere tanquam vnum de populo, & facere vim, & conferunt dicta supra, *vers. quartus casus. Surdus, cons.160.remedium, num.41. et seq. Cail.obser.76.non.lib.2.num.3.* vbi rationem refert. *Farinac. de carcer. quæst.32. num.117. Dec. l. factum, ff. de regul.iur.num.1.*

75 Octauus casus est vbi Iudex, quid faceret † nō sub persona Iudicis, sed tanquam vnus de populo extra formam, & iurisdictionem sui officij extra iudicium, nam quia cessat ea præsumptio probitatis, ei resisti posset eisdem modis, quibus licet repellere, quamcunque personam vim
76 inferentem, † et eisdem actionibus, tam ciuilibus, quam criminalibus conueniri posset, quibus conueniri posset alius afferens aliena bona, vt pluribus probant relati à *Menoc. de recuperand.posses.remed.8. num 8.et seq. Decis.in l.non videtur. §.qui iussu ff.de regul.iur.nu.5. Io.de Plat.in l.probibitum. C.de iur.fis. lib. 10 num.4.vers.sed in officiali. Claud de Saisol. in l.vt vim, ff. de iust. et iur. num48. et 51.* distinquit sed male. *Farinac. de carcer.quæst.32. num.116.Fel.in cap. si quando de offic. deleg. num.2. vers. tertio allego,* vbi late comprobat.

77 Ampl. vt liceat etiam † resistere manu armata, si in figura Iudicij inferat grauamen, Sine cognitione causæ, si aliter non potest reparari, *Parid. de Put.de Syndicat, cap.1 num.2.vers.et dixit Bal.*

78 Nonus casus est † vbi delegatus non probaro, quod esset talis, & eam facultatem haberet, ab eo, qui illam dare poterat, quid decernit, vel facit, eo in territorio, in quo adest, vel præest ordinarius Iudex. Nam cum delegato minime credatur nisi ostensis litteris delegationis, *cap.cum in iure de offic.delegat. l.1. C. de mandat.princ.Natta,cons.96.scripsi, num.6. Put.*
79 *decis.210.lib.3.* † impune resisti potest delegato volenti exequi mandatum delegauris. *Angel.in l.1.in princ.ff. ne quis eum qui in ius, in princ.Roman. et reliqui, in l.sed si eximendi. §.item si quis, ff.eod.Brun.cons.27.Viso.num. 71. Osasc. cons.65, descendo num.17.et 18.* adden-

80 dendo non solum † posse impedire, ne exequatur, sed etiam posse reuocari factam executionem, & loquitur de captura personæ ex prætenso delicto. *Bruu.* idem repetens, & addendo si † ideo fiat tumultus in populo, delegatum qui prius non docuit de sua delegatione, esse puniendum *conf.* 141. *videtur mihi.*

81

82 Ampl. vt † omni casu quo resisti potest ordinario, possit etiam resisti delegato. *Marant. disput.* 1. *num.* 39.

83 Decimus casus † est, vbi constat executionem faciendam esse iniustam, *l. omnes Iudices. C. de decurion. l. euidenter. C. de excusat. mun. lib.* 10. *Dec. & ab eo relati, in l. nou videtur. §. qui iussu. ff. de regul. iur. nu.* 4. *Parid. de Put. de Syndicat. § resistentia, cap.* 2. *num.* 4. *circa fin. Fel. in cap si quando de offic. delegat. nu.* 2.

84 *vers. quarto* fallit, declarando si iniustitia † est notoria, & damnum, est irreparabile, & fuerit appellatum. *Bal. in l probibitum. C. de iure fisci, lib.* 10. *num.* 1. concludens si factum non velatur præsumptione iustitiæ posse illi resisti, idem repetens, *num.* 6. *Alex. conf.* 144. *post redditum, lib.* 2. *num.* 2. *Affiic. ad Const. de cultu. Paris. num.* 60. *vers. quarto cap. solicitudinem. §. si vero, de appel. glos. cap. non semper.* 11. *quæst.* 3. *Mysinger. obser.* 18. *Centur.* 5. *num.* 2. *circa med. Gail. obseruat.* 76. *non. lib.* 2. *num.* 11. *vers. ampl.* & dixi *supra cod.* §. 1. *num.* 9. 12. *& seq.*

85 Executio quando † dicatur iniusta viden. *Marsil. in prax. §. Attingam, num.* 3. *& seq.*

86 Ampl. præsertim † vbi iniquitas executionis detegitur, quia fieret contra legis præceptum *l. contra, C. de executor. & execut. lib.* 12. *l. omnes. C. de decuriou. l. euidenter. C. de excus. muner. lib.* 10. *Dyn. in cap. quod quis mandato, de regul. iur. num.* 5. *& seq.* addendo isto casu

87 † posse etiam impediri ab alio, quam ab eo, in quem fieri decreuerat Iudex. *Luc. d penna, l. probibitum. C. de iure fisci, lib.* 10. *num.* 9. *Mayner. in l. nou videtur. §. qui cassu. ff. de reg. nu.* 5. concludens non debere exequi sententiam latã contra legem, & esse resisten. addentes ad *Thesaur. decis.* 95. *feriarum, num.* 3. *in fin. Marant. disput.* 1. *nu.* 22. *&* 36. *in princ. Parid. de Puteo. de Syndicatu, §. resistentia, cap* 1.

87 *num.* 1. addendo posse resisti etiam † ab amicis, & vicinis, & à quocunque cuius interfit. *Gul. Mayner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iur. nu.* 59. *& seq.* vbi rationem refert.

88 *Alex. conf.* 144. *post lib.* 2. *num.* 2. † præsertim legis diuinæ, *cap. nonsemerr,* 11. *q.* 3. exem-

89 plum etiam esse potest si Iudex mandet † I. C. laqueo suspendi. *Iac. Benius, priuileg.* 43. *Iuris Consul. addentes ad Thesaur. decis.* 95. *in fin. vers. item quando.*

90 Ampl. quod officiales † seu assessores Iudicis mandanti iniquam executionem, debent contradicere protestare, & resistere ne fiat, nec cõsentiant illam fieri, & admonere superiorem de tali iniustitia, alias puniuntur in sindicatu Eadem pœna qua punitur Iudex. *Paris de Puteo. tract. de Syndicat. §. resistentia, cap.* 1. *n.* 2. *circa med.* addendo ita caueri constitutione Reginæ Ioannæ primæ, *& in §. appellatio, cap.* 1. *num.* 8. *& in §. Assessor. cap.* 1. *num.* 13. *Fel. in cap. si quando, de offic. delegat. num.* 1. *vers. secundo. Io. de Plat. in l. probibitum. C. de iur. fisci, lib.* 10. *num.* 4. *in fin. Claud. de Seysel. in l. vt vim. ff. de iust. iur. nu.* 50. *Marant. disput.* 1. *num.* 23. & ita caueri duobus capitulis regni, *Franc. Marc. decis.* 666. *num.* 3. late comprobat.

91 Ampl. vt liceat passo † iniustam executionem in corpus suum, occidere custodes, qui illum captum detinent, si aliter non potest elabi ab illorum manibus, & captum ipsum puniendũ capite, si non fugit carceres, si potuit, vt fugeret, quia permissum est cuique sanguinem suum redimere quoquo modo potest, & talis captura est similis violentiæ latronum, quibus cum liceat resistere, pariter licet resistere iniquis iudicibus, & principibus, *Parid. de Put. de Syndicat. §. resistentia, cap.* 1. *nu.* 5. *circa fin. Neuiz. conf.* 52. *nu.* 11. *Luc. d pen. in l probibitum. D. de iur. fis. lib.* 10. *num.* 11. *&* 12. *in fin. Marsil. in prax. §. attingam, num.* 40.

92 Ampl. præsertim † vbi executio iniqua decernitur contra tertium, cum quo non fuit litigatum, nec posset sibi aliquid imputari, quare contra illum decreta fuerit executio. *Parid. de Puteo, de Syndicat. § resistentia, cap.* 1. *n.* 2. *vers. sed tertius,* concludens violenter posse resistere, quia vnicuique licet defendere rem suã, & possessionem, etiam cum vi. *Cagnol. l. factum, ff. de reg. iur num.* 5. exemplum referens si post sequestrum pecuniarum mandet illud consignari antequam adueniat dies faciẽdæ solutionis à sequestre.

93 Ampl. etiam † si executio fuerit decreta à Principe, *Parid. de Puteo, tract. de Syndicat. § resistentia, cap.* 1. *num.* 2. *vers. & adde quod Ioan. And. & Hort.* addit procedere præsertim si per eam lædatur libertas eius in quem decre-

94 ta est executio, & *nu.* 6. addit Iudicem † posse contradicere litteris Principis iniustitiam continentibus, & illi rescribere. Latius tamen id prosequitur *Marant. disput.* 1. *nu.* 33. *& Luca à pen. in l. probibitum. C. de iure fisci, lib.* 10.

95 *num.* 12. *in fin. &* 13. *et* 19. Sed † distingue per *Calderin. conf.* 1. *de regul. et pace. num.* 5.

96 Ampl. vt iniuste † carceratus impune fugere possit. *Parid. de Puto. de Syndicat. § resistentia, cap.* 1. *num.* 4. *in fin. Neuiz. conf.* 52. *num.* 11.

97 addendo etiam † occisis custodibus, si aliter nõ potest fugere, & peccare si non fugiat, idem sentit. *Luca. à pen. in l. probibitum. C. de iure fisci, num.* 11. *et* 12. *in fin.* addendo capite

98 puniendum † si non fugit, si fugere potuit, idem dicit. *Marsil. in prax. §. attingam, num.* 42.

99 Ampl. vt obediens † iniusto Iudicis præcepto, si aliquis læditur, non excusatur, quod paruerit Iudicis Imperio. *Gul. Mayner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iuris. num.* 61.

100 Ampl. vt eximense † manibus Curiæ captum iniuste, excusetur ab omni pœna, siue causa sit ciuilis, siue criminalis, qua fuit captus. *Farinac. de Carcere, quæst.* 32. *numer.* 12. & plu-

ribus cumulatis testatur de communi.

101 Ampl. vbi quis patendo † iniusto præcepto peccaret, vel sequeretur scandalum, *ut ex Inn.* loquente de Papa, *in cap. inquisitioni de sent. excom. concludit Gul. Mayner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iur. num. 62.* Limitando, vbi de iniustitia præcepti dubitaretur, vel iniustitia esset latens, & ignota obedienti, secus si nota.

102 Ampl. vt liceat † resistere Iudici iniuste volenti reum torquere, vel alapa cædere. *glos in l. si quis prouocatione. C. de appel. Io. de Plat. in l. probibitum. C. de iur. fisci, lib. 10. num. 4. versic. si autem, & in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. num. 3. in princ. Marant. disput. 1. num. 35. vers. secundo.*

103 Ampl. etiam vbi † executio est iniusta, ratione temporis, intra quod illa fiat, veluti si fiat intra decem dies datos ad appellandum, si sententia sit appellabilis: *Ioan de Plat. in l probibitum. C. de iure fisci, lib. 10, num. 4. vers. & similiter.*

104 Ampl. quod si iniustitia † executionis faciendæ in bonis vel persona, sit notoria, & irreparabilis, possint vicini, amici, & extranei vocati, & non vocati resistere ne fiat. *Claud. de Seysel. in l. vt vim, ff. de iust. & iure, num. 61. et seq. vers. illis autem casibus. Luc. à Pen. in l. probibitum. C. de iure fisci, lib. 10. num. 14. Mysinger. obser. 18. notabilis num. 2. et 3.* Vel. ta

105 men † in *cap. si quando, de offic. deleg. nu. 2. vers. quarto,* vult non esse opus quod damnum sit irreparabile.

106 Ampl. præsertim vbi fuit appellatum, † & grauamen non potest reparari à Iudice ad quē. *Claud. de Seysel. in l. vt vim, ff. de iust. et iur. num. 58.* subdens, *num. 60.* idem dici si cum magna difficultate posset reparari, modo appellatio sit valida, vt idem subdit, *num. 61. Io. de Plat.* relato *I. nu. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. num. 3. circa med.* subdendo casus

107 quibus liceat Iudici † reos verberare, reprobatis illorum nouis tormentis.

108 Ampl. etiam † si agatur de executione sententiæ delegati Principis: nam, & ordinarius Iudex, qui illo est inferior in ea causa, potest impedire executionem illius iniustam. *Maran.*

109 *disput. 1. num. 24. et seq.* † addendo secularem Iudicem posse denegare brachium Ecclesiastico, si illius sententia exequenda sit iniusta.

110 Ampl. vt sit puniendus † qui non resistit officiali, qui certe, & manifeste exequitur contra legem, *Luc. à Pen. in l. probibitum. C. de iure fisci, lib. 10. num. 6. et num. 12.* pluribus probat licere cuicunque, & præcipue magnatibus defendere patientem iniuriam.

111 Ampl. vt liceat etiam † resistere de facto, præsertim si grauamen non sit reparabile in syndicatu. *Alex. cons. 144. post. lib. 2. num. 2. Marsil. 2 in prax. §. attingam, nu. 41.* concludit † si

112 clerici viderint aliquem iniuste condemnatum ad mortem, possunt illum e manibus Curiæ eripere. *Mysinger. obser. 18. num. 2.* addit si iniustitia sit notoria, *Cras. relatus, tom. 1. lib. 3. commun. opin. de Iudicijs num. 151. vers. vero.*

113 Ampl. præsertim † vbi Iudex processit extraiudicialiter, nam licet resistere, siue grauamen sit reparabile, siue non. *Mysing. obser. 18. notabilis, num. 1. Cras. relat. lib. 3. commun. opin. de Iudicijs, num. 151.*

116 Ampl. vt torrus iniuste † si interficiat Iudicem, nō puniatur pena capitis. *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 29. num. 11.*

117 Ampl. etiam † vbi vult exequi sententiam nullam. *Marant. disput. 1. numer. 36. in princ.*

118 Quid si præterea † Iudex addat pœnam excommunicationis, viden. *Lucas à Penna in l. probibitum, C. de iure fisci, lib. 10. nu. 10.*

119 Limit. quoties dubitari † potest de iustitia executionis. *Claud. Seysel. in l. vt vim. ff. de iust. et iur. num. 61. Luc. à Penna in l. probibitum. C. de iure fisci, lib. 10. num. 9. in fin. Gul. Mayner. in l non videtur. §. qui iussu, ff. de reg. num. 62. Farinac. de carcer. quæst. 32. nu. 118. Marant. disput. 1. num. 37. in fin.* & dixi supra, *num. 102.*

120 Limit. vbi iniustitia † non est notoria. *Mysinger. obseruat. 18. notabilis, num. 3. Farinac. de carcere, quæst. 32. num. 118. et dixi §. seq. Marant. disput. 1. num. 44. in fin.*

121 Limit. vbi sententia † est iniusta, quia lata contra ius litigantis, qui non appellauit. *Marant. disput. 1. num. 36. et seq.* addendo ita esse intelligenda omnia iura, quæ volunt obediendum esse superioris præcepto, siue iusto, siue iniusto, modo non sit ipso iure nullum, vel notorie iniquum.

122 Vndecimus casus † est, vbi Iudex mandat aliquid inhonestum, seu indiscretum, *c. solicitudinem. §. si vero, de appellat. Mayner. in l. non videtur. §. quod iussu. ff. de reg. iur. num. 4. vers. recitat. tamen.*

123 Duodecimus casus, est † vbi Iudex mandat, quod est impossibile factu naturaliter, vel vetante lege, vel natura, *l. si stipuler. §. item quod lege, l inter stipulantem. §. sacram, ff. de verb. oblig. l. impossibilium, ff. de regul iur. Mayner. l. non videtur. §. qui iussu, ff. de verb. oblig.*

124 Decimus tertius casus est, † vbi Iudex aliquid mandat, quod non spectat ad illius iurisdictionem. *Inn. cap. si quando, de offic. deleg. num. 2.* addendo tali casu agi posse etiam contra illum interdicto vnde vi. *Fel. ibid. num 2. vers. secundo fallit. Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 170. Dec. in l. factum, ff. de reg. iur. num. 3.*

125 Decimus quartus casus † est, vbi Iudex mandat aliquid, quod si fiat, sequatur scandalum, vel peccatum. *Inn. in cap. inquisitioni, de sent. excom.* quem refert, & sequitur, loquendo de Papa, *Gul. Mayner. in l. non videtur. §. quod iussu, ff. de regul. iur. num. 62. Couar. cap. peccatum, part. 1. num. 5.*

126 Decimus quintus casus est, † vbi à Principe alicui committitur executio sententiæ, & tunc ex *Maranta disput. 1. nu. 33. et seq.* Dicendum primo, quòd si delegatus Principis habet facultatem procedendi executiue, seu extraiudicialiter, quòd illi non possit resisti, nisi ex legitima causa, vt puta quia appareret mandatum Prin-

cipis

cipis esse iniquum, nam cum Princeps nolit alicui iniuriam inferre, est supersedendum, & Principi rescribendum, & expectanda iussio secunda, *cap. si quando de rescript.* Si autem delegatus nolit supersederẽ, nec scribere Principi, sed exequi, tunc est appellandum, & appellatione interposita potest illi resisti.

127 Dicendum secundò † si delegatus non habet facultatem procedendi executiue, seu extraiudicialiter, & procedat isto modo, seu exequatur, quia est delegatus ad faciendam iustitiam, & excedit mandatum sibi datum, potest illi impune resisti etiam cum violentia, siue grauamẽ sit reparabile siue secus. *Marant.* testans omnes ita tenere, *disput.* 1. *num.* 39.

128 Ampl. generaliter omnes † casus, quibus dixi licere resistere Iudici, vt liceat conuocare amicos vicinos, consanguineos, & etiam mercede conducere, qui resistentem adiuuent, ne fiat executio, vt pluribus probat *Marant. disput.* 1. *num.* 36.

Limit. generaliter omnes casus huius §. vt dixi *§. seq. num.* 1. 8. 9. *& seqq.*

Decimus sextus, est vbi nulliter procedit, vt dixi *supra cap* 6. *§* 1 1. *num.* 2.

Decimus septimus est, vbi delegatus etiam Principis vult exequi sententiam, quam protulit, non decto de sua delegatione, vt dixi *supra cap.* 6 §. 1. *num.* 5. *& seq. Rol. à Val. cons.* 39. *lib.* 1. *num.* 23. *& seq.*

Decimus octauus est, vbi procedit extraiudicialiter. *Dec. l. factum, ff. de reg. iur. num.* 2. seu extra officium, vt inquit Cagnol *ibid. nu.* 5. *in fin.*

Decimus nonus est, vbi Iudex delegatus mãdat exequi sententiam alterius Iudicis, requisitus ad exequendum, non inserto in litteris requisitorijs rescripto suæ delegationis, vt dixi *supra, cap.* 16. §. 3. *num.* 24. *& seq.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Executori resistere licet, vbi scripto non de mandato Iudicis ad faciendam executionem. 1. *Ampl.* 3. 5. 6. *Limit.* 4. 7

Paulus Papa V. *custos iustitiæ.* 2

Executori resistere licet, vbi non defert solita executoris insignia. 8. *& dixi sup. cap.* 16. §. 8. *num.* 72

Item vbi excedit fines demandatæ executionis. 9. *Ampl.* 10. *Item vbi exequitur mandatum nullum.* 11. *Ampl.* 12

Executori resistere licet quoties de facto contra ius facit executionem. 13. *Item vbi excedit modum in exequendo.* 14. *distingue.* 15. *declara.* 16

Item vbi vult facere executionem in bonis, vel persona, vel in loco, vel tempore prohibitis. 18. *& quare.* 18

Executori resistere licet, vbi executio est iniusta. 19. *et quare ibid. Ampl.* 20. 21. 22. 23. 34. 28. 29. 30. *Limit.* 31. 33

Defendens patientem iniuriam, non peccat. 25

Iniuriam alteri illatam si quis potuit illam repellere, & non repulit, dicitur iniuriam fecisse. 25

Occidisse dicitur, qui opem non tulit perituro. 26

Iudicis iniquum iudicium non differt à violentia latronum. 26

Clerici impunes possunt è manu satellitum eripere, quem vident duci ad mortem iniuste. 27

Iniustitia notoria, quando dicatur adesse. 32

Executori resisti potest, vbi vult carcerare aliquem, qui de iure, vel ex priuilegio non potest carcerari. 34

Clericus non potest carcerari de mandato Iudicis *laici, & executori resisti potest.* 35

Executori resisti potest, vbi ille non est descriptus inter executores seu satellites. 36

Limit. 37. 38. 39

Iudex potest dare facultatem exequendi sententiã ei qui non est satelles. 37. *Limit. ibid.*

Inimico non est danda facultas exequendi sententiam contra inimicum. 37

Debitorem eximens e manibus satelitum fit ipse debitor. 39

Vxor impunis eximit maritum e manibus satellitum, qui ducatur ad mortem, & quare. 40

Senatus Mediolanensis pietas, & æquitas. 41

D. Tadæus Barberinus laudatur. 42

Executori resistere licet, vbi vult facere executionem in persona condemnati, non excussis illius bonis. 43. *Item vbi constat de nullitate mandati exequendi, vel excessu vel violentia in exequendo.* 44. *Item vbi vult facere executionem dilatione pendente.* 45. *Item vbi vult facere executionem contra non nominatum in sententia.* 46

Resistentiæ casus aduersus iudicum mandata, & illorum executores, quare cõgesserit auctor, et an bene, vel male fecerit. 48

Iudici, et executori non potest resisti ex interuallo post factam executionem. 47. *Item vbi adest Iudex ad quem appelletur* 49. *Item si non resistatur, cum moderamine inculpatæ tutelæ.* 50. *Item si fiat verbo tantum, nam abstinendum est à facto.* 51. *Item cum violentia, si aliter fieri potest.* 52

Raro quæ accidunt, non excluduntur à lege loquente de ijs, quæ frequenter accidunt. 53

Iudex inique iudicans contra profitentem scientiam aliquam qualiter condemnatus vlciscatur iniuriam seu iniustitiam sibi illatam. 54

Iniuriam sibi illatam licet scripto defendere, et efferre. 55

Vim inferre licet lædenti patrimonium, vel famam. 56

Defensio patrimonij, & famæ procedit à pari. 57

Bonum eo maius, quo est magis sui ipsius diffusiuum. 58

Infamia eo maior, quo sæpius decantatur. 59
Apologiæ vnde ortum habuerint. 60
D. Ieronymus exarsit in eum, qui illum notarat, 61. *et quare*, 62
Appellatio est theriaca aduersus venenum iniquorum iudicum, 65
Iudicandi munus non debet esse perpetuum, 66. *et facile desinit in tyrannidem*. 67
Deum vltorem iniuriæ sibi illatæ à Iudice, si quis constituat, quæ sequi soleant. 68
Romanis quare datum Imperium, et Regna, 69
Iustitiæ effectus in quolibet Regno. 70
Regna sine iustitia sunt latrocinia. 71
Rex quibus ex causis Regno priuetur. 72
Regis iniusti genus cito deficit. 73
Vitia omnia colore aliquo virtutis excusari possunt excepta iniustitia. 74
Regnorum, et Imperiorum clades est iniustitia. 75

REferam hoc §. casus quibus licet impune
executori resistere quominus exequatur,
quæ asserit sibi à Iudice fuisse mandata, & pri-
1 mus casus erit quoties † non docet scripto sibi
à Iudice mandatum, vt sententiam ab illo pro-
latam exequatur, *l. executore*. C. *de exequut.*
rei iudic. Bart. in l. palatinos. 2. C. *de collat.*
fund. fiscal. lib. 11. num. 2. uers. vel. dic. Bal. in
l. si quando. C. *de testib. num. 12. et in l. penul.*
ff. de cond. caus. dat. caus. non sequut. et in l. pro-
bibitum. C. *de iur. fisci, lib. 10. num. 14. Coler.*
de process. part. 2. cap. 1. num. 1. et seq. Gratian.
disceptat. 157. num. 26. cum alijs cumulatis à
Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 31. et seq.
Quare cum in Vrbe plus æquo laxatæ fuissent
satellitum, & præcipue Baroncelli manus, Pau-
2 lus † Papa V. iustitiæ custos perpetuus, consti-
tuit ne quis capiatur sine mandato Iudicis in-
scriptis. *Paris de Put. de Syndic. § resistentia*
cap. 2, num. 3. in fin. & num. 3. Baetia de inope
debit. cap. 1. num. 33. Car. § fin. quæst. 29. n. 1,
in fin. & dixi etiam *supra cap. 26. Sola ad de-*
cret. Sabaud. de ignor. & sub last. glos. 1. nu. 8.
Petr. Pechius, de iur. sistend. cap. 14. num. 3.
3 Ampl. vt † non solum liceat capienti facere
resistentiam, sed etiam possit quilibet eripere
captum e manibus satellitum, & peccare, qui il-
lum non eripit, vt probat *Farinac. de carcer.*
quæst. 32. num. 33. & 34. nisi simus in casibus
4 † quibus licita est captura absque mandato Iu-
dicis, quos idem remissiue refert, *num. 35.*
et 26.
5 Ampl. præsertim si petatur † ostendi manda-
tum Iudicis, & non ostendatur, *l. 1 C. de mand.*
Princip. Osasc. cons. 65. discendo, num. 18. 19.
Crauet. cons. 319. num. 11. & 12. Monac decis.
Bonon. 68. an executio, num. 13. 14.
6 Ampl. quod † dum fit resistentia executori-
bus, occidatur, vel vulneretur, qui erat capien-
dus, sint satelites puniendi pœna vulneris vel
homicidij. *Farinac. de carcer. quæst. 32. n. 46.*
& 46. addēdo idem dicendum omni casu, quo
homicidium committatur, executorum culpa.
7 Limit. in † desertore. *Paris de Put. de Syn-*
dicat. §. resistentia, cap. 2. numer. 3. circa
fin.
Limit. vbi quis capit debitorem suspectum
de fuga, vel vbi periculum est in mora. *Petrus*
Pecchius, de iure sistendi, cap. 14. nu. 2. in fin.
& num. 3.
8 Secundus casus est, si executor † seu lictor
non defert insigna, quæ solent deferre execu-
tores in loco faciendæ executionis, nam qui
illi resistit, ab omni eximitur pœna, excipiendo
quod credebat illos non esse iustitiæ ministros,
sed vel latrones, vel inimicos, *l. apud ladronē.*
si quis virginem, ff. de iniur. l. si quis ignat ff. lo-
cat. per quæ iura ita firmat *Bart. in l. probibi-*
tum, C. *de iur. fis. lib. 10. num. 1. vers. fateor*
tamen, quem refert, & sequitur *Farinac. alijs*
cumulatis, de carcer. quæst. 32. num. 37. Clar.
§. fin. quæst. 29. num. 1. in fin. & ibi Baiard.
num. 2. Ant. Menoc. decis. Bononiens. 68. num.
13. & 14. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 29.
num. 2.
9 Tertius casus est † vbi manifeste apparet exe-
cutorem excedere fines sibi demandatæ execu-
tionis, *l. probibitum*. C. *de iure fisci. glos. l. in*
omnes verb. liberum. C. *de decurion lib. 10 l de-*
uotum, vbi Bart. C. *de metat. lib. 12. Paris de*
Puteo, de Syndicat. §. resistentia, cap. 1. nu. 2.
vers. Cyn. & glos. Neuizan. cons 52. num. 11.
in fin. Marant. disput. 1. num. 28. concludens
si executor capiat pignus vltra modum, posse
illi resisti, & repeti hic possent, quæ dixi de Iu-
dice excedente fines suæ iurisdictionis. §. an-
tecedenti, *versic. sextus casus, & supra*
cap. 3.
10 Ampl. vbi excessus † est respectu loci, veluti
si de domo vellit aliquem extrahere, *l. plerique,*
ff. de in ius vocand. l. nemo de domo, ff. de reg. iur.
ad quæ iura plura cumulaui in meis collectaneis.
Paris de Put. de Syndicat. §. resistentia,
cap. 1. num. 3. vers. quod si marescallus.
11 Quartus casus est vbi † executor exequitur
mandatum nullum aliquo modo, sed præcipue
ex defectu iurisdictionis *Luc. à pen. in l. quoties*
C. de exact. tribut. nu. 6. vers. si autem, lib. 10.
Osasc. cons. 65. 18. & 21. Farinac. de carcer.
12 *quæst. 32. num. 7.* † addendo procedere in de-
legato, & alio Iudice, qui excedat fines dele-
gationis, & iurisdictionis, idem late deinde
tradit, *num. 100. Paris de Put. de Syndicat.*
§. resistentia, cap. 2. num. 3. & dixi supra *cap. 6.*
§. 1. num. 3. & 4. et 8.
13 Quintus casus est quoties † executor, de fa-
cto, & contra ius facit executionem, *l. defensio-*
nis facultas. C. *de iur. fisci, lib. 10. Marant* plu-
res concordantes referens, *disput. 1. num. 22.*
14 Sextus casus est † vbi executor excedit mo-
dum faciendo executionem, *l. contra*. C. *de*
execut. et exact. lib. 12. Paris de Put. *de Syndi-*
cat. §. resistentia, cap. 1. num. 8. concludens si
executor capiat pignora vltra modum, posse il-
li resisti, idem repetens *cap. 2. num. 4. in princ.*
Farinac. de carcer. quæst. 32. nu. 101. subdēt
15 † *ex Luca à pen. num. 103. et seq.* longam di-
stinctionem, *Afflic. ad constit. de cultu pacis,*
num. 56. post med. Marant. disput 1. num. 28.
Sola

Sola ad decret. Saband. de execution. glos. 4. n. 3 Idem si vellit pro exiguo debito capere rem magni prætij, vt dixi *supra cap. 11. §. 6. numer. 14.*

16 Andicatur † excedere modum si capiendus resistat ne capiatur, & ille vulneretur, vel occidatur, *Clar. §. fin. quæst. 29. num. 1. et ibi Baiard. num. 1. et 5. et 6.*

17 Septimus casus est † vbi executor vult facere executionem, in bonis vel in locis, vel tempore, & alijs casibus à iure prohibitis, *Paris de Put. de Syndicat. cap. 2. excedunt, num. 1.* & conferunt dicta. §. antecedenti, *vers. sextus*

18 *casus*, & ratio est quia† executor faciendo prohibita à iure, dicitur vim inferre, & ideo licet illam repellere, *l. 1. C. quand. liceat sesine iud.*

19 Octauus casus est † vbi captura est iniusta, nam cum executor dicatur facere violentiam *Marant. disput. 1. num. 29.* potest captus resistere executori, *l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. l. deuotum. C. de metat. et epidmet. lib. 12. Farinac. de Carcer quæst. 32. num. 66.* vbi plures congerit, & rationes refert, *et num. 88. Neuiz. consf. 52. num. 11. Afflic. ad conslit. de cultu pacis, num. 56. vers. item officiali. Petr. Pechius de iure sistendi, cap. 24. num. 4.* plura refert ad fauorem iniuste carcerati.

20 Ampl. vt † possit resistere etiam armata manu. *Neuiz. consf. 52. num. 11. in princ.*

21 Ampl. quod † si occidat satellitem, qui iniquam capturam vult exequi, non sit puniendus, occisor de homicidio, *Paris de Put. de Syndicet. §. resistentia, cap. 1. numer. 1. in fin.*

22 Ampl. quod iniuste † captus sit puniendus capite, si non fregit carceres, cum posset quoad fugeret. *Paris de Put. de Syndicat. §. resistentia, cap. 1. num. 5. in fin.*

23 Ampl. quod † si satelites occidant resistentem ne caperetur, ex iniusto decreto puniendi sint tanquam homicidæ, *Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 46.* modo homicidium sequatur illorum culpa, & ignorabant iniustitiam decreti, vt idem subdit, *num. 37.*

24 Ampl. vt absque † pœna liceat iniuste captū, vel iniuste damnatum, etiam quando ducitur ad supplicium è manibus Curiæ eripere, *cap. deinde dist. 26. cap. fortitudo, cap. fin. 23. quæst. 3. cap. non in inferendo. 23. quæst. 3.* vbi *glos. verb. eripe, glos. fin. in cap. fin. 14. quæst. 6. Farinac. de carcere, quæst. 32. num. 6.* eam afferens rationem, † quia non peccat, qui defendit patientem iniuriam, & quia à socio non repellit iniuriam, si potest simul, eum inferente dicturiniuriam facere, † & qui petituro non succurrit dicitur occidere, & iniquum Iudicis iudicium non differt à violentia latronum, imò vt ego addo est maior, nā nulla maior est iniquitas, quam quæ regitur æquitate, addendo, *nu. 7.*

25 (margin)

26 (margin)

27 quod † si clerici vident aliquem iniuste capi, vel condemnatum ad mortem duci, possunt illū de facto eripere e manu satellitum, *et nu. 69.* restatur de communi, cum prius, *num. 68.* retulisset disentientes, eximens autem iuste damnatum ad mortem, vel confessum, vel conuictum de crimine punitur crimine, læsæ maiestatis, *l. 4. in fin. ff. ad leg. iul. maiest.* de cuius textus intelligentia dixi in meis collectaneis, *ibid.* si autem causa sit ciuilis, viden. *Ias. in §. pœnales, inst. de action. num. 105. & Boerius, decis. 217. num. 13. circa fin.*

28 Ampl. præsertim† vbi ageretur de damno irreparabili. *Fel. in cap. si quando, de offic. delegat. n. 2. vers. tertio fallit,* testando de communi, & *Dec. ibid. num. 5.* exemplum referens, si Iudex mandet aliquem suspendi, vel torqueri. *Farinac. de carcere quæst. 32. num. 93. & seq.* ampliando, siue fuerit appellatum, vel non.

29 Ampl. etiam vbi † dubitatur de iustitia capturæ. *Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 96.* subdens *num. 103.* id esse verum in vili executore, secus si fuerit positus indignitate, & magna administratione, *& num. 118.* generaliter subdit in dubio an captura sit iusta, non esse resistendum,

30 Ampl. præsertim si † ex lectura mandati dati executori apparet iniquitas illius, secus si non apparet *Gul. Mayner. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de regul. iur. n. 61. vers. adiungit,* eā afferens ratione, quia non executor, ad quē non spectat cognoscere de iniustitia, sed Iudex ipse grauat, qui mādat, *l. si vt præponis. C. de exec. rei. iud.*

31 Limit. vbi notorie non † constat, quod quia iniuste fuerit captus, alias secus, etiam vbi de iniustitia dubitari potest, quia subditorum non est Iudicium, iudicare facta superiorum *Luc. à pen. in l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. n. 6. vers. secundo casu. Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 78.* addendo in dubio præsumi pro iustitia eorum, quæ fiunt de mandato superioris, idem late repetens, *num. 113. & seq.* addendo tunc non sit necesse appellare, nec quod damnum

32 sit irreparabile, declarando † quando dicatur constare de notoria iniustitia, & ista deseruiūt ad limitandum, quecunque sunt dicta isto, & antecedenti. *§. Farinac. de num. 118. & seq. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 29. num. 12.*

33 Limit. vbi ciuili† modo absque facti resistentia potest esse consultum ei, quem executor capere vellet, vt puta appellando, & si appellatio non prodest, tunc licita est resistentia, late probat *Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 121.* & ista est generalis limitatio dictorum isto, & antecedenti. §.

34 Nonus casus est † vbi executor realem facit executionem in persona; quam minime de iure, vel ex priuilegio capere poterat. *Luc. à pen. in l. quoties, num. 7. vers. vnde cum seruientibus. C. de exact. tribut. lib. 10.* vbi refert concessum fuisse à Carolo primo Rege Neapolis tale priuilegium aliquibus personis. *Farinac. de carcer. quæst. 32. num 71. & num. 72.* exemplum

35 refert, si † clericus capiatur de mandato Iudicis laici. Quæ autem personæ non possint carceri mancipari in causa ciuilibus dixi *supra cap. 14. §. 1. & seq.*

36 Dicimus casus † est vbi quis fuit captus à priuata persona, quæ non habebat auctoritatem capiendi, seu non erat ascriptus numero executorum,

rum, seu lictorum. *Luc. à Pen. in l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. col. fin. num. 7. vers. Aut per eos, qui capiendi*, quem refert, & sequitur *Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 73.*

37 *subdens num. 74.* id limitate, si Iudex ex † rationabili causa dedit priuato talem facultatẽ, non tamen, qui sit illius inimicus, nam tunc habet facultatem vulnerandi, & occidendi, quam habent satellites, *et num. 27.*

38 Limit. si capiendi † sint tales, qui capi possint à quocunque, quales sunt fures nocturni, transfugæ, exules, & similes. *Sola ad Decret. Sabaud. de form. proceden. in pignorat, glos. 1. num. 10.* concludens executionem esse faciendam ab appatitore iurato, & si ba alio fieret, esse retractandam.

39 Limit. vbi à creditore † captus est debitor suspectus de fuga, nam si eripiatur è manibus illius, eripiens fit ipse debitor, & tenetur soluere, quæ ille debebat, *Farinac. de carcer. quæst. 32. num. 8. & seq.* qui licet loquatur, vbi debitor eximitur è manibus satellitum, vbi ñ est suspectus de fuga, idem tamen dicendum, vbi fuit captus à creditore.

40 Vndecimus casus est, † vbi vxor eripit maritum è manibus satellitum, qui fuerat damnatus in pœnam capitis, nam ratione vnitatis personarum, cùm vir et vxor sint duo in carne vna, & ambo non peccarunt, condonando aliquid mutuæ beneuoleutiæ, quæ nescit habere modũ,

41 & sapientum occulos excæcat, Senatus † Mediolanensis in contingentia facti, nihil voluit decernere, ne parcendo fieret laxior maritorũ delinquendi animus tutus certo excusatore, nec puniendo læderet aut à solueret matrimonij fœdus, & bonum, vt refert *Clar. in prax. §. fin. n. 5. in fin. Farinac.* tamen, qui fuit Aduocatus, procurator fisci, & Iudex criminum in Rom. Cur. in qua stricto iure agitur eum reis, *tract. de carcer. quæst. 32. num. 79.* credit vxorem tali casu non futuram penitus immunem sed saltem extraordinaria pœna puniendam.

Referam tamen casum à nostro patum differentẽ, in quo non fuit seruata Farinacij opinio: nam Romana mulier Tiburi nupta, cum vidisset maritum cum alio certantem in terra proiectum, timens ne priora illi contingerent, induto virili animo, arrepto veru confodit, qui maritum fere necabat. Facta rea homicidij dum ageretur de pœna imponenda, animi gra-

42 tia illuc diuertit † D. Thadæus Barberinus, nondum tunc factus Vrbis Præfectus, qui intellecto casu, conscius virium amoris coniugalis nescientis habere modum, vbi accidit lædi maritum, effecit apud Vrbanum VIII. patruum, vt omnino illa esset impunis, testando cũctis, Apes quas gerit pro auito stẽmate, penitus esse expertes rigoroso Iuris aculeo, & in sontes aliquo modo excusabiles melleos fauos, & fauores plena manu esse paratas elargiri.

43 Duodecimus casus est, † vbi executor vult facere executionem in persona debitoris cõdemnati, non excussis illius bonis, & iuribus, vt dixi *supra cap. 14. num. 4. & seq.*

44 Decimus tertius est, † quoties constat de nullitate mandati exequendi, excessu, & de violentia in actu executionis, nam tunc licet manu armata, & conuocatis amicis resistere, *l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. 10. glos. l. in omnes verb. liberum. C. de decur. lib. 10. l. deuotum. C. de meta. lib. 12.* per quæ iura ita firmant *addentes ad Thesaur. decis. 95.*

45 Decimus quartus, † casus est vbi executor dilatione pendente, vult exequi sententiam, vt dixi *supra cap. 4. §. 3.*

46 Decimus quintus † est, vbi executor vult facere executionem contra non nominatum in condemnatoria sententia, vt dixi *supra cap. 2. num. 35.*

Decimus sextus, vbi executor vult exequi sententiam nullam, vt dixi *supra cap. 6. nu. 4. & 5. 1. num. 3.*

47 Limita generaliter omnes † casus, quibus dixi licere resistere Iudici, & executoribus mandatorum illius, vt dixi *supra §. antecedenti*: & nunc addo alium casum, vbi resistentia fit ex interuallo post factam, & consumptam executionem, *arg.* eorum quæ fiunt ad defensam contra vim inferentem. *Affflic. ad constit. de cult u pacis, num. 53. & 63.*

48 An vtiliter, † vel secus, tempus consumpserim in perquirendis ex aliorum rescriptis, & recensendis casibus, quibus liceat iudicibus ad vniuersitatem causarum, vel certi generis litium, vel vni causæ deputatis, & illorum ministris resistere, quominus iudicata executioni demandentur, meum non est iudicium. Dicent enim aliqui me pecudes armasse aduersus canes gregis custodes, & cæcis lumen præbuisse, in ijs, in quibus potius excogitare debebam monita, quibus imperantium maiestatem in reos confirmaretur, non autem minueretur auctoritas sibi à lege, vel homine data. Inde dictum, & natum assumptum:

Obsequium amicos, veritas odium patit.
Et quò quis est seruitio promptior, eò locupletior.

Accedit quod *Arist. 5. Ethic.* dicebat: Si principatum habens percutiat, aut destruat, nõ est repercutiendus: Iudices enim sunt Dei ministri, *cap. non solum, cap. qui malos. 23. quæst. 5.* illorumque iudicium censetur prodire de vultu Dei, à quo non potest egredi nisi iustitia, & veritas, *cap. vt nostrum, de appel. Ioan. cap. 14.* subditorum enim non est inquirere, an lata à competenti Iudice sententia iusta sit, vel secus, cum satis sit plena ratio, quod superior iubeat, vt inquit *Luc. à Pen. in l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. num. 5.* pro Iudice enim præsumitur, vt legitur. *Ecclesiast. cap. 8. nu. 17.* dum dicitur. Non Iudices contra Iudicem, quoniam secundum quod iustum est iudicat.

Quia tamen humanum est errare, & sæpe decipimur specie recti, licet periculosi sint casus, quibus dixi licere resistere Iudici, teste *Clar. §. fin. num. 2. vers. sed hic incidenter*, & tamdiu quis dicitur Iudex, quam diu facit iustitiam, & iniustitiam faciendo, non dicitur Dei minister, sed diaboli, *cap. iustum. 23. quæst. 2. glos. in cap. cum æterni, verb. Iudex, de re. iud. in sext.* Cassio-

Cassiodor. lib. 3. epist. 28. Quare merito dicebat *Arist. politic. lib.* 1. Sicut optimum animalium est homo lege fruens, ita pessimum est animal homo, qui à lege, & iustitia sit separatus. Et non differunt à viarum aggressoribus inique iudicantes. *Luc. a Pen. in l. prohibitum. C. de iure fisci, l b*, 10. *num*. 13. nec patiantur optimi Principes, vt iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nasci debent, *l. meminerint. C. unde vi, glos. fin. in cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil.*

Animaduertendo quod resistere imperanti-
49 bus, subsidiaria sit via facti, dicta † in praecedentibus modificari, seu tempersri possunt, si dicamus Primo, quod omni casu quo paratur fieri executio non facienda, in bonis, vel persona alicuius, si ibidem adsit Iudex, ad quem recurratur, & qui facultatem habeat illam impedire, quod sit abstinendum à resistentia facti, si requisitus Iudex suo fungatur munere, *addentes ad Thesaur. decis.* 95. *vers. sed quando. Paris de Put. de Syndicat. §. resistentia, cap.* 2. *nu.* 4. *vers. etiam officialis.*

50 Secundo animaduertendum erit, † vt resistentia fiat cum moderamine inculpatae tutelae, non autem effrenata vi, *cap. ad hac.* 16. *q.* 1. per quem textum ita firmat *Paris de Put. tract. de Syndicatu. §. resistentia, cap.* 2. *nu.* 3. Quare *Luca. a Penna, in l. prohibitum. C. de iur fisc. lib.* 10. dicebat ex D. Ambros. Adiuuat ad perfectum bonae aestimationis, si de potentis manu eruas inopem, si sine perturbatione fieri potest, ne videamur, iactantiae magis causa id facere, quàm misericordiae, & maiora inferre vulnera, dum leuioribus mederi studemus. *Baiard. ad Clar. §. fin. quaest.* 29. *num* 9.

Tertiò aduertendum, quod si executio fiat
51 † verbo tantum, abstinendum erit à resistentia facti, sed sat est non obedire imperanti, vel exequenti. *Paris de Puteo, de Syndicat. §. resistentia, cap.* 2. *num.* 4. *in princ. Farinac. de carcer. quaest.* 32. *num.* 104. *vers. nam si excedit,* non deueniendo ad factum.

52 Quarto aduertendum, quod omni casu, † quo licita est resistentia in executorem, vt illa fiat, exclusa omni extrinseca vi, vt puta, quod executori claudantur fores domus, ne capiat mobilia, vel alias arceatur, vel impediatur sine facto violento ne faciat exequutionem in bonis, vel persona debitoris. *Paris de Syndicat. §. resistentia, cap.* 2. *num.* 4. *in fin.*

Relatis casibus, quibus liceat cuicunque se defendere aduersus Iudicis imperitiam, vel illi non obtemperare, ac praeterea impedire, quominus inique, vel imperite iudicata executioni demandentur, iusto ordine inquirendum esset de ratione, & via, qua quis non contradicendo minus rite, vel recte iudicatis, & executioni demandatis, tutius medetur rebus suis, quàm si moderata vi, & inculpata tutela, illam auertisset, & sine Iudice vindicasset. Et licet quaestio ista sit de raro contingentibus, & parum vtilis mea videatur diligentia, cum in ijs † quae frequenter accidunt sit laborandum, quia vtiliora, & fauorabiliora. *Ias. in l. si infantis. C. qui ad mit. num.* 2. Attamen quia neclex, vel Statutum disponens de ijs, quae frequenter accidunt, non excludit casum, qui raro contingere potest *Barbat. cons.* 42. *dico lib.* 1. *col* 2. *vers. & videtur Statutum considerasse casum.* Penitus non erit nostra indagatio inutilis, cum duobus casibus hactenus reperierim, posse accidere, quae supra dubitaui.

54 Primus est quoties † Iudex inique, vel perperam iudicauerit contra hominem profitentem scientiam aliquam publice, vel priuatim, vel politioris litteraturae excultum, qui velit, aliud scribendo, vel per modum disputationis, obseruationis, & quaestionis iuris, vel narrationis actorum, quae sibi, & alijs feliciter, vel infeliciter acciderunt sua aetate, nihil addito, vel diminuto, nec mutato, quo veritas rei gestae redargui possit, omnibus notum facere, cum eo male, & inique fuisse actum: non enim minus
55 licet, semperque licebit † stringere stylum in eum, qui sua sententia aliquem laeserit, praesertim cum famae iactura, quàm sit à iure permis-
56 sum stringere † ensem in eum, vbi de propellenda vi, vel defensione patrimonij agatur, *l. vt vim, ff. de iust. & iur. l.* 1 *C. unde vi. Vasquius illustrium controuers. cap.* 11. *Quadragesimo quinto, num.* 9. à pari enim procedit defensio
57 patrimonij, cum tutela personae, & famae, *l. iusta causa ff. de manumis. vind. vbi glos verb infamia, l. isti. quidem in fin. ff. eo quod metus causa. Vasquius. d. cap.* 11 *num.* 8. *& seq. Aufrer. in repet. Clem. vt clericorum de offic ordin. n.* 67. *in fin. & in tract. de potestate secul. super Eccles. regula tertia, num.* 18. Non
58 enim dubium est, quòd sicuti bonum, † quo magis est sui ipsius diffusiuum, eo fit maius, & melius, & in dies laus decantata crescit: Ita
59 hominis iniquitas, quo † saepius per hominum ora volutatur, augescit, non aliter, ac infecta peius olent, quo grauius, & saepius teruntur vnde *Cornel. Gallus eleg.* 1. *dicebat.*

Contrectata diu crimina crimen habent.

60 Hinc Theologorum, † Iurisconsultorum, & quorsuis scientias profitentium, saepè acri stylo factae defensiones, expostulationes, scriptae vindiciae, & apologiae, in Ruffinum, Alciatum, Zasium, Decianum & alios, quos longum esset referre. Nec D. Hieronymus, etiam senex gra-
61 tulabundus legit † epistolam, quae dicebatur in eius scripta exarata notis D. Augustini, vt patet ex binis epistolis ad illum scriptis, teste
62 enim, *Cicerone* 5. *Verrin.* † Habet quendã aculeum contumelia, quem pati prudẽtes, ac viri boni difficillimè possunt.

Qua ratione conabantur aliqui amici dignitatis meae, mihi persuadere, vt hic insererem expostulatiunculam, quam confeci, dum R. P.
63 D. N. non contentus mihi denegasse † audientiam in pia causa, deinde decisa iuxta ea, quae scripseram mutatò scribentis nomine, praeterea curauit mihi per Alexandrum vnum ex cursoribus S. D. N. significari, nequid dicerem, scriberem, vel facerem in causis, non quae corã ipso, (quod leuius poterat ferri) sed corãm caeteris Collegis, assumendo sibi iurisdictionẽ arcendi à foro

foro eũ, cui Apostolica auctoritate data fuit ea-
dem facultas, iura interpretandi, qua fuerat ille
donatus, dũ Romę fuimus ambo Laurea docto-
rali insigniti, sed dispari sorte, cum illi contige-
rit munus iudicandi, mihi autem, cui fuit res
angusta domi, labor, & onus demonstrãdi qua-
liter esset iuste, & recte iudicandũ. Sed memor
A. dictorũ *Max. Tyrij diss. secũd. pag. 20. & La-
ctant. de diuin. Inst. lib. 6. cap.* 18. Qund non
minus mali sit, referre iniuriam, quam inferre,
qui enim iniuriam referre nititur, eum ipsum
à quo læsus est gestit imitari, nec dolendo sor-
rem meam, quod pinguius patrimonium non
relinquam Bartolomęo nepoti ex fratre artium
medicinæ professori, pro vt facile reliquissem,
si diligentia mea non fuisset impedita, propero
ad examen secundi casus excitatæ difficultatis.

Secundus casus est, si quis incidat in tempo-
ra, in quibus sit litium copia, sed iusti, & recti
inopia, vel Iudices plus habeant scientiæ, quam
conscientiæ, plutaque de iustitia, & iure circum-
ferantur librorum plaustra, sed rerum perperam
iudicatarum ingens ostendatur catastrophe. Vel
passus iniquam sententiam sit impotens ætate,
& fortunis, vlteriores litium expensas ferre,
vel habeat adeo potentem, & durum aduersa-
rium, vt certo credat ex ijs, quæ prius litigan-
do est expertus, futuram inanem omnem suam
65 diligentiam, si appellatione, † quæ est thesiaca,
aduersus venenum inique iudicãtium, *l. 1. ff. de
appel. Bal. in l. vnic. C. si de moment. posses. in
fine*, vel extraordinario aliquo iuris remedio,
vellit de iuribus suis, iterum facere periculum
coram vno, vel pluribus iudicibus, qui in or-
bem, vel cubum ius dicant, vel quis ea ætate
66 viuat, qua perpetuitate † muneris iudicãdi, quæ
abesse debet in omni bene constituta repub. &
duraturo Imperio, vt dictum est *infra de Sub-
bastat. cap* 4. *§.* 12. Iudicis auctoritas, seu iuris-
dictio versa sit in tyrannidem, quod factu esse
67 facile † censuit *Romana Rota, teste Merlino
optime conscio morum dynastarum, & seden-
tium in dicasterijs, in Romana mutui seu pe-
cuniaria*. 14. Martij. 1631. *inter recentio-
res Rota decis. 2. part. 6. num. 30. & 31*. Vel is
sit rerum, & hominum infœlix status, vt nul-
lius habeatur iusta causa, nisi dominantium cæ-
cus accedat nutus, vel illis pessime collatum
Imperium, & ideo cogitandum potius de diffu-
sione, quam de diffinitione litis, vt quandoque
persuasus à Iudice non infimi ordinis, & bonæ
mentis, feci, cum victoria eorum, qui meo vte-
bantur patrocino.

Quibus monstris, & incommodis aduersis,
& perpensis à diligenti patre familias, si ille de-
stitutus omni spe consequendi, quæ iusta iu-
dicis sententia sunt debita, vel iniquo decreto
68 sibi fuerunt ablata: absque omni affectu, & fa-
cto culpabili Deum † optimum maximum
parentem iustitiæ, & apud quem nõ est acceptio
personarum, nec temporum discrimen, consti-
tuat iurium suorum Iudicem, & diuisorem, *vt
inquit. D. Luca, cap.* 12. *num.* 14. Cum enim
auersetur idem omnem iniquitatem. *Deuter. c.
25. num. 16. & cap. 32. num. 25. Petrarc. de Re-
med. fort. Dial. 66.* nec diu permittat iniustos an-
te oculos suos. *Psal. 5. num. 6. &* 15. Sed tanquã
fœnum, licet exaltati fuerint supra cedros Li-
bani, cito arescent, nec inuenietur, locus, vbi
erant eleuati. *Psalm. 36. nu. 35. & 36*. veren-
dum non est, quin punitis inique iudicantibus
larga sequatur retributio in eum, qui in iuribus
suis, diuinam expostulauit vltionem, teste *Ter-
tulian. de patient. cap.* 15. dum inquit satis ido-
neus patientiæ sequester Deus est. Si iniuriam
deposueris pœnes eum, vltor est, si damnum
restitutor est, & spopondit D. Paul. scribendo
ad Romanos, cap. 12. num. 19.

Cuius sponsionis, & regulæ refert exem-
pla Ieremia Drezellus in suo *Christi Tribu-
nali lib. 2. cap. 3. §. 1. & sequentibus*, ex quibus
arguitur, diuinam virgam extensam fuisse in
Iudices inique iudicantes, & reges illos non
B. punientes, sicuti è contra legimus, Romanis,
69 † & alijs gentibus, quæ domi, & foris, in pa-
ce, & bello, moraliter, & cum virtute vixere,
C. data fuisse Imperia, & Regna, & eisdem abla-
ta, propter iniustitias *exercitas*, & iniurias il-
latas, populo vel vicinis amicis. *Petr. Gregor.
de repub. lib. 10. cap. 2. num. 3. vers. ideo ne*. Pro-
pterea *Plato. Dialog. 16. de Regno* dicebat, Re-
gnorum, & Imperiorum præcipua incrementa,
& vincula esse, ius suum cuique tribuere, &
neminem lædere. Quod enim in corpore phisi-
70 co præstat anima, idem facit † in Regno iusti-
tia, nam sicuti, vbi à corpore abest anima,
statim illud concidit, & fit cadauer conuertten-
dum, cum fœtore in sua prima elementa, sic
vbi à Regno, & Imperio abest iustitia, sine
71 qua, illa fiunt † pura latrocinia, teste *D. Augu-
stin. de ciuitat. Dei lib. 4. cap.* 4. statim illud con-
cidit, vel transit ad alienos, seu de gente in gen-
tes, vt legitur Ecclesiastici, *cap.* 10. *num.* 8. &
72 inter cæteras causas, quibus rex † priuari potest
Regno, vel Imperator imperio, illa est præci-
pua, si ille iniustus fuerit. *Martin. Laudens.
tract. de princip. quæst.* 155. quem refert, & se-
quitur. *Lancel. Corrad. in suo Templo omniũ
iudicum. §. 3. vers. iustitiam colere, num. 2.
&* 3. Quare *Farinac. de indicijs, & tortura,
lib. 1. titul. 5. quæst. 37. circa med.* post quam
dixisset Principi non esse parendum, si mandet
aliquem torqueri, non præcedentibus legitimis
73 indicijs, concludit istis verbis. Parum † regna-
bit Princeps si faciat iniustitiam, & deficiet, cũ
tota sua progenie, vt quotidie experiẽtia docet.

Coronidis vice subdam, & claudam, quæ no-
ui, & potui scribere, esse obseruanda à probo,
& diligenti causarum patrono, vbi de executio-
ne rei iudicatæ tractatur, homines omnes ea
compactos conditione, vt ij quibusuis affectos
47 seu infectos vitijs, aliqua ratione † seu colore
excusent, ferantque, quibusdam ignoscant, qui-
busdam non grauiter offendantur, quibusdam
in hac Romuli fece oblectentur, timidis, & vi-
tæ nimium cupidis, sub prudentiæ specie, & vi-
tandi periculi, ignoscimus, auaros tanquam
parcos sæpe laudamus, audacẽ, & quoduis cogita-
tũ suũ sine discrimine aggredientẽ, sunt qui for-
tem, & non pusillis animi vitum numerẽt, & o-
digos

digos tanquã liberales ament, luxui deditos hilares socios vocent, quem casus, vel personæ dignitas fœlicem fecit. prudentis encomio honestent. Iniustum autem, qui amet, vel excuset, nisi fuerit eadem pice infectus, nemo reperitur, & licet probato verbo dicatur, quod suus cuique crepitus bene oleat, & vitia sua quisque virtutes esse vellit, vel illa virtutis spetie tegere conetur, facilius reperies, qui se auarum, audacem, timidum, prodigum, libidinosum, imprudentem, quàm iniustum, vel furem esse fateatur iuxta illud Terentij.

> Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentum,
> Periurus, pestis, tamen tibi à me nulla est orta iniuria.

A. Qui iniuriam facit male facit, qui malum malo compensat non minus male facit; quamuis malum vlciscatur. *Max. Tyrius de diff. secund. pag* 20.

B. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias. *Ecclesiast. cap.* 10. *num.* 8.

C. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Psal.* 44. *num.* 8.

Opere perfecto ex Stobæo deuenit ad manus meas, Solonis Elegia citata à Demosthene, agēdode causis, quæ adferunt exitiũ Regnis, & magnis ciuitatibus, inter quas, cùm referat iniustitiam, & auaritiam, non erit penitus absurdum illam addere scriptis meis de executione rei iudicatę quę iniustitiã, & auaritiam horret.

Quæcunque scripsi, censuræ S. Matris Ecclesiæ submitto, & abnuo quid dixerim, quo offendi possint aures ministrorom illius.

Non Vrbem superi cupiunt euertere nostram
Et nobis, nisi sint numina læsa, fauent
Ac nostra custos arcis Tritonia Pallas
Perpetua cura, mœnia nostra tegit.
Ipsi sed patriam sceleratis mentibus vltrò
Conantur ciues dilacerare suam.
Nam pretio quidam vendunt, legesque fidemque,
Aurum qui nullo iure modoque petunt,
Sæuitiam exercent, rapiuntque tyrannida quidam,
Induat vt iustus ciuibus arma dolor.
Pars studet, & sarcire domestica damna rapinis;
Exhausit patrias, cum male luxus opes.
Diripiuntque vrbis, patrimonia Publica, nostra,
Et sibi diuitias vique, doloque parant.
Et non iustitiæ formidant numen, & iram
Consilijs superum, qua Dea semper adest.
Hæc oculis cernis vigilantibus omnia facta,
Nemo putet falli numina posse Deum.
Et quamuis pœnas differt aliquando, tacetque,
Mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit, & tandem pœnas, non regna, nec Vrbes
Effugiunt clades, quas meruere graues
Hinc Vrbs diuitijs quondam, imperioque superba
Seruitij patitur tristia iura modo
Aut rabidi Ciues in mutua vulnera stringunt
Exorta gladios seditione suos.
Aut validos hostes sine causa fortè lacessunt
Sopitumque mouent, quod fuit ante malum.
Namque Vrbs, quæ socios iniustis prouocat armis;
Mox ruet, & subitis est peritura modis;
Casibus his validæ gentes delentur, & Vrbes,
Prospreta pœnas, quæ pietate luunt.
Et si qui excidio patriæ fortasse supersunt,
Post hac fata illos non leuiora manent.
Extorres, sine spe, sine sede, inopesque vagantur
Aut empti pratio vincula dura gerunt.
Sic partem fert quisque suam, quum publica clades
Incidit, & prohibet ianua nulla malum.
Non latebræ quemquam fugientem abscondere possunt

In

In thalamos penetrant publica damna tuos.
Hæc moneo ciues, nec fabula ficta putanda,
Leges, atque Deum spernere, crede nocet.
Sed placidam retinet pacem reuerentia iuris
Peccanti; quæ non parcere lenta solet.
Hæc probibet turpem luxum frenatque rebelles,
Crescere nec patitur semina sparsa mali
Iudicis emendat fraudes, violentaque facta
Nasci inter ciues, dissidiumque vetat.
Denique vita hominum tranquilla, & honesta manebit,
Seruandi leges, dum pia cura manet.
Est Deus, est scelerum vindicta, est pœna malorum,
Vnde putes minime, posse venire, venit.

FINIS.

INDEX NOTABILIVM
QVAE IN OPERE CONTINENTVR.

a quam

B

C

Con-

D

E

Exe-

Execu-

F

c fol.

G

H

I

Indi-

appel-

L

M

Item

Man-

Nota-

O

P

fectus

As-

Q

R

Rati-

Re-

S

Sen-

T

V

FINIS.

INDEX IVRIVM
QVÆ DECLARANTVR, ET DOCTORVM, qui explicantur, vel reprobantur,

L. Si

FINIS.

Errata.	Corrige.
Fol.13.col 2.n.15. rens illius	auctor illius
fol.14 col.1.n.20 agerct præiudiciũ	generet præiudicium
fol 25.n.11.tatione d cam	tatione dicebam
fol.46.n.75. limit. vbi teitis.	limit. vbi tertij
fol. 47.nu.88. turbat iudicium.	turbat iudicem
fol.58.nu 34.in fin. vniuersita.is actorem.	vniuersitatis auctorem
fol. 86.n. 52.acen clausula.	eum clausula
fol. 97. n. 21. diccupo varie.	diruendo mœnia
fol. 104. n. 34 dixi infra lib. 2.	dixi de exception
fol. 105. n. 34. tencut.	tentet
fo .112 nu. 22. e. in fra. lib. 2.	de exception.
fol. 124 col. 1.n.3 qua capit	quam capit
fol.114.col.1.n.9.in fin.sut accepta	sunt recepta
fol.121. col.1. n.23 terminom acceptare	terminum prorogare
fol.136. col.2.nu.17. infra lib.3.	de exception
fol.142. col.1. n.5. exceptio decis.	exceptio Surd.
fol.163.col.1.n. 15. lata auctario.	lecta a notario
fol. 169 col. 2. n.1. longiu de	loquens de
fol.272. col 1. n.11.etiam si petens.	e iam petendo
fol.180.col.1.ante n.1.commitatur	[illegible]
fol.189.col.1 n.15. recent. decis. 749.	decis.779.part. 2.
fol.202. col.2 n 14.potest renouare	potest nouare
fol.203.col.2.n.15.debitoris	debitori
fol.203.col.1. n.1.fit actiuus.	fit acturus
fol.213. col.2.n .11.in fin argui posit.	argui possit
fol.241.col.1.n.4. ta verba	delenda
fol.255.col 2.n 4.Cum vitum.	Eum vitum
fol.255. col.2.in fin. Calius	Casibus
fol.275.col.1.n.29 decidentis.	decidendis
fol.276.col.1.n.30. fui refert.	vel refert
fol.277.n.61. vtimus aucor.	vtimur auctor
& col.2.n.72. legierat.	legitur
fol.287.n. 2. se tibus.	sensibus
fol 300.col.1. n.12. Conueniuntur	Conueniant
fol 303.n. 6.in fi.aliquo non	aliquo non
fol.307. col.1.in princ. folane	vt soluant
fol.325. col.2.in prin. possemut inhoare.	possemus inchoare.
fol.328.n.17.nam eacusari	non recusari
fol.329.col.2.n.7.in fin Curiæ	Curæ
fol.383.col.1.n.79.iurisdictioni	iurisdictionis
fol.384.col.1.n.74. man	mali
fol. 350.n.10.peruaria	pecuaria
n. 11. prædipuum	præcipuum
n.24. equi multi	equi muli
fol.252.col.1.n.36.instrumenta a	instrumenta ad
n.38.pascua pratntum	pascua pecudum
fol.352.col.1. n. 48. qua nanuum.	que damnum
n.50.domino dan	domino dante
fol.353.col.2.n.55.porcinæ saltue	porcinæ saltus
fol.356. torrendum que	torrendumque
fol.360. col.1.n.20 quia interim	quæ interim
fol.363.col.2.n.21.& id prælique	& id præcipue
n.25.sepulchet	sepulchri.
fol.364.col.1.n.4.interficientem.	iter facientem
fol.366.col.1.n.9. vt in quibus	& in quibus
n.9. nomine debitoris	nominis debitoris
fol.367.col.1.n.1.& nominis cõfessio	nominis confessi
n.20. non requirit executionem	non requirit executionem
fol.368.n.9.col.1 circa debitam	circa debitum
fol.370.col.1.n.5.edicant verba	dictant verba
fol.387.n.133.non probat	debeatur non

Errata.	Corrige.
fol.386.col.1.n.1.vel probatum	vel palatum
fol.386.n. 13.in fin. iustum non	istum non
fol.393. col.1.n.in fi. hoc.§.	hoc. §.
fol.397.col.1.n.27. dedacatus ad	deducatur ad
fol.405.n.1.col.1.distenditur species	disfunditur species
fol.4[illegible].col.1. prospice ge. am	prospere gestam
fol.423.n 15.col. 2. & rectum tacitare	& teum tacite
fol.431.col.2.n.7.in fin.nullatands	nullatenus
fol.436.col.2. n.4.in fin. seuctius	seu verius
fol.436.col.1.n.30.iuricum	Indicum
n.31. in fin. vti deb.	vti debet
n.48. requirere	requirerem
fol.438.col.1.n.121.declaras	declarat
fol.440.col.1.n.5.auuil ium	auxilium
fol.442.col.1.n.47.iter et quas	inter quas
fol.451.col.1.n.1. recipint mercedem	recipiebant mercedem
fol.455.n.82.col.1.dies mense.	Quod mense
n.90.mitatutis mentibus	mitatutis messibus
col.2.n.97.& ciua	& viua
fol.457.n.134.prouinca statuti	prouincia statuit
fol.452.col.1.n.13. querellam	querella
fol.463.col.1.inuelidum	validum
fol.473.col.1.in prin. seruate	seruatis
fol.18.col.1.n.3.in fin creditore	debitore
fol.376.col.1.n.in fin.crediuore	debitore
fol.385.col.1.n.24. vel probatum	vel palatum
fol.385.col.1.n.23.declaras	declarat
fol.386.col.1.n.113.gerua	Cernua
fol.386.col.1.n.14.in fin iustum.	istum
fol.390.col.1.n.10.in fin. Duc.	hoc
fol.41[illegible].col.2.n.in fin. alimena	alimenta
fol.422.col.1.n.2.prospice	prospere
fol.425.col.1.n.15.terum renunciare tacitare	reum renunciare tacita
fol.431.col.2.n.26.in fin.nullatends	nullatenus
fol.434.col.2.n.13.in fin. & dixi	& dixit
fol.436.col.2.n.8.in fin.seuerius	seu verius
fol.438.n.30.iuricam	indicum
& n.31.in fin.vti debet	vti debet
n.48.& requirere.	& requirerem
fol.440.col.1.n.57.aunilium	auxilium
fol.445.col.1.n.3.patbatines	probationes
fol.445.col.2.n.7.dict ex.	instar
fol.451.col.1.n.21. recipiant	recipiebant
fol.455.col.1.n.87.dies meuse	quod meuse
n.89.semelti	semestri
n.90 mensibus	messibus
col 2.n.97. & eina.	& viua
fol.457.col 2.n.134. statuci	statuit
fol.463.col.2.13.querela	querelæ
fol.464.col.2.inprin.§.coueniẽtem	§ non conuenientem
fol.465.col.1.n.12. fit inualidum	fit validum
fol.475.col.2.in summario iudici	iuditiorum
col.2.n.1.iudicorum	iudiciorum
ibid. iuduna	triduum
fol.480.col.1.n.52.vel teuocari	& non reuocari
col.2.67 intracap	supra Cap. 20.
fol.483 col.1.n.29 data ceutione	data cautione
fol.485.col.1.n.2 piorinus	plotinus
col.2 n.11.Eiutard	Euerard
fol 494.col.1.n.24.caformationis	reformationis
fol. 497.col.2.n.39.cõsideratoexita	consideratoexitu
fol.500col.1.n.96 Secc	Sæpe
fol.512.col.2.n.42.in fin. fanos	fanos

Omissa in impressione.

fol.18.col.2.n.96.in fin *Intellige modo res quæ capitur in exequutione sit actori hypothecata iuxta doctrinam Cast.in l. cum filius fam.48. ff. de verb.oblig.quem sequta est* Rota Coram Ghislerio *in ciuitatis Castelli Spolij. 7.maij* 1638. & alibi passim non faciendo mentionem de hypotheca re a tertio possessa & in quem paratur executio, non tamen sufficeret generalis hypotheca contenta in obligatione Can.vt sæpe censuit Rota *Zachies de oblig. Cam. decis. 66 n.* 5. n. 71.

fol.19.n.104. hypothecatis.*Sed. Folis de censib.lib.* 2. *cap.4. n.5. & seq.* vbi preterea refert qualiter cōcipiatur processus isto casu si agatur de censu.

fol. 62. n 11. limit.in procuratore ad negotia *Ias. in l. si se non obtulit ff. de re Iud. n. 1. vbi* præterea distinguit quid dicendum de institore

fol.90.col.1. nu.8. in fin. *si reus condemnatus nominet auctorem qualiter fiat executio Afflic.decis.* 255.habens.*Gratiam Descept. 912. pro. n.* 16.*& seq. & n.* 39.

fol. 296. col. 1. n.72. Quid si census sit a domino impositus super pluribus fundis suis limitibus distinctis, & deinde illi possideantur à pluribus dominis an in solidum contra vnum illorum agi. *Milanens. decis.* 13. *n.* 12. *fid. folis de censib. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 17.

fol.383.n.81. Vers. abolendam *suadent dicta Pet. Damian. Epist.* 12. *Vers præterea.*

fol.384. col.1. Vers. Eucharistiam dedit. *& comprobat Iuo. Carnotens. epist.* 81.

fol.457. n.128. cum onere iuxta receptam consuetudinem vtriusque Germaniæ in ecclesijs primatijs ciuitatum,& oppidorum

fol.513.col.2. n.61. ad illum scriptis. *&* Petr.*Damian. epist.1. lib.*5. grauiter in aliquos inuehitur qui dicta sua in malum sensum detorserant, col. 2.n.68. Ideo ne. late *Michael. Maucler.in sua monarch.*3.*part.lib.*4 *cap.*2. *& seq.* & n. 71. cap.4. *part. lib.*4. *cap.* 1.

fol. 514. col.1. n. 68. temporum discrimen. *& vt inquit* Petrus *Damian. epist.*5. *lib.* 1. *Qui facit iuditium omnibus iniuriam patientibus.*

f. 75.